Universidade de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 8
Plúteo 9

404
5-5-14

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AVRELII

AVGVSTINI

HIPPONENSIS

EPISCOPI, OPERVM,

Tomus quartus,

Complectens reliqua τῶν διδακτικῶν:

In quo, prẹter locorum multorum reſtitutionem, ſecundum collationem vetuſtiorum exemplarium: curauimus remoueri ea omnia, quæ fidelium mentes, hæretica prauitate poſſent inficere, aut a catholica, & orthodoxa fide deuiare.

Nunc recèns impreſſus, recognitus, & emendatus.

Esta conforme al Expurgatorio de 1707.
por comision del S.to Off.o
Jho
Fran.co de Olague.

VENETIIS, Apud Iuntas
M D L X X.

BIBLIOTECA DE LOS PADRES DE LA COMPAÑIA DE JESUS

Universidad de Deusto
Biblioteca

CATALOGVS EORVM QVAE HOC TOMO CONTINENTVR.

De mendacio ad Consentium, Liber vnus.	folio.2.columna.1.
Contra mendacium ad eundem Lib.vnus.	10.co.3.
De fide & operibus, Lib.vnus.	19.co.2.
Quæstionum, Lib.VII.	38.co.3.
Quęstionum Euangelicarum, Lib.II.	111.co.1.
Quæstionum Euangelicarũ scđm Matthæum, Lib.vnus.	122.co.3.
De consensu Euangelistarum, Lib.IIII.	125.co.4.
Octogintatrium quæstionum, Lib.I.	185.co.1.
Vigintiunius sententiarum, Lib.I.	211.co.1.
De diuersis quæstionibus ad Simplicianum, Lib.II.	214.co.3.
De octo Dulcetij quęstionibus Lib.I	227.co.1.
Quæstionum LXV. dialogus.	233.co.3.
Quæstionum veteris & noui testamenti, Lib.I.	240.co.3.
De cura pro mortuis gerenda ad Paulinum, Lib.I.	318.co,4.
De catechizandis rudibus, Lib.I.	323.co.4.
De incarnatione verbi, Lib.II.	334.co.st.
De trinitate & vnitate dei, Lib.I.	30.4.co.4.
De essentia diuinitatis, Lib.I.	347.co.4.
De fide rerum inuisibilium, Lib.I.	351.co.1.
De substantia dilectionis, Lib.I.	353.co.3.
De continentia, Lib.I.	355.co.1.
De patientia, Lib.I.	361.co 3.
De bono viduitatis, Lib.I.	365.co.2.
De vera & falsa pœnitentia, Lib.I.	370.co.4.
De Salutaribus documentis, Lib.I.	377.co.1.
De amicitia, Lib.I.	388.co.3.
De sermone domini in monte, Lib.II.	392.co.4.
Expositionis Epist. Pauli ad Romanos inchoatæ, Lib.I.	416.co.4.
Expositionis quarundã propositionũ ex epist. ad Ro. Li.I.	422.co.1.
Expositionis Epist. Pauli ad Galatas, Lib.I.	428.co.4.
Annotationum in Lib.I.	441.co.2.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De Mendacio ad Consentium Liber.

Materię ptractãdæ difficultas ostendit. Cap. 1.

MAGNA quæstio est de mendacio, quæ nos in ipsis quotidianis actibus nostris sępe cõturbat: ne aut temere accusemus mendacium, quod non est mẽdacium, aut arbitremur aliquando esse mẽtiendum, honesto quodam & officioso ac misericordi mendacio. Quam quæstionẽ tam solicite tractabimus, vt quæramus cũ quærentibus. Vtrum autem aliquid inueniamus, nihil nobis temere affirmantibus, lectori bene attendenti satis indicabit ipsa tractatio: latebrosa est.n.nimis & quibusdam quasi cauernosis anfractibus sępe intentionem quærentis eludit: vt mõ rursus appareat, & rursus absorbeatur. Ad extremum tamen sententia nostra velut certior indago comprehendet, In qua si vllus error est, cũ ab omni errore veritas liberet: atq. in omni errore falsitas implicet, nunquam errari tutius existimo q̃ cũ in amore nimio veritatis & reiectione nimia falsitatis erratur. Qui.n.seuere reprehendunt, hoc nimium dicunt esse. Ipsa autem veritas fortasse adhuc dicat, nondum est satis. Sanè quisquis legis, nihil reprehendas, nisi cum totum perlegeris: atque ita forte minus reprehendes. Eloquium noli quęrere. Multum.n.de rebus laborauimus, & de celeritate absoluendi tam necessarij quotidianæ vitæ operis. Vnde hactenus ac ppè

Quòd ioci nõ sint mẽdacia. Cap. 2.

nulla fuit nobis cura verborum. Exceptis igitur iocis, quæ nũquam sunt putata mẽdacia: habent enim euidentissimam ex pnunciatione atque ipso iocantis affectu gnificationem animi nequaquam fallẽtis, etsi nõ vera enunciantis: quo genere vt sit vtendum perfectis animis, alia quæst est, quam modo enodandam non susce mus: exceptis ergo iocis, prius agend

Quid sit mentiri dacium, & qs dicat mentiri vel opinari. Cap. 3.

est, ne mentiri existimetur qui non m titur. Quapropter videndum est, q̃d sit mendacium. Non omnis qui falsum dicit mentitur, si credit aut opinatur verum esse qđ dicit. Inter credere autem atque opinari hoc distat: q̃ aliquando ille qui credit, sentit se ignorare quod credit, quam de re quam se ignorare nouit, omnino non dubitet, si eam firmissime credit, qui opinatur aũt, putat se scire qđ nescit. Quis autem hoc enunciat quod vel creditum animo, vel opinatum tenet, etiam si falsum sit non mentitur. Hoc enim debẽt enunciationi suæ fidei, vt illud per eam pferat, quod animo tenet, & sic habet & pfert. Nec ideo tamen in nullo vitio est, quanuis non mentiatur, si aut non credenda credit, aut quod ignorat, nosse se putat, etiam si verum sit. Incognitum enim habet pro cognito. Quapropter ille mentitur qui habet in animo, & aliud verbis vel quibuslibet significationibus enunciat. Vnde etiam duplex cor dicitur esse mentientis, id est, duplex cogitatio: vna rei eius quam veram esse vel scit vel putat & non profert: altera eius rei quam pro ista profert sciens falsam esse vel putans. Ex quo fit vt possit falsum dicere non mentiens, si putat ita esse vt dicit, quanuis non ita sit: & vt possit verum dicere mentiens, si putat falsum esse & pro vero enunciat. quanuis reuera ita sit vt enunciat: ex animi enim sui sententia, non ex rerum ipsarum veritate uel falsitate mentiens aut nõ mentiens iudicandus est. Potest itaque ille qui falsum pro vero enunciat, quod tamen verum esse opinatur, errans dici & temerarius: mentiens autem non recte dicitur, quia cor duplex cum enunciat nõ habet, nec fallere cupit sed fallitur. Culpa vero mentientis est, vt in enunciando animo suo fallendi cupiditas: siue fallat cum ei creditur falsum enuncianti: siue non fallat, vel cum ei non creditur, uel cum verum enunciat, voluntate fallendi, quod non putat verum. Quod cum ei creditur, non vtique fallit, quanuis fallere voluerit: nisi eatenus fallit, quatenus putatur, ita etiam nosse vel putare vt enunciat, quanquam subtilissime quæratur, utrum cum abest uoluntas fallendi, absit omnino mendacium. Quid enim si quisque falsum loquens quod falsum esse existimat, ideo tamen facit, quia putat sibi non credi, ut eo modo falsa fide absterreat eum cui loquitur, quem sentit sibi nolle credere? Hic enim studio non fallendi mentitur, si mendacium est nunciare aliquid aliter quàm scis esse uel putas. Si autem mendacium non est nisi cum aliquid enunciatur uoluntate fallendi, non mentitur iste, qui propterea falsum loquitur, quanuis

Differẽtia inter credere & opinari.

Põt falsi dicere nõ mentiens, & põt dicere uerũ mẽtiẽs.

Quis mentiri dicator. Cap. 4.

Euis nouerit uel putet falsum esse quod loquitur, vt ille cui loquitur non ei credendo ei non fallatur, quia eum sibi non creditурum vel nouit vel putat. Vnde si appareat, fieri posse vt aliquis propterea falsum dicat ne fallatur ille cui dicitur, existit aliud econtrario genus, propterea verum dicentis vt fallat. Qui enim verum ideo loquitur, quia sentit sibi non credi, ideo vtique verum dicit vt fallat: scit enim vel existimat propterea falsum putari posse quod dicitur, quoniam ab ipso dicitur. Quamobrem cum ideo verum dicit, vt falsum putetur, ideo verum dicit vt fallat. Quærendum ergo est, quis potius mentiatur: vtrum ille qui falsum dicit ne fallat, an ille qui verum dicit vt fallat: cum & ille sciat vel putet se falsum dicere, & iste sciat vel putet verum se dicere. Iam enim diximus cum qui nescit falsum esse quod enunciat, non mentiri, si hoc putat verum: eumque potius mentiri, qui etiam verum enunciat cum falsum putat, quia ex animi sui sententia iudicandi sunt. De illis itaque non parua quæstio est, quos proposuimus. Vnum qui scit aut putat se falsum dicere, & ideo dicit, ne fallat, Velut si aliquam viam nouerit obsideri à latronibus, & timens ne per illam pergat F homo cuius saluti prospicit, & eum scit sibi non credere, dicam eam viam nō habere latrones: ad hoc vt illac non eat, dum ideo credit latrones ibi esse, quia ille dixit non ibi esse cui non credere statuit, mendacem putans. Alterum autem qui sciens, aut putans verum esse quod dicit, ad hoc tamen dicit vt fallat: tanquam si homini non sibi credenti, dicat latrones in illa via esse, vbi reuera eos esse cognouit, vt ille cui dicit per illam viam magis pergat, atque ita in latrones incidat, dum putat falsum esse quod ille dixerit. Quis ergo istorum mentitur: ille qui eligit falsum dicere ne fallat: an ille qui eligit verum dicere, vt fallat? Ille qui falsum dicendo egit, vt verum sequeretur cui dixit: an iste qui verum dicendo egit, vt falsum sequeretur cui dixit? An forte ambo mentiti sunt: ille quia voluit falsum dicere: iste qa voluit fallere? An potius neuter eorum mentitus est: ille qa voluntatē habuit non fallendi: & ille quia voluntatē habuit verum dicendi? Non.n.nunc agit quis eorum peccauerit, sed quis mentitus sit. Cito enim vī ille peccasse qui verū dicendo egit, vt hō inciderit in latrones: ille aūt non peccasse, sed etiam bñ fecisse q falsum dicendo egit vt hō pniciē deuitaret. Sed pūt exempla ista cōuerti, vt & ille aliquid grauius eū pati velit, quem falli non vult. Multi.n.q̄dā uera cognoscendo sibi intulerūt perniciem, si talia fuerunt vt eos latere debuerint: & iste aliquid cōmodi velit adipisci eum quē uult falli. Nōnulli.n. qui sibi mortem intulissent si aliquid mali q̄ vere contigerat de charis suis cognouissent, falsum putando sibi pepercerūt, atque ita falli eis ꝓfuit, sicut alij obfuit uera cognoscere. Nō ergo id agit, quo animo consulendi, aut nocendi, uel ille falsum dixit ne falleret, uel iste uerum dixit ut falleret: sed exceptis cōmodis aut incōmodis eorū q bus locuti sunt, q̄tū ad ipsam ueritatē falsitatēq. attinet, q̄rit qs eorū, an uter que neuterve mētitus sit. Si.n. mēdacium est enūciatio cū volūtate falsum enūciādi, ille potius mētitus est q falsum dicere voluit, & dixit q̄d uoluit, q̄is ne falleret dixerit. Si āt mēdaciū est q̄libet enunciatio cū uoluntate fallendi, nō ille sed iste mentitus est qui ēt uerū dicēdo fallere uoluit. Q̄d si mendacium est enunciatio cū uolū tate alicuius falsitatis, ambo mentiti sunt: qa & ille suā enūciationē falsā eē uoluit, H & iste de uera sua falsum credi uoluit. Porrò si mēdaciū est enūciatio falsum enūcia re uolētis ut fallat, neuter mētitus est quia & ille habuit uolūtatē falsum dicēdo, uerū ꝑsuadere: & iste ut falsum ꝑsuaderet, uerū dicere. Aberit igit omnis temeritas atq. oē mēdaciū, cū & id q̄d uerū credendumve cognouimus, cū opus est enūciamus, & id uolumus persuadere quod enūciamus. Si autem uel quod falsum dst verum putātes, uel quod incognitum est nobis pro cognito habentes, uel quod credendum non est credentes, vel cum id non opus est enunciantes, tamen non aliud q̄ quod enūciamus persuadere conamur: non abest quidem temeritas & error, sed tamen abest omne mendacium. Nulla.n. definitionum illarū timenda est, cum bene sibi conscius est animus, hoc se enunciare q̄d uerū eē aut nouit aut opinat aut credit, neq. velle aliquid nisi q̄d enunciat ꝑsuadere. Sed utrum sit utile aliq̄ mendaciū, multo maior m_gisq. necessaria quæstio est. Vtrum ergo mentiatur quisque fallendi

fallendi nō habet voluntatē: vel etiā id agit ne fallat cui aliquid enūciat, quāuis enūciationē ipsam falsam habere voluerit, qa ideo voluit, vt verum ꝑsuaderet: & vtrū mentiatur quisquis etiā verū volens enunciat causa fallendi, dubitari pōt, Nemo aūt dubitat mentiri eū qui volens falsum enunciat causa fallendi: Quapropter enunciationem falsam cum volūtate ad fallendū prolatam, manifestum est esse mendacium. Sed vtrum hoc solum sit mendatium, alia quæstio est.

Mentirinum aliquando prosit, aut liceat.

Interim de hoc genere in quod omnes consentiunt, inquiramus: vtrū aliq̄n sit vtile falsum aliquid enuntiare eū volūtate fallendi. Nā qui hoc sentiunt adhibent testimonia sententię suæ: cōmemorantes Saram cum risisset, angelis negasse q̄ riserit: Iacob à patre interrogatum, rūdisse, q̄ ipse esset Esau maior filius eius, Aegyptias quoque obstetrices, ne infantes Hebræi nascētes interficerentur, etiam deo approbante & remunerante mentitas. Et multa eiusmodi exempla eligentes, eorum hominū mendacia commemorant, quos culpare nō audeas: atq; ita fatearis, aliq̄n esse posse, non solum reprehensione non dignū, sed etiam dignū laude mendacium. Addunt etiam, quo non solos premant diuinis libris deditos, sed ēt omnes homines sensumq; cōem, dicentes, Si quis ad te cōfugiat qui mēdatio tuo possit à morte liberari, non es mentiturus? Si aliquid ægrotus interroget, quod ei scire nō expedit, qui etiam possit te non respōdente grauius affligi: audebis ne aut verum dicere in perniciem hominis, aut silere potius quàm honesto & misericordi mendacio valetudini eius opitulari? His atque talibus copiosissime se arbitrantur vrgere, vt si cōsulendi causa exigit aliquādo mentiamur. Contra illi quibus placet nunquam sit mentiendum, multo fortius agunt, vtentes primo authoritate diuina, qm̄ in ipso decalogo scriptum est, Falsum testimonium ne dica quo genere complectitur omne mendacii quisquis enim aliquid enunciat, testimonium perhibet animo suo. Sed ne quis contendat non omne mendacium falsum testimonium esse appellādum: quid dicturus est ad id q̄d scriptum est, Os quod mentitur occidit animam? Quod ne quis arbitretur exceptis aliquibus mentientibus posse intelligi, alio loco legat, Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Vnde ore suo ipse dominus sic inquit, Sit in ore vestro, est, est: nō, non, quod aūt amplius est, à malo est. Hinc & Apostolus cum exuendum veterem hominem præciperet, quo nomine omnia peccata intelliguntur, consequenter ait, in primis ponens, Quapropter deponentes mendaciū, loquimini veritatem. Nec illis quæ de veteribus libris mendaciorum exempla prolata sunt, terreri se dicunt: vbi quicquid gestum est, figurate accipi potest, quamuis reuera contigerit. Quicquid autem figurate fit aut dicitur, non est mendacium. Omnis enim enunciatio, ad id quod enunciat, referenda est, Omne autem figurate, aut factū, aut dictum, hoc enunciat quod significat eis quibus intelligendum prolatum est. Vnde credendum est illos homines qui prophetici temporibus digni authoritate fuisse cōmemorant, omnia quæ scripta sunt de illis, prophetice gessisse atque dixisse: nec minus prophetice eis accidisse, quæcunq; sic acciderūt, vt eodē prophetico spū memoriæ literisq; mandanda iudicarentur. De obstetricibus aut ē, quia non eas possunt dicere prophetico spiritu significandi futuri veri gra, aliud pro alio renunciasse Pharaoni, etiam si aliquid ipsis nescientibus quod per eas actum esset significauit, pro gradu suo dicūt approbatas & remuneratas à deo. Qui enim nocendi causa mentiri solet, si iā consulendi vel proficiendi causa mentiat, multum proficit. Sed aliud est quod p seipsum laudabile proponitur: aliud q̄d in deterioris cōparatione præponitur. Aliter.n. gratulamur cū sanus est homo: aliter cum melius habet ęgrotus: Nā in scripturis ipsis, iustificata etiam Sodoma dicitur in comparatione scelerum populi Israel. Et ad hanc regulam dirigunt omnia mendacia quæ proferuntur de veteribus libris, nec reprehensa inueniuntur, vel reprehendi non possunt: vt aut indole proficientium & spe approbē tur, aut significationis alicuius causa non sint omnino mēdacia. Et ideo de libris noui testamenti, exceptis figuratis significationibus domini, si vitam moresq; sanctorum & facta ac dicta consyderes, nihil tale proferri potest quod ad imitationem prouocet mentiendi. Simulatio nanque Petri & Barnabę non solum commemorata, verum ēt reprehensa atque correcta est. Nō enim vt nonnulli putant, ex eadem simulatione etiā Paulus Apostolus aut Timotheum circumcidit, aut ipse quædam ritu Iudaico sacramēta celebrauit, sed ex illa libertate sententiæ

suæ quã prædicauit, nec gentibus prodesse circuncisionem, nec iudæis obesse. Vnde ned illos astringendos ad cõsuetudinẽ Iudæorũ nec illos à paterna deterrendos censuit: Vnde illa verba ejus sunt, Circuncisus quis vocatus est, non adducat præputium: in pręputio quis vocatus est, nõ circuncidat. Circũcisio nihil est, & præputiũ nihil est, sed obseruatio mandatorũ dei. Vnusquisq; in qua uocatione vocatus est, in ea permaneat. Quo.n. potest adduci præputiũ quod præcisum est? Sed non adducat dixit, non ita viuat, quasi ꝓputiũ adduxerit. i. quasi i eã partem quam nudauit, rursus tegmen carnis attraxerit, & quasi Iudæus esse destiterit, sicut alibi dicit, Circũcisio tua ꝓputium facta est: sed extiterit: Et hoc nõ tanquã cogẽs dixit Apostolus, aut illos manere in præputio, aut Iudæos i cõsuetudine patrũ suorũ, sed vt neutri in alterã cogerent, Potestatẽ aũt haberet quisq; manendi in sua cõsuetudine, nõ necessitatem. Neq; n. si vellet Iudæus, vbi nullũ perturbaret, recedere à Iudaicis obseruationibus, prohiberet ab Apostolo: quandoquidẽ consilium in eis permanendi ad hoc dedit, ne superfluis pturbati Iudæi, ad ea quæ saluti essent necessaria nõ uenirent. Neq; ab illo prohiberetur si vellet quisquã gentiliũ ideo circuncidi, vt hoc ipsum ostenderet, non se detestari quasi noxium, sed indifferẽter habere tanquã signaculum, cuius vtilitas iam tempore pręterisset. Non.n. si salus ex eo iam nulla esset, etiã exitium inde metuendum fuit. Ideoq; & Timotheus cum in præputio vocatus esset, tũ quia de Iudæa matre ortus erat, & ostendere cognatis suis debebat ad eos lucrifaciendos, nõ hoc didicisse in disciplina Christiana, vt illa sacramẽta quæ legis veteris essent abominaretur, circunciſus est ab Apostolo: vt hoc modo demonstraret Iudæis, nõ ideo gentes non ea suscipere, quia mala sunt, & perniciosę à patribus obseruata, sed quia iã saluti non necessaria post aduentum tanti sacramenti, qđ per tam longa tempora tota vetus illa scriptura propheticis figurationibus parturiuit. Nam & Titum circuncideret cum hoc vrgerent Iudęi, nisi subintroducti falsi fratres ideo fieri vellent, vt haberẽt quod de ipso Paulo disseminarent: tanquã eorũ veritati cesserit, qui spem salutis Euangelicæ in circuncisione carnis atq; eiusmodi obseruationibus esse prędicarent, & sine his nemini Christum prodesse contendebant: cũ cõtra nihil prodesset Christus eis, qui eo animo circuncidерent, vt ibi esse salutem putarent. Vnde est illud, Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circũcidamini, Christus vobis nihil ꝓderit. Ex hac igitur libertate Paulus paternas obseruationes seruauit, hoc vnum cauens & prædicans, ne sine his salus Christiano nulla putaret. Petrus aũt simulatione sua tanquã in Iudaismo salus esset, cogebat gẽtes iudaizare, quod verba Pauli ostẽdunt dicentis, Quo gentes cogis Iudaizare? Nõ.n. cogerent, nisi videret eũ sic eas obseruare, quasi præter illas salus esse nõ posset. Petri ergo simulatio libertati Pauli non est cõparanda. Et ideo Petrũ amare debemus libenter correctum: non autem astruere etiam de Pauli authoritate mendaciũ: qui & Petrũ coram omnibus in rectã viã reuocauit, ne gentes ꝓ eũ Iudaizare cogerẽtur, & ipse suę ꝓdicationi attestatus est: qui cum putaretur hostis paternarum traditionum, eo ꝙ nolebat eas imponere gentibus, non aspernatus eas ipse more patrio celebrare, satis ostendit hoc in eis Christo aduenіente remãsisse, vt nec Iudæis essent pernicioſæ, nec gentibus necessarię, nec iam cuiquã hominum salutares. Quòd si authoritas mentiendi, nec de antiquis libris proferri põt, vel quia nõ est mendaciũ qđ figurate gestũ dictumve recipitur, vel quia bonis ad imitandũ non proponitur quod in malis cũ proficere cœperint in peioris comparatione laudantur: nec de noui testamenti libris, quia correctio potius quàm simulatio sicut lachrymæ potius quàm negatio Petri est imitanda. Iam illis exemplis, quæ de eõi vita proferuntur, multo confidentius asserunt non esse credendũ. Prius enim docent iniquitatem esse mendacium, multis ꝺumentis literarum sanctarum, & eo maxime quod scriptum est, Odisti domine omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Aut enim solet scriptura, sequenti versu expoſuit ꝺeriorem, vt quoniam latius solet patere iniquitas, intelligamus nominato mẽdacio, qđ speciẽ iniquitatis significare voluerit, aut si aliquid interesse arbitrantur, tãto peius est mẽdacium, quãto grauius positũ est, Perdes: quàm, Odisti. Forte enim odit aliquem deus aliquanto mitius vt eũ non perdat. Quem vero perdit, tanto uehementius odit, quanto seuerius punit. Odit aũt omnes qui operãtur iniquitatẽ. At oẽs qui loquuntur mendacium etiã perdet. Quo constituto quis eorum qui hæc asserunt cõmouebitur illis exemplis, cum dicitur, Quid si ad te homo confugiat qui mendacio tuo possit à morte liberari? Illa enim mors quã stulti timent homines, qui peccare non timent, non animam, sed corpus occidit, sicut dns in Euangelio docet, Vnde præcepit ne ipsa timeatur: os aũt quod mentitur, non corpus sed animam occidit. His enim verbis apertissime scriptum est, Os quod mentitur, occidit animam. Quo ergo non peruersissime dicitur: vt alter corporaliter viuat, debere alterum ſpiritaliter mori? Nam & ipsa dilectio proximi ex sua cuiusq; dilectione terminum accepit, Diliges, inquit, proximum tanquam teipsum. Quo ergo quisquis diligit tanquam seipsum, cui vt præstet vitam temporalem, ipse amittit æternã? qñquidem si pro illius tẽporali vita suã ipsam tẽporalem perdit: non est iam diligere sicut seipsum, sed plusquam seipsum. Quod sanè doctrinæ regulam excedit. Multo minus igitur æternam suam pro alterius temporali mentiendo amissurus est. Temporalem planè vitam suam pro æterna vita proximi nõ dubitabit Christianus amittere. Hoc.n. præcesſit exemplum, vt pro nobis dns ipse moreretur. Ad hoc enim & ait, Hoc est mandatum meum vt diligatis inuicem sicut & ego dilexi vos. Maiorem dilectionem nemo habet q̃ vt animam suã ponat quis pro amicis suis. Non.n. quisquam est ita desipiens, vt dicat aliud q̃ saluti sempiternæ hominum consuluisse dñm, vel faciendo quod præcepit, vel præcipiendo quod fecit. Cum igitur mentiendo vita æterna amittitur, nunquam pro cuiusquam temporali vita mentiendum est. Enimuero isti qui stomachantur & indignantur, si nolit aliquis mendacio perimere animam suam, vt aliu ne ſcat in carne: quid si etiã furto nostro, quid si adulterio liberari possit aliquis de mo , ideone furandum est, aut mœchandum? se sciunt enim ad hoc se cogere, vt si laq im ferat homo & stuprum petat, confirm s q̃ sibi collum ligabit, nisi ei concedatu quod petit, consentiatur propter animam, fi t ipsi dicunt, liberandam. Quod si absurdum & nefarium est, cur animam suam quisq; mendacio corrumpat, vt alter viuat in corpore, cum si suum propterea corrumpendum daret omnium iudicio nefariæ turpitudinis damnaretur? Proinde non est in ista quæstione attendendum, nisi vtrum iniquitas sit mendacium. Quod cũ supra cõmemoratis documentis asseratur, videndum est ita quęri: vtrum pro alterius salute mentiri aliquis debeat, ac si quæreretur, vtrum pro alterius salute iniquus esse aliquis debeat. Quod si respuit animæ salus, quæ nõ põt nisi æquitate seruari, & se vt præponamus non solũ alterius, sed etiã nostrę saluti tẽporali iuber, quid restat, inquiunt, quo dubitare debeamus núquã omnino esse mentiẽdũ? Nõ.n. dici põt aliquid in temporibus cõmodis, salute ac vita corporali maius aut charius. Vnde si nec ipsa præponenda est veritati, quid objici potest pp quod mentiendum esse cõtendant, qui aliqñ putant oportere mentiri?

Pudicitia quippe corporis, quia multũ honorabili persona videtur occurrere, & pro se flagitare mendacium, vt si stuprator irruat, qui possit mendacio deuitari, sine dubitatione mentiendum sit: facile rñderi põt, nullam esse pudicitiam corporis, nisi ab integritate animi pendeat, qua dirupta cadat necesse est, etiam si intacta videatur: & ideo non in rebus temporalibus esse numerandã, quasi quæ inuitis possit auferri. Nullo modo igitur animus se mendacio corrũpit pro corpore suo, quod scit manere incorruptum si ab ipso animo incorruptio non recedat. Quod.n. violenter non præcedente libidine patitur corpus, vexatio potius q̃ corruptio nominanda est. Aut si omnis vexatio corruptio est, non omnis corruptio turpis est, sed quã libido procurauerit, aut cui libido consenserit. Quanto aũt præstantior est animus corpore, tanto sceleratius corrumpitur. Ibi ergo seruari põt pudicitia, vbi nulla nisi voluntaria potest esse corruptio. Certe.n. si stuprator corpus inuaserit, cui nec ui contrairi possit, nec vllo consilio vel mendacio deuitari, necesse est fateamur, aliena libidine pudicitiam non posse violari. Quapropter qm̃ nemo dubitat, & meliorem esse animum corpore, integritati corporis integritas animi præponenda est, quæ in æternũ seruari potest. Quis aũt dixerit integrũ animũ esse mentientis? Etenim libido quo que ipsa recte definitur, appetitus animi quo quid æternis bonis quælibet temporalia præponuntur. Nemo itaq; potest conuincere aliqñ esse mentiendum, nisi qui potuerit ostẽdere æternũ aliquod bonum obtineri posse mendacio. Sed cũ tãto quisq; ab æternitate discedat, quanto à veritate discordat: q au-

Gala. 5. Gala. 2. Mendacium an sit iniquitas. Cap. 6. Psal. 5. Ne pudi citiæ q̃ pro dẽ causa mentien dum. Cap. 7. Quòd pudicitia corporis ab integritate animi depẽdet. Libido quid sit.

tem mentitur à veritate discedit: absurdissimum est dicere, discedendo inde posse ad bo-
I ni aliquid aliquē peruenire. Aut si est aliqđ bonū æternū quod nō cōplectatur veritas, non erit verum: & ideo nec bonū erit, quia falsum erit. Vt aūt animus corpori, ita ēt veritas ipsi animo præponenda est: vt nō solū magis q̄ corpus, sed etiam magis q̄ seipsum appetat animus. Ita quippe erit integrior & castior, cum eius potius immutabilitate, q̄ sua mobilitate perfruetur. Si autem Loth
Gen.19 cum ita iustus esset, vt angelos etiam hospites susciperet, mererētur, stuprandas filias Sodomitis obtulit, vt fœminarum potius ab eis corpora quàm virorum corrumperentur: quanto diligentius atq; constantius animi castitas in veritate seruanda est, cum verius ipse corpori suo, q̄ corpus virile fœ-
Mendaciū causa officij. Cap.8. mineo corpori præferatur? Quod si quis quam putat, ideo cuiquam vel pro aliquo esse mentiendum, ut interim uiuat, aut in his rebus quas multum diligit non offenda tur quo possit ad æternam veritatem perue nire discendo: non intelligit, Primo nullum esse flagitium quod non eadem conditione sustipere cogatur, sicut iam superius demon
K strauum est: Deinde ipsius doctrinæ authoritatem intercipiet penitus interire, si eis quos ad illam.s. veritatem perducere conamur, mendacio nostro persuademus, aliqū esse mentiendum. Cum.n. doctrina salutaris, partim credendis, partim intelligendis rebus constet: nec ad ea quæ intelligenda sunt peruenīri possit, nisi prius credenda credantur: qūo credendum est ei qui putat aliqū esse mentiendum, ne forte & tunc mētiatur cum præcipit vt credamus? Vnde.n. sciri potest, vtrum & tunc habeat aliquam cām, sicut ipse putat officiosi mendacij, existimans falsa narratione hominem territū posse à libidine cohiberi, atq; hoc modo etiā ad spiritalia se consulere mentiendo arbitretur? Quo genere admisso atq; approbato, omnis omnino fidei disciplina subuertitur. Qua subuersa, nec ad intelligentiam peruenitur, cui capiendæ ista paruulos nutrit: atque ita omnis doctrina ueritatis aufertur, cedens licentiosissimæ falsitati, si mēdacio vel officioso aliunde penetrandi aperitur locus. Aut enim temporalia commoda, vel propria vel aliena veritati præponit quicunque mētitur: quo quid fieri potest peruersius? aut cum veritati adipiscendæ opitulante mendacio vult facere idoneum, intercludit aditum veritati. Volens enim cū mentitur esse
L aptus, fit cum verum dicit incertus. Quam obrem, aut non est credendū bonis, aut credendum est eis, quos credimus debere aliqū mentiri, aut non est credēdum bonos aliqū mentiri. Horū triū primū perniciosum est, sedm stultum. Restat ergo ut nunquā mentiātur boni. Sic ista qōne ex utraq; parte consyderata atq; tractata, non tū facile fe-
Mendaciū quo renda sententia est: sed adhuc diligenter auuitetur diendi, qui dicunt nullum esse tam malum grauius factū, quod nō in peioris deuitatione faciē-
quid. dum sit. Pertinere aūt ad facta hominū, nō
Cap.9. solum quicquid faciunt, sed quicquid etiam cum consensione patiuntur. Vnde si extitit causa ut eligeret vir Christianus thurificare idolis, ne consentiret stupro quod persecutor ei nisi faceret minabatur: recte uidentur quærere, cur non etiam mentiretur, ut tantam illam turpitudinem deuitaret. Ipsam enim consensionem qua stuprum pati mallet q̄ thurificare idolis, non passionem dicunt esse, sed factum. Quod ne faceret, elegit thurificare. Quanto igitur mendacium procliuius elegisset, si mēdacio posset à sancto corpore flagitium tam immane remoueri. In qua propositione, ista sunt quæ merito quæri possunt: utrum talis consensio pro facto habenda sit: aut utrū consensio dicenda, quæ non hēt approbationem: aut utrum approbatio sit cum dicitur, Expedit hoc pati potius q̄ illud facere: & utrum rēcte ille
M fecerit thurificare q̄ stuprum pati. & utrum mentiendum esset potius, si ea conditio daretur, q̄ thurificandum. Sed si talis consensio pro facto habenda est, homicidæ sunt ēt qui occidi maluerunt, q̄ falsum testimonium dicere, & quod est homicidium grauius in seipsos. Cur enim hoc pacto non dicatur, q̄ ipsi se occiderint, quia elegerūt hoc in se fieri, ne facerent quod cogebantur? Aut si grauius putatur alium occidere, q̄ seipsum, quid si hæc conditio martyri proponeretur, ut si nollet de Christo falsum testimonium dicere atq; immolare dæmonibus, an oculos ipsius alius non quilibet homo, sed pater eius occideretur, rogans etiam filium, ne id perseuerantia sua fieri permitteret, Nonne manifestum est illo in testimonij fidelissimi sententia permanente, solos homicidas futuros fuisse, qui patrem eius occiderent, non illum etiam parricidam? Sicut ergo huius tanti sceleris particeps iste non esset, cum elegisset patrem suum potius

tius ab alijs interfici, ēt sacrilegū, cuius animam raperetur ad pœnas, q̄ fidem suam falso
A testimonio violare: sic talis ille cōsensus nō eum faceret tanti flagitij participem, si malefacere ipse nollet, quicquid alij propterea fecissent, quia ipse nō faceret. Quid.n. tales persecutores dicunt, nisi fac male, ne nos faciamus? Qui si nobis vere facientibus non fecissent, nec sic eis nostro scelere suffragari deberemus. Nunc vero qñ iam faciunt cum ista dicunt, cur nobiscum potius, q̄ soli turpes atque nocentes sunt? Non.n. consensus ille dicendus est, quia non approbamus qđ faciunt, semper optantes & quantum in nobis est prohibentes ne faciant, factumque ip sorum non solum non committentes cum eis, sed etiam quanta possumus detestatione damnantes. Qūo, inquis, non cum eis facit, qñ illi hoc non facerent, si illud ipse faceret. Hoc modo frangimus ianuam cū effractoribus, quia si non eam clauderemus, illi non frangerent. Et occidimus homines cum latronibus, si scire contingat hoc eos esse facturos: quia si nos prætuenientes eos occide
B remus, illi non occiderent alios. Aut si fatea tur nobis aliquis parricidium se facturum, nos cum eo facimus, si cum possumus eum priusquam faciat, nō interficimus, qñ aliter eum vel cohibere vel impēdire non possumus. Totidem.n. verbis dici potest, fecisti eum eo, quia hoc ille non fecisset, si tu illud fecisses. Ego vtrunque malum fieri nollem: sed id tantum cauere potui ne fieret, quod erat in mea potestate. Alterum aūt alienū, quod meo præcepto extinguere non potui, meo maledicto impedire, non debui. Non ergo peccantem approbat, qui pro alio non peccat: & neutrum placet ei qui vtrunque nollet admitti. Sed illud quod ad se pertinet ēt potestate, non perpetrat: quod autem ad alterum, sola voluntate condemnat. Et
C proponentibus illam conditionem atque dicentibus, Si non thurificaueris, hoc patieris, si respondisset, Ego neutrum eligo, vtrum detestor, ad nihil horum vobis cōsentiens: inter hæc verba atque talia, quę certe qñ ita essent, nulla eius cōsensio, nulla approbatio teneretur, quæcunque ab eis passus esset, illi deputarent iniuriarum acceptio, illis commissio peccatorū. Debuitne igitur, ait quispiam, stuprū perpeti potius q̄ thurificare? Si quæris quid debuerit neutrum debuit. Si.n. dixero aliquid horum debuisse, aliquid horum approbabo, cum improbem vtrunque. Sed si quæritur quid horum potius debuit euitare qui vtrunq; non potuit: sed alterutrum potuit: rñdebo, suū peccatum potius q̄ alienum: & leuius potius quod suū, q̄ grauius quod alienum. Vt.n. salua diligētiore inquisitione interim concedā, grauius esse stuprum q̄ thurificationē: illa tū ipsius erat, illud alienum factum, quanuis id ipse pateretur. Cuius aūt factum, eius & peccatum. Quanuis.n. grauius sit homicidium, q̄ furtum, peius est tū facere furtū, q̄ pati homicidium. Itaque si cuiquā proponeretur, vt si furtū facere nollet, interficeretur, hoc est committeretur in eum homicidiū, quia vtrunque euitare non posset, id euitaret potius, quod suum peccatum esset, q̄ quod alienū. Nec ideo & illud eius fieret, quia in eū cōmitteretur, & quia id posset euitare, si suū vellet admittere. Totus itaq; huius qōnis nodus ad hoc adducit, vt quæratur, vtrū alienum nullū peccatū quanuis in te cōmissum tibi imputetur, si leuiore tuo peccato id ppē sis euitare ne facias: an excepta est omnis immundicia corporalis. Nemo.n. aliquē immundum fieri dicit, si occidatur aut mittat in carcerem, aut in vinculis habeatur, aut
D flagellēt, cæterisq; tormentis & cruciatibus affligatur: aut proscribatur, dānisq: afficiatur grauissimis, vsque ad vltimam nuditatē, aut expolietur honoribus, atq; ingentes accipiat contumelias p quæcunq; conuitia. Quicqđ horū quisque iniuste passus fuerit, nemo est tam demens, qui eum immundum fieri dicat. At si simo perfundatur, aut si tale aliquid ei per os infundatur vel inculcetur, patiaturve muliebria, omnium ferè sensus exhorret, & conspurcatum atque immundum vocant. Ita igitur concludendum est, vt quæcunque aliena peccata, exceptis ijs q̄ immundum faciunt in quem committuntur, non euitet quisque peccatis suis, neque pro se, neque pro quoquam, sed ea sufferat potius fortiterq; patiatur: & nullis peccatis suis ea debet vitare, neque mendacio. Illa vero quæ ita committuntur in hominem, vt eum faciant immundum, etiam peccatis nostris euitare debeamus: ac per hoc nec peccata dicenda sunt, q̄ propterea fiunt vt illa immundicia deuitet. Quicquid.n. ita fit, vt nisi fieret iuste reprehenderetur, non est peccatū. Ex quo conficit, vt nec illa immundicia vocanda sit, qñ euitandi eā nulla facultas est. Habet.n. ēt tunc quod recte agat qui ea patitur, vt patienter ferat quicquid non

potest

E poteſt euitare. Nullus autē recte agens immundus fieri pōt quolibet contagio corporali. Immundus eſt.n. ante dīm omnis iniquus. Mundus ergo eſt omnis iuſtus, & ſi non ante homines, tū ante dīm, qui ſine errore iudicat: proinde nec cum ea patitur, data euitandi poteſtate, contactu ipſo immūdus fit, ſed peccato quo ea cum poſſet noluit euitare. Nullum.n. peccatum eſſet, quicquid propter illa euitanda factum eſſet. Propter hæc igitur euitanda quiſquis mentitus fuerit, non peccat. An aliqua ēt mendacia excipienda ſunt, vt ſatius ſit hæc pati, q̄ illa committere? Quod ſi ita eſt, non quicquid factum fuerit, vt illa immundicia euitetur, nō eſt peccatum. Q̄nquidem ſunt quædā mendacia quæ grauius ſit admittere, q̄ illa pati. Nam ſi aliquis ad ſtuprum quæratur qui poſsit occultari mendacio, quis audet dicere nec tunc eſſe mentiendum? At ſi tali mendacio poſsit latere, quod alterius famam lædat, eius immūdiciæ falſo crimine ad quam patiendam ille quæritur: tanquam ſi dicatur quærenti, nominato aliquo caſto viro atq; ab huiuſmodi flagitijs alieno, vade ad illum

F & ipſe tibi procurabit quo libentius vtaris: nouit.n. deus tales & diligit: atque ita iſte ab eo quem quærebat poſſet auerti: neſcio vtrum alterius fama mendacio violanda ſit, ne alterius corpus aliena libidine violetur. Et omnino nunquam pro aliquo mentiendum eſt, eo mendacio quod alterum lædat: & ſi leuius læditur, q̄ ille niſi ita mentireris læditur. Quia nec panis alienus inuito quāuis valentiori auferendus eſt vt alatur infirmior, nec innocens inuitus virgis cædēdus eſt, ne alius occidatur. Planè ſi velint, fiat, quia nec læduntur cum ita volunt. Sed

In rebꝰ fidei nō eſſe locum mē dacio. Cap. 10.

vtrum etiam volentis fama falſo ſtupri crimine lædenda ſit, vt ab alterius corpore ſtuprum auertatur, magna quæſtio eſt. Et nēſcio vtrum facile reperiatur, quō iuſtum ſit volentis famam falſo ſtupri crimine maculari, q̄ ipſo ſtupro corpus inniti. Sed tamē ſi talis optio proponeretur ei qui thurificare idolis, q̄ muliebria perpeti maluit, vt ſi illud vellet euitare, famā Chriſti aliquo mendacio violaret, inſaniſsimus eſſet, ſi faceret. Plus etiam dico, quia inſanus eſſet, ſi alienæ libidinis euitādæ cauſa, ne id in eo fieret qđ nulla ſua libidine pāteretur, Chriſti Euangeliū falſis Chriſti laudibus infalſaret, magis euitans alienam corruptionē in corpore ſuo, q̄ in doctrina ſanctificationis animarū atq; corporum, corruptionem ſuā. Quamobrem a doctrina religionis, atq; ab eis omnino enunciationibus, q̄ propter doctrinam religionis enunciantur cum illa docetur & diſcitur, omnia penitus mendacia remouenda ſunt. Nec vlla omnino cauſa inueniri poſſe credatur, cur in rebus talibus mentiendum ſit: qñ nec ideo in ea doctrina mentiēdum eſt, vt ad eam ipſam quiſq; facilius perducatur. Fracta.n. vel leuiter diminuta authoritate veritatis, omnia dubia remanebunt: Quæ niſi vera credātur, teneri certa non poſſunt. Licet igitur vel diſſertori ac diſputatori atque prædicatori rerum æternarum, vel narratori vel prænunciatori rerum temporalium ad ædificandam religionem atque pietatem pertinentium, occultare in tempore quicquid occultandum videtur, mentiri aūt nunquam licet, ergo nec occultare mentiendo. Hoc primitus & firmiſsime conſtituto, de cæteris mendacijs ſecurius quæritur. Sed conſequenter etiam vi dendum eſt, retinuenda eſſe etiā omnia mēdacia quæ aliquem lædunt iniuſte, quia nulli eſt iniuria vel leuior inferenda, vt ab alio grauior repellatur. Nec illa ſunt admittēda mendacia, quæ quanuis non obſint alteri, H nulli tū proſunt, & obſunt eis ipſis q gratis mentiuntur. Ipſi.n. proprie mendaces dicendi ſunt. Intereſt.n. inter mentientem atque mendacem. Nam mentiens eſt etiam qui mentitur inuitus, mendax vero amat mentiri, atque habitat animo in delectatione mētiendi. Iuxta ponendi ſunt & qui de mendacio volunt placere hominibus, non vt alicui faciant iniuriam vel inferant contumeliam, iam.n. ſupra hoc genus remouimus, ſed vt ſuaues ſint in ſermonibus ſuis. Iſti ab illo genere in quo mendaces poſuimus hoc differunt, q̄ illos mentiri delectat, gaudentes de ipſa fallacia: iſtis autem placere libet de ſua

Differētia mentientis & mēdacis Cap. 11.

iloquio, qui tū veris mallent placere: ſed non facile inueniunt vera quę grata ſint audientibus, mentiri eligūt potius q̄ tacere. Difficile eſt tū vt iſti totā narrationē falſam ſine ſuſcipiāt, ſed plerunq; veris falſa conte xu, vbi ſuauitas eos deſerit. Hæc aūt duo genera mendaciorū non obſunt credētibus, quia nihil de doctrina religionis veritatisq; falluntur, aut de vllo cōmodo vel vtilitate ſua. Sufficit.n. eis vt iudicent fieri potuiſſe quod dicitur, & fidem habeant homini quē I non debent temere exiſtimare mētientem. Quid enim mihi obeſt ſi credam patrē aut

auum

auum alicuius virū bonum fuiſſe, etiā ſi nō fuit: aut vſq; ad Perſas militando peruenisſe, etiā ſi a Roma nunquā receſsit? Ipſis autem mentientibus valde obſunt. Illis quidē, quia ſic deſerunt veritatē vt fallacia lætentur, iſtis quia ſe malunt placere hominibus

Nū vtiliter mē tiri liceat. Cap. 12

q̄ verum dicere. Iſtis generibus ſine vlla dubitatione damnatis, ſequitur, genus mendacij tanquā gradatim ad meliora ſurgentibus, quod beneuolis & bonis vulgo tribui ſolet, cum ille qui mentitur, nō ſolum alteri nō obeſt, ſed etiā prodeſt alicui. De iſto genere eſt tota cōtentio, vtrum ne ſibi obſit, qui ſic prodeſt alteri, vt faciat cōtra veritatē. Aut ſi veritas illa ſola dicenda eſt, quæ ipſas mentes intimo atq; incōmutabili lumine illuſtrat. Facit certe cōtra aliquod verum, quia & ſi falluntur corporis ſenſus, cōtra verum tū facit, qui dicit aliquid ita eſſe, vel nō ita, qđ ei nec mēs nec ſenſus nec opinatio ſua fidesve renunciat. Vtrū ergo nō ſibi obſit qui hoc modo alteri prodeſt, an illa compenſatione nō obſit ſibi qua prodeſt alteri, magna quæſtio eſt. Si ita eſt, cōſequēter etiam ſibi prodeſſe debet per mēdacium

K quod nulli obeſt. Sed ea cōnexa ſunt, & iſtis conceſsis neceſſario trahuntur quæ multū conturbēt. Si.n. quæratur, quid obſit homini copijs ſuperfluis redundāti, ſi de innumeris milibus frumentorū amittat vnū modium, qui tū modius poſsit ad neceſſariū victū prodeſſe furanti, conſequens erit, vt & furtū ſine reprehenſione fieri poſsit, & falſum teſtimoniū ſine peccato dici. Quo q̄d dici poteſt peruerſius? An vero ſi alius furatus eſſet illum modiū & tu videres, interrogatusq; eēs, mētireris honeſte p paupere? Et ſi id p tua paupertate facilius culpaueris, quaſi amplius aliū q̄ te diligere debeas. Vtrunq; ergo turpe atq; vitandum eſt. Sed fortaſsis exceptione addendam quis putet, vt ſint quædam honeſta mendacia, quæ non ſolum nulli obſunt, ſed etiā nōnullis p̄ſunt, exceptis his quibus crimina occultantur & defenduntur, vt ideo ſit illud turpe mendacium, qđ quamuis nulli obſit, & proſit ſuperi, furtum tū occultat. Si autem ita eſſet vt nulli obeſſet & prodeſſet alicui, vt etiam nullum peccatū occultaret atq; defenderet, turpe nō eſſet. Velut ſi quiſpiā pecuniam ſuā te videte abſconderet, ne per furtum aut vim amitterer, atq; inde interrogatus mētireris, neq;

L obeſſes cuiquā, & ei prodeſſes cui opus erat illud occultū, & nullum peccatū mentiendo texiſſes, Non.n. quiſq; peccat abſcondendo rem ſuā quam timet amittere. Sed ſi propter ea nō peccamus mentiendo, quia nullius peccatum tegentes, & nulli obſumus, & alicui proſumus, quid agimus de ipſo peccato mēdacij? Vbi.n. poſitum eſt, Ne furtū fece ris: ibi poſitum eſt, ne falſum teſtimonium dixeris. Cum ergo ſingula prohibeātur, cur falſum teſtimoniū tunc eſt culpabile, ſi furtum tegat vel aliquod aliud peccatum? Si autē nulla defenſione peccati per ſeipſum fiat, non eſt culpabile, cum ipſum furtum per ſe culpabile ſit, & cætera peccata. An occultare peccatum nō licet, & facere peccatum licet? Quod ſi abſurdum eſt, quid dicemus? An falſum teſtimoniū nō eſt, niſi cum quiſque ita mentitur, vt aut crimen confingat in aliquē: aut alicuius crimen occultet, aut quoquo modo quenquā in iudicio premat? Videtur.n. teſtis iudici neceſſarius ad cauſæ cognitionem. Sed ſi hactenus teſtē ſcriptura nominaret, non diceret Apoſtolus Paulus, Inuenimur autē & falſi teſtes dei, 1.Co.15 ſi teſtimoniū, diximus aduerſus deum, quia M excitauerit Chriſtum, quem non excitauit ſi mortui non reſurgunt. Ita.n. oſtendit falſum teſtimonium eſſe mendacium, etiā ſi in cuiuſquā falſa laude dicat. An forte tūc di Falſum cit falſum teſtimonium qui mentitur, cum teſtimo- aut peccatum alicuius vel fingit vel tegit, nium. aut alicui obeſt quoquo modo? Si enim mē Cap. 13 dacium qđ aduerſus vitā cuiuſquam tēporalem dicitur, deteſtabile eſt, quanto magis qđ aduerſus vitā æternam, ſicuti eſt omne mendacium ſi in doctrina religionis fiat? Et ideo falſum teſtimonium vocat Apoſtolus, ſi quis de Chriſto etiam quod ad eius laudem videtur pertinere, mentiatur. Si autem mendacium ſit, quod neq; cuiuſquā peccatum aut confingat aut tegat, nec a iudice q̄ratur, & nulli obſit, & proſit alicui, nec falſum teſtimonium eſſet nec reprehenſibile mendacium. Quid ergo ſi ad Chriſtianum homicida confugiat, aut videat quo confugit, & de hac re interrogetur ab eo, qui ad ſupplicium quærit hominē hominis interfectorem, mentiendum eſt? quomodo enim non egit peccatum mentiendo, cum ille p quo mentitur peccatum ſceleratum admiſerit? An quia nō de peccato eius interrogatur, ſed de loco vbi lateat? Ergo mentiri ad tegēdum cuiuſquam peccatum, malum eſt: A mentiri autem ad tegendum peccatorē, non eſt malum? Ita ſanè, ait quiſpiam: Nō enim

tunc

tunc peccat quisquam cum euitat supplicium, sed cum facit aliquid dignum supplicio. Pertinetautem ad disciplinam christianam, vt neque de cuiusquam correctione desperetur, neq; cuiquam pœnitendi iuterludatur aditus. Quid si ad inuicem ductus de ipso loco vbi se ille occultat interrogeris: dicturus es, aut nō ibi est vbi eū scis esse, aut non nouī & non vidi, quod nostri & vidisti? Dicturus ergo es falsum testimoniū, & occisurus animā tuā, ne occidatur homicida? Au vsq; ad cōspectū iudicis mētieris: iudice aūt quærente iam verum dices, ne sis falsus testis? Ipse igitur hominem proditione occisurus es? & iam proditorē quippe diuina scriptura detestatur. An forte ꝓditor non est qui iudici interroganti verum indicat, esset aūt proditor si quenquam ad exitium vltro deferret? Quid si de iusto atq; innocente vbi lateat sciens a iudice interrogeris, qui tū ad mortem à maiore ptāte iussus est rapi, vt ille qui interrogat executor sit legis, non conditor: an ideo non erit falsum testimonium, qꝛ pro innocēte mentieris, quia nec ille iudex, sed executor interrogat? Quid si ipse conditor legis interroget, aut quilibet iudex iniquus ad suppliciū q̄ B rens innocentē? Quid facie, falsus testis an proditor eris? An ille proditor, qui iusto iudici latentē homicidā vltro detulerit, & ille non erit qui iudici iniusto vbi lateat innotens quē quærit occidere, interrogāti indicauerit eū qui se fidei eius commiserat? An inter crimen falsi testimonij & proditionis, dubius incertusq; remanebit? An tacendo vel profitendo te non esse dicturū, certus vtrunq; vitabis? Cur ergo non hoc facias, & priusquā ad iudicem venias, vt cauceas ēt mendacium? Euitato.n. mendacio, omne testimoniū falsum effugies, siue omne mendacium sit falsum testimonium, siue nō omne. Euitato aūt falso testimonio qđ tu esse intelligis, non effugies omne mendacium. Quanto ergo fortius, quanto excellentius dices, nec prodam, nec mentiar? Fe-
Firmus epūs Tagastēsis. cit hoc Episcopus quondam Tagastensis ecclesiæ Firmus nomine, firmior voluntate. Nā cum ab eo quæreretur homo iussu Imperatoris per apparitores ab eo missos, quē ad se confugientē diligentia quanta poterat occultabat, respondit quærētibus, nec mentiri se posse, nec hominē prodere, passusque multa tormenta corporis (nondū.n. erant
C Imperatores Christiani) permānsit in sententia. Deinde ad Imperatorem ductus, vsque adeo mirabilis apparuit, vt ipsi homini quē seruabat, indulgentiam sine vlla difficultate impetraret. Quid hoc fieri pōt fortius atq; constantius? Sed ait quisquā timidior, Paratus esse possum ad q̄libet ferenda tormenta, vel ēt mortem subeundā ne peccem. Cum aūt peccatum nō sit ita mentiri, vt neq; cui quā obsis, neq; falsum testimonium dicas, & prosis alicui: stultū est & graue peccatū, voluntaria frustra sustinere tormēta, & fortasis vtilem salutem, ac vitam incassum fœuientibus proijcere. A quo q̄ro, cur timeat quod scriptū est, Falsum testimoniū non di- Exo.20
ces: & non timeat quod à deo dictum est, Psal.5.
Perdes oēs qui loquuntur mendaciū? Nō, inquit, scriptum est, Omne mendacium: sed ita intelligo, ac si sit scriptum, Perdes oēs qui loquuntur falsum testimonium. At nec ibi dictū est, Omne falsum testimoniū. Sed ibi positum est, inquit, vbi cætera quæ omnimodo mala sunt. Num & illud qđ ibi est, Non occides? Qđ si omnimodo malū est, qūo ab hoc crimine excusabuntur iusti, qui D
post legem daram multos occiderunt? Sed rñdetur, quòd non ipse occidat qui iusti alicuius præcepti minister est. Horum ego timorem sic accipio, vt tū illum laudabilem virum, qui nec mentiri voluit, nec hominē ꝓdere, & melius arbitrer intellexisse quod scriptum est, & intellectum fortiter implenisse. Sed venitur aliq̄ ad huiusmodi articulum, vt non interrogemur vbi sit ille qui quæritur, neq; cogamur vt eum prodamus, si sic occultatus est, vt inueniri facile nisi proditus nequeat: sed quæritur à nobis vtrū illo loco sit, an non sit. Vbi si esse scimus, tacendo eum prodimus: vel ēt dicendo nequa quā nos esse dicturos, vtrum ibi sit, an non sit. Ex hoc enim colligit ille qui quærit, ibi eum esse: vbi si non esset, nihil aliud ab eo mentiri nollet, nec hominem prodere, cum non ibi esse responderetur. Ita per nostram vel taciturnitatem vel alia verba homo proditur, vt intret qui quærit si potestatem habet & inueniat eum: qui tū ab eius inuestigatione mendacio nostro posset auerti. Quapropter si nescis vbi sit, nulla est causa occultandæ veritatis, sed te nescire fatendum est. Si autem scis vbi sit, siue ibi sit vbi quæritur, siue alibi: non est dicendum cum quæsitum fuerit, vtrum ibi sit, an non sit. Non dico quod quæris: sed dicendum, Scio vbi sit, sed nūquā monstrabo. Nā si de vno E
loco,

loco, non respondeas, & te nō esse proditurū fatearis, tale est, ac si eundē locū digito ostēdas, Mouetur.n. certa suspicio. Si aūt primo fatearis te scire vbi sit, sed nō dicere, pōt fortasse ab illo loco inquisitor auerti, & tibi iam incūbere, vt vbi est, à te prodatur. Pro qua fide atque humanitate qcqd fortiter tuleris, nō solum nō culpabile, sed ēt laudabile iudicāt, exceptis dūtaxat his, quæ si passus fuerit homo, nō fortiter, sed impudice ac turpiter pati dicīt. Hoc est.n. vltimū mendaciū, de quo diligentius tractandum est.

Mendaciorum genera. Cap. 14

Nam primū extat euitādū capitale mēdaciū longeq̄. fugiēdum, qđ sit in doctrina religionis: ad qđ mendaciū nulla conditione q̄squam debet adduci. Sed m autem vt aliquē lædat iniuste: quod tale est, vt & nulli prosit, & obsit alicui. Tertium qđ ita ꝓdest alteri, vt obsit alteri, quis nō ad immunditiā obsit corporalē. Quartum quod fit sola mētiendi fallendiq. libidine, quod merū mēdacium est. Quintū qđ fit placē F
di cupiditate de suauiloquio. His omnibus penitus euitatis atque reiectis, seq̄tur sextū genus, qđ & nulli obest, & ꝓdest alicui, excepto si iu-
Frobenianum loco horum habebat, excepto si iudex interrogat.
dex interrogat. De quibus duobus generibus solenthre magnā controuersiam, satis tractauimus: & qd nobis placeret ostēdimus, vt suscipiēdis incōmoditatibus, quę honeste ac fortiter tolerant, hæc quoq. genera deuitētur a fortibus & fidelibus & veracibus viris ac feminis. Octauū est genus mendacij, & qđ nulli obest, & ad hoc ꝓdest, vt ab immundicia corporali aliquem tueatur, dūtaxat ea quā superius commemorauimus. Nā ēt non lotis manibus mā-
Mat. 15 ducare, immunditiā putabant Iudæi. Aut si & hāc q̄squam immūditiā vocat, nor talem pro qua euitāda mētiendū sit. Si au- G
tē mendaciū tale est, quod alicui faciat in iuriam, etiam si abhac immunditia, qua oēs homines abhorrēt ac detestantur, niam hominem, vtrum & hoc genere tiendū sit, si talis fiat iniuria per mēdaquæ non sit in eo genere immunditiæ de quo nunc agimus, alia quæstio est. Non.n. iam de mendacio quæritur, sed quæritur vtrum alicui facienda sit iniuria etiam nō per mendacium, vt illa ab altero immunditia depellatur. Quod nullo modo putauerim: quāquam proponantur læuissimæ

iniuriæ, sicut est illa, quam de vno modio amisso supra cōmemorauī, & multū ptur bēt, vtrū non debeamus facere cuiq̄ vel talē iniuriā si ea pōt alius ne stuprū patiat defendi aut muniri. Sed, vt dixi, alia q̄stio est.

Nunc illud quod instituimus peragamus. Vtrū mentiendū sit, etiā si ineuitabilis cōditio proponat, vt aut hoc faciamus, aut stuprū patiamur, vel aliquā execrabilē inq̄nationē, etiā si mentiendo nulli faciamus iniuriam. De qua re patebit aliqs cō syderationi locus, si prius diuinas authoritates, quæ mendaciū prohibēt, diligenter discutiamus. Si.n. ipsæ nullū dāt locū, frustra q̄rimus qua exeamus. Tenēdū est.n. omnimodo ꝑceptū dei & volūtas dei, in H
iis q̄ tenēdo præceptū eius passi fuerimus æquo animo sequēda: si aūt relaxatur aliquis exitus, nō est in tali causa recusandū mendaciū. Propterea diuinæ scripturæ nō solū ꝑcepta dei cōtinent, sed ēt vitā moresq̄. iustorū: vt si forte occultū est quēad modū accipiendū sit qđ præcipitur, in factis iustorū intelligat. Exceptis itaque his factis, q̄ pōt quisq. ad allegoricā significationē referre, q̄is gesta esse nemo ambigat, sicuti sūt ferè omnia i libris veteris testamēti. Quis.n. ibi aliquid audeat affirmare nō ꝑtinere ad figuratiuā ꝓnunciationē? Quippe cū Apostolus ēt filios Abrahā, quos vtiq. naturali ordine propagādi populi editos esse atq. vixisse facillime dicīt: non.n. mōstra & ꝓdigia nata sunt, vt ad signationem aliquam ducāt animā: duo tū testamenta signare asserat: & beneficiū illud mirabile, quod deus populo Israel ꝓstitit ad eruēdos eos de seruitute, qua in Aegypto premebātur, pœnamq̄. vindictæ cū in itinere peccassent, in figura cōtigisse dicat: q̄ facta inuenies, quibus istam regulam deroges, & affirmare præsumas ad fi- I
guram aliquam non esse redigenda. His ergo exceptis, ea q̄ in nouo testō a sanctis facta sunt, vbi morū imitandorum euidentissima commendatio est, valeant ad exempla intelligendarū scripturarum, quæ in ꝑceptis digesta sunt. Velut cum legimus in euangelio, Accepisti alapam, para alteram maxillam. Exemplū aūt patientiæ nullū Matt.5.
quam ipsius dñi potētius & excellentius inuenimus. At ipse cū alapa peussus esset, nō ait, Ecce altera maxilla: sed ait, Si male Ioā.18.
dixi, exprobra de malo: si autem bene, qd me cædis? Vbi ostendit illam præparationem

nẽ alterius maxillæ in corde faciendã. Qđ
ẽt Apostolus Paulus utiq. nouerat:nã & ip
se cũ esset alapa pcussus ante pontificẽ, nõ
Act.23. ait,Percute maxillam alteram: sed,Percu-
tiet te dñs,inqt, paries dealbate,& tu sedes
iudicare me sed'm legem, & contra legem
iubes me percuti? Altissime intuens sacer-
dotium Iudæorũ iam tale factum fuisse, ut
noïe forinsecus niteret, intrinsecus aũt lu-
teis concupiscentijs sorderet. Quod transi
turum esse vindicta domini videbat in spi-
ritu,cum illud diceret:sed tamẽ cor paratũ
habebat, non solum ad alias alapas accipiẽ-
K das, sed ẽt quælibet tormenta pro veritate
Matt.5. patienda,cum eorũ dilectione a quibus illa
pateretur. Scriptum est etiã,Ego autẽ dico
vobis,non iurare omnino. Iurauit aũt ipse
Apostolus in epistolis suis, Et sic ostendit
quo accipiendũ esset qđ dictũ est,Dico vo
bis non iurare omnino: ne.s.iurando ad fa-
cilitatem iurandi veniatur, & ex facilitate
ad consuetudinem, atq. ita ex consuetudi-
ne in periurium decidatur. Et ideo non in
uenitur iurasse nisi scribens,vbi consydera
tio cautior non habet linguam præcipitẽ.
Et hoc vtiq. a malo,sicut dictum est, Qđ
autem amplius est,a malo est: non tñ suo,
sed eorum infirmitatis,quibus ẽt sic fidem
facere conabatur:nam quod loquens iura
sset,dum non scriberet,nescio utrum aliqua
de illo scriptura narrauerit. Et tñ dñs ait,
Omnino non iurare. Non.n.concesit ut
id liceret scribẽtibus. Sed quia pręcepti uio
lati reum Paulũ,præsertim in epistolis con
scriptis atq; æditis ad spiritalem vitam salu
temq. populorum,nephas est dicere intelli
gendũ est illud quod positum est, omnino,
ad hoc positum, vt quantum in te est,non
affectas,non ames, non quasi pro bono cũ
aliqua delectatione appetas iusiurandum,
L Sicut illud,Nolite cogitare de crastino. Et,
Matt.6. Nolite cogitare quid manducetis, & quid
Ioan.13. bibatis,& qd induamini. Cum autem uide
mus & ipsum dñm habuisse loculos,quo ea
quæ dabantur, mittebantur vt seruari pos-
sent ad usus pro tempore necessarios,& ip-
sos Apostolos procurasse multa fratrũ indi
gẽtiæ,nõ solũ in crastinũ, sed ẽt in plixius
tps impendentis famis,sicut in actib. Apo-
Act.11. stolorũ legimus, satis elucet illa pcepta sic
intelligenda, vt nihil operis nostri tempo-
ralũ adipiscendorũ amore vel timore ege
statis tanq̃ ex necessitate faciamus. Itẽ dic-
tum est Apostolis,vt nihil secum portan-

tes in uia,ex euangelio viuerẽt. Et quodã
loco ẽt ipse dñs significauit cur hoc dixerit,
cum addidit, Dignus est.n.operarius mer-
cede sua. Vbi satis ostẽdit pmissum hoc esse,
Mat.10 non iussum, ne forte qui hoc faceret, ut
in opere pdicationis verbi aliquid ab eis,
quibus prædicaret,in vsus uitæ huius sume
ret illicitum aliquid se facere arbitraretur.
Posse tñ laudabilius non fieri, in apostolo
demonstratum est. Qui cum diceret, Com
Gala.6. municet aũt qui catechizatur verbo,ei qui
M se catechizat i omnibus bonis:& cum mul
tis locis id salubriter fieri ab eis,quibus ver
1.Co.4. bum prædicaret,ostenderet:sed tñ ego, in-
quit,non sum vsus hac ptãte. Potestate ẽr-
go dedit dñs,cum ista diceret, nõ imperio
constrinxit. Ita pleraq. in uerbis intelligere
non valentes, in factis sanctorum colligimus
quemadmodum oporteat accipi: qđ
facile in aliam partem duceretur:nisi exem
plo reuocaretur.

Os hoïs duplex. Cap.26

Sic ergo qđ scriptum est, Os autẽ quod
mentitur occidit animam,de quo ore dixe
rit,quæritur. Pleruniq. enim scriptura cum
os dicit, conceptaculum ipsum cordis signi
ficat,ubi placet & decernitur quicquid etiã
per vocem cum uerum loquimur enuncia-
tur vt corde mentiatur cui placet menda-
cium,Possit autem non corde mentiri,qui
per vocem aliud quàm est in animo ita p
fert,ut maioris mali euitandi causa malum
se admittere nouerit, cui tamen vtrunque
Psal.14. displiceat. Et qui hoc asserunt,ita dicunt ẽt
illud intelligendũ quod scriptum est,Qui
loquitur veritatem in corde suo: quia sem-
per in corde veritas loquenda est, non au-
tem semper in ore corporis,si aliqua causa
A cauendi maioris mali aliud quam in animo
est,uoce proferri exigat. Et esse quidem os
cordis ex hoc iam intelligi potest, quod v-
locutio est, ibi os non absurde intelligi-
tur. Nec recte diceretur, qui loquitur in
Sapiẽ.1. rde suo: nisi & os in corde recte intelli-
retur. Quanquam & eo ipso loco, vbi
ptum est,Os autem quod mentitur, oc
t animam:si circunstantia lectionis con
retur, non accipitur fortasse aliud quã
rdis. Obscurum.u. responsum ibi est
vbi homines latet qui os cordis nisi ori cor
poris consonet, audire non possunt. Illud
autem os dicit in loco scriptura peruenire
ad auditum spiritus domini,qui repleuit or
bem terrarum:ita vt etiam labia & vocem
& linguam commemoret in eo loco,nec tñ
omnia

omnia finat intellectus nisi de corde accipi, quia deum dicit non latere quod dicit.
Quod autem sono isto ad aures nostras p
Ibidem. tinente dicitur,nec homines latet. Ita quip-
pe scriptum est, Humanus est enim spiri-
tus sapientiæ,& non liberauit maledictum
a labijs eius, qm̃ renũ illius testis est deus,
& cordis illius scrutator est verus, & lin-
guæ illius auditor:qm̃ spiritus dñi repleuit
orbẽ terrarũ, & hoc qđ cõtinet omnia sciẽ
B tiã habet vocis. Propter hoc qui loqtur ini
qua,non põt latere,sed nec pteriet illũ cor
ripiens iudiciũ. In cogitationibus.n.impij
interrogatio erit, sermonum aũt illius au-
ditio a domino veniet ad correptionẽ ini-
qtatũ illius. Qm̃ auris zeli audit omnia,&
tumultus murmurationũ non absondet.
Custodite ergo vos a murmuratione quæ
nihil prodest,& a detractione linguæ parci
te,qm̃ rñsum obscurum inuacuum nõ ibit,
Os aũt qđ mentit, occidit animã. Vt ergo
his minari, qui obscurũ putant & secretũ
esse,qđ corde agitãt atq. versant, Tã vero
clarũ ostendere voluit hoc esse auribus dei,
vt etiam tumultum eum appellauerit. Ma-
nifeste etiam in Euangelio inuenimus os
cordis, ut vno loco & corporis & cordis
Mat.15 ora dñs commemorasse inueniatur,ubi ait,
Adhuc & vos sine intellectu estis. Non in
telligitis quia oẽ quod in os intrat,in uẽtre
vadit,& in secessum emittitur:quæ aũt pro
cedunt de ore,de corde exeunt, & ea coin-
quinant hominẽ. De corde.n.exeunt cogi-
tationes malæ,homicidia,adulteria,fornica
tiones, furta, falsa testimonia,blasphemiæ,
C hæc sunt quæ coinquinant hominẽ. Hic si
vnus quod est corporis intellexeris,quo in
telecturus es,Quę autem procedunt de o-
re,de corde exeunt:cum & sputus & uomi
tus de ore procedat? Nisi forte tunc quisq.
non coinquinatur, cũ edit aliquid imm
dum,coinquinatur aũt cũ id euomit. Q
si absurdissimũ est,restat vt os cordis ite
gamus a domino expositũ, cũ ait, Quæ
cedunt de ore,de corde exeũt. Nam &
tũ cum possit,& sæpe ita fiat,in silentio r
poralis vocis atq. oris perpetrari,dem
simum est sic intelligere, ut tunc put
quenquam peccato furti contaminari,cum
id fateatur aut indicar:cum autem id tacite
committit,incoinquinatũ arbitrari. At ve-
ro si ad os cordis quod dictum est refera-
mus,nihil omnino peccati tacite committi
põt. Nõ.n.cõmittit,nisi ex ore illo interio-
re pcedat. Sicut aũt qrit de quo ore dixe-
rit, Os aũt qđ mentitur, occidit animã,ita Sapie.1.
qri põt,de quo mẽdacio. Vr.n. de illo pro-
prie dicere,quo cuidam detrahitur, Ait.n.
Abstinete ergo uos a murmuratione quę
nihil prodest,& a detractione linguæ parci
te. Fit aũt ista detractio p malevolentiam,
cũ quisq. nõ solũ ore ac voce corporis pro
fert qđ cõfingit in aliquẽ, sed ẽt tacitus ta
lem vult credi,qđ est utiq. ore cordis detra
here:quod dicit obscurũ & occultũ deo eẽ D
non posse. Nam quod alio loco scriptũ est, Eccle.7.
Noli velle mentiri oẽ mendacium:non ad
hoc volunt,valere, vt nullo mẽdacio qsq.
mẽtiat. Itaq. cũ alius dixerit ex isto scriptu
ræ testimonio, vsqueadeo generaliter oẽ
mendaciũ esse detestandũ,ut si quis menti
ri uelit,ẽt si non mentiatur, iam voluntas
ipsa dãnanda fit: atq. ad hoc interpretetur,
q̃ non dictum est,Noli mentiri omne mẽ
dacium: sed Noli velle mentiri omne men
dacium: vt non solum mentiri, sed nec
uelle mentiri quisque audeat ullo men De men
dacio. dacio in
utranq.
partem
Dicit alius,Immo q̃ ait,Nolli velle mẽ disputat
tiri oẽ mendacium: de ore cordis exterm- Cap.17
nandum atq. alienandnm esse mendacium
voluit: vt a quibusdam men dacijs ore cor-
poris abstinendum sit:sicut illa sunt maxi-
me,quæ pertinẽt ad doctrinam religionis:
a quibusdam vero non sit ore corporis ab-
stinendũ, si maioris mali euitãdi cã exigit:
ore aũt cordis ab omni mendacio penitus
abstinere debeamus: Vbi oportet intelligi
qđ dictum est,Noli uelle. Voluntas quip-
pe ipsa quasi os cordis accipitur, ut nõ pti E
neat ad eos cordis,cũ maius malum cauen
tes, mẽtimur inuiti. Est & tertius intelle-
ctus,quo sic accipias, Noli oẽ,vt exceptis
aliqbus mẽdacijs mentiri te sinat. Tanquã
si diceret,Noli velle credere oi homini:nõ
vt nulli crederetur moneret, sed ut nõ om
nibus,aliqbus aũt crederet:& id qđ seqtur
Assiduitas.n.eius nõ proficiet ab bonũ,ita
sonat, quasi nõ de mẽdacio,sed ab assiduo
mẽdacio.i.a consuetudine atq. amore men
tiendi prohiberi videatur. Quo profecto
delabitur,quisquis vel omni mẽdacio pnta
uerit abutẽdum:ita.n.nec illud cauebit,qđ
fit in doctrina pietatis & religionis:quo fe
leratius quid facile non inuenias,non inter
omnia mendacia, sed inter omnia peccata:
alicui mendacio, quanuis facili,quanuis in
noxio nutum volũtatis accommodauerit,
ut

ut non inuitus euadēdi maiori mali causa, sed volens libensq. mentiat. Ita dū tria sint quæ in hac sna intelligi possint, aut oē mēdacium non solum mētiri noli, sed nec uelle mētiri: aut noli uelle, sed uel inuitus mētire, cum fugiendum est aliquid grauius: aut noli omne, vt exceptis aliquibus mendacijs cætera pmittantur: vnū hic pro his, quibus mentiri nunquā placet: duo p illis, qui aliqū putant esse mentiēdū, inueniunt.

F Sed tñ quod sequitur, Assiduitas n. eius nō proficiet ad bonum: nescio vtrum possit primæ harum trium snię suffragari, nisi forte ita, vt perfectorū præceptū sit, omnino nunquam non solum mentiri, sed nec uelle mētiri. Assiduitas vero mētiendi nec proficientibus pmittatur, Tanquam si cum pcipere tur, nunquā prorsus non solū mentiendū, sed nec voluntatem habendam esse mentiēdi, contradicetur exemplis, q aliqua sunt ēt magna authoritate approbata mēdacia. R ñ deretur aūt, illa quidem esse pficientium q̄ habent sc̄m hanc vitam qualecunq. officium misericordiæ, sed vsqueadeo esse omne mendacium malum, & perfectis atq. spiritalibus animis omnimō fugiendum, ut nec ipsis proficientibus assiduitas eius permittenda sit. Dictum est enim iam de obstetricibus Aegyptijs, q de indole ad melius Exod.1. proficiēdi mētiētes approbatę sunt, Quia nonnullus gradus est ad diligendā veram ac sempiternā salutem, cū quisq. misericorditer etiam pro alicuius quanuis mortali Psal.5. salute mentitur. Item quod scriptum est, Perdes oēs qui loquuntur mendacium. A-

G lius dicit nullum hic exceptum esse mendacium, sed omne damnatum. Alius dicit: ita vero, sed qui loquuntur ex corde mendacium, secundum superiorem disputationē: nam veritatem loquitur in corde qui odit mentiendi necessitatem, quam pœnam huius vitę mortalis intelligit. Alius dicit, Oēs quidem perdet deus qui loquuntur mendacium, sed non omne mendacium: Est. n. alicuius mendaciū quod tunc insinuabat Propheta, in quo nulli parcat, ideſt, si pctā sua quisq. confiteri detrectans, defendat ea potius, & nolit agere pniam, vt parum sit qa operatur iniquitatem, nisi etiam iustus uideri volens, medicinæ confessionis nō succumbat, vt ipsa verborum distinctio non aliud intimare videatur, Odisti omnes qui operantur iniquitatem, sed nō perdes, si pœnitendo in cōfessione veritatem loquant, vt faciendo istam veritatem veniant ad lucem, sicut in Euangelio secundum Ioannē dicitur, Qui autem facit ueritatem, venit Ioan. 3. ad lucem. Perdes aūt omnes qui non solū operantur iniqtatem, quod odisti, sed etiā loquuntur mendacium, falsam iustitiam prætendendo, nec in penitentia confirendo peccatum, nam de falso testimonio, qd̄ decem præceptis legis positum est, nullo H modo quidem contendi potest, dilectionē veritatis in corde seruandam, & proferendū falsum ad eum, apud quem dr̄ testimonium. Cum. n. deo tm̄ dicitur, tunc tantum in corde veritas amplectenda est. Cum aūt homini dicitur etiam ore corporis uerum proferendum est, quia homo non est cordis inspector. Sed plane de ipso testimonio non absurde quæritur, apud quoscunq. loquimur, testes sumus, sed apud eos quibus expedit & debetur per nos cognoscere aut credere veritatem: sicuti est iudex, ne in iudicando erret, aut qui docetur doctrina religionis, ne erret in fide, aut in ipsa doctoris authoritate dubius fluctuet. Cum autem ille te interrogat, aut uult ex te aliquid nosse qui eam rem qnærit, quæ non ad eum pertineat, aut quam ei nosse non expedit, non testem, sed proditorem requirit. Itaque si ei mentiaris, a falso fortasse testimonio alienus eris, sed a mendacio profecto non eris.

Saluo igitur eo, qd̄ falsum testimonium dicere nunquam licet, quæritur utrum liceat aliquando mentiri. Aut si falsum testimonium est omne mendaciū, uidendū est vtrum admittat compensationem, vt dicatur vitandi maioris peccati gratia: sicut illud quod scriptū est, Honora patrē & matrē: rapiente officio potiore contemnitur, vnde ultimum sepulturæ honorem patri p̄hibef exoluere, q ab ipso dño ad regnū o[illegible]annunciādum uocatur. Item quod scri[illegible]tum est, Verbū excipiens filius, a perditio[illegible]lōge aberit, excipiēs aūt excipit illud si[illegible] & nihil falsi de ore ipsius procedit, Di[illegible]liquis non aliud hic accipiendum esse q[illegible]positum est, Excipiens verbum filius ni[illegible]verbum dei, quod est veritas. Ergo excipiens veritatem filius a pditione longe abierit, refertur ad illud qd̄ dictum est, Perdes omnes qui loquuntur mendaciū. Qd̄ vero sequitur, Excipiens autem excipit illud sibi, quid aliud in[illegible]nuat, nisi quod Apostolus dicit, Opus aūt suū probet unusqsq.

De eo q̄ grauioris mali uitandi cā sit. Cap. 18 I Exo. 20 Matt. 8. Pro. 29. Psal. 5.

& tunc

Gala. 6. & tunc in semetipso habebit gloriam, & nō in altero. Qui. n. excipit Christum. i. veritatē, non sibi, sed vt hominibus placeat, non eam custodit, cùm eis videt placere posse mendacio. Qui aūt excipit sibi, nihil falsum de ore ipsius procedit, quia etiam cum placet hominibus mendacium, non mētitur ille qui veritatē, non qua illis, sed qua deo placeret, excipit sibi. Itaq; non est cur hic dicatur. Oēs quidem perdet qui loquuntur

K mendacium, sed non omne mendacium: qñ vniuersaliter omnia mendacia circuncisa sunt in eo quo dictum est, Et nihil falsi de ore ipsius procedit. Sed dicit alius, ita esse accipiendum sicut accepit Apostolus Paulus, quod ait dñs, Ego autem dico vobis nō Matt. 5. iurare omnino. Nam & hic omnis iuratio circuncisa est, sed ab ore cordis: vt nunq̄ voluntatis approbatione fieret, sed necessitate infirmitatis alterius. i. malo alterius, cui nō aliter videtur persuaderi posse quod dicitur, nisi iurando fides fiat, aut ab illo malo nostro, q huius mortalitatis adhuc pellibus inuoluti, cor nostrum non valemus ostendere: quod vtiq; si valeremus, iuratione opus non esset. Quanq̄ etiam in hac sapientia tota, si, quod dictum est, Excipiens verbū filius, a perditione longe aberit: de ipsa dictum est ueritate, p quam facta sunt omnia, quæ incommutabilis semper manet: quoniam doctrina religionis ad eam contemplandam perducere nititur, potest uideri ad hoc esse dictum, Et nihil falsi de ore ipsius procedit, ut nihil falsi qd̄ ad doctrinam pertinet, dicat. Quod mendacij genus nulla omnino compensatione subeundum,

L penitusq; ac præcipue deuitandū est. Aut si quod dictū est, nihil falsi, absurde accipitur, si nō ad omne mendaciū referatur: quod dictum est, de ore ipsius, secūm superiorem disputationem os cordis accipiendum esse cōtendit, qui aliquando putat esse mentiendum. Hæc certe omnis disputatio quanuis abnet, alijs asserentibus nunq̄ esse mentiendum, & ad hoc diuina testimonia recitantibus: alijs contradicētibus, & inter ipsa verba diuinorū testimoniorum mendacio locum quærentibus. nemo tamen potest dicere, hoc se aut in exēplo, aut in uerbo scripturarū inuenire, ut diligēdum uel nō odio habendum ullum mendacium habeatur: sed interdum mentiendo faciendum esse qd̄ oderis, ut quod amplius detestandum est, deuitetur. Sed in hoc errant homines, q̄ subdūt preciosa uilioribus. Cum enim cōcesseris admittendum esse aliquod malum, ne aliud grauius admittatur, non ex regula ueritatis, sed ex sua quisq; cupiditate atq; consuetudine metitur malum, & id putat grauius quod ipse amplius exhorrescit, non quod amplius reuera fugiendum est. Hoc totum ab amoris peruersitate gignitur uitium. Cum enim duæ sint uitæ nostræ. Vna M sempiterna, quæ diuinitus promittitur, Altera temporalis, in qua nunc sumus: cum Vita h- minum quisq; istam temporalem amplius diligere duplex. cœperit, quam illam sempiternam, propter hanc quam diligit, putat esse omnia faciēda: nec ulla æstimat grauiora peccata, q̄ quæ huic uitæ faciunt iniuriam, & uel ei cōmoditatis aliquid inique & illicite auferunt, aut eam penitus illata morte adimunt. Itaque fures & raptores & contumeliosos & tortores atq; interfectores magis oderūt, q̄ lasciuos, ebriosos, luxuriosos, si nulli molesti sunt. Non enim intelligunt aut omnino curant, quod isti deo faciant iniuriam: non quidem in illius aliquod incommodū, sed in suam magnam perniciem: cum dona eius in se corrumpunt etiam temporalia, atq; ipsis corruptionibus auersantur æterna: maxime si iam templum dei esse cœperunt: quod Christianis omnibus Apos- 1. Co. 3. tolus ita dicit. Nescitis quia tēplum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis? Quisquis templum corruperit, corrumpet illū deus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Et omnia quidem ista peccata, siue quibus iniuria fit hominibus in ipsis uitæ huius incommodis, siue quibus se ipsi homines corrumpunt, & nulli inuito nocent, Omnia ergo ista peccata, etiam si huic temporali uitæ ad aliquam delectationem uel utilitatem uidentur cōsulere: nam nullus aliquid horum alio proposito ac fine committit: tamen ad illam uitam, quæ sempiterna est, implicatos omnibus modis impediunt. Horū aūt alia sunt quæ solos facientes impediūt, alia q̄ eos ēt in quibus fiūt. Nā illa quæ utilitatis ad hanc uitā ptinentis gratia seruantur, cū auferuntur abiniuriosis, illi soli peccāt & à uita æterna impediuntur, qui ea faciūt, non ij quibus faciūt. Itaq; ēt si ea sibi auferri quisque consentiat, uel ne faciat aliquid mali, uel ne in his ipsis maius aliquid incōmodi patiatur, non solum non peccat, sed illud fortiter & laudabiliter, hoc utiliter, & inculpabiliter facit. Quæ autem sancti

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatis religionisq; causa seruantur, cum hæc violare iniurioſi voluerint, eſſe peccatis minoribus, non tñ iniuriis aliorum, ſi conditio proponitur & facultas datur, retinẽda ſunt. Et tũc iam illa deſinũt eſſe peccata, quæ pp grauiora vitanda ſuſcipiuntur. Sicut.n. in rebus vtilibus, velut in pecunia aliòve commodo corporali, non vocatur damnum, qđ propter maius lucrum amittitur: ſic & in rebus ſanctis non vocatur pctm, quod ne grauius amittatur amittitur. Aut ſi & illud
B dãnum dicitur, quod aliquis perdit ne amplius perdat: vocetur & hoc pctm, dum tñ ſuſcipiẽdum eſſe vt amplius euitetur, ita nemo dubitet, ſicut nemo dubitat cauẽdi maioris dãni cauſa patiendum eſſe qđ minus eſt.

Iſta ſunt autem quæ ſanctitatis cauſa ſeruãda ſunt, pudicitia corporis, & caſtitas animæ, & veritas doctrinæ. Pudicitiã corporis, non conſentiente ac pmittente anima, nemo violat. Quicquid.n. nobis inuitis, nullã tribuentibus ptãtem maiore vi contingit in noſtro corpore, nulla impudicitia eſt, ſed pmittendi poteſt eſſe aliqua ratio, conſentiendi aũt nulla. Tunc.n. cõſentimus, cũ approbamus & volumus: permittimus aũt etiam non volentes, euitãdæ alicuius maioris turpitudinis gratia. Conſenſio ſanè ad impudicitiam corporalem, ẽt caſtitatem animi violat. Animi quippe caſtitas eſt in bona voluntate & ſyncera dilectione, q̃ nõ corrũpitur niſi cum amamus atq; appetimus quod amandum atq; appetendũ non eſſe veritas docet. Cuſtodienda eſt ergo ſinceriter dilectio dei & proximi: in hac.n. caſtitas animi ſanctificatur: & agẽdũ quibus poſſumus viribus, &
C pia ſupplicatione, vt cum violanda appetitur pudicitia corporis noſtri, nec ipſe animæ ſenſus extremus, qui carne implicatus eſt, aliqua delectatione tangatur. Si autẽ hoc non poteſt, vel mentis in nõ cõſentiẽdo caſtitas conſeruetur. Cuſtodienda eſt aũt in animi caſtitate, quod ad dilectionẽ proximi ptinet, innocentia & beneuolentia: Qđ aũt addit pietas, innocentia eſt, qua nulli nocemus. Beneuolẽtia, qua etiam proſumus cui poſſumus. Pietas, qua colimus deũ. Veritas aũt doctrinę, religionis, atq; pietatis nõ niſi mendacio violaĩ, cũ ipſa ſumma atq; intima veritas, cuius eſt iſta doctrina, nullo modo poſsit violari: ad quam peruenire, atq; in illo omnimodo manere, ciq; penitus inhærere non licebit, niſi cum corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem. Sed quia omnis in hac vita pietas, exercitatio eſt, qua in illã tenditur: cui exercitationi ducatum præbet iſta doctrina q̃ humanis verbis & corporeorum ſacrorum ſignaculis ipſam inſinuat atq; intimat veritatem: propterea & hæc quæ per mendaciũ corrumpi põt, maxime incorrupta ſeruanda eſt, vt ſi quid in illa caſtitate animi fuerit violatum, habeat vnde reparetur. Corrupta.n. authoritate doctrinę, nullus aut curſus aut recurſus eſſe ad caſtitatem animi poteſt.

De caſtitate, pudicitia, veritate, alijsque uirtutib. Cap. 19.

1. Co. 15.

Cõficitur ergo ex his omnibus hæc ſen- D
tentia, vt mendacium qđ non violat doctrinam pietatis, neq; ipſam pietatẽ, neq; innocentiam, neq; beneuolentiã, pp pudicitia corporis admittendum ſit. Et tñ ſi quiſquam pponeret ſibi ſic amandam veritatem: non tm quæ in contemplando eſt, ſed etiam in vero enunciando, qđ in ſuo quoque rerum gñe eſt: & nõ aliter proferendam motu corporis ſententiam, q̃ in animo cõcepta atq; conſpecta eſt: vt fidei veridicam pulchritudinem, non ſolum auro & argento & gẽmis & amœnis prædijs, ſed & ipſi vniuerſę tẽporali vitæ omniq; corporis bono pponeret, neſcio vtrum à quoquam ſapienter errare diceretur. Et ſi hoc ſuis omnibus talibus rebus recte anteferret, pluriſq; penderet, recte etiam temporalibus rebus aliorum hominũ, quos innocẽtia beneuolentiaq; ſua ſeruare atq; adiuuare deberet. Amaret.n. pfectam fidem, non ſolum bene credendi ea q̃ ſibi excelléti & fide digna authoritate diceretur, ſed ẽt fideliter enũciãdi q̃ ipſe dicẽda iudicaret, ac diceret. Fides.n. appellata eſt Fides.
in Latina lingua ex eo qa fit qđ dicit. Quã manifeſtũ eſt nõ exhibere mẽtiẽtẽ. Quæ & E
minus violatur, cũ ita qſq; mẽtitur, vt ei nullo incõmodo, nullaq; pnicie credaĩ, adlita ẽt intẽtione vel ſalutis tuẽdæ vel pudi- pudicitiæ cauſa nõ mendum.
tiæ corporalis, violatur tñ, & res violaĩ in Cap. 20.
imi caſtitate atq; ſanctitate ſeruanda. Vñ
imur nõ opinione hominũ, q̃ plerũq; in
re eſt, ſed ipſa quæ omnibus ſu peminet
a vna inuictiſsima eſt veritate, ẽt pudicitiæ corporis pfectamq; fidẽ anteponere. Eſt.n. animi caſtitas, amor ordinatus, non ſubdẽs maiora minoribus. Minus eſt.n. qcqd in corpore q̃ quicquid in animo violari põt. Certe.n. cum pro pudicitia corporali quiſq; mentitur, videt quidem corrũpendo corpori ſuo, non ſuã ſed alienã imminere libidinem: cauet tñ ne ſaltem pmittendo ſit
particeps.

particeps. Permiſsio verò illa vbi niſi in animo eſt etiã? Corporalis ergo pudicitia corrũpi niſi in animo non põt, quo nõ conſentiente, neq; permittente, nullo modo recte dicitur violari pudicitia corporalis, qcquid in corpore fuerit aliena libidine ppetratũ. Vñ colligitur multo magis animi caſtitatẽ ſeruandam eſſe in animo, in quo tutela eſt pudicitiæ corporalis, q̃ quicquid in corpore fuerit aliena libidine perpetratum. Qua-
F mobrem quod in nobis eſt, vtrunq; ſanctis moribus & conuerſatione muniendum eſt atq; ſepiendum, ne alicunde violetur. Cum autem vtrũq; non poteſt, quid pro quo ſit contemnendum quis non videat, cum videat quid cui ſit præponendum: animus corpori, an corpus animo: animi caſtitas pudicitiæ corporis, an pudicitia corporis caſtitati animi? Et quid magis in peccatis cauẽdũ, pmiſsio facti alieni, an commiſsio facti tui?

Epilogus pdictorum. Cap. 21.

Elucet itaq; diſcuſsis omnibus nihil aliud illa teſtimonia ſcripturarum monere, niſi nunq̃ eſſe omnino mentiendũ: qñquidẽ nec vlla exempla mendaciorum imitatione digna in moribus factisq; ſanctorum inueniantur, quod ad eas attinet ſcripturas, quæ ad nullam figuratam ſignificationem referuntur, ſicuti ſunt res geſtæ in actibus Apoſtolorum. Nam dñi omnia in euangelio, q̃ imperitioribus mendacia uidentur, figuratæ ſignificationes ſunt. Et quod ait Apoſto-
1. Co. 1. lus, Omnibus omnia factus ſum, ut omnes lucrifacerem: non cum mentiendo, ſed compatiendo feciſſe, recte intelligitur, Vt tanta charitate cũ eis liberandis ageret, ac ſi ipſe in eo malo eſſet, à quo illos ſanare cupiebat. Non eſt igitur mentiendum in doctri-
G na pietatis, Magnum.n. ſcelus eſt, & primũ genus deteſtabilis mendacij. Non eſt mentiendum ſecundo genere, qa nulli facienda eſt iniuria. Non eſt mentiendum tertio genere, quia nũli cum alterius iniuria conſulendũ eſt. Non eſt mentiendũ quarto genere, pp mendacij libidinem, quæ per ſeipſa uitioſa eſt. Non eſt mẽtiendum quinto genere, quia nec ipſa veritas ſine placendi minibus enuncianda eſt: quanto minus dacium, qđ per ſeipſum quia mendacium eſt, utiq; turpe eſt. Non eſt mentiendum ſexto genere: neq;.n. recte etiam teſtimonij ueritas pro cuiuſquam temporali commodo ac ſalute corrumpitur, Ad ſempiternam vero ſalutem nullus ducendus eſt opitulante mendacio, Nõ enim malis conuertẽtium moribus, ad bonos mores conuertendus eſt, quia ſi erga illum faciendum eſt, debet etiam ipſe conuerſus facere erga alios. Atq; ita non ad bonos, ſed ad malos mores conuertitur, cum hoc ei præbetur imitandum conuerſo, quod ei præſtitum eſt conuertendo. Neque ſeptimo genere mentiendum, Non enim cuiuſquam commoditas aut ſalus temporalis, perficiendæ fidei præferenda eſt. Nec ſi quiſquam in recte factis noſtris tam male mouetur, ut fiat etiam H
animo deterior, longeq; à pietate remotior, propterea recte facta deſerenda ſunt: cum id nobis præcipue tenendum ſit, quo vocare atque inuitare debemus, quos ſicut noſmetipſos diligimus: fortiſsimoq; animo bibenda eſt apoſtolicæ illa ſententia, Alijs q- 1. Co. 2.
dem ſumus odor vitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem. Et ad hæc quis idoneus? Nec octauo genere mentiendum eſt, quia & in bonis caſtitas animi, pudicitia corporis: & in malis id quod ipſi facimus, eo q fieri ſinimus maius eſt. In his autem octo generibus tanto quiſque minus peccat cum mentitur, quanto emergit ad octauum: tanto amplius, quanto deuergit ad primum. Quiſquis autem eſſe aliquid genus mendacij quod peccatum non ſit putauerit, decipiet ſeipſum turpiter, cum honeſtum ſe deceptorem arbitratur aliorum. Tanta porrò cæcitas hominum animos occupauit, vt eis parum ſit, ſi dicamus quædam mendacia non eſſe peccata, niſi etiam in quibuſdam I
peccatum dicant eſſe, ſi mendacium recuſemus: eoq; perducti ſunt defendendo mendacium, ut etiam primo illo genere, quod eſt omnium ſceleratiſsimum, dicant uſum fuiſſe Apoſtolum Paulum. Nam in epiſtola ad Galatas, quæ utique ſicut cęteræ ad doctrinam religionis pietatiſq; conſcripta eſt, illo loco dicunt eſſe mentitum, ubi ait de Petro & Barnaba, Cum uidiſſem quia non Galat. 2.
recte ingrediuntur ad ueritatem euangelij. Cum enim uolunt Petrum ab errore, atque ab illa, in quam inciderat, uiæ prauitate defendere, ipſam religionis uiam, in qua ſalus eſt omnibus, confracta & comminuta ſcripturarum authoritate cõnantur euertere. In quo non uident, non ſolum mendacij crimen, ſed etiam periurij ſe obijcere Apoſtolo in ipſa doctrina pietatis, hoc eſt, in epiſtola in qua prædicat euangelium. ibi quippe ait priuſquam iſta narraret, Quæ autem Galat. 1.

scribo vobis, ecce coram deo, quia non mentior. Sed iam sit huius disputationis modus, in cuius totius consideratione & pertractatione nihil præ cæteris cogitandum atque orandum est, quàm illud quòd idem Apo-
1.Co.10 stolus dicit, Fidelis deus qui non vos sinet tentari supra quàm potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam exitum vt possitis sustinere.

Libri de mendacio ad Consentium, finis.
K

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI contra mendacium ad Consentium, Liber vnus.

Hæretici quo refellendi. Cap. 1.

MVlta mihi legenda misisti, Consenti frater charissime, multa mihi legenda misisti: quibus rescriptæ dum præparo, & alijs atque alijs magis vrgentibus occupationibus distrahor, emensus est annus: atque in eas me detrusisti angustias, vt quomodocunque rescriberem, ne arridente iam tempore nauigandi, perlatorem remeare cupientem diutius detinerem. Itaque omnibus quæ mihi Leonas dei famulus abs te attulit, & mox vt ea sumpsi, & postea cum hæc dictare iam vellem euolutis atque perlectis, & quanta potui consyderatione perpensis, valde sum tuo delectatus eloquio, & sanctarum memoria scripturarum ingenijque solertia, & dolore quo negligentes catholicos mordes, & zelo quo aduersus etiam latentes hæreti-
L cos frendes. Sed non mihi persuadetur eos de latebris suis nostris esse mendacijs eruendos. Vt quid enim eos tanta cura vestigare atque indagare conamur, nisi vt captos in apertumque productos, aut etiam ipsos veritatem doceamus, aut certe veritate conuictos nocere alijs non sinamus? Ad hoc ergo, vt eorum mendacium deleatur, siue caueatur, dei autem veritas augeatur: Quomodo igitur mendacio mendacia recte potero persequi? An & latrocinio latrocinia & sacrilegio sacrilegia, & adulterio sunt adulteria persequenda? Si autem veritas dei in meo mendacio abundauit, nunquid nam & nos dicturi sumus, Faciamus mala vt veniant bona? Quod vides quemadmodum detestetur Apostolus? Rom.3.
Quid est enim aliud mentiamur vt hæreticos mendaces ad veritatem adducamus, nisi faciamus mala vt veniant bona? An
M aliquando bonum est mendacium, vel aliquando mendacium est non malum? Cur Psal. 5.
ergo scriptū est, Odisti domine omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium? Non enim aliquos excepit, aut indefinite dixit, perdes loquentes mendacium, vt quosdam nō omnes intelligi sineret, sed vniuersalem sententiam protulit dicens, Perdes omnes qui loquuntur mēdacium. An quia non dictū est, perdes omnes qui loquuntur mendacium, vel qui loquuntur quodcunq; mēdacium, ideo putandum est locum alicui relaxatum esse mendacio, vt scilicet sit aliquod mendaciū, quod qui loquuntur non eos deus perdat, eos omnes perdat qui loquuntur iniustum mendacium, nō quodcunq; mendacium: qa inuenitur & iustum, quod vtique laudis debet esse, non criminis? Nōne cernis quā- Priscil-
tum adiuuet hæc disputatio eosipsos, quos lianistarū er-
pro magna venatione mendacijs nostris ca- ror.
pere molimur? Priscillianistarum est enim, Cap. 2.
sicut ipse monstrasti, ista sententia. Cui cō-
probandæ adhibent testimonia de scripturis, exhortantes suos ad mentiendum tanquam exemplis Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Angelorum: non dubitantes addere etiam ipsum dominum Christum, nec se aliter arbitrantes veracem suā ostendere falsitatem, nisi veritatem dicant esse mendacem. Redarguenda sunt ista, non imitanda. Nec in eo malo debemus A
Priscillianistarum esse participes, in quo cæteris hæreticis conuincuntur esse peiores. Ipsi enim soli, vel certe maxime ipsi repe-
ntur, ad occultandum suam quàm putant veritatem, dogmatizare mendacium: tq; hoc tam magnum malū ideo iustum
istimare, quia dicunt in corde retinendū
e quod verum est, ore autem ad alienos
ferre falsum nullum esse peccatum, &
esse scriptum, Qui loquitur veritatē Psal. 14.
in corde suo: tanquam hoc satis sit ad iustitiam, etiam si loquatur quisque in ore mendacium, quando non proximus, sed alienus hoc audit. Propterea putant etiam Apostolum Paulum cum dixisset, deponen Ephe. 4.
tes mendacium, loquimini veritatem: statim addidisse, unusquisq; cum proximo suo, quia sumus inuicem membra. vt videlicet cum

cum eis qui nobis in societate veritatis proximi non sunt, neq;, vt ita dicam, commembres nostri sunt, loqui liceat oporteatq; mēdacium. Quæ sententia sanctos martyres exhonorat, immo vero aufert sancta omnino martyria. Iustius enim sapientiusq; facerent secundum istos si persecutoribus suis non se confiterentur esse Xpianos, nec eos sua confessione facerent homicidas, sed po-
B tius mentiendo & negando quod erant & ipsi saluum haberent carnis commodum cordisq; propositum, & illos cōceptum animo scelus implere non sinerent. Non enim proximi eorum erant in fide Christiana, vt cum eis deberent loqui veritatē in ore suo, quam loquebantur in corde suo, sed ipsius
4.Re.10 veritatis insuper inimici. Si enim Hieu, quem sibi inter cæteros ad exemplum mentiendi prudenter videntur intueri, seruum Baal se esse mentitus est, vt seruos eius occideret: quanto iustius secundum istorum peruersitatem tempore persecutionis seruos dęmonum se mentirentur serui Christi, ne serui dæmonum seruos occiderent Christi: & sacrificarent idolis ne interficerentur homines, si sacrificauit ille Baali vt interficeret homines? Quid enim eis obesset secundum egregiam doctrinam mendaci loquorum, si diaboli cultum mentirentur in corpore, quando dei cultus seruabatur in corde? Sed non sic intellexerunt Apostolum martyres veri, martyres sancti. Viderunt quippe tenuerūtq; quod scriptum est, Corde creditur ad iustitiam, ore confessio
Ro. 10. fit ad salutem. Et, In ore eorum non est in-
Apoc.14 uentum mēdacium: ac sic irreprehensibiles abierunt, vbi tentari à mendacibus vlterius
C non cauebunt, quia mendaces amplius in suis cœlestibus cœtibus vel alienos vel proximos non habebunt. Illum vero Hieu mendacio impio & sacrificio sacrilego occidendos impios & sacrilegos inquirentem non imitarentur: nec si de illo qualis fuisset,
1. Re.10 dem scriptura tacuisset. Cum vero scriptum sit, eum rectum cor non habuisse cum quid ei profuit q; pro nonnulla obedientia, quam de domo Achab omnino delenda, p cupiditate suæ dominationis exhibuit, aliquantam mercedem transitoriam regni tēporalis accepit? Ad sententiam potius veridicam martyrum defendendam te frater exhortor, vt sis aduersus mendaces, nō mēdacij doctor, sed veritatis assertor: nam diligentius, obsecro, attende quod dico, vt inuenias q̄ sit cauendum, quod zelo quidē laudabili aduersus impios, vt possint comprehendi & corrigi vel vitari, sed tamen incautius docendum putatur.

Mendaciorum genera multa sunt, quæ quidē omnia vniuersaliter odisse debemus. Menda-
Nullum est.n. mendacium quod non sit cō- ciorum
trarium veritati. Nam sicut lux & tenebræ, mala.
pietas & impietas, & iustitia & iniquitas, Cap. 3.
peccatum & recte factum, sanitas & imbecillitas, vita & mors: ita inter se sunt veritas mendaciūq; contraria. Vnde quanto amamus istam, tanto illud odisse debemus. Ve- D
runtamen sunt quædam mēdacia, quæ cre- Menda-
dere nihil obsit, q̄is etiam tali mentiendi ciorum
genere fallere voluisse, mentienti sit noxiū, multa ge-
non credenti. Tanquam si frater ille seruus nera.
dei Fronto in ijs quæ tibi indicauit, quod absit, aliqua mentiretur, sibi nocuisset, profecto, non tibi, q̄is tu omnia eredidisses sine tua iniquitate narranti. Quoniam siue illa ita gesta sint, siue non ita, habent tñ aliquid, quod si quis crediderit ita gestū esse, etiam si non ita sit gestum, regula veritatis & doctrina salutis æternæ iudicet esse culpandus. Si autem hoc quisq; mentiatur, qđ si qs crediderit, aduersus doctrinam Christi hęreticus erit, tanto est nocentior mentiens, quanto miserior credens. Vide ergo quale sit, si aduersus doctrinā Christi mentiti fuerimus, quod quisquis crediderit, interibit: vt inimicos eiusdem doctrinę capiamus, quos ad veritatem, dum nos ab ea recedimus, adducamus, immò vero cum mēdaces mentiendo capimus, mendacia peiora doceamus. Aliud est.n. quod dicunt quādo E
mentiuntur, aliud quando falluntur. nam cum hæresim suam docet ea dicunt in quibus falluntur. qñ autem se dicūt sentire qđ non sentiunt, vel non sentire quod sentiunt, ea dicunt in quibus mentiuntur. Quod eis quisquis credit, & si eos non inuenit, ipse non perit. A regula quippe catholica non recedit, qui hæreticum catholica dogmata mendaciter profitentem, catholicum credit. Ac per hoc non est ei pernicioſum: quia in hominis mente, de qua latente non pōt iudicare, non in dei fallitur fide, quam debet insitā custodire. Porrò aūt qñ hæresim suā docēt, quisquis eis crediderit putando veritatem, erit particeps vt erroris, ita damnationis illorum. Sic fit, vt cum illi sua nefaria dogmata fabulantur in quibus mortifero errore fallūtur, tūc qsquis crediderit pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

reat. Nos autem quando catholica dogmata prædicamus, in quibus rectam fidem tenemus, tũc sic reddiderit, inueniatur q cũq; perierat. Quando vero cum sint Priscillianistæ, vt sua venena non prodant, nostros se esse mentiuntur, quisquis nostrum eis credit, etiam illis latentibus ipse catholicus p seuerat. Nos contra vt ad eorũ pueniamus indaginem, si Priscillianistas non esse mentimur, quia eorum tanq; nostra sumus dog-
F mata laudaturi, quisquis ea crediderit, aut confirmabitur apud eos, aut transfertur ad eos interim statim: quid autem hora superuentura pariat, vtrum inde postea liberentur, vera dicentibus nobis, qui decepti sunt fallentibus nobis: & vtrum audire velint docentem, quem sic experti sunt mentientem, quis nouerit certũ? quis hoc esse ignoret incertum? Ex quo colligitur perniciosius, aut vt mitius loquar, piculosius mentiri catholicos vt hæreticos capiant, q̃ mẽtiuntur hæretici vt catholicos lateant. Q̃m quisquis credit catholicis mentiendo tentãtibus, aut efficitur, aut confirmatur hæreticus. Quisquis autem credidit hæreticis mẽtiendo sese occultantibus, non desinit esse catholicus. Quod vt fiat planius, aliqua exẽpli gratia proponamus, & ex eis potissimũ scriptis quæ mihi legenda missti. Ecce constituamus ante oculos callidum exploratorem, accedere ad eum quem Priscillianistã esse præsenserit, & dictum Episcopi, vel cogniti vitam, vel incogniti famam laudare mendaciter: est hoc tolerabilius adhuc, quia ille putatur fuisse catholicus, atq; ex illo errore correctus. Deinde Priscillianum, hoc enim sequitur in arte mentiendi, venerabiliter commemoraturus est, hominem impiũ
G & detestabilem, & pro suis nefarijs sceleribus criminibusq; damnatum. In qua eius venerabili commemoratione, si forte ille cui retia tenduntur hmõi, firmus Priscillianista non fuerat, hac eius prædicatione firmabitur. Cum autem ad cætera exploratis sermo processerit, & dicentis misereri se eorum quos tantis errorum tenebris tenebrarum author inuoluerit, vt honorem animę suæ, & claritatem diuinæ prosapiæ non cognoscant, tum deinde dictum librum, cuius nomen est libra, eo quòd pertractatis duodecim quæstionibus velut yncijs explicatur, tantis extulerit laudibus, vt talem libram, in qua horrendæ blasphemię continentur, multis librarum auri milibus pre-

cioſiorem esse testetur. Nempe hæc astutia mentientis, animam credentis interficit, aut iam interfectam in eadem morte demergit ac deprimit. Sed, inquies, postea liberabitur. Quid si non fiat, siue aliquo interueniente impedimento ne cœpta compleantur, siue obstinatione mentis hæretica rursus eadem negantis, etiam si aliqua iam cœperat confiteri: præsertim quia si cognouerit se ab alieno fuisse tentatum, eoipso audacrus illa quæ sentit studebit occultare mendacio, quando id inculpate fieri multo certius didicerit, etiam exemplo ip- H
sius tentatoris? Hoc quippe in homine qui veritatem tegendam putat esse mentiendo, qua tandem fronte culpabimus & damnare audebimus quod docemus? Remanet igitur, vt quod sentiunt Priscillianistæ secundum hæresis suæ nefariam falsitatem, de deo, de anima, de corpore, de cæteris rebus, non dubitemus veraci pietate damnare. Quod autem sentiunt, vt veritas occultetur esse mentiendum, sit nobis & illis, quod absit, dogma commune. Hoc tam magnum malum est, vt etiam si conatus hic noster, quo scilicet eos per mendacium capere cupimus & mutare, ita prosperetur vt eos capiamus atq; mutemus, nullis lucris compensentur hæc damna, quibus & nos cum ipsis pro illorum correctione depraemur. Per hoc nanq; mendacium & nos erimus ex ea parte peruersi, & illi semicorrecti: quandoquidem istud q̃ putant esse pro veritate mentiẽdũ, nõ in eis corrigimus: q̃a idem nos dicimus & docemus, & fieri oportere p̃cipimus vt ad eos emẽdãdos p̃uenire posſimus. Quos tũ non emendamus, q̃bus mendum quo verum tegendum existimant non auferimus: sed nos potius immẽ damur, cum p̃ tale mendum eos quærimus, nec in- I
uenimus quemadmodum eis conuersis crere valeamus, quibus peruersis mẽtiti sus: ne forte q̃ vt caperẽtur sunt passi, fa- t capti, nõ solũ q̃a facere cõsueuerũt, sed & ĩ nobis ad quos veniũt hoc inueniũt. t quod est miserabilius, etiam ipsi iam quasi nostri effecti, quemadmodum nobis Mentiẽ-
credant reperire non possunt. Si enim fu- ti nõ ha
spicentur etiam ipsi catholica dogmata nos beri fidẽ
mendaciter loqui, vt nescio quid aliud oc- Cap. 4.
cultemus quod verum putamus: certe talia suspicanti dicturus es, Hoc tunc ideo feci vt caperem te. Sed quid respondebis dicenti: vnde igitur scio, vtrum etiam nunc

id

id facias ne capiaris à me? An verò cuiq̃ p̃suaderi potest, hominem non mentiri ne capiatur qui mentitur vt capiat? Videsne, quò tendat hoc malum, vt. s. non solum nos illis, ipsiq; nobis, sed omnis frater omni fratri nõ immerito videatur esse suspectus? Atq; ita dum per mendacium tenditur vt doceatur fides, id agi potius vt nulli habẽda sit fides. Si. n. & contra deum loquimur cum mentimur, quid tm̃ mali poterit in vllo mendacio reperiri, quod tanq̃ scelestissimum omni modo deuitare debeamus? Sed nunc ad-
K uerte q̃ tolerabilius Priscillianistæ in nostra comparatione mentiantur, qũ se fallaciter loqui sciunt, quos nostro mendacio libe-
Priscil- randos putamus ab eis falsis in quibus errã-
lianistã do fallũtur. Priscillianista dicit, q̃ anima sit
tolerabi- pars dei, & eiusdem cuius est ille, naturæ
lius mẽ- atque substantiæ.
tiri quã catholi- Magna hęc est & detestanda blasphemia:
cum. Cap. 5. Sequitur. n. vt dei natura captiuetur, decipiatur, fallatur, conturbetur atq; turpetur, damnetur atq; crucietur. At si hoc & ille dicit, qui de tanto malo liberare cupit hominem per mendacium, videamus quid interſit inter vtrunq; blasphemum. Plurimũ, inquis. Nam hoc Priscillianista dicit, ita etiã credens: Catholicus autem non ita credens, q̃uis ita loquens. Ille ergo blasphemat nescíens, iste autem sciens. Ille contra sciẽtiã, iste contra conscientiam. Ille habet cæcitatẽ falsa sentiendi, sed in eis habet saltem volũtatem vera dicendi: iste latens videt vera, & volens loquitur falsa. Sed ille inquies, hoc docet, vt erroris sui faciat furorisq; participes: iste aũt hoc dicit, vt ab illo errore ac furore liberet homines. Iam quidem supra ostendi, quantum & hoc noceat quod creditur profuturum. Verũ interim si appendamus in his duobus mala p̃sentia, qm̃ futura quæ catholicus de corrigendo hæretico inquirit, incerta sunt, quis peccat uius? vtrũ q hominẽ decipit nescíes, an deum blasphemat sciens? Profecto qui fit peius, intelligit qui homini deũ solicitudine p̃ponit. Huc accedit, q̃a si blasphemandus est deus, vt ad eũ laudãdũ homines adducamus: p̃culdubio nõ solũ ad laudãdum, verũetiã ad blasphemãdum deum, exemplo & doctrina nostra homines inuitamus, qm̃ quos ad dei laudes n dei blasphemias molimur adducere, vtiq; si adduxerimus, nõ solũ laudare discent, verũctiam blasphemare.
1. Tim. 1 Hęc illis beneficia cõferimus, quos nõ igno-

rãter, sed sciẽter blasphemando ab hæreticis liberamus. Et cũ Apostolus homines tradiderit ẽt ipsi satanæ vt discerent nõ blasphemare: nos conamur homines eruere satanæ, vt discãt nõ p̃ ignorãtiã, sed p̃ scientiã blasphemare. Nobisq; ipsis magistris corũ hoc tã magnũ importamus exitiũ, vt p̃ hæreticos capiẽdos prius efficiamur, q̃d certum M
est, dei blasphematores: quo posſimus p̃ eos, q̃d incertũ est, liberãdos, veritatis eius esse doctores. Cũ igit blasphemare deũ doceamus nostros, vt eos Priscillianistæ credãt suos: videamus q̃d mali dicãt ipsi, q̃ p̃pterea mentiũtur vt eos nostros esse credamus. Anathematizãt Priscillianũ & ad nostrũ arbitriũ detestãtur. Dicũt animã creaturã dei esse, nõ partẽ. Execrãtur Priscillianistarũ falsa martyria: Catholicos Episcopos à q̃bus illa hæresis nudata, oppugnata, p̃strata est, magnis efferũt laudibus, & cætera hmõi. Ecce ipsi vera dicũt qũ mẽtiũtur, nõ quo simul posſit hoc ipsum verũ esse q̃d mendum est, sed in alio qũ mentiuntur, in alio vera dicũt. Q̃ñ enim nostros se esse mentiuntur, de fide catholica uera dicunt. Ac per hoc ipsi ne Priscillianiſtę inueniantur, loquuntur mendaciter vera. Nos autẽ vt eos inueniamus, non solum mendaciter loquimur vt ad illos pertinere credamur, sed etiam falsa loquimur quæ ad illorum errorem pertinere cognouimus. Itaq; illi qũ nostri putari volunt, & falsum est ex parte, & verum est ex parte quod dicunt, Falsum est enim eos nostros esse: verum est autem, animam partem dei non esse. Nos vero quando ad eos pertinere putari volumus, falsum est vtrũq; q̃d dicimus, & Priscilliani- A
stas nos cẽ, & animã partẽ dei cẽ. Illi itaq; deũ laudãt, nõ blasphemãt qũ se occultãt: & qũ se nõ occultãt, sed sua p̃ferunt, blasphemare se nesciũt. Ideo si ad fidẽ catholicã cõuertãtur, cõsolantur semetipsos, q̃a possunt 1. Tim. 1
dicere q̃d Apostolus, Qui cũ inter cætera dixisset, Prius fui blasphemus, misericordiã, inquit, consecutus sum, quia ignorans feci. Nos contra, vt se nobis aperiant, si hoc quasi iustum mendacium fallendis eis capiendisq̃e proferimus, profecto & ad blasphematores Priscillianistas nos pertinere dicimus, & vt nobis credant sine excusatione, ignorantiæ blasphemamus. Neque enim catholicus qui blasphemando vult hæreticus credi, potest dicere, ignorans feci. Semper fratres

Modus inqrēdi et cōuincēdi hæreticos. Cap. 6.

in talibus causis cū timore recolendum est, rapaces lupos esse vēturos? Nonne ibi erat locus vt hæc moneret & diceret: & vos vt eos inueniatis, assumite vestitum luporum, intrinsecus autem oues manete? Non hoc Matt. 7.
B ait, Sed cum dixisset, Multi ad vos venient in vestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, non addidit, ex mendacijs ve- D
stris: sed, ex fructibus eorū cognoscetis eos. Veritate sunt cauenda, veritate capiēda, veritate occidēda mendacia. Absit vt blasphemias ignorantiū, sciēter blasphemādo vincamus, Absit vt mala fallacium imitando caueamus. Quomodo.n. cauebimus, si vt caueamus habebimus? Si enim vt capiatur q̄ blasphemat nesciens, blasphemabo sciēs, peius est quod ago quàm quod capio. Si vt inueniatur qui Christum negat nescies, ego Christum negabo sciens, ad perditionem me secuturus est quem sic inuenero: siquidem vt illum inueniam, prior pereo. An forte qui eo modo Priscillianistas inuenire molitur, ideo non negat Christum, q̄a ore depromit quod corde non credit: quasi vero quod & pauloante iam dixi, cum dictū Ro. 10.
esset, Corde creditur ad iustitiam: incassum est additum, ore confessio fit ad salutem? Nonne penè omnes qui Christum coram persecutoribus negauerunt, quod de illo credebant, corde tenuerunt, & tamen ore ad salutem non confitendo petierunt, nisi qui per pœnitentiam reuixerunt? Quis ita euanescat vt existimet Apostolum Petrum hoc habuisse in corde quod in ore, quando Christum negauit? Nempe in illa negatio- E
ne intus veritatem tenebat, & foris menda- Mat. 29.
ciū proferebat. Cur ergo lachrymis diluit quod ore negauerat, si saluti sufficiebat q̄d corde credebat? Cor loquens in corde suo veritatem, tam amaro fletu puniuit mendacium quod ore deprōpsit: nisi quia magnā vidit esse perniciem, q̄ corde quidem credidit ad iustum, sed ore non confessus est ad
[illegible]tem? Quapropter illud quod scriptum
[illegible] Qui loquitur veritatem in corde suo: Psal. 14.
[illegible]ic accipendum est, quasi retēta in corde veritate, loquendum sit in ore mendacium, sed ideo dictum est, quia fieri potest vt loquatur quisque ore veritatem, quæ nihil ei prosit si eam in corde non teneat, i. si quod loquitur ipse non credat: sicut hæretici, maximeque iidem Priscillianistæ faciunt, cum catholicam veritatem non quidem credunt, sed tamen loquuntur, vt nostri esse credantur. Loquuntur ergo veritatem

Obiectio.

Responsio.

C

Euasio p mēdacio.

Confutatio.

Obiectio.

Responsio.

tatem in ore suo, non in corde suo. Propterea distinguendi erant ab illo, de quo dictū est, Qui loquitur veritatem in corde suo. Hanc autem veritatem catholicus sicut in corde loquitur, quia ita credit, ita & in ore
F debet, vt ita prædicet. Contra istam vero nec in corde nec in ore habeat falsitatem, vt & corde credat ad iustitiam, & ore confessionem faciat ad salutem. Nam & in illo Psalmo cum dictū esset, Qui loquitur veritatem in corde suo: mox etiam hoc additum est, Qui non egit dolum in lingua sua.
Ephe. 4. Et illud quod Apostolus ait, Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusq̄sque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra, absit vt sic intelligamus tanquam loqui mendacium permiserit cum eis q̄ nō sunt nobiscum membra corporis Christi. Sed ideo dictum est, quia vnusquisq; nostrum hoc debet quemque deputare quod eum vult fieri, etiam si nondum factus est,
Lucæ. 10 sicut dominus alienigenam Samaritanum proximum eius ostendit cum quo misericordiam fecit. Proximus ergo habēdus est, non alienus, cum quo id agendum est, ne remaneat alienus. Et si propter id quod nōdum est fidei nostræ sacramentique particeps factus, aliqua illi occultanda sunt vera, non tamen ideo dicenda sunt falsa. Fue-
Phili. 1. runt enim etiam temporibus Apostolorū, qui veritatem non veraciter, id est, non veraci animo prædicarent, quos dicit Apostolus Christum annunciasse non caste, sed per
Cōfutatio mendacij. inuidiam & contentionem. Ac per hoc etiā tunc nonnulli tolerati sunt annunciantes
G non casto animo veritatem, non tamen vlli laudati sunt, tanq̄ annunciantes casto animo falsitatem. Deniq; de illis dicit, Siue
Phili. 1. occasione, siue veritate Christus annuncietur. Nullo modo autem diceret, vt p[illegible]ea Christus annūcietur, prius negetur. Quocirca multis quidem modis possunt l[illegible]tes hæretici vestigari, nec catholica fi[illegible]ituperata, nec hæretica impietate lau[illegible]a:
Ne boni quidē cā peccandum. Sed & si aliter omnino non posse[illegible]luci de cauernis suis hæretica impietas, n[illegible]a tramite veritatis lingua catholica deuia[illegible]t, tolerabilius illa occultaret q̄ ista p̄cipitaretur. Tolerabilius in suis foueis delitescerent vulpes, quàm propter illas capiendas in blasphemiæ fou[illegible]m caderent venatores. Tolerabilius perfidia Priscillianistarum veritatis velamine tegeretur, quàm fides catholica ne à Priscillianistis mentientibus
Cap. 7.

laudaretur, à catholicis credentibus negaretur. Nam si propterea iusta sunt non qualiacunq;, sed blasphema mendacia, quia hoc animo fiunt vt occulti hæretici detegantur, poterunt isto modo si eodem animo fiant, casta esse adulteria. Quid si .n. ex numero Priscillianistarum impudicarum aliqua fœ- Cōfuta
mina, inijciat oculum in catholicū Ioseph, tio men-
eiq̄; promittat prodituram se latebras eorū, dacij.
si ab illo impetrauerit stuprum, certumq̄; H
sit eam si ei consensum fuerit, quod pollicita est impleturā, faciendumne censebimus, an intelligemus nequaquā tali pretio merces eiusmodi comparandas? Cur ergo non eruimus capiendos hæreticos carne in adulteriū defluente, & eruendos putamus ore in blasphemia fornicante? Aut .n. licebit vtrunq; pari ratione defendere, ut ideo hæc non esse dicantur iniusta, quia ea facta sunt intentione qua deprehenderētur iniusti: aut si sana doctrina nec propter inueniendos hæreticos uult nos cum fœminis impudicis saltem corpore non mēte misceri, profecto nec propter inueniendos hæreticos uult à nobis saltem uoce non mente, aut immundam hæresim prædicari, aut castā catholicā blasphemari. Quia & ipsum mentis imperium, cui debet omnis inferior motus homi nis obedire, digno non carebit opprobrio, q̄n fit q̄d fieri nō oportet, seu mēbro seu uerbo. Quanq̄ etiam cum uerbo fit, membro fit: quoniam lingua membrorum est qua fit uerbum. Nec ullum factum nostrum mēbro ullo paritur, nisi quod prius corde concipitur uel potius intus cogitando & consentiendo iam partum, foras æditur faciēdo per membrum. Non itaq; animus à facto excusatur, q̄n dicitur aliquid non ex animo I
fieri, quod tū non fieret, nisi animus faciendum esse decerneret. Interest quidē plurimum, qua causa, quo fine, qua intentione quid fiat. Sed ea, quæ constat esse peccata, nullo bonæ causæ obtentu, nullo quasi bo- Quot
no fine, nulla velut bona intentione facien- nunq̄ fa
da sunt. Ea quippe opera hominum, sicut cienda
causas habuerint bonas seu malas, nūc sunt sunt q̄
bona, nūc mala, quæ non sunt per seipsa pec de se ma
cata. Sicut victū p̄bere pauperibus, bonum la sūt, ut
opus est, si fiat causa misericordię cū recta inde ue-
fide. sicut cōcubitus coniugalis, q̄n fit cā ge niant
nerādi, si ea, fide fiat ut gignātur regenerā- bona.
di. Hęc atq; hmōi, sed m suas causas opera sunt bona vel mala, quia eadem ipsa si habeant malas causas, in peccata vertuntur.

Velut

Velut si iactantiæ causa pauper pascitur: aut lasciuiæ causa cum uxore concumbitur: aut filij generantur, non vt deo sed vt diabolo nutriantur. Cum vero iam opera ipsa peccata sunt, sicut furta, stupra, blasphemiæ, vel cætera talia: quis est qui dicat causis bonis esse facienda, vt vel peccata non sint, vel quod est absurdius, iusta peccata sint? Quis K est q dicat, vt habeamus quod demus pauperibus, faciamus furta diuicibus, aut testimonia falsa vendamus, maxime si non inde innocentes læduntur, sed nocentes potius damnaturis iudicibus eruũtur? Duo enim bona fiunt huius venditione mendacij, ut & pecunia sumatur vnde inops alatur, & iudex fallatur, ne homo puniatur. Testamenta etiam si possumus, cur non vera supprimimus, & falsa supponimus: ut hæreditates vel legata non habeant indigni, qui nihil ex eis operantur boni, sed hi potius à quibus furientes pascuntur, nudi vestiuntur, peregrini suscipiuntur, captiui redimũtur, Ecclesiæ construuntur? Cur enim non fiant illa mala propter hæc bona, si propter hęc bona nec illa sunt mala? Iam uero si aliquæ immundæ & diuites fœminæ videantur amatores & stupratores suos insuper ditaturæ, cur non & has partes atq; artes suscipiat uir misericors, quibus pro tam bona causa utatur, ut habeat unde indigentibus largiatur: nec audiat Apostolum dicentem,
Ephe.4. Qui furabatur iam non furetur, magis autẽ laboret operans manibus suis, quod bonum est, ut habeat unde tribuat cui opus est. Si-
L quidem non solum ipsum furtum, uerũetiam falsum testimonium & adulterium, & & omne opus malum non erit malum sed bonum, si ea causa perpetretur, ut si unde fiat bonum. Quis ista dicat, nisi qui res humanas omnesq; conatur mores legesq; subuertere? Quod enim sceleratissimum facinus, quod turpissimum flagitium, quod impijssimum sacrilegium non dicatur posse fieri recte atq; iuste: nec impune tm, verũetiam gloriose, vt in eo perpetrando, nõ solum supplicia nulla timeantur, sed sperentur & præmia: si semel concesserimus in omnibus malis operibus hominum, ideo non quid fiat, sed quare fiat esse quærendũ, ut quæcunq; propter bonas causas facta inueniuntur, nec ipsa mala esse iudicentur. At si iustitia merito punit furem, etiam qui dixerit & ostenderit ideo se subtraxisse superflua diuiti, ut præberet necessaria pauperi, si merito punit falsarium, etiam qui se ideo testamentum alienum corrupisse docuerit, ut ille hæres esset qui facturus inde fuerat eleemosynas largas, non ille qui nullas: si merito punit adulterum, etiam qui demonstrauerit misericordia se fecisse adulterium, ut per illam cũ qua fecit, de morte hominẽ liberaret. Postremo ut ad rem de qua quæstio est propius accedamus, si merito punit eum qui fœminæ alicui Priscillianistarum M turpitudinis consciæ, propterea se adulterino concubitu miscuit, ut ad eorum latebras perueniret: obsecro te, cũ dicat Apostolus, Rom.6.
ne exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, & ideo nec manus, nec corporis genitalia, nec alia membra flagitijs exhibere debeamus, ut Priscillianistas inuenire possimus: quid nos lingua, q̃d totum os nostrum, quid organum uocis offendit, ut hæc exhibeamus arma peccato: tantoq; peccato, ubi deum nostrum ut Priscillianistas appre
henſos ab ignorãtiæ blasphemijs seruemus, sine excusatione ignorãtiæ blasphememus.

Dicet aliquis, Ergo æquandus est fur q-libet, et furi qui misericordiæ uoluntate furatur. Quis hoc dixerit? Sed horum duo- Num le
rum non ideo est quisquam bonus, quia uiter
peior est unus. Peior est enim qui concupi- peccan-
scendo, quàm qui miserando furatur. Sed si dum.
furtum omne peccatum est, ab omni furto Cap. 8.
est abstinendum. Quis enim dicat esse peccandum, etiam si aliud sit damnabile, aliud ueniale peccatum? Nunc autem quærimus, Cõpara
si hoc aut illud quisq; fecerit, quis nõ pecca tio pecca
uit: siue peccauit non quis grauius leuiusue torũ ad
peccauit. Nã & ipsa furta leuius utiq; pu inuicẽ.
niuntur lege q̃ stupra. Sunt autem utraque A
peccata, quanuis alia leuiora, alia grauiora:
ita ut leuius habeatur furtum q̃d concupiscẽ, q̃ stuprũ quod subueniendo cõmittitur. In suo quippe genere eiusdem ge-
ris peccatis leuiora fiunt, q̃ bono animo
uitatur admitti, cum tamen & ipsa alteri
us generis peccatis, ipso suo genere leuiori
bus deueniant esse grauiora. Grauius est. n.
auaritia, q̃ misericordia furtũ facere. Itẽq;
stuprum grauius est luxuria, q̃ misericordia perpetrare: & tamen grauius est adulterare misericordia quàm furari auaritia. Ne
que nunc agitur q̃d sit leuius siue grauius, sed quæ sint peccata uel cum sint. Nemo. n. dixerit debuisse peccare ubi constat esse peccatum: sed debere dicimus si ita uel ita peccatum est, ignoſci uel non ignoſci.

Verum

Verum quod fatendum est, ita humanos animos quædam compensatiua peccata per
Nemi- turbant, vt etiam putentur debere laudari,
ni le ui- ac potius recte facta dicantur. Quis enim
ter pec- dubitet esse grande peccatum, si pater filias
candum suas prostituat fornicationibus impiorum? Et tamen extitit causa qua hoc vir iustus de
ob uitan bere se facere existimaret, quando Sodomi
dũ alie- tæ nefario libidinis impetu hospitibus eius
num pec irruebant. Ait enim, Sunt mihi duæ filiæ,
catũ gra quæ non cognouerunt virum, producam
uius. illas ad vos, & vtimini eis quomodo placue
Cap. 9. rit vobis, tantum in viros istos ne faciatis
B iniquum, propterea quia intrauerunt sub
Ge. 19. tectum. Quid hic dicemus? Nonne ita scelus quod Sodomitæ hospitibus illius viri iusti facere conabantur, horremus, vt quicquid fieret ne hoc fieret, arbitremur fuisse faciendum? Mouet etiam maxime persona facientis, quæ merito iustitiæ liberabatur à Sodomis: vt quoniam minus malum est fœminas quàm viros perpeti stuprum, etiam hoc ad iustitiam iusti minus pertinere dicatur, quòd in filiabus hoc maluit fieri quàm in hospitibus suis, non tantum id volens animo, verum, & offerens verbo: & si illi assensi fuissent, impleturus & facto.
Qũo sit Sed si hanc peccatis aperimus viam, &
faciẽdũ committamus minora ne alij maiora com-
minus mittant, lato limite, immo nullo limi-
peccatũ. te, sed conuulsis, & remotis omnibus ter-
vt ab a- minis infinito spatio cuncta intrabunt at-
lio vitẽ que regnabunt. Quando enim fuerit de-
maius. finitum peccandum esse homini minus,
C ne alius peccet amplius, profecto, & furtis nostris stupra cauebuntur aliena, & incesta stupris: & si qua impietas visa fuerit etiam peior incestis: incesta quoque facienda dicentur a nobis, si eo modo agi potuerint, vt illa impietas non committatur ab alijs: & in singulis quibusque generibus peccatorum, furta pro furtis, & stupra pro stupris, & incesta pro incestis, & sacrilegia pro sacrilegijs faciendi uidebuntur, nostra pro alienis: non solum minora pro maioribus, verumetiam si & ad ipsa summa, & pessima veniatur, pauciora pro pluribus: si se ita rerum verset incursus, vt aliter alij non se abstineant à peccatis, nisi minus aliquando, sed tamen peccantibus nobis ita: vt omnino vbi dixerit inimicus qui habuerit huiusmodi potestatem, nisi tu sceleratus fueris, ego scleratior ero: aut nisi tu hoc scelus feceris, ego talia plura faciam: scelus nobis videamus admittere, si velimus ab scelere temperare. Hoc sapere quid est aliud nisi desipere, vel potius insanire? A mea quippe ini- Eze. 18.
quitate, nõ ab aliena, siue in me, siue in alijs Respon-
perpetrata, mihi est cauenda damnatio. Ani dit alle-
ma enim quæ peccauerit, ipsa morietur. Si gationi
ergo peccare, ne grauius vel in nos vel in factæ de
quoslibet alij peccent, proculdubio non de- Lot.
bemus, consyderandum est in eo quod fe- Gen.19
cit Lot, vtrum exemplum sit quod imitari, D
an potius quod vitare debeamus. Magis. n. videtur intuendum & notandum, cum tam horrendum malum ex impietate flagitiosissima Sodomitarum suis impenderet hospitibus, quod cuperet depellere nec valeret: sic etiam iusti animum potuisse turbari, ut vellet facere quod non humani timoris nebulosa tempestas, sed diuini iuris tranquilla serenitas, si consulatur, à nobis faciendum non esse clamabit: & iubebit potius ut sic nostra peccata caueamus, ne vllorũ prorsus alienorum peccatorum timore peccemus.

Aliena quippe ille vir iustus timendo pec- Exẽpla
cata, quæ nisi consentientes inquinare non non ita
possunt, perturbatus non attendit suũ, quo sunt se-
voluit subdere filias libidinibus impiorum. ctanda,
Hæc quando in scripturis sanctis legimus, ut præce
non ideo quia facta credimus etiam facien- pta uio-
da credamus, ne violemus præcepta, dum lentur.
passim sectamur exempla. An vero quia iurauit Dauid se occisurum esse Nabal, & cle 1.Reg.15
menti consyderatione non fecit, propterea
illum imitandum esse dicemus, ut temere
iuremus nos esse facturos, quod non esse faciendum postea videamus? Sed sicut illum timor vt prostituere filias vellet, sic istum ut temere iuraret, ira turbauit. Denique si E
de ambobus interrogando ut dicerent, cur
hæc fecerint, fas nobis esset inquirere, pos-
set ille respondere, Timor & tremor uene- Psal.54.
runt super me, & contexerunt me tenebræ:
posset etiam dicere iste, Turbatus est præ Psal.6.
ira oculus meus: ut non miraremur uel illum in timoris tenebris, uel istum oculo turbato non uidisse quod uidendum fuit, ne faceret quod faciendum non fuit. Et sancto quidem Dauid iustius dici potuit, quòd nec irasci debuerit: quanuis ingrato & reddenti mala pro bonis. Sed & si ut homini ira subrepsit, non utiq; tantum debuit præualere, ut se facturum iuraret, quod aut sæuiendo faceret, aut peierando non faceret. Illi autem inter libidinosas insanias

nias Sodomitarum constituto, quis auderet dicere, etiã si tui hospites in tua domo, quos intrare humanitate uiolentissima compulisti, ab impudicis apprehensi & oppressi muliebria patiantur, nihil timeas, nihil cures, non expaueſcas, non horreſcas, nõ cõtremiscas? Quis hæc uel illorũ sceleratorũ socius hospiti pio dicere auderet? Sed planè rectissime diceretur, Age quicquid potes, ne F fiat quod merito times. Sed non te timor iste compellat, vt facias quod in se filiæ tuæ fieri si uoluerint, facient cũ Sodomitis te authore nequitiam: si autem noluerint, patientur à Sodomitis te authore uiolentiam. Noli facere magnum scelus tuũ, dũ magis horreſcis alienum. Quantumlibet. n. distet inter tuum & alienũ, hoc erit tuum, illud alienũ. Nisi forte pro defensione huius viri in eas se quispiam coarctet angustias, ut dicat, qm̃ accipere q̃ facere præstat iniuriam: hospites autem illi non erant utiq; facturi iniuriam, sed passuri, maluit uir iustus filias suas iniuriam pati q̃ hospites suos, eo iure quo filiarum dñs erat, & nouerat non eas peccare si id fieret, quia peccantes potius quibus non consentirent, sine peccato proprio sustinerent. Deniq; non se ipsæ stuprandus quanuis pro masculis fœminas pro illis hospitibus obtulerunt, ne reas eas faceret non perpessio libidinis alienæ, sed suæ consensio uoluntatis. Nec pr̃ earũ hoc in se fieri p̃mittebat, cum hoc facere conaretur quibus hospites non prodebat, quanuis minus mali esset quod in vno, q̃ si fieret in duobus. Sed quantum poterat resistebat, ne ipsum quoque ullus proprius macularet assensus, quem libidinosus furor etiam si præualuisset corporis uiribus, tamen non consentientem non maculasset alienus. In filiabus autem non peccantibus nec ipse peccabat, quia non eas peccare si opprimerentur inuitæ, sed peccantes ferre faciebat: tanquam si ab improbis ut sui serui cæderentur offerret, ne hospites eius paterẽtur cædis iniuriã. De qua re nõ dispu
G tabo, quia longum est, utrum uel dominus iure suæ potestatis recte sic utatur in seruo, ut seruum suum cædi faciat innocentem, ne amicus eius etiam ipse innocens, in domo eius à uiolẽtibus improbis uapulet. Sed certe Dauit nullo modo recte dicitur iurare debuisse se esse facturum, quod postea cerneret se facere non debere. Vnde constat, q̃ non omnia quæ a sanctis uel iustis uiris legimus facta, transferre debemus in mores: sed etiam hinc discere quàm late pateat, & ad quos vsq; pueniat quod Apostolus ait, Fra- Gala. 6.
tres, & si præoccupatus fuerit hõ in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, intendẽs teipsum ne & tu tenteris. Præocupationes. n. sunt istę in q̃bus delinquit̃, dũ q̃d faciẽdũ sit aut ad horã non videtur, aut & qui viderit vincitur, vt scilicet fiat peccatum, cũ vel latet veritas, vel compellit infirmitas. H

In omnibus autem actibus nr̃is maxime De tro-
etiam bonos turbant cõpensatiua peccata, pis sa-
ita vt nec peccata existimentur si habeãt ta cręs scri-
les causas propter quas fiant, & in quibus pturæ
uideatur peccari potius si non fiant. Et prę intelligẽ
cipue de mẽdacijs hoc in hominũ opinio- dis.
ne pualuit, vt peccata nõ putent̃ illa menda Cap. 10
cia, quinimmo & recte facta esse credantur, Omnis
q̃ quisq; p̃ eius cui falli expedit vtilitate qui mẽ-
mentit̃: aut ne alijs noceat qui nociturus vi tit̃ uult
det̃, nisi mẽdacijs euitet̃. Ad hæc mendacio- celare
rũ genera defendẽda, plurima de scripturis quod ve
sanctis suffragari putantur exẽpla. Nõ aũt rum est:
hoc est, occultare veritatẽ, quod est profer- non tñ
re mendaciũ. Quãuis. n. omnis qui mentit̃ omnis
velit celare quod verũ est, non tñ omnis q̃ qui vult
vult quod verum est celare, mentitur. Ple- quod ue
runq; enim vera non mentiendo occulta- rum est
mus, sed tacendo. Neq; n. mentitus est dicelare,
minus vbi ait, Multa habeo vobis dicere, mentit.
sed nõ potestis illa portare mõ. Vera tacuit, Ioã. 16.
non falsa locutus est, quibus veris audien- I
dis eos minus idoneos iudicauit. Quod si Qũo ex
eis hoc ipsum non indicasset, id est, nõ eos culat A-
posse portare quæ dicere noluit, occultaret braham
quidem nihilominus aliquid veritatis, sed à mẽda-
posse hoc recte fieri forsitan nesciremus, cio, cum
aut nõ tanto firmaremur exemplo. Vnde Saram
qu̇ fecerunt aliquando esse mentiendũ, nõ vxorem
conuenienter commemorant. Abrahã hoc dixit so-
rem esse de Sara, quam sororem suam dixit: rorem
enim dixit non est vxor mea: sed di- suam.
xit soror mea est: quòd erat reuera tã pro- Ge. 20.
pinqua genere, vt soror non mendaciter di Ge. 16.
ceret̃. Quod & postea iam sibi ab illo qui Menda-
abdu̇xerat ea reddita cõfirmauit, respon- cium q̃d
dens illi, & dicens, Est vere soror mea sit.
de patre, non de matre: hoc est, de pa- Ge. 27.
terno genere, non de materno. Aliquid Iacob à
ergo veri tacuit, non falsi aliquid di- menda-
xit, quando tacuit vxorem, dixit soro- cio excu
rem. Hoc & filius eius fecit Isaac. Nam satur, cũ
& ipsum nouimus propinquam suam coniu se dixit
gem fuisse sortitum. Non est ergo menda- Esau.
cium

cium cum silendo absconditur verum, sed cũ loquẽdo promitur falsum. Iacob aũt q̃d mãtre fecit authore, vt patrem fallere videretur, si diligenter & fideliter attendatur, nõ est mẽdaciũ, sed mysteriũ. Quę si mẽdacia dixerimus, omnes etiam parabolæ ac figurę rę significandarum quarũcunq; rerũ, quæ non ad proprietatem accipiendæ sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum, dicentur esse mendacia. Quod absit omnino, Nam q̃ hoc putat, tropicis etiã tã multis locutionibus omnibus potest hanc importare calumniam, ita vt hæc ipsa quæ appellatur metaphora, hoc est de re propria ad rem non p̃priam verbi alicuius vsurpata translatio, posit ista ratione mendacium nuncupari. Cum. n. dicimus fluctuare segetes, gemmare vites, floridam iuuentutem, niuem caniciem, proculdubio fluctus, gemmas, florem, niuem, quia in his rebus nõ inuenimus, in quas hæc verba aliũde transtulimus, ab istis mendacia putabuntur. Et petra Christus, & cor lapideum Iudæorum. Itẽ leo Christus, & leo diabolus, & innumerabilia talia dicentur esse mendacia. Quid q̃ hæc tropica locutio vsq; ad eam peruenit quæ appellatur Antiphrasis, vt dicatur abundare q̃d non est: dicatur dulce quod acidum est, lucus quod non luceat, Parcæ quod non parcant? Vnde illud est in scripturis sanctis, Si non in faciem bñdixerit tibi, quod diabolus ait domino de sancto Iob: & intelligitur maledixerit. Quo verbo & Nabuthei fictum crimen à calũniantibus nominatum est. Dictum est enim q̃ benedixerit. Hi omnes modi locutionum mendacia putabuntur, si locutio vel actio figurata in mendacio deputabitur. Si autem non est mendaL cium, quando ad intelligentiam veritatis aliud ex alio significantia referuntur, profecto non solum id quod fecit aut dixit Iacob patri vt benediceretur, sed neq; illu- Ioseph velut illudendis locutus est fr- bus, nec q̃ Dauid simulauit insaniam, nec cætera huiusmodi mendacia iudicanda sunt, sed locutiones actionesq; Prophetica ad ea quæ vera sunt intelligenda referenda. Quę propterea figuratis velut amictibus obteguntur, vt sensum pie quærentis exerceãt, & ne nuda ac prompta vilescant. Quanuis quæ alijs locis aperte ac manifeste dicimus, cum ea ipsa de abditis eruuntur, in nostra quodammodo cognitione renouantur, & renouata dulcescunt. Nec videntur discentibus q̃ his modis obscurantur, sed commendantur magis: vt quasi subtracta desiderentur ardentius, & inueniantur desiderata iocundius. Tamen vera non falsa dicuntur, quoniam vera non falsa significantur, seu verbo seu facto. Quæ significantur enim vtique ipsa dicuntur. Putantur autem mendacia, quoniam non ea quæ vera significantur, dicta intelliguntur, sed ea quę falsa sunt, dicta esse creduntur. Hoc vt exM plis fiat planius, idipsum quod Iacob fecit, Cur Iaattende, Hædinis certe pellibus membra cob se di contexit: Si causam proximam requiramus, xit Esau mendaciũ putabimus. Hoc enim fecit vt & qũo putaretur esse qui non erat. Si autem hoc à mẽdafactum ad illud propter quod significandum reuera factum est referatur, per hædinas pelles peccata, per eum vero qui eis se operuit, ille significatus est qui non sua, sed aliena peccata portauit. Verax ergo significatio nullo modo mendaciũ recte dici potest. Vt autem in facto, ita & in verbo. Nam cum ei pater dixisset, Quis es tu fili? Cen. 27.
Ille respondit, Ego sum Esau primogenitus tuus. Hoc si referatur ad duos illos geminos, mendacium videbitur. Si autem ad illud propter quod significandum ista gesta dictaque conscripta sunt, ille est hic intelligendus in corpore suo quod est eius Ecclesia, qui de hac re loquens, ait, Cum videri- Luce. 13
tis Abraham & Isaac & Iacob, & omnes Prophetas in regno dei: vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Austro, & accumbent in regno Dei. Et, ecce sunt nouissimi qui erant primi, & sunt primi qui erant nouissimi. Sic enim quodammodo minor maioris primatum frater abstulit atque in se trãstulit fratris. Cum igitur tam vera tamq̃ significentur veraciter, quid hic debet putari factum dictũve mendaciter? Cum. n. quæ significantur, non vtique non sunt in A veritate, sed sunt, seu præterita seu præsentia seu futura, proculdubio vera significatio est nullumque mendacium. Sed nimis longum est in hac significatione prophetica enucleate cuncta rimari, in quibus palmam veritas habet, quia vt significando pnũciata sunt, ita cõsequẽdo clarueruṅt.

Neque id isto sermone suscepi, quod ad Qũo di
te magis pertinet qui Priscillianistarum la- sputan-
tebras aperuisti, quantum ad eorum atti- dũ cum
net dogmata falsa atque peruersa: ne ita Prisci-
inuestigata videantur quasi docenda fue- lia.
rint,

Esau. Tropi nõ sunt mẽdacia neq; metaphoræ neq; antiphraseς et cęterà id genus locutionum

Metaphora.

1. Co. 10. Ezec. 21 Apoc. 5. 1. Pet. 5.

Antiphrasis.

Iob. 2. 3. Re. 21

Tropi in scripturis quare.

nistis & rint, & non redarguenda. Magis ergo fac vt, médacio expugnata iaceāt, quæ feciſti vt prodita parū patro teant. Ne dum volumus ad indaginem hominum fallacium, peruenire, ipſas falſitates ſinamus tanquam inſuperales permanere: cum potius debeamus & in latentium cordibus deſtruere falſitates, quàm parcendo falſitatibus inuenire fallaces. Porrò inter illa dogmata eorum, quæ ſubuertenda ſunt, etiam hoc eſt vtique, quod dogmatizant, ad occultandam religionem, religioſos debere mentiri, intantum, vt non ſolum de alijs rebus ad doctrinam religionis non pertinentibus, ſed de ipſa quoque religione mentiendum ſit, ne pateſcat alienis: vt videlicet negandus ſit Chriſtus, quo poſsit inter inimicos ſuos latere Chriſtianus. Etiam hoc, obſecro te, dogma impium nefariumque ſubuerte, propter quod aſtruēdum argumentantes de ſcripturis colligunt teſtimonia, quibus videantur non ſolum ignoſcenda vel toleranda, verum & honoranda mendacia. Ad te igitur pertinet ſedam detectam detestabilem cum refellis, ſic accipienda monſtrare iſta teſtimonia ſcripturarum: vt vel doceas non eſſe quæ putantur eſſe mendacia, ſi eo modo intelligantur quo intelligenda ſunt: vel imitanda eſſe etiam quæ manifeſtum eſt eſſe mendacia: uel certe ad extremum de his ſaltem rebus quæ ad doctrinam religionis pertinent, nullo modo eſſe mentiendum. Sic enim uere funditus euertuntur, dum euertitur ubi deliteſcunt: ut eoipſo minime ſectandi, & maxime cauendi iudicentur, quo ſe ad occultandam hæreſim ſuam profitentur eſſe mendaces. Hoc in eis eſt primitus expugnandum, hoc eorum uelut idoneum munimentum ueritatis ictibus feriendum atque deijciendum. Nec eis quam non habent, alia latebra quò confugiant eſt præbenda: ut ſi forte ab his produntur, quos conati fuerint ſeducere nec potuerint, dicant: Tentare illos uoluimus, quoniam nos prudentes catholici docuerunt ad inueniendos hæreticos id eſſe faciendum. ſed aliquanto commendatius oportet ut dicam, cur iſta mihi uideatur tripartita ratio diſputādi aduerſus eos qui patronas mendacijs ſuis uolunt adhibere diuinas ſcripturas: ut prius oſtendamus nonnulla quæ ibi putantur eſſe mendacia, non eſſe quod putantur, ſi recte intelligantur. Deinde ſi qua ibi mendacia manifeſta ſunt, imitanda non eſſe. Tertio contra omnes

Nō eſſe mēdacia q̄ putantur in ſcripturis lite-ris.

Cap.12.

Tria mē daciorū latibula penitus eruēda.

omnium opiniones, quibus uidetur ad uiri boni officium pertinere aliquando mentiri, omnimodo tenendum, in doctrina religionis nullo modo eſſe mentiendum. Hæc enim tria tibi exequenda pauloante commendaui, & quodammodo iniunxi.

Ad oſtendenda ergo quædam quæ putantur in ſcripturis eſſe mendacia, non eſſe quod putantur ſi recte intelligantur, non tibi parum aduerſus iſtos ualere uidebitur, quòd non de Apoſtolicis, ſed de Propheticis literis inueniunt uelut exempla mentiendi. Illa quippe omnia quæ nominatim commemorant ubi ſit quiſque mentitus, in eis libris leguntur in quibus non ſolum dicta, uerumetiam facta multa figurata conſcripta ſunt, quia & figurate geſta ſunt. In figuris autem quod uelut mendacium dicitur, bene intellectum, uerum inuenitur. Apoſtoli uero in Epiſtolis ſuis aliter locuti ſunt, aliterq; cōſcripti actus Apoſtolorum, iam uidelicet reuelato teſtamento nouo, quod illis figuris Propheticis uelabatur. Deniq; in tot Epiſtolis Apoſtolicis, atq; in ipſo tam grādi libro in quo actus eorum canonica ueritate narrantur, non inuenitur talis aliquis mentiens, ut de illo ab iſtis ad mentiendi licentiam proponatur exemplum. Quandoquidem illa Petri & Barnabæ ſimulatio qua gentes Iudaizare cogebant, merito reprehenſa atq; correcta eſt, & ne tunc noceret, & ne poſteris ad imitandum ualeret. Cum.n. uidiſſet Apoſtolus Paulus quia non recte ingrediuntur ad ueritatem Euangelij, dixit Petro coram omnibus, Si tu cum ſis Iudæus, gentiliter & nō Iudaice uiuis, quomodo gentes cogis iudaizare? Id autem quod ipſe fecit, ut quaſdam obſeruationes legitimas Iudaica conſuetudine retinendo & agendo non ſe inimicum legi & Prophetiſq; monſtraret, abſit ut mentiter eum feciſſe credamus. De hac quippe re ſatis eſt eius nota ſententia, qua fuerit conſtitutum, nec Iudæos qui tunc in Chriſtū crediderāt, phibēdos eſſe à paternis traditionibus, nec ad eas gētiles cū Chriſtiani fierent eſſe cogēdos: ut illa ſacramenta q̄ diuinitus p̄cepta eſſe cōſtaret, nō tanq̄ ſacrilegia fugerētur: nec tū putarētur ſic neceſſaria iā nouo teſtō reuelato, tanq̄ ſine ijs q̄cunq; cōuerterētur ad deū ſalui eſſe nō poſſent. Erant.n. qui hoc putaban. atq; prædicabant, quāuis iam recepto Chriſti in Euangelio: & eis ſimulate conſenſerat Petrus & Barnabas,

De ſimulatione Petri & Barnabæ.

Gala. 2.

Qualiter legis ceremonias. Paulus obſeruauerit.

bas; ideoq; cogebant gentes Iudaizare: Id erat.n. cogere, ſi ea neceſſaria prædicare, tanquā & recepto Euangelio nulla ſine illis ſalus eſſet in Chriſto. Hoc error quorundam

1.Co.9. putabat, hoc timor Petri ſimulabat, hoc libertas Pauli redarguebat. Quod ergo ait, Omnibus omnia factus ſum vt oēs lucrifacerē: compatiendo id fecit, non mentiendo. Fit.n. quiſq; tanquam ille cui vult ſubuenire, qū tanta miſericordia ſubuenit, quanta ſibi ſubueniri uellet, ſi eſſet ipſe in eadē miſeria cōſtitutus. Itaq; fit tanquā ille, nō qa fallit illum, ſed quia ſe cogitat ſicut illū. Vnde illud eſt eius Apoſtoli quod iam ſupra

Gala. 6. commemoraui: Fratres, & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpiritales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, intendens teipſum ne & tu

F tenteris. Nam ſi propterea quia dixit, Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, & ijs q̄

1.Co.9. ſub lege erant tanquam ſub lege: ideo putandus eſt mendaciter ſuſcepiſſe legis veteris ſacramenta: debuit & gentium idololatriam eodem modo mentiendo ſuſcipere, quia dixit etiam ijs qui ſine lege erant tanquā ſine lege ſe factum, vt eos lucrifaceret. Quod vtiq; non fecit. Non.n. alicubi ſacrificauit idolis: aut adorauit illa figmenta, ac non potius libere tanquam martyr Chriſti deteſtanda & vitanda monſtrauit. De nullis igitur Apoſtolicis actibus ſiue ſermonibus iſti proferunt imitanda exempla mentiendi. De Propheticis ergo factis ſeu dictis ideo ſibi videntur habere quod proferant, quia figuras prænunciatiuas putant eſſe mendacia, eo quòd mendacijs ſint aliquando ſimilia. Sed cum referuntur ad eas res propter quas ſignificandas ita facta vel dicta ſunt, reperiuntur ſignificationes eſſe veraces, ac per hoc nullo modo eſſe mendacia. Mendacium eſt quippe falſa ſignifi-

G catio cum voluntate fallendi. Non eſt au falſa ſignificatio, vbi & ſi aliud ex alio ſ ificatur, verum eſt tū quod ſignificatur cte intelligatur. Sunt quædam ciu odi Euange- etiam ſaluatoris in Euangelio, quia ipſe lij loco- dñs Prophetarum Propheta eſſe dignatus rū quo- eſt. Talia ſunt illa, ubi de muliere quæ fluxum ſanguinis patiebatur, ait: Quis me tetigit? Et de Lazaro. Vbi poſuiſtis eum? Sic quippe interrogauit quaſi neſciēs quod utidacio ſen que ſciebat. Ac per hoc neſcire ſe finxit, vt aliquid aliud illa uelut ignorantia ſua ſignificaret. Quæ ſignificatio quoniam ve-

rax erat, mendacium profecto non erat. Eos nanq; ſignificabant, ſiue illa fluxum ſanguinis patiens, ſiue ille mortuus quatriduanus, quos etiam qui cuncta ſciebat, quodammodo neſciebat. Nam & illa typum gerebat plebis gentium, vnde præmiſſa fuerat Prophetia, Populus quem non cognoui, ſeruuit mihi. Et Lazarus remotus à viuentibus tanquam ibi iacebat per ſignificatiuam ſimilitudinem, vbi ille cuius vox eſt, Proiectus ſum à facie oculorum tuorum. Et ideo tanquam neſciretur à Chriſto, & illa q̄ fuerit, & iſte vbi poſitus fuerit, verbis interrogantis eſt figuratū, & omne vitatū veraci ſignificatione mendacium. Hinc eſt etiam illud H quod cōmemoraſti eos dicere, dñm Ieſum Qūo poſteaquam reſurrexit, ambulaſſe in itinere Chrs fin cū duobus diſcipulis, & propinquātibus eis xerit ſe caſtello quo ibant, illum longius ſe ire ſin- longius xiſſe: vbi Euangeliſta dicens, Ipſe autem ſe ire abſq; finxit longius ire: etiam ipſum verbum po- mendaſuit, quo mendaces nimium delectantur vt eio. impune mentiantur: quaſi mendaciū ſit oē Luc.24. quod fingitur, cū veraciter aliud ex alio ſignificandi gratia tā multa fingantur. Si ergo nihil aliud ſignificaſſet Ieſus in eo q̄ lōgius ire ſe finxit, merito indicaretur eſſe mendacium. Porrò autem ſi bene intelligatur, & ad id quod voluit ſignificare referatur, inuenitur eſſe myſterium. Alioquin erunt cuncta mendacia quæ pp quandā rerum ſignificandarū ſimilitudinem cum geſta nō ſint, tanquam geſta narrantur. Vnde eſt illa de Luc.15. duobus vnius hominis filijs, maiore qui manſit apud patrem ſuum, & minore qui longius peregrinatus eſt, tam prolixa narratio. In quo genere fingendi, humana etiam facta vel dicta, irrationalibus animantibus & rebus ſenſu carentibus, homines addiderūt, vt eiuſmodi fictis narrationibus, ſed veracibus ſignificationibus quod vellēt commendatius intimarent. Nec apud authores tantum ſecularium literarum, vt apud Horatium, mus loquitur muri, & mu- I ſtela vulpeculæ, vt per narrationem fictam Hora.li. ad id quod agitur, vera ſignificatio referatur. Vnde Aeſopi tales fabulas ad eum finē ſa.6. relatas, nullus tam ineruditus fuerit qui pu Nedum taret appellanda mendacia. Sed in literis apud ſequoq; ſacris, ſicut in libro Iudicum, Ligna culares ſibi regem requirunt; & loquuntur ad oleā, auctores & ad ficum; & ad uitem, & ad rubum. Q̄ ſed & in vtiq; totum fingitur, vt ad rem quę intenditur, ficta quidem narratione, non men- literis ſacris

daci

fictiones reperimus. Iudicū. 9. Luc. 24.

daci tamen, sed veraci significatione veniatur. Hæc dixi propter id quod scriptum est de Iesu, Et ipse se finxit longius ire. Ne quisquam ex hoc verbo sicut Priscillianistæ licitum volens habere mendacium, insuper etiam Christum contendat fuisse mentitū. Quisquis autem vult intelligere illud fingendo quid præfigurarit, attendat quid agēdo perfecerit. Longius nanq; postea profectus super oēs cœlos, non tū deseruit discipulos suos. Propter hoc significandū futurū diuinitus factum, ad præsens illud est humanitus fictum. Et ideo significatio verax in illa est fictione præmissa, quia in hac pfectione illius est significationis veritas subsecuta. Ille igitur contendat Christum mē-

K titum esse singendo, qui negat eum quod significauit impleuisse faciendo.

Quo sacræ scripturæ exē pla sint imitāda. Cap. 14.

Quia ergo non inueniunt mendaces hereticī in testamenti noui literis imitanda exempla mendacij, copiosissimos se existimant in hac disputatione qua opinātur esse mentiendum, cū de veteribus Propheticis libris, quia non ibi apparet nisi intelligētibus paucis quo referantur significatiua dicta vel facta veracia, multa sibi videntur inuenire ac proferre mendacia. Sed habere cupientes quibus se tueantur velut imitanda exempla fallendi seipsos fallunt, et mentitur eorū iniquitas sibi. Illæ autem personæ quas credendum ibi non est prophetare voluisse, si quid faciendo vel dicendo finxerunt volūtate fallendi, quāuis ex ipsis quoq; factis earum, siue dictis aliquid Propheticum posit exculpi, per illius omnipotentiam præseminatum atq; dispositum, qui bene vti nouit etiam malis hominum, tū quantū adopsas attinet sine dubitatione mentitæ sunt. Sed non ideo debent imitanda existimari, quia in eis reperiuntur libris, qui sancti & diuini merito nominantur. Habent.n. conscripta & mala hominū & bona: illa vitanda, ista sectanda: & q̄dam ita posita, vt de illis etiam

L prolata sit sententia, quędam vero tacito ibi iudicio nobis iudicanda permissa: qm̄ non solum nos nutriri manifestis, verū & exerceri oportebat obscuris. Cur autē, isti imitandam sibi Thamar existimant mentiēntem, & imitandum Iudam non existimant fornicantem? Ibi.n. vtrunq; legerunt, & nihil horum scriptura illa siue culpauit, siue laudauit: sed tantummodo vtrunq; narrauit, & iudicandum nobis vtrunq; dimisit. Sed mirum si aliquid horum imitandum

Psal. 26. Regula pro scripturarū intelligētia. Gen. 38. De mēdacio Thāar, & fornicatione Iudæ.

impune permisit. Quod enim Thamar nō meretricandi libidine, sed concipiendi voluntate mentita sit, nouimus. Verum & fornicatio etiam si Iudæ talis non fuit, potest esse cuiuspiā qua faciat vt homo liberetur, sicut illius mendacium fuit, vt homo conciperetur. Nunquid ꝓpterea etiam fornicandum est, si ꝓp illud putatur fuisse mentiendum? Non de solo itaq; mendacio, sed de omnibus operibus hominū in qbus existunt velut compensatiua peccata, consyderandum est, quam sententiam proferre debeamus, ne aperiamus aditum, non tantum paruis quibusq; peccatis, verumetiam scelleribus cunctis, nullūq; remaneat facinus, flagitium, sacrilegiū, in quo causa nō possit existere qua recte videatur esse faciendum, vniuersamque vitæ probitatem opinio ista subuertat.

M Mendacio nihil autem iudicandus est dicere, qui ciū sem dicit aliqua iusta esse mendacia, nisi aliqua per esse iusta esse peccata, ac per hoc aliqua iusta peccatū. esse quæ iniusta sunt. Quo quid absurdius Cap. 15. dici potest? Vnde.n. est peccatum, nisi quia iustitiæ contrarium est? Dicantur ergo alia magna, alia parua esse peccata, qa verū est, nec auscultandum Stoicis qui omnia paria esse contendunt. Dicere autem quædā iniu- Stoicorū sta, quædā iusta esse peccata, quid est aliud q̄ opinio. dicere quasdam esse iniustas, quasdā iustas iniquitates, cum dicat Apostolus Ioannes, Omnis qui facit peccatum, facit & iniqui- 1. Ioā. 3. tatem: & peccatum iniquitas est? Non ergo potest iustum esse peccatum, nisi cum peccati nomen in alia re ponimus, in qua q̄sq; non peccat, sed aut facit aliquid, aut patitur pro peccato. Nam & sacrificia pro peccatis peccata appellata sunt, & pœnæ peccatorū

d[illegible]ntur aliquādo peccata. Hæc planè pos- Quæ sunt intelligi iusta peccata, cum iusta dicū- sint iusta r sacrificia vel iusta supplicia. Ea vero q̄ peccata. tra legem dei fiunt, iusta esse non pol- Psal. 118. s[illegible]. Dictū est autem deo, Lex tua veritas.

A er hoc quod est contra veritatem, iu- st[illegible] esse non potest. Quis autem dubitet co[illegible]a veritatem esse mendacium omne? Nullum ergo iustum esse potest mendaciū. Item cui non clareat, ex veritate esse omne quod iustum est? Clamat autem Ioannes, 1. Ioā. 2. Omne mendaciū non est ex veritate: Om- Cautela ne ergo mendacium non est iustum, Qua- de ꝓpo propter quando nobis de scripturis sanctis sitis mē mentiendi proponuntur exemplā, aut men- dacijs in dacia non sunt, sed putantur esse dum non intelli-

scripturis si imitāda, an non. Exod. 1. Iosuæ. 2 De mendacio obstetricū Hebræorum, & Raab meretrice.

intelliguntur: aut si mendacia sunt, imitāda non sunt, quia iusta esse non p̄t. Sed quod scriptum est, bene deū fecisse cum Hebræis obstetricibus, & cum Raab Hierichontina meretrice, non ideo factum est quia mentitæ sunt, sed quia in homines dei misericordes fuerūt Non est itaq; in eis remunerata fallacia, sed beneuolētia: benignitas mentis, nō iniquitas mentientis. Sicut.n. mirū absurdumq; nō esset, si alio prius tempore cōmissa ab eis aliqua opera mala deus ꝓp posteriora opera bona vellet ignoscere: ita mirandum non est, q̄ vno tēpore in vna causa deus vtrunq; consp[illegible]iciens. i. factū misericorditer, factūq; fallaciter, & bonū remunerauit, & ꝓp hoc bonum malum illud ignouit.

B Si enim peccata quę ꝓp carnis concupiscentiam, non ꝓp misericordiam fiunt, ꝓp posteriora opera misericordiæ dimittunt, cur non merito misericordię dimittuntur, quæ ꝓp ipsam misericordiam cōmittunt? Gratius est.n. peccatum quod animo nocentis, q̄ quod animo subuenientis eficitur. Ac ꝓ hoc si illud deletur opere misericordię postea subsequente, cur hoc quod est leuius, non deletur ipsa hominis misericordia, & p̄cedente vt peccet, & comitante cum peccat? Ita quidem videri potest. Verūtamen aliud est dicere, peccare quidem nō debui, sed opera misericordiæ faciam, q̄bus deleā quod antè peccaui, & aliud est dicere, peccare debeo, quia non possum aliter misereri. Aliud est, inquā, dicere, quia iam peccauimus, benefaciamus: & aliud est dicere, peccemus vt benefaciamus. Ibi dicitur, faciamus bona quia fecimus mala: hic autē, faciamus mala, vt veniant bona. Ac per hoc ibi exhaurienda est sentina peccati, hic cauenda est doctrina peccandi. Restat itaque vt in-

C telligamus illis mulieribus vel in Aegypto vel in Hiericho pro humanitate & misericordia redditam fuisse mercedem vtique t[illegible]poralem, quæ quidem & ipsa æternum [illegible] quid etiam illis nescientibus Prophe[illegible] significatione figuraret. Vtrum auter[illegible] aliquando vel pro cuiusquam salute [illegible]tiendum cum q̄stio sit in qua dissoluen[illegible]ēt doctissimi fatigantur, valde illarum mulierum, in illis populis constitutarum, & illi moribus assuetarum excedebat modū. Itaque hanc earum ignorantiam, sicut aliarum rerum quas pariter nesciebāt, sed scienda sunt à filijs non huius seculi, sed futuri dei patiētia subsținebat: qui tamen eis pro benignitate humana quam famulis eius impenderant, quāuis cœleste aliquid significātia, præmia terrena reddebat. Et Raab quidam ex Hiericho liberata, in dei populum Iosue. 1. transitum fecit: ubi proficiens posse ad æterna & immortalia munera peruenire, q̄ nullo sunt quærenda mendacio. Tunc tamē [illegible] qñ illud opus bonum, & pro suæ vitæ conditione laudabile Israelitis exploratoribus [illegible] ꝓstitit, uendū erat talis vt ab ea exigeretur, [illegible] Sit in ore vestro, est est, non non. Obstetrices autem illæ quanuis Hebræę, si secundū [illegible] carnem tantummodo sapuerunt, quid aut [illegible] quantum est quod eis profuit remuneratio Cap. 16. temporalis, quia fecerunt sibi domos, nisi Matt. 5. proficiendo pertinuerunt ad eam domū de Exo. 1. qua deo cantatur, Beati qui habitant in do- D mo tua, in secula seculorum laudabunt Psal. 83. te? Multum aūt fatendum est propinquare iustitiæ, & quanuis re ipsa nondum, iam tū spe atq; indole animum esse laudandū, qui nunquam nisi hac intentione mentitur, qa vult prodesse alicui, nocere autem nemini. Sed nos cum quærimus, sitne boni hominis aliquādo mentiri, nō de homine quęrimus adhuc ad Aegyptum, vel ad Hiericho, vel Gala. 4. ad Babyloniam pertinente, vel adhuc ad ipsam Hierusalem terrenam, quæ seruit cum filijs suis, de ciue illius ciuitatis quæ sursum est libera mater nostra æterna in cœlis. Et respondetur quærentibus nobis, Omne mē- 1. Ioā. 2 dacium non est ex veritate. Filij autem illius ciuitatis, filij sunt vtiq; veritatis. Eius ciuitatis filij sunt, de quibus scriptum est, In Apo. 14. ore eorum non est inuentum mendacium. Pro. 29. Eius ciuitatis filius est, de quo item scriptū est, Verbum susc[illegible]piens filius, à perditione longe æberit. Excipiens autem excepit illud sibi, & nihil falsi ex eius ore procedit. His filijs supernæ Hierusalem & sanctæ ciuitatis ęternæ, si quando vt hominibus obrepit qualecunque mendacium, posc[illegible]unt humiliter veniam, non inde quęrunt insuper gloriam. Sed dicet aliquis, Ergone obstetri- E ces illæ atque Raab melius fecissent, si nullam misericordiam prę[illegible]stitissent, nolendo Obstetrices Hebręæ & Raab nū peccarint mentiendo. Cap. 17 mentiri? Immo vero illæ mulieres Hebræę si essent tales de quibus quærimus, vtrum sit eis aliquando mentiendum, nec aliquid falsi dicerent, & fœda ministeria de parvulis occidendis liberrime recusarent. Sed inquies, Ipsæ morerentur. At uide quid sequatur, Morerentur enim cœlestis habita tionis incomparabiliter ampliore mercede,

quàm domus illæ quas sibi fecerunt, in terra esse potuerunt. Morerentur.n.futuræ in æterna fœlicitate, mortem ppessæ pro innocentissima veritate. Quid illa in Hiericho? Núquid hoc posset? Nõne si q̃rentes ciues mentiendo non falleret, uerum dicendo latentes hospites proderet? An posset interroganti bus dicere, Scio vbi sint, sed deum timeo, non eos prodo? Posset hoc quidem dicere si iam esset vera Israelitis in qua dolus nõ esset: quod futura erat per misericordiã dei trãsiens ad ciuitatem dei. Verum illi hoc audito, inquiens, illam perimerent, domum scrutarent. Sed nunquid consequens erat, vt
F illos etiam quos diligenter occultauerat inuenirent? Prospexerat enim cautissima mulier, & ibi eos posuerat vbi latere potuissent etiam si ei mentienti creditum non fuisset. Ita & illa, si tamen à suis ciuibus esset occisa, pro misericordiæ opere, vitam istã finiendam pręciosa in conspecto dñi morte finisset & erga illos eius beneficium inane non fuisset. Sed inquies, Quid si & ad illum locum ubi eos occultauerat, ij à quibus quærebant, perscrutando omnia peruenissent? Isto modo dici potest, Quid si mulieri uilissimæ atque turpissimæ non solum mentiẽti, verũetiam peieranti credere noluissent? Nempe etiam sic consecutura fuerant, quæ timendo mentita est. Et vbi ponimus voluntatem ac potestatem dei? An forte non poterat & illam, nec ciuibus suis mentientem, nec homines dei prodentem, & illos suos ab omni pernicie custodire? A quo enim, & post mulieris mendacium custoditi sunt, ab eo potuerunt & si illa mentita non esset, vti
Ge. 19. que custodiri. Nisi forte obliti sumus hoc fuisse in Sodomis factũ, vbi masculi in masculos nefanda libidine accensi, nec ostium domus, in qua erant, quos quærebant inuenire potuerunt, quoniam vir iustus in causa omnino simillima pro suis hospitibus men
G tiri noluit quos esse angelos nesciebat, & vim morte peiorẽ ne paterent timebat. Et certe poterat talia rñdere quærẽtibus qualia in Hiericho mulier illa rñdit. Nam prorsus similiter & illi interrogando q̃sierunt. Sed hõ iustus noluit pro corporibus hospitum animam suam suo mendacio maculari pro quibus voluit corpora filiarum alienæ libidinis iniquitate vim perpeti. Faciat ergo homo etiam pro temporali hominum salute quod potest. Cum autem ad hunc articulum ventum fuerit, vt tali saluti consule-
re, nisi peccãdo non possit, iam se existimet non habere quid faciat, q̃n id reliquũ esse perspexerit quod nõ recte faciat. Proinde
Ioſu. 2. Raab in Hiericho, quia peregrinos homines dei suscepit hospitio, quia in eorũ susceptione periclitata est, quia in eorũ deũ credidit, quia diligẽter eos vbi potuit occultauit, quia p illã ueniã remeandi consiliũ fidelissimũ dedit, ẽt supernæ Hierusalẽ ciuibus imitãda laudet. Quòd aũt mentita est, etiã si aliquid ibi Propheticũ intelligenter exponitur, non tñ imitandum sapienter proponitur: quãuis deus illa bona memorabiliter honorauerit, hoc malũ clemẽter ignouerit.
H Quæ cum ita sint, q̃n nimis longũ est omnia ptractare, q̃ in illo libro dicta sunt posita, velut imitanda exẽpla mentiendi, ad hãc regulam mihi videntur, non solum ista, verum etiã si qua sunt talia redigenda: vt aut quod esse creditur, ostendatur nõ esse mendaciũ, siue vbi tacetur verũ, nec dicitur falsum: siue vbi significatio verax aliud ex alio vult intelligi, quod genus figuratorum vel dictorum vel factorum abũdat in Propheticis literis, Aut q̃ conuincunt esse mendacia, non esse imitanda monstrentur, & si qua nobis vt alia peccata surrepserint, non eis tribuendam iustitiã sed ueniam postulãdam. Hoc quidem mihi videtur: & ad istã sententiam me superius disputata compellunt. Verũ quia homines sumus, & inter homines viuimus, fateorq̃; me nõdum esse in eorũ numero, quos compensatiua peccãta non turbant, sæpe me in rebus humanis, vincit sensus humanus, nec resistere valeo cum mihi dr, Ecce graui morbo periclitatur ægrotus, cuius iã vires ferre nõ possint, si ei mortuus vincus, & charissimus filius n finisse tu nosti, quid respondebit, q̃n quicquid aliud dixeris præter vnum de tribus, aut mortuus est, aut viuit, aut nescio, nil aliud credit ille quàm mortuum: quod intelligit timere dicere, & nolle mentiri? ntundem valet, etiam si omni modo tacerit. Ex illis autem tribus duo falsa sunt, u t, & nescio, nec abs te dici possunt nisi mentiendo. Illud autem vnũ verum, id est, mortuum esse si dixeris, & perturbati hominis mors fuerit subsecuta, abs te occisus clamabitur. Et quis ferat homines exaggerantes, quãtum sit mali salubre mendacium deuitari, & homicidam diligi veritatem? Moueor his oppositis, uehementer, sed mirum

An verum sit dicendũ cui mortem ferat. Ca. 18. Nota casum.

I

Solutio casus & totius q̃stionis.

si etiam sapienter. Cum.n. proposuero ante qualescunq; oculos cordis mei intelligibilẽ illius pulchritudinẽ, de cuius falsi nihil ore procedit, quanuis ubi radians magis magisque clarescit veritas, ibi palpitãs mea reuerberatur infirmitas, tñ sic amore tanti decoris accendor, ut cuncta quæ inde me reuocant humana contemnam. Sed multum est, ut iste intantum perseueret affectus, ne in tentatione desit effectus. Nõ me mouet cõtemplantẽ luminosum bonũ, in quo mendacij tenebræ nullæ sunt, quod nobis mentiri nolẽtibus, & hominibus uero audito mo
K rientibus, homicida dicitur ueritas. Nunqd enim si stuprum expetat impudica, & te nõ consentiente, sæuo amore perturbata mo-
2. Co. 2. riatur, homicida erit & castitas? An uero quia legimus, Christi bonus odor sumus in omni loco, & in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt, alijs quidem odor uitæ in uitã, alijs aũt odor mortis in mortem: etiam odorem Christi pronunciabimus homicidam? Sed quia homines sumus: & nos in huiusmodi quæstionibus & contradictionibus plerunq; superat aut fatigat sensus humanus, ideo mox & ille subiecit. Et ad hæc quis idoneus? Huc accedit ubi miserabilius eiulandum est, q̃ si concesserimus pro salute illius ægri de uita filij eius fuisse mentiendũ, ita paulatim minutatimq̃ succresit hoc malũ, & breuibus accesibus ad tñ aceruũ mendaciorũ sceleratorũ sensim subintrãdo perducitur, ut nunquam possit penitus inue
Eccl. 19. niri, ubi tantæ pesti per minima additamenta in immensum conualescenti possit obsisti. Vnde prouidentissime scriptũ est, Qui modica spernit, paulatim decidit. Quid q̃ uitæ huius tales amatores, ut eam non dubitent
L præponere ueritati, ne homo moriatur, immo ut homo quandoq; moriturus, aliquanto serius moriatur, non tantum mentiri, sed etiam peierare nos uolunt, ut uidelicet n aliquanto citius transeat uana salus hominis, nomen dei nostri accipiamus in uanu Et sunt in eis docti, qui etiam regulas fi finesq; constituant q̃ debeat, q̃n nõ debeat peierari. O ubi estis fontes lachymar ? Et quid faciemus? quo ibimus? ubi nos occultabimus ab ira ueritatis, si non solum negligimus cauere mendacia, sed audemus insuper docere periuria? Viderint enim insuper assertores defensoresq̃ mendacij, quale genus, uel qualia genera mentiendi eos iustificare delectet. Saltem in dei cultu concedant non esse mentiendum, saltem sese a periurijs blasphemijsq̃; contineant: saltem vbi dei nomẽ, vbi deus testis, ubi dei sacramentum interponitur, vbi de diuina religione sermo promittitur siue conseritur, nemo mentiatur, nemo laudet, nemo doceat & præcipiat, nemo iustum dicat esse mendaciũ. De cæteris mẽdaciorũ generibus eligat sibi quod putat esse mitissimum atq; innocentissimum mentiendi genus, cui placet esse mentiendum. Hoc scio q̃ etiam qui M
docet oportere mentiri, uerũ docere se uult videri. Nam si falsum est quod docet, quis falsæ velit studere doctrinæ, vbi & fallit docens, & fallitur discens? Si autem vt aliquem posit inuenire discipulum, docere se asserit verum, cum doceat esse mentiendũ, qũo erit vllum ex veritate mendacium, Ioanne Apostolo reclamante, Omne mendacium non est ex veritate? Non est ergo verum, 2. Ioã. 1.
aliqñ esse mentiendum. Et quod non est verum, nemini est omnino suadendum. Sed mentiẽ-
agit partes suas infirmitas, & causam uincibilem fauentibus turbis se habere procla- Cap. 19.
mat: Vbi contradicit & dicit, Qũo apud homines, qui proculdubio si falluntur auertuntur à pernicie vel aliena vel sua, periclitantibus subueniturhominibus, si nos humanus ad mentiendum non inclinet affectus? Si patienter me audit turba mortalitatis, turba infirmitatis, respondebo aliquid pro negocio veritatis. Certe pia, vera, sancta castitas non nisi ex veritate est: & quisquis aduersus eam facit, profecto aduersus veritatem facit. Cur ergo etsi non possit aliter periclitantibus subueniri, non cõmitto stuprum, quod ideo est cõtrarium veritati, q̃a contrarium est castitati: & vt periclitanti subueniatur, loquor mendacium, quod ipsi apertissime est contrarium veritati? Quid A
apud nos tñ promeruit castitas, & offendit veritas, cum omnis ex veritate sit castitas, & sit non corporis sed mentis castitas, veritasq; in mente habitet, sicut etiam corporis castitas? Postremo, qđ & pauloante dixi & iterum dico, quisquis mihi pro persuadẽdo & defendendo vllo mendacio contradicit, quid dicit si verũ non dicit? Si aũt propterea est audiendus q̃n verum dicit, qũo me vult facere, verum dicendo, mendacem? Quomodo mendacium patronam sibi adhibet veritatem? An aduersario suo vincit, vt à seipsa vincatur? Quis hanc absurditatem ferat? Nullo ergo modo dixerimus eos

qui asserunt aliqñ esse mẽtiendum, id asserendo esse veraces, ne quod est absurdissimum & stultissimũ credere, veritas nos doceat esse mendaces. Quale est enim vt esse adulterandũ nemo discat à castitate, deum offendendũ nemo discat à pietate, cuiquam nocendum nemo discat à benignitate, & ipsi mentiendum discamus à veritate? Porrò si hoc non docet veritas, non est verũ: si nõ est verum, non est discendũ, si nõ est discen-
Hebr.5. dum, nunquam est igitur mentiendum. Sed perfectorũ est, ait aliquis, solidus cibus. Multa.n. secm veniam relaxantur infirmitati, quanuis syncerissimæ nequaquam placeant veritati. Dicat hoc quisquis non metuit quę consequẽtia metuẽda sunt, si fuerint aliquo
B modo aliqua permissa mendacia. Nullo modo tñ intantum sunt permittenda conscendere, vt ad periuria blasphemiasque perueniant. Nec aliquam causam prorsus oportet obtendi, cur debeat peierari, vel qđ est execrabilius, cur deus debeat blasphemari. Nõ enim quia per mendacium blasphematur, ideo non blasphematur. Potest quippe hoc modo dici, non peierari, quia per mendaciũ peieratur. Quis enim per veritatẽ possit esse periurus, si ẽt per veritatem nullus põt esse blasphemus? Sanè mitius falsum iurat qui falsum nescit esse, & verum putat esse quod
1.Tim.1. iurat: sicut & Saulus excusabilius blasphemauit, quia ignorans fecit. Ideo autẽ peius est blasphemare, q̃ peierare, qñ peierando falsæ rei adhibetur testis deus: blasphemando autem de ipso falsa dicuntur deo. Tanto est autem quisq; inexcusabilior, siue periurus, siue blasphemus: quanto magis ea quæ peierando vel blasphemando asserunt, falsa nouerunt esse vel credunt. Quisquis itaq; dicit pro periclitantis hominis salute tpali vel vita esse mentiendum, nimis ipse ab itinere exorbitat æternæ salutis & vitæ, si dicit in ea causa etiam iurandum per deum, vel etiã
C blasphemandum deum. Sed aliquando An pro æterna hominis salute mentiri liceat. Cap.20. nobis ipsius quoque salutis æternæ periculum opponitur, quod nostro mendacio si aliter non poterit, depellendum esse clamatur. Velut si quisquam baptizandus in potestate sit impiorũ atq; infidelium constitutus, ad quem perueniri non possit vt lauacro regenerationis abluatur, nisi deceptis mentiendo custodibus. Ad hoc inuidiosissimo clamore, quo cogimur non pro cuiusquam opibus vel honoribus in hoc seculo transeuntibus, non pro ipsa huius temporis vita, sed pro æterna hominis salute mentiri, quo confugiam nisi ad te veritas? Et mihi abs te proponitur castitas. Cur enim si custodes isti vt nos ab baptizandum hominem admittant, stupro illici possunt, non facimus contraria castitati, & si mẽdacio decipi possunt, facimus contraria veritati: cum proculdubio nulli esset fideliter amabilis castitas, si non eã præciperet veritas? Proinde vt perueniatur ad hominem baptizandus, fallantur mentiendo custodes, si hoc iubet veritas. Sed quo iubeat veritas, vt homo bapti- D
zetur esse mentiendum, si non iubet castitas vt homo baptizetur, esse mœchandum? Cur autem hoc non iubet castitas, nisi quia hoc non docet veritas? Si ergo nisi quod veritas docet facere non debemus, cum veritas doceat nec pp hominem baptizandum facere quod contrarium est castitati, quo nos docebit facere propter baptizandum hominem quod ipsi est contrarium veritati? Sed sicut oculi ad intuendum solem parum firmi, ea tamen quæ à sole illustrantur, libenter intuentur: sic animæ iam valentes delectari pulchritudine castitatis, non tamen omnino per seipsam conspderare veritatem vnde lucet castitas possunt: ut cum ventum fuerit ad aliquid faciẽdum, quod aduersum est veritati, ita refugiant & exhorreãt, quẽadmodum refugiunt & exhorrent, si faciendum aliquid proponatur qđ aduersum est castitati. Ille autem filius qui verbum susci-
piens à perditione longe aberit, & nihil falsi ex eius ore procedit, tam sibi clausum deputet, si ad subueniendum homini per mendacium, quàm si per stuprum transire cogatur. Et pater exaudit orantem, ut ualeat sine mendacio subuenire, cui nult pater ipse, cuius inscrutabilia sunt iudicia, subueni-
Talis ergo filius ita obseruat à mendacio, sicut à peccato. Ná aliquando mendacij nomen pro peccati nomine ponitur. Vn
illud est, Omnis homo mendax. Sic enim E
tum est tanquam diceretur, omnis ho- Ps.116.
peccans. Et illud, Si autem ueritas dei Rom.3.
eo mendacio abundauit. Ac per hoc
mentitur ut homo, peccat ut homo, &
ea sententia tenebitur qua dictum est, Omnis homo mẽdax. Et si dixerimus quia pec- Ps.115.
catum non habemus, nosipsos seducimus, 1.Ioã.1.
& ueritas in nobis non est. Cum vero nihil falsi ex eius ore procedit secundum eam gratiam sic erit, de qua dictum est, Qui natus
ex deo, non peccat. Hæc enim natiuitas si 1.Ioã.3.
sola

sola esset in nobis, nemo peccaret: & qñ sola erit, nemo peccabit. Nunc autem adhuc
1.Co.4. trahimus, q̃ corruptibiles nati sumus, q̃uis
1.Co.15. secundum id q̃ renati sumus, si bene ambulabimus, de die in diem renouabimur interius. Cum vero & corruptibile hoc induerit incorruptionem, vita totum absorbebit, & nullus mortis aculeus remanebit. Aculeus autem mortis est peccatum.

Epilogus. Cap.21. Aut ergo cauenda mendacia recte agendo, aut confitenda sunt pœnitendo: non aũt cum abundent infœliciter viuendo, augẽda sunt & docendo. Sed eligat qui hoc putat, vnde subueniat periclitanti homini ad quã-
F libet salutem qualiacunq; mendacia, dum tñ & apud tales obtineamus, nulla causa nos ad peierandum & blasphemandum oportere perduci. Ista saltem scelera vel ampliora stupris, vel certe non minora iudicemus. Nanq; cogitandum est, sæpissime homines, de quarum adulterio suspicantur, ad iusiurãdum prouocare coniuges suas. Qđ vtiq; non facerent, nisi crederent etiam illas quæ non timuerunt perpetrare adulterium, timere posse periurium. Quia & reuera nõnullæ impudicæ quæ non timuerunt illicito concubitu viros fallere, eisdem viris quos fefellerant timuerunt deum testem fallaciter adhibere. Quid igitur causæ est, vt homo castus & religiosus homini baptizando nolit adulterio subuenire, & periurio velit, quod solent & adulteri formidare? Porrò si nefas est hoc agere peierando, quanto potius blasphemando? Absit ergo vt Christianus neget atque blasphemet Christum, quo possit alium facere christianum: & pereundo quærat inueniendum,
G quem si talia doceat, perdat inuentum.
Cap.17. Sic ergo librũ cui nomen est Libra, te oportet præcedẽ tet refellere atque distruere, vt caput i[illegible] ti in illo quod dogmatizant occultandæ religionis libro le- causa esse mentiendum, prius esse no[illegible] ge, in il- ris amputandum, ita vt illa testimo[illegible] la Libra quibus sanctos libros mendacijs suis [illegible] tronos adhibere moliuntur partim [illegible] esse mendacia, partim etiam, quæ [illegible] non esse imitanda demonstres. Et [illegible] antum sibi vsurpat infirmitas, vt ei aliquid venialiter permittatur quod improbat veritas, tamen vt inconcusse teneas, & defendas in diuina religione nunquam omnino esse mentiendum: latentes vero sicut nec adulteros per adulteria, nec homicidas per homicidia, nec malefi-
cos per maleficia: ita nec mendaces per mendacia, nec blasphemos per blasphemias esse quærendos, secundum ea quæ tam multa in hoc volumine disputauimus, vt vix ad eius terminum quem loco isto fiximus, veniremus.

Contra mendacium Libri finis.

D. AVRELII AVGVSTINIH Hipponensis Episcopi, de fide & operibus Liber.

QVibusdam videtur indiscre te omnes admittendos esse eos qui ad lauacrum regeneratio- oẽs ad nis, quæ est in Christo Ie- baptis- su domino nostro, etiam mũ citra si malam turpemq; vitam discrimẽ facinoribus & flagitijs euidentissimis no- admittetam mutare noluerint, atque in ea se per- bant. seueraturos aperta etiam confessione decla- Cap.1. rauerunt. Verbi gratia, si quisque meretrici adhæret, non ei prius præcipiatur vt ab ea discedat, & tunc veniat ad baptismum, sed etiam cum ea manens, manusurusque confidens admittatur & baptizetur, nec impediatur fieri membrum Christi, etiamsi membrum meretricis esse perstiterit: sed postea doceatur quàm sit hoc malum, iamque baptizatus de mutandis in melius moribus instruatur. Peruersum enim putant atque præposterum prius docere quẽadmodum debeat viuere Christianus, &
deinde baptizari. Sed censent præcedere I
debere baptismi sacramentum, vt deinde sequatur vitæ morumque doctrina, quam si tenere & custodire voluerit, vtiliter fecerit. Si autem noluerit, & retenta fide Christiana, sine qua in æternum periret, in quolibet scelere immunditiaque permanserit, saluum eum futurum tanquam per ignem, velut qui ædificauerit super fundamentum quod est Christus, non aurum, 1.Co.3.
argentum, lapides pretiosos: sed ligna, fœnum, stipulam, id est, non iustos castosque mores, sed iniquos & impudicos. Ad hanc autem videntur disputationem impulsi, q̃ eos mouerit non admitti ad baptismum illos qui dimissis vxoribus alias duxerint, vel fœminas quæ dimissis uiris alijs nupserint: quia hæc non coniugia, sed adulteria esse dominus Christus sine vlla dubitatione testatur. Cum enim negare non
posserint esse adulterium, quod veritas adul Matth.5

terium esse sine ambage confirmat, eisque sustragari velent ad accipiendum baptismũ quos huiusmodi laqueo ita captos viderint, vt si non admitterentur ad baptismum, sine vllo sacramento mallent uiuere vel etiã
K mori, quam dirupto adulterij vinculo liberari: humana quadam miseratione commoti sunt ad eorum causam sic accipiendam, vt omnes cum eis facinorosos & flagitiosos, & nulla prohibitione correptos, nulla instructione correctos, nulla pœnitẽtia mutatos, ad baptismum admittendos esse censerent: existimantes eos nisi fieret, in æternum perituros, Si autem fieret, etiam in illis malis perseuerantes, saluos per ignem futuros.

De corrigendis malis Cap. 2. Quibus respondens hoc primum dico, quis ea testimonia scripturarum quæ commixtionem bonorum & malorum in Ecclesia Christi a vel præsentem indicant, uel futuram prænunciant, sic accipiat, vt disciplinæ seueritatem siue diligentiam soluendam omnino atque amittendam, non illis edoctus literis sed sua opinatione deceptus existimet. Neque enim quia illam primi populi commixtionem Moyses dei famulus patientissime perferebat, ideo non in multos etiam gladio vindicauit. Et Phinees sacerdos adulteros simul inuentos ferro ultore confixit. Nu. 25.
Quod vtique degradationibus & excommunicationibus significatum est esse faciendum in hoc tempore, cum in Ecclesiæ disciplina visibilis fuerat gladius cessaturus. Nec quia beatus Apostolus inter fallos fratres tolerantissime congemiscit, quosdam etiam diabolicis inuidentiæ stimulis agitatos, Christum tamen prędicare permittit:
L ideo parcendo censet illi qui vxorem patris
2. Co. 11. Phili. 2. sui habuit, quem præcepit congregata Ecclesia tradere Satanæ in interitum carnis,
1. Co. 5. vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Aut ideo ipse alios tradidit Satanæ, vt discerent non blasphemare: aut fru
1. Ti. 1. stra dicit, Scripsi uobis in Epistola non cõ-
1. Co. 5. misceri fornicarijs: non vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapto ribus, aut idolis seruientibus alioquin debueratis de hoc mundo exire: nunc autem scripsi uobis non commisceri, si quis frater nominantur aut fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cum huiusmodi nec cibum quidem simul sumere. Quo enim mihi de ijs qui foris sunt iudicare? Nonne de ijs qui intus sunt vos iudicatis? De his autem qui foris sunt, deus iudicabit. Auferte malum ex vobisipsis. Vbi quidã quod dictum est, Ex vobisipsis, ita intelligũt vt seipso vnusquisque auferat malũ, hoc est, vt ipse sit bonus. Sed M
qũlibet intelligat, siue vt seueritate Ecclesiæ mali excõicationib. corripiant, siue vt se quisq; corripiendo à seipso auferat malum: illud tamen quando supradictum est, non habet ambiguitatem, vbi præcepit non cõmisceri eis fratribus qui in aliquo supradicto vitio nominantur: i. noti famosiq; sunt.

Quo autem animo & qua charitate misericors ista seueritas adhibenda sit, non so- Quomõ peclum eo loco vbi ait, vt spiritus saluus sit in cantes
die dñi nostri Iesu Christi: sed alibi quoq; euidenter ostendit dicens, Si quis non obau- corripiẽ
dit verbo nostro, per Epistolam hunc notate, & nolite commisceri cum eo, vt erubescat, & non vt inimicum eum existimetis, Cap. 3. 2. Thes. 3.
sed corripite vt fratrem. Et ipse dñs exemplum singulare patientiæ, qua etiam in duodecim Apostolis vsq; ad passionem diabolum pertulit: & qui ait, Sinite utraq; crescere vsq; ad messem, ne forte cum uultis colligere zizania, simul eradicetis & triticum: Ioan. 6.
retiaq; illa in similitudine Ecclesiæ vsque Matt. 3.
ad litus, hoc est, vsq; ad seculi finem, bonos & malos pisces habitura prædixit: & cętera si qua de permixtione bonorum & malorũ siue aperte siue per similitudines locutus est: non ideo tñ omittendam censuit Ecclesiæ disciplinam: immo vero admonuit adhibendam, qñ ait, Attendite vobis, Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum A
inter te & ipsum solum. Si audierit te, lucra Mat. 18.
tus es fratrem tuum. Si autem non audierit te, assume tecum vnum vel duos, vt in ore testium duorum vel trium stet oẽ verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem nec Ecclesiam audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus. Deinde ip-
se veritatis terrorem grauissimum adhibentiã eo loco dicẽs, Quæ solueritis in ter Ibidem.
ra soluta erunt & in cœlo. Quæ ligaueritis Matt. 7.
in terra, ligata erunt in cœlo. Prohibet etiã sanctum dare canibus. Nec contrarius est, 1. Ti. 5.
Apostolus domino quia dicit, Peccantes coram omnibus argue, vt cæteri timorem habeant: cum ille dicat, Corripe eum inter te & ipsum. Vtrunque enim faciendum est, sicut & infirmitatis diuersitas admonet, eorum quos vtique non perdendos, sed corrigendos curandosque suscepimus, & alius sic, alius autẽ sic sanãdus est: ita ẽt est ratio

dissimulandi & tolerandi malos in Ecclesia: & est rursus ratio castigandi & corripiẽdi, non admittendi vel à communione remouendi. Errant autem homines non seruãtes modum, & cum in vnam partẽ procliuiter ire cœperint, non respiciunt diuinæ authoritatis alia testimonia, quibus possint ab illa intẽtione reuocari, & in ea quæ ex vtrisque temperata est veritate ac moderatione consistere, nec in hac re tm̃ de qua nũc quæstio est, sed etiam in alijs multis. Nam quidam intuentes diuinarum testimonia literarum, quibus vnus deus colẽdus insinuat, eundem patrẽ qui est filius, sanctumq; spm̃ putauerunt. Alij rursus veluti morbo contrario laborantes, cum attenderent ea quibus Trinitas declaratur, nec valerent intelligere qũo sit vnus deus, cum & pater non sit filius, nec filius sit pater, nec spiritussanctus aut pater, aut diuersitates ẽt substantiarum asserendas putarunt. Quidã intuentes in scripturis sanctæ virginitatis laudem, cõnubia damnauerunt. Quidam rursus ea testimonia consectantes, quibus casta coniugia prædicantur, virginitatem nuptijs æquauerunt. Quidam cum legerent, bonum est fratres non manducare carnem, neque bibere vinum: etiam nonnulla similia creaturarum dei, & quas voluerunt escas immundas esse senserunt. Quidam vero legentes, Omnis creatura dei bona est, & nihil abjiciendum quod cũ gratiarum actione accipitur: in uoracitatem vinolentiamq; collapsi sunt, nec sibi valentes auferre vitia, nisi eis ẽcontrario vel tanta vel maiora succederẽt. Sic ẽt in hac causa quæ habetur in manibus, quidam intuentes præcepta seueritatis, quibus admonemur corripere inquietos, non dare sanctum canibus, vt ethnicum habere Ecclesiæ contemptorẽ, à compage corpo-
membrum quod scãdalizat auellere: ita perturbant Ecclesiæ pacem, vt conantur ante tempus separare zizania, atq; hoc errore cati ipsi potius à Christi vnitate separẽtur. Qualis nobis causa est aduersus schismaticos nati. Et hoc non cum illis qui nouerunt cibanum, non veris sed calumniosis animinibus appetitum, & pernicioſam sententiam suam mortifero pudore non deserunt: sed cum illis quibus dicimus, Etiam si mali fuissent propter quos in Ecclesia non estis, vos tñ eos ferendo, quos emendare aut segregare minime poteratis, in Ecclesia permanere debuistis. Quidam vero ecõtrario pericl
itãtes, cum bonorum malorumq; permixtionem in Ecclesia demonstratam seu præ- D
dictam esse perspexerint, & patientiæ præcepta didicerint, quæ ita nos firmissimos reddunt etiam si videntur in Ecclesia esse zizania, non tñ impediatur aut fides, aut charitas nostra, aut qm̃ zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus: instituendam putant esse & Ecclesiam & disciplinam, quandam peruersissimam securitatem præpositis tribuentes, vt ad eos nõ pertineat nisi dicere quid cauendum quidve faciendum sit, quodlibet autem quisq; faciat non curare. Nos uero ad sanam doctri- Propter
nam pertinere arbitramur ex vtrisq; testi- malos
monijs tutam sententiam moderari, vt & ca non re-
nes in Ecclesia pp pacem Ecclesiæ tolere- cedendũ
mus, & canibus sanctũ ubi pax Ecclesiæ tu- ab Eccle
ta est non demus. Cum ergo siue per negli- sia.
gentiam præpositorum, siue per aliquã ex- Cap. 5.
cusabilem necessitatẽ, siue per occultas obre Matt. 7.
ptiones inuenimus in Ecclesia malos, quos Ecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possumus, tunc nec ascendat in cor nostrum impia & perniciosa præsumptio, qua existimemus nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atq; ita post nos trahere conemur veluti mũdos sanctosque discipulos ab vnitatis cõpage quasi E
à malorum consortio segregatos: ueniant in mentem illæ in scripturis similitudines & diuina oracula vel certissima exempla, quibus demonstratum & prenunciatum est, malos in Ecclesia permixtos bonis vsque in finem seculi tempusq; iudicij futuros, & nihil bonis in vnitate ac participatione sacramentorum qui eorum factis non consenserint obfuturos. Cum uero eis per quos Ecclesia regitur, adest salua pace potestas disciplinæ aduersus improbos aut nefarios exercendæ, tunc rursus ne socordia segnitiaque dormiamus, alijs aculeis præceptorum quæ ad seueritatem coertionis pertinẽt, excitandi sumus, vt gressus nostros in via domini ex vtrisq; testimonijs illo duce atque adiutore dirigentes, nec patientiæ nomine torpescamus, nec obtentu diligentiæ sæuiamus. Hac ergo Baptis-
secundum sanam doctrinam moderatione mus qñ
seruata, videamus vnde agitur, id est, vtrum & qui-
ad percipiendum baptismum sic admitten- bus dan-
di sunt homines, vt nulla ibi vigilet diligentia, ne sanctum canibus detur: usquea- Cap. 6.
deo vt nec apertissimi adulterij perpetra- F
tores & eius perseuerantiæ professores à sa-

De perperã intelligẽtibus scripturam. Cap. 4.
B
Rom. 14
C
1. Tim. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

cramento tantæ sanctitatis videantur arcendi: quò sine dubio non admitterentur, si p ipsos dies quibus eandem gratiam percepturi, suis nominibus datis, abstinẽtia, ieiunijs, exorcismisq; purgantur, cum suis legitimis & veris vxoribus se concubituros profiteẽtur, atque huius rei quanuis alio tempore licitæ, paucis ipsis solennibus diebus nullam continentiam seruaturos. Quo igitur ad illa sancta recusans correptionẽ adulter admittitur, quo recusans obseruationem non admittitur coniugatus? Sed prius, inquiũt, baptizetur, deinde doceatur quid ad bonam vitam, moresq; pertineat. Fit hoc vbi quenquam forte dies vrget extremus, vt ad verba pauciſsima, quibus tũ omnia continenẽ, credat, sacramentumq; percipiat, vt si ex hac vita migrauerit liberatus exeat à reatu præteritorum omnium peccatorum. Si autem sanus petit per spatium discendi q̃ discenda sunt, quod aliud opportunius tempus reperiri potest quo audiat quemadmodum fidelis fieri ac viuere debeat, q̃ illud cum attentiore animo atque ipsa religione suspẽso saluberrimæ fidei sacramentum petit? An vsqueadeo dissimulamus à sensibus nostris, vt vel nosipsos non recordemur q̃ fuerimus attenti atque solliciti quid nobis præciperẽt
G à quibus catechizabamur, cum fontis illius sacramenta peteremus, atque ob hoc competentes ẽt vocaremur: vel non intueamur alios qui per annos singulos ad lauacrum regenerationis accurrunt, quales sint ipsis diebus quibus catechizantur, exorcizãtur, scrutantur, quanta vigilantia conueniãt, quo studio ferueant, qua cura pendeant? Si tunc tẽpus non est discendi: quæ vita congrua tanto quod accipere desiderant sacramento q̃ erit? An vero cum acceperint, in tantis criminibus permanentes, ẽt post baptismum, non noui homines, sed rei veteres: vt videlicet peruersitate mirabili prius eis dicatur, Induite hominem nouum: & cum induti
Coloſ.3 fuerint, postea dicatur, Exuite veterem: cũ
Matt. 9. Apostolus sanũ ordinẽ tenens dicat, Exuite veterem & induite nouum: & ipse dñs clamet, Nemo assuit pannum nouum vestimẽto veteri, & nemo mittit vinum nouum in vtres veteres? Quid autẽ aliud agit totum tempus quo catechumenorum locum & nomen tenent, nisi vt audiant q̃ fides & qualis vita debeat esse christiani: vt cũ seipsos probauerint, tunc de mensa dñi manducent, &
1.Co.11 de calice bibant? Q̃m qui manducat indi-

gne, iudiciũ sibi manducat & bibit. Quod H
autem sit p omne tempus quod in Ecclesia salubriter constitutũ est, vt ad nomen Christi accedẽtes cathecumenorum gradus accipiant: hoc sit multo diligẽtius & instantius his diebus quibus competentes vocantur, cum ad percipiẽdũ baptismum sua nomina iam dederunt. Quid si, inquiunt, virgo Baptizã
nesciens viro nupserit alieno? Hoc si sem- dos tum
per nesciat, nunquã ex hoc erit adultera: si fidei ope
aũt sciat, iam ex hoc esse incipiet, ex quo cũ ra quàm
alieno viro sciens cubauerit. Sicut in iure fidẽ do-
pdiorum, tandiu quisque bonæ fidei possessor rectissime dicitur, quandiu se possidere Cap. 7.
ignorat alienum: cũ vero scierit, nec ab aliena possessione recesserit, tũc malæ fidei phebitur, tunc iuste iniustus vocatur. Absit ergo vt sensu non humano, sed planè vano sic doleamus cum flagitia corriguntur, tanquam connubia dirimantur: maxime in ciuitate domini in monte sancto eius, hoc est, in Ecclesia, vbi nuptiarum non solum vinculum, verumetiam sacramentum ita commendatur, vt non liceat viro vxorem suam alteri tradere: quod in republica tunc Romana, non solum minime culpabiliter, verumetiam laudabiliter Cato fecisse perhibe I
tur. Neque hinc diutius modo disputare opus est, cum & illi quibus respondeo nõ audeant affirmare, nullum hoc esse peccatum, neq; negẽt esse adulterium, ne ipsi dño sanctoq; Euangelio aperte conuincantur obsistere. Sed cum eis placet, primum admittendos esse tales ad percipiendum baptismi sacramentum, & ad dominicam mensam, etiã si correctionem voce manifestissima recusauerint, immo vero nihil eos de hac re prorsus admoneri oportere, sed postea doceri, vt si præcepti obseruationem receperint, culp[illegible]que correxerint, habeantur in tritico: si autem contempserint, inter zizania tole[illegible]tur: satis ostendunt non se crimina ista [illegible]ndere, aut quasi leuia vel nulla sint age re. Quis enim adulteriũ bonæ spei christianus m[illegible]m seu paruum crimen existimet? Ordin[illegible] tamen quo hæc in alijs vel corrigantur, [illegible]l ferantur, de scripturis sanctis se proferre arbitrantur, cum dicant Apostolos sic egisse: & de literis eorum q̃dam testimonia p̃ferunt, vbi reperiuntur prius insinuasse doctrinã fidei, ac deinde morum tradidisse p̃cepta. Atque tunc intelligi volunt, fidei tã tummodo regulam baptizandis esse intimãdã: postea vero iã baptizatis ẽt vitæ in melius

K lius mutandæ præcepta tradenda, quasi aliquas Apostolorum Epistolas legant ad eos qui baptizãdi sunt datas, vbi de sola fide disputauerunt, & alias ad baptizatos, quibus præcepta de malis cauendis, bonisq; institutẽ dis moribus continentur. Cum igitur eos ad Christianos iam baptizatos dedisse literas constet, cur vtroque sermone contextæ sunt, & eo scilicet qui ad fidem, & eo qui ad vitam bonam pertinet? An forte illis placet vt baptizandis vtrunq; non demus, & baptizatis vtrunq; reddamus? Quod si absurde dicitur, ergo fateãtur Apostolos doctrinã suam ex vtroq; perfectã suis Epistolis indidisse. Sed ꝓpterea plerunq; insinuasse prius fidem, ac deinde quod ad vitã bonam pertinet subiecisse, quia & in homine ipso nisi p̃cedat fides, vita bona sequi non poterit: quic quid enim homo veluti recte fecerit, nisi ad pietatem quæ ad deũ est, referatur, rectum dici non oportet. Quòd si arbitrarentur ali qui stulti & nimis imperiti Apostolorũ Epistolas ad catechumenos datas profecto etiã ipsi faterentur, nondum baptizatis præcepta morum, quæ fidei congruant, simul cũ fidei regulis intimanda: nisi forte ad hanc ne
L cessitatem sua nos isti disputatione compellunt, vt primas partes Epistolarum Apostolicarum vbi de fide loquuntur, catechumenis legendas velint: posteriores autem fidelibus, vbi iam præcipitur quemadmodum Christiani viuere debeant: quod stultissimum est dicere. Nullum ergo documentũ est huius opinionis ex Epistolis Apostolorum, cur ideo arbitremur baptizandos de sola fide, batizatos autem de moribus admonendos, quia illi primis partibus literarum commendauerunt fidem, ac postea consequenter vt bene à fidelibus viueretur hortati sunt. Quamuis enim illud prius, hoc posterius, sæpissime tamen vna contextione sermonis vtrunque catechumenis, vtrunque fidelibus, vtrunque baptizandis, vtrunque baptizati, siue, vt instruantur, siue ne obliviscantur, siue vt profiteantur, siue vt commentur doctrina sanctissima & diligen[illegible]ma prædicandum est. Epistolæ itaque Petri & Epistolæ Ioannis de quibus quædam testimonia commemorant, addant & Pauli & aliorum Apostolorum, ea ratione accipiẽdum est quòd aduerterunt prius de fide, ac
M postea de moribus dici. quod nisi fallor apertissime exposui. Sed in actibus Apostolo-
Christianam rum Petrus, inquiũt, sic allocutus est illos, qui verbo audito baptizati sunt vno die tria uitã scimilia, vt eis solam fidem qua in Christum re & crederent prædicaret. Qui cum dixissent, agere an quid faciemus? respondit eis, Agite pœnitẽte batiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in ptismũ nomine domini nostri Iesu Christi in re- necesse.
misionem peccatorum, & accipietis donũ Cap. 8.
spiritussancti. Cur ergo non aduertunt q̃d Acto.1.
dictum est, Agite pœnitẽtiam: ibi est enim vitæ veteris expoliatio, vt noua induantur qui baptizantur? Cui autem fructuosa est pœnitentia, quæ agitur de mortuis operibus, si in adulterio perseueret alijsque sceleribus, quibus dilectio mundi huius inuoluitur? Sed infidelitatis, inquiunt, tantummodo, quia in Christum non crediderunt, eos voluit agere pœnitentiam. Mira præsumptio, nolo quicquam grauius dicere, quando co audito quod dictum est, Agite pœnitentiam, solius infidelitatis acta dicuntur, cum vita mutanda ex vetere in nouam doctrinam Euangelica traderetur, vbi vtique & illud est quod in ea sententia ponit Apostolus, Qui furabatur iam non furetur: & Eph. 4.
cætera, quibus exequitur quid sit deponere veterem hominem & induere nouum. In his autem ipsis verbis Petri habent vn- A
de admoneri potuissent, si diligenter attendere voluissent. Cum enim dixisset, Agite Acto.2.
pœnitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi in remisionem peccatorum, & accipietis donum spiritussancti: nobis enim hæc est promisio facta & filijs nostris & omnibus qui sunt longe quoscunque aduocauerit dominus deus noster: continuo subiecit qui librum scripsit atque ait, & cæteris verbis Acto.2.
pluribus testificabatur dicens, Eripite vos à seculo hoc prauo. At illi auidissime capientes exceperunt verba & crediderunt & baptizati sunt, & adiectæ sunt illa die tria milia animæ. Quis hic non intelligat & cæteris pluribus verbis quæ à scriptore propter longitudinem non recitantur, id egisse Petrum vt eriperent se ab hoc seculo prauo, quandoquidem ipsa sententia breuiter indicata est, cui persuadendæ verbis pluribus Petrus instabat? Ipsa quippe summa positum est, cum dictum est, Eripite vos à seculo hoc prauo. Verbis autem pluribus vt hoc fieret testificatur Petrus. In his verbis erat mortuorum operum condemnatio quæ nequiter agunt huius seculi dilectores, & commendatio vitæ quam teneãt atq;
sectentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

sectetur,qui se ab hoc prauo seculo eripiũt.
B Iam itaq; si placet affirmare conentur, cum se eripere ab hoc seculo prauo, qui tantummodo credit in Christum, etiá si in flagitijs quibus voluerit perseueret vsque ad professionem adulterij. Quod si dicere nefas est, audiant baptizandi,nõ solũ quid credere debeant, sed etiã quemadmodũ se ab hoc prauo seculo eripiant. Ibi enim necesse est vt audiant,quẽadmodum credentes viuere debeant. Spado,inquiunt,ille quem Philippus baptizauit nihil plus dixit quàm Credo filium dei esse Iesum Christũ, & in hac p. fessione continuo baptizatus est. Num ergo placet vt hoc solũ homines respondeãt, & continuo baptizentur:nihil de spiritusancto,nihil de sancta Ecclesia, nihil de remissione peccatorũ,nihil de resurrectione mortuorum:post remo de ipso Iesu Christo nihil nisi quia filius dei est, non de incarnatione eius ex virgine,de passione,de morte crucis,de sepultura,de tertij diei resurrectione, de ascensione ac sede ad dexteram patris aliquid dicendum est catechizanti,ac profitẽdum credenti? Si enim spado cũ respondisset,Credo filium dei esse Iesum Christum, hoc ei sufficere visum est,vt continuo baptizatus abscederet:cur nõ id, sequimur,atque
C auferimus cætera quæ necesse habemus, etiam cum ad baptizandum temporis vrget angustia, exprimere, interrogando vt baptizandus ad cuncta respõdeat, etiam si ea memoriæ mandare non valuit? Si autem scriptura tacuit atque intelligenda admisit cætera quæ cum illo spadone baptizando Philippus egit,atque in eo quod ait, baptizauit eum Philippus, intelligi voluit impleta omnia, quæ licet taceantur in scripturis gratia breuitatis, tamen serie traditionis scimus implenda,pari modo etiam in eo quod scriptum est Euangelizasse Philippum spadoni dominum, nullo modo dubitandum est, & illa in catechismo dicta esse quæ ad vitã moresque pertinent eius qui credit in dominum Iesum. Hoc est enim euangelizare Christum,non tantum dicere quæ sunt credenda de Christo, sed etiam quæ obseruanda ei qui accedit ad cõpagem corporis Christi: immo verò cuncta dicere quæ sunt credenda de Christo nõ solum cuius sit filius, vnde secundum diuinitatem, vnde secundum carnem genitus,quæ perpessus,& quare, quæ sit virtus resurrectionis eius, quod donum spiritus promiserit dederitque fidelibus: sed etiam qualia membra quibus sit D
caput quærat,instituat,diligat,liberet atque ad eternam vitã honorẽmq; perducat. Hęc cum dicuntur, aliquando breuius atq; constrictius, aliquando latius & vberius Christus euangelizatur,& tamen non solũ quod ad fidem,verumetiam quod ad mores fidelium pertinet nõ prætermittitur. Hoc intelligi potest etiam in eo quod commemorant dixisse Apostolum Paulum, Nihil me dixi scire in vobis nisi Christum Iesum & hunc crucifixum. Quod illi putant ita dictum, tanquam nihil aliud eis insinuatum esset nisi vt primitus crederẽt ac deinde baptizati quicquid ad vitam moresque pertinet discerent. Hoc inquiunt, Apostolo satis superque suffecit, qui eis dixit, quòd & si multos pædagogos haberent in Christo,sed non multos patres,quia eos in Christo Iesu per Euangelium ipse genuisset. Si ergo ille qui per Euangelium genuit,quamuis gratias agat quòd neminem ipsorum baptizauerit nisi Crispum & Caium & Stephanę domum, nihil eos amplius docuit q̃ Christum crucifixum: quid si dicat aliquis', nec resurrexisse Christum eos audisse quando per Euangelium geniti sunt? Vnde est igitur quod eis dicit, Tradidi enim vobis in E
primis,quia Iesus Christus mortuus est secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas,si nihil nisi crucifixum docuerat? Si autem non ita intelligunt, sed hoc quoque ad Christum crucifixum pertinere cõcedunt, sciant in Christo crucifixo multa homines discere, & maxime qđ vetus homo noster simul crucifixus est, vt euacuetur corpus peccati,& vltra non seruiamus peccato. Vnde etiam de ipso dicit, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Proinde attendant & videant quemadmodum doceatur atq; discatur Christus crucifixus,& ad eius crucem nouerint pertinere, quòd etiam nos in eius corpore crucifigimur mundo. Vbi intelligitur omnis propertio malarum concupiscentiarum:ac per hoc fieri non pot,vt eis qui cruce Christi informantur, professa adulteria permittantur. Nam & Apostolus Petrus de sacramento ipsius crucis, hoc est passionis Christi admonet, vt qui ea consecrantur peccare desistant,ita loquens: Christo ergo passo per carnem & vos eadem cogitatione armamini:

Scire Christũ crucifixũ quid sit, quãtaq; nitas dilectionis dei & proximi.

Cap.10
1.Co.4.
1.Co.15
E
Rom.6.
Galat.6
1.Pet.4.

mini: quia qui mortuus est carne desijt pec
F care,vt iam non hominum desiderijs sed voluntate domini dei reliquũ in carne viuat, & cætera. Quibus consequenter ostendit eum pertinere ad Christũ crucifixum, hoc est, per carnem passum,qui in eius corpore crucifixus carnalibus desiderijs bene viuit
Mat.22. per Euangelium. Quid ꝙ etiam duo illa præcepta,in quibus dominus ait totã legem Prophetasque pendere, huic suę opinioni suffragari arbitrantur: & sic ea commemorant,vt quoniam primum præceptum dictũ
Deut.6. est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: Secundum autem simile huic,
Leu.19. Diliges proximũ tuum tanquam teipsum: primum pertinere ab baptizandum, vbi dilectio dei præcipitur, secundum autem ad baptizatos,vbi videntur esse mores conuersationis humanæ, sic obliti quod scriptum
1.Ioã.4. est, Si fratrem quẽ vides non diligis, deum quem non vides quomodo diligere poteris? Et illud aliud in eadem Epistola Ioannis,
1.Ioã.2. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo. Quò autem pertinẽt omnia flagitia morum malorum, nisi ad mundi hu
G ius dilectionem? Ac per hoc illud primum præceptum ad baptizandos pertinere arbitrantur, sine bonis moribus obseruari nullo pacto potest. Nolo pluribus immorari; Nam si diligenter cõsideratur,isto duo præcepta ita ex alterutro connexa reperiuntur, vt nec dilectio dei possit esse in homine si non diligit proximum, nec dilectio proximi si nõ diligit deum. Sed ad rem quæ nunc agitur, quod de his duobus præceptis diximus sufficit. At enim populus Israel primum per mare rubrum ductus est, quo significatur baptismus, & postea legem accepit, vbi disceret quemadmodum viueret. Cur ergo baptizandis vel symbolum tradimus, reddendumque reposcimus? Nihil enim tale factum est erga illos,quos per m
Exo.14. re rubrum deus ab Aegyptijs liberauit. S autem recte intelligunt hoc significari p cedentibus mysterijs de sanguine ouis
Exo.12 stibus illito,& de azymis synceritatis & v ritatis: cur non etiam illud consequenter intelligunt,ipsam ab Aegyptijs separationẽ significare discessionem à peccatis quam baptizandi profitentur? Ad hoc enim pertinet quod a Petro dictum est, Agite pœni
Acto.2. tentiam, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine domine nostri Iesu Christi:tan-

Exitus Israelitarũ ex Aegypto quid denotet. Cap. 11

quam diceret, recedite ab Aegypto & per H
mare rubrum transite. Vnde & Epistola quæ ad Hebræos inscribitur, cum eorũ qui baptizantur commemorarentur initia, posita est ibi pœnitentia à mortuis operibus: sic enim dicit, Ideoque remittentes initia Christi verbum,in consummationem respi Heb. 6.
ciamus: non iterum iacientes fundamentũ pœnitentiæ à mortuis operibus, & fidei in deum, lauacri doctrinæ, impositionis manuum,resurrectionis etiam mortuorum & iudicij æterni. Hæc igitur omnia pertinere ad initia Neophytorum satis aperteque scriptura testatur. Quid est autem à mortuis operibus pœnitentia,nisi ab his q̃ oportet mortificari, vt viuamus: quæ si adulteria fornicationesque non sunt,quid iam inter opera mortua nominandum est? Sic autem non sufficit professio recessionis à talibus, nisi etiam lauacro regenerationis cuncta præterita quæ velut persequuntur peccata deleantur: sicut non sufficit Israeliticis recedere ab Aegypto, nisi ea quæ insequebatur hostium multitudo eiusdem maris fluctibus interiret, qui dei populo transituro liberandoque patuerunt. Qui ergo profitet ab adulterio nolle se mutare, quomodo per mare rubrum ducetur, cum ex I
Aegypto adhuc recuset abscedere? Deinde non attendunt in ea lege quę post transitũ maris rubri illi populo data est,primum esse præceptum, Non erunt tibi alij dij præ- Exo.20.
ter me. Non facies tibi idola, neque vllum simulacrum, quæcunque in cœlo sunt sursum, & quæcunque in terra deorsum, & quæcunque in aqua & sub terra:non adorabis ea,neq; seruies eis: & cætera ad hoc præceptum pertinentia. Affirmant isti itaque si volunt contra ipsam suam assertionem, etiam de vnius dei cultu cauendaque idololatria, non adhuc baptizandis sed iam baptizatis esse prædicandum: & non iam dicant, eis qui baptismum percepturi sunt,fidem tantum quæ in deum est,intimandam: & post eius sacramenti perceptionem de moribus vitæ tanquam de secundo præcepto eos quod ad dilectionem proximi pertinet,instruendos. Vtrunque enim lex continet, quàm post mare rubrum tanquam post baptismum populus accepit, nec ita facta est distributio præceptorum, vt ante illius maris transitum de cauenda idololatria plebs doceretur, & posteaquam transierunt audirent honorandum patrem & matrem,

non

Nũ baptizandus qui vitã impiã mutare nolit.

Cap.12.

Acto.8.

2.Co.6

1.Co.6.

K non mœchandum,non occidendum, & cætera bonæ atque innocentis conuersationis humanæ. Si ergo ita quisque veniat ad sancti lauacri petitionem, vt profiteatur se ab idolorum sacrificijs non recessurum,nisi forte postea qñ placuerit, baptismum tamẽ iamiamque deposcat, templumq; dei viui se fieri flagitet,non solum cultor idolorum,ve rumetiam in aliquo tam nefario sacrilegio perseuerans: quæro ab istis vtrum eum faciendum vel cathecumenum censeãt, quod proculdubio fieri non debere clamabunt. Neque enim aliud de illorum corde sentiẽ dum est. Reddant itaque rationem secundum testimonia scripturarum, quæ sic intel ligenda putant, quomodo huic audeant cõtradicere, nec admittendum esse confirmãt reclamantem atque dicentem,Didici & veneror Christum crucifixum, credo filium dei esse Iesum Christum. Nõ me vltra differas, nihil amplius iam requiras. Quos p Euãgelium generabat Apostolus, nihil eos nosse tunc amplius q̃ Christum crucifixũ volebat. Post vocẽ spadonis qua se credere Iesum Christum filium dei esse respondit, continuo Philippus eum baptizare non distulit. Qui me ab idolorum cultu prohibes, nec ad sacramentum Christi admittis, nisi prius inde discessero. illud à pueritia didici, consuetudine ibi grauissima premor: faciã cum potuero,cum commodum fuerit:quod &si non faciam, non tamen sine Christi sacramento hãc vitam finiam, ne deus exigat animam meam de manibus tuis. Quid huic respondendum existimãt? An placet vt admittatur? Absit. Nullo modo crediderim intantum eos progredi. Quid ergo respon debunt, hæc dicenti, & addenti q̃ nihil sibi de idololatria relinquẽda saltem dici debuit ante baptismum, sicut nihil inde ante mare rubrũ populus ille primus audiuit, qm̃ lex hoc habet quam ex Aegypto iam liberatus accepit. Profecto dicturi sunt homini,templum dei futurus es, cum baptismum acceperis. Dicit autem Apostolus, Quæ compositio templo dei cum idolis? Quare ergo non vident similiter esse dicendum, membrum Christi futurus es, cum acceperis baptismum. Non possunt membra Christi esse membra meretricis: quia & hoc Apostolus dicit alio loco, Nolite,inquit,errare: neque fornicatores, neque idolis seruientes, & cætera quæ illic enumerat, regnum dei possidebunt. Cur ergo ad baptismũ idolis seruientes non admittimus & fornicatores admittendos putamus,cum & his & cæteris malis dicat,Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini Iesu Christi & in spiritu dei nostri? Quid igitur causę est,vt cum potestas pateat vtrunque prohibendi, veniẽtem ad baptismum permittam fornicarium permanere,& non permittam idolis seruiẽtem: cum & illis & illis dici audiam,& hæc quidem fuistis,sed abluti estis: sed eo mouẽtur isti, quia putant esse in tuto salutem eorum, quanuis per ignem qui in Christum crediderint, sacramẽtũq; eius acceperint.i. baptizati fuerint, etiam si morum corrigendorum ita negligentes sint, vt nequiter viuant. Vnde mox videbo si deus iuuerit, quid secundum scripturas sentiendum sit.

M

Ibidem.

Baptismũ fidei opera p̃cedant.

Cap.13.

Matt.3.

A

Luc.3.

Ibidem.

Nunc in hac quæstione adhuc versor, in qua eis videtur,baptizatos admonendos esse de moribus ad Christianam vitam pertinentibus,baptizandis autem solam insinuãdam fidem. Quod si ita esset, præter tam multa quæ diximus, non Ioannes Baptista venientibus ad baptismum suum diceret, Generatio viperarum quis ostendit vobis fugere ab ira ventura? Facite ergo fructũ dignum pœnitentiæ: & cætera,quæ vtique non de fide,sed de bonis operibus admonet. Vnde & militibus dicẽtibus quid faciemus, non dixit interim credite & baptizemini, post audietis quid facere debeatis: sed ante dixit,ante præmonuit, vt vẽturo dño in cor eorum tanquam præcursor mundaret vitã. Neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis,sufficiat vobis stipendium vestrũ. Similiter publicanis quærẽtibus quid facere deberẽt,Nihil amplius,inquit,exigatis prẽterquam constitutum est vobis. His breuiter commemoratis Euangelista, non enim totos catechismos inserere debuit,satis significauit pertinere ad eum à quo baptizandus catechizatur,docere & monere de moribus. Quod si respondissent Ioanni,prorsus non faciemus fructus dignos pœnitentiæ,calumniaturi sumus,concussuri sumus,ea quæ nobis non debentur exacturi sumus,& nihilominus eos post hanc professionem baptizaret: nec sic tamen dici posset, vnde modo quæstio est,non esse temporis cum quisque baptizandus est,vt populus illi sermo fiat quẽadmodum vitam bonã agere debeat. Quid ipse dñs,vt alia omittam, cum ab eo dives ille quæreret quid boni faceret vt vitam æternam

B

Mat.19.

C

Quod fides sola ad salutẽ non sufficit sine operibus.

Cap.14

Rom.5.

Pſ.120.

D

Rom.5.

nam consequeretur, recolant quid responderit,Si vis venire,inquit,ad vitam,serua mandata. At ille,quæ? tunc dñs commemorauit præcepta legis, Non occides, non mœchaberis, & cætera: vbi cum ille respondisset hæc se feciſſe à iuuentute sua, addidit etiam perfectionis præceptum,vt venditis suis omnibus & in pauperum eleemosynis erogatis haberet thesaurum in cœlo, & eundem dominum sequeretur. Videant igitur non ei dictum esse vt crederet & baptizaretur,quo solo adiutorio putant isti venire hominem ad vitam: sed morum præcepta homini data, quæ vtiq; sine fide custodiri obseruariq; non possunt: nec tamen quia hic de insinuanda fide dominus videtur tacuisse, præscribimus nos atque contenti sumus, morum tantummodo præcepta dicẽda esse hominibus ad vitam peruenire cupientibus, Vtraq; n. mutuo connexa sunt, sicut ante dixi: quia neque dilectio dei potest esse in homine, q̃ non diligit proximum, nec dilectio proximi in eo qui non diligit deum. Ideo aliqñ alterum sine altero,siue illud,siue illud, proplena doctrina inuenirur scriptura commemorare, vt ẽt hoc modo intelligatur alterũ sine altero esse non posse: quia & qui credit deo debet facere quod præcepit deus, & qui propterea facit quia præcepit deus, necesse est, vt credat deo. Quare iam illud videamus,quod excutiendum est à cordibus religiosis,ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putauerint, bene aũt viuere & bonis operibus viam dei tenere neglexerint. Nam ẽt temporibus Apostolorum nõ intellectis quibusdam subobscuris sententijs Apostoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati sunt dicere,faciamus mala,vt veniant bona: quia dixerat, Lex subintrauit,vt abũdaret delictum, vbi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. Quod ideo verum est, quia legem accipiẽtes homines qui de suis viribus superbissime præsumebãt, nec diuinum adiutorium vincendarum malarum concupiscentiarum recta fide impetrantes,plurimus grauioribusq; delictis etiam lege præcepta onerati sunt. Ac sic magno reatu compellente confugerunt ad fidem, qua misericordiam indulgentiæ mererentur, & auxilium à domino qui fecit cœlum & terram: vt diffusa per spiritumsanctum charitate in cordibus suis, cum dilectione agerent quæ contra seculi huius concupiscentias iuberen tur,secundum id quod prædictum fuerat in psalmo. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum,postea acceleraverunt. Cum ergo dicit Apostolus, arbitrari se iustificari hominem per fidem sine operibus legis: non hoc agit, vt præcepta ac professã fide opera iustitiæ contemnantur,sed vt sciat se quisque per fidem posse iustificari etiam si legis opera nõ præcesserint. Sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum. Vnde in præsenti opere non opus est latius disputare, præsertim quia modo de hac quæstione prolixum librum ædidi qui inscribitur, De litera & spiritu. Quoniã ergo hæc opinio tũc fuerat exorta,aliq̃ Apostolicæ Epistolæ Petri,Ioannis,Iacobi,Iudæ, contra eam maxime dirigunt intentionem, vt vehementer astruãt fidem sine operibus nihil prodesse: sicut etiam ipse Paulus, non qualemlibet fidem qua in deum creditur, sed eam salubrẽ planeq̃: Euangelicam definiuit, cuius opera ex dilectione procedunt: & fides, inquit, q̃ per dilectionem operatur. Vnde illam fidẽ quæ sufficere ad salutem quibusdã videtur, ita nihil prodesse asseuerat, vt dicat, Si habeam omnem fidem ita vt montes transferam,charitatem aũt nõ habeam,nihil sum. Vbi autem hæc fidelis charitas operatur,sine dubio bene viuitur: plenitudo enim legis charitas. Vnde euidenter in secunda Epistola Petrus, cum ad vitæ morum sanctitatem hortaretur, mundumq; istum transiturum prænunciaret,cœlos vero nouos & terram nouam expectari quæ iustis inhabitanda tradetur, vt ex hoc attenderent qualiter eos oporteret viuere vt habitatione illa dignì fierent,sciens de Apostoli Pauli quibusdam subobscuris sententijs nonnullos iniquos accepisse occasionem,vt tanquam securi de salute,quæ in fide est,bene viuere non curarent,commemorauit quædam ad intelligendum difficillima esse in Epistola eius, quæ homines peruerterẽt,sicut & alias scripturas, ad proprium suum interitum: cum tamen & ille Apostolus de salute æterna, q̃ nisi bene viuentibus non daretur, eadẽ sentiret quæ cæteri Apostoli. Sic itaq; Petrus, His ergo, inquit hominibus pereuntibus, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properãtes ad prẽsentiam dei domini, per quam cœli ardentes soluentur, & elemẽta ardore ignis decoquẽtur: nouos vero cœlos & terram nouam secundum promissa ipsius expectamus,

1.Co.13

Rom.13

2.Pet.3.

F

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctamus, in quibus iustitia habitat. Quapropter charissimi hæc expectãtes satagite inuiolati & immaculati apud eum reperiri in pace: & domini nostri patientiam salutẽ existimate: sicut & dilectissimus frater noster Paulus secundum eam quæ data est illi sapiẽtiam scripsit vobis, vt & in omnibus Epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt difficilia quædam intellectu quæ indocti & instabiles peruertunt sicut & cæteras scripturas, ad proprium suũ interitum. Vos igitur amantissimi præscientes, cauete ne in falsorum errore seducti decidatis à corroboratione vestra: crescite vero in gratia & intellectu domini nostri & saluatoris Iesu Christi: ipsi gloria, & nunc, & in die æternitatis. Iacobus autem vehementer infestus est eis qui sapiunt fidem sine operibus valere ad salutem, vt illos etiam dæmonibus comparet dicens, Tu credis quoniam vnus est deus, Iacob. 2 bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt. Quid verius, breuius, vehementius di- Marc. 1. ci potuit, cum & in Euangelio legamus hoc G dixisse dæmonia, cum Christum filium dei Mat. 16 confiterentur & ab illo corriperentur quod Iacob. 2 in Petri confessione laudatum est? Quid proderit, ait Iacobus, fratres mei si fidẽ quis dicat se habere, opera autem non habeat? Ibidem. Nunquid poterit fides saluare eum? Dicit etiam, quia fides sine operibus mortua est. Quousque igitur falluntur qui fide mortua sibi vitam perpetuam pollicentur? Quapropter diligenter oportet attendere quomodo accipienda sit Apostoli Pauli illa sententia planè ad intelligendum difficilis, vbi ait, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, Cap. 15 1.Co. 3. quod Christus Iesus. Si quis autẽ superædificat super fundamentum aurum, argentũ, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestabitur: dies. n. domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus permanserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius autẽ opus arserit, damnum patietur, ipse autem saluus erit sic tamen quasi per ignẽ. Quod quidam ita intelligendum putant, vt illi videantur ædificare super hoc fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos, qui fidei quę in Christo est bona opera adijciũt: H illi autem fœnum, ligna, stipulam, qui cum eandem fidem habeant male operantur. Vnde arbitrantur per quasdam pœnas ignis eos posse purgari ad salutem percipiendam merito fundamenti. Hoc si ita est, fatemur istos laudabili charitate conari vt oẽs indiscrete admittantur ab baptismum, non solum adulteri & adulteræ contra sententiam domini falsas nuptias prętendẽtes, verum etiam publicæ meretrices in turpissima ꝓfessione perseuerantes, quas certe nulla etiã negligentissima Ecclesia consuecuit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione liberatas. Sed ista ratione cur non omnimodo admittantur omnino non video. Quis enim non malit eas posito fundamento, licet ligna, & fœnum, & stipulam congerant, aliquãto certe diuturniore igne purgari quàm in æternum perire? Sed falsa erunt illa quæ obscuritatem ambiguitatemque nõ habent, Si habeam omnem fidem, ita vt montes trãs- 1.Co.13 feram, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et quid proderit fratres mei si fidem di- Iacob.2 cat se quis habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Falsum erit & illud, Nolite errare, neque fornicato- 1.Co.6. res, neque idolis seruientes, neque adulteri, neq; molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neq; auari, neque ebriosi, I neque maledici, neque rapaces regnum dei Galat.5 possidebunt. Falsum est & illud, Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Falsa erunt hæc, Si enim tantummodo credant & baptizentur, quamuis in malis talibus perseuerent, salui erunt per ignẽ: atque ideo in Christo baptizati etiam quia [illa] agunt, regnum dei possidebunt. Frustra autem dicitur, Et hæc quidem fuistis, [sed] abluti estis, quando & abluti hæc sunt. [Plane]niter etiam illud à Petro dictum videbi- 1.Co.6 [tur], Sic & vos simili forma baptismatis saluos [facit], non carnis depositio sordium, sed con- 1.Pet.3. [scientiæ] bonæ interrogatio: siquidem & habentes pessimas conscientias, omnium flagitiorum & scelerum plenas, nec eorum malorum pœnitentia mutatas, tamen baptisma saluos facit: propter fundamentum enim qđ in eo baptismate ponitur, licet per ignẽ, salui erunt. Illud quoque non video cur do- K minus dixerit, Si vis venire ad vitam, seruа mandata: & commemorauit ea quæ ad bo- Mat.19 nos

nos mores pertinent, si ẽt his non seruatis ad vitam veniri põt per solam fidẽ, quæ sine operibus mortua est. Illud deinde quõ verũ erit quod eis quos ad sinistram posituIacob. 2. rus est, dicet, Ite in ignẽ æternum, qui paMatt. 5. ratus est diabolo & angelis eius: nec increpat quia in eũ non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt. Nam profecto ne sibi quisquã de fide, quæ sine operibus mortua est, promittat æternam vitam: propterea omnes gentes segregaturum se dixit, q̃ Ibidem. permixtæ eisdem pascuis vtebantur, vt appareat eos illi dicturos, Domine, quã te vidimus illa & illa patientẽ, & non ministrauimus tibi? qui in eũ crediderãt, sed bona operari non curauerant, tanquam de ipsa fide mortua ad vitam perueniret æternam. An forte ibunt in ignem æternum, qui opera misericordiæ non fecerunt: & non ibũt qui aliena rapuerunt, vel corrumpẽdo in se tẽplũ dei, in seipsos immisericordes fuerunt: quasi opera misericordiæ prosint aliquid si1.Co.13. ne dilectione, dicẽte Apostolo, Si distribuã L omnia mea pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Aut diligat Psal. 10. quisquã proximum sicut seipsum, qui non diligit seipsum? Qui. n. diligit iniquitatem, odit animam suam. Neq; illud dici hic potest, in quo nõnulli seipsos seducunt, ignem æternum dictum non ipsam combustionẽ æternam. Per ignem quippe qui æternus erit, trãsituros arbitrantur eos, quibus propter fidem mortuã per ignẽ promittũt salutem: vt videlicet ipse ignis æternus sit: cõbustio verò eorum, hoc est, operatio ignis non sit in eos æterna: eũ & hoc præuidens Mat. 25. dñs, sententiam suã conclusit ita dicens. Sic ibunt illi in combustionem æternam, iusti autem in vitam æternam. Erit ergo æterna combustio sicut ignis, & eos in illam itu[ros] veritas dicit, quorum non fidem, sed bona opera defuisse declarauit. Si ergo hæc om[nia], & cętera, quæ innumerabilia per omnes scripturas sine ambiguitate dicta repe[ri] possunt, falsa erunt: poterit verus esse [in]tellectus de lignis & fœno & stipula, q[uæ] salui erunt per ignem, qui solam in Ch[ri]stum fidem tenentes bona opera neglexerunt. Si autem ista & uera & clara sunt, procul dubio in illa Apostoli sententia alius requirendus est intellectus: atque in his deM putanda est, quæ Petrus dicit esse in scriptis eius quædam difficilis intellectu: quæ non debent homines peruertere ad proprium suum interitũ, vt contra euidentissima testimonia scripturarum securos faciant de percipienda salute nequissimos, ne quitię suæ pertinacissimè cohærentes, nec emendando aut pœnitendo mutatos. Hic à me fortasse quærãt de ipsa Pauli Apostoli Intersententia, quid ego sentiam, & quonã modo intelligendã putem. Fateor hic me mal- pretatio loci Pauli. le audire intelligentiores atq; doctiores, qui sic eã exponãt, vt illa omnia vera & incon- 1.Co.13. cussa permaneãt, quæ supra cõmemoraui, Ca. 16. & q̃cũq; alia non cõmemoraui, quibus apertissime scriptura testatur, nihil prodesse fidẽ, nisi eã quã definiuit Apostolus. i. quæ p di- Gala. 5. lectionem operatur: sine operibus aũt saluare nõ posse, neq; ꝑter ignẽ, neq; per ignẽ: quia si per ignem saluat, ipsa vtiq; saluat. Absolute autẽ dictũ est & aperte, Quid ꝓdest si di- Iacob.2 cat q̃s fidẽ se habere, opera aũt nõ habeat, nunquid poterit fides saluare eũ? Dicã tñ quam breuissime potero ẽt ipse quid sentiam de illa Apostoli sententia ad intelligendum difficili, dũmodo illud, quod ad meam pro- A missionẽ attinet, ꝑcipue teneatur, quod de hac me malle dixi audire meliores. Fundamẽtum Christus est in structura architecti sapientis, hoc expositione nõ indiget. Aperte. n. dictum est, Fundamentum. n. aliud ne- 1.Co. 3. mo põt ponere pręter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si autẽ Christus, proculdubio fides Christi: Per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris, sicut idẽ Apostolus dicit. Porrò fides Christi illa vtiq;, quã definiuit Apostolus, quę ꝓ Ephe. 3. dilectionem operatur. Non. n. fides illa dæmonum, cum & ipsi credant & contremiscant, & filiũ dei confiteantur Iesum, põt accipi in fundamentum. Quare? Nisi quia nõ est fides quæ operatur per dilectionem, sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaque Christi, fides gratiæ Christianæ, id est, ea fides quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento, neminem perire permittit. Sed quid sit ædificare super hoc fundamentum, aurum, argẽtum, lapides pretiosos, & ligna, fœnum, stipulam: si subtilius differere coner, vereor ne ad intelligendum difficilior sit ipsa expositio. Enitar tamen quantum dominus adiuuat, & breuiter, & quantum potero dilucide expedire quod B sentio. Ecce, ille qui quæsiuit à magistro bono quid boni faceret, vt haberet Mat. 19. vitam æternam, & audiuit, si ad vitam ve- Mar. 10. nire vellet, seruanda sibi esse mandata. Et

cum

Luc.18. cum quæreret, Quæ mãdata dictum est ei,
Exo.20. Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonum dices, Honora patrem tuum & matrem tuam, &, Diliges proximum tuum tãquam teipsum, vt hæc facies, fidem Christi teneret. & proculdubio fidem, quæ per dilectionem operatur, neque enim diligeret proximum tãquã seipsum, nisi recepta dilectione dei, sine qua non diligeret seipsum potrò si faceret etiam
Gal. 5. quod dominus addidit, dicens. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni sequere me: ædificaret super illud
1.Co.3. fundamentum, aurum, argentum, lapides pretiosos. non enim cogitaret nisi quæ sunt dei, qũo placeret deo: & hæ cogitationes sunt, quantum existimo, aurum, argentum, lapides pretiosi. Porrò si circa diuitias suas, quodam carnali teneretur affectu, quanuis ex eis multas eleemosynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinæq; moC liretur, aut earum minuendarum vel amittẽdarum metu in aliquod facinus flagitiumve laberetur, alioquin iam se isto modo ab illius fundamenti stabilitate subtraheret: sed propter carnalem, vt dixi, quem in eis habebat affectum, talibus bonis sine dolore carere non posset, ædificaret super fundamentũ illud fœnum, ligna, stipulam: maxime si & vxorem sic haberet, vt etiam propter ipsam cogitaret ea quæ sunt mundi, qũo placeret vxori. Hæc igitur qm affectu dilecta carnali, non sine dolore amittuntur, propterea qui sic ea habent, cum habeant, in fundamẽto fidem quæ per dilectionem operatur, neque huic ista vlla ratione vel cupiditate prę ponant, in eorum amissione passi detrimentum, per ignem quendam doloris perueniũt ad salutem. A quo dolore atque detrimento tanto est quisque securior, quanto ea vel minus amauerit, vel tanquam non habens habuerit. Qui verò propter illa vel tenenda vel adipiscenda homicidium, adulterium, fornicationem, idololatriam, & similia quæque commiserit, non propter fundamẽtum per ignem saluabitur, sed amisso fundamento æterno igne torquebitur. Quamobrẽ
D & illud quod dicunt veluti probare cupientes, quantum valeat sola fides, vbi Apostolus dicit. Quod si infidelis discedit, discedat:
1.Co.7. non est enim seruituti subiectus frater vel soror in huiusmodi. i. vt propter fidẽ Christi ẽt ipsa vxor legitima societate coniũcta, sine vlla culpa relinquatur, si cum viro christiano propter hoc q̃ christianus est, permanere noluerit: non attendunt eo modo illã rectissimè dimitti, si viro suo dicat, Nõ ero vxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias cõgerat, aut nisi solita latrocinia, quibus nostram domum transigebas, etiã christianus exerceas: aut si quid aliud vel faceroſum vel flagitiosum in viro nouerat, quo delecta vel libidinem explebat, vel facile victum habebat, vel etiam incedebat ornatior. Tũc enim ille, cui hoc vxor dicit, si veraciter egit Gal. 5.
pœnitentiam ab operibus mortuis, q̃n accessit ad baptismum habetque in fundamento fidem, quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, q̃ carnis luxuriæ. & membrum quod eum scandalizat, fortiter amputat: quemcũque autem in hac direptione dolorem cordis Mat.18.
propter carnalem affectum cõiugis sustinebit, hoc est detrimentum quod patietur: hic E
est ignis per quem fœne ardente ipse saluabitur. Si autem iam sic habeat vxorem tanquam non habens, non propter concupiscẽtiam, sed propter misericordiam, ne fortè eam saluam faceret, reddens potius q̃ exigẽs debitum coniugale: profecto nec dolebit carnaliter, cum ab illo tali coniugio separabitur, neque enim in eo cogitabat, nisi q̃ sunt dei, qũo placeret deo. Ac per hoc inquãtum 1.Co.7
aurum, argentum, lapides pretiosos cogitationibus illis superædificat, intantum detrimentum nullum pateretur, intantum structura eius, quæ non erat fœnea, nullo incendio cremaretur. siue ergo in hac vita tantũ homines ista patiuntur, siue etiam post hãc vitam talia quædam iudicia subsequuntur, non abhorret, quantum arbitror, à ratione veritatis iste intellectus huius sententiæ. ...eruntamen etiam si est alius, qui mihi nõ occurrit eligendus, istum quãdiu tenemus, ...non cogimur dicere iniustis, non subditis, ...elestis, contaminatis, parricidis, matricidis, ...micidis, fornicatoribus, masculorum con... ...toribus, plagiarijs, mendacibus, periu... & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersat, ... est secundum Euangelium gloriæ beati dei, si tantummodo in Christum credatis, & sacramẽtum baptismi eius accipiatis, 1. Ti.1.
etiam si vitam istam pessimam non mutaF
ueritis, salui eritis. Vnde nec illa nobis mulier Chananæa præscribit, quia dũs ei quod petebat dedit, cum ante dixisset, Non est bo Mat.15.
num tollere panem filiorum & mittere canibus:

nibus: quia ille cordis inspector mutatam vidit quam laudauit, & ideo non ait. O canis magna est fides tua: sed, O mulier magna ẽ fides tua. Mutauit vocabulum, quia mutatum vidit affectum, atq; illam correptionẽ ad fructum peruenisse cognouit. Miror aũt si laudaret in ea fidem sine operibus: id est,
Iaco. 2. fidem non tale q̃ per dilectionẽ iam possit operari: fidem mortuam? & quod Iacobus dicere minime dubitauit, fidem nõ Christianorum, sed dæmonum. Postremo si istã Chananæam nolũt intelligere mutasse perditos mores, quando eam Christus contemnendo & corripiendo redarguit, quoscunq; inuenerint tantummodo credere, vitam vero inquinatissimam nec saltem occultare, sed etiam libere profiteri, ac nolle mutare, sanent filios eorum, si possunt, sicut sanata est filia Cananææ mulieris: non tamen eos faciant mẽbra Xpi, cũ ipsi esse non desinant
G membra meretricis. Illud sanè non absurde intelligunt eum peccare in spiritum sanctũ, & esse sine venia reum æterni peccati, qui
Gala. 5. vsque in finem vitæ noluerit credere in
Obstina ti in pec catis, nũ merito à baptis- mo re- pellant. Christum: sed si rectè intelligerent, quid sit credere in Christum. Non enim hoc est, habere dæmonum fidem, quę rectè mortua perhibetur, sed fidem quæ per dilectionem operatur. Quę cum ita sint, quando tales ad baptismum non admittimus, non ãnte tẽpus zizania euellere conamur, sed nolumus insuper sicut diabolus zizania seminare: nec
Cap.17. ad Christum volentem venire prohibemus, sed eos ad Christum venire nolle, ipsa sua professione conuincimus: nec verearnus Christo credere, sed demonstramus eos nolle Christo credere, qui vel adulterium dicunt non esse quod ille adulterium dicit esse: vel credunt adulteros eius membra pos-
Gala. 5. se esse, quos per Apostolum dicit, regni
1. Ti. 1. dei non possidere: & sanę doctrinæ aduer-
Luc. 14. sari, quę est secundum Euangelium gloriæ beati dei. Vnde non sunt isti inter eos deputandi, qui ad conuiuium nuptiarum venerunt, sed inter eos qui venire noluerũt. ...enim ipsi doctrinæ Christi audent aper... ...ssimè cõtradicere, & sancto aduersari E...gelio, nequaquam venientes repelluntur, sed venire contemnunt: qui autem seculo
H saltem verbis, ẽt si non factis renunciãt, veniũt, quidem & inter zizicum seminantur, & in area congeruntur, & omnibus aggregantur, & retia subeunt, & conuiuantibus admiscentur: sed intus siue lateant, siue pa-

Luc. 14. teant, tũc erit rõ tolerandi, si potestas nulla est corrigendi, nec debet esse præsumptio separandi. Absit aũt vt sic intelligamus qd scriptum est, ad conuiuium nuptiarum adductos, quos inuenerũt bonos & malos: vt eos adduxisse credantur, qui se malos perse-
ueraturos ...pfessi sunt, Alioquin ipsi serui Mat.13.
patrisfamilias zizania seminarunt, falsumque erit illud, Inimicus autem qui ea seminat, diabolus est. Sed quia hoc falsum esse non põt, adduxerunt serui bonos & malos, siue qui laterẽt, siue iã adducti & intromissi apparerent: siue bonos & malos dictum est, secundũ quandã humanã conuersationem in qua etiã ij qui nondum crediderunt, vel laudari vel vituperari solent. Vnde est etiã Mat.10.
illud quod dũs monet discipulos, quos ad Euangelium prædicandum primitus mittit vt in quãcunq; venerint ciuitatem, quærãt quis illic dignus sit, vt apud eum habitẽt do-
nec inde proficiscant. Profecto ille dignus quis erit, nisi qui existimatione suorum ciuium bonus habebitur? & quis indignus, ni I
si qui eis malus innotuerit? Ex hoc vtroq; penere ueniunt ad Christi fidem, & sic adducuntur boni & mali, qua & illi mali à mortuis operibus pœnitentiam non recusant. Si autem recusant, non intrare cupientes repelluntur, sed ab introitu ipsi aperta contradictione discedunt. Erit ergo & seruus ille securus, nec inter pigros dãnatur, q̃ dominicum talentũ noluit erogare, quãdoquidem illi noluerunt quod erogabat accipere. Propter illos.n.hæc similitudo proposita est, qui nolunt suscipere in Ecclesia Mat.25.
dispensatoris officium, desidiosam prætendentes excusationem, nolle se rationem reddere de peccatis alienis: qui audiunt & nõ faciunt, id est, accipiunt & non reddũt. Cũ vero dispensator fidelis & diligens, in erogando paratissimus, & lucrorum dominicorum auidissimus, dicit adultero, Noli esse adulter, si vis baptizari: crede Christo, qui hoc quod facis dicit esse adulterium, si vis baptizari: noli esse membrum meretricis, si vis fieri membrum Christi, ille autẽ respondet, Non obedio, non facio: ipse non vult veram pecuniam dominicam accipere, sed suam potius adulterinam vult thesauris dominicis importare. Si autem se factu-
rum profiteret, nec faceret, nec postea quolibet modo corrigi posset, inueniretur qd K
de illo fieret, ne alijs inutilis esset, qui sibi vtilis esse non posset: vt si intra retia domi-

ni bona, piscis malus esset, non tamen pisces domini uis malis retibus irretiret, hoc est, vt si haberet in Ecclesia vitam malam, non tamen illic institueret doctrinam malam. Cum enim tales facta sua talia defendunt, vel in eis se perseueraturos apertissime profitentes, admittuntur ad baptismum, nihil videntur aliud prædicare, nisi fornicatores, & adulteros etiam vsque in vitæ huius finem in ea ne-
Iacob.2. quitia permanētes regnum dei possessuros, & merito fidei, quæ sine operibus mortua est, ad vitam æternam salutemq; venturos. Hæc sunt mala retia, quæ cauere debēt præcipue piscatores, si tamen illa euangelica similitudine piscatores Episcopi, vel inferio-
Matt.4. ris ordinis Ecclesiarum præpositi intelligendi sunt: quia dictum est, Venite & faciā vos piscatores hominum. Retibus enim bonis capi possunt pisces & boni & mali, retibus autem malis capi non possunt pisces boni. Quoniam in doctrina bona & bonus po-
L test esse qui audit & facit, & malus qui audit & nō facit: in doctrina vero mala, & qui eam veram putat; quanuis ei non obtempe-
Prohibe ret, malus est: & qui obtemperat, peior est. ri malos Illud sanè mirabile est, q̄ fratres qui aliter à baptis- sapiunt, cum debeant ab ista vel noua vel mo non, vetere, pernicioſa tamen opinione discedere nouum. ipsi insuper dicunt nouā esse doctrinā, qua
Cap.18. nequissimi homines in suis flagitijs se perseueraturos in propatulo profitentes, non admittuntur ad baptismum: quasi nescio vbi peregrinētur, quando meretrices & histriones, & quilibet alij publicæ turpitudinis professores, nisi solutis aut diruptis talibus vinculis ad Christi sacramenta non permittuntur accedere, qui vtique secundum istorum sententiam omnes admitterentur, nisi antiquum, & robustum morem sancta ecclesia retineret, ex illa scilicet liquidissima veritate venientem, qua certum habet, qm̄
Gala.5. qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Et nisi egerint ab his mortuis operibus pœnitentiam, accedere ad baptismum non sinuntur. Si autem subrepserint, nisi vel postea mutati egerint pœnitentiam salui esse non possunt. Sed ebriosi, auari, maledici, & si qua alia vitia damnabilia apertis factis conuinci redarguique non possunt, præceptis tamen & catechismis validissime
M flagellantur, atque omnes tales mutata in
Exo.20. melius voluntate, ad baptismum videntur accedere. Sed si forte adulteros, quos non lex humana sed diuina condemnat, id est, qui alienas vxores tanquam suas habent, vel fœminæ alienos maritos, alicubi negligentius admitti solere aduerterunt, ex illis rectis debent conari ista corrigere: hoc est, vt etiam isti non admittant: non ex paruis illa recta deprauare, vt neq; de morum correctione catechizandos esse cōseant competentes: & cōsequenter omnes ēt illarum publicarum turpitudinum & scelerū professores, hoc est meretrices, lenones, gladiatores, ac si quid huiusmodi est etiam in illis malis permanentes, admitti oportere arbitrentur. Gala. 5.
Omnia quippe illa q̄ Apostolus enumerat, Non tā concludens, quoniam qui talia agunt, regnū tum ob dei non possidebūt: qui vehementius agūt, tria figi- manifestata sibi cōgruenter increpant, & re tia licē- sistentes atq; in eis se permansuros profiten re excō- tes, ad accipiendū baptismū non admittunt. municā-
re.
Qui autem opinantur & cætera eleemo
synis facile compensari, tria tamen mortife- Cap.19.
ra esse nō dubitant excommunicatione pu A
nienda, donec pœnitentia humiliore sanen
tur, impudentiam, idololatriam, homicidium. Neque nunc opus est quærere quālis sit eorum ista sententia, & vtrum corrigenda an approbanda, ne opus susceptum mittamus in longum, propter eam quæstionem, quæ huic absoluendo minime necessaria est. Sufficit etiam, & si omnia non sunt admittenda ad baptismi sacramentum, inter hæc omnia est adulterium. Si aūt tria illa sola excipienda sunt, etiā in his tribus est adulterium, vnde ista disputatio mota est. Sed quoniam malorum Christianorū mores, qui fuerunt antea etiam pessimi, habuisse non videntur hoc malum, vt alienas vxores ducerent viri, aut alienis viris fœminę nuberēt: inde fortasse apud quosdam ecclesias negligentia ista surrepsit, vt in catechismis competentium nec quærerentur nec repercuterentur hæc vitia. Atque inde factum est, vt inciperent, & defendi: quæ
men in baptizatis rara sunt adhuc si ea
negligendo nō defensa faciamus. Talē
quippe in quibusdā negligentiā, in alijs im-
peritiā, in alijs ignorantiā probabiliter dūs somno in homine significasse intelligitur, vbi ait. Cum autem dormirent homines, Mat.13.
venit inimicus, & superseminauit zizania. B
Hinc autem existimandum est nunc ea primum apparuisse in moribus, quanuis malorum Christianorum, quoniam beatus Cyprianus in epistola de lapsis, cum deplo-

Cypria- plorando & arguendo multa commemora-
nus in ret, quibus merito dicit indignationem dei
epistola fuisse commotā, vt intolerabili persecutione
de lapsis. ecclesiam suam sineret flagellari, hæc ibi omnino non nominat: cum etiam illud non
Matri- taceat, & ad eosdem mores malos pertinere
monium confirmet, iungere cum infidelibus vincula
cum infi matrimonij, nihil aliud esse asserens, q̄ pro-
delibus. stituere gentibus membra Christi: quæ nostris temporibus iam non putantur esse peccata: qm̄ reuera in nouo testamēto nihil inde præceptum est, & ideo aut licere credi-
Mat.14. tum est, aut velut dubium derelictum est. Si-
Herodes cut etiam illud ambiguum est, vtrum Herodes mortui duxerit an viui fratris vxorem: & ideo non ita claret, quid Ioannes ei non licere dicebat. De concubina quoq;, si professa fuerit nullum se alium cognituram, etiam si ab illo cui subdita est, dimittatur: merito dubitatur, utrum ad percipiendum baptismum non debeat admitti. Quisquis etiā
C uxorem in adulterio deprehēsam dimiserit, & aliā duxerit, non videtur æquādus eis, q excepta causa adulterij dimittunt & ducūt. Et in ipsis diuinis sententijs ita obscurum est, vtrum & iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere, adulter tñ habeatur si alteram duxerit, vt quantum existimo venialiter ibi quisq; fallatur. Quamobrē quæ manifesta sunt impudicitiæ crimina, omnimodo à baptismo prohibenda sunt, nisi mutatione voluntatis & pœnitentia corrigantur: quæ autem dubia, omnimodo conandū est ne fiant tales coniunctiones. Quid enim opus est in tantum discrimen ambiguitatis caput mittere? Si autem factæ fuerint, nescio utrum ij qui fecerint, similiter ad baptismū
Quæ ba non debere videantur admitti. Quātum
ptizandi attinet igitur ad doctrinam salubrem veri-
facere de tatis, ne cuiquam mortifero peccato perni-
beant. ciosissima securitas detur, vel etiam pestilē-
Cap.20. tiosissima tribuatur authoritas, iste curatio-
nis ordo est, ut baptizandi credant in deū
patrem & filium & spiritumsanctum, eo
tu quo symbolum traditur: & à mor s
operibus agant pœnitentiam, omniume e
omnino præteritorum remissionem in a-
ptismo accepturos esse non dubitent: nec ut
peccare liceat, sed vt peccasse non noceat,
ut sit factis remissio non permissio facien-
D di. Tunc vere dici potest, etiam spiritaliter,
Ioan. 5. Ecce sanus factus es, m noli peccare: quod dūs de corporali sanitate ideo dixit, quoniā sciebat ei quem saluum fecerat, meritis peccatorum illum etiam carnis accidisse languorem. Ij autem ei homini, qui & baptizādus adulter ingreditur, & baptizatus adulter egreditur, miror quō dici existiment, Ecce sanus factus es. Quis enim grauis & exitiabilis morbus erit, si adulterium sanitas erit?

Sed in tribus milibus, inquiunt, quos vno Apostodie Apostoli baptizarunt, & in tot milibus los grauibus credentium in quibus Apostolus ab Hieru- catis obsalem vsque in Illyricum Euangelium re- noxios pleuit, erant vtiq; aliqui alienis vxoribus co- pulati, vel fœminæ alienis maritis: in qui- nō admibus regulam Apostoli constituere debue- sisse ad runt, quæ deinceps in Ecclesijs seruaretur: baptis- vtrum non admitterentur ad baptismum, mum. nisi illa adulteria correxissent. Quasi non Cap.21.
similiter aduersus eos dici possit, quòd non
inueniunt aliquem commemoratum, qui
cum talis esset, admissus est. Aut vero possint singulorum hominum crimina qd' infinitum erat, commemorari, cum generalis illa regula satis superq; sufficiat, vbi Petrus pluribus uerbis testificans baptizandis, ait: E
Eripite vos ab hoc seculo prauo. Quis enim Acte. 2.
dubitet ad huius seculi prauitatem adulteria pertinere, & illos qui elegerunt in eadem iniquitate persistere? Similiter autem dici potest publicas meretrices, quas vtique ad baptismum, nisi ab illa turpitudine liberatas, nulla admittit ecclesia, potuisse inueniri in tot milibus tunc credentium per tot gentes, & de his suscipiendis vel prohibendis constituere Apostolos exempla debuisse. Veruntamen de quibusdam minoribus possumus coniectare maiora. Si enim ad ba Lucæ.7.
ptismum Ioannis venientes publicani prohibiti sunt aliquid amplius erigere, q̄ quod eis fuerat constitutum, miror si venientibus ad baptismum Christi posset permitti adulterium. Commemorauerunt etiam Israelitas multa mala & grauia perpetrasse, & effudisse multum sanguinem Prophetarum, nec tamen ex his factis penitus meruisse deleri, sed ex infidelitate sola, qua in Christum credere noluerunt: non intuentes quia peccatum eorum non hoc solum fuit, quia in Christum non crediderunt, verumetiam quia Christum occiderunt: quorum vnum pertinet ad crimen incredulitatis, alterum ad crimen crudelitatis. Illud ergo est contra fidem rectam, istud contra bonam vitam. Vtroque autem uitio caret, qui fidem Christi habet: non sine operibus mortuam, F
quæ etiam in dæmonibus inuenitur, sed fi- Iaco. 2.

Universidad de Navarra
Biblioteca

Gala. 5. dem gratiæ, quæ per dilectionem operatur. Hæc est fides de qua dicitur. Regnum cœ-
Luc. 17. lorū intra vos est. Hāc.n. diripiunt, qui vim faciunt credendo, impetrantes spiritum charitatis: vbi est plenitudo legis, sine qua lex in
Ro. 13. litera reos faciebat etiam præuaricationis.
Mat. 11. Non itaq; putandum est ideo dictum, Regnū cœlorū vim patitur, & qui vim faciūt, diripiunt illud: quia etiam mali tantum modo credendo & pessime viuendo perueniūt in regnum cœlorū: sed quia reatus ille præuaricationis, quem sola lex .i. litera sine spi-
Rom. 5. ritu iubendo faciebat, credendo soluitur, & violentia fidei spiritussanctus impetratur: p quem diffusa charitate in cordibus nostris, lex non timore pœnæ, sed iustitiæ amore cō-
Nō suf- pletur. Nequaquam ergo mens incauta
ficere fi- fallatur, vt se existimet deum cognouisse, si
de solū cum fide mortua, hoc est sine bonis operi-
credere. bus confiteatur more dæmonū: & ideo se iā
Cap. 12. non dubitet ad vitam æternam esse ventu-
Ioā. 17. ram, quia dñs dicit, Hæc est autem vita æter-
G na, vt cognoscant te vnum verum deum, &
1. Ioā. 2. quem misisti Iesum Christū. Venire quippe debet etiā illud in mentē, quod scriptum est, In hoc cognoscimus eum, si mādata eius seruauerimus. Qui dicit, quia cognouit eū, & mandata eius non seruat, mendax est, & in hoc veritas non est. Et ne quisquam existimet mandata eius ad solam fidem pertine re: quanquam dicere hoc nullus est ausus, præsertim quia mandata dixit, quæ ne multitudine cogitationes parerent, in illis duo-
Mat. 22. bus tota lex pendet & Prophetæ: licet rectè
Gala. 5. dici posset ad solam fidem pertinere dei mādata, si non mortua, sed viua illa intelligatur fides, quæ per dilectionem operatur: tamen postea Ioannes ipse aperuit quid diceret, cū ait, Hoc est mandatum eius, vt credamus no mini filij eius Iesu Christi, & diligamus
1. Ioā. 3. inuicem. Hoc itaq; prodest in deum recta fide credere, deū colere, deum nosse, vt & bene viuendi ab illo sit nobis auxilium, & si peccauerimus, ab illo indulgentiam mereamur: non in factis quæ odit securi perseuerantes, sed ab eis recedentes, eiq; dicentes,
Psal. 40. Ego dixi dñe miserere mei, sana animam meam qm peccaui tibi: quod non habent cui dicant, qui non in eum credunt: & fru-
H stra dicunt, qui cum tam longe ab illo sint, à gratia mediatoris alieni sunt. Hinc illa verba sunt in libro sapientiæ, quæ nescio qūo intelligit pernicioſa securitas, Et si pecca-
Sapiē. 15 uerimus, tui sumus: quoniam .s. bonum & magnum deum habemus, qui velit atq; possit pœnitentium peccata sanare, non qui minime audeat permanentes in malignitate disperdere. Deniq; cum dixisset, Tui sumus: addidit, scientes potentiam tuam: vtiq; potentiam cui se subtrahere nequeat, aut occultare peccator. Ideoq; secutus adiunxit, Nō peccauimus autem, scientes qm tui sumus deputati. Quis.n. digne cogitans habitationem apud deum in, cuius omnes predestinatione sunt depurati, qui secundū propositū vocati sunt, non emitetur ita viuere vt tali habitationi congruat? Quod ergo & Ioan- 1. Ioā. 2.
nes dicit, Hæc scripsi vobis vt non peccetis, & si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est exoratio pro peccatis nostris: non id ait vt cum securitate peccemus, sed vt recedentes à peccato, si quid admissem est, propter illum aduocatum, quem nō habent infideles minime de indulgentia desperemus. I

Nec de his igitur verbis mitior illa con- I Iudicare
ditio promittenda est, sic in deum credere & iudi-
volentibus vt permaneant in perditis mo- ciū, quid
ribus: multo minus de illis vbi Apostolus signifi-
ait, Qui sine lege peccauerunt, sine lege pe- cēt in sa-
ribunt. Qui aūt in lege peccauerunt, per le cris lite-
gem iudicabuntur: tanquā hoc loco aliquid ris. Cap. 23
distet inter perire & iudicari, cū alio verbo Rom. 2.
hoc idem significatum sit. Solent.n. scriptu-
ræ iudicium etiam pro æterna damnatione ponere. Sicut in Euangelio dñs loquitur, Ioan. 5.
Veniet hora in qua omnes qui sunt in monumentis audient vocem eius: & procedent qui bene fecerunt in resurrectionem vitæ: qui autem male egerunt in resurrectionem iudicij. Neq; illud dictum est, hoc qui crediderunt, illud autem non qui nec crediderunt: sed hoc illi qui bene egérunt, illud qui male egerunt. Inseparabilis est quippe bona
ta à fide, quæ per dilectionem operatur: Gala. 5.
immò vero ea ipsa est bona uita. Videmus itaq; resurrectionem iudicij dixisse dominum pro resurrectione damnationis æter-
. De omnibus quippe resurrecturis, ubi
culdubio erant etiam ij qui omnino non
dunt, neq;.n. ipsi non sunt in monumentis, duas partes fecit, alios in resurrectionem uitæ, alios in resurrectionem iudicij resurrecturos esse declarans. Quòd si dicunt, nō K
ibi intelligendos etiam eos qui omnino nō credunt, sed eos qui per ignem salui erunt quia crediderunt, etiam si male uixerunt, ut eorum transitoriam pœnam iudicij nomine

ne significatam arbitrentur. Quanquā hoc imprudentissime dicatur, cū omnino dominus omnes resurrecturos, in quibus sine dubio & incredulі erunt, in duo diuiserit, vitā & iudiciū: ita volens iudicium æternū intelligi quanuis hoc nō addiderit sicut & vitā, neq;.n. ait in resurrectionem vitę æternę, cū aliud vtiq; intelligi noluerit. Videant tū
Ioan. 3. quid respōsuri sint vbi ait, Qui aūt non credit, iam iudicatus est. Nam hic procul dubio aut iudicium pro pœna æterna positum intelligunt, aut per ignem saluos futuros etiam incredulos dicere audebunt: qm qui nō credit, inquit, iam iudicatus est: hoc est, iam iudicio destinatus: & non erit quod pro magno beneficio polliceantur credentibus nequiterq; viuentibus, qm & ij qui nō credunt non erunt pdendi, sed iudicandi. Quod si dicere nō audent, non audeant aliquid mitius polliceri eis de quibus dictum est, per legē iudicabunt: quia cōstat iudiciū
L ēt pro æterna dānatione solere nō minari. Quid q; inuenimus non solū minime mitioris, verūetiā deterioris conditionis esse illos qui scientes peccant. Hi sunt.n. maxime
Rom. 4. qui legē acceperunt. Nam sicut scriptū est, Vbi lex non est, nec puaricatio. Hinc.n. est & illud, Concupiscentiam nesciebā nisi lex
Rom. 7. diceret. Non concupisces, Occasione itaq; accepta peccatū per mandatum operatū est in me oēm concupiscentiam: & alia multa,
Rom. 5. q̄ de hac re idē Apostolus dicit. Ab hoc reatu grauiore, liberat grātia spūssancti per Iesum Christum dūm nostrum, quæ diffusa charitate in cordibus nostris donat iustitiæ delectationem, qua immoderatio concupiscentiæ superetur. Hinc itaq; confirmatur, non solū nihil mitius, sed grauius aliquid
Rmo. 2. intelligendū, de quibus dictum est, Qui in lege peccauerunt per legē iudicabuntur. Nā de illis qui sine lege peccantes sine lege peribunt. Nec pro pœna transitoria hoc loc dictum iudicium, sed pro ea qua ēt non
M dentes iudicabuntur. Nā qui hac vtun r
Rom. 2. sententia ad promittendam salutē per i , illis qui etiam credentes pessime viuun , vt eis dicant. Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: qui autem in lege peccauerūt per legem iudicabuntur: tanquam dictum sit, Non peribunt, sed per ignem salui erūt: nec illud attendere potuerunt, hoc Apostolum de illis qui sine lege, & illis qui in lege peccauerunt dixisse, cum de gentibus & de Iudæis ageret: vt non tantum gentibus, sed vtriusque gratiam Christi, qua liberarent, necessariam demonstraret: quod totum ipsa epistola ad Romanos euidenter ostendit. Iam ergo etiā Iudæis in legis peccantibus, de quibus dictū est, Per legem iudicabuntur, non eos liberante gratiā Christi promittant, si placet, p ignē salutem: qm de his dictū est, Per legē iudicabuntur. Q d si non faciūt, contra seipsos veniūt, qui eos grauissimo infidelitatis crimine obstrictos esse dicunt, vt quod transferunt ad infideles, & fideles, in eo quod ad fidem Christi attinet, illud quod dictum est, de ijs qui sine lege & ijs qui in lege peccauerunt, cum de Iudæis & de gentibus ageretur, vt ad Christi gratiam vtriq; inuitarentur. Neq;.n. Libertas fidei nō sit fidelibus velamē malitię. Ca. 24.
dictum est. Qui sine fide peccauerunt, sine fide peribunt: qui aūt in fide peccauerunt, per fidem iudicabuntur: sed sine lege dictū est, & in lege: vt satis appareret illā causam tangi, quæ inter gentes & Iudæos agebatur, non quę inter bonos malosq; Christianos. A
Quāquā si illo loco legē pro fide accipi volunt, quod nimis importunū absurdum est, ēt hinc apertissimam pūt legere sententiā Apostoli Petri, qui cū loqueretur de ijs q in occasionem carnis acceperant, & in velamentum malitiæ quod scriptum est, Nos ad nouum testamentum pertinentes, nō ancillæ filios eē, sed liberæ, qua libertate Chri Gala. 4.
stus nos liberauit: & putauerant hoc esse libere viuere, vt tanquam de tāta redemptione securi, quicquid liberet licere sibi arbitrarentur, non intuentes quod dictū est: Vos Gala. 5.
in libertatem vocati estis fratres, tātum ne libertatem in occasionem carnis detis: vnde & ipse Petrus dicit: Liberi non sicut velamentum malitiæ habentes libertatem: ait 2. Pe. 2.
de illis & secunda epistola sua: sunt fontes sicci, & nebulæ à turbine exagitatę, quibus 2. Pe. 2.
caligo tenebrarum reseruata est: superba enim vanitatis loquentes illiciunt in concupiscentijs carnis impudicitię eos, qui paulum effugerunt, in errore conuersati, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. A quo.n. quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Si enim refugientes coinquinationes mundi in agnitionem domini nostri, & conseruatoris Iesu Christi, his rursus implexi superantur, B
facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere vitam iustitiæ, quàm cognoscentibus retrorsum reflecti a tradito sibi sancto mā-

dato. Contigit enim illis res veri prouerbij, Canis reuersus ad suum vomitū: & sus lota in volutabris cœni. Quid adhuc promittitur contra istam manifestissimam veritatem conditio melior, ijs qui cognouerunt viā iustitiæ, hoc est dñm Christum, & perditè viuūt, quasi omnino nō cognouissent: eū apertissimè dicat, Melius erat illis nō cognoscere viam iustitiæ, q̄ cognoscētibus retrorsum reflecti à tradito sibi sancto mādato? Neq; n. illud hoc loco intelligendum est sanctum mandatum, quo præceptum est vt in deū credamus: quanquā eoipso totum idq; continet, si eam intelligamus fidem credentiū, quæ per dilectionē operatur: sed aperte expressit quod diceret sanctum mandatum id est, quo præceptum est, vt ab huius mundi coinquinationibus recedentes, casta conuersatione viuamus. Sic. n. ait, Si enim refugientes coinquinationes mundi in agnitionē domini nostri, & conseruatoris Iesu Christi, his rursus implexi superantur, facta sunt illis posteriora deteriora prioribus. Non ait, refugientes ignorantiam dei, aut refugiētes infidelitatem seculi, vel tale aliquid: sed coinquinationes mundi, in quibus est vtique omnis immunditia flagitiorum. Nam de his superius loquens, dixit, Coepulantes vobiscum, oculos habentes plenos adulterij & indesinentis peccati. Ideo etiam fontes siccos eos appellat, fontes videlicet, quod acceperint agnitionem domini Christi: siccos autem, quia non congruenter viuunt. De talibus quippe etiam Iudas Apostolus loquens: ij sunt, inquit, qui in dilectionibus vestris maculati coepulantur sine timore semetipsos pascentes, nubes sine aqua: & cætera. Quod enim Petrus ait, Coepulātes vobiscum, oculos habētes plenos adulterij: hoc Iudas, in dilectionibus vestris maculati coepulantur. Mixti sunt enim bonis in epulis sacramentorum & dilectionibus plebium. Et quod Petrus ait, fontes siccos: hoc Iudas, nubes sine aqua: hoc Iacobus, fides mortua. Non itaque promittit pœna ignis transitoria turpiter sceleratéque viuētibus, quia viā iustitię cognouerunt, quibus melius erat non cognoscere, sicut veracissima D scriptura testatur. De talibus quippe etiam dominus ait: Et erunt nouissima illius hominis peiora quàm erant prima: quoniam purgationis suæ habitatorem spiritum sanctum non recipiens, fecit in se immundum spiritum multipliciorem redire. Nisi forte ideo sunt isti de quibus agitur meliores habendi, quia non redierunt ad immunditiam adulteriorum, sed ab ea non recesserūt, nec purgati se rursus inquinauerunt, sed purgari recusauerunt. Neque enim vt reuelata conscientia intrent baptismum, dignantur saltem vomere pristinas immūditias, quas canum more iterum sorbeant, sed in lauacri ipsius sanctitate pertinaciter crudo pectore indigestam nequitiam tenere contendunt: nec occultant eam pollicitatione vel ficta, sed impudentia professionis eructant: nec exeūtes de Sodomis more vxoris Loth in præterita iterum attendunt, sed omnino de Sodomis dedignantur exire, immo ad Christum cum Sodomis conantur intrare. Paulus Apostolis dicit: Qui prius fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Et illis dicitur, Tunc potius misericordiam consequimini, si scientes male vixeritis in ipsa fide. Nimis longum est, & penè infinitum omnia testimonia scripturarum velle colligere, quibus apparet non solum non esse mitiorem causam eorum qui scientes, q̄ qui nescientes vitam nequissimam & iniquissimā ducunt, verumetiam hoc ipso esse grauiorem. Proinde ista sufferenda sunt. Causa-mus ego diligēter in adiutorio domini dei nostri non facere homines male securos, dissentientes, quòd si fuerint in Christo baptizati, vita qūcunq; modo in eā fide vixerint, eos ad salutem æternam esse venturos: nec sic faciamus Christianos quomodo Iudæi proselytos, quibus dominus ait. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi, qui circuitis mare & terram facere vnum proselytum: cum autem fecerit is, facitis eum filium gehēnæ duplò quàm vos estis: sed potius sanam doctrinam dei magistri in vtroque teneamus, & sancto baptismo consona sit vita Christiana, ne cuiquā hominī si utrumlibet defuerit vita promittatur æterna. Qui enim dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu non intrabit in regnum cœlorum. ipse et dixit, Nisi abūdauerit iustitia vestra super Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnū cœlorum. De illis quippe ait: Scribæ & Pharisæi super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite: Dicunt enim & non faciunt. Ergo iustitia eorum est dicere, & non facere: ac per hoc nostram esse voluit abundantem super illorum

Ibidem. Sanctū mandatum q̄d idq; cognoscentes ac trāsgredientes q̄ pœna maneat. Ca. 25. 2. Pet. 2. Ibidem. Ibidem. Iudæ vnico capite. Mat. 12. Luc. 11. Baptismo Christi non facere homines male securos, dissentientes. Ca. 26 Mat. 23. Ioan. 3. Matt. 5. Mat. 23.

lorum dicere & facere, quæ si non fuerit, non intrabitur in regnum cœlorū. Nō quia quisquam ita debet extolli, vt non dicā apud alios iactare, sed apud seipsum putare audeat, se in hac vita esse sine peccato: sed nisi essent quædam ita grauia vt etiam excōmunicatione plectenda sint, non diceret Apostolus: Congregatis vobis & meo spū tradere eiusmodi hominē Satanæ in interitū carnis, vt spiritus saluus sit in die dñi Iesu. Vñ etiā dicit: Ne lugeā multos ex ijs qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiā super immūditiā & fornicationē quā gesserūt. Itē nisi essent quædā non ea humilitate pœnitentiæ sananda qualis in ecclesia datur eis qui proprie pœnitētes vocantur, sed quibus dā correptionū medicamentis, non diceret ipse dñs, Corripe cum inter te & ipsum solum, & si te audierit lucratus es fratrē tuū. Postremo nisi essent quædā sine quibus hęc vita non agitur, non quotidianam medelam poneret in oratione quā docuit, vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Iam satis, quantum arbitror, de illa tota opinione q̄d mihi videretur exposui, vbi tres quæstiones mouerunt. Vna de permixtione in ecclesia bonorum & malorum tanquam tritici & zizaniorum: vbi cauēdū est ne ideo putemus esse propositas istas similitudines, vel hanc vel de immundis in arca animalibus, vel q̄cunq; alia idem significant, vt dormiat ecclesiæ disciplina, de qua in figura illius mulieris dictum est, Seueræ sunt conuersationes domus eius: sed vt non eousq; progrediatur dementiæ potius temeritas, q̄ seueritas diligentiæ, vt quasi bonos à malis per nefaria schismata separare præsumat. Neq; n. per has similitudines, & prænunciationes consiliū desidiæ datū est bonis, qua negligant q̄d prohibere debent: sed patientię qua perfruant salua doctrina veritatis quod emendare nō valent. Nec quia scriptum est introisse cum Noe in arcam etiā immunda animalia: ideo præpositi vetare non debent, si qui immundissimi ad baptismum velint intrare sanctes, quod est certè mitius q̄ mœchantes, sed per hanc figuram rei gestæ prænunciatum est immundos in ecclesia futuros propter tolerantiæ rationem, non p̄p doctrinæ corruptionem, vel disciplinæ dissolutionē. Nō. n. quacunq; libuit intrauerunt immunda animalia arcæ compage confracta, sed ea integra per unum atq; idem ostium, quod artifex fecerat. Altera quæstio est, in qua eis visum est fidem solam baptizandis esse tradendam, postea vero iam baptizatos docendos esse de moribus: sed satis demonstratum est, nisi fallor, tunc magis pertinere ad curam speculatoris, cum oēs qui fidelium competunt sacrm, omnia quæ dicuntur intentius & solicitius audiunt, nō tacere de pœna, quā male viuentibus dūs comminatur, ne in ipso baptismo rei sint grauissimorū criminū, quo veniunt vt remittatur reatus omnium pctōrū. Tertia quæstio est periculosissima, qua parū considerata, & non sc̄m diuinū eloquium pertractata, tota illa opinio mihi videtur exorta, in qua promittitur sceleſtissime turpissimeq; viuentibus, etiā si eo modo viuere perseuerent, & tantummodo credant in Christum, eiusq; sacramenta percipiant, eos ad salutē vitamq; æternā esse venturos: contra apertissimā dñi sententiā, qui desideranti vitam æternā, respondit, Si uis venire, ad vitam, serua mandata: & commemorauit quæ mandata, vbi ea. s. peccata vitantur, quibus nescio quo salus æterna promittitur propter fidem sine operibus mortuam. De his tribus qōnibus satis, quātum existimo, disputaui demonstrauiq; sic tolerandos in ecclesia malos, vt non negligatur ecclesiastica disciplina: sic catechizādos eos, qui baptismum petunt, non solum audiant atq; suscipiant quid credere, verumetiā qualiter viuere debeant: sic promitti fidelibus vitam æternam, vt non etiam per fidē mortuam, quæ sine operibus saluare non potest, ad eam se quisque peruenire posse arbitretur, sed per illam fidem gratiæ, quæ per dilectionem operatur. Non itaq; culpentur dispensatores fideles, non sua negligentia vel pigritia, sed quorundam potius contumacia, qui pecuniam dominicam recusant accipere, & adulterinam suam cogunt seruos dominicos erogare: dum nolunt saltem tales esse mali, quales sanctus Cyprianus commemorat, seculo uerbis solis & non factis renunciantes: quando nec verbis renunciare diaboli operibus volunt, cum se in adulterio permansuros uoce apertissima profitentur, Si quid ab eis dici solet, quod fortè disputando non attigi, tale esse arbitratus sum, cui mea responsio necessaria non fuisset: siue quod ad rem, de qua agitur, non pertinet, siue quod tam leue esset, vt à quolibet redargui facillimè posset.

Matt. 6. Epilogus prędictorū. Cap. 27. 1. Co. 5. 1. Co. 12. Mat. 18. Gene. 3. Prou. 2. Gala. 5. Iacob. 2.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quæstionum super Genesim, Liber primus.

VM scripturas sanctas, quæ appellãtur canonicæ, legendo & cum alijs codicibus secundum Septuaginta interpretationem conferendo percurreremus, placuit eas quæstiones, quæ in mentem venirent, siue breuiter commemorando, vel etiam pertractando tantummodo proponerẽtur: siue etiam qualitercunque tanquam à festinantibus soluerentur, stylo alligare ne de memoria fugerent. Non vt eas satis explicaremus, sed vt cum opus esset, possemus inspicere: siue vt admoneremur quid adhuc L esset requirendum, siue vt ex eo quod iam videbatur inuentum vt poteramus, essemus & ad cogitandum instructi, & ad respondendum parati. Si quis igitur hæc legere propter incultum in nostra festinatione sermonem non fastidierit, si quas quæstiones propositas inuenerit nec solutas, non ideo sibi nihil collatum putet. Nonnulla.n. pars inuentionis est, nosse quid quæras. Quarum autem solutio placuerit, non ibi vile contemnat eloquium, sed de aliqua participatione doctrinæ potius gratuletur. Nõ enim disputatio veritate, sed veritas disputatione requiritur. Exceptis ergo ijs quæ à principio, vbi deus cœlum & terram fecisse narratur, vsq; ad dimissionẽ duorũ hominũ primorum de paradiso, tractari multipliciter possunt, de quibus alias quantum potuimus disseruimus: hæc sunt quæ legentibus nobis occurrentia voluimus literis attin-
1 gere. Qũo Cain potuerit condere ciui-
Gene.4. tatem, cum ciuitas alicui vtiq; constituatur hominum multitudini, illi autem duo parẽtes & duo filij fuisse referantur, quorum filiorum ab altero alter occisus est, in cuius occisi locum alius natus esse narratur? An M ideo quæstio est, qm̃ qui legunt, putant solos tunc fuisse homines quos diuina scriptura commemoret, nec aduertũt eos qui prius sint conditi duos, vel eos etiam quos genuerunt tam diu vixisse, vt multos gignerent. Non.n. & Adã ipse eos solos genuit, quorũ nomina leguntur, cum de illo scriptura loquens ita concludat, q̃ genuerit filios & filias. Proinde cum multo pluribus illi vixerint annis, q̃ Israelitæ in Aegypto fuerunt, quis non videat q̃ multi homines nasci potuerunt, vnde illa ciuitas impleretur, si Hebrgi multo minore tempore ita multiplicari potuerunt? Quæri solet, qũo Mathusa-
2 lem secundum annorum computationem Gene.5.
viuere post diluuiũ potuerit, cum oẽs, præter eos qui in aream ingressi sunt, perisse dicantur. Sed hanc quæstionem plurium codicum mendositas peperit. Nõ solum quippe in Hebræis aliter inuenitur, verumetiã in septuaginta interpretatione, Mathusalem in codicibus paucioribus, sed veracioribus, sex annos ante diluuium reperitur fuisse defunctus. Item quæritur, quemadmodum 3
potuerint angeli cum filiabus hominum Gene.6.
concumbere, vnde gigantes nati esse perhibentur: quantus nonnulli & Latini & Græ A
ci codices, nõ angelos habeant, sed filios dei, quos quidã ad soluendã istam qõnem iustos homines fuisse crediderunt, qui potuerũt ẽt angelorũ nomine nuncupari. Nã de homine Ioanne scriptũ est, Ecce ego mitto angelũ meũ ante faciẽ tuã, qui præparabit viam tuã. Sed hoc mouet, qũo vel ex hominũ cõcubitu nati sint gigantes, vel fœminis misceere se potuerint, si non homines sed angeli fuerunt? Sed de gigantibus. i. nimiũ grãdibus atq; fortibus, puto non esse mirandũ q̃ ex hominibus nasci potuerunt, quia & post diluuium quidã tales fuisse reperiũtur: & quædã corpora hominum ad incredibilẽ modũ ingentia, nostris, quoq; tẽporibus extiterunt, non solũ virorum, verumetiã fœminarũ. Vnde credibilius est homines iustos appellatos, vel angelos, vel filios dei, concupiscentia lapsos peccasse cũ fœminis, q̃ angelos carnẽ non habentes vsq; ad illud pctũ descẽdere potuisse: quãuis de quibusdã dæmonibus, qui sunt improbi mulieribus, à multis tã multa dicantur, vt non facile sit de hac re definienda sententia. De arca Noe 4
quæri solet, vtrum tanta capacitate quanta Gene.6.
scribitur, animalia omnia, quæ in eam in- B
gressa dicuntur, & escas eorũ ferre potuerit. Quam quæstionẽ cubito geometrico soluit Origenes, asserens non frustra scripturam dixisse, q̃ Moyses omni sapiẽtia Aegyptio- Acto.7.
rum fuerit eruditus, qui Geometricã dilexerunt. Cubitũ aũt Geometricũ dicit tm̃ vale Cubitus
re quantũ nostra cubita sex valent. Si ergo geometricus.
tam magna cubita intelligamus, nulla quæstio est, tantæ capacitatis arcã fuisse vt posset illa omnia continere. Item quæritur, 5
vtrum

Gene.6. vtrum arca tam magna cẽtũ annis potuerit fabricari à quatuor hoibus .i. Noe & trib⁹ filijs eius. Sed si nõ potuit, nõ erat magnũ fabros alios adhibere: quãuis operis sui mercede accepta nõ curauerint vtrũ eã Noe sapiẽter, an uero inaniter fabricaret. Et idõ non in eã intrauerunt, quia nõ crediderunt
6 quod ille crediderat. Quod ait cum de
Gene.6. arce fabricatione loqueretur, inferiora bicamerata, & tricamerata facies ea: queri solet, Num inferiora futura erant bicamerata & tricamerata. Sed in hac distinctione totam structuram eius intelligi uoluit, ut haberet inferiora, haberet media & superiora, q̃ appellantur tricamerata. In prima quippe habitatione. i. in inferioribus semel camerata C erat arca, in secunda uero habitatione supra inferiorem iam bicamerata erat, ac per hoc in tertia supra secundam tricamerata erat.
7 Quoniam non solũ uiuere, sed etiam pasci
Gene.6. in arca ai alia deus dixit, & iussit ut Noe ab omnibus escis sumeret sibi & illis, q̃ ad illũ fuerant ingressura. Quæritur quomodo ibi leones uel aquilæ, q̃ cõsueuerunt carnibus uiuere, pasci potuerint: utrum & animalia pter illum numerum propter aliorum escã fuerint intromissa, an aliqũ pter carnes, qũ magis credendum est, à uiro sapiente, vel
8 deo demonstrãte prouisa sint, q̃ talium quo
Gene.7. que animantium escis cõuenirent. Quod scriptũ est, Aues uolatilibus mũdis, & à uolatilibus immundis, & à pecoribus mũdis, & à pecoribus immundis, & ab oibus serpẽtibus in terra: qd̃ deinde non additur, subauditur mundis & immundis: & adiungit, Duo & duo intrauerũt ad Noe in arcam, masculus & fœmina. Quæritur qũo superius distinxerit duo & duo ab immundis: nunc autẽ siue à mundis siue ab immũdis duo & duo dicat intrasse. Sed hoc refertur non ad numerũ mundorũ vel immundorum aial., sed ad masculum & fœminam, quæ in omnibus siue mundis, siue immundis duo sunt
9 masculus & fœmina. Notandũ quod scri-
Gene.7. ptum est, in quo est spiritus uitæ: non ũ D de hominibus, sed etiam de pecoribus dictũ propter illud, quod quidam de spiritu sancto volunt intelligere, vbi scriptum est, Et insufflauit deus in faciem eius spiritum vitæ: quod melius quidam codices habent, flatum vitæ. De montium altitudine, quam
10 omnem scriptum e.. transcendisse aquam
Gen. 7. cubitis quindecim, quidã nõ recte dubitant PP. Olympi montis historiam. Si in terra in uadere potuit spatium tranquilli illius aeris ubi dicitur, nec nubes videri, nec uentos sentiri, cur non & aqua crescendo? Quod scri- 11
ptum est, Exaltata est aqua super terrã cen- Gen. 7.
tum quinquaginta dies. Quæritur vtrum vsq; ad hunc diẽ creuerit, an p̃ tot dies in altitudine qua creuerat manserit: qm̃ alij interpretes planius videntur hoc dicere. Nã Aquila dixit, obtinuit, Symmachus, ꝓualuerunt aquæ. Quod scriptũ est, exaltatã esse 12
aquã post centum quinquaginta dies, & ad- Gen. 8.
ductum esse spiritum super terrã, & desisse aquam, & conclusos fontes abysi, & cataractas cœli, & detentam pluuiam de cœlo. Quæritur utrum post centum quinquaginta dies hæc facta sint, an per recapitulationẽ omnia cõmemorata sint, q̃ post quadraginta dies pluuiæ fieri cœperunt, vt hoc solum E
ad centum quinquaginta dies pertineat, qd̃ vsq; ad ipsos aqua exaltata est: aut de fontibus abysi cessante iam pluuia, aut quia mã sit in altitudine sua, dũ in illo spũ siccaret, Cætera vero q̃ dicta sunt, non post centum quinquaginta dies omnia facta sint, sed commemorata sint omnia, quæ ex fine quadraginta dierum fieri cẽperunt. Quod scri- 13
ptum est, dimissum esse coruũ, nec redijsse: Gen. 8.
& dimissam post eum columbã, & ipsam redijsse, quod non inuenisset requiem pedibus suis, q̃stio solet oboriri. Vtrum coruus mortuus sit, an aliquo mõ viuere potuerit: quia vtiq; si fuerit terra vbi requiesceret, ẽt colũba requiem potuerit inuenire pedibus suis. Vñ conijcitur à multis q̃ cadaueri potuerit coruus insidere, quod colũba naturaliter refugit. Item quæstio est qũo co- 14
lũba non inueniret vbi resideret, si iam si- Gen. 8.
cut narrationis ordo contexitur, nudata fuerant cacumina montium. Quæ q̃stio videt F
per recapitulationẽ posse dissolui, vt ea po- 15
sterius narrata intelligantur, quæ prius fa- Gen. 8.
cta sunt, an potius aquæ nõ dum siccatæ fuerant. Quid sibi vult quod dominus dicit, Non adijciam adhuc maledicere super terram propter opera hominũ, quia apposita est mens hominis ad malitiam ab iuuentute: Nõ adijciam ergo adhuc ꝓcutere omnem carnẽ viuã, quẽadmodũ feci. Et deinde iungit, q̃ secundũ largitatem bonitatis suæ donat hominibus indignis. Vtrum hic testamenti noui indulgentia figurata sit, & præterita vltio ad vetus pertineat testamentũ: hoc est illud ad legis seueritatem, hoc ad
gratiæ bonitatẽ. Quid est, Et de manu fra- 16
tris

Gen. 9. tris hominis exquiram animã hois? An omnem hominem fratrẽ eius hominis nomine intelligi voluit, secundũ cogitationẽ ex vno ductam. Quæritur quare peccans Cham
Gen. 9. in patris offensa, non in seipso, sed in filio suo Chanaã maledicitur? Nisi quia prophetatũ est, terrã Chanaam eiectis Chananeis inde & debellatis, accepturos fuisse filios Is-
18 rael qui venirent de semine Sem. Quæ-
Gen. 10 ritur quo dictum sit de Nemroth: hic cœpit esse gigas super terrã: cum gigãtes & antea natos scriptura commemoret. An fortè quia post diluuiũ nouitas generis humani reparãdi de nouo cõmemoratur, in qua no-
19 uitate hic cœpit esse gigas super terram.
Quæritur quid sit, Et Heber nati sunt filij
Gen. 10 duo, nomen vnius Phalech, quia in diebus
G eius diuisa est terra, nisi forte in diebus eius linguarum illa diuersitas extiterit, per quã
20 factum est: vt gentes diuiderẽtur. Et erat
Gen. 11 omnis terra labiũ vnum: quomodo hoc potest intelligi, qũ superius dictum est, ꝙ filij Noe, vel filiorum eius distributi essent per terram secundum tribus, & secundũ gentes & secundũ linguas suas, nisi quia per recapitulationẽ postea commemorat, quod prius erat: sed obscuritatem hic facit quòd eo genere locutionis ista contexit, quasi narratio
21 de ijs quę postea facta sunt cõsequat. Ve-
Gen. 11 nite ædificemus nobis ciuitatem & turrim cuius caput erit vsque in cœlum. Si se hoc posse crediderunt, nimium stultæ audacia & impietas deprehenditur. Et quia ob hoc dei vindicta secuta est, vt eorum linguæ diuiderentur, non absurde hoc cogitasse creduntur. Venite descẽdamus, & confundamus
22
Gen. 11 linguas eorum, ne audiat vnusquisq; vocem proximi, vtrũ ad angelos dominus hoc dixisse intelligatur, an secundum illud accipiẽdum est, quod in exordio libri legitur, Faciamus
Gen. 1. hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Nam & quod postea dicitur
H singulari numero, quia ibi confudit dominus labium terræ: sicut & illic cum dictum esset, faciamus ad imaginem nostram: in cõsequentibus tamen non dictum est fecerũt, sed fecit dominus. Quod scriptum est, Et
23
Gen. 11 erat Arphaxat annorum centum triginta quinque cum genuit Chainam, & vixit Arphaxat postquam genuit Chainam annos quadringentos, vel sicut in Græco inuenimus, annos trecentos. Quæritur quomodo dixerit deus ad Noe, Erunt anni vitæ eorum centum viginti, Nondum natus erat Arphaxat qũ dixit hoc deus, nec fuit in arca cum parentibus suis. Quo ergo intelliguntur deinceps anni vitæ humanæ prædicti cẽtum viginti, cum inueniatur homo vixisse amplius quadringenris annis. Nisi qa intelligitur ante viginti annos q̃ inciperet arca fieri, quæ centũ annis facta reperitur, hoc deum dixisse ad Noe, cum iam prænunciaret, se facturum esse diluuium, nec vitæ humanæ deinceps futuræ in ijs qui post diluuium nascerentur spatium prædixisse, sed vitæ hominum quos fuerat diluuio deleturus. Quæritur quare scriptum sit, Sem 24
erat pater omnium filiorum Heber: cum Gen. 10
inueniatur Heber quintus Sem filio Noe, vtrum ex illo Hebræi dicuntur appellati, I
per illum enim generatio transit ad Abraham. Quid ergo probabilius sit ab Heber tanquam Heberos dictos, an Abrææos, merito quæritur. Quomodo accipiendum 25
sit, quòd cum esset Thare pater Abrahæ an Gen. 11
norum septuaginta, genuit Abraham, & postea cum suis omnibus mansit in Charram: & vixit annos ducentos quinquelin Charram & mortuus est: Et dixit dominus ad Abrahã vt exiret de Charram, & exijt inde, cum esset idem Abraham septuagintaquinque annorum, Nisi quia per recapitulationem ostenditur viuo Thare locutum esse dominum, Et Abraham viuo patre suo secundum præceptũ domini, exisse de Charram, cum esset septuagintaquinque annorũ, centesimo & quadragesimo & quinto anno vitæ patris sui: si dies vitæ patris sui anni ducenti quinque fuerint, & ideo scriptum sit, Fuerunt anni vitæ Thare ducentiquinque in Charram quia ibi compleuit omnes annos totius vitæ suæ. Soluitur ergo quæstio per recapitulationem, quæ indissoluibilis remaneret, si post mortem Thare accipere-
mus locutum esse dominum ad Abrahã vt exiret de Charram qui non poterat esse adhuc annorum septuagintaquinque cum pater eius iam mortuus esset, quia eũ septuagesimo ætatis suæ anno genuerat: vt Abraham post mortem patris sui annorum esset centum triginta quinque, si omnes anni pa- K Recapi-
tris eius ducenti quinque fuerunt. Recapi- tulatio
tulatio itaq; ista si aduertatur in scripturis, nis vti-
multas q̃stiones soluit, q̃ indissolubiles pos- tas.
sint videri, secundum etiam superiorũ quæstionum expositionẽ, per eandẽ recapitulationem factam: quanquã aliter ista q̃stio à quibusdã soluatur, ex illo cõputari annos ætatis

ætatis Abrahæ ex quo liberatus est ex igne Chaldæorum, in quẽ missus est vt arderet, quia eundẽ ignem superstitione Chaldæorũ colere noluit: liberatus inde, & si in scripturis non legitur, iudaica tñ narratione traditur. Põt & sic solui, qm̃ scriptura q̃ dixit, Cum esset Thare annorum septuaginta, genuit Abraham & Nachor & Aram: nõ vtique hoc intelligi voluit, quia eodem anno septuagesimo ætatis suæ oẽs tres genuit, sed ex quo anno generare cœpit, cum annum cõmemorauit scriptura. Fieri aũt potuit, vt posterior sit generatus Abraham, sed merito excellentiæ qua in scripturis valde cõmẽdatur, prior fuerit nominatus: sicut Prophęta priorem nominauit minorem, Iacob
Malac. 1 dilexi, Esau aũt odio habui. Et in Paralipo-
1. Pet. 4. menon cum sit quartus nascendi ordine Iu-
L das, prior est nominatus, à quo Iudaicæ gẽti nomen est datum propter tribum regia. Cõmodius aũt plures exitus inueniuntur, quibus q̃stiones difficiles dissoluuntur. Cõsideranda est sanè narratio Stephani de hac re, cui magis harum expositionum nõ repugnet. Et illud quidẽ cogit, vt non sicut narra-
Gen. 12 ri videt in Genesi, post mortem Thare locutus sit deus ad Abraham vt exiret de cognatione sua & de domo patris sui, sed cum esset in Mesopotamia priusquã habitaret in Charram, iam vtriq; egressus de terra Chaldæorum, vt in illo itinere intelligatur ei locutus deus. Sed quod Stephanus postea sic
Acto. 7. narrat, Tunc egressus Abraham de terra Chaldæorũ habitauit in Charram, & inde postquã mortuus est pater eius, collocauit eum in terra hac, nõ paruas affert angustias huic expositioni, q̃ sit per recapitulationẽ. Videtur n. habuisse imperium dñi, q̃ ei fuerat locutus in itinere Mesopotamiæ egresso de terra Chaldæorum & eunti in Charrã, & hoc imperium post mortem patris sui obedienter implesse cum dicitur, Et habi-
M tauit in Charram: & inde postquam mortuus est pater eius, collocauit illum in terra hac. Ac per hoc manet quæstio, si septuagintaquinque annorum, sicut euidẽter scriptura Geneseos loquitur, fuit quando egressus est de Charrã, quomodo esse posit hoc verum, nisi fortè quod ait Stephanus, Tũc
Acto. 7. Abraham egressus est de terra Chaldæorũ, & habitauit in Charram, nõ sic accipiatur, tunc egressus est postea quam ei locutus est dominus: iam enim erat in Mesopotamia, sicut supra dictũ est, qm̃ illud audiuit à dño: sed ipsam regulã recapitulationis cõtexere voluit Stephanus, & simul dicere, vnde egressus, vbi habitauerit, cũ ait, Tunc Abraham egressus est de terra Chaldæorum, & habitauit in Charram. In medio aũt. i. inter egressum de terra Chaldæorum & habitationem in Charram, locutus est ei deus. Postea vero quod adiungit Stephanus, Et inde postquam mortuus est pater eius, collocauit illum in terra hac, intuendum est, quia non dixit, & postquam mortuus est pater eius, egressus est de Charram: sed inde collocauit eum deus in terra hac: vt post habitationem in Charram collocaretur in terra Chanaan, nõ post mortẽ patris egressus, sed post mortẽ patris collocatus in terra Chanaan: vt ordo verborum sit, Habitauit in Char- A
ram, & inde collocauit illum in terra hac, postquam mortuus est pater eius: vt tũc intelligamus collocatum vel constitutũ Abraham in terra Chanaan, qũ illic eum nepotẽ susceptt cuius vniuersum semen illic fuerat regnaturum ex promisso dei hæreditate donata. Nam ex ipso Abraham natus est Hismael de Agar, nati & alij ex Cethura, ad quos illius terræ non pertinet hæreditas. Et ex Isaac natus est Esau, qui similiter ab illa hæreditate alienatus est. Ex Iacob autem filio Isaac quotquot filij nati sunt. i. vniuersum semen eius, ad illam hæreditatem pertinuit. Sic ergo collocatus & constitutus est in illa terra Abraham, quoniam vixit vsque ad natiuitatem Iacob si recte intelligitur. Soluta quæstio est secundum recapitulationem, quanuis & aliæ solutiones non sint contemnendæ. Erit ergo cum te viderint 26
Aegyptij, dicent, quia vxor illius hæc. Fa- Gen. 12
ctum est autem statim vt intrauit Abrahã in Aegyptum, videntes Aegyptij mulierẽ, quia speciosa erat valde. Quomodo accipiatur, q̃ Abraham veniens in Aegyptum celare voluit vxorem suam esse Saram, secundum omnia quæ de hac re scripta sunt, vtrũ hoc conuenerit tam sancto viro, an sub defectione fidei eius intelligatur, sicut nonnul B
li arbitrati sunt, iam quidem contra Faustũ de hac re disputaui: & diligentius à presbytero Hieronymo expositum est, quare non Lib. 22.
sit consequens, vt cum aliquot dies apud cap. 33.
regem Aegypti Sara fuerit, etiam eius con- & sequẽ
cubitu credatur esse polluta: qm̃ mos erat tibus.
regius, vicibus ad se admittere mulieres suas & nisi fomentis & vnguentis diu prius accurato corpore, nulla intrabat ad regem.

Quæ

Quę dum fierẽt, afflictus est Pharao manu dei, vt viro reddi iuberet intactã, quam ipsi deo maritus commiserat, tacens q̃ vxor esset, & non mentiens q̃ soror esset: vt caueret quod cauere quantum homo poterat, & deo commendaret quod cauere nõ poterat: ne si & illa quod cauere poterat deo tantũ dimitteret, non in deũ crederet sed deũ tentare potius inueniretur. Quod terra So-
27 domorum & Gomorreorum antequã deleretur cõparatur paradiso dei, eo q̃ erat irrigua vt terra Aegypti quam Nilus irrigat: Gen. 13
satis vt opinor ostenditur quo debeat intelligi ille paradisus quem plantauit deus vbi constituit Adam. Quis.n. alius intelligatur paradisus dei non video: & vtq; si arbores fructiferæ in paradiso virtutes animi accipiendæ essent, sicut nõnulli existimant, nul-
C lo corporali in terra paradiso veris lignorum generibus instituto, non diceretur de
28 ista terra, sicut paradisus dei. Respiciens o ulis tuis vide à loco in quo nunc tu es ad Aquilonem & Aphricum & Orientem & mare, quia omnem terram quam tu vides tibi dabo eam & semini tuo vsq; in seculũ. Quæritur hic quomodo intelligatur tantũ terræ promissum esse Abrahæ & semini eius quantum poterat oculis circunspicere per quatuor cardines mundi. Quantũ est enim quod ad terram conspiciendam acies corporalis visus possit attingere? Sed nulla est quæstio si aduertamus non hoc solum esse promissum: non enim dictum est, tantum terræ dabo tibi quantum vides, sed tibi dabo terram quam vides. Cum enim & vlterior vndiq; dabatur, profecto hæc præcipue quæ videbatur dabatur. Deinde attendendum est quod sequitur, quoniã ne putaret etiam ipse Abraham hoc solum promitti terrarum quod aspicere vel circunspicere posset, Surge, inquit, & perambula terrã in longitudine eius & latitudine, quia tibi dabo eam: vt perambulando perueniret ad eã, quam oculis vno loco stans videre nõ pos-
D set. Significatur autem ea terra quam prius populus accepit Israel semen Abrahæ secũdum carnem, non illud latius semen secundum fidem: quod ne taceretur, dictum est ei futurũ sicut arenam maris, secundũ hyperbolem quidem, sed tñ tantum quod numerare nullus posset. Et nunciauit Abrahã
29 transfluuiali. Transfluuialem Abraham appellatum etiam Græca exemplaria satis indicant: sed cur ita appellatus sit, hæc videtur causa, q̃ ex Mesopotamia veniens trãsito flumine Euphrate sedes constituit in terra Chanaam, & transfluuialis appellatus est ex ea regione vnde venerat. Vnde Iesus Naue dixit ad Israelitas, Quid vultis seruire dijs patrum vestrorum qui sunt trãs flumen? De eo quod scriptum est, Circa so- 30
lis aũt occasum pauor irruit super Abrahã, Gen. 15
& ecce timor magnus incidit ei, Pertractãda est ista quæstio, propter eos qui contendunt perturbationes istas non cadere in animum sapientis: vtrum tale aliquid sit quale Aulus Gellius commemorat in libris no Lib. 19.
ctium Atticarum, quendam Philosophum cap. 1.
in magna maris tempestate perturbatũ cũ De ciui-
esset in naui, & animaduersum à quodã lu- tate dei
xurioso adolescente: qui cum ei post transfactum periculum insultaret, quòd Philoso lib. 9. cap. 4.
phus cito perturbatus esset, cũ ipse neque timuerit neq; palluerit: Respondit, ideo illũ E
non perturbatum, quia nequissimæ animæ suæ nihil timere deberet, quòd nec digna esset, pro qua aliquid timeretur. Cæteris autẽ studiosis qui in naui fuerant expectantibus protulit librum quendã Epicteti stoici: vbi legebatur, non ita placuisse stoicis, nullam talem perturbationem cadere in animum sapientis, quasi nihil tale in eorum appareret affectibus: sed perturbationem ab eis definiri, cum ratio talibus cederet, cum autẽ non cederet, non dicendam perturbationem. Sed considerandũ est quemadmodũ hoc dicat Aulus Gellius, & diligenter differendum.

Dabo tibi & semini tuo post te terram in 31
qua habitat, omnem terram cultam in pos- Gen. 17
sessionem æternam. Quæstio est quomodo dixerit æternam, cum Israelitis temporaliter data sit: vtrum secundum hoc seculum dicta sit æterna vt ab eo q̃d est αἰών Græce,
od seculũ significat, dictum sit αἰώνιον, tãquam si latine dici posset seculare: an ex hoc p
aliquid secundum spiritalem promissionẽ
ic intelligere cogamur, vt æternum dictũ
it ideo, quia hinc æternum aliquid signifi-
, An potius locutionis est scripturarum
æternum appellent, cuius rei finis nõ cõ
stituitur: aut non ita sit vt deinceps non sit faciendum, quantum pertinet ad curam vel potestatem facientis, sicut ait Horatius, Ser Horatius in
uiet æternum, qui paruo nesciat vti. Non epistolis.
enim potest in æternum seruire, cuius ipsa
vita qua seruit æterna esse non potest. Q̃d
testimonium non adhiberem, nisi locutionis esset. Verborum quippe illi sunt nobis authores,

authores, non rerum vel sententiarum. Si autem defenduntur scripturæ secundum locutiones proprias, quæ idiomata vocantur, quanto magis secundum eas, quas cum alijs
32 linguis communes habent? Quæritur Gen. 11
quomodo dictum sit ad Abraham de filio eius, Et reges gentium ex illo erunt: vtrum quia non prouenit secundum regna terrena, secundum ecclesiam accipi debeat: an propter Esau etiam ad literam contigit. Et
33 videns procurrit in obuiam illis ab ostio ta- Gen. 18
bernaculi sui, & adorauit super terram, & dixit, Domine, si inueni gratiam ante te, ne prætereas seruum tuum. Quæritur, cũ tres viri essent qui ei apparuerant, quomodo sin
G gulariter dominum appellat, dicens, Domine si inueni gratiam ante te: An intelligebat vnum ex eis dominum, & alios angelos: an potius in angelis dominum sentiẽs, domino tribus cum ipso Abraham postea remanente, duo mittuntur in Sodomam, & illis sic lo
34 quitur Loth tanquam domino. Sumatur Gen. 18
aqua, & lauem pedes vestros, & refrigerate sub arbore, & sumam panem & manducate. Quæritur si angelos intelligebat, quomodo potuerit ad hanc humanitatem inuitare, quoniam refectio mortali carni necessaria est, non immortalitati angelorum. Abra-
35 ham autẽ & Sara seniores progressi in die- Gen. 18
bus: defecerant autẽ Saræ fieri muliebria. Seniorum ætas minor est q̃ senum: quãuis & senes appellentur seniores. Vnde si vera sunt quæ à nonnullis medicis asseruntur, quoniam senior vir cum muliere seniore filios facere non potest, etiam si adhuc fœminæ muliebria veniant, secundum hoc admi-
Gen. 17 ratum Abraham de promissione filij, & miraculum posuisse Apostolum, accipere possumus, vbi dixit, Emortuum corpus Abra-
Rom. 4. hæ. Emortuum quippe corpus non ita telligendum est, ac si omnino nullam vim
H generandi habere posset, si mulier iuuenilis ætatis esset, sed secundum hoc emortuum vt etiam de prouectioris ætatis muliere non posset. Nam ideo de Cethura potuit, q̃ & iuuenẽ illam inuenit. Sic.n. medici tradunt, q̃m cuius corpus viri secundum hoc iam defecit, vt cum fœmina prouectioris ætatis, quanuis menstrua adhuc patiatur, generare non possit, de iuuencula potest. Et rursus mulier, quæ iam pro ectæ ætatis est, quanuis adhuc menstrua fluant, vt de seniore parere non possit, de iuuene potest. Illud itaque ideo miraculum fuit, quia secundum id quod diximus, emortuo corpore viri, fœmina quoque prouectæ ætatis fuit, vt ei desti-
tissent fieri muliebria. Nam quod ait Apo- Rom. 4.
stolus, corpus emortuum, verbo quis premat, quod dixit emortuum? Iam ergo nec animam habuisse, sed cadauer fuisse intelligi debet, quod absurdissimæ falsitatis est. Sic itaque soluitur ista quæstio. Alioquin merito mouet, quomodo cum esset Abraham propè mediæ ætatis, secundum quam homines tunc viuebant: & postea filios de Cethura fecerit, dicatur ab Apostolo, corpore emortuo, & pro miraculo, quia genuit, prædicetur. Et dixit dominus ad Abraham, 36
Quare risit Sara in semetipsa dicens, Ego Gen. 18
vero pariam, ego autem senui? Quæritur I
quare istam redarguit dominus cũ & Abraham riserit, nisi quia illius risus admirationis lætitiæ fuit: Saræ autem dubitationis, & ab illo diiudicari potuit qui corda hominũ nouit. Negauit Sara dicens, Non risi: ti- 37
muit enim. Quomodo intelligebant deum esse qui loquebatur, cum etiam negare ausa sit Sara q̃ riserit, tanquam hoc ille posset ignorare? nisi forte Sara homines eos putabat, Abraham vero deum intelligebat: sed etiam ipse illa humanitatis officia præbẽdo, de quibus supra dixi, quæ necessaria nisi infirmæ carni esse non possent, mirum nisi homines prius esse arbitratus est. Sed fortassis in aliquibus deum loqui intellexit, quibusdam diuinæ maiestatis exist ẽtibus & apparentibus signis: sicut in hominibus deum sæpe apparuisse scriptura testatur. Sed rursus queritur, si ita est, vnde angelos fuisse postea cognouerunt, nisi forte cum eis vidẽtibus iu cœlum issent. Scio enim quia con- 38
stituet filijs suis, & domui suæ post se, vt cu Gen. 18
stodiant vias domini, & faciant iustitiam & iudicium, vt adducat dominus in Abraham omnia quæ locutus est ad illum. Ecce vbi promittit dominus Abrahæ, non solum præ K
mia, sed etiam obedientiam iustitię filiorum eius, vt circa eos etiam præmia promissa cõpleantur. Descendens ergo videbo si se- 39
cundum clamorem ipsorum venientem ad Gen. 18
me consummantur, si autem non, vt sciam: verba hæc si non dubitantis, quid duorum potius euenturum sit, sed irascentis, & minantis accipiamus, nulla quæstio est: More quippe humano deus in scripturis ad homines loquitur, & eius iram nouerũt sine perturbatione eius intelligere qui nouerunt.

Solemus

Solemus autem etiam sic minaciter loqui: Videamus si non tibi facio: aut, videamus si non illi facio: &, si non potuero tibi facere: vel sciam.i.hoc ipsum experibor, vtrum non possim: quod comminando, non ignorando dicitur. Irati apparet affectus: sed perturbatio non cadit in deum. Mos autem humanæ locutionis & vsitatus est, vt humanæ infirmitati congruat cui deus coaptat lo
40 Gen.18 cutionē suam. Quæri solet, vtrum quod de Sodomis dixit deus, nō se perdere locum si inuenirentur illic vel decem iusti, speciali quadam sententia de illa ciuitate, an de omnibus intelligendum sit generaliter, parcere deum loco in quocunque vel decē iusti fue
L rint. In qua quæstione non est quidem necesse vt hoc de omni loco accipere compellamur. Veruntamen de Sodomis potuit & sic dici, quia sciebat deus ibi non esse vel decem: & ideo sic respondebatur Abrahæ, vt significaretur, nec tot ibi posse inueniri, ad exaggerationem iniquitatis illorum. Non enim necesse erat deo tam sceleratis hominibus parcere, ne cum illis perderet iustos, cum posset iustis inde liberatis, reddere impijs digna supplicia: sed vt dixi ad ostendē dam malignitatem multitudinis illius dixit,
Gen.18 Si decem ibi inuenero, parcam vniuersæ ciuitati: tanquā si diceret, Certe possum nec pios cum impijs perdere, nec tñ propterea impijs parcere, q̄a liberatis & separatis inde pijs, possum impijs digna rependere: & tñ si ibi inueniātur, parco: hoc est quia nec tot ibi possent inueniri. Tale aliquid est apud
Hier. 5. Hieremiam vbi ait, Circumite vias Hierusalem, & videte & quærite in plateis eius & cognoscite si inuenietis hominem faciētem iustitiam & quærentem fidem, & propitius ero peccatis eorum.i. inuenite vel vnum & parco cæteris, ad exaggerandum & demonstrandum q̄ nec vnus ibi posset inueniri.
41 Quod occurrit Loth angelis & adorauit in
Gen.19 faciem, videtur intellexisse q̄ angeli essent.
M Sed rursus cum eos ad refectionē corporis inuitat, quæ mortalibus necessaria est, videtur putasse q̄ homines essent: ergo quæstio similiter soluitur, vt soluta est de tribus qui venerunt ad Abraham, vt aliquibus signis appareret eos diuinitus missos, qui tamen homines crederentur. Nam & hoc in epi-
Heb.13 stola quæ est ad Hebræos, cum de hospitalitatis bono scriptura loqueretur, ait, Per hanc enim quidam nescientes hospitio receperunt angelos. Quod ait Sodomitis Loth, Sunt mihi duæ filiæ quæ nondum 42
nouerunt viros, producam illas ad vos, vti- Gen.19
mini illis quomodo placuerit vobis, tantum in viros istos ne faciatis iniquum: quoniam prostituere volebat filias suas hac compensatione, vt viri hospites eius nihil à Sodomitis tale paterentur, vtrum admittenda sit compensatio flagitiorum vel quorumcunque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat: an potius perturbationi Loth non consilium tribuendum sit, quia hoc dixerit, merito quæritur: & nimirum periculosissime admittitur hęc compensatio. Si autem perturbationi humanæ tribuitur & menti tanto malo A
permotæ, nullo modo imitanda est. Viros 43
vero qui erant ad ostium domus percusse- Gen.19
runt cæcitate, Græci habent ἀορασία quod magis significat si dici potest, auidentia, quæ faciat non videri non omnia, sed quod non opus est. Nam merito mouet quomodo potuerunt deficere quærendo ostium, si tali erant cæcitate percusi, vt omnino nihil vi- 4 Reg.6
derent. Hoc enim modo sua calamitate tur Luc. 24
bati hac, vlterius ostium non requirerent. ἀορασία & illi percusi sunt qui quærebant Helisæum. Hanc & illi habuerunt qui dominum post resurrectionem cum illo ambulantes in via non cognouerunt, quanuis nō sit ibi hoc verbum positum, sed res ipsa intelligatur. Dixit autem Loth ad illos, 44
Oro domine, quia inuenit puer tuus mise- Gen.19
ricordiam ante te, & magnificasti iustitiam tuam quam facis in me vt viuat anima mea: ego autem nec possum saluus fieri in monte, ne forte compræhendant me mala & moriar. Hac perturbatione timoris non credebat ipsi domino quem in angelis cognoscebat, qua etiam illud de filiabus suis prostituendis dixerat: vt intelligamus non B
eo authoritate habendum, quod dixit de turpitudine filiarum: non enim & hoc pro authoritate habendum est, deo non esse credendum. Et recordatus est deus Abrahā, 45
exemit Loth de medio euersionis. Com- Gen.19
mendat scriptura meritis magis Abrahæ liberatum esse Loth, vt intelligamus iustum Loth dictum secundum quendam modum, maxime q̄ vnum verum deum colebat, & propter comparationem scelerū Sodomorum, inter quos viuens ad vitam similem non potuit inclinari. Ascendit autē Loth 46
de Segor, & sedebat in monte. Mirum vbi Gen.19
ipse mons est in quem sponte ascendit, quo

quo admonente dño ascendere noluit: aut
47 enim nullus est alius, aut non apparet. Ti
Gen.19 muit enim habitare in Segor. Infirmitati eius dūs & timori concesserat ciuitatem q̄ Loth ipse delegerat: & in ea promiserat ei securitatem, q̄ propter illū parceret ciuitati: tū ibi etiam esse timuit, fides ita eius non
48 magni roboris fuit. Dixit aūt Abraham
Gen.20 de Sara vxore sua, soror mea est. Timuit.n. dicere, vxor mea est, ne forte occiderent eū viri ciuitatis propter illā. Quæri solet quomodo adhuc in illa ætate pro Saræ pulchritudine Abraham periclitari metuebat. Sed magis formæ illius vis miranda est, quę ad-
C huc adamari poterat, quàm quæstio difficilis putāda. Quod ait deus ad Abimelech,
49 Gen.20 Propter Saram peperci tibi vt non peccares in me, quando eum admonuit, vxorem Abrahæ esse quam putabat sororem. Aduertendum est & notandum, in deum peccari, quando talia committuntur quæ putant homines leuiter habenda, tanquam in carne peccata. Quod autem dixit ei, ecce tu morieris: Etiam hoc notandum est, quomodo dicat deus tanquam prædicens sine dubio futurum, quòd admonendo dicit vt à peccato
50 Gen.21 abstinendo caueatur. Merito quæritur cur Abrahā nec die quo natus est ei filius, nec die quo circumcisus est, sed die quo ablactatus est epulum fecerit. Quod nisi ad aliquam spiritalē significationem referatur, nulla solutio quæstionis est. Tunc scilicet esse debere magnum gaudium spiritalis ætatis, quando fuerit factus homo nouus spiri-
1.Co.3. talis: id est, non talis qualibus dixit Apostolus, Lac vobis potum dedi non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc potestis,
51 adhuc enim estis carnales. Quæritur Sa-
Gen.21 ra dicente, Eijce ancillam & filium eius: nō enim hæres erit filius ancillę cum filio m
D Isaac: quare contristatus sit Abraham, cum fuerit prophetia, quam vtique magis debuit nosse ipse quàm Sara. Sed intelligendum est, vel ex reuelatione hoc dixisse Saram, quia prius illi fuerat reuelatum, illum vero de hoc postea dominus instruit, paterno affectu pro filio fuisse commotum, vel ambos prius nescisse, quidnam illud esset, & per Saram nescientem hoc prophetice dictum esse, cum illa mota esset muliebri animo pro-
52 pter ancillæ superbiam. Notandum q̄ &
Gen.21 Hismael dictus sit à deo semen Abrahæ: propter illud quod sic accipiendum docet Apo-
Rom.9. stolus quod dictū est, In Isaac vocabitur ti-

bi semen: non filij carnis sed filij promissionis deputātur in semine: vt hoc proprie pertineat ad Isaac, qui non filius carnis, sed filius promisionis fuit vbi promissio fit de omnibus gentibus. Surrexit autem Abra 53
hā mane, & sumpsit panes & vtrem aquæ, Gen.21
& dedit Agar, & imposuit in humeros & puerū, & dimisit illam. Fieri solet quæstio, Quomodo imposuit in humeros puerum tam grandem: Nam qui fuerat antequā natus esset Isaac tredecim annorum circuncisus, cum esset Abraham nonagintanouem, E
& natus sit Isaac centenario patre: Ludebat autem Hismael cum Isaac quando Sara cōmota est, vtique cum grandiusculo qui iam fuerat ablactatus profecto annorū fuit Hismael quando cum matre sua de domo patris expulsus est, amplius sexdecim. Sed vt hoc quod cum paruulo Iusit, per recapitulationem accipiamus dictum, tanquam ablactaretur Isaac: profecto etiam sic amplius quàm tredecim annorum puer in humero matris cum vtre & panibus nimis absurdū est vt impositus esse credatur. Quàm facilè autem soluitur quæstio, si non subaudiamus, imposuit, sed dedit. Dedit enim Abraham sicut scriptum est, matri ei panes & vtrem, quæ illa imposuit in humeros suos. Cum autem adiunctum & dictum esset, puerum: subaudiamus dedit, qui panes & vtrem dederat, non in humeros imposuit.

Defecit autem aqua de vtre, & proiecit 54
puerum sub vnam abietem, & discesit, & Gen.21
sedere cœpit contra illum longe quantum arcus mittit. Dixit enim. Non videbo mortem filij mei, & sedit contra eum. Exclamans autem puer plorauit. Et exaudiuit deus vocem pueri de loco vbi erat. Et vocauit angelus domini Agar de cœlo, & dixit ei, Quid est Agar? Noli timere, exaudiuit enim deus vocem filij tui de loco in quo est: Surge, accipe puerum & tene illum F
in manu tua, In magnam enim gentē faciā illum. Solet quæri quomodo cum puer esset annorum amplius quindecim, proiecerit eum mater sub arborem & ierit longe quantum arcus mittit, ne videret eum morientem, quasi eum quem portabat proiecerit, ita videt sonare quod dicitur, maxime, quia sequitur, fleuit puer. Sed intelligendum est, proiectum esse, non à portante, sed vt sit ab animo, tanquam moriturum. Neque enim quod scriptum est, Proiectus sum à facie oculorum tuorum, portabatur

qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui hoc dixit. Et est in quotidiano loquendi vsu, cum proijcitur aliquis ab aliquo cũ quo erat, ne ab illo videatur aut cũ illo maneat: Intelligendum est autem q̃ scriptura tacuit, ita discessisse matrem à filio, vt puer ignoraret quò mater abierit: & eam in syluestribus stirpibus latuisse, ne filium siti deficientem videret. Ille autem etiam illa æta te, quid mirum si matre diutius non visa & tanquam perdita eo loco vbi solus remanserat fleuit? Quod ergo postea dicitur, Accipe puerum, non vt eum de terra velut iacẽtem tolleret dictum est, sed vt ei coniũgere
G tur & eum manu teneret deinceps comitẽ, sicut erat: quod plerunq; faciunt simul ambu-
55 lantes cuiuslibet ætatis. Factum est au-
Gen.21 tem in tẽpore illo, & dixit Abimelech &c. Quæri potest qñ cum isto Abimelech pactum fecit Abrahã vt appellatus est puteus quem fodit, puteus iurationis: qũo cõgruat veritati: Agar enim de Abrahę domo expulsa cum filio iuxta puteum, sicuti dictum est, iurationis errabat, qui valde postea dicitur factus ab Abraham: ibi enim Abimelech & Abraham iurauerunt, quod nõdum vtique factum fuerat, cum de domo Abrahæ Agar cum filio fuisset expulsa. Quomodo ergo errabat iuxta puteum iurationis? An factum iam fuisse intelligendum est, & per recapitulationem postea commemoratum quod egit Abraham cum Abimelech: sed forte q̃ longe postea librum scripsit, ex nomine putei iurationis appellauit regionẽ in qua cũ filio mater errabat, tanquam diceret, errabat in illa regione vbi puteus iurationis factus est, quamuis puteus postea sit factus, sed longe ante ætatem scriptoris? Sic autem appellabatur puteus cum liber scriberetur,
H nomen tenens antiquum quod imposuerat Abraham. Si autem ipse est puteus quẽ apertis oculis vidit Agar, nihil restat nisi vt per recapitulationem quæstio dissoluatur. Nec mouere debet quomodo puteum quem foderat Abraham nesciebat Agar, si ante est ille fossus quàm illa expulsa. Valde enim fieri potuit, vt pecorum suorum causa, longe à domo in qua cum suis habitabat, puteum
56 foderet quem illa nesciret. Quæri potest
Gen.12 quomodo ad puteum iuramenti agrum plã-
Acto.7. tauerit Abraham, si in terra illa, quemadmodum Stephanus dicit, nec acceperat hæreditatem, nec spatium pedis. Sed ea est intelligenda hæreditas, quam deus munere suo fuerat daturus, non empta precio. Intelligitur autem spatium circa puteum ad illud emptionis pactum pertinere in quo fuerant agnæ septẽ datę, quãdo Abimelech & Abraham sibi etiam iurauerunt. Et tentauit 57
deus Abraham. Quæri solet quomodo hoc Gen.22
verum sit cũ dicat in epistola sua Iacobus, q̃ deus neminem tentet: nisi quia locutione scripturarum solet dici, tentat, pro eo quod est probat. Tentatio vero illa de qua Iacobus dicit, non intelligitur nisi qua quisque Iacob.1
peccato implicatur. Vnde Apostolus dicit, Ne forte tentauerit vos is qui tentat. Nã & 1.Th.3
alibi scriptũ est, Tentat vos dominus deus I
vester, vt sciat si diligitis eum: etiam hoc ge Deu.13
nere locutionis vt sciat, dictum est, ac si diceretur vt scire vos faciat, quoniam vires dilectionis suæ hominẽ latent, nisi diuino experimento etiam eidem innotescat. Vox 58
angeli de cœlo ad Abraham, Ne injicias ma Gen.22
num in puerum, neque facias ei quicquam. Modo enim cognoui, qñ times deum tu. Etiã ista quæstio simili locutione soluitur: hoc est, nunc cognoui qm̃ times deum tu: quod significat, nunc te feci cognoscere. In consequentibus autem hoc genus locutionis euidenter apparet, vbi dicitur, Et vocauit nomen Abraham loci illius, dominus uidit: vt dicatur hodie in monte dominus apparuit: uidit pro eo quod est apparuit, hoc est, uidit, pro eo quod est uideri fecit: significans per efficientem id quod efficit, sicut frigus pigrum, quod pigros facit. Et non pe 59
perciſti filio tuo dilecto propter me. Nun- Gen.31
quid Abraham propter angelum non peper cit filio suo, aut propter deum? Aut ergo angeli nomine dominus Christus significatus est, qui sine dubio deus est, & manifeste a Propheta dictus, magni consilij angelus. Aut q̃ deus erat in angelo, & ex persona Esa.9.
K
dei angelus loquebatur, sicut in Prophetis Gen.31
etiam solet. Nam in cõsequentibus hoc magis videtur apparere vbi legitur. Et vocauit angelus domini Abraham iterum de cœlo, Per me metipsum iuraui dicit dñs: Non ile enim inuenit dominus Christus patrem dominum dicere tanquã suum dominum, illo præsertim tempore antequam sumeret carnem. Nam secundum id quod formam serui accepit, non incongruenter hoc dici videtur. Nam secundũ huius rei futuræ Prophetiam illud est in Psalmo. Domi- Psal.1
nus dixit ad me filius meus es tu. Nam neque in ipso Euangelio facilè inuenimus à Christo deum patrem dominum appellatũ quòd

quòd eius dominus esset, quanuis deum in-
Ioã. 10. ueniamus in illo loco, vbi ait, Vado ad patrem meum & patrem vestrũ, & deũ meũ
Psal.19. & deum vestrũ. Quod autem scriptum est, Dixit dominus domino meo: ad ipsum qui loquebatur refertur .i. dixit dominus meus dño meo, pater. s. filio. Et, Pluit dominus à dño, qui scribebat dixit, vt dñs eius à domi-
60 no eius: id est, dominus noster à domino no-
Ge. 22. L stro pluisse intelligat, filius a patre. Qd̃ in his qui nunciauerunt Abrahæ natos esse filios Melche, nominatur & Camuel pater Syrorum, non vtique qui nunciauerunt, annunciare patrem Syrorum potuerunt: ex origine quippe illius Syrorum ge-
sup quæ nus longe postea propagatum, Sed dictũ est
stio. 55. à persona scribentis, q̃ post omnia illa tẽpora hæc scribendo narrauit, quemadmodum
61 supra diximus de puteo iurationis. Exut
Ge. 23. gens autem Abraham adorauit populum
Deut.6. terræ. Quæritur quomodo scriptum sit,
Lucę.4. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies: cum Abraham sic honorauerit populum quendam gentium, vt etiam adoraret: Sed animaduertendum est in eodem præcepto, non dictum dñm deum tuũ solum adorabis: sicut dictum est, & illi soli seruies: quod est Græce λατρεύσεις: Talis enim seruitus non nisi deo debetur. Vnde damnantur idololatræ, id est, eiusmodi seruitutem exhibẽtes idolis, quæ debetur deo.
Apo.13. Nec moueat quod alio loco in quadam scriptura prohibet angelus hominem adorare se, & admonet vt dominus potius adoretur, Talis enim apparuerat angelus vt pro deo posset adorari, & ideo fuerat corrigendus
62 adorator. Quod Abraham iubet puero
Ge. 24. suo, vt manum suam ponat sub eius femore,
M & sic eum adiurat per dominum deum cœli, & dominum terræ, solet imperitos mouere: non attendentes magnã de Christo ti-
titisse prophetiam, q̃ ipse dominus cœli & dominus terræ in ea carne venturus esset, q̃
63 de illo semore propagata est. Quærendũ
Ge. 23. quid differant auguriationes illicitę ab ea petitione signi, qua petiuit seruus Abrahæ vt ei deus ostenderet, ipsam esse futuram vxorem domini sui Isaac, à qua cum petiuisset vt biberet, diceretur illi, bibe & tu, & adaquabo camelos tuos quoadusque bibere desinent. Aliud est enim mirum aliquid petere quod ipse miraculo signum sit: aliud hæc obseruare, quæ ita fiunt vt mira non sint, sed à coniectoribus superstitiosa vanitate interpretent. Sed hoc ipsum etiam quod mirum aliquid postulatur quo significetur quod quisq; vult nosse, vtrum audiẽdum sit, non parua quæstio est. Eò nanque pertinet q̃ dicuntur qui hoc non recte faciunt, tentare dñm. Nã ipse dñs cum à diabolo tentaretur, testimonium de scripturis adhibuit, Non tentabis dñm deum tuum. Suggerebatur.n.tanquam homini, vt signo Deut. 6.
aliquo exploraret ipse quantus esset, id est, Natt. 4.
quam multum apud deum posset: quod vitiose fit, cum fit. Ab hoc autem discernitur quod Gedeon fecit, pugnæ imminente peri A
culo. Consultatio quippe illa magis q̃ tentatio dei fuit. Vnde & Achaz apud Esaiam ti- Esaiæ.6.
met signum petere, ne deũ tentare videatur cum hoc eum dñs admoneat per Prophetã: credo existimãs q̃ ab ipso Propheta exploraretur, vtrum prę̃cepti memor esset quo tẽtare deum prohibemur. Seruus Abrahæ 64
narrans quæ sibi mandata fuerant à domi- Ge. 24.
no suo, dicit eũ sibi dixisse, Non sumes uxorem filio meo de filiabus Chananę̃orum, inter quos ego habito in terra eorum: sed in domum patris mei ibis & in tribum meã & sumes vxorem filio meo inde: & cætera si legantur quomodo illi mandata sint, sententia eadem reperitur, verba vero non omnia, vel ipsa, vel ita dicta sunt. Quod admonendum putaui propter stultos & indoctos homines, qui Euangelistas hinc calumniãtur, quòd in aliquibus verbis non omnino conueniunt, quanuis rebus atque sententijs omnino non discrepent. Certe enim istum librum vnus homo scripsit, qui ea quæ supradixit cum mandaret Abraham, vel relecta sic ponere potuit si ad rem pertinere iudicaret, cum ueritas narrationis non exigitur, nisi vt rerũ sententiarumq; sit, quibus voluntas, propter quam intimandam ver- B
ba fiunt, satis apparet. Quod habent La 65
tini codices narrante seruo Abrahæ quæ si- Ge. 24.
bi mandauerat dominus eius, Tũc innocẽs erit a iuramento meo vel iuratione meæ. Græci habẽt à maledicto meo, ἔξεσ enim dicitur iuratio, κατάρα maledictum, vnde & κατάρατος vel ἐπικατάρατος dicitur. Proinde oritur quæstio quomodo ista iuratio maledictum posset intelligi, nisi quia maladictus est qui contra iurationẽ fuerit. Si ergo facitis misericordiam, & 66
iustitiam ad dominum meum renũciate mi Ge. 24.
hi. Duo illa quæ assidue ponuntur in alijs sanctis scripturis, & maxime in Psalmis, mi-

Universidad de Deusto Biblioteca

sericordiã & iustitiã, tantundẽ.n. valet, misericordia & veritas, hinc iam apparere cœperunt. Ecce Rebecca in conspectu tuo. Accipiens eam recurre, & sit vxor filij dñi tui quemadmodũ locutus est dominus. Quæritur qñ locutus sit dñs, nisi quia vel Prophetam esse Abrahã nouerant, & prophetice à domino dictum, quod per illum dictũ fuerat, agnoscebant: aut signum illud quod sibi dictum seruus eius narrauit, locutionẽ domini appellauerunt: hoc enim magis de Rebecca expressum est. Nam quod Abraham dixerat non de Rebecca dixerat, sed de aliqua fœmina ex tribu vel cognatione sua: & hoc ad vtrunq;, vt immunis esset à iuramento seruus si non impetrasset, quod vtique non dicitur cum aliquid prophetatur: Certam enim decet esse prophetiã. Qđ Rebeccæ dixerunt fratres eius proficiscenti. Soror nostra es, esto in milia milium & hæreditatem obtineat semen tuum ciuitates aduersariorum tuorum: non Prophetæ fuerant, aut vanitate tam magna optauerũt sed eos quod promiserat deus Abrahæ latere non potuit. Quod scriptum est, Exijt Isaac exercẽri in campo meridie, Qui verbum de hac re Græcum nesciunt, exercitationem corporis putant. Scriptum est autẽ Græc ἀδολεσχαῦλαι, ἀδολεσχίαν vero ad animi exercitationem ptinet, & sæpe vitio deputatur: More autem scripturarum pleruq; in bono ponitur. Pro isto verbo quidã interpretes nostri exercitationem, quidam garrulitatem quasi verbositatem, quæ in bonum quantum ad Latinum eloquium pertinet, vix aut nunquam inuenitur, sed vt dixi in scripturis plerunque in bono dicitur: & videtur mihi significare animi affectum studiosissime aliquid cogitantis cum delectatione cogitationis, nisi aliud sentiunt qui hæc verba Græca melius intelligunt. Adijciens autem Abraham sumpsit vxorem nomine Cethurã. Quæstio & hic esset, si peccatũ est maxime in antiquis dãtibus operam propagãdæ proli. Quidlibet enim hic q̃ incontinentia suspicanda est tanti viri, in illa præsertim iam ætate. Cur autem in hac filios fecerit, qui cum miraculo de Sara fecerat, supra dictum est quanquam nonnulli donum quod accepit Abraham velut reuiuiscentis corporis ad filios procreandos, diu permansisse asserũt, ita vt posset & alios procreare. Sed multo est absurdius de adolescentula potuisse seniorem, quod senior de seniore non posset, nisi deus illic miraculum præstitisset, maxime pp Saræ, non solũ ætatem, verum ẽt sterilitatem. Sanè etiam grandioris ætatis, & sicut scriptura loquitur plenum dierum posse dici seniorem, hoc est presbyterum, hinc intelligi põt, quia hoc Abraham appellatus est qñ mortuus est. Proinde omnis senex iẽt presbyter, nõ omnis presbyter ẽt senex: quia plerũq; hoc est E nomẽ ætatis, q̃ infra senectutem senectuti vicina est, & ex hoc ẽt ipsa à senectute nomen accepit. In Latina autem lingua presbyter senior appellatur, apud Græcos autẽ maxime sicut scriptura loquitur πρεσβύτερος & νεώτερος dicuntur etiã si ætates iuuenum Gala. 4 comparentur, qđ dicimus nos maiorem atque minorem. Verumtamen hoc factum Abrahæ, q̃ post mortem Sarę de Cethura filios procreauit, nõ sic accipiendũ est quasi humana consuetudine & cogitatione tantũ modo substituendę numerosioris prolis hoc factum sit. Sic enim possent accipere homines etiam quod de Agar factum est, nisi Apostolus admoneret illa fuisse facta prophetice, vt in vtrisque personis mulierum earumq; filiorum duo testamenta ad futurorum prænunciationẽ allegorica significatio figuraret. Vnde in isto quoque Abrahæ facto tale aliquid quærendum est, Si non facilè occurrat, ego interim quod occurrit, munera quę acceperunt filij concubinarum, videntur mihi significare quædam dona dei, vel in sacramentis, vel in quibusque signis, etiam carnali populo Iudęorũ & hæreticis data velut filijs cõcubinarum, cum hæreditatis munus, quod est charitas & vita æterna, non nisi ad Isaac pertineat, hoc est, ad filios promissionis. Quid sibi vult quod scriptum est, Hęc sunt nomina filiorum Hismaël secundum nomina generationem eorum? Non enim satis lucet cur additum sit, secundum nomina generationum eorum: cũ ij soli nominentur quos ille genuit, nõ etiam qui ab ipsis geniti sunt. Nisi forte quia nationes ex illis propagatæ eorum nominibus appellantur, & hoc significatum sit cum dictum est, secundum nomina generationum eorum, quãuis hoc modo illæ nationes sint potius secũdum nomina istorum, non ista nomina secundum illas nationes, quia illæ posterius exiterunt. Vũ notãda locutio est, quia & postea de illis dicitur, duodecim principes secũdũ gẽtes eorum. Quod de Rebecca scriptũ est,

est, quia venit interrogare dñm eum gestirent puerperia in vtero eius: quæritur quo ierit. Non.n. erant tunc Prophetæ aut sacerdotes secundum ordinẽ tabernaculi, vel templi dñi. Quo ergo ierit merito mouet, nisi forte ad locum vbi aram constituerat Abraham. Sed illic quomodo responsa dentur, omnino tacet scriptura, vtrum per aliquem sacerdotum quod incredibile est, si erat non fuisse nominatum & nullam omni G no sacerdotum aliquorum factam esse mentionem. An forte ibi cum orando allegassent desideria sua, dormiebant in loco, vt per somnium monerentur? an adhuc viuebat Melchisedech, cuius tanta fuit excellentia, vt à nonnullis dubitetur, vtrum hõ, an angelus fuerit? an erant aliqui tales ẽt illo tpe homines dei in quibus posset deus interrogari? Quicquid horũ est, & si quid aliud qđ me forte ne commemorarem præterierit, mentiri tñ scriptura non potest, quæ dixit Rebeccam ijsse ad interrogandum dñm, eiq; do 73 minum rñdisse. In eo q̃ dũs rñdit Rebec Gen. 25 eæ, duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo separabuntur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori: spiritali intelligentia, carnales in populo dei significantur per maiorem filium & spiritales per minorem quia sicut dicit Apo 1. Co. 15 stolus, Non prius quod spirituale, sed quod animale, postea spirituale. Solet & sic intelligi hoc quod dictum est, vt in Esau figuratus sit maior populus dei, hoc est, Israeliticus secundum carnem: per Iacob autem figuratus sit ipse Iacob secundum spiritalẽ progeniem. Sed etiam historica proprietate hoc rẽ ipsum inuenitur esse completum, vbi populus Israel, hoc est Iacob minor filius, superauit Idumæos, hoc est gentem quam propagauit Esau, eosq; fecit tributarios per Dauid, quod diu fuerunt vsq; ad regem Ioram, sub quo Idumæi rebellauerunt, & iugum Israelitarum Idumæi à ceruice sua deposuerunt: secundum Prophetiam ipsius Isaac, quando minorem maiore benedixit, hoc enim dixit & de posteriori, cum & ipsum postea benediceret. Ia- 74 cob autem erat homo simplex, habitans do Gen. 25 mum. Quod Græce dicitur ἄπλαστος, hoc Latini simplicem interpretati sunt, à propriã ἄπλαστος non fictus, vnde aliqui Latini interpretes, sine dolo, interpretati sunt, dicentes, Erat Iacob sine dolo habitant in domo: vt magna sit quæstio, quo per dolum acceperit benedictionẽ qui erat sine dolo. Sed ad significandum magnum aliquid qđ scriptura prætermisit. Hinc enim maxime cogimur ad intelligenda illo loco spiritalia, quia sine dolo erat qui dolum fecit. Vnde quid sentiremus, ne sermone quodam ad populum habito satis diximus. In eo 75 quod scriptum est, Facta est autem fames Gen. 26 super terram præter famem, quæ ante facta I est in tempore Abraam: Abijt autem Isaac ad Abimelech regem Philistinorum in Gerara. Quæritur, hoc quando sit factũ vtrum posteaquã Esau vendidit primogenita sua cibo lenticulæ, post illam quippe narrationem hoc narrari incipit: an vt fieri solet per recapitulationem narrator ad ea reuersus sit, cum progressus de filijs eius ad eum locum peruenisset qui de lenticula commemoratur. Mouet autem, quia ipse inuenitur Abimelech qui etiam Saram concupiuerat. Ipsius enim paranymphus & princeps militiæ, qui ibi commemorati sunt etiã hic commemorantur, vtrum vel viuere potuerint. Quando.n. factus est amicus Abrahæ, nõdum natus erat Isaac, sed iam promissus. Ponamus antequã nascerẽ Isaac, illud fuisse factum. Deinde Isaac suscepit filios cũ esset annorum sexaginta: illi autem iuuenes erant qñ vendidit Esau primogenita sua. Ponamus etiã ipsos circa viginti annos fuisse, fiunt anni ætatis Isaac vsq; ad illud factum filiorum eius, circiter octoginta. Adolescentem accipiamus fuisse Abimelech quando matrem ipsius concupiuit, & Abrahæ amicus est factus. Potuit ergo iam esse quasi cẽtenarius, si post illud factum filiorum suorũ K perrexit in eam terram famis necessitate Isaac. Non ergo ex hoc cogit vlla necessitas per recapitulationem putare narratam profectionem Isaac in Gerara. Sed quia ibi diuturno tempore fuisse Isaac scribatur, & puteos fodisse, & de his contendisse, & ditatum fuisse pecunia, mirum nisi recapitulãdo ista commemorãtur, quæ ideo fuerant prætermissa, vt primum de filijs eius vsq; ad illum locum de lenticula narratio perueniret.

Ideo quod scriptum est de Isaac, Benedixit eum autem dñs, & exaltatus est homo, 76 Gen. 26 & procedens maior fiebat quoadusque magnus factus est valde: secundum terrenam fœcilitatẽ dictũ sequentia docent. Exequitur.n. narrator eisdem eius diuitias, quibus magnus factus est, & hinc motus Abimelech, timuit illum ibi esse, ne potentia eius

sibi esset infesta. Quanquã ego spiritale aliquid ista significent, tñ secundum id q̃ ita contigerunt, ideo præmissum est, benedixit eum dñs, vt sanã fide intelligamus etiã ista temporalia dona, nec dari posse, nec sperari debere, etiam cum ab infirmioribus appetuntur, nisi ab vno deo: vt qui in minimis
Luc.16. L fidelis est, etiam in magnis fidelis sit: & qui in mammona iniquo fidelis inuentus est, etiam verum accipere meretur, sicut dominus in Euangelio loquitur. Talia etiam de Abraham dicta sunt, q̃ ei munera dei prouenerint. Vnde non parum ædificat sanã fidem pie intelligentibus ista narratio, etiã si de his rebus allegorica significatio nulla pos
77 set exculpi. Fiat execratio inter nos & in-
Gen.26 ter te, id est, iuratio quæ maledictis obstringit, quæ accidant ei qui peierauerit: secundũ quam consyderandum est quod & seruus Abrahæ commemorauit, narrans eis à qui-
78 bus accepit uxorem dño suo Isaac. Quid
Gen.26 est quod scriptum est, quòd cum veniissent pueri Isaac & dixissent, Fodimus puteum & non inuenimus aquam: appellauit eundem puteum Isaac iuramentum? An quanuis factum sit, in aliquã significationem sine dubio ducẽdum est spiritalem: qm̃ nihil habet conuenientæ secundum literam, vt ideo iuramentum appellauerit puteum, q̃ ibi aqua non sit inuenta: quanquam alij interpretes pueros Isaac inuentam potius aquam nunciasse dixerunt, sed etiam sic quare iuramentum appellatum est, vbi nulla facta fuerunt
79 iuramenta? Qm̃ tantus Patriarcha Isaac
Gen.27 antequam moriatur quærit à filio suo venaM tionem & escam, qualem amat pro magno beneficio & promittit benedictionem, nullo modo vacare arbitramur significatione prophetica: maxime qm̃ festinat vxor eius vt illam benedictionẽ minor accipiat, quem ipsa diligebat, & cætera in eadem narratione multum mouent ad maiora intelligenda
80 vel requirenda. Quod habent Latini Co-
Gen.27 dices, Expauit autem Isaac pauore magno valde: Græci habent, ἐξέστη ἔκστασιν μεγάλην σφόδρα vbi tanta commutatio intelligitur, vt quædam mentis alienatio sequeretur. Ipsa enim proprie dicitur ecstasis. Et quia solet in magnarum rerum reuelationibus fieri, in hac intelligendum est factam esse spiritalem admonitionem, vt confirmaret benedictionem suam filio minori, cui potius irascendum fuit quòd fefellerit patrem. Sic & de Adam cum prophetatur hoc sacramentum magnum, quòd dicit Apostolus in Christo & in ecclesia, Erunt duo in carne vna, dicitur q̃ ecstasis præcesserit.

Quo annunciata vel renũciata sunt uer- 81
ba Esau Rebeccæ, quibus comminatus est Gen.27
occidere fratrem suum, cum scriptura dicat, hoc eũ in sua cogitatione dixisse, nisi quia hinc nobis datur intelligere, q̃ diuinitus ei A
reuelabantur omnia. Vnde ad magnum mysterium pertinet, q̃ filium suum minorem
pro maiore voluit benedici. Quod ha- 82
bent Latini codices, Isaac dicente filio suo, Gen.28
Vade in Mesopotamiã in domum Bathuel patris matris tuæ, & sume inde tibi vxorem: Græci codices non habent uade, sed fuge: hoc est, ἀπόδρασθι. Vnde intelligitur etiam Isaac cognouisse, quod filius eius Esau de fratre suo in cogitatione sua dixerit. Et
fuarexit Iacob de somno suo, & dixit quia est dominus in loco hoc, ego autem nesciebam: & timuit, & dixit, quàm terribilis locus hic, hic non est nisi domus dei, & hæc est porta cœli. Hæc uerba ad Prophetiam pertinent, quia ibi futurum erat tabernaculum quod constituit dominus in hominibus in primo populo suo. Portam autem cœli sic intelligere debemus, tanquam inde fiat aditus credentibus capessendum regnum eorum. Quod statuit lapidem Iacob quẽ 84
sibi ad caput posuerat, & constituit eum ti- Gen.28
tulum, & perfundit illum oleo, non aliquid idololatriæ simile fecit. Non enim uel tunc B
uel postea frequentauit lapidem adorando, uel ei sacrificando, sed signum fuerat in prophetia euidentissima constitutum, quæ pertinet ad unctionem, Vnde Christi nomen à chrysmate est. Et uocauit Iacob no- 85
men loci illius Domus dei, & Vlamaus erat Gen.28
nomen ciuitati ante. Iuxta ciuitatem dorsisse si intelligatur, nulla quæstio est. Si autem in ciuitate, mirum uidetur quomodo potuerit illum titulum constituere. Quod autem uouit uotum si prosperaretur eundo & redeundo, decimasque promisit domui futuræ in loco illo, prophetia est domus dei: ubi & ipse rediens deo sacrauit, non illum lapidem deum appellans, sed domum dei, id est, quia in illo loco futura erat domus dei. Quod uenit Rachel cum oui- 86
bus patris sui, & dicit scriptura, quòd cum Gen.29
uidisset Iacob Rachel filiam Laban fratris matris suæ, accessit & reuoluit lapidem ab ore putei: magis notandum est aliquid scripturam prætermittere quod intelligere

ligere debemus q̃ vllam quæstionem esse mouendã. Intelligitur.n. q̃ illi cum quibus primo loquebatur Iacob, interrogati q̃ esset quæ veniebat cum ouibus, ipsi dixerunt filiã esse Laban, quã vtiq; Iacob nõ nouerat: sed illius interrogationẽ rñsionemq̃; illorum scriptura prermittens, intelligi voluit.
87 Quod scriptum est, Osculatus est Iacob
Ge. 29. Rachel, & exclamans voce sua fleuit, & in-
C dicauit ei, quia frater est eius, & quia filius Rebeccæ est: Cõsuetudinis quidẽ fuit, maxime in illa simplicitate antiquorũ, vt propinqui propinquos oscularent, & hoc hodie fit in multis locis. Sed q̃ri potest quo ab incognito illa osculũ acceperit, si postea indicauit Iacob propinquitatẽ suam. Ergo intelligẽdum est, aut illum qui iam audierat quę illa esset, fidenter in eius osculum irruisse, aut postea scripturã narrasse per recapitulationẽ quod primo factum erat, id est, quòd indicauerit Iacob quis esset: Sicut de paradiso postea dicitur, quomodo deus eum in-
Gen. 2. stituerit, cum iam dictum esset, quòd planta uit deus paradisum, & posuerit illic hominem quem finxerat: & multa alia per recapitulationem dicta intelliguntur. Quod
88 scriptum est, Seruit Iacob pro Rachel an-
Ge. 19. nis septem, & erant in cõspectu eius velut pauci dies, eo quòd diligebat illam, quærendum quomodo dictum sit, cum magis etiã breue tempus longum esse soleat amantibus. Dictum est ergo propter laborem seruitutis, quem facilem & leuem amor faciebat. Si parum aduertatur rei huius narra
89 tio, putabitur quòd postea quam Liam Ia-
Ge. 29. cob duxit vxorem, deinde seruiuit alios se-
D ptem annos pro Rachel, & tunc eam duxit. Veruntamen non ita est, sed Laban ei dixit, Consumma itaque septimanam istius, & dabo tibi & hanc pro opere quod operaberis apud me adhuc septem annos alios. Q̃ itaque ait, consumma septimanam istius: ad nuptiarum celebrationem pertinet, quæ septem diebus celebrari solent. Hoc itaque ait, Imple dies nuptiarum septem per tes ad istam quam duxisti, & dabo tibi, & hanc pro eo quod operaberis apud me adhuc septem annos alios. Deinde sequitur, Fecit autem Iacob sic, & impleuit septimanam eius, id est, septem dies nuptiarũ Liæ: & dedit illi Laban Rachel filiam suam ipsi uxorem. Dedit autem Laban Rachel filiæ suæ Balam ancillam suam ei ancillam, & intrauit ad Rachel. Dilexit autem Rachel magis quàm Liam, et seruiuit illi septẽ annos alios. Vtique apparet quia posteaquã duxit Rachel, tunc seruiuit pro ea septem annos alios. Nimis enim durum, & valde iniquum fuit, vt deceptum adhuc differret alios annos septem, & tunc eam traderet q̃ primo debuit. Septem diebus solere nuptias celebrari, etiam liber Iudicum ostendit in Iudi. 14.
Sansone quãdo fecit potum septem diebus. E
Et addidit scriptura, quòd sic solerent facere iuuenes: fecit autem hoc propter nuptias suas. Nõ facile dignoscit, quas cõcubinas 90
appellet scriptura, quas vxores, quandoquidẽ & Agar dicta est vxor quæ postea dicitur concubina, & Cethura, & ancillæ quas Ge. 16.
dederunt Rachel & Lia viro suo. Nisi for- Ge. 26.
te omnis concubina vxor, non autem om- Ge. 30.
nis vxor concubina more loquendi scripturarum appelletur, id est, vt Sara & Rebecca, & Lia & Rachel concubinę dici nõ possint: Agar vero & Cethura, & Bala & Zelfa & vxores & concubinæ. Quod Latini habent: nato filio Liæ de Zelfa, quòd dixe- 91
rit, Beata facta vel fœlix facta sum: Græci Ge. 30.
habent εὐτύχη, quod magis bonam fortunam significat. Vnde videtur occasio non bene intelligentibus dari tanquam illi homines fortunam coluerint, aut hoc verbum diuinarum scripturarum authoritas in usu receperit: sed fortuna intelligenda est pro his rebus, quæ fortuitu videntur accidere, non quia numen aliquod sit, cum hæc ipsa tamen quæque fortuita videntur, causis occultis diuinitus dentur. Vnde etiam verba, quæ nemo potest auferre à consuetudine loquendi, parata sunt, id est, forte & fortasse, & forsitan, & fortuitu. Vnde videtur in Græca lingua resonare, quod dicit τάχα F
velut ab eo quod est τύχη. Aut certe Lia propterea sic locuta est, quòd adhuc gentilitatis consuetudinem retinebat. Non enim hoc Iacob dixit, ut ex hoc data huic verbo 92
putetur authoritas. Quod Iacob dixit, Ge. 30.
Et benedixit te dominus in pede meo: satis aduertendum est, & notandus scripturarũ sensus, ne cum ita quisque locutus fuerit, quasi augurari videatur. Multum enim interest qd adiecit, Benedixit te dominus in pede meo. In ingressu enim meo voluit intelligi, hinc gratias agens deo. In facto Ia- 93
cob cum virgas excorticauit, detrahens vi- Ge. 30.
ride vt album varie appareret, & sic in cõspectu fœtus pecorum variarentur, cum matres in alueis aquarum biberent, & vi-

sis virgis illam varietatem conciperẽt, mul
tã dicuntur similiter fieri in animalium fœ
tibus: sed & mulieri accidisse traditur, & scri
ptũ reperitur in libris antiquissimi & peri
tissimi medici Hippocratis, quòd suspitio
ne adulterij fuerat punienda cum puerum
Forte Galeni: pulcherrimum peperisset vtiq; parenti ge
neriq; dissimilem: nisi memoratus medicus
G solvisset quæstionem, illis admonitis quære
re, ne forte aliqua talis pictura esset in cubi
culo, qua inuenta mulier à suspicione libe
rata est. Sed ad hãc rem q̃ fecit Iacob virga
rum ex diuersis arboribus trium copulatio
quid contulerit vtilitatis, quod attinet ad va
rias pecudes multiplicandas, nõ apparet om
nino, nec aliquid ad hoc commodum inte
rest, vtrum ex vnius generis ligno varien
tur virgæ, an plura sint lignorum genera,
cum sola quæratur lignorum varietas: ac p
hoc cogit inquiri prophetiam, & aliquã fi
guratam significationem res ista, q̃ sine du
bio vt Propheta fecit Iacob, & ideo nec
fraudis arguendus est. Non.n. tale aliquid
nisi reuelatione spiritali eum fecisse creden
dum est. Quod aũt ad iustitiã pertinebat, si
cut alij interpretes apertius hoc narrãt, nõ
ponebat virgas in secundo conceptu ouiũ
quod tanto obscurius, quanto breuius à se
ptuaginta dictũ est, Quæ cũ peperissent nõ
ponebat: quod intelligit, cũ primum pepe
rissent: vt iam non solere ponere intelligat,
94 cum secundo parituræ essent, ne ipse aufer-
Ge. 31. ret oẽs fœtus, quod iniquum fuit. Quod
H Laban dicit. Quare furatus es deos meos:
hic est illud fortasse quod & augurari se di
xerat, & eius filia se bonã fortunã nomina
uerat. Et notandum est q̃ à principio libri
nunc primum inuenimus deos gentium, su
perioribus quippe scripturæ locis deum no
95 minabant. Quid est qđ dicit Iacob soce-
Ge. 32. ro suo, Et decepisti mercedem meam decẽ
agnabus. Hoc.n. quomodo & q̃s factum sit
scriptura non narrat, sed vtiq; factum est
quod iste commemorat. Nam dixit hoc &
vxoribus suis, quãdo eas vocauit in cãpum.
Conquerens enim de patre illarum, ait in
ter cætera, Et mutauit mercedem meã de
cem agnorum, intelligitur ergo per singula
tempora partus ouium, cum Laban vide
ret tales fœtus esse natos quales placuerat
vt ad Iacob pertinerent, pactum fraude
mutasse, & dixisse vt futuro fœtu alios pe
cudum colores haberet in mercede Iacob.
Tunc autem ille virgas varias non suppo-

nebat, & non nascebantur varij; sed vnius
coloris, q̃ Iacob ex nouo pacto auferebat.
Quod cũ vidisset Labã, rursus pactũ frau
de mutabat ut ad Iacob varia pertinerẽt,
tunc illarum suppositione virgarum varia
nascebantur. Ergo quod ait Iacob vxori
bus suis, Mutauit mercedem meam decem I
agnorum: & postea ipsi Laban, Decepisti
mercedem meam decem agnabus, non ita
dixit quasi puenerit socero eius ipsa fraus:
vt enim non ei proueniret, deum sibi dixit
aduersus illum fuisse: docẽ vero agnos vel
decem agnas, pro decem temporibus posuit
quibus oues quas pascebat per sexennium
pepererunt. Bis quippe pariebant in anno.
Contigerat autem vt primo anno, quo in
ter se pacti sunt, & ad eas pascendas placito
huius mercedis accesit, quòd semel pareret
in fine anni, quia cum accesisset iam semel
pepererant. Rursusque sexto anno, id est, vl
timo, cum semel peperissent, exorta neces
sitate profectionis prius recederet quam ite
rum parerent: ac per hoc cum primus an
nus atque vltimus duos ouium partus sub
illa haberent, hoc est, singulos, medij vero
quatuor anni binos, fiunt omnes decẽ. Nec
mirum quòd hæc decem temporibus nasce
bantur, velut si quisquam dicat per tot vin
demias, aut per tot messes, quibus numerus
intelligatur annorum. Vnde ait quidam, Virgi-
post aliquot aristas: per aristas videlicet lius in
messes, & per messes annos significans. Re- Bucco-
cudum autem illius regionis fœcunditas, si- Aeglogã
cut Italarum tanta fertur, vt bis in anno pa prima.
riant. Sumpsit aũt Iacob lapidem & con- K
stituit eum titulum. Diligenter animad- 96
uertendum est quomodo istos titulos in Ge. 31.
rei cuiusque testimonio constituebant.
Non vt eos pro dijs colerent, sed vt eis ali-
quid significarent. Quòd aceruum la- 97
pidum quem inter se constituerant Laban Ge. 31.
& Iacob, aliquanta diuersitate appellauer
runt vt eum vocaret Laban aceruum testi
monij, Iacob aceruum testem traditur ab
qui & Syram & Hebræam linguam no
uerunt, propter proprietatem suæ cuiusque
linguæ factum. Fieri enim solet vt alia lin
gua non dicatur vno verbo, quod alia dici
tur, & vicinitate significationis quidque
appelletur. Nam postea dicitur, ppter hoc
appellatum est nomẽ aceruus testatur. Hoc
enim medie positum est quod vtrique con
uenire, & ei qui dixerat aceruus testimo
nij, & ei qui dixerat aceruus testis.

Quid

98 Quid est quod loquendo Laban ad Ia-
Gen.21 cob dicit. Testatur aceruus hic, & testatur
titulus hic, propter appellatur nomen, acer
uus testatur: & visio q̃ dixit. Respiciat deus
inter me & te: nisi forte ordo est, & visio q̃
L dixit, deus respiciat inter me & te? Deus q̃p
99 pe illi dixerat in visione, ne læderet & dele-
ret Iacob. Quid est quod dicit in conse-
Gen.31 quentibus Laban, Vide nemo nobiscum est,
nisi forte nemo extraneorum, aut propter
testificationem dei, q̃ ita habere deberent,
tanquam nemo cum eis esset quem testimo-
100 nio eius adiungerent. Et iurauit Iacob
Gen.31 per timorem patris sui Isaac: Per timorem
vtiq; quo timebat deum, quem timorem e
tiam superius commendauit, cum diceret
Deus patris mei Abrahæ, & timor patris
101 mei Isaac est. Castra dei quæ vidit Iacob
Gen.32 in itinere, nulla dubitatio est q̃ angelorum
fuerit multitudo: ea quippe in scripturis mi-
102 litia cœli nominatur. Nunciato sibi fratre
Gen.32 suo Iacob veniente obuiam ei cum quadrin
gentis, turbatus est quidem & mente con
fusus, q̃m timuit valde: & visum est homini
perturbato diuisam multitudinem suam in
duo castra disponere. Vbi quæri potest, quo
habuerit fidem promissis dei quandoqui
dem dixit, Si venerit ad castra prima frater
meus & exciderit ea, erunt secunda in salu
tem. Sed etiam hoc fieri potuit, vt euerteret
castra eius Esau, & tamen deus post illam
afflictionem adesset & liberaret eum, & quæ
M promisit impleret. Et admonendi fuimus
hoc exemplo, vt quanuis credamus in deũ,
faciamus tñ quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis, ne prætermittentes ea deum tentare videamur. Deniq; post hæc quæ verba dicat idem Iacob, considerandum est. Deus, inquit, patris mei Abraham, & deus patris mei Isaac, domine qui di
xisti mihi, recurre in terram generatio
tuę, & benefaciam tibi, idoneus es mihi ab
omni iustitia & ab omni veritate quæ feci
sti puero tuo: In virga enim mea transiui
Iordanem hunc, nunc autem factus sum in
duo castra: Erue me de manu fratris m
de manu Esau, quia ego timeo illum, ne cũ
venerit feriat me & matres super filios. Tu
autem dixisti, benefaciam tibi, & ponam se
men tuum tanquam arenam maris, quæ nõ
dinumerabitur præ multitudine. Satis in
his verbis & humana infirmitas, & fides pie
103 tatis apparet. Quod Latini codices ha-
Gen.32 bent de Iacob, Dixit enim placabo vultum
eius in muneribus præcedentibus eum: scri
ptor libri qui narrans ait de Iacob, Dixit. n.
placabo uultùm eius: hucusq; verba Iacob
dixisse intelligitur, cætera vero sua intulisse
q̃ ait, in muneribus præcedentibus eum: tã
quam diceret, in muneribus quæ præcede-
bant Iacob, placabo vultum fratris mei. A
Ordo est ergo verborũ Iacob, Placabo vul
tum eius, & post hoc videbo faciem eius, for
sitan enim suscipiet faciem meam. Interpo
sita autem sunt verba scriptoris, in mune
ribus præcedentibus eum. Quod ab illo 104
angelo desiderat Iacob benedici, cui luctan- Gen.32
do præualuit, magna est de Christo prophe
tia. Non eo admonet mysticum aliquid
sapere, quo omnis homo à maiore vult be
nedici. Quomodo ergo ab eo bene dici iste
voluit quem luctando superauit? Præua
luit enim Iacob Christo, vel potius præua
lere visus est, per eos Israelitas à quibus cru
cifixus est Christus, & ab eo tamen bene
dicitur in eis Israelitis qui crediderunt in
Christum, ex quibus erat qui dicebat. Nam Rom.ii.
& ego Israelita sum ex genere Abraham
de tribu Beniamin. Vnus ergo atque idem
Iacob & claudus & benedictus: claudus in
latitudine femoris tanquam in multitudi
ne generis, de quibus dictum est, Et clau-
dicauerunt à semitis suis: Benedictus au- Psal.17.
tem in eis de quibus dictum est, Reliquiæ Rom.ii.
per electionem gratiæ saluæ factæ sunt.

Quid sibi vult quod Iacob ait fratri suo, 105
Propter hoc vidi faciem tuam quemadmo- Gen.33
dum cum videt aliquis faciem dei, vtrum B
pauentis & perturbati animi verba vsq; in
hanc adulationem proruperunt: an secun
dum aliquem intellectum sine peccato di
cta accipi possunt? Fortasis enim quia dicti
sunt & gentium dij quæ sunt demonia, non
præiudicetur ex his verbis homini dei.
Non enim dixit, quemadmodum si videt
faciem dei: sed, cum uidet aliquis: ipse e
nim aliquis quem significare posit incer
tum est: atque ita fortasse temperata sunt
uerba, ut & ipse Esau sibi delatum tan
tum honorem grate acciperet, & qui hæc
etiam aliter intelligere possunt, eum à quo
dicta sunt nullo crimine impietatis argue
rent. Quod etsi benigno animo dicta hæc
uerba fraterna sunt, quoniam & post bo
nam susceptionem metus ipse transierat,
potuit sic dici, quemadmodum & Moy- Exod.7.
ses Pharaonis Deus dictus est, secun- 1.Co.8.
dum quod dicit Apostolus, Etsi sunt

qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra, quẽadmodum sunt dij multi, & dñi multi: maxime quia sine articulo in Græco dictũ est, quo articulo euidentisime solet dei veri vnius fieri significatio: Non enim dixit πρόσωπον τοῦ θεοῦ, sed dixit φεόσωπον θεοῦ facile autem hoc intelligunt qua distantia dicatur, qui Græcum eloquium audire atque
106 intelligere solent. Quæritur vtrum men
Gen.33 daciter promiserit Iacob fratri suo, quòd sequens pedes suorum in itinere propter quos si moraretur, venturus esset ad eum in Seir: hoc enim sicut scriptura deinde narrat, non fecit, sed eo perrexit ex itinere quo dirigebat ad suos. An forte veraci animo promiserat, sed aliud postea cogitando delegit?
107 Quomodo scriptura dicit, quòd vidit Si-
Gen.34 chem filius Emor Enæi, princeps terræ, Dinam filiam Iacob & accepit eã & dormiuit cum ea, & humiliauit eam: & intendit animo Diuę filię Iacob, & amauit uirginem, & locutus est secundũ sensum virginis ipsius. Quo virgo appellatur, si iam cum illa dormierat eãq; humiliauerat? Nisi forte virgo nomen ætatis est secundum Hebræum eloquium: an potius per recapitulationẽ postea cõmemoratur quod primo factum est. Prius enim potuit intendere animæ ipsius & amare virginem, & loqui secundum sensum virginis, deinde cũ illa dormire, eamq; humi-
108 liare. Cum paulo ante loquens Iacob cũ
Gen.33 fratre suo Esau, infantes filios suos esse signi-
Gen.34 ficet, qui Græce dicuntur παιδία, quæri po-
D test quomodo potuerunt facere tantam stragem direptionẽq; ciuitatis, interfectis quanuis in dolore circumcisionis constitutis, pro sorore sua Dina. Sed intelligendum est diu illuc habitasse Iacob, donec & filia eius vir
Gen.33 go fieret & filij iuuenes. Nam ita scriptum est, Et venit Iacob in Salem in ciuitatẽ Sicimorum quæ est in terra Chanaan, cũ aduenit de Mesopotamia Syriæ, & applicuit ad faciem ciuitatis, & emit partem agri in quo statuit illic tabernaculũ suum, ab Emor patre Sichen centũ agnis, & statuit ibi aram & inuocauit deum Israel. Exit autem Dina
Gen.34 filia Liæ quam peperit ipsi Iacob, vt condisceret filias regionis eius: & cætera. Apparet ergo his verbis, non transeunter, sicut viator solet, illic mansisse Iacob, sed agrũ emisse, & tabernaculum constituisse, aram instruxisse, ac per hoc diutius habitasse: filiam vero eius cum ad eam venisset ætatem vt amicas iam habere posset, cõdiscere voluisse filias ciuium loci: atq; ita factam esse pro illa cruentisimam cædem & deprædationem, quæ iam, vt puto, quæstionem non habet. Multitudo.n.nõ parua erat cum Iacob, qui plurimum ditatus fuit, sed filij eius in hoc facto nominantur, quia eiusdem facti E principes atq; authores fuerunt. Quod 109
ait Iacob timens bella finitimorum apud ci- Gen.34
uitatem Salem, quam expugnauerunt filij eius. Ego autem exiguus sum numero, & conuenientes super me occident me: propter bella plurium qui consurgere poterãt, se dixit numero exiguum, non quòd minus multos haberet, quàm possent sufficere ad expugnationem illius ciuitatis, cum suos in itinere in bina castra diuiserit. Dixit 110
autem deus ad Iacob, Surge & ascende in Gen.35
Iocum Bethel & habita ibi, & fac ibi aram deo qui apparuit tibi cum fugeres à facie Esau fratris tui. Quid est quòd non dixit, & fac ibi arã mihi qui apparui tibi: sed deus dicit, Fac ibi aram deo qui apparuit tibi: vtrum filius ibi apparuit, & deus pater hoc dicit, an in aliquo genere locutionis annumerandum sit? Quod Iacob ascensurus 111
Bethel, vbi iussus est aram facere, dixit do- Gen.35
mui suæ & omnibus qui cum illo erãt. Tollite deos alienos qui vobiscum sunt de medio vestri: & cætera. deinde dicitur, & dederunt Iacob deos alienos qui erant in manibus eorum, & inaures quæ erant in auribus eorum, quæritur quare & inaures, quæ si ornamenta erant, ad idololatriam non pertinebant, nisi quia intelligendum est phylacteria fuisse deorum alienorum. Nã Rebeccã F
à seruo Abrahæ inaures accepisse scriptura testatur, quod non fieret si eis inaures habere ornamenti gratia non liceret. Ergo illæ inaures quæ cum idolis datæ sunt, vt dictum est, idolorum phylacteria fuerunt.

Et factus est timor dei in ciuitatibus quæ 112
circa illos erant, & non sunt secuti post fi- Gen.35
lios Israel. Incipiamus enim aduertere quemadmodum deus operetur in hominum mentibus: A quo enim timor dei factus est in illis ciuitatibus, nisi ab illo qui sua promissa in Iacob filiisque tuebatur?

Venit autem Iacob in Luzan quæ est in 113
terra Chanaan, quæ est Bethel. Animad- Gen.35
uertendum est tria iam nomina huius ciuitatis cõmemorata: Vllamaus, quod dictũ est eam prius vocatam, tum illuc prius pergens in Mesopotamiam venisset Iacob: & Bethel, quod nomen ipse imposuit, & interpretatur

pretatur domus dei: & Luza, quod modo commemoratum est, Nec mirum debet videri, multis.n.locis hoc accidit in ciuitatibus, & in fluminibus, & in quibusq; terrarum, vt ex alijs atque alijs causis vel adderentur vel mutarentur vocabula, sicut etiã
G ipsis hominibus. Iterum in Luza apparuit
114 deus Iacob & dixit ei, Nomen tuum iam
Gen.35 non vocabitur Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Hoc ei dicit ecce iterum deus in benedictione, quæ repetitio confirmat magnũ promissum hoc nomine. Nam hoc mirum est, quibus tãtum semel dictum est amplius eos non vocari quod vocabantur, sed quod eis nomen nouũ imponebatur omnino amplius aliquid non vocatos nisi quod eis impositum sit: istum autem per vitam suam & deinceps post vitam suam appellatum esse Iacob, cui non semel deus dixerat, Non iam vocaberis Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Nimirum ergo nomen hoc ad illam recte intelligitur pertinere promissionem, vbi sic videbitur deus quomodo non est anteà patribus visus: vbi non erit nomen vetus, quia nihil remanebit vel in ipso corpore vetustatis, & dei visio summum erit præ-
115 mium. In promisis Iacob dicitur, Gen-
Gen.35 tes & congregationes gentium erunt ex te. Quæritur vtrum gentes secũdum carnem, congregationes autem gentium secundum fidem: an vtrunque propter fidem gentium dictum est, si gentes appellari non possunt
116 vna gens Israel secundum carnem. Ascen-
Gen.35 dit autem deus ab eo loco vbi locutus est cũ
H eo: & statuit Iacob titulum in loco in quo locutus est cum eo: titulum lapideum: & libauit super eum libamen, & infudit super eum oleum, & vocauit Iacob nomen loci in quo locutus est cum eo illic deus, Bethel. Iterum factum est hoc loco quod factũ fuerat, an iterum commemoratum est? Q
quodlibet horum sit, super lapidem libauit Iacob, non lapidi libauit. Nõ ergo sicut idolatræ solent ãras ante lapides constituere,
117 & tanquam dijs libare lapidibus. Quod
Gen.35 duodecim filij computantur Israel qui nati sunt, vt dicitur, Hi sunt filij Israel qui nati sunt ei in Mesopotamia, cum Beniamin longe postea natus sit, cũ iam transisset Bethel, & appropinquarent Bethleem, Frustra quidam conantes istam soluere quęstionẽ, dixerunt non legendum, nati sunt, sicut Latini pleriq; codices habent, sed facti sunt. Græce
.n.scriptum est ἐγένοντο: ita volẽtes intelligi

ẽt Beniamin, quanuis ibi natus non fuerit, ibi factum tñ, quia iam fuerat in vtero seminatus, vt prægnans inde Rachel exisse crederetur. Hoc aũt modo ẽt si nati sunt legeret, possent dicere iam in vtero natum quia cõceptus erat: sicut de sancta Maria dictũ est ad Ioseph, Quod.n.in ea natum est, de spiri Matt. 1.
tu sancto est, sed aliud est quod impedit hãc I
solutionẽ qõnis huius, quia si iam ibi Beniamin conceptus erat, qui filij Iacob grandes inde exierunt, vix annorum duodecim esse potuerunt. Viginti nanque annos illic expleuit, quorum primis septẽ sine coniugio fuit donec seruiendo Lia despõsaretur. Vt ergo primo anno quo duxit vxorem ei filius nasceretur, duodecim annorum esse potuit primitiuus, cum inde profectus est. Proinde si iam conceptus fuerat Beniamin, intra decẽ menses illa omnis via peracta est, & quicqd in itinere scriptũ est de Iacob: Vnde sequitur, vt filij eius tam paruuli pro sorore sua Dina tantã stragẽ fecerint, tot homines trucidauerint, ita expugnauerint ciuitatem: in quibus Simeon & Leui, q primi gladijs accincti intrauerint ad illos homines eosq; peremerint, vndecim vnus, alter decem annorũ fuisse reperiat, ẽt si p singulos annos sine intermissione illa pepererat. Quod vtique incredibile est ab illius ætatis pueris illa omnia fieri potuisse, qũ & ipsa Dina vix adhuc sex annorum fuit. Proinde aliter soluenda qõ est, vt ideo intelligatur dictũ commemoratis duodecim filijs, Hi sunt filij Iacob qui facti sunt ei in Mesopotamia Syrię, q̃a inter oẽs qui tam multi erant, vnus tm K
erat non ibi natus, qui tñ inde habuit nascẽdi causam, q̃ ibi mater eius patri copulata est. Sed solutio ista qõnis aliquo exẽplo similis locutionis firmanda est. Nulla tñ est facilior solutio qõnis huius q̃ vt p̃ synecdochen dictum accipiatur. Vbi.n.pars maior est, aut potior, solet eius nomine ẽt illud cõ præhendi quod ad ipsum nomen non pertinet. Sicut ad duodecim Apostolos iam non pertinebat Iudas, qui ẽt mortuus fuit cum dñs resurrexit à mortuis & tñ ipsius duode- 1.Co.15
narij numeri nomen Apostolus in Epistola sua tenuit, vbi ait, eũ apparuisse illis duodecim. Cum articulo.n.hoc Græci codices habent, vt non possent intelligi quicunque duodecim, sed illi in illo numero insignes. Eo modo locutionis puto & illud a dño dictum, Nonne ego vos duodecim elegi, & Ioan. 6.
vnus ex vobis diabolus est? vt nõ ad electionem

nem etiam ipse pertinere videatur. Non.n. facilè inuenitur electorum nomen in malo, nisi qñ mali eliguntur à malis. Quod si putauerimus & illum electum,ut per eius traditionem domini passio compleretur.i.malitiam eius ad aliquid electã,bene vtente deo ẽt malis: illud attendamus vbi ait, Non de omnibus vobis dico ego scio quos elegi:vbi
Ioã.13. declarat ad electionem non pertinere nisi
L bonos. Ac per hoc illud quod dictum est,
Ioan.6. Ego vos duodecim elegi: per synecdochen dictum est,vt nomine maioris melioriśque partis, ẽt illud complecteretur quod ad ipsum nomen nõ pertinet. Hic modus est in
Gen.34 hoc eodem loco, vbi Emor pro filio suo Sichem,vt acciperet Dinam filiã Iacob,exijt loqui cum eodem Iacob,& venerunt etiam filij eius qui absentes erant, & ad oẽs dicit Emor. Sichen filius meus elegit animo filiã vestram,date ergo illi eam vxorẽ. Quia.n. potior erat partis persona,per synecdochen filiã vestrã dicens, ẽt fratres tenuit hoc no-
Gen.17 mine quorum non erat filia. Hinc est & illud, Curre ad oues, & accipe inde mihi duos hædos, simul.n.pascebantur oues & hædi. Et quia potiores sunt oues, earũ nomine ẽt caprinum pecus complexus est.Sic quia potior erat numerus vndecim filiorũ Iacob qui nati fuerant in Mesopotamia, ipsorum commemoratione scriptura cõplexa est ẽt Beniamin qui non erat ibi natus,& di
118 ctum est,Hi sunt filij Iacob qui facti sunt ei
Gen.36 in Mesopotamia Syriæ. Quod post nar-
M rationem mortis Isaac narratur quas vxores Esau acceperit,& quos creauerit, recapitulatio intelligẽda est, Neque.n.post mortem Isaac fieri cœpit,cum iam essent Esau & Iacob centum viginti annorum. Nam eos sexagenarius suscepit,& vixit oẽs annos vitæ
119 suæ centum octoginta. Quæstio est qũo
Gen.36 scriptura dicat post mortẽ Isaac patris sui Esau abscesisse de terra Chanaan & habitasse in monte Seir, cum veniente de Mesopotamia Iacob fratre eius, legatur q̃ iam illic habitabat. Proinde quid fieri potuerit vt scriptura fallere vel falli non credatur, in promptu est cogitare, q̃.s. Esau posteaquã in Mesopotamiam frater eius abscesit, noluit habitare cum parentibus suis,siue ex illa commotione qua dolebat se benedictione fraudatum,siue aliqua causa vel vxorũ suarum quas odiosas videbat esse parentibus, vel qualibet alia: & cœperit habitare in mõte Seir. Deinde post reditum Iacob fratris sui facta inter eos concordia, reuersus est & ipse ad parentes, & cum mortuum patrem simul sepelissent, quia eos plurimũ ditatos, terra illa sicut scriptũ est minime capiebat, abscesit rursus in Seir, & ibi propagauit gẽtem Idumæorum. Quod scriptum est, A
Hi principes horrei filij Seir in terra Edõ: secundum tempus quo viuebat,scriptor cõmemorat. Cum autem Seir habitaret qui istos genuit,nondum veniente in illam terram Esau,nondum vtique appellabatur terra Edom. Non.n.nomen nisi ab ipso Esau inditum est terræ,qñ idem ipse Esau & Edom vocabatur, de quo propagati sunt Idumæi,hoc est gens Edom. Quod scriptum 121
est,Et ij reges qui regnauerũt in Edom an- Gen.36
tequam regnaret rex in Israel: non sic accipiendum est tanquam omnes reges nominati sint vsque ad ea tempora quibus cœperunt reges in Israel, quorum primus fuit Saul.Multi.n.fuerunt in Edom vsq; ad tẽpora Saul, temporibus etiam iudicum,quorum tempora fuerunt ante reges: sed ex his multis eos solos potuit cõmemorare Moyses qui fuerunt antequam ipse moreretur. Nec mirum est q̃ numerantibus ab Abraham per Esau patrem gentis Edom, atq; p Rahuelem filium Esau, & Zaram filium Rahuelis, & Iobab filium Zara, cui Iobab successit in regno Balach,qui primus in terra Edom rex fuisse commemoratur, vsque ad vltimum regem quem potuit nominare Moyses,plures generationes inueniuntur q̃ numerentur ab Abraham per Iacob vsque B
ad Moysen. Nam illic inueniuntur ferè duodecim,hic autem vsque ad Moysen fermè septem. Fieri.n.potuit,vt ideo ibi plures nominarentur, quia citius moriẽdo plures alter alteri successerũt. Sic etiam cõtigit vt Concor
alium ordinẽ sequens Matthæus ab Abra- dat Mat
am vsq; Ioseph quadragintaduas genera- thæum
tiones numeret. Lucas autẽ in ordine alio cum
numerans generationes, non per Salomonẽ Luca.
sicut ille,sed per Nathan,ab Abraham vsq;
Ioseph quinquagintaquinq; cõmemorat. In illo quippe ordine vbi plures nominantur,citius mortui sunt,q̃ vbi pauciores. Ne forte aũt moueat aliquem q̃ inter reges Edõ cõmemoratur Balach filius Beor,& de similitudine nominis existimet illum esse Balach qui restitit Moysi ducenti populũ Nu.20
Israel, sciat illum Balach Moabitam fuisse nõ Idumæum,eumq; filiũ fuisse Sephor, non filiũ Beor. Sed fuisse etiam ibi tunc filium

Nũ.22. lium Beor Balaam non Balach,quẽ Balaam conduxerat idẽ Balach ad maledicendũ po-
122 pulum Israel. Qũo potuerit mors Isaac,
Gen.35 decem & septem annorum inuenire Ioseph eius nepotẽ,sicut videtur tanquã ex ordine scriptura narrare, quocunq; se quisque con-
C uertat inuenire difficile est. Nolo.n.dicere, nõ posse iueniri,ne forte me fugiat qd̃ aliũ nõ fugit.Si enim post mortem aui sui Isaac, decem & septem annorum fuit Ioseph,quãdo eum fratres in Aegypto vendiderunt, proculdubio & pater eius Iacob decimoseptimo anno filij sui Ioseph centum viginti annorum fuit. Genuit eum autẽ Isaac cum esset annorum sexaginta,sicut scriptum est. Vixit ergo Isaac postea centum viginti annis,quia cẽtesimo octogesimo mortuus est: idcirco dimisit filios centum viginti annos habentes, & Ioseph decẽ & septem. Ioseph autem qñ triginta annorũ fuit,quãdo apparuit in conspectu Pharaonis,secuti sunt autem septem anni vbertatis & duo famis, do nec ad eum pater cum fratribus venit, triginta nouem profecto annos agebat Ioseph quando Iacob intrauit in Aegyptum. Tunc autem idem Iacob, quod ore suo Pharaoni dicit, centesimum & trigesimũ annum agebat ætatis: centum autem & viginti Iacob, quando erat decem & septem Ioseph, quod verum esse nullo modo potest. Si enim decimoseptimo anno vitæ Ioseph, Iacob centũ viginti ageret, proculdubio trigesimo & no
D no anno Ioseph, non centũ triginta,sed centumquadraginta & duos annos agere inueniretur Iacob.Si autẽ die mortis Isaac nondum erat annorũ decem & septem Ioseph, sed aliquantulo tempore post mortem aui sui ad decimumseptimum peruenit annum, quo anno scriptura testante in Aegyptum à fratribus venditus, plurimum etiam quàm centum quadraginta duorum annorum esse debuit pater eius, quando est filium in Aegyptum cõsecutus.Scriptura quippe posteaquam narrauit annum vitæ vltimum Isaac centesimũ & octogesimum, ac eius mortem ac sepulturam, deinde commemorauit quẽadmodum digressus esset Esau à fratre suo de terra Chanaam in montem Seir, & contexuit commemorationem regum & principum gentis ipsius,in qua se constituit,vel quam propagauit Esau. Post hæc narrationem de Ioseph sit intuitu. Habitabat aũt Iacob in terra Chanaam, hæ autem procreaturæ Iacob. Ioseph autem decem & septem annorum erat pascens cum fratribus oues. Deinde narratur causa somniorũ: quemadmodum odiosus fratribus sit factus & venditus. Aut ergo eodem anno decimoseptimo, aut etiã aliquãto maior venit in Aegyptũ, ac per hoc vtrolibet modo permanet quæstio. Si.n.decem & septẽ annorum fuit post E
mortem aui sui,qñ pater eius centum viginti fuit, profecto anno eius trigesimo & nono quando Iacob venit in Aegyptum centum quadragintaduos annos idẽ Iacob agere debuit. Fuit autẽ tunc Iacob centum triginta, ac per hoc si decem & septem annorũ Ioseph in Aegyptum est vẽditus, ante duodecim annos quàm moreretur auus eius,vẽditus inuenitur. Decem enim & septem annorum esse non potuit, nisi ante duodecim annos mortis Isaac cẽtesimo & octauo anno vitæ patris sui Iacob. His enim cũ adiecerimus viginti duos annos quibus Ioseph vsq; ad aduentum patris sui fuit in Aegypto fient ætatis anni Ioseph trigintanouẽ, & Iacob centumtriginta, & nulla erit quæstio. Sed quoniam scriptura post mortem Isaac ista narrauit, putaẽ Ioseph post eiusdem aui sui mortẽ decem & septem annorum fuisse. Quapropter intelligamus de vita Isaac, tanquam multum decrepiti senis tacuisse scripturam, cum iam de Iacob & eius filijs loqueretur,viuo tamen Isaac decem & septem annorum esse cœpit Ioseph. Qd̃ 123
dicit Iacob ad Ioseph, Quod est somnium Gen.37
hoc quod somniasti? Nunquid venientes veniemus ego & mater tua & fratres tui adorare te super terram? Nisi in aliquo mysterio dictum accipiatur, quomodo intelligitur de matre Ioseph quæ iam erat mortua? F
Vnde nec in Aegypto cum sublimaret putandum est hoc esse cõpletum, quia nec pater eum adorauit qñ ad eum venit in Aegyptum, nec mater olim defuncta potuit. In Christi ergo persona facile intelligi potest etiam de mortuis, secundum illud quod dicit Apostolus, Quia donauit ei nomẽ quod Phil.2.
est super oẽ nomen,vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Quæritur quare His- 124
maelitas scriptura quibus à fratribus venGen.37
ditus est Ioseph, etiam Madianitas vocet, cum Hismael sit de Agar filius Abrahę,Madianitæ vero de Cethura? An quia scriptura dixerat de Abraham, quòd munera dederit filijs cõcubinarũ suarũ Agar.s. & Cethurę, & dimiserit eos ab Isaac suo in terrã Orientis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orientis, vnam gentem fecisse intelligendi
125 sunt? De Iacob scriptū est cum lugeret
Gen.37 Ioseph, Congregati sunt autem omnes filij eius & filiæ, & venerunt consolari eū. Quę filiæ præter Dinam? An filios & filias dicit connumeratis nepotibus & neptibus? iam G enim maiores filij eius filios habere potue-
126 runt. Et noluit cōsolari dicens qm descendam ad filium meū lugens in infernū. Solet esse magna quæstio quo intelligatur infernus: vtrum illuc mali tantum, an etiam boni mortui descendere soleant. Si ergo tantū mali, quo iste ad filium suū se dicet lugentem velle descendere? Non.n. in pœnis inferni eum esse credit. An perturbati & dolentis verba sunt, mala sua etiam hinc exaggeran-
127 tis? Et vendiderunt Ioseph in Aegyptū
Gen.37 Petrefræ spadoni, præposito coquorū, No-
&. 39. lunt quidā præposito coquorum interpretari, qui Græce ἀρχιμάγειρος dicitur, sed prępositum militiæ cui esset potestas occidendi. Nam sic appellatus etiā est ille quē Nabuchodonosor misit, penes quem potius in-
128 uenitur primatus fuisse militiæ. Factum
Gen.38 est aūt in tempore illo descendit Iudas à fratribus suis ad hominem quendā Adollamitam cui nomē Hiras. Et vidit illic Iudas filiam hominis Chananæi nomine Sue, & accepit eā, & introiuit ad eam, & concepit & peperit filium: & cætera. Quæritur qm̄ ista fieri potuerunt. Si.n. posteaquam Ioseph deuenit in Aegyptum, quo intra viginti fermè & duos annos, nā post tantum temporis H colligitur eos venisse ad eundem Ioseph fratrem suum in Aegyptū cum patre suo, fieri potuerit, vt Iudæ filij eius ætatis omnes possent ducere vxores? Nam Thamar nurū suam mortuo primogenito suo alteri filio suo dedit: quo etiam mortuo, expectauit vt cresceret tertius. Et cū creuisset, nec illi eam dedit, timens ne & ipse moreretur. Vnde factum est vt eidem socero suo se illa supponeret. Quo ergo hæc omnia intra tam paucos annos fieri potuerint, merito mouet, nisi vt forte solet scriptura per recapitulationē aliquot annos ante venditum Ioseph hoc fieri cœpisse intelligi velit, qm̄ sic positum est vt diceretur, Factum est aūt in illo tempore: vbi tamen quæritur, si decem & septem annorum erat Ioseph quando venditus est, quot annorum esse Iudas potuerit quartus filius Iacob, quando idem ipse primogenitus Rubem, vt plurimum fratrem suū Ioseph qui.que aut sex annos potuerit ætate præcedere. Euidenter aūt scriptura dicit triginta annorum fuisse Ioseph quando innotuit Pharaoni. Cum ergo ipse anno decimoseptimo ætatis suæ venditus fuisse creda I tur, tredecim annos peregerāt in Aegypto ignotus Pharaoni: ad hos aūt tredecim annos accesserunt septē anni vbertatis, & facti sunt anni viginti: his adduntur duo, quia secundo anno famis intrauit Iacob in Aegyptum cum filijs suis, & inueniuntur viginti duo anni quibus abfuit Ioseph à pre & à fratribus suis. Quo medio tpe quo fieri potuerint de vxore & filijs & nuru Iudæ omnia quæ narrātur, indagare difficile est: nisi forte vt credamus, & hoc enim fieri potuit, mox vt adolescere Iudas cœpit, eum incidisse in amorem eius quā duxit vxorem, non- 129
dum vendito Ioseph in Aegyptū. Et de- Gen.3
positis vestimentis viduitatis suæ à se. Hic insinuatur etiam temporibus Patriarcharū certa & sua fuisse vestimenta viduarum, nō vtiq; talia qualia coniugatarum. Quod 130
iterum dicitur, Ioseph aūt depositus est in Gen.3
Aegyptū & possedit eū Petrefres spado Pharaonis: ad ordinem redit scriptura vnde recesserat, vt illa narraret quæ supra digesta sunt. Quod aliqui codices Latini habēt, 131
tria canistra alicæ, cum Græct habeant χονδρειτῶν, quod interpretantur, qui vsum ciusdē linguæ habent, panes esse cibarios. Sed illud mouet, quo panem cibarium potuerit Pharao habere in escis. Dicit.n. in superiore canistro fuisse omnia ex quibus edebat Pha- K
rao, opus pistorū. Sed intelligendum est etiā ipsum canistrum habuisse panes cibarios, quia dictum est, tria canistra χονδρειτῶν, & desuper fuisse illa ex omni genere operis pistoris in eodem canistro superiore: Qđ 132
putabat se stare Pharao super flumen, quē- Gen.4
admodū seruus Abrahæ dixit, Ecce ego sto Gen.2
super fontem aquæ. Nā & ibi Græcus ἐπὶ τοῦ πηγῆς dixit, quemadmodum hic ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ. Hæc locutio si intelligatur in Psalmo vbi scriptum est, Qui fundauit terram Psal.2
super aquam: nō coguntur homines putare sicut nauem natare terrā super aquam. Secundum.n. hanc locutionem recte intelligitur, qp altior sit terra quàm aqua, altius quippe ab aquis sustollitur vbi habitent terrena 133
animalia. Quod scriptū est, Obliuiscen- Gen.
tur vbertatis futuræ in tota terra Aegypti, non futuræ illis qui famem patientur, tanquam postea veniat illis vbertas, sed futura erat tunc quando loquebatur, tanquam diceret,

ret, Vbertatis huius quam futurā significauerunt boues bonæ, & spicæ bonæ, obliuiscentur homines in ea fame quam significa-
134 uerunt boues & spicæ malæ. Nunquid
Gen.41 inuenimus hominem talem qui habeat spi- L
ritū dei in se? Ecce iam nisi fallor tertio in-
Gene.1. sinuatur nobis in hoc libro spiritus sanctus
Gene.6. spiritus dei. Primo.n. dictum est, Spiritus dei ferebatur super aquam. Secundo vbi dicit deus, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis propter quòd caro sunt. Et tertio nunc quod Pharao dicit de Ioseph, esse in illo spiritum dei, nondum tū legimus
135 spiritum sanctum. Et imposuit Pharao
Gen.41 nomen Ioseph Pśotonphanech: hoc nomen interpretari dicitur, occulta reuelauit, ex illo vtique quòd somnia regi aperuit. Aegyptia vero lingua, saluatorem mundi perhibent appellatū isto nomine. Et dedit ei Asse-
136 neth filiam Petrefræ sacerdotis Solis ciui-
Gen.41 tatis ipsi vxorem. Quæri solet cuius Petre-
Ἅλιου πό λεως. fræ, vtrum illius cuius seruus fuit, an alterius: sed credibilius æstimatur alterius. Nā de illo cur non credatur, multa sunt q̄ moueant. Primū, quia scriptura non cōmemorauit, cū videatur hoc non potuisse præterire, quod ad illius iuuenis non paruā gloriā pertinebat, vt eius filiam duceret cuius famulus fuit. Deinde quomodo spado filiam habere potuerit? Sed rīdetur quo vxorem, posteā quippe credit abscisus, vel casu vul- M
neris, vel ꝓpria voluntate. Et qp honor eius non ipse cōmemoratur qui solet, i. qp ἀρχιμάγειρος fuerit, quem principem coquorū Latini interpretes posuerunt: principem aūt militiæ quidam intelligi volunt. Sed etiam hic respondetur, duos illum honores habuisse, & sacerdotium Solis, & militiæ principatū. Congruenter aūt alibi ille honor eius commemoratus est qui talibus actibus congruebat: hic vero posteaquā in Ioseph apparuit non parua diuinitas, ipse honor debuit nominari soceri eius, qui pertineret ad diuinitatem non paruam secundum opinionem Aegyptiorum in sacerdote Solis. Verum in his omnibus, quia & præpositus fuit custodiarum carceris, nimis incredibile est hunc fuisse præpositum officio sacerdotum. Deinde nō simpliciter dictum est, quod sacerdos Solis esset, sed de ciuitate Solis, quæ vocatur Heliopolis: abesse autē dicitur amplius q̄ viginti milibus à ciuitate Memphi, vbi Pharaones, ideſt reges maxime commanebant. Quo ergo deserto officio sacerdotij sui potuit strenue regi seruire militiæ principatu? Accedit etiam qp Aegyptij sacerdotes perhibentur non seruisse semper nisi tēplo deorū suorū, nec aliquid aliud officio egisse. Sed si forte tunc aliter fuit, credat quisq; quod pla- A
cet: nō tamē est quæstio cuius exitus exclausus sit, siue vnus fuerit Petrefres, siue duo. Quodlibet.n. horum quisq; existimet nō est fidei periculosum, nec cōtrariū veritati scripturarum dei. Et congregauit Ioseph trici- 137
cum sicut arenā maris, multum valde quo Gen.41
adusque non potuit numerari, non n. erat numerus: pro eo dictū est, non enim erat numerus, quòd nomen numeri omnis vsitati excederet copia illa, & quomodo appellaretur non inueniebatur. Nā vnde fieri potest vt quantūlibet magnæ, finitæ tamen multitudinis numerus non sit? Quamuis hoc potuerit etiam secundū hyperbolē dici. Et cō- 138
memoratus est Ioseph somniorū suorum Gen.42
qnæ vidit ipse, adorauerant.n. eum fratres sui, Sed aliquid in illis somnijs excelsius inquirendum est: Non.n. potest eo modo de patre eius ac matre compleri, quæ iam mortua fuerat, quod de Sole & Luna cū vidisset, à patre increpāte audierat qui viuebat. Quid est qp Ioseph vir tā sapiens, atque ita non so- 139
lum hominum inter quos viuebat testimo- Gen.42
nio, sed ipsa etiam scriptura teste laudatus, ita iurat per salutem Pharaonis, non exitu- B
ros de Aegypto fratres suos, nisi frater eorū minor venerit, An etiā bono & fideli viro vilis fuerat salus Pharaonis, cui fidem sicut primitus domino suo seruabat in omnibus? Quanto.n. magis ipsi qui eū in tāto honore locauerat, si illi seruauit fidē qui eum seruum emptitium posfidebat? Quòd si nō curabat Pharaonis salutem, nunquid & periurium pro cuiuslibet hominis salute vitare non debuit? An non est periurium? Tenuit enim vnum eorū donec veniret Beniamin, & verum factum est quod dixerat, non exibitis hinc nisi venerit frater vester: Ad omnes enim non potuit pertinere quod dictū est. Nam quomodo esset ille venturus, nisi ad eum ducendum aliqui redissent? Sed qđ sequitur magis vrget quæstionem, vbi iterum iurauit dicens, Mittite ex vobis vnū, & adducite fratrem vestrum: vos autem nō educemini: quoadusque manifesta sint verba vestra si vera dicitis an non: sin autem, per salutem Pharaonis exploratores estis, ideſt si non vera dicitis, exploratores estis. Huic sententiæ interposuit iurationē, quia

C si vera non dixissent, exploratores essent. i. exploratorum pœna digni essent, quos tamen vera dicere sciebat. Neque.n periurus est quisque si ei quem castissimum nouit dicat, si hoc adulterium de quo arguenis commisisti, damnat te deus, & his verbis adhibeat iurationem, verum omnino iurat. Ibi est enim conditio qua dixit, si fecisti, quem tamen non fecisse certum habet. Sed ait aliquis, verum est, quia si fecit adulterium dānat illum deus: hoc autem quomodo verum est, si non verum dicitis, exploratores estis, cum etiam si mentiantur, non sint exploratores? Sed hoc est quod dixi, ita dictum esse, exploratores estis, tanquam si dictum esset, exploratorum pœnā digni estis, hoc est, exploratores deputabimini merito mendacij vestri. Estis autem, potuisse dici, pro habebimini, & deputabimini, innumeræ similes locutiones docent. Vnde est illa Heliæ. 3. Reg. 18 Quicūq; exaudierit in igne, ipse erit deus, Non enim tunc erit, sed tunc habebitur.

140 Quid est q̄ cum inter se pœnitentes filij Israel, loquerentur de fratre suo Ioseph, q̄ cū illo male egerint, & hoc eis diuino iudicio redderetur q̄ se periclitari videbant: adiungit scriptura & dicit, Ipsi ignorabant quod audiebat Ioseph: interpres enim inter illos erat. Hoc scilicet intelligendum est, ideo eos putasse, quia ille nō audierit, q̄ videbat D interpretem qui inter illos erat nihil ei dicere eorum quæ loquebantur: nec ob aliud adhibitum putabant interpretem, nisi q̄ eorum linguam ille nesciret: nec cura erat interpretis ea dicere illi a quo positus fuerat, quæ non ad illum, sed inter se loquebantur.

141 Et iterum accessit ad eos & dixit allis: nec adiungit quid illis dixerit, Vnde intelligitur 142 hæc eadem dixisse quæ dixerat. Et deducetis senectam meam cum tristitia ad infernum. Vtrum ideo ad infernum, quia cum tristitia? An etiam si abesset tristitia, tanquā ad infernum moriendo descensurus hæc loquitur? De inferno enim magna quæstio est, & quid inde scriptura sentiat, locis omnibus vbi forte hoc commemoratum fuerit, 143 obseruandum est. Quod à præpósito domus audiunt, Deus Vester & deus patrum vestrorum dedit vobis thesauros in saccis vestris, argētum autem vestrum probatum habeo: mendacium videtur, sed aliquid significare credendum est. Argentum enim quod & datur & nō minuitur, quia & probatum appellatum est, nimirum illud intelligitur de quo alibi legimus, Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatū, probatum terræ, purgatum septuplum, id est perfecte. Biberunt autem & inebriati sunt E 144 cum eo. Solent hinc ebriosi adhibere testimonij patrocinium, non propter illos filios Gen.43 Israel, sed propter Ioseph qui valde sapiens commendatur: sed hoc verbum & pro satietate solere poni in scripturis, qui diligenter aduerterit, multis in locis inueniet. Vnde Psal.64 est illud. Visitasti terrā & inebriasti eā, multiplicasti ditare eam: eo q̄ in laude benedictionis hoc positum est & donum dei commemoratur, apparet hanc ebrietatem saturitatem significare. Nam ita inebriari vt inebriantur ebriosi, nec ipsi terræ vtile est, quoniam maiore quàm satietati sufficit humore corrumpitur, sicut vita inebriosorum qui non satietate se replent, sed mergūt diluuio. Quòd ait fratribus suis Ioseph, 145 Nesciebatis quia augurio auguratur homo Gen. qualis ego: de hoc augurio etiam mandauit eis dicendum per hominem suum: quid sibi velit, quæri solet: an quia non serio sed ioco dictum est, vt exitus docuit, non est habendum mendacium. Mendacia.n.à mendacibus serio aguntur non ioco. Cum autē q̄ non sunt tanquam ioco dicuntur, non deputantur mendacia. Sed magis mouet quid sibi velit ista actio Ioseph, qua fratres suos, donec eis aperiret quis esset, totiens ludificauit & tanta expectatione suspendit: quod licet tanto sit suauius cum legitur, quanto il F lis sit inopinatius cum quibus agitur tamen sapientiæ illius grauitate, nisi magnum aliquid isto quasi ludo significaretur, nec ab illo fieret, nec ea scriptura cōtineretur in qua est tanta sanctitatis authoritas & prophetarum tanta intentio futurorum: q̄ modo exequi exponendo non suscepimus, sed admonere tātum voluimus quid hic oporteat inquiri. Nam nec illud vacare arbitror, q̄ non ait auguror ego, sed auguratur homo qualis ego. Quod si locutionis genus est, in 146 scripturæ corpore simile aliquid reperien- Gen. dum est. Non negligenter considerandum puto, tantam miseriam in hac perturbatione fratrū suorū quos Ioseph quādiu voluit tenuit, & quanta voluit mora protraxit: non eos vtique faciens calamitosos, quando tantæ etiam ipsorum futuræ lætitiæ exitum cogitabat & totum. hoc quod agebat vt eorum gaudium differretur, ob hoc agebat, vt eadem dilatione cumularetur: tanquam non

non essent condignæ passiones eorum in toto illo tempore quo turbabantur ad futurā G gloriam exultationis quæ in eis fuerat reuelanda, fratre cognito, quem à se perditū esse 147 arbitrabantur. Multa in narratione Iu- Gen.44 dæ aliter dicta sunt quàm cū illis egerat Ioseph, quamuis apud eū loqueretur, vt omnino de illa insinuatione q̄ exploratores essent nihil diceretur. Quod vtrū cōsultū tacitū sit, an & id fecerit perturbationis obliuio, non apparet. Nam & illud quod dixerunt se ab ipso Ioseph interrogatos de patre & fratre suo, se autē illa interroganti indicasse: mirum si vel ad sententiā potest ista peruenire narratio, vt eam constet esse veracē: quanquam & si aliqua falsa in ea sunt, falli potius per obliuionem potuit quàm auderet mentiri: apud eum præsertim cui nō sicut nescienti, sed etiam illa quæ nouerat cū scire ad flectendam eius misericordiam nar- 148 rationi suæ inserebat. Quid est quod di- Gen.45 cit Ioseph, Misit enim me deus ante vos, remanere vestrum reliquias super terram, & enutrire vestrum reliquias: mirum est: hoc .n. non vsquequaque consonat, vt reliquias accipiamus Iacob & filios eius, cum omnes sint incolumes. An forte illud significat alto secretoque mysterio quod ait Apostolus, Ro. 11. Reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factę sunt, quia Propheta prædixerat, Et si fuerit numerus filiorum Israel sicut arena ma- Esa.10. ris, reliquiæ saluæ fient. Ad hoc enim occisus est Christus à Iudeis, & traditus gentibus tanquā Ioseph Aegyptijs à fratribus, H vt & reliquiæ Israel saluæ fierent. Vnde dicit Apostolus, Nam & ego Israelita sum, vt Ro. 11. & plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret, id est ex reliquijs Israel secundū carnē, & plenitudine gentiū quæ in fide Christi secundū spiritū sunt Israel. Aut si & genti illi Israelitæ restat fidei plenitudo, ex qua erant reliquiæ in quibus reliquijs tunc & Apostoli salui facti sunt, hoc significatur ea plenitudine liberationis Is- 149 rael, qua per Moysen ex Aegypto liberata Gen.46 sunt. Intrauit in Aegyptum Iacob & omne semen eius, filij & filij filiorum eius, filiæ & filiæ filiarū eius cū eo. Quærendū quomodo dicat filias & filias filiarū eius, cum filiam vnā legatur habuisse. Superius autē filias eius dixeramus accipi posse neptes eius sicut filij Israel omnes dicuntur, etiam vniuersus populus ab illo propagatus. Sed nūc cum dicit, filias filiarum, propter vnam Dinam pluralis numerus pro singulari positus est, sicut etiam pro plurali singularis solet, nisi nurus eius quisque asserat filias eius potuisse appellari. Quòd dicit scriptura 150 tot animas peperisse Liam: vel tot aut tot I animas exijsse de femoribus Iacob: videndū est quid hinc respondeatur eis qui hoc testimonio confirmare nituntur à parētibus simul animas cum corporibus propagari. Animas enim dictas pro hominibus, à patre totum significante locutione, nullus ambigit. Sed quomodo ipsam partem ex qua totum commemoratum est, hoc est animā, cuius nomine totus homo significatus est, alienemus ab eo quod dictum est, exierunt de femoribus eius, vt carnes tantum ex illo natas, quamuis solæ animæ nominentur, accipiamus, quærendi sunt locutionum modi secundū scripturas. Hi filij Liæ quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ, & Di- 151 nam filiam eius, omnes animæ filij & filiæ Gen.46 eius trigintatres. Nunquid istæ omnes trigintatres animæ ex Lia in Mesopotamia Syriæ natæ sunt? Sed vtique filij & vna filia ex quibus neptes commemoratæ sunt. Si ergo de vno Beniamin quæstio nata fuerat, quando numeratis duodecim filijs Iacob & nominatim commemoratis dictum est, hi filij Iacob qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ: quāto maior nunc quæstio est, quomodo trigintatres animæ ex Lia in Mesopotamia Syriæ natæ sunt: nisi quia illa locu K tio cōfirmatur, tanquā ibi omnes ortæ sint, quorū parentes ibi orti sunt. Deinde & illud iam nō dubium est, in vna filia filias nominari, plurali numero pro singulari posito. Quod legitur sexaginta sex animas intrasse cum Iacob in Aegyptum, exceptis vi- 152 delicet filijs Ioseph, & deinde illis annume- Gen.46 ratis infertur, septuaginta quinque animæ erant cum quibus Iacob intrauit in Aegyptum: sic accipiendum est, qui erant in domo Iacob quando intrauit in Aegyptum. Nam vtique quos ibi inuenit, non cum eis intrauit. Sed quoniam diligentius discussa veritate reperiuntur duo nati iam fuisse cum intrauit, Effrem & Manasses, quod non solū hoc loco Hebræi codices habere dicuntur, verumetiam ipsa septuaginta interpretatio in Exodo declarat, nec septuaginta interpretes mihi in hoc videntur errasse: qui propter aliquā mysticam significationem quadā velut Prophetica libertate hunc numerū cōplere voluerunt, si adhuc viuente Iacob

illi

illi ex duobus filijs Manasse & Effrem ꝓpagati sunt,quos eidem numero domus Iacob aggregandos iudicauerunt. Sed quia in
L ueritur Iacob decem, & septem annos, vixisse in Aegypto, quomodo potuerunt filij Ioseph illo uiuo etiam nepotes habere, non inuenitur. Ingressus est enim Aegyptum Iacob secundo anno famis, nati sunt autem filij Ioseph in annis abundantiæ. Quibuslibet annis ubertatis vsque ad secũdum annum famis, quo ingressus est Iacob in Aegyptum,nouem anni sunt, huc additis decem & septem quibus ibi vixit Iacob vigintisex anni reperiuntur. Quomodo ergo minus,quam uiginti & sex annorum iuuenes etiam nepotes habere potuerunt? Sed neque vlla Hebraica veritate ista soluitur quæstio. Quemadmodũ autem impleri potuit, ut tot nepotes susciperet Iacob anteq̃ intraret in Aegyptum, etiam de Beniamin qui illa ætate uenit ad fratrem? Non solum scriptura filios eum habuisse commemorat,sed & nepotes & pronepotem, qui omnes annumerantur sexagintasex hominibus,cum quibus Iacob in Aegyptum, etiã secundum Hebraicam ueritatem perhibet intrasse. Videndum est etiam quid sibi velit, ꝙ cum Ioseph & filii eius non amplius, quam octo commemorantur. Beniamin uero & eius filii simul undecim reperiantur, nõ decem & nouem omnes sicut sunt octo
M & undecim,sed decem, & octo referantur in summam,& postea Ioseph cum filiis suis non animæ octo,sed nouem fuisse dicantur, cum octo inueniantur. Hæc omnia quæ indissolubilia videntur magnam continent sine dubitatione rationem, sed nescio vtrum possint cuncta ad literam conuenire,præcipue in numeris quos in scripturis esse sacratissimos & mysteriorum plenissimos ex q̃busdam quos inde nosse potuimus dignissi-
153 me credimus. Commendatur in Patriar-
Gen.46 chis, ꝙ pecorum nutritores erant a pueritia sua,& a parentibus suis Et merito,nam hæc est,sine ulla dubitatione iusta seruitus & iusta dominatio,cum pecora homini seruiunt,& homo pecoribus dominatur.Sic.n.
Gen. 1. dictum est cum crearetur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrã & habeat potestatem piscium maris, & volatilium cœli,& omnium pecorũ quæ sunt super terram.Vbi insinuatur rationem debere dominari irrationabili uitæ. Seruum autem hominem homini,uel iniquitas, vel aduersitas dominari fecit. Iniquitas quidem sicut dictum est. Maledictus Chanaan, erit Gen. 9
seruus fratribus suis. Aduersitas vero, sicut Gen.37
accidit ipsi Ioseph, vt venditus a fratribus seruus alienigenæ fieret. Itaque primos ser- A
uos quibus hoc nomen in Latina lingua indi-
ditum est,bella fecerunt. Qui enim homo Seruus
ab homine superatus iure belli posset occi- Mancipium.
di,quia seruatus,est seruus appellatus: inde
& mancipia, quia manu capta sunt. Est.n.
ordo naturalis in hominibus,ut seruiant fœminæ uiris & filii parentibus, quia & illic iustitia est hæc, vt infirmior ratio seruiat fortiori. Hæc igitur in dominationibus, & seruitutibus clara iustitia est, ut qui excellunt ratione,excellant dominatione: quod cum in hoc seculo per iniquitatem hominũ perturbatur,vel per naturarum carnaliu m diuersitatem,ferunt iusti temporalem peruersitatem,in finem habituri ordinatissimã & sempiternam fœlicitatem. Abominatio 153
est enim Aegyptiis omnis pastor ouium. Gen.
Merito Aegyptijs,in quibus figura est præsentis seculi,in quo abundat iniquitas, abominatio est omnis pastor pecorum. Abominatio est enim iniquo uir iustus. Vene- 155
runt autem in Aegyptum ad Ioseph Iacob, Gen.
& filii eius,& audiuit Pharao rex Aegypti, & ait Pharao Ioseph dicens', Pater tuus,& fratres tui uenerunt ad te:ecce terra Aegypti ante te est,in terra optima colloca patrẽ tuum,& fratres tuos. Hæc repetitio non po- B
test misceri, ad quam sæpe obscure per reca pitulationẽ reditur:sed omnino aperta est. Iam enim dixerat scriptura quomodo venerunt ad Pharaonem fratres Ioseph,& quid eis dixerit,vel ab eis audierit: sed hoc nunc velut ab initio repetiuit,ut inde contexeret narrationem ab his uerbis, quæ soli Ioseph Pharao dixit: quorum omnium in codicibus Græcis,qui a diligentioribus conscripti sunt,quædam obeliscos habent,& significãt ea,quæ in Hebræo non inueniuntur, & in septuaginta inueniuntur, quædam asteriscos, quibus ea significantur,quæ habẽt Hebræi, nec habent septuaginta. Quid est, 156
quod dixit Iacob Pharaoni,Dies annorum Gen.
vitæ meæ quos incolo. Sic.n.habent Græci quod Latini habent ago uel habeo,vel si qd aliud. Vtrum ergo ideo dixit, quos incolo: quia in terra natus est,quam nondum populus diuina promissione hæreditatis acceperat,& ibi uitam ducens,utique in aliena terra erat:non solum qñ peregrinabat,sicut in Mesopotamia, verumetiam qñ ibi erat vbi natus est. An potius secundum id accipien-
1.Co.5. dũm est,quod ait Apostolus, Quandiu sumus in corpore,peregrinamur a dño? Secũdum hoc & illud in Psalmo dictum intelli-
Psal.38. C gitur,Inquilinus ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Nam iterũ dicit de ipsis diebus vitæ suæ, Non peruenerunt in dies annorum vitæ patrũ meorũ, quos dies incoluerunt. Non.n.hic aliud voluit intelligi, q̃ id quod Latini codices habent,vixerunt: ac per hoc significauit hãc vitam incolatum esse super terram.i.peregrinationis habitationem. Sed credo sanctis hoc conuenire, quibus aliam patriam æternam dominus pollicetur. Vnde videndum
Psal.55. est quemadmodum dictum est de impijs. Incolent & abscondent, ipsi calcaneũ meũ obseruabunt. De his.n.conuenientius accipitur, qui vt abscondant incolunt.i.vt infidientur filijs non manent in domo in æter-
157 num. Et dedit eis possessionem in terra
Gen.47. optima,& in terra Rameſſem, sicut ꝓcepit Pharao. Quærendum est vtrum terra Rameſſem ipsa sit Gessen: Ipsam.n.petierunt,
158 & ipsam eis Pharao dari præceperat. Et
Gen.47 metiebant triticum patri suo Ioseph: & tñ cum pater nec quando vidit adorauit, nec qñ ab illo triticum accipiebat. Quo ergo somnium Ioseph modo impletum putabi-
159 mus, & nõ potius maioris rei continen ꝙ-
Gen.47 phetiam? Et intulit Ioseph omnem pecu-
D niam in domum Pharaonis, Pertinuit ad scripturam in hac etiam re cõmendare fidẽ
160 famuli dei. Dixit autem illis Ioseph, ad-
Gen.47 ducite pecora vestra & dabo vobis panes ꝓ pecoribus vestris,si deficit argentũ. Quæri potest. Cũ Ioseph frumenta collegerit,vnde homines viuerẽt,pecora vnde viuebant, cum tanta fames inualesceret: maxime quia fratres Ioseph Pharaoni dixerant, Nõ sunt enim pascua pecoribus puerorum tuorum, inualuit.n.fames in terra Chanaan, & ꝓp hanc etiam inopiã pascuorũ se venisse commemorauerant. Proinde si ea fame pasci defecerãt in terra Chanaã,cur in Aegypto non defecerant, eadem tunc fame vbiq; inualescente? An sicut perhibetur ab eis qui loca sciunt, in multis Aegypti paludibus poterant pascua non deesse, etiam cum fames esset frumentorum, quæ solent Nili fluminis inundatione preuenire. Magis.n.
161. dicuntur paludes illæ feracia pascua gigne-
Gen.47 re, qñ aqua Nili minus excrescit. Moriturus Iacob filio suo Ioseph dicit,Si inueni gratiam in cõspectu tuo, subijce manũ tuã sub fœmore meo,& facies in me misericor- Gen.24
diã & veritatem. Ea filium iuratione constringit,qua seruũ constringit Abrahã. Ille E
mandans vnde vxor ducatur filio suo iste sepulturã cõmendans corporis sui. In vtraque tñ causa nominata sunt duo illa, quæ magni habenda atq; pendenda sunt in scripturis omnibus, quacũq; dispersa leguntur misericordia & iustitia, vel misericordia & iudicium, vel misericordia & veritas,quandoquidem in quodã loco scriptum est,Vni- Psal.24.
uersæ viæ domini misericordia & veritas. Ita hæc duo multũ commendata, multum consyderanda sunt. Seruus autem Abrahã dixerit, Si facitis in dñm meum misericor- Gen.24
diam & iustitiam, sicut & iste filio suo dicit, vt facias in me misericordiam & veritatẽ. Quid sibi autem velit à tanto viro tam solicita corporis cõmendatio, vt non in Aegypto sepeliatur,sed in terra Chanaan iuxta patres suos: mirũ videtur,& quasi absurdũ, nec conueniens tantæ excellentię mentis prophetię, si hoc ex hominum consuetudine metiamur. Si autem in his omnibus sacramenta quærantur, maioris admirationis gaudium ipsi qui inuenerit orietur. Cadaueribus quippe mortuorũ peccata significari in lege, non dubium est, cum iubentur homines post eorum contractationem, siue F
qualemcunq; contractũ tanq̃ ab immũdicia Ecclesia
purificari. Et hinc illa sententia dicta est, stici.34,
Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? Sic & qui ieiunat super peccata sua,& iterũ ambulans hæc eadem facit. Sepultura ergo mortuorum remissionem significat peccatorum,eò pertinens quod dictum est, Beati quorum Psal.31.
remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Vbi ergo sepelienda erant hoc significantia cadauera Patriarcharũ, nisi in ea terra vbi ille crucifixus est,cuius sanguine facta est remissio peccatorum? Mortibus.n.Patriarcharũ peccata hominũ figurata sunt. Dicunt aũt ab eo loco,qd' Abrahemiũ vocatur, vbi sunt ista corpora, abesse locũ ubi crucifixus est dñs,ferè triginta milibus,vt etiã ipse numerus significare intelligatur,qui in baptismo apparuit ferè triginta annorum: & si quid aliud de re tanta,vel hoc modo vel sublimius intelligi potest:dũ tamen non frustra arbitremur tales ac tantos homines dei, tantam gesisse curam pro

sepeliendis corporibus suis,cum sit atq; esse debeat fideliū ista securitas, vbicunq; corpora eorum sepeliantur vel insepulta etiam
G inimicorū rabie relinquātur, aut pro corū libidine dilacerata absummantur, non ideo vel minus integra, vel minus gloriosa in eo
162 rum resurrectione futura. Quod habēt
Gen.47 Latini codices, Et adorauit super caput virgæ eius: nonnulli codices emēdatius habēt, Adorauit super caput virgæ suæ,vel in capitæ virgæ suæ,siue in cacumine,vel super cacumen. Fallit.n.eos verbum Græcū, quod eisdē literis scribitur siue eius siue suæ: sed accentus dispares sunt,& ab eis qui ista nouerunt, in codicibus non contemnuntur. Valent.n.ad magnam discretionem,quāuis & vnam plus literam habere posset, si esset suæ,vt nō esset αὐτῆ, sed ἑαυτῆ. Ac p hoc merito quæritur quid sit quod dictum est, Nā facile intelligeretur senem,qui virgam ferebat eo more,quo illa ætas baculum solet,vt se inclinauit ad deum adorandum, id vtiq; fecerit super cacumen virgæ suæ, quam sic ferebat vt super eam caput inclinando adoraret deum. Quid est ergo, Adorauit super cacumen virgæ eius.i. filij sui Ioseph? An tulerat ab eo virgam, qñ ei iurabat idem filius: & dum eam tenet post verba iurantis, nondum illa reddita, mox adorauit deum? Non.n.pudebat eum ferre tantisper insigne
H potestatis filij sui, vbi figura magnæ rei futurę præsignabatur: quāuis in Hebræo facillima huius quæstionis absolutio esse dicatur, vbi scriptum perhibent, Et adorauit Israel ad caput lecti,in quo vtiq; senex iacebat: & sic positū habebat,vt in eo sine labore,quando vellet,oraret:nec ideo tamen qđ
163 septuaginta interpretati sunt, nullū vel le-
Gen.48 uem sensum habere putandum est. Etiā hic commemorans Iacob promissiones dei erga se factas,dicit sibi dictum,Faciam te in congregationes gentium:quibus verbis magis fidelium vocationē significat,quàm carnalis generis ꝓpagationem. Quod scri-
164 ptum
Gen.48 est dicente Iacob de Effrem & Manasse,Nunc ergo filij tui duo, qui facti sunt tibi in terra Aegypti priusquā ad te venirē in Aegyptum, mei sunt Effrem & Manasses,tanq̄ Ruben & Simeon erunt mihi: natos aūt si genueris postea, tibi erunt in nomine fratrum suorum, appellabūtur in sortibus eorū. Fallit legentes aliqñ,vt existimēt ita dictū, tanquam si alios genuisset Ioseph, istorū nominibus eos Iacob appellari ꝓcipe-
ret,quod non ita est. Verborum quippe ordo contexitur, Nunc ergo filij tui duo,quā facti sunt tibi in terra Aegypti priusquam ad te venirē ad Aegyptum,mei sunt, Effrē I
& Manasses: tanquam Ruben & Simeon erunt mihi, in nomine fratrum suorum appellabuntur in sortibus eorū. Hoc est,simul hæreditatem capient cum fratribus suis, vt simul vocentur filij Israel. Duæ quippe ipsę tribus adiūctæ sunt, vt excepta tribu Leui, quæ sacerdotalis fuit, duodecim essent q̄ terram diuiderent,& decimas præberēt. Illud autem interpositum est,quod de alijs filijs Ioseph si nascerētur dixit. Quod Ia- 165
cob filio suo Ioseph tanquam nescienti vo- Gen.48
luit indicare,vbi & qñ sepelierit matrē eius, cum & ipse simul fuerit cum fratribus suis: sed etsi erat tam paruus ætate, vt illud vel curare vel omnino retinere non posset,quę res compulit modo dici, Nisi forte ad rem pertinuit commemorare ibi sepultam matrem Ioseph, vbi Christus fuerat nasciturus? Quod ita benedicit nepotes suos Isr. 166
rael, vt dexteram manum minori imponat, Gen.48
maiori autem sinistram:& hoc filio suo Ioseph volenti corrigere quasi errantem atq; nescientem,ita respondit, Scio fili mi scio,& hic erit in populum, & hic exaltabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, & semen eius erit in multitudine gētiū. Hactenus de Christo accipiendum est quatenus etiam de K
ipso Iacob & fratre eius dictū est, quia ma- Gen.
ior seruiet minori. Secundum hoc.n.signifi cauit aliquid ꝓphetice hoc faciendo Israel, qđ populus posterior per Christū futurus regeneratione spiritali,superaturus erat populum priorē de carnali patrū generatione gloriantem. Quod Sichimam dicit Iacob 167
præcipuam dare filio suo Ioseph, & addit, Gen.
eā possederit in gladio suo & arcu: Quæ- Gen.
potest quemadmodum valeat ad literam Gen.
conueniri. Emit.n. centū agnis possessionē Gen.
illam, non cepit iure victoriæ bellicæ. An quia Salem ciuitatem Sichimorum filij eius ꝓpugnauerunt,vt iure belli potuit eius fieri, & iustum bellum cum eis gestum videatur, quia tantam priores iniuriam fecerunt in eius filia contaminanda? Cur non ergo illis illam terram dedit,qui hoc perpetrauerunt,hoc est maioribus filijs suis? Deinde si modo ex illa victoria glorians dat eam terram filio suo Iosepn, cur ei displicuerunt tunc filij qui hoc cōmiserūt? Cur deniq; ēt nunc, cum eos benediceret, exprobrando

id

id commemorauit in factis eorum? Procul dubio ergo aliquod hic latet propheticum
L sacramentū: quia & Ioseph quadam præcipua significatione Christum ꝓfigurauit, & ei datur illa terra, vbi disperdiderat obruēdo deos alienos Iacob, vt Christus intelligatur possessurus gentes dijs patrum suorū
168 renunciantes & credentes in eum. Vidē-
Gen.49 dum qūo dicant scripturæ, quod assidue dicunt de mortuis, Et appositus est ad patres suos: vel appositus est ad populum suū. Ecce enim de Iacob dicitur iam qdem mortuo, sed nondum sepulto: & ad quem populum apponatur, non in promptu est videre. Ex illo.n.populus prior nascitur, qui dictus est populus Israel: qui vero eum præcesserunt, tam pauci iusti nominantur, vt eos populū appellare cunctemur. Nam si dictum esset, appositus est ad patres suos, nulla quæstio fieret. An forte populus est, non solum hominum sanctorum, verum & angelorū, po-
Heb.12 pulus ciuitatis illius, vnde dicitur ad Hebræos, Sed accessistis ad montē Sion, & ad ciuitatem dei Hierusalem,& ad milia angelorū exultantium? Huic populo apponuntur qui post hanc vitam placentes deo fiūt. Tunc.n.dicuntur apponi, qñ nulla iam re-
Ecclesia- manet solicitudo tentationum, & periculū
stici.11. peccatorum. Quod intuens ait scriptura.
M Ante mortem ne laudes hominem quenq̄.
169 Quadraginta dies sepulturæ, quos commemorat scriptura, forte significant aliquid
Gen.50 pœnitentiæ, qua peccata sepeliuntur. Nō.n.
Exo.34. frustra etiam quadraginta dies ieiuniorum
3.Re.19 sunt constituti, quibus Moyses & Helias, &
Matt 4. ipse dñs ieiunauit: & Ecclesia præcipua observatione Ieiuniorum quadragesimam vocat. Vnde & in Hebræo de Niniuitis apud
Ionæ.3. Ionā Prophetam scriptū perhibent. Quadraginta dies & Niniue euertetur, vt p te dies accommodatos videlicet humiliation. pœnitentium, intelligatur in ieiunijs sua de fleuisse peccata, & impetrasse misericordiam
Acto.1. dei. Nec tamen putandum est istum numerum luctui pœnitentium tantummodo ce uenire: alioquin nō quadraginta dies fecisset dominus cum discipulis suis post resurrectionem, intrans cum eis & exiens, manducans & bibens, qui dies vtiq; magnæ lætitiæ fuerunt. Nec septuaginta interpretes, quos legere cōsuecuit Ecclesia, errasse credēdi sunt, vt non dicerent quadraginta dies, sed triduum & Niniue euertetur. Maiore qppe authoritate ꝓditi q̄ interpretum offi-
cium est,prophetico spiritu, quo etiam ore vno in suis interpretationibus, quod ma- A
gnum miraculum fuit consonuisse firmantur,triduum posuerunt: q̄is non ignorarent, q̄ dies quadraginta in Hebræis codicibus legerentur: vt in domini nostri Iesu Christi clarificatione intelligerētur dissolui aboleriq; peccata, de quo dictum est, Qui traditus est propter delicta nostra,& resur- Rom.4.
rexit propter iustificationem nostram. Clarificatio autem domini in resurrectione, & Ioā. 20.
in cœlum ascensione cognoscitur. Vnde & bis numero, q̄is vnum & eundem spiritū- Acto. 2.
sanctum dedit: primo post q̄ resurrexit, iterū posteaquam ascendit in cœlum. Et quoniā post triduum resurrexit, post quadraginta autem dies ascendit, vnū horum quod posterius factum est, per numerum dierum codices Hebræi significant: alterum autem de triduo, quod ad eandem etiam rem pertineret septuaginta commemorare, non interpretationis seruitute,sed ꝓphetiæ authoritate voluerunt. Non ergo dicamus vnum horum falsum esse, & pro alijs interpretibus aduersus alios litigemus,cum & illi qui ex Hebræo interpretantur, probent nobis hoc scriptum esse quod interpretantur: & septuaginta interpretum authoritas, q̄ tanto etiam diuinitus facto miraculo commen- B
datur, tanta in Ecclesijs vetustate firmetur.
Quod mandauit Ioseph ad potētes Aegypti, vt dicerent Pharaoni nomine eius, 170
Pater meus adiurauit me,dicens,In monu- Gen.50.
mento qđ ego fodi mihi in terra Chanaan, ibi me sepelies. Queri pōt qūo verū sit,cū hæc verba patris eius qñ de sua sepultura mādauit,nō legātur. Sed ad sentētiā verba referre debemus, sicut in alijs supra similiter iteratis verbis vel narrationibus admonuimus. Volūtati.n.enunciandæ,& in notitiā pferendæ oportet verba seruire: fodisse aūt sibi Iacob sepulchrū, nusquā supius in scripturis legitur, Sed nisi fieret, cum in eisdem terris esset, modo non diceretur.
Quid sibi vult, q̄ cum pergerent ad sepeli- 171
endū Iacob, scriptura dicit, Et aduenerūt ad Gen.50.
aream Achad, quæ est trans Iordanē. Prætergressi sunt.n.locum, in quo erat mortuus sepeliendus, milia, sicut perhibent qui nouerunt, plusquam quinquaginta: tantum quippe spatij est plus minus, ab eo loco vbi sepulti sunt Patriarchæ in q̄bus & Iacob, vsq; ad hunc locum, quò eos aduenisse narratur. Nam post factum ibi luctū, & plāctū C

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnum redierunt ad locũ quem præterierant,rursus Iordane traiecto. Nisi fortè q̃s dicat aliquorũ hostium vitandorũ causa p̃ eremum eos veniſſe cum corpore, qua via etiam populus Israel ductus est p̃ Moysen ab Aegypto liberatus. Illo q̃ppe itinere vt plurimum circumitur, & p̃ Iordanẽ venitur ad Mambram, vbi sunt corpora Patriarcharum.i. ad terram Chanaan. Sed q̃o factum sit vt trans illa loca ad Orientẽ versus tantum iretur, & inde ad ea per Iordanem veniretur, significationis causa factum esse credendum est, q̃ per Iordanẽ venturus erat ad eas terras postea Israel in filijs
172 suis. Et fecit Iustum patri suo septẽ dies.
Gen.50. Nescio vtrum inueniatur alicui sanctorũ in scripturis celebratũ esse luctum nouem dies, quod apud Latinos Nouẽdial appellant. Vnde mihi videntur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorũ istũ in mortuis suis numerũ seruant', qui magis est in gentilium cõsuetudine. Septimus vero dies authoritatẽ in scripturis habet. Vn-
Ecclesia stici.22. de alio loco scriptum est, Luctus mortui septem dierũ, fatui aũt omnes dies vitæ eius. Septenarius autem numerus, p̃ p̃ sabbati sacramentum præcipuæ quietis indicium est:
D vnde merito mortuis tanquã requiescentibus exhibetur. Quem tamen numerum in lucta Iacob decuplauerunt Aegyptij qui,
173 cum septuaginta diebus luxerunt. Et vi-
Gen.50 xit Ioseph annos centum & decẽ, & vidit Ioseph Effraim filios vsq; ad tertiam generationem,& filij Machyr filij Manasse nati sunt super fœmora Ioseph. Cũ hos filios filiorum,vel nepotes filiorum dicat scriptura Ioseph viuendo vidisse, q̃o eos iungit illis septuaginta quinq; hominibus, cum q̃bus Iacob Aegyptum dicit intrasse,quando quidem Ioseph senescendo peruenit vt eos natos videret: Iacob autem cum ingressus est in Aegyptũ,iuuenis erat Ioseph,& eum pater moriens quinquagesimum & sextum ferè ætatis annum agentem reliquit. Vnde constat certi mysterij causa illum numerũ, id est, septuagenarium & quinariũ scripturam commendare voluisse. Si autem quisq̃ exigit quomodo etiam secundum historiæ fidem uerum sit Iacob cum septuaginta q̃nque animabus in Aegyptum intrasse, non illo uno die quo uenit,eius ingressem oportet intelligi: sed quia in filijs suis plerunq;
E appellat̃ Iacob,hoc est in posteris suis, & p̃ Ioseph cum constat in Aegyptum intrasse, introitus eius accipiendus est quandiu vixit Ioseph, per quem factum est ut intraret. Toto quippe illo tempore nasci & uiuere potuerunt omnes qui commemorantur,ut. XXV. animæ compleantur usque ad nepotes Beniamin. Sicut enim dicit, Hi filij Lię, Gen.35
quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ, loquens etiam de ijs qui non erant nati: quia illic parentes eorum, ex quibus nati sunt, pepererat, ibi eos perhibens natos: quoniam causa qua nascerentur ibi nata est.i. parentes eorum, quos Lia ibi pepererat: ita quoniam causam intrandi in Aegyptum Iacob in Ioseph habuit, totum tempus quo in Aegypto uixit Ioseph, ingressio erat Iacob in Aegyptum per suam progeniem, quę illo uiuo propagabatur, per quẽ factum est ut ingrederetur.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quæstionum super Exodum, Liber secundus. F

DE obstetricum mendacio, quo fefellerunt Pharaonẽ ne occiderent masculos Israel quando nascebantur, dicentes, non ita parere mulieres Hebræas sicut pariebant Aegyptiæ: Quæri solet vtrum talia mendacia approbata sunt authoritate diuina, quandoquidem scriptum est, deum bene fecisse obstetricibus: sed utrũ pro misericordia ignoscebat mendacio: an & ipsum mendacium dignum præmio iudicabat, incertum est. Aliud enim faciebant obstetrices uiuificando infantes paruulos, aliud Pharaoni mentiendo. Nam in illis uiuificandis opus misericordiæ fuit, mendacio uero
Apocry. eis de quibus dictum est, Et non est inuentum in ore eorum mendacium. Quorundam enim uita longe inferior à professione sanctorũ, si habeat ista mẽdaciorũ pec cata, puectu ipso & indole ferũtur, præsertim si bñficia nõdũ norunt expectare cœlestia, sed circa terrena occupantur. Qui aũt
G ita uiuũt ut eorũ cõuersatio, sicut dicit Apostolus, in cœlis sit, non eos existimo lin-
Phili.3 guę suæ modũ, quãtũ ad veritatẽ pmẽdam attinet

attinet falsitatemq; vitandam, exẽplo illo obstetricum debere formare. Sed diligẽtius de hac quæstione disserendum est, propter alia exempla quæ in scripturis reperiuntur.
2 De facto Moysi cum occidit Aegyptium ad
Exo. 2. defendendos fratres suos, satis disputauimus in illo opere quod de vita Patriarcharum aduersus Faustum scripsimus: vtrum
Lib.22. ca.60.& sequen. indoles in eo laudabilis fuerit, qua hoc peccatum admiserit, sicut solet vbertas terræ etiam ante vtilia semina quadam herbarum quanuis inutilium feracitate laudari: an omnino ipsum factum iustificãdum sit. Quod ideo non videtur quia nullam adhuc legitimam protestatem gerebat, nec acceptam diuinitus, nec humana societate ordinatam. Ta-
Acto.7. men sicut Stephanus dicit in actibus apostolorum, putabat intelligere fratres suos p̃ per eum Deus daret illis salutem: vt per hoc
H testimonium videatur Moyses iam diuinitus admonitus, quod scriptura eo loco tacet,
3 hoc audere potuisse. Clamauit ad eum do-
Exo. 3. minus de rubo, dominus in Angelo, an do-
Esa. 9. minus angelus ille qui dictus est, Magni cõsilij angelus: & intelligitur Christus. Supra .u. dixit, apparuit illi angelus domini in
4 flamma ignis in rubo. Educere illos de
Exo. 3. terra illa in terram bonam & amplam, in terram fluentem lac & mel: vtrum terram fluentem lac & mel spiritaliter accipere debemus, quia secundum proprietatem non hoc erat illa quæ data est populo Israel: an locutionis est, qua id ad laudem vbertatis &
5 suauitatis referatur. Et nunc ecce clamor
Exo. 3. filiorum Israel venit ad me; non sicut clamor Sodomorum quo iniquitas sine timo-
6 re & sine verecundia significatur. Quod mandauit dominus Hebræis per Moysen,
Exo. 3. vt acciperent ab Aegyptijs vasa aurea & argentea & vestem: atq; addidit, & prædabimini eos: mandati huius non potest iniustus esse iudicium. Mandatum enim Dei est, de quo non iudicandum, sed ei obtemperandũ fuit. Ille enim nouit quàm iuste mãdauerit, ad seruum autem pertinet obedienter fa-
7 re quod mandauit. Quod ait Moyses ad
Exo. 4. dominũ, precor domine non sum eloquens ante hesternum, neq; ante nudiustertianũ
I diem, neq; ex quo cœpisti loqui famulo tuo: intelligitur credere, posse fieri dei voluntate subito eloquentem: cum dicit, Neq; ex quo cœpisti loqui famulo tuo: tanquam ostendens fieri potuisse, vt ante hesternum & nudiustertianum diem qui eloquens nõ fuisset repente fieret, ex quo cum illo dominus loqui cœpit. Quis fecit mutum 8
& audientem, videntem & cæcum? Nonne Exo. 4.
ego dominus Deus? Sunt qui Deo calumniantur, vel scripturæ potius veteris testamenti, quia dixerat Deus, q̃ ipse fecerat cæcum & mutum. Quid ergo dicunt de domino Christo aperte in Euãgelio dicente, Ego Ioan.9.
veni vt qui nõ vident videant, & qui vidẽt cæci fiant? Quis autem nisi insipiens crediderit aliquid homini secundum vitia corporalia posse accidere quod Deus nolit? Sed
eum iuste totum velle nemo ambigit. 9
Quod dominus dicit ad Moysen, Sed nunc Exo. 4.
vade tu, & ego aperiam os tuum, & instruã te quæ locuturus es. Satis hic apparet, non tantum instructionem oris, sed ipsam etiã apertionem ad Dei voluntatem & gratiam pertinere. Non enim ait, Tu aperi os tuũ, & ego instruam te: sed vtrunque ipse promisit, aperiam & instruam. Alibi autem dicit in Psalmo, Dilata os tuum, & adim-
plebo illud. Vbi significat in homine vo- Psal.80.
luntatem accipiendi, quod Deus donat volenti: vt ad voluntatis exordium pertineat, K
Dilata os tuum: ad Dei autem gratiam, Et adimplebo illud. Hic vero & aperiam os tuum, & instruam te. Et iratus iracun- 10
dia dominus dixit, Quemadmodum possit Exo. 4.
intelligi irascens Deus, quia non sicut homo per irrationabilem perturbationem, per omnia tenendum est vbi tale aliquid scriptura dicit, ne de hoc eadem sæpe dicenda sint. Sed merito quæritur cur hic iratus de fratre Moysi dixerit, q̃ illi ipse loqueretur ad populum: videtur.n. tanq̃ diffidenti non de disse plenissimam facultatem, quã daturus erat, & per duos agi voluisse, quod etiam per vnum posset, si credidisset. Veruntamen eadem verba omnia diligentius considerata, non significant iratum dominum pro vindicta dedisse Aaron. Sic enim dicit, Nonne ecce Aaron frater tuus Leuites scio quia elo
quens est, loquetur ipse? Quibus verbis Exo. 4.
ostenditur Deus increpasse potius eum, qui timeret ire quòd ipse esset minus idoneus, cum haberet fratrem, per quem posset ad populum loqui quod vellet: quoniam erat L
ipse gracilis vocis, & linguæ tardioris, quanquàm de Deo totum sperare deberet. Deinde eadem ipsa quæ paulò antè promiserat, & posteaquam iratus est, dicit. Dixerat enim, Aperiã os tuum, & instruam te: nunc aũt dicit, Aperiam os tuum, & os eius, & in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtruam vos quæ faciatis: ſed qm̃ addidit, Et loquetur ipſe tibi ad populum: videtur oris apertio præſtita, ꝓpter quod dicit Moyſes linguæ ſe tardioris. De uocis autem graciliate nihil ei dominus præſtare uoluit, ſed propter hoc adiutorium fratris adiunxit, q̃ poſſet ea uti uoce, quę populo docendo ſufficeret. Quòd autẽ ait, Et dabis uerba mea in os eius: oſtendit ꝙ ea loquendo eſſet daturus: nam ſi tantummodo audiendo, ſicut populo in aures diceret. Deinde quod paulopoſt ait, Et loquetur ipſe tibi ad populũ, & ipſe erit tuum os: & ſic ſubauditur, ad populum. Et cum dicit, Tibi loquetur ad populum: ſatis indicat in Moyſe principatum, in Aaron miniſterium. Deinde ꝙ ait, Tu autem illi eris in ijs, quæ ad deum. Magnũ hic fortaſis perſcrutandum eſt ſacramentum, cuius figuram gerat, uelut medius Moyſes inter dominum & Aaron, & me-
M dius Aaron inter Moyſen & populum.
11 In eo quod ſcriptum, Et factum eſt in uia
Exod.4. ad refectionem obuiauit ei angelus, & quærebat eum occidere: & aſſumpto Sephora calculo, circuncidit ꝑputium filij ſui, & procidit ad pedes eius, & dixit, Stetit ſanguis circũciſionis infantis mei: & receſsit ab eo: propter quod dixit, Deſijt ſanguis circuncijſionis. Primum quæritur quem uolebat angelus occidere, utrum Moyſen, quia dictum eſt, Occurrit ei angelus; & quærebat eũ occidere. Nam cui putabitur occurriſſe, niſi illi qui uniuerſo ſuorũ comitatui ꝑfuit, & à quo cæteri ducebantur? An puerũ quærebat occidere, cui mater circuncidendo ſubuenit: ut ob hoc intelligatur occidere uoluiſſe infantem, quia nõ erat circũciſus, atq; ita ſancire præceptum circuncijſionis, ſeueritate uindictæ. Quòd ſi ita eſt, incertum eſt prius de quo dixerit. Quærebat eũ occidere, quia ignoratur quem, niſi ex conſequentibus reperiatur: mira ſanè locutione & inuſitata, ut prius diceret, Occurrit ei, & q̃rebat eũ occidere: de quo nihil antè dixerat. Sed talis eſt in Pſalmo, Fũdaméta eius in montibus ſanctis: diligit dominus portas
Pſa. 86. Sion. Inde.n. Pſalmus incipit, nec aliquid de illo uel de illa dixerat, cuius fundaméta
A uoluit intelligi, dicens, Fundamenta eius in montibus ſanctis. Sed quia ſequitur, Diligit dominus portas Sion: Fundamenta uel domini uel Sion, & ad faciliorem ſenſum magis Sion, ut fundamenta ciuitatis accipiantur. Sed quia in hoc ꝓnomine, qđ eſt eius, genus ambiguum eſt: omnis.n. generis eſt hoc pronomen i. & maſculini, & fœminini, & neutri: in Græco ãt in fœminino genere dicitur ἀυτῆς, & habet codex Græcus ἀυτῆ, cogit intelligere non fundamenta Sion, ſed fundamenta domini. i. quæ cõſtituit dñs, de quo dictum eſt, Aedificans Hieruſalem do- Pſa.146
minus, de quo dictum eſt, Aedificans Hieruſalem dominus. Nec Sion tamen, ne dñm antea nominauerat, cum diceret, Fundamẽta eius in montibus ſanctis: ſic & hic nondũ nominato infante dictum eſt, Occurrit ei, & quærebat eum occidere: ut de quo dixerit, in conſequentibus agnoſcamus: q̃q̃ & ſi de Moyſe accipere quiſquam uoluerit, nõ eſt magnopere reſiſtendum. Illud potius quod ſequitur ſi fieri poteſt intelligatur, quid ſibi uelit ideo receſsiſſe angelum ab interfectione cuiuſlibet eorum, quia dixit mulier, Stetit ſanguis circuncijſionis infantis: non enim ait, receſsit ab eo, propter quod circũ- B
cidit infantem: ſed quia ſtetit ſanguis circũciſionis: non quia cucurrit, ſed quia ſtetit, magno niſi fallor ſacramento. Quod ſu- 12.
perius dictum eſt, ꝙ Moyſes vxorem & in- Exod.4
fantes ſuos impoſuit uehiculis, vt cum eis Exo.18.
in Aegyptum pergeret, poſtea vero Iethro ſocer eius illi cum eis occurrit, poſteaquam eduxit populum ex Aegypto, quæri poteſt quo vtrunq; ſit verum. Sed intelligendum eſt, poſt illam quæ ab angelo futura erat interfectionem Moyſi vel infantis, reuerſam fuiſſe cum paruulis. Nam quid putauerunt ꝓp hoc angelum terruiſſe, ne ad impedimẽtum miniſterij quod diuinitus impoſitum Moyſes gerebat, fœmineus ſexus comitaretur. Quæritur quo populo dicatur, ꝙ 13.
mandauit deus eiecturum ſe eos de Aegy- Exod.5
pto in terram Chanaan, Pharaoni aũt dica-
r, ꝙ trium dierum iter exire vellent in de
ſertũ, & immolare deo ſuo ex mãdato eius. Sed intelligendum eſt, quanuis deus ſciret quid eſſet facturus, quoniam præſciebat nõ cõſenſurũ Pharaonẽ ad populũ dimittẽdũ, d primo dictũ eſſe qđ ẽt primitus fieret ſi ille dimitteret: vt.n. ſic fierent omnia quẽ-
admodum conſequens ſcriptura teſtatur, Pharaonis contumacia meruit & ſuorum. Neq; .n. mendaciter deus iubet qđ ſcit nõ C
facturũ cui iubetur, vt iuſtũ iudicium cõſequatur. Verba q̃ dicit Moyſes ad domi- 14.
nũ. Quare afflixiſti populũ hũc, & ut quid Exod.5
me miſiſti: ex quo.n. intraui ad Pharaonem loqui in tuo nomine in hunc populum, non liberaſti

liberaſti populum tuum: Non contumaciæ verba ſunt vel indignationis, ſed inquiſitionis & orationis. Quod ex his apparet quæ illi dominus rñdit, Non.n. arguit infidelitatem eius, ſed quid ſit facturum aperuit. 15.
Exo. 6. Sacramenti locum eſſe dubium non eſt, ꝙ ſcriptura volens originem Moyſi demonſtrare, quod eius actio iam expetebat, à primogenito Iacob. i. Ruben progenies cœpit, inde à Leui, vltrà progreſſa non eſt, quoniã ex Leui Moyſes. Hi autem cõmemorãtur qui iam cõmemorati fuerant in illis ſeptuagintaquinq; in quibus Iſrael intrauit in Aegyptum: non.n. primam neq; ſecundam, ſed tertiam tribum. i. Leuiticam deus eſſe vo-
16. luit ſacerdotalem. Quod Moyſes dicit,
Exo. 7. Ecce ego graculi voce ſum, & qũo exaudiet
D me Pharao: non videtur tantum propter magnitudinẽ populi excuſare de vocis gracilitate, verumetiam propter vnum hominem. Mirum ſi tam gracilis vocis, vt nec ab vno homine poſſet audiri. An fortè regius faſtus non eos permittebat de proximo loqui? dicitur autem illi, Ecce dedi te deum Pharaoni, & Aaron frater tuus erit tuus
17. Propheta. Notandũ ꝙ cum ad populum
Exod.7. mitteretur, non ei dictum eſt, Ecce dedi te deum populo, & frater tuus erit tuus Propheta: ſed frater tuus, inquit, loquetur tibi ad populũ. Dictũ eſt ẽt, Erit os tuũ, & tu illi quæ ad deum non dictũ eſt, tu illi deus. Pharaoni autẽ dicitur Moyſes datus deus, & ſecundum analogiam Propheta Moyſi Aaron, ſed ad Pharaonem. Hic inſinuatur nobis ea loqui Prophetas dei quæ audiunt ab eo nihilq; aliud eſſe Prophetam dei, niſi enunciatorem verborũ dei hominibus, qui deum vel non poſſunt vel non merentur
18. audire. Aſsidue deus dicit, Indurabo cor
Exo. 7. Pharaonis: & velut cauſam infert cur hoc faciat, Et implebo ſigna mea & portẽta n
in Aegypto: tanquam neceſſaria fuerit obduratio cordis Pharaonis, ut ſigna Dei multiplicarentur vel implerentur in Aegypto. Vtitur ergo Deus bene cordibus malis d
E id quod vult oſtendere bonis, vel quid fa-
cturus eſt bonis. Et quamuis vniuſcuiuſq; cordis in malitia qualitas. i. quale cor habeat ad malum, ſuo fiat vitio, quod inoleuit ex arbitrio voluntatis: & tamen qualitate mala vt huc vel illuc moueatur, cum ſiue huc, ſiue illuc moueatur, cauſis ſit quibus animus propellitur: quæ cauſæ vt exiſtant vel non exiſtant, non eſt in hominis poteſta-
te, ſed veniunt ex occulta Prouidentia, iuſtiſsima planè & ſapientiſsima, vniuerſum quod creauit diſponentis & adminiſtrantis Dei. Vt ergo tale cor haberet Pharao quod patientia dei non moueretur ad pietatem, ſed potius ad impietatem, vitij proprij fuit: Quòd vero facta ſunt ea, quibus cor ſuo vitio tam malignum reſiſteret iuſsionibus dei: hoc eſt.n. quod dicitur, Induratum, quia nõ flexibiliter conſentiebat, ſed inflexibiliter reſiſtebat: diſpenſationis fuit diuinæ, qua tali cordi non ſolum iuſta, ſed euidenter iuſta pœna parabatur, qua timentes Deum corrigerentur. Propoſito quippe lucro, uerbi gratia, propter quod homicidium cõmittatur, aliter auarus, aliter pecunię contemptor moueatur: ille.ſ. ad facinus perpetrandũ, ille ad cauendum: ipſius tamen lucri propoſitio in
alicuius illorum non fuit poteſtate. Ita cau F
ſæ veniunt hominibus malis, quæ nõ ſunt quidem in eorum poteſtate, ſed hoc de illis faciunt, quales eos inuenerint iam factos propriis vitijs ex præterita voluntate. Videndum ſanè eſt, vtrum etiam ſic accipi poſsit, Ego indurabo: tanquam diceret, quàm durum ſit demonſtrabo. Si lo- 19
quetur vobis Pharao dicens, Date nobis Exod.7.
ſignum aut portentum, & dices Aaron fratri tuo, Sume virgam & proijce illam palàm Pharaone & palàm ſeruis eius, & erit draco. Hic certè non miniſterio vocis erat opus, cum videbatur velut ex neceſsitate datus Aaron propter graciſitatem vocis Moyſi: ſed virga erat proijcienda vt draco fieret. Cur ergo Moyſes ipſe non fecit, niſi quia iſta mediatio ipſius Aaron inter Moiſen & Pharaonem alicuius magnę rei figuram gerit? Etiam hoc notandum eſt, ꝙ cum ſignum palàm Pharaone fieret, ſcri- 20
ptum eſt, Et proiecit Aaron virgam ſuam. Exod.7.
Si fortè dixiſſet. Proiecit virgam: nulla eſſet quæſtio. Quod vero addidit, ſuam, cũ eam Moyſes dederit, non fruſtra forſitan dictum eſt. An erat vtriq; illa virga communis, ut cuiuſlibet eorum diceretur, verum diceretur? Et abſorbuit virga Aaron vir- G
gas illorum. Si dictum eſſet, Abſorbuit dra 21
co Aaron virgas illorũ: intelligeretur uerus Exop.7.
draco Aaron phantaſtica illa figmenta non abſorbuiſſe ſed virgas. Hoc enim potuit abſorbere quod erant, non quod eſſe videbantur, & non erant. Sed qm̃ dixit, Abſorbuit virga Aaron virgas illorum: draco utiq; potuit virgas abſorbere, non virga. Sed eo no-

mine appellata res vnde versa est,nō in quo versa est, quia in id etiam reuersa est: ideo hoc vocari debebat quod principaliter erat. Quid ergo dicendum est de virgis magorum,vtrum & ipsæ veri dracones factæ fuerint,sed ea ratione virgæ appellatæ sunt,qua & virga Aaron: an potius videbatur esse quod non erāt Iudificatione venefica? Cur ergo ex vtraq; parte & virgę dicuntur & dracones, vt de figmentis illis nihil differat loquendi modus? Sed demonstrare difficile est quomodo etiā si veri dracones facti sunt ē virgis magorum, non fuerint tamen creatores draconum,nec magi, nec angeli mali, quibus ministris illa operabantur. Insunt enim corporeis rebus per omnia eleementa mundi quædam occultæ seminariæ rationes,quibus cum data fuerit oportunitas tē-
H poralis atq; causalis, prorumpunt in species debitis suis modis & finibus. Et sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores,sicut nec agricolæ segetum vel arborum vel quoruncunq; in terra gignentiū creatores dicendi sunt: quanuis nouerint p̄bere quasdam visibiles opportunitates & causas, vt illa nascantur. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc angeli inuisibiliter: deus vero solus verus creator est,qui causas ipsas & rationes seminarias rebus ipsis inseruit. Res breuiter dicta est,quæ si exemplis & copiosa disputatione explicetur, vt facilius intelligatur, longo sermone opus esset, à quo se ratio nostræ festinationis ex-
22. cusat. Fecerunt autem similiter & incan-
Exod.7. tatores Aegyptiorum veneficijs suis: & induratum est cor Pharaonis, & non exaudiuit eos,sicut dixit dominus. Cum hæc dicū tur, videtur propterea cor Pharaonis induratum fuisse,quia & incantatores Aegyptiorum similia fecerunt.Sed consequentia docebunt quāta fuerit illa obduratio etiā cum
23. incantatores deficerent. Fecerunt autem
Exod.8. similiter & incantatores Aegyptiorum ve-
I neficijs suis, Et eduxerunt ranas super terrā Aegypti.Queritur vnde,si iā vbiq; factū erat. Sed similis q̄stio est,vnde & aquam in sanguinē verterunt,si tota aqua Aegypti in sanguinem conuersa iam fuerat.Vnde intelligendum est regionem, vbi filij Israel habitabant,plagis talibus nō fuisse percussam: & inde potuerunt incantatores vel aquam haurire quam in sanguinem verterent, vel aliquas ranas educere ad solam demonstrationem magicæ potentiæ: q̄q̄ potuerunt etiam,posteaquam illa compressa sunt,facere:sed scriptura cito narrādo coniunxit, qđ etiam postea fieri potuit. Et vidit Pha- 24
rao quoniam facta est refrigeratio,& ingra- Exod.8.
uatum est cor eius,& non exaudiuit eos, sicut dixerat dominus. Hic apparet non illas tantū fuisse causas obdurationis cordis Pharaonis, q̄ incantatores eius similia faciebāt, verumetiam ipsam dei patientiam qua parcebat. Patientia dei secundum corda hominum, quibusdam vtilis ad pœnitendum,quibusdam inutilis ad resistendum deo, & in malo perseuerandum:nō tamen per seipsam inutilis est, sed secundum cor malum, sicut Rom.2.
iam diximus.Hoc & Apostolus dicit, Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit?Secundum autem duritiam cordis tui K
& impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui 2.Co.5.
reddet vnicuiq; secundum opera eius.Nam & alibi cum diceret, Christi bonus odor sumus in omni loco:etiam illud adiunxit,& in ijs qui salui fiunt,& in ijs qui pereunt. Nō dixit Christi bonum se odorem esse ijs qui salui fiunt, malum autem ijs qui pereunt, sed tantum bonum odorem se dixit. Illi vero tales sunt, vt & bono odore pereant secundum sui cordis,vt sæpe dictum est, qualitatem, quæ mundanda & bona voluntate in dei gratiam, vt incipiant ei prodesse iudicia dei quæ malis cordibus nocent. Vnde ille immutato in melius corde cantabat, Psal.118.
Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me. Non dixit munera,vel præmia tua,sed iudicia tua. Multum est autem vt syncera fiducia dici possit,Proba me dñe & tēta me,vre renes meos & cor meū. Psal.25.
Et ne sibi aliquid ex suis viribus tribuisse videretur,continuo addidit,quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & cōpla- Psal.25.
cui in veritate tua. Factam ergo se commemorat misericordiā, vt cōplacere posset in veritate, q̄n vniuersæ uiæ dñi misericordia L
& ueritas. Quod dixerunt magi ad Pha- 25:
ronem.Digitus dei est hic: q̄n non potue- Exod.8.
runt educere cyniphes, senserunt profecto cum artium suarum nefariarum scirent potētiā,nō talibus artibus,velut potētia in eis esset Moyses suos conatus fuisse frustratos vt non possēt educere cyniphes, sed digito dei, qui vtiq; operabatur p̄ Moysen.Digitus autem dei, sicut euangelium manifestissimè loqtur,spiritussanctus intelligit. Nāq; vno Euangelista ita narrante verba dñi vt Luc.11.
dice ret,

diceret, Si ego in digito Dei eijcio dæmonia, alius Euangelista idipsum narrans ex-
Mat.12. ponere voluit,quid sit digitus dei, & ait, Si ego in spiritu Dei eijcio dæmonia. Cū itaque magi faterētur, quorū Pharao potētia præsidebat, digitū dei esse in Moyse in quo superabantur, & eorum veneficia frustrabantur: tñ induratū est cor Pharaonis nūc mirabili omnino duritia. Cur autem in tertia ista plaga magi defecerūt, nam plagæ cœperunt ex quo aqua in sanguinem versa est, & sentire & explicare difficile est. Poterant enim & in primo signo deficere, vbi in serpentem virga conuersa est. & in prima plaga,vbi aqua in sanguinem cōmutata est: & in secunda de ranis, si hoc voluisset digitus
M dei.i.spiritussanctus. Quis.n demētissimus dixerit digitum dei in hoc signo potuisse conatus magorum impedire, & in superioribus nequiuisse? Omnino ergo certa causa est quare illa facere hucusq; permissi sunt. Cōmendatur.n.fortasse Trinitas, & quod verum est summi Philosophi gētium quātum in eorum literis indagatur,sine spiritu-sancto philosophati sunt, quāuis de patre & filio non tacuerint,quod etiam Didymus in libro suo meminit quem scripsit de spiritu
26 sancto. Ecce ego mitto in te, & in seruos
Exo.8. tuos & in populum tuum,& in domus tuas cynomiam, & implebuntur domus Aegyptiorum cynomia: vt scias q̄m ego sum dñs Deus omnis terræ: & dabo interuallū inter populum meum, & inter populum tuum. Quod hic scriptura aperuit ne vbicunq; diceret,intelligere debemus, & in posterioribus,& in prioribus signis factum esse, vt terra in qua habitabat populus Dei nullis plagis talibus vexaretur. Opportunum autem fuit vt ibi hoc aperte poneretur, vnde iā incipiunt signa quibus magi similia nec conati sunt facere: proculdubio.n.quia vbiq; erant cyniphes in regno Pharaonis, non aūt
A fuerant in terra Gessen, ibi conati sunt magi similiter facere, & minime potuerunt. Quousque ergo deficerent,nihil de eiusmodi separatione dictum est,sed ex quo cœperunt ea fieri vbi iam illi similia facere nec
27 conari auderent. Quod Latini codices
Exo.8. habent, Euntes immolate domino Deo vestro in terra hac. Græcus habet, Venientes immolate domino Deo vestro in terra hac. Nolebat enim eos ire quò dicebant, sed vt illic in Aegypto immolarēt, volebat. Hoc ostendunt verba Moysi,quæ sequūtur vbi dicit, non posse fieri propter abomina-
tiones Aegyptiorum. Quod ait Moyses, 28
Non potest fieri sic, Abominationes enim Exo.8.
Aegyptiorum immolabimus domino Deo nostro.i.hæc immolaturi sumus,quę abominantur Aegyptij, & propterea in Aegypto non possumus: hoc manifestant verba, quæ adiungit & dicit,Si.n.immolauerimus abominationes Aegyptiorum, palam ipsis lapidabimur. Hoc.n.non intelligentes quidam interpretes nostri sic interpretati sunt, vt
dicerent, Non potest fieri sic,nunquid abo- B
minationes Aegyptiorū immolabimus dño Deo nostro? Cum magis hoc scriptura dixerit,quia Aegyptiorum abominationes immolaturi sunt. Alij vero Latini sic habent, Non potest fieri sic,qm̄ abominationes Aegyptiorum non immolabimus domino deo nostro.Contrarium sensum facit addita particula negatiua,cum Moyses dixerit,Nō potest fieri sic,abominationes Aegyptiorū immolabimus domino deo nostro: & ideo in eremum dicebant se ire velle, vbi Aegyptij non viderent abominationes suas. Hoc aūt intelligendum est mystice significari, quod etiam de pastoribus diximus, qui erant Aegyptijs abominabiles: & ideo separatam terram Israelitę acceperunt, cum venerunt in
Aegyptum. Sic.n.& sacrificia Israelitarum Ge. 46.
abominationes sunt Aegyptijs, sicut iniqs vita iustorum.

Cum ablata esset locusta, dictum est de 29
Pharaone,Et ingrauauit Pharao cor suum Exo.8.
etiam in hoc tēpore, & noluit dimittere populum. Certè nunc non dictum est, Ingrauatū est cor Pharaonis, sed ingrauauit Pharao cor suum, sic utique in omnibus plagis.
In voluntate quippe hominis est origo vi- C
tiorum: mouentur autem causis corda hominum,alia sic, alia vero sic, etiam non diuersis causis, sæpe diuerso modo secundum propias qualitates, quæ ex voluntatibus veniunt. Videns autem Pharao, quia nō est 30
mortuum, de pecoribus filiorum Israel vl- Exo. 9.
lum,ingrauatum est cor Pharaonis. Quo ex contrarijs causis facta est hæc ingrauatio cordis Pharaonis? Si.n.& pecora Israelitarū morerentur,tunc videretur causa cōpetens qua cor eius ingrauaretur ad cōtemnendū Deum, tanquam si & magi eius pecora Israelitarum fecissent mori. Nunc vero vnde debuit ad timendum,vel credendum moueri, videns nullum pecus mortuū ex pecoribus Hebræorum, hic ingrauatū est,i.illa ingrauatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

grauatio etiã hucusq; progressa est. Quid
Exo. 9. est, ꝙ dicit Deus ad Aaron & Moysen, Sumite vobis plenas manus fauillæ de fornace,& aspergat Moyses in cœlum corã Pharaone & coram seruis eius, & fiat puluis in tota terra Aegypti? Signa.n.superiora,virga fiebant,quã non Moyses,sed Aaron vel extendebat super aquam, vel ad terram percutiebat: nunc uero interpositis duobus signis de cynomyia & pecorum mortibus,ubi nec Aaron nec Moyses aliquid operati sunt manu,dicitur vt Moyses fauillam spargat in cœlum de fornace,& hanc ambo sumere iubentur: sed ille spargere non in terram sed
D in cœlum, tanquam Aaron qui datus erat ad populum,terram percutere deberet, vel in terram, siue in aquam manũ extendere:
Exo. 4. Moyses vero,de quo dictum est, Eritq; tibi in ijs quæ ad deum,in cœlum iubetur fauillã spargere. Quid duo illa superiora signa, vbi nec Moyses nec Aaron manu aliquid operantur? Quid sibi vult ista diuersitas? Ne
32 que enim nihil. Et propter hoc ipsum cõ
Exo.19. seruatus es,vt ostẽdam in te virtutem meã, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Hæc scripturæ verba & Apostolus posuit, cum in eodem loco perdifficili versaretur. Ibi autem & hoc ait, Si autem
Rom.9. volens Deus ostendere iram, & demonstrare patientiam suam, attulit in multa patientia vasa iræ: parcendo vtiq; ijs,quos malos futuros esse præscierat, quæ vasa dicit perfecta in perditionem: Et ut notas, inquit,faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Vnde vasorum misericordiæ vox est in Psalmis, Deus meus misericordia eius præ
Psa. 58. ueniet me: Deus meus demonstrauit mihi
E inimicis meis. Nouit ergo Deus bene uti malis,in quibus tamen humanam naturam non ad malitiam creat,sed eos perfert patiẽter quousq; scit oportere: non inaniter,sed vtendo eis ad admonitionem vel exercitationem bonorum. Ecce.n.vt annunciaretur nomen Dei in vniuersa terra,vasis misericordiæ vtiq; prodest. Ad eorum itaq; vtilitatem Pharao seruatus est, sicut & scriptura testatur, & exitus docet. Quid est quod mandauit Deus Pharaoni,cum se facturum
33 magnam grandinem minaretur, vt festinet
Exo. 5. congregare pecora sua, & quæcunque illi essent in campo, ne grandine intereant. Hoc enim non tam indignanter quàm misericorditer videtur admonere. Sed hoc non facit quæstionem, ꝙ Deus etiam irascens temperat pœnam; Illud est quod merito mouet,quibus nunc pecoribus consulatur si omnia mortua fuerant plaga superiore,vbi scriptum est,ꝙ discreuit Deus inter pecora Hebræorum & Aegyptiorum, ita vt illic nullum moreretur, omnia vero Aegyptiorum pecora morerentur. An eo soluitur quęstio quod prædixerat ea moritura quæ in campo fuissent,vt hæc accipiãtur omnia: inteligantur autem euasisse quæ in domi- F
bus erant,quæ potuerunt etiam à dubitantibus colligi & in domo teneri, ne fortè verũ esset quod Moyses dominum facturum esse prędixerat? & ex his esse in campis iterum poterant, quæ modo admonet cõgregari in domos ne grandine pereant? Maximè quia sequitur scriptura & dicit, Qui timuit uerbum domini seruorum Pharaonis, congregauit pecora sua in domos: qui autem non intendit mente in verbum domini, dimisit pecora sua in campo. Hoc ergo fieri potuit, quando etiam mortem pecorum minatus
34 est Deus,quanquam id scriptura tacuerit.
Exod.9 Et dixit dominus ad Moysen, Extende manum tuam in cœlum, & erit grando in omni terra Aegypti. Ecce iterum Moyses non in terram, sed in cœlum manum iubetur extendere, sicut superius de fauilla.
35 Cũ fragore cœli,qui vehemens erat in gran
Exod.9 dine, Pharao territus, rogaret Moysen vt oraret pro illo confitenti iniquitatem suã & populi sui: Moyses ei dixit, Et tu & serui tui scio ꝙ nondum timetis dominum. Qualem timorem quærebat, cui timor iste nondum erat ei domini timor? Facile est.n. pœnam timere,sed nõ hoc est Deum timere,illo.s.domini timore pietatis, quem com
Ge. 31 memorat Iacob,ubi dicit, Nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac adesset mihi,
36 nunc me inanem dimisisses. Dominus in-
Exo. 10. quit ad Moysen, Intra ad Pharaonem, ego G enim grauaui cor eius & seruorum eius, ut ordine superueniant signa mea hæc super eos: tanquam opus habeat Deus cuiusquam malitia. Sed sic intelligendum est, ac si diceret, Ego enim patiens fui super eum & seruos eius,vt non eos auferrem,vt ordine superueniant signa mea super eos. Quia cum patientia Dei obstinatior fiebat malus animus, ideo pro eo quod est, patiens fui,dicitur,grauaui cor eius. Et non est relicta lo-
37 custa vna in omni terra Aegypti,& indura
Exo.20 uit dominus cor Pharaonis. Beneficium certè Dei commemorauit scriptura quo abstulit

stulit locustas: & secuta,dixit indurasse dominum cor Pharaonis, beneficio vtiq; suo patientia sua,qua illa fiebat obstinatio dum ei parceretur, sicut omnia mala corda hominum patientia dei male vtendo durescũt.
38 Tertio dicitur ad Moysen, Extende manũ
Exo.20. tuam in cœlum:ut fieret etiam plaga tenebrarum. Nunq̃ autem dictum est, ad fratrẽ eius Aaron vt extenderet manum in cœlũ. Quod ergo dictum est ad Moysen, extende manum tuam super terram Aegypti, & ascendat locusta super terram: credo id signi
H ficatum,etiam minus posse qui plus potest,
39 non autem continuo cui minora concedun-
Exo.11. tur posse maiora. Deus ad Moysen dicit, Loquere ergo secreto in aures populi, ut petat vnusquisq; à proximo, & mulier à proxima vasa aurea & argentea & vestem. Nõ hinc quisq; sumendum exemplum putare debet ad expoliandum isto modo proximũ. Hoc.n.Deus iussit,qui nouerat quid quẽq; pati oporteret,nec Israelitæ furtũ fecerunt, sed deo iubenti ministerium præbuerunt. Quemadmodum cũ minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi, profecto si id sponte faciat,homicida est,etiam si eum occidat quẽ scit occidi à iudice debuisse. Est etiam ista nonnulla quæstio, Si seorsum habitabant Hebræi in terra Gessen, vbi nec plagæ fiebant quibus regnum Pharaonis affligebatur,qũo quisq; petit à proximo vel à proxima aurum,argentum,& uestem, præsertim quia vbi primum hoc mandatur per Moysen,sic positum est,& mulier à vicina sua & concellaria vel concellanea, si ita dicendũ est,vel cohabitatrice sua. Vnde intelligendum est etiam in terra Gessen non solos Hebræos habitasse,sed eis aliquos Aegy
I ptios in illa terra cohabitatores fuisse, ad quos potuerunt merito Hebræorum etiã illa diuina beneficia peruenire, vt hinc eos & diligerẽt ijdem Aegyptij cohabitatores, ac quod petebant facilè commodarent: nec tamen Deus iudicauit ita illos alienos fuisse ab iniurijs & contritionibus quas populus Dei pertulit,vt nec isto damno feriretur qui plagis illis propterea ꝙ terræ illi parce-
40 batur percussi non erant. Dixit autem dominus ad Moysen, Non exaudiet uos Pharao, ut multiplicem signa mea & portenta mea in terra Aegypti: tanquam opus fuerit eius inobedientia vt signa illa multiplicarentur,quæ vtiliter fiebant ad terrendum populum Dei, atque ipsa discretione ad pietatem informandum. Sed hoc dei fuit,malitia cordis illius bene vtentis, non Pharaonis, Dei patientia male abutentis.
Quæ autem superauerint ab eo in mane 41
igni cõcremabitis. Quæri potest quomodo Exo.12
aliquid superauit cum hoc pręmoniti fuerint,ut si domus non habuerit consumendo pecori idoneam multitudinem, vicini assumantur. Sed intelligitur quoniam dictum est,Os non conteretis ab eo:remansura vtique fuisse ossa quæ igni cremarentur. A- 42
gnus perfectus masculus anniculus erit vo- Exo.12
bis. Mouere potest ista locutio, quasi agnus K
possit esse non masculus, nescientem qua necessitate ita sit translatum. Quis.n.transferri debuit, quia Græcus πρόβατον habet: sed πρόβατον in Græca lingua generis neutri est, & potuerunt quæ sequuntur omnia cõuenire,tanq̃ si diceret, pecus perfectũ masculum anniculum erit vobis. Potuit.n.dici Latine masculum pecus: quomodo dicuntur mascula thura genere neutro: ouis autẽ masculus dici non posset, quia fœmini generis est ouis. Item ouis mascula si diceretur,esset absurdius:pecus vero si poneretur, etiam aliud intelligeretur, nec seruaretur sacramentum. Quod cum scriptura de oue loquatur,pòst dicit, ab agnis & hœdis accipietis illud. Qua in re Christus significari merito accipitur. Quid.n.opus erat ouem vel agnum ab agnis & hœdis accipiendum moneri, nisi ille figuraretur cuius caro non solum ex iustis, verumetiam ex peccatoribus propagata est? Quanquam conentur Iudæi etiam hœdum intelligere accipiendũ ad celebrandum Pascha, & hoc etiam dictũ esse putant ab agnis & hœdis accipi, tanq̃ diceret, vel ab agnis agnum, vel ab hœdis hœdum,si illud desit, sumi oportere: appa- L
ret tamen in Christo rebus impletis quid illo pręcepto fuerit figuratũ. Quod scriptũ est, Et facietis diem hunc in progenies vestras legitimũ æternũ vel æternalẽ,quod 43
Græce dicitur αἰώνιον, nõ sic accipiendũ est Exo.12.
tanq̃ posit istorum prætereuntium dies esse vllus æternus: sed illud æternum est,qđ iste significat dies: velut cũ dicimus ipsum deum æternum, non vtiq; istas duas syllabas æternas dicimus, sed quod significant: quanquam diligenter scrutandum sit, quomodo appellare scriptura soleat æternum, ne forte ita dixerit solenniter æternum, quẽ nephas habeant prætermittere aut sua spõte mutare. Aliud est enim quod præci-

pitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitur quousq; fiat, sicut præceptum est vt
Iosue.6. septies muros Hiericho circumiret arca.
Aliud cum præcipitur sic obseruari aliquid,
vt nullus terminus præfiniatur obseruatio-
nis, siue quotidie, siue per menses, siue per
annos solenniter, siue per multorū vel ali-
quorum annorum certa interualla. Aut er-
go sic appellauit æternum, qđ non sua spō-
M te audeant desinere celebrare: aut sicut dixi,
44 vt non ipsa signa rerum, sed res quæ ijs si-
Exo.12. gnificantur æternæ intelligantur. Et fa-
ctus est clamor magnus in Aegyptiis. Non
enim erat domus in qua nō erat in ea mor-
tuus. Nonne potuit esse aliqua domus, quæ
primogenitum nō haberet? Cum ergo pri-
mogeniti tantummodo morerentur, qūo
nulla erat quæ non haberet mortuum? An
& hoc diuinitus præsentia dei fuerat pro-
curatum, ut in omnibus omnino essent do-
mibus primogeniti in quibus percuterētur
Aegyptij? Ab hac sanè plaga non sunt pu-
tandi immunes fuisse Aegyptij, qui habita-
bant in terra Gessen, hominū quippe erat,
vel animalium, non terræ. i. homines & ani
malia primogenita moriebantur occulto &
angelico percussu: non aliquid in terra uel
in cœlo factum erat, sicut rana vel locusta,
uel tenebræ vnde qui habitabant affligerē-
tur. A talibus enim plagis cum terra Ges-
sen fuisset aliena, proculdubio perueniebat beneficium ad eos Aegyptios, qui in ea-
dem terra cum Hebræis morabantur: hac
uero primogeniti eorum oēs percussi sunt.

Filij autem Israel fecerunt sicuti præce-
45 perat illis Moyses, & petierunt ab Aegyp-
Exo.12. tiis vasa aurea & argentea & vestem, & do-
minus dedit gratiam populo suo coram Ae-
gyptijs & commodauerunt illis, & prædā-
A ti sunt Aegyptios. Iam hoc factum fuerat
ante mortes primogenitorum Aegyptiorū:
sed nunc per recapitulationem repetitur.
Nam narratum est quando factum est. Mo
do enim fieri quomodo posset vt in tanto lu
ctu ex morbius suorum accōmodarent ista
filijs Israel? Nisi fortè quis dicat etiam ista
plaga nō fuisse percussos Aegyptios qui cū
Hebræis inhabitabant terram Gessen.

46 Quid est quod ait, Accipietis autem fasci-
Exo.12. culum hysopi & tingentes ex sanguine qui
est iuxta ostium, linietis super limen & su-
per ambos postes. Quæritur. n. quem san-
guinem dicat iuxta ostium, cum illius agni
vtiq; velit intelligi sanguinem, cuius immo
latione fit Pascha: vtrum ne eo modo conse
quenter præceperit, quamuis hoc tacuerit, ut
idem agnus iuxta ostū occidatur? An quod
est credibilius, ideo dixit ex sanguine qui
est iuxta ostium, quia vtique ille qui linitu-
rus est super limen & postes, vas ipsum in
quo sanguinem excepit, iuxta ostium posi-
turus est, vt ad manum habeat quando tin
gat. 47 Sustulerunt autem filij Israel de Ra-
masse in Soccoth, in sexcenta millia peditū Exo.12.
viri, præter instructum vel censum. Si isto B
modo potest rectè interpretari quod Græ-
cus habet ἀποσκευὴν: quo verbo non solū
mobilia, verumetiā mouentia significari in
dicat scriptura, vbi Iudas loquens ad patrē
suum dicit, Mitte puerū mecum & surgen- Gen.43.
tes ibimus vt viuamus & non moriamur,
& nos, & tu & substantia nostra, Ibi. n. Gre
cus ἀποσκευὴν habet, ubi substantiam Lati-
nus interpretatus est, quod aliquando cen-
sum interpretantur nostri: sicut nūc instru-
ctum dicere voluimus, dum tamen eo nō-
mine & homines & iumenta vel omnia pe
cora intelligantur, Vbi etiam viri & vxores
possent intelligi, nescio. Sexcenta tamen mi
lia peditum cum scriptura commemoret ad
dens & dicens, excepto instructu vel censu
vel substantia, vel si quo alio verbo melius
interpretatur ἀποσκευὴν manifestum est & homines significatos, siue in seruis, siue in
mulieribus, siue in his ætatibus, quæ milī-
tiæ non essent idoneæ, vt sexcenta milia pe
ditum in eis solis intelligamus, qui possent
militari agmine armari. Quæri autem so-
let, vtrum ad tantum numerum Hebręi per
uenire potuerint per eos annos in Aegyp-
to, quos ostendere consideratus in scri-
pturis numerus potest, qui primum anni C
quot fuerint, non parua est quæstio. Di-
cit. n. Deus ad Abraham cum factum esset
[illegible]id sacrificium de vacca trima, & capra,
& arietē, & turture, & columba, antequam
nō solū Isaac, sed nec Hismael quidē natus
esset, Sciēdo scias, quia peregrinū erit semē Ge.15.
tuū in terra non propria, & in seruitutem
[illegible]gent eos & nocebunt illis quadringen-
tis annis. Si ergo quadringentos annos sic ac
ceperimus, vt in seruitute sub Aegyptijs in
telligantur, non paruū spatiū tēporis fuit,
quo ita populus multiplicaretur. Sed tot an
nos non fuisse, apertissimo iudicio scriptura
testatur. Quidā. n. p[illegible]tāt quadringentos tri
ginta annos accipi dēre, ex quo Iacob intra
uit in Aegyptū, donec inde populus p Moy
sen liberatus est, qm in Exodo scriptū est, E xo.12.
incola-

incolatus autē filiorum Israel quē incolue-
runt in terra Aegypti & in terra Canaan
ipsi & patres eorum anni quadringenti tri-
ginta. Seruitutis autem eorum volunt esse
annos quadringentos: propterea q̄ scriptū
est in Genesi, Sciendo scias, quia peregrinū
erit semen tuum in terra non sua, & in ser-
uitutem redigent eos, & nocebūt illis qua-
D dringētis annis. Sed qm seruitutis anni post
mortem Ioseph computantur. Illo. n. viuo,
non solum ibi non seruierunt, verumetiam
regnauerunt: non est quemadmodum com-
putentur quadringēti triginta in Aegypto.
Ingressus est. n. Iacob anno filij sui trigesi-
mo & nono: quoniam triginta annorū erat
Ioseph cum apparuit in cōspectu Pharaō-
nis, & regnare cœpit sub illo. Transactis aūt
septem annis vbertatis, secundo anno famis
ingressus est Iacob in Aegyptum cum alijs
filijs suis: ac per hoc tunc agebat Ioseph tri-
ginta & nouē annos, qui impletis vitæ suæ
annis cētum & decem mortuus est: vixit. n.
in Aegypto post ingressum ad se patris sui,
septuaginta & vnum annos. Quos si retra-
xerimus à quadringentis triginta annis, re-
manebunt seruitutis anni .i. post mortem
Ioseph, non quadringenti, sed trecenti &
quinquaginta nouem anni. Quod si ex il-
lo putabimus nos cōputare debere, ex quo
Ioseph sub Pharaone regnare cœpit, vt tūc
quōdammodo intelligatur intrasse Israel in
Aegyptum, qm ibi filius eius tanta ptāte
sublimatus est, etiam sic trecenti quinqua-
ginta erunt, quos Tychonius vult accipi
quadringentos, vt à toto pars intelligatur. i.
E à toto centenario pars quinquagenaria, &
probat hac loquendi regula solere vti scri-
pturam. Si autem qđ aliquanto probabi-
lius dici potest, tunc habeamus intrasse Is-
rael in Aegyptum, qm illic Ioseph esse ver
ditus cœpit, detracturi sumus adhuc anno-
tredecim, vt trecentos triginta septem an-
nos pro quadringentis accipiamus. Sed cū
scriptura commemoret Caath filium Leui
auū Moysi cū auo suo Iacob intrasse in Ae
gyptum, dicat aūt eū vixisse annos cētū tri-
ginta, filiū vero eius patrē Moysi Amrā cē
tū triginta septē. Moysen vero dicat octogin
ta annorū fuisse cū de Aegypto populū libe
rauit: etiā si tunc genuisset Caath patrem
Moysi, quo anno mortuus est, ille quoque
Amram vltimo vitæ suæ anno genuisset
Moysen, computet annos centum triginta,
& centum triginta septem, & octoginta, tre-
centos & quadraginta septem annos faciūt,
non quadringentos triginta. Quod si quis
dicat extremo anno vitæ Iacob natum esse
Caath filium Leui, septuaginta fermè anni
possunt accedere illi summę, quia septuagin-
ta vnum annos vixit in Aegypto Ioseph
post ingressum patris sui. Quapropter etiā
si septuaginta anni vitæ Ioseph ab ingressu
Iacob in Aegyptum vsq; ad natiuitatem
Caath, si tunc natus asseratur, & centum tri F
ginta anni ipsius Caath, & centum trigin-
ta septem filij eius Amram patris Moysi, &
octoginta ipsius Moysi, quadringentos, &
decem & septem annos faciunt, non qua-
dringentos triginta. Proinde illa nimirum
computatio, quam secutus est Eusebius in
historia sua Chronica, perspicua veritate
subnixa est. Ab illa enim promissione com-
putat quadringētos triginta annos, qua vo
cauit deus Abraham, vt exiret de terra sua
in terram Chanaan: quia & Apostolus cū Gal.35.
Abrahæ laudaret & commendaret fidem,
in ea promissione qua Christum vult in-
telligi Prophetarum. i. qua promisit deus
Abrahæ q̄ benedicerētur in eo omnes tri-
bus terræ. Hoc autem dico, inquit, quia te-
stamentum confirmatum à deo, post qua-
dringentos & triginta annos facta lex non
infirmat ad euacuandas promissiones. Ex
illa ergo promissione qua vocatus est Abra
hā & credidit deo, post quadringentos & tri
ginta annos factā legē dicit Apostolus, nō
ex tēpore quo Iacob intrauit in Aegyptū.
Deinde etiā ipsa scriptura Exodi satis hoc
significauit. non enim dixit, Incolatus filio-
rum Israel, quem incoluerunt in terra Ae- G
gypti anni quadringenti triginta: sed aperte
dixit, Quem incoluerunt in terra Aegypti
& in terra Chanaan ipsi & patres eorum.
Ac per hoc manifestum est computandum
esse tempus etiam Patriarcharum Abra-
hæ, Isaac, & Iacob, ex quo peregrinari cœ-
pit Abrahā de terra Chanaan. id est ex illa
promissione, in qua eius fidē laudat Apostō-
lus, vsq; ad illud tēpus, quo ingressus est Is-
rael in Aegyptū. Toto quippe isto tēpore
peregrinati sunt patres in terra Chanaan,
& deinde semel Israel in Aegypto: ac sic
completi sunt quadringenti triginta anni à
promissione vsque ad exitum Israel ex Ae-
gypto, quando facta est lex in monte Si-
na, quæ non infirmat testamentum ad
euacuandas promissiones. Septuagesimo
& quinto anno uitæ suæ Abraham, sicut
scriptura

scriptura dicit, egressus est in terram Chanaan, & genuit Isaac cum esset annorũ centum. Fiunt itaq; anni vigintiquinque ex promissione vsq; ad natum Isaac. His adduntur omnes anni vitæ suæ Isaac.i.centũ octoginta, fiunt ducenti quinq;, tunc erat Iacob annorum centum viginti. Nati sunt.n.sexagenario patre gemini, ipse & Esau: post decẽ autem annos intrauit Iacob in Aegyptum, cum esset annorum centum triginta. Ioseph autem cum esse trigintanouem. Fiunt proinde anni à promissione vsq; ad ingressum Iacob in Aegyptum, ducenti quindecim. Ioseph autem ab illo tricesimo & nono anno ætatis suæ, in quo eum pater in Aegypto inuenit, vixit septuaginta & vnum annos: quia omnes ętatis eius anni centum decem fuerunt. Cum itaq; ad ducentos quindecim annos accesserint septuaginta vnus, fiũt anni ducenti octoginta sex. Restant centum quadragintaquatuor vel quinq;, quibus intelligitur seruisse in Aegypto populus Israel post mortẽ Ioseph. His annis quantum multiplicari potuerint, si fœcunditas hominis consideretur, adiuuante illo qui eos voluit valde multiplicari, reperitur non esse mirum q̃ in sexcentis milibus peditũ egressus ẽ populus ex Aegypto: excepto cætero apparatu, vbi & seruitia erant, & sexus muliebris & imbellis ætas. Q̃d ergo dixit deus ad Abraham, Sciendo scias, quia peregrinũ erit semen tuum in terra non propria, & in seruitutem rediget eos & nocebunt illis quadringentis annis, non sic accipiendum est, tanquàm in illa durissima seruitute quadringentos annos dei populus fuerit: sed q̃a scriptum est, In Isaac vocabitur tibi semen: ex anno natiuitatis Isaac vsque ad annum egressionis ex Aegypto computantur anni quadringenti quinque. Cum ergo de quadringentis triginta detraxeris vigintiquinque qui sunt à promissione vsq; ad natum Isaac, non mirum est si quadringentos & quinq; annos summa solida quadringentos voluit appellare scriptura, q̃ solet tẽpora ita nũcupare vt q̃d̃ de summa perfectioris numeri paululum excrescit, aut infra est, non computetur. Non ita q̃ ait, in seruitutem redigẽt eos & nocebũt illis, ad quadringẽtos annos referẽdũ est, tanq̃ per tot annos eos habuerint in seruitute: sed referẽdi sunt quadringẽti anni ad id quod dictum est, peregrinum erit semen tuum in terra nõ propria: quia siue in terra Canaan siue in Aegypto peregrinum erat illud semen, anteqũ hæreditatem sumerent terram ex promissione dei, quod factum est posteaquam ex Aegypto liberati sunt: vt hyperbaton hic intelligatur, & ordo verborum sit, Sciendo scias, quia peregrinum erit semen tuum in terra non propria quadringentis annis: illud autem interpositum intelligatur, & in seruitutem redigent eos & nocebunt illis: ita vt ad quadringentos annos ista interpositio non pertineat. In extrema.n.parte annorum summæ huius, hoc est, post mortem Ioseph factum est vt in Aegypto populus dei duram perageret seruitutem. Quid est quod ait cum de Pasca præciperet, Erit tibi in signo super manum tuam, An intelligitur super opera tua.i.quod præferre debeas operibus tuis? Pertinet.n.Pascha propter occisionem ouis ad fidem Christi & sanguinem quo redempti sumus. Hæc autẽ fides operibus præponenda est, vt si quodãmodo super manum aduersus illos qui in operibus legis gloriabantur: de qua re Apostolus loquitur, & nullum ait posse deo placere sine fide: qui fidem operibus sic anteponit, vt ex illa pendeant bona opera, atq; ab ea præueniantur, non ut ipsa velut meritis bonorum operum retribui videatur. Illa.n.ad gratiã pertinent: si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non esset gratia. Cum autẽ emisit Pharao populum, non deduxit eos deus per viã terrę Philistijm, quæ propè erat. Dixit.n. deus. Ne q̃n pœniteat populũ eũ viderit prælium & reuertatur in Aegyptum. Hic ostenditur omnia fieri debere quæ consilio recte fieri possunt, ad euitanda quæ aduersa sunt, etiam cum deus apertissimè adiutor est. Quinta autem progenie ascenderũt filij Israel de terra Aegypti. Vtrum progeniem in centum annis vult computari, & ideo quinta progenie, quia post quadringẽtos & triginta annos? an p hominũ generationes hoc potius intelligendũ est, ab ipso Iacob, qui intrauit in Aegyptum vsq; ad Moysen, qui cum populo egressus est? Iacob.n.primus, secũdus Leui, tertius Caath, quartus Amram, quintus Moyses inuenitur. Has aũt dicit progenies Latinus interpres, quas γενεὰς Græci vocant, quæ in Euãgelio generationes appellantur, nec numerantur nisi per successiones hominum, non per numerum annorum. Dixit autem Moyses, Confidite & state & videte salutem, quæ est à dño quam faciet uobis hodie. Sicut.n.vidistis Aegyptios hodie, nõ apponetis amplius videre eos in æternũ tẽpus. Quomodo accipienda sunt hæc verba cum viderint postea Israelitę Aegyptios? an quia isti qui tunc videbant non eos vlterius viderint, quia & illi sunt mortui qui cõsequebantur, & isti omnes quinq; die mortis suę? Nam posteri eorum viderunt postea illorum. An non eos videbitis sicut hodie, intelligendum est nõ sicut hodie persequentes & inimicos, & tanto post vos agmine venientes: vt omnino nulla sit quæstio, nec de æterno tẽpore quod hic posuit, quia & si videbũt se vtique tempore resurrectionis, non sic vtiq; videbũt vt hodie. Quid est quod dicit dñs ad Moysen, Quid tu clamas ad me: cum scriptura non dixerit aliq̃d de Moysi vocibus, nec eum orantem cõmemorauerit, nisi quia intelligi voluit hoc eum egisse vocis silẽtio, vt corde clamaret? Et tu eleua virgam tuam, & extende manũ tuã super mare. Hæc est virga illa in qua fiebãt mirabilia, quæ modo dicitur esse Moysi: tũc autem fratris eius fuisse dicebatur, quando per illam ipse operabatur. Extendisti manum tuam, & transuorauit eos terra. Terra pro aquâ non mirũ est posita, Tota quippe pars ista extrema, vel infima mundi terrę nomine censetur, secundum id quod sępe dicitur, Deus qui fecit cœlum & terram: & in illius Psalmi distributione commemoratis cœlestibus, Laudate, inquit, dominum de terra: & ea exequitur in laude, quæ etiam ad aquas pertinebant. Misisti spiritum tuum & cooperuit eos mare. Ecce iam quinto cõmemoratur spiritus Dei, vt in hoc numero accipiamus, & quod dictum est, Digitus dei est hic. Primo vbi scriptum est, Spiritus dei ferebatur super aquas. Secundo vbi dicit, Nõ permanebit in istis hominibus spiritus meus, q̃n caro sunt. Tertio vbi Pharao dicit ad Ioseph, Q̃n spiritus dei est in te. Quarto vbi incantatores Aegyptiorũ dicunt, Digitus dei est hic. Quinto in hoc Cant. Misisti spiritum tuum & cooperuit eos mare. Meminerimus autem spiritum dei non solum ad beneficia, verumetiam ad vindictam commemorari. Nam quid aliud etiam supra dixit, Per spiritum iræ tuę diuisa est aqua? Iste itaque spiritus iræ dei in Aegyptios: nam spiritus iræ eis quibus nocuit aquarum diuisio, vt intrantes possent aquis redeuntibus obrui: filijs vero Israel quibus profuit q̃ aqua diuisa est, non fuit ille spiritus iræ Dei. Vnde significatur propter diuersas operationes, & effectus spiritus dei dissimiliter appellari, cum sit vnus atque idem ille duntaxat qui ẽt spiritus sanctus in vnitate trinitatis accipitur. Proinde nõ arbitror aliũ quàm eundem significari vbi dicit Apostolus, Non.n.accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis in quo clamamus, abba pater: quia eo dem spiritu dei.i. digito de quo lex in tabulis lapideis conscripta est, timor incussus est eis qui gratiam nondum intelligebant, vt de sua infirmitate atque peccatis per legem cõuincerentur, & lex illis fieret pædagogus, quo perducerentur ad gratiam, quæ est in fide Iesu Christi. De hoc autem spiritu adoptionis, & gratiæ.i.de hoc opere spiritus dei quo impertitur gratia, & regeneratio in vitã æternam, dicitur, Spiritus autem viuificat, cum supra diceretur, litera occidit.i.lex conscripta, tantummodo iubens sine adiutorio gratiæ. Venerunt autem in Mesra, & non poterant bibere aquam de Mesra, amara enim erat. Si propter hoc appellatum est nomen loci eius amaritudo, quia non poterant ibi aquam bibere, eo quòd amara est, Mara.n. interpretatur amaritudo, quomõ venerunt in Mesra, nisi quia eo nomine locum scriptura appellauit in quem venerunt, quo iam appellabatur cum hæc scribebantur, Posterius enim vtique scripta sunt, quàm illa contigerunt? Et ostendit ei dominus lignum & misit illud in aquam: & facta est aqua dulcis. Genus ligni erat istam habens vim: an quolibet ligno id facere potuerat Deus qui tanta mirabilia faciebat? Hoc tamen videtur significare quod dictum est, ostendit ei, tanquam tale iam lignum esset quo posset hoc fieri. Nisi forte locus erat vbi ligna omnino non inueniebantur: vt hoc ipsum esset diuini adiutorij, quòd ei dominus lignum ostendit vbi nullum erat: & per lignum aquas dulces fecit, præfigurans gloriam, & gratiam crucis: sed in tali etiam natura ligni quis nisi creator, & demonstrator laudandus est? Dixit Dominus ad Moysen, Ecce ego pluam vobis panes de cœlo: & exiet populus, & colligent vnius diei in diem, vt tentem illos si ambulent in lege mea, an non. Tentatio ista probatio est, non ad peccatum seductio: nec ideo probatio, vt Deus nouerit, sed vt ipse ipsis hominibus ostendat quo humiliores fiant

ad petendum adiutoriū & agnoscendā dei
gram. Moyses & Aarō dicunt ad popu-
lum inter cætera, Propter qđ exaudiuit do
59 minus murmurationē vestrā qua vos mur
Exo.16. muratis aduersum nos. Nos aūt quid su-
mus? Nō.n.aduersum nos murmur vestrū
D est,sed aduersus dominū. Nō.n.tantū se va
lere voluerunt quantū deū. Dixerūt enim
quid sumus nos? Vt illi aduersus illū se scie-
rent murmurasse, qui istos miserat,& per
istos operabat. Nec talis est illa sententia,vbi
Petrus dicit Ananiæ, Cur ausus es mentiri
spiritui sancto? Nō hominibus mētitus es,
Acto. 5. sed deo. Qđ simile fuisset si dixisset,nō spi-
rituisancto mētitus es, sed deo. Ita.n.loquēs
negaret deum esse spiritum sanctum. Nūc
vero cū dixisset, Ausus es mentiri spiritui
sancto cum ille se putaret hominibus fuis-
se mentitum, ipsum spiritumsanctum deū
esse monstrauit,subiungens, Non homini-
bus mentitus es sed deo. Deus mādauit p
Moysen pupulo, Ad vesperā edetis carnes,
60 & mane replebimini panibus, Ecce nō pro
Exo.16. omni alimēto panes nominantur. Nā isto
nomine carnes complecterentur,quia & ip-
sæ alimenta sunt:nec tamen panes eos mo-
do dicit qui fiunt ex frumento, ipsos.n.pro-
prie panes appellare consueuimus:manna
autem panum nomine appellat. Non autem
uacat,qđ dicit ad uesperam carnes & mane
E panes se daturum. Tale quippe aliquid etiā
2. Re.17 in Helia significatum est,cū ei alimēta cor-
uus afferret. An forte carnibus ad vespe-
rā & mane panibus,ille significatur,qui tra
ditus est ꝓpter delicta nr̄a,& resurrexit ꝓ-
Rom.4. pter iustificationē nr̄am? Ad vesperā ꝙppe
mortuus ex infirmitate sepultus est, mane
autem apparuit discipulis,quia resurrexerat
Exo.16. ex virtute. Et dixit Moyses ad Aaron,Ac-
61 cipe vas aureum vnum, & mitte illud ple-
num gomor mannæ, & repone illud ante
deum,& seruetur in progenies quemadmo
dum præcepit dominus. Quæri potest vbi
Aaron poneret ante deum, quando nec vl-
lum simulachrum fuit, nec area testamen-
ti iam fuerat instituta. An forte ideo de
futuro dixit, repones, vt intelligeretur
tunc ante deum posse reponi quando futu-
ra erat arca? an potius ante deum dictum
est quod fit ipsa deuotione offerendi,in quo
cunque loco poneretur, vbi enim est deus?
Sed illud quod adiungit, Et reposuit Aa-
ron ante testimoniū ad reseruādū: priorē
magis sensum asserit. Hoc enim mō scriptu
ra dixit per prolepsim, quod postea factum
est cum esse cœpit tabernaculū testimonij.

Filij autem Israel ederunt manna annis 62
quadraginta,quoadusque uenirent in terrā Exo.16.
quæ inhabitatur. Manna ederūt quoadusq; F
uenirent in partem Phœnicis. Significauit
scriptura per prolepsim.i.hoc loco comme-
morando quod etiam postea factum est,non
edisse filios Israel in eremo nisi manna. Hoc
est.n.quod ait, usque ad terram quæ inha-
bitatur.i.quæ iam non est eremus: non quia
continuo ut uenerunt ad terrā habitabilem
destiterunt uesci manna,sed quia non antè.
Traiecto.n.Iordane significatur māna ces-
sasse,ubi panes terrę manducauerunt:qū er
go ingressi sunt habitabilem terrā, antequā
transierunt Iordanem, vel tantum manna
vesci,vel vtroq; cibo potuerunt. Hoc quip-
pe intelligi potest, quando cessasse manna
non discitur nisi Iordane traiecto. Cur au-
tem in illa eremi inopia etiam carnes desi-
derauerunt, quando de Aegypto cum suis
valde multis pecoribus exierunt, magna
quæstio est. Nisi forte dicatur, cum per ere-
mum pascua tanta nō essent, & ex eo minor
futura videretur fœcunditas pecorum, pe-
perciſſe illos pecoribus, ne omnibus defi-
cientibus etiam sacrificijs necessaria defuis-
sent: vel si quid aliud dici potest, vnde quę-
stio ista soluatur. Congruentius tamen cre
ditur non eos carnes desiderasse quas de pe-
coribus habere poterant:sed eas quę deerāt, G
ex aquis videlicet. Ipsas quippe in illa ere-
mo non inueniebant, vnde & illis ortygo- Ortyg
metra data est.i.aues quas coturnices multi metra.
Latini interpretati sunt,cum sit aliud genus
auium ortygometra, quanuis coturnicibus
non vsquequaq; dissimile. Nouerat enim
deus quid desiderarent, & desiderium eorū
o carnis genere satiaret. Sed quia scriptu-
ra concupiuisse illos carnes dixerat, nec ex-
pressĕrat cuiusmodi carnes,ideo quæstio fa-
cta est. Manna ederunt quoadusq; 63
rēt in partē Phœnicis. Iā dixerat quoadusq; Exod.6.
irent ad terrā q̄ inhabitatur. Sed qa nō
expressĕrat proprie q̄ diceret,repetitione ui
detur quandā proprietatē expressisse,dicen-
do,in partē Phœnicis. Sed tunc illā terrā sic
credendū est appellatam: modo.n.hoc non
uocatur nomine. Alia quippe est quæ,Phœ
nice appellatur regio Tyri & Sidonis, quæ
illos transisse non legitur:quanquā scriptu-
ra fortasse potuerit terram Phœnicis appel-
lare, vbi palmarum authores iam esse cœ-
perant

perant post eremi vastitatē, quoniā palma
H Græce sic appellat. Initio.n.profectionis
suæ inuenerant locum vbi septuaginta pal-
marum arbores fuerant, & duodecim fon-
tes: sed postea eos excepit eremi prolixitas,
vbi tale aliquid nō fuit quousq; venirēt ad
loca quæ colebant. Verū ille sensus est pro-
babilior,vt credamus sic appellatā tūc fuis-
se terrā. Multarum.n.terrarū & locorū,si-
cut fluminū & vrbium, nomina certis exi-
stētibus causis antiquitate mutata sūt. Et di
64 xit dominus ad Moysen, Antecede populū,
Exo.17. Sume aūt tecum de senioribus populi:& vir
gam in qua percussisti flumen accipe in ma-
nu tua. Flumen Aaron legit, non Moyses
virga percussisse. Nā Moyses eadem virga
mare diuisit, non flumen. Quid sibi ergo
vult, Accipe virgam in qua percussisti flu-
men? An forte mare appellauit flumē? Quę
rendum exēplū locutionis huius, si ita est.
an qđ Aarō fecit,Moysi potius tributū est:
quia per Moysen deus iubebat, quę faceret
Aarō:& in Moyse authoritas,in illo autem
ministeriū fuit:quandoquidē & primis suis
Exod.4. verbis Deus hoc illi ait de fratre suo, Erit
65 tibi ad populū, tu illi in ijs quæ ad deū. Et
Exo.17. ecce ego sto super cacumē collis, & virga
I dei in manu mea, dicit Moyses ad Iesum
Naue cū ꝑciperet pugnare aduersus Ama-
leh. Nūc ergo virga dei dicitur quæ primū
Lucæ.1. dicta est virga Aaron, postea vero virga
Moysi: sicut dicitur spiritus Heliæ qui est
spiritus dei, cuius particeps factus est He-
lias: sic illa potuit dici. Dicitur etiam dei
Ro.10. iustitia, quæ nostra est, sed donata à deo:
de qua loquens Apostolus, Iudæos arguit
dicens, Ignorantes dei iustitiam, & suam
iustitiam volentes constituere, id est, tan-
1.Co.4. quā à se sibi paratam. contra quales dicit,
66 Quid enim habes quod non accepisti? Ve-
Exo.18. nit autem Aaron & omnes seniores Israe
manducare panem cum socero Moyse ante
deum: vel sicut alij codices habent, coram
deo: quod Græce scriptū est ἐναντίον τοῦ θεοῦ
Quæritur vbi ante deum, quando nec ta-
bernaculum fuit, nec area testamenti: q
postea sunt instituta. Neque enim & hic
de futura dictum accipere possumus, si-
cut dictum est de manna quod positum est
in vase aureo. Ergo ante deum id accipere
debemus factum, quod in honorem dei
factum est. Vbi enim non deus? Moy-
ses socero suo dixit, Quia venit ad me po-
Exo.18. pulus inquirere iudicium à deo cū eis con-
tigerit disceptatio, & cum venerint ad me, K
iudico vnumquenque, & moneo eos præce-
pta dei & legem eius. Quæri potest quo- 67
modo ista Moyses dixerit, cum lex dei ad
huc nulla conscripta esset, nisi quia lex
dei sempiterna est, quam consulunt omnes
piæ mentes, vt quod in ea inuenerint, vel
faciant, vel iubeant, vel vetent, secundum
quòd illa incommutabili veritate percepe-
rint. Nunquid enim Moyses quanuis cum
illo deus loqueretur, per singula credendū
est quòd consulere soleret deum si quid es-
set in disceptationibus tātæ multitudinis, q̄
illū in hoc iudicandi negocio à mane vsq;
ad vesperā detinebat? Et tamen nisi suæ mē
ti præsidentē dominum consuleret, legēq;
eius æternam sapienter attenderet, quid iu-
stissimum iudicare inter disceptantes pos-
set inueniret. Ideoque Iethro consilium dat 68
genero suo Moysi, ne occupatus iudicijs Exo.18.
populi & ipse & populus consumeretur cō-
sumptione intolerabili. Prima quæstio est,
cur hoc deus famulum suū, cum quo ipse
tanta & talia loquebatur,ab alienigena pas-
sus est admoneri. In quo scriptura nos ad-
monet,per quemlibet hominem detur con-
silium veritatis,non debere contemni. Vi-
dendum est etiam, ne forte ibi vbi voluerit
deus ab alienigena admoneri Moysen, vbi
& ipsum posset tentare superbia: sedebat.n.
iudiciaria sublimitate solus, vniuerso popu- L
lo stante. Nam hunc sensum indica, cū ipse
Iethro eos eligi iussit ad iudicandas causas
populi,qui odissent superbiā. Deinde quàm Eccleſia
sit obseruandum quod alibi scriptura dicit, ſtici.11.
Fili ne in multis sint actus tui: satis & hic
apparet. Deinde verba Iethro dantis con-
silium Moysi consyderanda sunt. Dicit.n.
Nunc itaque audi me,& consilium dabo ti
bi,& erit deus tecum. Vbi mihi videtur si- Exo.18.
gnificari,nimis intentum humanis actioni-
bus animum, deo quodammodo vacuari,
quo fit tanto plenior,quanto in superna at-
que æterna liberius extenditur. Quod ve 69
ro adiungit & dicit, Esto tu populo in ijs Exo.18.
quæ ad deum, & referes verba eorum ad
deum: & testaberis illis præcepta & legem
eius: & demonstrabis illius vias in quibus
ambulabunt in eis, & opera quæ faciant.
Cū populo vniuerso hoc agendum esse de-
monstrat. Nos enim ait,vniuscuiusq; ver-
ba referes ad deum,sed verba eorum, cū su-
pra dixisset, Esto tu populo in ijs q̄ ad deū
sunt. Post hæc admonet ne singulorum ne-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gocia quæ inter se habent deserant, electis
M videlicet potétibus viris deũ colentibus,
iustis & qui oderint superbiam, quos constituat super millenos, alios super cẽtenos, alios sup quinquagenos, alios super denos. Sic & ab ipso Moyse remouit graues & periculosas occupationes, nec istos grauauit. Quandoquidẽ ipsi mille haberent vnũ sup se & sub illo haberẽt alios decem, & sub eis alios viginti: & sub his alios centũ, vt vix aliquid ad singulos quoſq; præpositos perueniret, quod iudicare necesse haberent. Insinuatur hic ẽt humilitatis exemplum, qd Moyses cũ quo loquebatur deus, non fastidiuit, neq; contempsit alienigenæ soceri sui consilium: quanquã & ipse Iethro, cũ Israelita non fuisset, vtrum inter viros deum verum colentes, religiosoſq; sapientes habendus sit, quemadmodum & Iob cum ex ipso populo non fuisset, merito quæritur immò credibilus habetur: ambigue quippe posita sunt verba, vel vtrum significauerit deo vero in populo eius, quando vidit generum suum vel vtrum adorauit eum ipse Moyses quanquam de adoratione etiam si expresse positum esset, honor videretur socero redditus, eo modo quo solet hominibus honorificentiæ causa exiberi â patribus. Sicut de Abraham scriptum est, quod adorauerit
A filios Heth. Quos autẽ dicat, χιλιάρχους ἑκατοντάρχους
Ge. 23. principes post decuriones, non facile sciri pót: quoniam hoc nomen in nullo vsu habemus vel officiorũ vel magisteriorum. Nã quidã doctores interpretati sunt, vt intelligantur vtique literarum, qui introducant in literas sicut resonat Græcum vocabulum. Hic sanè significatur quòd ante legem datam habuerunt Hebræi literas, quæ quando cœperint esse, nescio vtrum valeat indagari. Nõ nullis eĩ videtur à primis hominibus eas cœpisse, & perductas esse ad Noe, atque inde ad parentes Abrahæ, & inde ad populũ Israel: sed vnde hoc probari possit ignoro:
70 Mensis autem tertij exitus filiorũ Israel
Exo. 19. de terra Aegypti hac die venerunt in eremum Sina, & profecti sunt ex Raphidim, & venerunt in eremum Sina, & applicuit Israel ibi contra montem, & Moyses ascendit in montem dei, & vocauit eum dominus de monte dicens, Hæc dices domui Iacob, & nunciabis filijs Israel, Vos ipsi vidistis quę fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos super alas aquilarũ & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meã & custodieritis pactum meũ, eritis mihi in peculiũ & cætera. Deinde paulopost, Descẽde & testare populo & purifica illos hodie, & cras: & lauent vestimenta sua, & sint parati in diem tertium. Tertia enim die descẽ B det dominus in montem Sina coram omni populo. Hoc die reperitur data lex, quæ Ibidem.
in tabulis lapideis scripta est digito dei, sicut consequentia docent. Dies autem iste tertius apparet tertij mensis ab exitu Israel Exo. 3.
ab Aegypto. Ex die ergo quo pascha fecerunt, id est, agnum immolauerunt, & ederunt, qui fuit quartusdecimus primi mensis, vsq; ad istũ quo lex datur, dies quinqua Exo. 12.
ginta numerantur: decem & septem. s. primi mensis, reliqui ab ipso quartodecimo: deinde omnes triginta secundi mensis, qui fiunt quadraginta septem: & tertius tertij mensis, qui est a solẽnitate occisi agni quinquagesimus. Ac per hoc fit in ista vmbra futuri, secundum agni immolati diẽ festũ sicut quinquagesimo die lex data est, quæ conscripta est digito dei: ita in ipsa ueritate noui testamenti a festiuitate agni immaculati Christi Iesu quinquaginta dies numerantur, qũ Acto. 2.
spiritus sanctus de altissimis datus est. Digitum autem dei esse spiritum sanctum, suprà
iam diximus teste Euangelio. Queri- 71
tur decem præcepta legis quemadmodum C
diuidenda sint vtrum quatuor sint vsque ad præceptum de sabbato, quæ ad ipsum deum pertinent, sex autem reliqua, quorum Exo. 20.
primum, Honora patrem & matrem: quæ Distinad hominem pertinent, an potius illa tria ctio prisint, & ista septem. Qui enim dicunt illa ceptorũ
quatuor esse, separant quod dictum est, Nõ decalorerunt tibi dij alij præter me, vt aliud præ- gi.
ceptũ sit nõ facies tibi idolum: & cætera, vbi figmenta colenda prohibentur. Vnum autem volunt esse, Non concupisces vxorem proximi tui: &, Non concupisces domum proximi tui, & omnia vsque in finem. Qui vero illa tria esse dicunt, & ista septem, vnum volunt esse, quicquid de vno colendo deo præcipitur, ne aliquid aliud præter illum pro deo colatur. Hæc autem extrema præcepta in duo diuidunt, vt aliud sit præceptum, Non concupisces vxorem proximi tui: & aliud, Non concupisces domum proximi tui, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinũ, nec omnia quęcunque illius sunt. Decem tamen esse præcepta neutri ambigunt, qm hoc scriptura testatur. Mihi tamen videntur cõgruentius

accipi

accipi tria illa, & ista septem, qm Trinitatẽ
D videntur illa quæ ad deum pertinent insinuare diligentius intuentibus. Et reuera quod dictum est, Non erunt tibi dij alij præter me: hoc ipsum perfectius explicatur cum prohibentur colenda figmenta. Cõcupiscentia porrò vxoris alienæ, & concupiscentia domus alienæ, tantum in peccando differunt, vt illi quod dictum est, Non concupisces domum proximi tui: adiuncta sint & alia dicente scriptura, neq; agrũ eius, neque seruum eius, neq; ancillã eius, neq; boues eius, neq; subiugalem eius, neq; omne pecus eius, neq; quæcunq; proximi tui sunt. Discreuisse autem videtur concupiscentiam vxoris alienæ à cõcupiscentia cuiuslibet rei alienę, quando vtrunq; sic cœpit, Non concupisces vxorem proximi tui: &, Non concupisces domum proximi tui: & hinc cœpit cætera adiungere. Non autem cum dixisset, Non concupisces uxorem proximi tui: huic connexuit alia dicens, neque domum eius, neque agrum eius, neque seruum eius, & cætera: sed omnino apparent hæc esse cõiuncta quæ in uno præcepto uidentur contineri, & discreta ab illo ubi uxor nominata
E est. Illud autem ubi dictum est, Non erunt tibi dij alij præter me, apparet huius rei diligentiorem executionẽ esse in ijs quæ subiecta sunt. Quo. n. pertinet, Non facies tibi idolũ, neq; ullum simulachrum: quæcunq; in cœlo sunt sursum, & quæcunq; in terra deorsum, & quæcunq; in aqua sub terra, non adorabis ea neq; seruies illis, nisi ad id quod dictum est, Non erunt tibi dij alij præter me? Sed rursus quæritur quid differat, Non furtum facies: ab eo quod paulopost de non concupiscendis proximi rebus præcipitur. Non quidẽ omnis qui rẽ proximi sui concupiscit, furatur: sed quia omnis qui furatur rem proximi concupiscit, pe- rat in illa generalitate vbi de nõ cõcupiscenda re proximi præcipitur, etiam illud quod ad furtum pertinet cõtineri. Similiter etiam quæritur quid differat quod dictum est, Non mœchaberis: ab eo quod paulopost dicitur, Non cõcupisces vxorem proximi tui. In eo quippe quod dictum est, non mœchaberis, poterat & illud intelligi: nisi forsitan in illis duobus præceptis, non mœchandi, & non furandi, ipsa opera notata sunt, in his vero extremis ipsa concupiscentia. quæ tm differunt, vt aliquando mœchetur qui non concupiscit vxorem proximi, cum alia aliqua causa illi miscetur: aliquando autẽ concupiscat nec ei misceatur, pœnam timens: & F
hoc fortasse lex ostendere voluit, ꝙ vtraq; peccata sint. Item quæri solet vtrum mœchiæ nomine etiã fornicatio teneatur. Hoc enim Græcum verbum est, quo iam scriptura vtitur pro Latino: Mœchos tamen μοιχούς.
Græci non nisi adulteros dicunt. Sed vtiq; ista lex non solis viris in populo, verumetiã fœminis data est. Neque enim quia dictum est, Non concupisces vxorem proximi tui: nihil sibi hic præceptum debet putare fœmina, tanquam licite posset concupiscere virum proximæ suæ. Si ergo hoc ex illo quod viro dictum est intelligitur, quanuis non dictum sit quòd etiam ad fœminam pertineat: quanto magis ex eo quod dictum est, non mœchaberis, vterq; sexus constringitur, cum & ipsum præceptum potest referri ad vtrunque, sicut non occides, non furaberis, & alia quæ similiter non expresso vno sexu vtrique videntur sonare communiter, Tamen vbi vnus exprimitur, honoratior vtique exprimitur, id est, masculinus, vt ex hoc intelligat etiam fœmina quid sibi præceptum sit. Ac per hoc si fœmina mœchata est habens virum, concumbendo cum eo qui vir eius non est, etiam si ille non habeat vxorem, etiam vir mœchatus est ha G
bens vxorẽ, concumbẽdo cum ea quæ vxor eius non est, etiã si illa non habeat virũ. Sed vtrũ si faciat qui vxorẽ non habet cũ fœmina quæ uirũ nõ habet, ambo præcepti huius transgressione teneantur, merito quæritur. Si. n. non tenetur, non est prohibita in decalogo fornicatio, sed sola mœchia. i. adulterium: quanuis omnis mœchia etiã fornicatio esse intelligitur, sicut loquuntur scripturę. Dominus. n. dicit in Euangelio, Quicun
que dimiserit vxorem suam excepta causa Matt. 5.
fornicationis facit eam mœchari. Hoc vtiq; fornicationem appellauit, si cum alio peccet quæ virum habet, quod est mœchia, id est, adulterium. Omnis ergo mœchia etiam fornicatio in scripturis dicitur, Sed utrum etiã omnis fornicatio mœchia dici possit, in eisdem scripturis non mihi interim occurrit locutionis exemplum: sed si non omnis fornicatio etiam mœchia dici potest, ubi sit in decalogo prohibita illa fornicatio quam faciunt uiri qui uxores non habent, cum fœminis quæ maritos non habent, vtrũ inueniri possit, ignoro. Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne: non.n. rapinam permisit qui furtū pro-
H hibuit, sed utiq; à parte tm intelligi voluit,
quicquid illicite rerum proximi aufertur:
profecto & nomine mœchiæ omnis illicitus
concubitus atq; illorū membrorum non le-
gitimus vsus prohibitus debet intelligi. Et
quod dictum est, Non occides: non puta-
dum est fieri contra hoc præceptum qñ lex
occidit vel occidi aliquē deus iubet. Ille.n.
facit qui iubet, quando ministerium negare
nō licet, In eo etiā quod dictum est, Falsum
testimonium non dices aduersus proximū
tuū, quæri solet, vtrum ꝓhibitum sit omne
mendaciū: ne forte non sit hoc præceptum
Psal.5. aduersus eos qui dicunt tunc esse mentien-
Ecclesia dum, quando istud mendacium prodest ali-
stici.7. cui, & nihil obest ei cui mentiris. Tale quip
pe non est aduersus proximum tuū, vt ideo
videatur hoc addidisse scriptura, quæ posset
breuiter dicere, falsum testimonium non di-
ces, sicut dixit, non occides, non mœchaberis,
non furaberis. Sed hinc magna quæstio
est, nec à festinantibus commode explicari
potest qūo accipiendum sit, Perdes omnes
qui loquuntur mendacium: &, Noli velle
I mentiri omne mendacium: & cætera huius-
72 modi. Et omnis populus videbat vocem
Exo.20. & lampades & vocem tubæ & montem fu-
mantem. Solet quæri qūo populus videbat
vocem, cum uox non ad visum, sed potius
ad auditū pertinere videatur. Sed sicut dici-
tur, sicut modo dixi, videatur de omnibus q̄
à me dicta sunt, sic videre solet pro genera-
li sensu poni, non solum corporis, verum-
etiam animi: Vnde est illud, Cum vidisset
Iacob, quia sunt escæ in Aegypto: vnde vti-
Gen.24 que absens erat. Quanquam nonnulli vide-
re vocem nihil aliud arbitrati sunt esse q̄
intelligere, qui visus mentis est. Cum vero
hic breuiter dicendum esset, ꝙ populus vi-
debat vocem & lampades, & vocem tubæ ac
montem fumantem, quæstio maior oritur
qūo audiebat lampades, & montem fuman-
tem, quod pertinet ad sensum videndi: Nisi
quis dicat, nec tam breuiter dicendum fuis-
se: sed vt totum diceretur, audiebat vocem &
videbat lampades, & audiebat vocem tubæ
& videbat montem fumantem. Duo quip-
pe genera vocis erant: & de nubibus, sicut
tonitrua: & tuba, si tū ipsam dixit vocē quæ
de nubibus ædebatur: ac per hoc melius in
ijs quæ ad sensum audiendi pertinebant ge-
neralis sensus est positus, hoc est videndi,
cum breuiter totum vellet scriptura com-
plecti, q̄ vt in ijs quæ pertinent ad videndi
sensum, subintelligeretur auditus: quo mo-
K re loqui nō solemus, Nam vide quid sonet,
solemus dicere: audi quid luceat, non sole-
mus. Loquere tu nobis, & non loquatur 73
ad nos deus, ne quando moriamur. Multum Exo.20
& solide significatur ad vetus testamentum
timorem potius pertinere, sicut ad nouā di-
lectionem: quanquam & in vetere nouum
lateat, & i nouo vetus pateat. Quomodo au ,,
tem tali populo tribuatur videre vocē dei, ,,
si hoc accipiendum est intelligere, cum sibi
loqui timeant ne moriantur, non satis elu-
cet. Et dixit eis Moyses, Constantes esto 74
te, propterea enim venit deus ad vos tenta- Exo.20
re vos, vt sit timor eius in vobis ne pecce-
tis. Sic illi cohibendi fuerant à peccatis, uti-
que timendo ne pœnas sensibiles paterentur, quia nondum poterant amare iustitiam: & in hoc erat eis tentatio à domino qua probabantur, ut apparerent cuiusmodi essēt: non ut deo noti fierent, quem non latebat qualescunque essent, sed ut inter se ac sibimet. Multum tamen istis terroribus testamenti ueteris differentia commendatur, quod etiā in Epistola ad Hebræos aper Heb.12
tissime dictum est. Moyses autem intra- 75
uit in nebulam ubi erat deus, id est, vbi ex- Exo.20
L pressiora fiebant signa quibus cognosceretur deus. Nam qūo in nebula erat, cum cœli cœlorum non sufficiant, nisi quemadmodum nusquam non est qui in loco nullo deest. Non facietis uobis deos argenteos, 76
& deos aureos non facietis uobisipsis. Re- Exo.20
peritur quod in primo præcepto inculcatum est, & ex dijs argenteis & aureis utique omnia simulachra intelliguntur, sicut in illo etiam Psalmo, Idola gentium argen- Ps.113
tum & aurum. Quæ de seruo Hebræo 77
præcipiuntur, ut sex annos seruiat & dimit- Exo.21
tur liber gratis, ne serui Christiani hoc flagitarent à dominis suis, Apostolica autho Ephe.6
ritas iubet seruos dominis suis esse subiectos, ne doctrina & nomen dei blasphemetur. Illud enim ex hoc satis constat in my-
sterio præceptum, quia & pertundi subula eius aurem ad postem præcepit deus, qui libertatem illam recusaret. Si quis aūt uen- 78
diderit filiam suam in famulam, non abibit Exo.21
ita ut ancillæ recedunt. Quod si non placue
rit dño suo quam non adnominauit eam,
remunerabit eam: Genti autem exteræ nō
est dñs uendere illam: quoniā spreuit in ea.
Quòd si filio adnominauerit ea secundum
iustifica-

iustificationē filiarū faciet ei. Quòd si aliā
accipiet ei, quæ opus sunt & vestem & con
uersationem eius non fraudabit ei. Si autē
tria hæc non fecerit ei, exibit gratis sine pre
cio. Obscurissimum locum inusitatæ locu-
tiones fecerūt, ita vt interpretes nostri quē-
admodum eum explicarēt penè non inueni
M rent. In ipso quoq; Græco eloquio multū
obscurum est, qđ hic dicitur. Tamen quid
videat vt potero aperiam. Si quis aūt, inqt,
vendiderit filiam suam in famulā. i. vt sit fa
mula, quam παιδίσκην Græci vocant, non abi
bit ita vt recedūt ancillæ: intelligēdum est,
non sic recedet qūo recedunt ancillæ He-
brææ post sex annos. Eam quippe oportet
etiam in fœminā Hebræam legem datam
intelligi quæ seruatur in moribus. Cur er-
go ista nō ita recedet, nisi quia in illo famu-
latu intelligit humiliata ꝙ ei se dñs miscue-
rit? Hoc.n. in cōsequentibus vtcunq; clare
scit. Sequitur.n. & dicit, Quòd si non pla-
cuerit dño suo quam non adnominauit eā,
id est, non eam fecit vxorem, remunerabit
eā: hoc est quod supra dixit, non abibit ita
vt recedunt ancillæ. Iustum est quippe
eam aliquid accipere ꝙ eo ꝙ humiliata est,
quia non ei se ita cōmiscuit vt faceret vxo-
rem id est vt adnominaret eam sibi. Hoc au
tem quod diximus, remunerabit eā: quidā
interpretes dixerunt redimet eam. Quòd si
in Græco dictum esset, ἀπολυτρώσεται scri-
Ps.129. ptum esset, sicut scriptū est, Et ipse redimet
A Israel. Nam ἀπολυτρώσεται scriptum est. In
hoc aūt loco vocabulum ἀπολυτρώσει legit,
vbi intelligitur ꝙ accipit magis aliquid, q̄
precio dat vt redimat. Quomodo.n. dabit
dominus eius vt redimat, quā ipse famulā
possidet? Genti aūt exteræ non est dñs ven
dere illam, qm̄ spreuit in ea, id est, non quia
spreuit in ea, ideo dominus est vendere illā:
id est, non tantum ei dominabitur, vt etiā
exteræ genti eam licitè vendat. Hoc est au
tē spreuit in ea, quod est spreuit eam. Spre-
uit autem eam, hoc est, humiliauit eā, id est
concumbendo nec vxorem faciendo. Di-
cit aūt Græce πλ'ηγησε, quod nos diximus la-
uit, quo verbo scriptura vtitur apud Hie-
remiam, Sicut spernit mulier eum cui com
miscetur. Deinde sequitur & dicit, Quòd
si filio adnominauerit eam, secundum iusti
ficationem filiarum faciet ei: Hic iam ape-
rire incipit quemadmodum supra dixerit,
quam non adnominauit. Nā quid est aliud
si filio adnominauit eam, nisi filio conuin-
xerint eam vxorem, quandoquidem dicit
sēm iustificationē filiarū faciet ei. i. vt sic B
tradat tanquā filiā, dotē. s. apponens ei. De-
inde adiungit, Quòd si aliā accipiet. i. non
istā deputauerit vxorē filio suo, sed ei aliā
accipiat, quæ opus sunt & vestem & conuer
sationem eius non fraudabit ei. Simili lege
quæ competunt, qm̄ non mansit vxor filio
eius, quemadmodū ei daret si eā sibi nō ad-
nominasset, & tū concumbendo humiliās-
set. Quod aūt nos diximus, conuersationē
non fraudabit, Græcus hēt ὁμιλίαν, id est,
locutionē, quo nomine intelligit scriptura
honestius appellare cōcubitū. Quid est aūt
concubitū non fraudabit, nisi pro concubi-
tu mercedē dabit? Nanq; apud Danielem Dan.13.
cōtra Susannā falsum testimoniū dicētes se-
niores, Venit, inquiunt, ad eā adolescens qui
erat in latenti absconditus, & cōcubuit cū
ea. Daniel āt de hoc ipso interrogās ait, Sub
qua arbore uidisti eos loquentes: quod illi
dixerant, concubuit cū ea. Deinde alterum
arguens atque cōuincens dixit, Semen Ca-
naan & non Iuda, species delectauit te, &
concupiscētia euertit cor tuū. Sic.n. facieba
tis filiabus Israel, sed illæ timentes acquie-
scebant vobis. Græcus aūt habet ὡμίλησαν
ἡμῖν, qđ posset Latine verbū ex verbo dici,
loquebant vobis, quo significaretur concu-
bitus. Nam vbi dicitur, Sub qua arbore cō-
prehendistis eos: Græcus habet, comprehē- C
distis eos colloquentes inuicem: & illic signi
ficatur concubitus. Quod ergo de hac de
qua agitur adiungit scriptura & dicit, Si aūt
tria hæc non fecerit ei, exibit gratis: hoc in-
telligitur, si eam ipse concubitu non humi-
liauerit, neque filio suo coniunxerit, neque
alia filio suo ducta istam eiecerit, abibit gra-
tis, id est, sufficiet ei non teneri in seruitu-
te. Abibit enim nihil accipiens vt seruus
Hebræus, non enim licet domino eius copu
lari illam viro non Hebræo, quam non li-
cet exteræ genti tradi. Si autem seruo He-
bræo eam copulauerit, hoc vtique intelligi-
tur, quòd cum eo gratis exibit nequaquā à
marito suo separata. Si quis percusserit 79
aliquem & mortuus fuerit, morte moria- Exo.21.
tur, Qui autem nolens, sed deus tradidit in
manus eius, dabo tibi locum in quem fu-
giat: Quæritur hoc quomodo dictum sit,
Si autem nolens, sed deus tradidit in ma-
nus eius: quasi & si volens occiderit, pos-
set occidere, nisi deus traderet in manus
eius. Intelligitur ergo tantummodo deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

D feciſſe cum quiſq; occiditur à nolente: & pro hoc tantùmodo quia deus id fecit, dictum eſt, deus tradidit in manus eius. Cú vero volens, & ipſe occidit & deus tradidit in manus eius: hoc ergo intereſt, q̃ illic tantum deus fecit. hic aũt & deus & homo, p̃pter voluntatẽ facientis, ſed nõ fecit deus vt homo, Deus. n. non niſi iuſte, homo aũt pœna dignus: nõ quia illum occidit quem deus nollet occidi, ſed quia p̃ iniquitatem. Non n. miniſterium deo iubenti præbuit: ſed ſuæ malignæ cupiditati ſeruiuit. In vno igit̃ eodemq; facto & deus de occulta æquitate laudat̃, & homo de propria iniquitate punitur. Non. n. quia deus proprio filio nõ
Rom. 8. pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ, ideo Iudas excuſatus eſt, qui eundem ad
Mat. 26. mortẽ tradidit Chriſtum. Si aũt litigá-
80 bunt duo viri, & percuſſerit quis mulierẽ
Exo. 21. fœtum in vtero habentem, & exierit infans eius nondũ formatus, detrimentum patiet quantũ indixerit vir mulieris, & dabit cum poſtulatione. Mihi videtur ſignificationis alicuius cauſa dici hæc, magis q̃ ſcripturã circa huiuſmodi facta occupatã. Nã ſi illud attenderet, ne prægnans mulier percuſſa in abortũ compelleret: non poneret duos litiE gantes viros, cũ poſsit & ab vno hoc admitti, qui cũ ipſa muliere litigauerit, vel ét non litigauerit, ſed alienæ poſteritati nocere volendo id fecerit. Quod vero nõ formatum puerperiũ noluit ad homicidiũ pertinere, profecto nec hominem deputauit quod tale in vtero geritur. Hic de anima quæſtio ſolet agitari, vtrum quod formatum non eſt, nec animatũ quidẽ poſsit intelligi, & ideo non ſit homicidiũ, quia nec exanimatũ dici poteſt, ſi adhuc animã non habebat. Sequitur. n. & dicit, Si autem formatum fuerit, dabit animam pro anima. Vbi quid aliud intelligitur, niſi & ipſe morietur? Nam hoc & in cæteris ex occaſione iam præcepit, Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, combuſtionem pro combuſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore: rationis videlicet æquitate. Quæ lex ideo conſtituit, vt demonſtraret quæ vindicta debeatur. Niſi enim per legẽ ſciretur quid vindictæ debeꝛetur, vnde ſciretur quid venia relaxaret, vt dici poſſet, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris? Dibitores igitur lege monſtrant̃, vt
Matt. 6. appareat quid dimitatur q̃ ignoſcitur. Neque. n. debita dimitteremus, niſi quid nobis deberetur, lege iudice diſceremus. Si ergo il F lud informe puerperiũ iá quidẽ fuerit, ſed adhuc quodámodo informiter animatum: q̃n magna de anima quæſtio nõ eſt præcipitanda indiſcuſſa temeritate ſententię, ideo lex voluit ad homicidium pertinere: quia nondum dici poteſt anima viua in eo corpore quod ſenſu careꝛ, ſi talis eſt in carne nondum formata, & ideo nondum ſenſibus prædita. Quod autem dixit, Et dabit cum poſtulatione quod maritus mulieris informi excluſo dandum conſtituerit: non eſt in promptu intelligere. Ad animam quippe, quod Græcus habet, pluribus modis intelligitur, & tolerabilius cum poſtulatione dictum eſt, quàm ſi aliud diceretur. Fortaſsis enim poſtulabit, vt de eo modo deo ſatisfaciat, etiam ſi maritus mulieris non expetat.

Si aũt cornu percuſſerit taurus virũ aut 81
mulierem & mortuus fuerit, lapidibus lapi- Exo.21.
dabitur taurus, & nõ manducabunt̃ carnes eius, dñs autem innocens erit. Ad iuſtitiam pertinet, vt animal hominibus noxiũ perimatur, & q̃d de tauro poſitũ eſt, à parte totum intelligendũ eſt quicquid de pecoribus vſui humano ſubditũ infeſtum eſt hoibus. Sed ſi neceſſe eſt occidi, nunquid lapidari? G Quid intereſt. n. animal quod auferendum eſt qua morte auferatur? Deinde quod addidit carnibus eius nõ eſſe veſcẽdum, quo pertinet, niſi omnia iſta ſignificent aliud quod ſcriptura maxime ſolet intueri. Si autem 82
cornu percuſſerit alicuius taurus taurum Exo.21.
proximi & mortuus fuerit, vendent taurũ viuum & partientur precium eius, & taurus qui mortuus fuerit diſpertietur. Nunquid in ſolo tauro hæc iuſtificatio ſeruanda eſt, & nõ de omni pecore in tali caſu? Proinde à parte totum in corde intelligendum [illegible]: ſed hoc de carnibus occiſi pecoris fieri non poteſt quæ non veſcuntur. Quę iu 83
ſtificatio eſt, vt pro vitulo vno quinq; red- Exo.22.
dantur, p̃ oue aũt quatuor, niſi aliquid ſi- 84
gnificare intelligatur? Si aũt perfodiens Exo.22.
inuentus fuerit fur, & percuſſus mortuus fuerit, non eſt illi homicidium. Si aũt orietur ſol ſuper eum, reus eſt, & morte morietur. Intelligitur ergo tũc nõ ptinere ad homicidium, ſi fur nocturnus occiditur: ſi aũt diurnus, pertinere. Hoc eſt. n. quod ait, Si orietur ſuper eũ ſol. Poterat quippe diſcerni quòd ad furandum, non ad occidendum veniſſet, & ideo non deberet occidi. Hoc &

in

H in legibus antiquis ſecularibus, quibus tñ
ff. ad. l. iſta eſt antiquior, inuenitur: impune occi-
Aqui. l. di nocturnum furem quoquo modo, diur-
4. num aũt ſi ſe cũ telo defenderit: iam. n. plus
85 eſt q̃ fur. Quid eſt qui periurio conui-
Exo. 22. ctus fuerit per deũ, reſtituit duplo, niſi quia
86 vult deus aliq̃ ſigno dato prodere peieran-
Exo. 22. tem? Deos nõ maledices: Quæritur quos
Exod. 7. dixerit deos, vtrum principes qui iudicant populum, ſicut dictum eſt de Moyſe quòd datus fuerat deus Pharaoni: vt per expoſitionem dictum ſit quod ſequitur, velut oblẽdendo quos dixerit deos, vbi ait, Et principẽ populi tui nõ maledices: quod Græcus hẽt, non dices male. An ſecũdm illud accipiendũ,
1. Co. 8. quod Apoſtolus ait, Nã etſi ſunt qui dicuntur dij, ſiue in cœlo, ſiue in terra, ſicuti ſunt dij multi & dñi multi: addẽdo. n. ſicuti ſunt, deos intelligi voluit qui digne etiam dicuntur: ita ſanè λατρείαν quæ dicitur Græce, & interpretatur Latine ſeruitus, ſed ea quæ ad religionem pertinere intelligitur, non debeatur niſi vni deo vero qui nobis eſt deus: Illi aũtem qui dicũtur dij, etiam ſi qui ſunt qui merito dicuntur, prohibiti ſunt maledici, non iuſsi ſunt ſacrificijs vel vllis latriæ I obſequijs honorari. Non eris cum plu-
87 ribus in malitia. Ne ſe inde quiſquam defen-
Exo. 23. dat, quia cum pluribus fecit, aut ideo nõ pu-
88 tet eſſe peccatum: Et pauperis non miſe-
Exo. 23. reberis in iudicio, Niſi addidiſſet, in iudicio: magna eſſet quæſtio, Sed intelligendum eſſet etiam ſi ſcriptum non eſſet. Supra enim dixerat, Non apponeris cum multitudine, cum pluribus vt declines iudicium: ac per hoc & pauperis non miſereberis: poſſet intelligi, in iudicio. Sed cum additum eſt, nulla quæſtio eſt hoc eſſe præceptum, ne forte cum iudicamus videamus iuſtitiam eſſe prodiuite contra pauperem, & nobis recte facere videamur, ſi contra iuſtitiam pauperi ueamus cauſa miſericordiæ. Bona eſt ergo miſericordia, ſed nõ dẽt eſſe cõtra iudiciũ. Iudicium ſanè illud appellat ſcriptura, quod iuſtum eſt. Ne quis aũt propter iſtam ſententiam deũ putaret miſericordiam prohibere, quod ſequitur opportuniſsime ſequiꝰ. Si autem obuiaberis boui inimici tui, aut ſubiugali eius errantibus, reducens reddes ei vt ſcias non te prohibitum facere miſericordiam. Fac eam erga inimicos tuos, cũ poteſtas eſt à iudicando liberã: non enim cum
89 reducis errantem bouem inimici tui & red-
Exo. 23. dis, inter aliquos iudex reſides. Sex annis ſeminabis terrã tuam, & colliges fructũ K eius: ſeptimo aũt anno remiſsionem facies, & requiem dabis illi: & edent pauperes gentis tuæ, q̃ aũt ſuperabunt edent feræ beſtiæ: ſic facies vineam tuã & oliuetũ tuũ. Quęri põt quid colligant pauperes, ſi ſeptimo anno ita parcit terræ, vt nec ſeminetur quidem? Non. n. ad vineam & oliuetũ pertinet quod dictum eſt, Edent pauperes gẽtis tuę, quia de terra non ſeminata nihil poſſunt ſumere vbi ſegetes naſci non poſſunt. De vinea. n. & oliueto poſtea dicit ſimiliter eſſe faciendum: ac per hoc illud de aruis intelligitur quæ frumentis ſeruiunt. An ſic accipiẽdum, Sex annis ſeminabis terrã tuã, & colliges fructum eius: hoc eſt, ſex annis ſeminabis & colliges: ſeptimo vero non colliges, vt intelligatur ſeminabis, etiã ſi dictum nõ eſt: vt ad ſex annos ſeminare & colligere pertineat, ad ſeptimũ vero dimittere quod fuerit ſeminatũ? Nã quid inde habebunt pauperes, quorũ reſiduũ etiã feris beſtijs dedit, eis videlicet quæ illis frugibus ueſci poſsint, ſicut ſunt apri, & cerui, & ſi q̃d huiuſmodi? Quod tũ non diceretur niſi alicuius ſignificationis gratia. Nã ſi quod attinet ad præcepta quæ hominibus data ſunt, de bobus cura non eſt deo: quod non ſic intelligitur tanquã non ipſe paſcat ea, quæ nec ſeminãt, L
nec metunt, nec congregãt in horreum: ſed Matt. 6.
quia ei curæ nõ eſt præcepto monere hominẽ qũo boui ſuo conſulat: quanto minus ei cura eſt de feris beſtijs præcipere, qũo illis ab hominibus conſulatur, cum eas ipſe paſcat diuitijs naturæ vſquequaq; fructiferæ, qui eas etiam per alios ſex annos paſcit cum colliguntur quæ ſeminantur. Non co- 90
ques agnum in lacte matris ſuæ. Quomo- Exo. 23.
do intelligatur ad verborum proprietatem neſcio vtrum poſsit reperiri. Si enim alicuius ſignificationis cauſa prohibitum accipiamus, agnum in lacte coqui, nullus vſus eſt ita coquendi. Si autem in diebus quibus lactatur, quis hoc habuit vnquam ludæorum in obſeruatione, vt agnũ nõ coqueret, niſi cum deſiſteret ſugere? Quid eſt autem in lacte matris ſuæ, quaſi poſſet, etiam ſi hoc intelligeretur, ſine huius præcepti tranſgreſſione coqui, ſi eo nato mortua matre eius, ab oue alia lactaretur cum alicuius profecto rei ſignificandæ cã eſſe præceptũ nemo ambigat. Sed etiam illa quæ poſſunt obſeruantia factitari, nõ ſine cauſa ita præcepta ſunt, ſignificant enim aliquid. Hoc vero qũo ob-

seruetur ad proprietatem verborũ, aut non
M est, aut non elucet: Intellectũ tñ de Christo
Matt. 2. approbo, q̃ hac prophetia prædictus est, nõ occidendus à Iudæis infans, qñ Herodes q̃rens eum vt occideret non inuenit, vt coques quod dictum est, pertineat ad igné pas-
Ecclesia sionis, hoc est, tribulationem. Vnde dr, Vasa
stici. 17. figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Quia ergo non est tunc infans passus, cum quærente Herode hmõi periculum imminere videretur, prædictũ est his verbis Non coques agnum in lacte matris suæ. Illud quoq; forsitan non absurdum est, quod alij dicunt, id esse præceptum per Prophetam, ne se boni Israelitæ sociarent malis Iudæis, à quibus Christus passus est tanquã agnus in lacte matris suæ. i. eo tempore quo conceptus est. Dicuntur. n. fœminæ ex quo cõceperint lac colligere: illo nanq; mense passum esse Christũ, vt Paschæ obseruatio, & dies Ecclesiæ notissimus natiuitatis eius ostendit. Qui enim mense nono natus est octauo calendas Ianuarias, profecto mense primo conceptus est circa octauum calendas Aprilis, quod tempus etiam passionis eius fuit in lacte matris suę,
A hoc est, in diebus matris suæ. Ecce ego
91 mitto angelum meum ante faciem tuam, vt
Exo. 23. seruet te in via, & inducat te in terram quã paraui tibi. Attende tibi & exaudi eum, nec non credas illi: nihil. n. subtrahet tibi, nomen enim meũ est super eũ. Hoc de illo nimirũ intelligitur cui nomen mutatum est, vt Israel vocaretur, ipse quippe introduxit po-
92 pulum in terram promissionis. Et seruies
Exo. 23. dño deo tuo, vt benedicam panem tuum, & vinum tuum, & aquam tuam, & auertam infirmitatem à vobis. Non erit qui non generat, neq; sterilis super terram tuam. Numerum dierum tuorum replebo, & timorẽ mittam, qui te ante cedat, & amentes faciã omnes gentes ad quas tu intrabis: & cætera. Quãuis istę promissiones possint & spiritaliter intelligi, tũ cum secundum temporalẽ hominum fęlicitatem intelliguntur, ad uetus testamentũ pertinẽt: ubi quanquã præcepta, exceptis his quæ in sacramẽto aliquid significãt, eadem ad mores bonos pertinẽtiã reperiantur, promissiones tamen carnales
Psal. 71. atq; terrenæ sunt. Vnde in Psal. lxxii. penè lapsos & effusos gressus suos homo dei dicit cum zelaret in peccatoribus, pacẽ peccatorũ intuens. Ea quippe cernebat abundare impijs, quę ipse secundum testamentum uetus expectabat à domino deo, cui hac mercede B
seruiebat. Et cũ hinc ei subrepere cœpisset sensus impius, quòd deum non curare existimaret humana, correptum se dicit, dum authoritatem sanctorum non est ausus improbare, & incœpit cognoscere, & ait, Hoc labor est ante me donec introcã in sanctuarium dei, & intelligam in nouissima. Ibi enim præmia dabuntur ad nouum pertinentia testamentum, quæ impij non accipient: & pœnæ tunc futuræ sunt impiorum, quas nullus piorum sensurus est. Et mittã ve- 93
spas ante te, & eijciã Amorræos, & Euæos, Exo. 23.
Chananæos, & Ethæos. Quæritur de istis bestijs quid intelligendum sit. Nam & promittit hoc deus & liber Sapientiæ dicit impletum, vbi ait, Et misit antecessores exercitus sui vespas. Non aũt legimus factũ, neque Moysi tẽporibus, neq; sub Iesu Naue, neq; sub iudicibus, neq; sub regibus. Ac per hoc vespæ illæ aculei timoris intelligendæ sunt fortasse, quibus agitabantur memoratæ gentes vt cederent filijs Israel. Deus enim loquitur, in cuius sermone si figurate aliq̃d dicatur quod ad proprietatem non sit imple
C tum, nõ impedit historiæ fidem, in qua perspicitur veritas narrationis. Sicut nec Euangelistarum narratio secundum proprietatem impeditur, si aliquid a Christo dicitur figurate. Si seruieris dijs eorum, erunt ti- 94
bi offendiculum. Hic Græcus σκάνδαλον habet, non λατρεύσης. Vnde intelligitur quia & σκάνδαλα debetur deo tanquã domino, λατρεία vero non nisi deo tanquam deo. Et Moy 95
si dixit, Ascende ad dominum tu & Aaron Exo. 24.
& Nadab & Abiud, & septuaginta seniorum Israel: & adorabunt à longe dominum: & accedat Moyses solus ad dominum, ipsi autem non accedent: populus autem non ascendet cum illis. Introiuit ergo Moyses et rrauit populo omnia verba dei & iustificationes. Respondit autem omnis populus uoce vna dicentes, Omnia verba quæ locutus est dominus faciemus & audiemus. Vsq; ad hũc locum scripturæ, iustificationes intelliguntur quę datæ sunt populo ad obseruandum. Incipiunt aũt quantum ipsa scripturæ verba indicant, vnde hoc nomen iustificationum exortum est, ab illo seruo Hebræo cui auris ad postem pertunditur. In quibus omnibus iustificationibus consyderandum est, quæ inde ad agendum vitam & morum bonorum conseruationem duci possint. Multa quippe in eis sacramenta sunt

significantia

D significantia potius aliquid q̃ vitam nostrã instruentia. Iustificationes sanè Latini interpretes eas esse dixerũt, quæ Græci δικαιώ-
96 ματα appellant. Notãdum est, q̃ iterum po-
Exo. 24 pulus ita respondet, Omnia verba quæ locutus est dñs faciemus & audiemus: cum videatur ordo postulare, vt diceretur, audiemus & faciemus. Sed mirũ nisi aliquis sensus hic latet. Nam si audiemus, pro eo positũ est quod est intelligemus, prius oportet verbis dei reddere faciendi seruitutem, vt ad intelligentiã earum rerum quæ ipso præcipiente fiunt, mérito deuotionis, qua non contemptæ ed factæ sunt, ipse perducat. Sed videndum est vtrum iste populus illi filio similis inueniatur qui patri iubenti dixit,
Mat. 21 Ibo in vineam, & non ijt. Gentes enim quę dominum penitus contempserunt, postea q̃ vnius obedientiam iustificatæ q̃ nõ sectabã
97 tur iustitiam apprehenderunt iustitiam.
Exo. 24 Notandum ergo q̃ Moyses ædificauit alta-
2. Co. 6. re sub mõte, & duodecim lapides, & in duodecim tribus Israel. Intelligitur .n. ex duodecim lapidibus altare ædificatũ significasse ipsum populum esse altare dei, sicut est tẽ
98 plum dei. Et immolauerunt hostiam salu-
Exo. 24. taris d̃o. Non dixit hostiam salutarem, sed E hostiam salutaris, quod Græcus habet σωτη-
Psal 115. ίου vel σωτηρίας. Vnde & in Psalmo Calicẽ, inquit, salutaris accipiam: non dixit calicem salutarem. Vbi videndum est, ne forte ille si-
Luc. 2. gnificetur, de quo dixit Simeõ, Quoniã viderunt oculi mei salutare tuũ. Hunc enim
Psal. 95. & Psalmus cõmendat, vbi legitur, Bene nũciate diem ex die salutare eius. Quid est. n. aliud si diligentius attendamus, quod ait diẽ ex die, nisi lumen ex lumine, hoc est, deum ex deo, qđ est vnigenitus filius? Sumens autem Moyses dimidiam partẽ sanguinis, infudit in craterem, & partẽ reliquam san-
99 guinis infudit ad altare: & accipiens libr
Exo. 24 testamenti recitauit in aures populi. Notandum est nunc primum sacrificasse Moysen euidenter scripturam dicere, ex quo ex Aegypto eductus est populus. Primo enim de Iethro dictum erat socero eius, quamu ũ aliqua ambiguitate, quòd immolauerit deo. Et aduertendum librum testamenti cũ sanguine hostiæ recitari, in quo libro istas iustificationes cõscriptas debeamus accipere. Nam decalogum legis in tabulis lapideis fuisse conscriptum p stea manifestum est.
100 Et dixerunt, Omnia quæcunque locutus
Exo. 24. est dñs, faciemus & audiemus. Nõ aliter respondent ecce iam tertio. Et ascẽdit Moy F
ses & Aaron & Nadab & Abiud, & septua- 101
ginta seniorum Israel, & viderunt locũ vbi Exo. 24
steterat ibi deus Israel. Constat inter eos qui recte intelligunt, nullo deum contineri loco, nec aliquo velut situ corporis membra ponere, sicuti est nostri corporis situs, Ioan. 4.
sedere, iacere, stare, & siquid huiusmodi est. Hæc enim sunt nisi corporum, deus aũt spiritus est. Quod autem se ostendit specie corporali vel signis corporaliter expressis, nõ substantia eius apparet qua est ipse qđ est, sed assumptio formarũ visibilium eius omnipotentæ subiacet. Et de electis Israel nõ 102
dissonuit nec vnus, & apparuerunt in loco Exo. 24
dei, & manducauerunt & biberunt. Quis dubitet illos quos nominatim expressit, & septuaginta seniores, nunc appellatos electos Israel, qui proculdubio personam gerebant 2. Th. 3.
eorum qui electi sunt in populo dei. Non. n. omnium est fides, Et nouit dominus qui 2. Ti. 2.
sunt eius. In magna autem domo sunt alia uasa in honorem, alia in contumeliam. Quo niam ergo quos ante præscinit, & prædestinauit, illos & uocauit: quos aũt uocauit, ip Rom. 8.
sos & iustificauit: quos aũt iustificauit, ipsos G
& glorificauit: profecto de electis Israel nõ dissonuit nec vnus. Significatur autem in quaternario numero in Moyse & Aaron & Nadab & Abiud, propter quatuor Euangelistas, & totius orbis qui in quatuor partes diuiditur promissionem: & septuaginta de senioribus Israel numero scilicet septenario decuplato, qui pertinent ad significandum spiritum sanctum. Saphiro autem significatur vita cœlestis, maxime quia dictum est, Sicut aspectus firmamenti. Firmamentum autem cœlum appellari quis nesciat? Et forma lateris in eodem saphiro quadraturam ipsam, vel stabilitatem, vel eiusdem quaternarij numeri sacramentum figurat. Quòd autem manducant & bibunt in loco dei, suauitatem saturitatemq̃ præfigurat vel significat in illo regno æternitatis. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiã, Matt. 5.
quoniam ipsi saturabuntur. Vnde & domi- Luc. 6.
nus dicit venturos multos, quos vtique nisi electos, præscitos, prædestinatos, vocatos, iustificatos, glorificatos, & recubituros cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlo- Matt. 8.
rum? Nam & alio loco ipse hoc promittit Luc. 12.
fidelibus suis, quòd faciat eos recumbere, & transeat & ministret eis. Quid sibi vult 103
quod Iesus Naue non commemoratus in Exo. 24
illis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exo.24. illis quatuor subito cum Moyse apparet, & H cum illo ascendit in montem ad accipiendas tabulas legis: & subito rursus idem Iesus absconditur .i. tacentur: & Moyses accepit legem in duabus tabulis, & cum eo iterum apparet? An forte significat nouum testamentum nomine Iesu & absconditum esse in lege, & aliquando apparere intelligentibus. Quòd uero Iesus iam uocatur, cum in Nu. 14. libro numerorum quando id nomen accepe rit scriptura testatur, q̃ iam prope esset, ut terrã promissionis intraret, per prolepsim hoc est, p̃ præoccupationẽ anticipat scriptura quod postea factũ est. Omnia quippe ista posteaquã facta sunt, scripta sunt, ac p̃ hoc qñ factum est quo commemoratur, nondũ vocabat Iesus, sed qñ scriptum est iam hoc
104 vocabatur. Et facies in ea cymacia aurea uersatilia in circuitu. Cymacia dixit quæ in quadratura extant per quatuor partes, sicut
Exo.25 mensæ quadræ fieri solent. Nec quod ait uersatilia, mobilia debemus accipere. Fixa sunt.n. sicut dixi mensas habere solitas: sed versatilia dixit tortilia, quæ Græce vocantur στρεπτὰ: uel canalibus sicut sunt columnæ tortiles: aut implicatis duabus uirgulis in modum restis, sicut etiam torques fieri solent. Quod aũt ait. Et fabricabis illi quaI tuor annulos aureos, & impones sup quatuor latera arcę, duos annulos in latere uno, & duos annulos in latere altero, ad quatuor angulos occurrunt quatuor annuli singuli in singulis, & per angulorum numerũ fit, ut quod in duobus lateribus ponitur, etiã in omnibus quatuor ponatur. Vnus enim angulus duobus lateribus communis est: alioquin non occurrit, ut bini annuli ponantur per quatuor latera cum sint quatuor annuli: octo quippe esse deberẽt, si aliter intelligimus q̃ quod dixi fieri numero angulorum. Ad hoc enim annuli in angulis ponuntur, q̃ inducantur supportatoria vel gestatoria q̃bus arca quatuor hominibus hino
105 atque inde portetur. Propitiatorium ad
Exo.25. quid dicat super imponendum super arcam quæri solet: sed cum aureum fieri iubeat, eius q̃ longitudinem & latitudinem tãtam exprimat, quanta & ipsius arcæ dicta est, procul dubio velut tabulam aureã tantæ formæ fieri præcepit quã tegeretur arca: ita vt in ipso propitiatorio essent duo Cherubin, hinc atque inde alterutrum attẽdentes: ita vt vultus eorum in propitiatorium essent, & pennis suis obumbrarent propitiatorium, quod magnum est sacramentum. K Aurum quippe significat sapientiam, arca significat secretum dei. In arca iussa sunt poni lex, & mãna, & uirga Aaron. In lege præcepta sunt: virga potestatem significat, mãna gratiam, quia nisi cum gratia non est potestas præcepta faciendi. Veruntamen quia lex à quouis proficiente non ex omni parte completur, propitiatorium est desuper. Ad hoc enim opus est, vt propitius sit deus, & ideo desuper ponitur, quia superexaltat misericordia iudicio. Duo vero Cherubin Iacobi 3 pennis suis obumbrant propitiatorium, id est honorant velãdo, quoniam mysteria ista ibi sunt: & inuicem se attendant, quia consonant, duo quippe ibi testamenta figurantur. Et vultus eorum sunt in propitiatorio, quia misericordiam domini, in qua vna spes est, valde commendant. Denique hinc se promisit locuturũ deus ad Moysen de medio Cherubin desursum propitiatorij. Porrò si creatura rationalis in multitudine serẽtiæ, quoniam hanc interpretationem habẽt Cherubin, duobus ipsis animalibus significatur: ideo duo sunt, vt societatem charitatis comaiendent: ideo pennis suis propitiatorium obumbrant, quia deo non sibi tribuant pennas suas .i. deum honorant virtutibus quibus præstant. & vultus eorum nõ sunt, nisi in propitiatorium, quia quicunque profectui ad multitudinem scientiæ spes nõ erit, nisi in dei misericordia. Quod ait, 106
Erunt annuli in thecis supportatorijs ad tol Exo.25
lendam mensam: hoc intelligendum est, q̃ annuli essent velut thecæ supportatoriæ .i. quo supportatoria tanquam in thecas inducantur. Erunt quippe in thecis: ita dictum est tanquam diceretur, erunt pro thecis.

Decem aulæorum iubet fieri tãbernacu- 107
lum, cum sit decalogus legis. Aulæa vero si- Exo.26
ficant latitudinem, propter facilitatem. Rom.13
Charitas quippe plenitudo legis est: & non nisi charitati sunt præcepta facilia, vnde ipsa dilatatio commendatur cum dicitur, Dilatasti gressus meos subtus me, & nõ sunt in- Psal.17
firmata vestigia mea. Sed qñ ista dilatatio per gratiã fit de charitas .n. dei diffusa est in Rom.5
cordibus nostris, non p̃ nosipsos sed per spiritum sanctum qui datus est nobis: ideo hic mystice ipse numerus etiam commendatur, qui pertinet etiam ad spiritum sanctum per quem lex posita impleta. Dicitur.n. aulæum M
longitudinem debere habere in cubitis viginti octo. Iste autem numerus, quia per septenarium

narium diuidendus est, significauit, cum dicit latitudinem aulęæ in cubitis quatuor. Quater.n. septem, fiunt viginti octo. Et est etiam iste numerus perfectus, quia sicut senarius suis partibus constat. Quod vero tã sæpe dicit Cherubin facies ea opere textoris: quid aliud in his omnibus multitudinẽ serẽtię cõmendat, quod interpretatur Cherubin? Et facies vela capillacia operire su- 108
Exo.26 per tabernaculum. Videtur facies ea. Quæ capillacia vela sunt, id est Cilicina, vndecim dicuntur esse. In peccatis quippe trangressio est. Trangressio vero vndenario numero significatur, quoniam transgreditur denarium, id est legem: idem ipsa vndecim per septenarium multiplicata, faciunt septuaginta septem. Vbi significauit dominus vniuer-
Mat.18. sam remissionem peccatorum dicens, Non solum septies, verumetiã septuagies septies: quot generationes reperiuntur, cum Lucas a baptismo domini enumeratis sursum versus ascẽdit & peruenit per Adam vsque ad deum. Ad hoc enim fit significatio peccatorum in his velis, vt per confessionem exprimantur, & per gratiam quæ data est Ec- A
Psal.31. clesiæ aboleantur, hoc est tegantur. Vnde dicitur, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata. Deinde iubet ea vela cooperiri pellibus arietinis rubricatis. Aries autem rubricatus, cui non occurrat Christus passione cruentatus? Significantur his etiã martyres sancti, quorum orationibus propitiatur deus peccatis populi sui. Ipsis denique superiaciuntur pelles hyacinthinæ, vt significetur vita æterna
109 viriditate tanquam vigore perpetuo. Fa-
Exo.26. cies duos anconicos columnæ vni consistẽtes ex aduerso, hoc est, vnum hinc, & vnũ inde de lateribus columnæ: anconicos aũtẽ dicit, quos vulgo vocamus ancones, sicut sunt in columnis cellarium vinariarum, quibus incumbunt ligna quæ cupas firmant. Dicta est autem similitudo verbi a cubitis vbi flectuntur manus, quibus incumbunt recũ-
110 bentes, qui Græce ἀγκῶνες vocantur.
Exo.26 Sex cubitorum erunt vni. Bases non eas tantum videtur dicere scriptura quibus columnæ ab imo fulciuntur, sed etiam superiores quæ capitella nos dicimus. Ideo dicit duas bases columnæ vnius ambas partes eius. Nã quæ sunt ambæ partes, nisi inferior & 111 superior? Quod octo columnas & bases
Exo.26. earũ sedecim secundũ supradictam rationẽ B a posterioribus tabernaculi scriptura dicit, cum superius sex dixerit, intelligitur annumeratis duabus angularibus octo fieri. Et 112
diuidet vobis velamen inter medium sanctũ, Exo.62
& inter medium sanctum sanctorũ, id est vt inter sanctum & sanctum sanctorũ sit hoc velamen, de quo nunc loquitur, in quatuor columnis extentũ. De hac differentia inter sanctum & sanctum sanctorũ ad Hebræos Epistola loquitur, quia vbi arca testimonij, Heb. 9.
ibi sanctum sanctorũ, hoc est, intus intra velum: foris aũt mensa & candelabrũ, & cætera quæ paulo ante dixit quẽadmodũ fierent sancta dicta sunt, & nõ sancta sanctorũ. Et significat foris vetus testamentũ, intus aũt & nouũ, cum sit vtrunq; in lectione veteris testamenti, & expressum operibus, & significatione figuratum. Ac per hoc in sanctis figura figuræ, quia figura est veteris testamenti: in sanctis aũt sanctorũ figura est ipsius veritatis, quia figura est noui testamẽti. Totũ quippe vetus testamentum in his rebus & celebrationibus, q̃ ita obseruãda præcipiuntur, figura est. De altari quæritur 113
quomodo tribus cubitis altum esse voluerit, cũ tanta fere sit staturæ hominis altitu- Exo.27
do. Qũo ergo ministrabatur altari, cũ gra- C
dus habere altare alio loco prohibeat? Ne Exo.20.
pudenda, inquit, tua reueles super illud. Sed illud dicebat de altari quod terra vel lapidibus cũstruendum esset, vbi gradus ipsi coædificati ad corpus altaris vtique pertinerẽt: nunc vero de tabulis fieri altare præcepit, quòd si apponeretur ad horam administrationis aliquid vbi staret minister altaris, & peracto ministerio toleretur, ad corpus altaris non vtique pertineret. Item quæritur quomodo super altare ligneum sacrificium qđ inferebatur posset incendi, præsertim quia concauum fieri iubet & craticulam deponi vsque ad medium eius, id est medium concauitatis eius, opere factum reticulato. An quoniam dixit, Et facies cornua in quatuor angulos, ex ipso erunt cornua & teges illa æramento: non ad sola cornua referendum est quod ait, teges illa æramento, sed ad omnia de quibus loquebatur de altari fabricando præcipiens. Et tu loque- 114
re omnibus sapientibus mente quos reple- Exo.28.
ui spiritu intellectus, σοφίσας quidem Græcus habet, quem Latine sensum, non intellectum dicere solemus. Sed scriptura de sensu interiore quem intellectum vocamus sic loqui solet, sicuti est ad Hebræos, Perfectorum est autẽ solidus cibus,

eorum

D eorum qui per habitum exercitatos habent sensus ad discernendum bonum & malum. Ibi enim quod posuit sensus, Græcus habet αἰσθητικ. Quem ergo istum spiritum, nisi spiritum sanctum debemus accipere? Et stolas quas faciet, pectoralem, humeralem, & tunicam talarem, & tunicam cū cornibus. Has appellatas stolas esse & cętera, cum superius vnam stolam faciendam proposuisset, notandum est. Tunicam vero cum cornibus, honestius putarunt Latini interpretes dici, q̄ si dicerent cum cirris, qui bene dispositi ornamento esse vestibus solent. Aspidiscas
115 in veste sacerdotali quas dicat, vtrum scutulas, quæ à scuto Latine appellantur, quia &
Exo.28 Græci scutum ἀσπὶς appellant? An vero aspidiscas propter diligentem colligantiam dicit ab aspide serpente, sicut etiá murenulę appellantur? Spithamus autem longitudo,
Spithamus. & spithamus latitudo, Latini quidá interpretati sunt mensuram extentæ palmæ à fine pollicis vsque ad finem digiti mimmi. Item quod dicitur, Sumes duos lapides onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israel, sex nomina in lapide vno, & sex reliE qua in altero iuxta ordinem natiuitatis eorum: an intelligendum sit, vt lapides sint de nominibus filiorum Israel secundum natiuitates eorum. i. secundum ordinem quo na-
116 ti sunt? Et facies super rationale fimbrias
Exo.28 complectentes opus catenarum de auro puro: quod Latini rationale interpretati sunt, inopia linguæ fecit: Græcus habet. n. λόγιον non λογικὸν. Rationale autem illud solemus appellare quod Græci dicunt λογικὸν. Sed quoniam λόγιον in Græca lingua ambiguum est, vtrum verbum significet, an rationem: quia vtriusque rei nomen est, vbi putatum est à verbo ductum λόγιον, eloquium nostri interpretati sunt. Nam quod habemus, Elo
Psal.11. quia domini, eloquia casta: Græci habent λόγια. Hic vero in veste sacerdotali, quod ex auro & hyacintho, & purpura, & cocco duplici torto, & byssо duplici torta, fieri pceptum est, quadratum duplex quod esset in pectore sacerdotis & λόγιον vocaretur, incertum vtrum à ratione an a verbo ductū fuerit: interpretes nostri à ratione dictum putantes rationale appellauerunt. Et impo
117 nes super rationale iudicij demonstrationē
Exo.28 & veritatem. Quid sibi hoc velit, vel in
F quali re, vel metallo poneretur super rationale demonstratio & veritas, quoniam talia dicit fieri in veste sacerdotis quæ corporaliter fiunt, inuenire difficile est. Fabulantur tamen quidam, lapidem fuisse, cuius color, siue ad aduersa, siue ad prospera mutaretur qñ sacerdos intrabat in sancta: & hoc esse quod ait, Et afferet Aaron iudicia filiorum Israel super pectus suum: ostendens videlicet in illa demonstratione & veritate, quid de illis iudicauerit dñs, quanquam possit intelligi demōstrationem & veritatem literis impositam super λόγιον. Et facies tunicā 118
talarem hyacinthinam. i. vsque ad talos de- Exo.28
pendentem: & erit peristomium ex ea medium. i. qua caput ejiciatur. Hoc est enim quod Græci dicunt περιστόμιον. Oram habens in circuitu peristomij, opus textoris contextam. i. ne ipsa ora extrinsecus affluatur: hoc videtur dicere, commissuram contextam. Vnde etiam addidit, ex ipsa ne rumpatur. i. vt ex seipsa sit ipsa ora cōtexta cum
119 uestе. Et erit Aaron cum cœperit fungi
Exo.28 sacerdotio, audietur vox eius intranti in sanctuarium in conspectu domini & exeunti vt non moriatur: intrantis & exeuntis vocem de tintinabulis dicit auditi, tantumque ibi pondus obseruationis posuit vt diceret, ne moriatur. Testimonia ergo quædam si- G
gnificari voluit in veste sacerdotali, qua vtique significatur Ecclesia, per hæc tintinabula, vt nota sit conuersatio sacerdotis: sicut Titū 2.
Apostolus dicit, Circa omnes te ipsum bo- 2. Tim.2.
norum operum præbens exemplum. Aut illud. Quæ audisti à me per multos testes, hæc eadem commenda fidelibus, & ijs qui idonei sunt & alios docere. An quid aliud? magnum tamen est, quicquid illud est. Intranti autem & exeunti, pro intrantis & exeuntis, locutio est: vox pro sonitu, nā tintinabulorum magis sonus quàm vox est.

Et facies laminam auream puram, & for- 120
mabis in eadem formatione sanctitatem do- Exo.28
mini: & impones illud super hyacinthum duplicem tortam, & erit super mitram: secundum aspectum mitræ erit, & erit supra frontem Aaron, vt auferat peccata sanctorū
quæcunque sanctificabunt filij Israel omnis datus sanctorum eorum. Quomodo formetur in lamina sanctitas domini, non video, nisi aliquibus literis, quas quidam quatuor esse dicunt Hebræas: quod vt Græci appellant τετραγράμματον nomen dei ineffabile credunt fuisse vel esse adhucusque. Sed H
quælibet sint, vel quo nodolibet se habeant illæ literæ vt dixi sanctitatem domini vel sanctificationem si hoc magis dicēdum est,

quod Græcus habet ἄγιασμα non nisi in auro literis formari potuisse crediderim. Ibi autē dicit sacerdotē sanctorum auferre peccata, quæcunque sanctificabunt, inquit, filij Israel omnis datus sanctorum eorum: quod arbitror dictum in eis sacrificijs quæ offerunt pro peccatis suis: vt nō sanctorum hominum intelligamus, sed sanctorum ab eo quod sunt sancta quæ offeruntur pro peccatis. Cum ergo de lamina dixisset, adiunxit atque ait, Et auferet Aaron peccata eorum q̄cunque sanctificabunt filij Israel omnis datus sanctorū eorum, ideſt sacerdos auferet quæcunque offerunt pro peccatis suis, quæ dicuntur & sancta, quia iustificantur, & peccata, quia pro peccatis offeruntur, sicut multis locis hoc ipsum euidenter scriptura cōmemorat. Quod autē adiungit & dicit, Et erit super frontē Aaron semper acceptū illis in conspectu domini, ad laminā illam re
I uertitur. In quo aduertendum, si inueniri potest qui non habeat necessitatem p suis offerre peccatis præter Christū, qui solus potest omnium auferre peccata: intelligitur frontis ornamentū, fiducia bonæ vitæ, quā qui vere perfecteq; , non significatione, sed
121 veritate sacerdos habet, solus potest auferre
Exo.28. peccata, nec habet necessitatem offerre pro suis. De Aaron & filijs Aaron, cum præciperet loquens ad Moysen quomodo vestirentur & vngerentur, quid est quod ait, Et implebis manus eorū vt sacerdotio fungantur mihi. An forte muneribus quæ offerenda
122 sunt deo? Et facies eis femoralia linea, te-
Exo.28. gere turpitudinem corporis eorū, à lumbis vsque ad femora erunt. Cum vestis tanta cooperiat totū corpus, quid est quod ait, femoralia facies linea tegere turpitudinē corporis eorum: quasi apparere posset tanta, desuper veste adhibita? Nisi quia signum esse voluit in hoc castitatis vel continentiæ: qua ideo per indumentum significatur, vt non
123 ex seipso habita, sed data intelligatur. Cū
Exo. 28 de filijs Aaron loqueretur, Et indues eos,
lib.3.nu inquit, tunicas, & cinges eos zonis, & cir-
mero.81 dabis eis cidaras. Quam dicit cidarim vel ci-
cidarim daras, quoniam non est interpretatum, nec
exponit in vsu modo est, ignoratur: puto tamen nō
pro te- esse capitis tegimen vt nonnulli putauerūt.
gumēto Neque enim diceret, circundabis eis nisi ta-
capitis. le aliquid esset quod non capiti, sed corpori vsui esset. Et erit il.s sacerdotium mihi
124 in sempiternum. Quomodo dicat in sem-
Exo.28 piternum, de his significatiuis rebus, superius sæpe diximus, Nā vtique mutatum est K
hoc sacerdotium, vt ille esset in ęternum secundum ordinem Melchisedech, nō secundū ordinem Aaron. Ibi enim & iuratio, & Ps. 109.
nulla dei pœnitudo, qua significeē mutatio. Iurauit. n. dominus, & non pœnitebit eum, tu es, inquit, sacerdos in æternū secundum ordinē Melchisedech. De ordine autē Aaron dictū est quidem, in sempiternum, vel propter tēpus non præceptū quousq; obseruaretur, vel quo res significaret æternas: nusquā est tamē dictū de sacerdotio Aarō, quia iurauit dominus & non pœnitebit eū: Et ideo dictum est in illo sacerdotio secundū ordinē Melchisedech, non pœnitębit eū: vt significaretur, quia de sacerdotio Aaron pœnituit eum. i. mutauit illud. Quid est 125
& consummabis manus Aaron & manum Exo.29
filiorum eius? An per manus potestatem significauit, vt aliquid etiam ipsi consecrare possent? Potestas autem sanctificatione consummabatur, qua præcepti sunt sanctificari à Moyse. Et adduces vitulum ad ostium L
tabernaculi, & superimponent Aaron & fi- 126
lij eius manus suas super caput vituli in cō Exo.29
spectu domini. Ecce vnde supradictum est, cōsummandas esse manus eorum. i. perficiēdam potestatem, vt etiam ipsi sanctificarent quomodo fit cum ponunt manus suas sup
vitulum immolandū. Quod odor suaui- 127
tatis sæpe domino dicitur sacrificium de vi- Exo.29
ctimis pecorum in scripturis sacris, non vtique deus odore fumi delectatur, sed tantū illud quod hic significatur spiritaliter, deū delectat cum spiritaliter exhibetur, quoniā ipse odor dei spiritaliter intelligitur. Non enim sicut nos odorem corporeis naribus ducit. Sicut ergo ille olfacit, sic ista significant. Et sumens pectusculū de ariete cō- 128
summationis, quod est Aaron, ideſt ipsius Exo.29.
Aaron. Hoc enim pertinere voluit ad summum sacerdotem. Et erit Aaron & filijs 129
eius legitimum æternum à filijs Israel: cum Exo.29.
diceret de pectusculo & brachio victimarū. More illo ergo, æternum dixit, quem sæpe supra commemorauimus. Et stola sancti quæ est Aaron, erit filijs eius post eum, vngere eos in ipsis & consummare manus eorum, Septem diebus vestiet se ea sacerdos M
qui successerit ei de filijs eius qui intrabit in tabernaculū testimonij deseruire in sanctis. Hæc verba multas quęstiones habēt. Nam primum hic notandum est, quomodo cum stolam dixerit sancti, postea pluraliter

liter dicit vngere eos in ipsis, tãquam in stolis. Nam & supra multas stolas eas dixerat, quibus vna constaret, quanquam ambiguũ sit vtrum in ipsis ab eo quod sunt ipsa genere neutro, quæcunque sunt quibus illa stola completur, ideſt vestis sacerdotalis, quod magis putandum est, eo quòd in consequentibus dicit, septem diebus vestiet se ea sacerdos qui successerit ei: ea scilicet omnia quæ commemorauit cum vestem sacerdotalem describeret, repetiuit sanè quod supra dixerat, consummare manus eorum: vnde quid mihi videretur exposui. Quòd vero ait, septem diebus vestiet se ea sacerdos: nunquid alijs diebus se non vestiet? sed illis septem continuis intelligi voluit, quibus eius sacerdotium quodammodo dedicatur, atque hebdomadis est in eius inchoatione festiuitas. Successorem autem Aaron eum dicit, qui intrat tabernaculum testimonij deseruire in sanctis: eum scilicet significans qui non poterat esse nisi vnus, non quales erant filij Aaron cum viuo patre suo, sed qualis successor ipsius Aaron. Quomodo ergo
A proprium dicit huius vnius esse, intrare in tabernaculum testimonij, deseruire in sanctis: cum & illa quæ sunt extra velum quo velantur sancta sanctorum, sancta appellentur, & tabernaculum testimonij etiam illud vocetur, vbi sunt sancta, ideſt mensa & cãdelabrum: vbi cum deseruiant etiam sequẽtes sacerdotes ad mensam & candelabrum & ipsum altare, quomodo vnum dicit successorem Aaron qui intret in tabernaculũ testimonij deseruire in sanctis? Si dixisset, deseruire in sanctis sanctorum, nulla esset quæstio. Ad hæc enim vbi est arca testimonij solus vnus intrabat summus sacerdos.

Hebr.9. Quod etiam in epistola ad Hebræos diligentissime commendatur: nisi forte eoipso, quod vnum dicit intrare in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis, non vult vtique intelligi, nisi in sanctissanctorum: quia & ipsa vtiq; sancta appellantur. Nec enim omnia quæ sancta sunt, etiã sanctasanctorũ dici possunt: quamuis econtrario quæ sanctasanctorum sunt, procul dubio vtique sancta sunt. Vnus autem iste qui semel in anno intrabat in sanctasanctorum, qm̃ Christum Iesum significabat, apertissime supradicta ad Hebræos epistola commendatur. Quod
B autem præfiguratum est in sanctasanctorũ, vt super arcã quæ legem habebat, esset propitiatorium, vbi dei misericordia significatur: intelligẽdum est quam propitius sit peccatis eorum qui legem nõ implent. Hoc mihi videtur etiam in ipsa veste sacerdotis significari. Nam & ipsa quid aliud q̃ ecclesiæ sacramenta significat, q̃ in λογίῳ. i. rationali in pectore sacerdotis posito iudicia constituit, in lamina vero sanctificationẽ & oblationem peccatorum: tanquã rationale sit in pectore simile arcæ in qua lex erat, & lamma illa in fronte similis propitiatorio quod super arcam erat, & vtrobiq; seruaretur qđ scriptum est, Superexaltat misericordiam iu Iacobi
dicio. Quid est quod purificatum & sanctificatum altare septem diebus dicit quod 130 Exo.29
sanctum sancti erit altare? Non quidem dicit sanctumsanctorum, sicut est illud quod velo separatur, vbi est arca testimonij. Veruntamen & hoc altare extra velum positũ, per sanctificationem septem dierũ dicit potius, q̃ per vnctionem fieri sanctum sancti. Et addit, Omnis qui tetigerit altare sanctifi
cabitur. Cum de annulis loqueretur al- 131
taris incensi, quod altare non inærari, sed Exo.30
inaurari iussit, Et duos annulos aureos pu- C
ros facies, inquit, sub tortili corona eius, in duo latera facies in duobus lateribus: quoniam Græcus habet ita εἰς τὰ δύο πλάγια ποιήσεις ἐν τοῖς δυσὶ πλευροῖς. Nã elite latera sunt, & pleuræ latera sunt. Vnde quidam Latini sic interpretati sunt, in duas partes facies in duobus lateribus. Non autẽ ait Græcus μέρη quod est partes, sed πλάγια quod latera. Nã hoc verbum est in illo Psalmo vbi scriptũ est, Vxor tua sicut vinea fertilis in lateribus Ps.127
domus tuæ. Ac per hoc tantum casus interest, quia prius accusatiuum, post vero ablatiuum posuit in duo latera facies, in duobus lateribus. Quis autem sit sensus difficile est assequi, nisi forte vt solet scriptura amare eclipsim, vt aliquid desit & subaudiatur, etiã sic subaudiatur, erunt: vt iste sit sensus, in duo latera facies, in duobus lateribus, erunt, ideſt ad duo latera facies annulos, quoniam in duobus lateribus erunt. Et erunt ar- 132
cis amitibus ita vt tollat illud in eis. Quos Exo.
annulos dixerat, arcus dicit. Annulos quippe pro rotundis ansis posuit. Et qd est aliud annulus vel circulus, nisi vndique arcus? Ideo quidam nolentes arcus dicere, thecas interpretati sunt, quibus amites inducerentur, dicentes, Et erunt thecæ amitibus, quasi Græcus hoc non posset dicere, cum etiam thecæ Græcum verbum sit: dixit aũt φακοῖς, quod a reus interpretatur. Incedet
D
super

133 super illud incensum continuationis in con
Exo.30 spectu domini in progenies eorum. Continuationis incensum dicit, quod continuatim fieret, ideſt nullo die prætermitterent. Cum de altari præciperet incensi. i. in quo incensum tantum poneretur, non holocaustum, non sacrificium, non libatio, prædixerat idipsum incensum quotidie poni debere: nunc autem dicit, Et depropitiabit Aaron vel exorabit super cornua eius semel in anno de sanguine purificationis delictorum. Depropitiabit, ab eo qđ est depropitiatio, quæ Græce dicitur ἐξιλασμός. Vnde etiã intelligendum est, hoc quod semel in annos iubet fieri ad propitiandum deum super cornua altaris incensi, ideſt vt de sanguine purificationis delictorũ, victimarum. i. quæ offeruntur pro delictis semel in anno, tanguntur cornua altaris incensi: non pertinere ad illam appositionem incensi, quam quotidie fieri iusserat. Illa enim fiebat aromatibus, non sanguine, & quotidie, non semel in anno. Non ergo simus intellecturi, semel in anno intrare sacerdotem solere in sanctasanctorum, sed semel in anno cum sanguine: &
E quotidie solere intrare sine sanguine causa incensi imponendi. Cum sanguine autẽ semel in anno, maxime quia sequitur & dicit, Semel in anno purificabit illud, sanctumsanctorum est domino. Non ergo semel in anno ponet illic incensum quod quotidie fieri iussum est: sed semel in anno purificabit illud, quod cum sanguine fieri debere præceptum est: & post hoc adiungit, sanctumsanctorum est dño ac per hoc sanctumsanctorũ nõ extra, sed intra velũ erat, & illud profecto altare de quo nunc agitur, quod poni con-
134 tra velum intrinsecus iussit. Quid est qđ
Exo.30 ait, Si acceperis computationẽ filiorum Israel in visitationem eorum: nisi quia iubet eos aliquando visitari & computari, id
2. Reg. 24. numerari? Quod in Dauid propterea vindicatum intelligendum est, quia deus non
135 iusserat. Aduertendum est etiam & no-
Exo.30 tãdum quemadmodum vnguento chrismatis omnia iussit vngi, tabernaculum scil. & ea quæ in illo erant, & deinde erunt sanctasanctorũ: Omnia scilicet cum fuerint vncta, erunt sanctasanctorum: Quid igitur distabit iam inter illa interiora quæ velo teguntur, & cætera, si omnia cum vncta fue-
F rint erunt sanctasanctorum, diligentius requirendum. hæc tamen notanda credidimus; vbi etiam meminerimus, q̃ sicut de illo altari sacrificiorum, quod post vnctionẽ appellari voluit sanctumsancti, continuo dictum est, Omnis qui tangit illud sanctificabitur: ita de omnibus postea quæ de illo vnguento vncta, dicta sunt sanctasanctorũ, eadem sententia subsecuta est, vt diceretur, Omnis qui tangit ea sanctificabitur. Quod duobus modis intelligi potest, siue tangendo sanctificabitur, siue sanctificabitur vt ei liceat tangere: si tamen non licebat tangere populo tabernaculum, quando offerebat hostias, vel quæcunque ab eis oblata offerebantur deo. Nam consequenter non solis sacerdotibus, neque solis Leuitis dicendum admonet, quod ait ad Moysen, Et filijs Israel loquere dicens: vtique filij Israel totus ille populus erat. Iubet autem illis dici, oleum linitio vnctionis, sanctum erit hoc vobis in progenies vestras: super carnem hominis non linietur, & secundum compositionem hanc non facietis aliud, quia similiter sanctum est, & sanctificatio vobis. Quicunque fecerit similiter, & quicunque G
dabit de eo exteræ nationi, interibit de populo suo. Iubet igitur non solis sacerdotibus, sed vniuerso populo Israel, vt non faciant tale vnguentum in vsus humanos. Hoc est enim quod ait. Super carnẽ hominis non linietur. Prohibet ergo simile fieri in vsus suos, & interitum minatur si quisquam similiter fecerit, ideſt vnguentum ad vsus suos, similiter si simile confecerit, vel cuiquam hinc dederit exteræ nationi. Ac p hoc quòd ait, Sanctificatio erit vobis: cum hoc populo Israel vniuerso dici iubet, non video quid intelligam: nisi quia licebat eis quando veniebant cum suis quisque muneribus tangere tabernaculum: & tangendo sanctificabantur propter illud oleum quo cuncta peruncta sunt, & hinc dictum, Omnis qui tangit sanctificabitur: non tamen sic quemadmodum sacerdotes, qui vt æterno sacerdotio fungerentur vngebantur ex illo.

Quod præcepit quibus aromatibus fiat 136
thymiama, ideſt incensum, & dicit vnguen- Exo.30
tario more coctũ opus vnguentarij: nõ ideo putare debemus vnguẽtum fieri. i. vnde aliquid vngatur: sed vt dictum est thymiama, vel incensum quod imponaturi illi altari incensi, vbi non licebat sacrificari, & erat in- 137
tra sanctasanctorũ. Et concides de illis mi- Exo.30
nutim, & pones cõtra testimonia in taberna- H
culo testimonij, vnde innotescam tibi inde in sanctamsanctorũ erit tibi incensum. Ecce iterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

iterum hoc incensum,quia intus ponebatur
ad altare incensi quod intus erat,sanctũsanctorũ dicitur:& tabernaculũ testimonij pro
prie dr, illud ipsum interius vbi arca erat,
adhibita sanè differentia,cũ ait,vnde innote
scam tibi inde.Sic enim dixerat primum de
propitiatorio,quod vtiq; intus est,id est,in-
tra velum supra arcam. Quid est q̃ Be-
138. seleel cum iuberet adhiberi operibus taber-
Exo.31 naculi faciendis, dixit eum se repleuisse spi-
ritu diuino, sapientiæ & intellectus & scien
tiæ in omni opere excogitare & architecto-
nari, &c. Vtrum spiritussancti muneri etiã
ista opera tribuenda sunt quæ pertinere ad
opificium videntur? an & hoc significatiue
dictum est,vt ea pertineant ad diuinum spi-
ritũ sapientiæ & intellectus & scientiæ quæ
his rebus significantur? Tamen etiã hic cũ
spiritu repletus dicatur iste diuino sapiẽtiæ
& scientiæ, nondũ legitur spiritussanctus.
139 Quid sibi vult q̃ cum de sabbato obser-
Exo.31. uando præciperet ait, Testamentum æter-
I num in me & filijs Israel:non ait, inter me
& filios Israel? An quia sabbatum requiem
significat, & requies nobis non est,nisi in il-
lo? Nam profecto filios Israel vniuersum po
pulum suum dicit,id est, semen Abraham:
& est Israel secm carnem & secm spiritũ.
Nam si Israel non esset dicendus,nisi ex ge-
1.Co.10. nere carnis,non diceret Apostolus. Videte
Israel secm carnem: vbi profecto significat
Rom.2: esse Israel secundum spiritum qui in abscon
dito Iudæus est & circuncisus corde. Sic er-
go melius fortasse distinguitur. Testamen-
tum æternum in me:vt inde alius sit sensus,
1.Co.10. & filijs Israel signum ẽternum.i.æternæ rei
signum:quo petra erat Christus,quia petra
significabat Christum. Non ergo ita intelli
gendũ est testamentũ æternũ in me & in fi-
lijs Israel, tanquam in deo & filijs Israel sit
hoc testamentũ æternum:in me,quia in illo
promissa est requies æterna: & filijs Israel
signum est æternum, quia filij Israel ac-
ceperunt obseruandum signum, quo re-
quies significatur æterna veris Israelitis,
hoc est filijs promissionis & visuris deum
140 facie ad faciem sicuti est. Et dedit Moysi
Exo.31. statim vt cessauit loqui ad eũ,in monte Sina
duas tabulas testimonij tabulas lapideas scri
K ptas digito dei. Cum tam multa locutus sit
deus, duæ tantum tabulæ dentur Moysi la-
pideæ, quæ dicuntur tabulæ testimonij fu-
turæ in arca. Nimirum omnia cætera quæ
præcepit deus ex illis decem præceptis quæ
duabus talibus conscripta sunt,pendere in-
telliguntur si diligenter quærantur & bene
intelligantur:quo hæc ipsa rursus decẽ præ
cepta ex duobus illis, dilectione scilicet
dei & proximi, in quibus tota lex pendet,
& Prophetæ. Qd iubet Aaron inaures Mat.22
demi ab auribus vxorũ atq; filiarum,vnde 141
illis faceret deos,non absurde intelligit dif- Exo.32
ficilia præcipere voluisse, vt hoc mo eos ab
illa intentione reuocaret:factum tn illud ip
sum difficile vt esset aurum ad faciendum
idolum,pp eos notandum putaui,qui con-
tristantur si quid tale pp vitam æternam di
uinitus fieri vel æquo animo tolerari iubea
tur. Dns indicans Moysi si quid fecerit 142
de vitulo populus, hoc est, de idolo qd ex Exo.32
auro suo fecerant, dicit eos dixisse, Hi dij
tui Israel qui te eduxerunt de terra Aegy-
pti: Qd eos dixisse nõ legitur,sed animũ eo
rum hunc fuisse deus odit. Horũ quippe
verborũ gerebant in corde sententiam,quę
deum latere non poterat. Et propitiatus 143
est dns de malitia quã dixit facere populo Exo.32
suo. Malitiã hic pœnam intelligi voluit,si- L
cuti est, Aestimata est malitia exitus illorũ. Sapiẽ.4
Secm hanc dicitur, Bonum & malũ à deo,
nõ secm malitiam qua homines mali sunt.
Malus.n.deus non est, sed malis ingerit ma
la:quia iustus est. Iratus quidem Moy- 144
ses videt tabulas testimonij digito dei scri- Exo.32
ptas collisisse atq; fregisse:magno tn mysterio figurata est iteratio testamẽti noui, qm vetus fuerat abolendũ & constituendũ nouum. Notandum sanè quãta pro populo ad deum supplicatione laborauerit,qui tam seuerus in eos vindicando extitit. Quod aũt in ignem missum vitulum fusilem cõtriuit, & in aquam sparsit, quam populo potũ dedit,quid nobis videatur significare,iam ali-
bi scripsimus in opere contra Faustũ Mani Li.22.
chæum. Et dederũt mihi,& misi in ignẽ, 93.
& exijt vitulus hic. Cõpendio locutus est, 145
non dicens quod ipse formauerit vt exiret
vitulus fusilis. An excusationis causa timen Exo.32
do mentitus est, tanquam ipse in ignem pe-
rrum aurum proiecerit,atque ipso non id
agendum hoc eum animo dixisse, quia nec
latere Moysen posset quid esset in viro cum
quo deus loquebatur,& fratrem de menda- M
cio non redarguit. Et cum vidisset Moy- 146
ses populum, quia dissipatus est, dissipauit Exo.32
enim eos Aaron vt in gaudium uenirẽt ad-
uersarijs suis. Notandum est quemadmo-
dum illud totum malum quod populus fe-
cit,

cit, ipsi Aaron tribuatur, q̃ eis consenserit
ad faciendum quod male petiuerant. Magis
.n.dictum est,dissipauit eos Aaron,quoniã
cessit eis,q̃ dissipauerunt se ipsi qui tantum
147 malum flagitauerunt. Cum Moyses di-
Exo.32. cit ad deum, Precor peccauit populus iste
peccatum magnum & fecerunt sibi deos au
reos, & nunc siquidem remittis illis pecca-
tum illorũ,remitte sinautem, dele me de li-
bro tuo quem scripsisti.Securus quidẽ hoc
dixit,vt in consequentibus ratiocinatio cõ-
cludatur,id est, vt quia deus Moysen nõ de
leretur de libro suo,populo peccarum illud
remitteret.Veruntamẽ aduertendũ est quã
tum malũ in illo peccato perspexit Moyses
q̃ tanta cede crediderit expiandum,qui eos
sic diligebat, vt pro eis illa verba deo funde
148 ret. Merito quæritur, cum superius po-
Exo.32. pulum dissipasse dictus sit Aaron,cur in ip
A sum vindicta nulla processerit: neque cum
Moyses interfici iussit oẽs qui Leuitis eũ-
tibus ad portam & redeuntibus occurrisset
armatis: neq; cum postea factum est quod
scriptura dicit, Et percussit dominus popu-
lum pp fecturam vituli quẽ fecit Aaron,
maxime quia & hic hoc idem repetendo in-
culcatum est. Nõ enim dictum est. Et per-
cussit dns populum pp fracturã vituli quẽ
fecerunt,sed quem fecit Aaron,& tamen nõ
est percussus Aaron:quin etiam illud quod
de sacerdotio eius ante peccatum eius deus
præcipiebat impletum est: sed iussit & ip-
sum & filios ablui, & sic ordinati sunt in sa-
cerdotio. Ita nouit ille cui parcat vsque ad
commutationem in melius & cui parcat ad
tempus,quanuis eũ præscierit in melius nõ
mutari:& cui non parcat vt muterur in me-
lius,& cui non parcat ita vt vitæ mutationẽ
eius expectet:& hoc totum ad id redit quod
Ro. 11. Apostolus dicit exclamans. Quàm inscru-
149 tabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles
Exo.33. uiæ eius. Vade & ascende hinc tu & popu
lus tuus quem eduxisti de terra Aegypti.
Deus iratus dicere videtur, tu & populus
tuus quem eduxisti de terra Aegypti,Ali
quin dixisset, tu & populus meus quẽ edu-
B xisti de terra Aegypti: sed illi quando ido-
lum poposcerunt ita locuti sunt,Moyses.n.
hic homo qui eduxit nos de terra Aegypti,
non scimus quid factum sit ei: liberationem
suam in hominem constituendo defecerãt,
Hoc eis modo replicatur cum dicitur, Tu
& populus tuus quem eduxisti de terra Ae
gypti:quod illis est criminis & non Moysi.
Non.n. aliud volebat Moyses, nisi vt non
in illo,sed in dño spem ponerent,in domini
misericordia se cum gratiarum actione cre-
derent ab illa seruitute liberatos: cuius tã
apud deum tanquam fidelissimi famuli tan
tum erat meritum per illius gratiam, vt ei
diceret deus,Sine me,& iratus conterã eos.
Quod vtrum iubentis sit cum ait,Sine me,
an quasi potentis sit, vtrunq; videtur absur
dum. Nam & si iubebat deus,inobedienter
famulus non parebat: & deum hoc a seruo
velut pro beneficio petere non decebat,
cũ præsertim posset eos etiam illo nolente con
terere. Ille itaq; ibi sensus in promptu est,
q̃ his verbis significat deus, plurimũ apud
se prodesse illi populo, quia sic ab illo viro
diligebantur,quem sic dns diligebat: vt eo
modo admoneremur, cum merita nostra
nos grauassent ne diligamur à deo, releuari
nos apud eum illorum meritis posse quos
deus diligit. Nam cum ab omnipotente di C
citur homini, Sine me, & conteram eos:
quid aliud dicitur quàm contererem eos,
nisi diligerẽtur abs te? Ita ergo dictum est,
Sine me: ac si diceretur, noli eos diligere,
& conteram eos: quia ne id faciam dilectio
tua in illos intercepit mihi. Obtemperan-
dum autem esset domino dicenti, noli eos
diligere, si hoc iubendo dixisset, & non po-
tius admonendo & exprimendo quid illũ
ab eorum supplicio reuocaret:nec tamen ẽt
illo intercedente sine flagello disciplinę po
pulum dereliquit. Nescio quo enim modo,
vt sic eos diligeret ipse Moyses, deus illos
occultius diligebat, qui manifesta voce ter
rebat. Vbi dicit deus ad Moysen, Vade & 150
ascende hinc tu & populus tuus quem edu- Exo.33.
xisti de terra Aegypti, in terram quam iu-
raui Abraham, Isaac,& Iacob dicens. Semi
ni vestro dabo eam continuo tanquam ad
ipsum Moysen adhuc loquatur,occulta cõ-
uersione,quæ Græcè ἀποστροφὴ dicitur, iam
ad ipsum populum loquitur dicens, Et si-
mul mittam angelum meum ante te,& eij-
ciet Chananeum, & Amorreum, & He-
thæum & Pherereseũ Gergesæũ & Euęũ D
& Hiebusæum, & introducet te in terram
fluentem lac & mel. Non enim ascendam te
cum, quia populus dura ceruice es, vt non
deleam te in via. Magna sacramenti & mi-
ra profunditas,tanquam misericordiam ma
iorẽ posset angelus habere quàm deus, qui
populo duræ ceruicis parceret, cui deus si
cum illis esset ipse non parceret,& tamen ẽt

Universidad de Deusto
Biblioteca

per angel ũ suum, se quodãmodo ab eis absente, qui nusquã esse absens põt, implere se dicit quod patribus eorum iurauit: tanquã & hic ostendens, hoc se ideo facere, quia illius patribus iustis promisit, non q̃ isti digni essent. Quid ergo significat, nisi forte ideo se non esse cum eis, quia dura ceruice sunt: quia non eũ propitiũ sed salubrẽ, nisi humilitas & pietas capit. Esse aũt deũ cum duræ ceruicis hominibus, nihil est aliud q̃ vindicando adesse atq; puniendo. Vnde cũ
Psal.50. eo modo malis nõ adest parcendo, facit qđ
Psal.67. pertinet ad illud q̃p dictũ, Auerte faciẽ tuã a peccatis meis, q̃a nisi auertit, aduertit. Sicut.n. fluit cera à facie ignis, sic pereant pec-
151 catores à facie dei. Et dixit Moyses ad do-
Exo.33. minum, Ecce tu mihi dicis, Deduc populũ hunc: tu autem non demonstrasti mihi quẽ
E simul mittãs mecũ. Tu autem dixisti mihi, scio te præ omnibus, & gratiam habes apud me. Si ergo inueni gratiam in cõspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste, vt videam te, vt sim inueniens gratiam ante te: & vt sciam quia populus tuus est gens hæc. Quod habet Græcus γνωστῶς, hoc quidam Latini interpretati sunt manifeste, cum scriptura nõ dixerit φανερῶς. Potuit ergo fortasse potius dici, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum, vt scienter videam te: quibus verbis satis ostendit
Mat.22. Moyses quòd non ita videbat deum in illa tanta familiaritate conspectus, vt desiderabat videre: quoniã illæ omnes visiones dei quæcunque mortalium prębebantur aspectibus, & ex quibus fiebat sonus quo mortalis attingeretur auditus, sic exhibebãtur, assumpta sicut deus volebat specie qua volebat, vt non in eis ipsa vllo sensu corporis sentiretur diuina natura, q̃ inuisibilis vbiq; tota est, & nullo continetur loco. Et quia in duobus præceptis, hoc est, dilectionis dei & proximi, tota lex pendet, ideo Moyses in
F vtroq; suum desiderium demonstrabat. In dilectione scilicet dei, vbi ait, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste, vt videã te, vt sim inueniens gratiam in conspectu tuo: In dilectione autem proximi, vbi ait, & vt sciam quia popu-
152 lus tuus est gens hæc. Quid est quod di-
Exo.33. cit deus ad Moysen, quoniam scio te præ omnibus. Nunquid ergo deus nouit plus aliqua & aliqua minus? An secundum qđ dicitur quibusdam in Euangelio. Non noui uos. Secundum hãc enim scientiam qua deus dicitur scire, quæ illi placent, nescire quæ displicent, non quia ignorat ea, sed quia non approbat, sicut ars rectè dicit nescire vitia cum improbat vitia, præ omnibus deus Moysen sciebat, quia deo p̃ omnibus Moyses placebat. Notandum est, quòd prius ipse Moyses dixerat deo, Dixisti mihi, Scio 153
te præ omnibus: quod illi deus posteaquam Exo.33
hoc ipse dixit legitur dixisse, ante autem nõ legitur, vt intelligamus non omnia esse scripta, quæ cum illo deus locutus est: sed diligentius inquirendum est in prioribus scripturæ partibus, an vero ita sit. Cũ autem 154
dixisset Moyses ad dominum, Ostende mi- Exo.33
hi gloriam tuam: respondit ei dominus, Ego transibo ante te in gloria mea, & vocabo nomen domini in conspectu tuo, & miserebor, cui misertus ero, & misericordiam præ
G stabo cui misericordiam præstitero: Cum pauloantè dixisset ipse, Antecedam te & requiem tibi dabo. Quod Moyses sic videtur accepisse, antecedam te, tanquam non ei populo qui præsens in itinere futurus esset, & ideo ait, Si non tuipse simul veneris nobiscũ, ne me educas hinc: & cætera. Deus autem neque ei hoc negauit dicens, Et hoc tibi verbum quod dixisti faciam. Quomodo ergo cum dixisset ei Moyses, Ostende mihi gloriam, rursus tanquam præcessurus & nõ cum eis simul futurus videtur dicere, Ego transibo ante te, nisi quia hoc aliud est? Ille quippe intelligitur loqui & dicere, Transibo ante te, de quo dicit Euangelium, Cum Ioan.13
venisset hora vt transiret Iesus de hoc mũdo ad patrem, qui trãsitus etiam Pascha interpretari perhibetur. Hæc itaque magna omnino prophetia est. Ipse enim ante omnes sanctos transiit ad patrem de hoc seculo parare illis mansiones regni cœlorum, quas dabit eis in resurrectione mortuorum, quoniam transiturus ante omnes primogenitus à mortuis factus est. Gratiam vero suã
H in eoipso valde commendat cum dicit, Et vocabo nomine domini in conspectu tuo: nunquam in conspectu populi Israel, cuius Moyses cum hæc audiret typum gerebat. In conspectu enim gentis ipsius vbique dispersæ vocatur dominus Christus in omnibus gentibus. Vocabo autem dixit non vocabor actiuum verbum pro passiuo ponẽs genere locutionis inusitato, in quo nimirũ magnus sensus latet. Sic enim fortasse significare voluit seipsum hoc facere, id est, gratia sua fieri, vt vocetur dominus in omnibus

bus gentibus. Quod vero addidit, Et miserebor cur misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero. Ibi planè expressius ostẽdit vocationẽ, qua nos vocauit in suum regnum & gloriã: non pro meritis nostris, sed pro misericordia sua. Q̃m enim se gentes introducturum pollicebatur, dicens, Vocabo nomine dñi in conspectu tuo: commendauit se hoc misericorditer facere, sicut Apostolus dicit, Dico enim
Rom.15 Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei, ad confirmãdas promissiones patrum: gentes autem super misericordia glorificare deum. Hoc ergo prædictum est, Miserebor cui misertus ero, & mi-
I sericordiã præstabo cui misericordiam præstitero. Quibus verbis prohibuit hominem
2.Co.13 velut de propriarum virtutum meritis gloriari, vt qui gloriatur in domino glorietur. Non enim ait, Miserebor talibus vel talibus, sed Cui misericors fuero: vt neminem præcedentibus bonis operibus suis misericordiam tantæ vocationis meruisse demonstraret. Etenim Christus pro impijs mor-
Rom.5. tuus est. Sed vtrum hoc idẽ repetere voluerit, cum addidit, Misericordiã præstabo cui misericordiam præstitero: vel sicut alij interpretati sunt, cui misericors fuero: an aliquid interfit, nescio. Quod.n. Græca lingua duobus verbis dictum est, ἐλεήσω, & οἰκτιρήσω quod vnum atq; idem videtur significare, non potuit Latinus diuersis verbis dicere, sed diuersis modis eãdem misericordiam repetiuit. Si autem diceretur, Miserebor cui misereor, aut Miserebor cui misertus ero, non satis commode dici videretur: & tamen fortius ille ipse ibi sensus est, quòd aut ipsius misericordię suæ firmitatem deus ista repetitione monstrauit: sicut amen amen: sicut, fiat fiat: sicut repetitio somnij Pharaonis, pluraq; similia: aut in vtrisque populis, id est, gentibus & Hebræis hoc modo deus prænunciauit misericordiam se esse facturum. Quod Apostolus ita dicit, Sicut.n.
Ro.11. vos aliquando non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis in illorum incredulitate: sic & ipsi nunc, qui nõ crediderunt in vestra misericordia: vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim deus omnes incredulitate, vt omnium misereatur. Deinde post hanc suæ misericordiæ commendationẽ respõdet ad illud quod ei dictum fuerat, Ostende mihi gloriã tuam, vel quod supra petiuerat Moyses, dicens, Ostẽde mihi temetipsum manifeste, vt videam te: Non poteris, inquit, videre faciem meam. Non.n. videbit homo faciem meam, & viuet: ostendẽs huic uitæ quæ agitur in sensibus mortalibus corruptibilis carnis, deum sicuti est apparere nõ posse, id est, sicuti est videri in illa vita potest, vbi vt viuatur, huic vitæ moriendum est. Item interposito articulo dicente scriptura, & ait dominus, sequit & loquitur, Ecce locus penes me. quis.n. locus non penes deũ est, qui nusquam est absens? Sed Ecclesiam significat dicendo, Ecce locus penes me, tanquam templum suum commendans. Et stabis, inquit, supra petram: quia super hanc petram, ait dñs, ædificabo Ecclesiam meam: statim Mat.16
vt transiet gloria mea. i. statim vt transiet L
gloria mea, stabis supra petrã, quia post transitum Christi. i. post passionem & resurrectionem Christi stetit populus fidelis supra petram. Et ponam te, inquit, in cauerna petræ: munimen firmissimum significat. Alij autem interpretati sunt, In spelunca petræ: sed Græcus habet ὀπήν hoc enim foramen uel cauernam rectius interpretamur. Et tegam manu mea super te donec transeam, & auferam manum meam, & tunc videbis posteriora mea, facies autem mea non videbitur tibi. Cum iam dixisset, Stabis super petram, statim vt transiet gloria mea: vbi intelligitur post transitum suum promisisse super petram stabilitatem: quomodo accipiendum est quod ait, Ponam te in cauernam petræ, & tegam manum meã super te, donec & cætera, quasi iam illo in petra constituto, tegam manum suam super eum, & deinde transeat, cum esse in petra non possit nisi post eius transitum? Sed recapitulatio intelligenda est rei prætermissæ, quali solet vti scriptura in multis locis. Posteaquippe dixit quod ordine temporis prius est. Qui ordo ita se habet, Tegam manum meam super te, donec transeam, & tunc videbis posteriora mea: nam facies mea non videbitur tibi: & stabis super petram statim vt transiet gloria mea, & ponam te in cauer M
na petræ. Hoc enim factum est in eis, quos tunc significabat persona Moysi, id est, Israelitis, qui in dominum Iesum, sicut Actus Apostolorum indicant, postea crediderunt, id est, statim ut transiet eius gloria. Nam posteaquam resurrexit à mortuis, & ascendit in cœlum misso de cœlo spiritusancto, cum linguis omnium gentium loquerentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.2. tur Apostoli, compuncti sunt corde multi ex eis qui crucifixerant Christum: quem si
1.Co.2. cognouissent, nunquam dominum gloriæ
Rom.11. crucifixissent: cæcitas ex parte Israel facta est, sicut dictum fuerat, Tegam manum meam super te donec transeam. Vnde Psalmus dicit, Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua. Diem appellans,
Psal.31. quando Christus diuina miracula faciebat: noctem, quando sicut homo moriebatur, quando & illi tibubauerunt qui in die crediderant. Hoc est ergo, Cum transiero tũc videbis posteriora mea: Cum transiero de hoc mundo ad patrem, posterius in me credituri sunt, quorum typum geris. Tunc enim compuncti corde dixerunt, Quid faciemus? Et iussi sunt ab Apostolis agere pœnitentiam, & baptizari in nomine Ie-
A su Christi, vt dimitterentur illis peccata eorum. Quod in Psalmo illo sequitur, cum dictum esset, Die ac nocte grauata est super
1.Co.2. me manus tua, id est, vt cognoscerem. Si.n. cognouissent, nunquam dñm gloriæ crucifixissent. Sequitur & iungit, Cõuersus sum in erumna mea, dum configitur spina, id est, cum essem corde compunctus. Deinde addidit, Peccatum meum cognoui, & facinus meum non operui: postquam viderunt quãto scelere Christum crucifixerunt. Et quia receperunt consilium vt agerent pœnitentiam, & in baptismo remissionem acciperent peccatorum. Dixi, inquit, pronunciabo aduersum me delictum meum dño, & tu remisisti impietatem cordis mei. Hanc autem prophetiam potius fuisse, quam locutus est dñs ad Moysen, satis res ipsa indicat, quandoquidem est petra vel cauerna eius, & de manus eius superpositione, de visione posteriorum eius, nihil postea visibili opere subsecutum legitur. Mox enim adiungit interposito articulo scriptura, Ex dixit dominus ad Moysen, cum ipse dominus vtiq; etiam illa quæ supra sunt loqueretur, atque inde contexit quid deinceps dominus dicat, Ex-
B cide tibi duas tabulas lapideas, sicut & pri-
155 mas &c. Quid est quod dictum est de
Exo.34. domino, Et reum non purificabit: nisi,
156 non eum dicet innocentem? Deus in mon
Exo.34. te duas rursus lapideas tabulas conscriptu-ro dicit Moysi inter cætera, Coram omni populo tuo faciam glorioſa. Nondum dignatur dicere, Coram omni populo meo. An ita dixit, populo tuo, quomodo cuilibet homini eiusdem populi diceretur, Ex quo populo es? Quo ciuitati tuæ dicimus, non cui dominaris, vel quam constituisti, sed vn de ciuis es. Sic enim & paulopost dicit, Omnis populus in quibus es. Alio modo quid dictum est, nisi populus tuus? Quod autem non dixit, in quo es, consuetudo locutionis est. Quid est quod dicitur ad Moysen, 157
Exo.34 Attende tibi, ne qñ ponas testamentum his qui sedent super terram. Non enim habet Græcus, Ne quãdo ponas, sed ne qñ ponat. An forte de populo ei dicere voluit, cuius ipse ductor fuit? Sed non ipse introduxit populum in eam terram, vbi prohibet poni testamentum cum eis qui in illa habitabant. Mirum itaq; locutionis genus est, & adhuc C
inexpertum vel non animaduersum, si ta- 158
men locutto est, ac non sensus aliquis. Cũ
Exo.34 præciperet deus loquens ad Moysen, vt data terra in potestate, omnis idololatria euertetur, nec adorarentur dij alieni, ait, Dominus enim deus zelans, nomen deus zelator est, id est, ipsum nomen quod dominus deus dicitur, zelans est, quia deus zelator est. Quod non humanæ perturbationis vitio facit deus, semper atq; omnimodo incommutabilis atq; tranquillus: sed hoc verbo indicat non impune plebem suam per alienos deos fornicaturam. Ductum est.n. verbum à tropo metaphora, à zelo maritali qp castitatem custodit vxoris, quod nobis prodest, non deo. Quis enim tali genere fornicationis deo nocuerit, sed sibi plurimum vt pereat? Quod deus prohibet, terrore gra- Psal.7
uissimo zelantem se appellans. Cui dicitur in Psalmo, Perdidisti omnẽ qui fornicatur abs te, mihi autem adhærere deo bonum est, Denique sequitur, Ne forte ponas testamẽtum his qui sedent super terram, & fornicentur post deos eorum. Quod ait, Non 159
videberis in conspectu meo inanis: sicut in- Exo.34
dicant circunstantia de quibus loquitur, in conspectu suo, dicit dominus in tabernaculo suo: hoc est autem non ibi videberis inanis, nunquam intrabis sine aliquo munere. D
Quod spiritaliter intellectum, magnum sa-
cramentum est. Verum hæc dicebantur in vmbris significationum. Cum de sabbato 160
præcepisset, quid est quod addidit, De satio- Exo.34
ne & messe requiesces. Videt enim dicere, tempore sationis & messis. An forte ita obseruandam requiem sabbati præcepit, vt nec illa tempora haberet excusationem, quæ agricolis valde sunt necessaria propter victum atque vitam? Iussum est ergo vt etiam

etiam tempore sationis & messis, qñ multũ vrget operatio, requiescatur in sabbato: ac sic per tẽpora, q̃ opus plurimum flagitant, significatum est omni tẽpore sabbato debe-
161 re cessari. Quòd dixit, Non concupiscet
Exo.34. quisquam de terra tua, cum ascendes videri in conspectu dei tui per tria tempora anni: hoc vult intelligi, vt securus quisq; ascenderet, nec de terra sua solicitus esset, deo promittente custodiã, qp nemo inde aliquid cõcupiscaret, propter illum qui ascendit, nec suam inde timeret absentiam. Et hic satis
E ostendit quid supra dixerit, Non apparebis
162 in conspectu domini dei tui inanis, quia in
Exo.34. illo loco dixit, vbi tabernaculum vel templum deus fuerat habitaturus. Quid est quod ait, Nõ occides super fermentum sanguinem immolatorum meorum? An illa hoc loco dicit immolata sua, q̃ per Pascha occiduntur, & præcepit ne tunc sit in domo fermentum, qñ dies sunt azymorum.

Quid est quod ait, Et non dormiet in 163
Exo.34. mane immolatio solennitatis Paschæ: nisi qđ superius aperte præcepit ne aliquid ex pecore quod immolat carniũ relinquat in mane? Sed locutio fecit obscuritatem, dor-
miet.n. dixit pro manebit. Non coques 164
Exo.34. agnum in lacte matris suę: Ecce dixit iterũ, quod quẽadmodũ intelligi possit ignoro. Magna tamen est de Christo prophetia, & si fieri ad literã possit, quanto magis si non potest. In sermonibus enim dei non sunt ad proprietatem operum omnia reuocanda, sicut nec illud de petra, & cauerna eius, & manus superpositione. Sed planè de fide narrationis hoc exigendum est, vt quæ dicit facta esse, vere facta sint: & quæ dicit dicta esse, vere dicta sint. Quod exigitur etiã à nar-
F ratoribus Euangelij: cum enim Christum
165 narrent quædam dixisse, quæ in parabolis
Exo.34. dixit, tamen hæc eum dixisse non parabolica, sed historica narratio est. Et erat ibi Moyses in conspectu domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem nõ mãducauit, & aquam non bibit. Quod & ante dixerat, quando tabulas accepit quas fregit, hoc etiam modo repetit: non recapitulando quod factum est, sed iterum factum esse commendans. Repetitio quippe legis iam quid significet diximus. Quod autem ait, Panem non manducauit, & aquam non bibit: intelligitur ieiunauit, à parte totum, id est, nomine panis omnem cibum, & nomine aquæ omnem potum significante scriptura. Et scripsit ĩ tabulis testamẽti decẽ 166
verba. De Moyse dictũ est q̃ ipse scripserit cui etiam deus pauloante dixerat. Scribe tibi verba hæc. Cum vero primum legem ac cepit, cuius tabulas abiecit & fregit, nec ipse excidisse dictus est tabulas lapideas, & modo dictum est, Excide tibi duas tabulas lapideas: nec ei dictũ est vt scriberet, sicut ei modo dicitur: nec eas ipse scripsisse narrat, sicut modo narrat scriptura, & dicit, Scripsit in tabulis testamenti decem verba: sed tunc dictum est, Et dedit Moysi, statim vt Exo.31.
cessauit loqui ad eum in monte Sina, duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito dei. Deinde paulopost, Conuersus, inquit, Moyses descendit de monte, & duæ Exo.32.
tabulæ testimonij in manu eius, tabulæ la- G
pideæ scriptæ ex vtraq; parte earũ hinc atque hinc erant scriptę: & tabulæ opus dei erant, & scriptura, scriptura dei & sculpta in tabulis. Proinde magna oritur quæstio qũo illæ tabulę quas erat Moyses deo vtiq; pściente fracturus, nõ hois opus esse dicant, sed dei: nec ab homine scriptæ, sed scriptæ digito dei. Posteriores vero tabulæ tandiu mansuræ, ac in tabernaculo ac templo dei futuræ, iubente quidem deo, tam ab homine excisæ sint, quàm ab homine scriptæ. An forte in illis prioribus gratia dei significabatur, non hominis opus, qua gratia indigni facti sunt, reuertentes corde in Aegyptum, & facientes idolum, vnde illo beneficio priuati sunt, & propterea Moyses tabulas fregit: istis vero tabulis posterioribus significati sunt, qui de suis operibus glorianti. Vnde
dicit Apostolus, Ignorãtes dei iustitiam, & Ro. 10.
suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti: & ideo tabulæ humano opere exculptæ, & humano opere conscriptæ datæ sunt, quæ cum ipsis manerent, ad eos significandos de suis operibus gloriaturos, non digito dei, hoc est de spiritu dei. Cer H
te ergo repetitio legis nouum testamentũ significat: illud autem vetus significabat, vnde confractum & abolitum est: maxime, quoniam cum secundo lex datur, nullo terrore datur, sicut illa in tanto strepitu igniũ, nubium & tubarum, vnde tremefactus populus dixit, Non loquatur deus ad nos, ne moriamur, vnde significatur timor esse in Exo.20.
veteri testamento, in nouo dilectio. Quomodo igitur hæc soluitur quæstio, quare illæ opus dei, istæ opus hominis: & illæ conscriptæ digito dei, istæ scriptæ ab homine?

Universidad de Deusto
Biblioteca

An forte ideo magis in illis prioribus vetus significatum est testamentū, quia deus ibi præcepit, sed homo non fecit? Lex.n. posita est in veteri testō, quæ cōuinceret transgressores, quæ subintrauit vt abundaret delictum. Rom.5. Non enim implebatur timore, quæ non impletur nisi charitate. Et ideō dicitur opus dei, quia deus legem constituit, deus conscripsit: nullum opus homines, quia homo deo non obtemperauit, & cum potius reum lex fecit. In secūdis autem tabulis homo per adiutorium dei tabulas fecit atque Matt.5. conscripsit: quia noui testamenti charitas le Ro. 13. gem fecit. Vnde dicit dominus, Non veni I legem soluere, sed adimplere. Dicit autem Gala. 5. Apostolus, Plenitudo legis, charitas: Et fides quæ per dilectionem operatur. Factum est itaque homini facile in nouo testamento, quod in vetere difficile fuit, habēti fidem quæ per dilectionem operatur: atque illo digito dei, hoc spiritu dei intus eam in corde 1.Co.3. scribente, non foris in lapide. Vnde dicit Apostolus, Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: quoniam charitas dei, qua veraciter impletur præceptum, Rom.5. diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hoc est ergo, prima data est lex, vbi significatur vetus testamentum, quod est opus tantummodo Rom.7. dei, & conscriptio digito dei. Quod Apostolus dicit, Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum, & bonum. Lex ergo sancta & bona, dei opus est: vbi homo nihil agit, quia non obtemperat sed reatu potius premitur, lege minante atque damnante. Peccatum enim, inquit, vt apparcat peccatum, per bonū operatū est mihi mortem. Beatus autem homo est, cum hoc mandatum sanctum & iustum & bonum facit, hoc etiam opus eius, sed per gratiam dei.

167 Moyses ad filios Israel, postea quā de mō
Exo.34. te descendit, habens alias tabulas legis, cir-
K cumposito sibi velamine propter gloriam vultus eius, quam filij Israel non poterant intueri, Hæc, inquit, verba, quæ dixit dominus facere ea: ambigue positum est, vtrum ea facere ipse dominus, an illi: sed vtique manifestum est, quòd illi: iusit quippe ille, quæ fierent. Sed forte ideo sic positum est, vt ex vtroque accipiatur, quia & dominus facit, cum facientes adiuuat, secundum illud Apostoli, In timore & tremore vestrā
Phil. 2. ipsorum salutem operamini: deus enim est qui operatur in vobis & velle & operari p bona voluntate. Omnis offerēs demptio 168
nem, argentum & æs attulerunt demptio- Exo.35
nem domino: tanquam diceret, Omnis qui attulit, attulit illud atq; illud, inter cętera q dicebat, & argentum & æs commemorans, Demptionē sane interpretati sunt Latini, quod Græcus habet ἀφαίρεμα. Appellata est autem dēptio, eo quòd ubi dimeret qui domino offerret. Narrante Moyse commemoratum est quòd ei dixit deus de Beseleel eis- 169
dem verbis ac totidem, quod eum impleue- Exo.3
rit spiritu diuino sapientiæ & intellectus, & scientię ad tabernaculi opera facienda, q pertinet ad artes opificū. Vnde quid nobis videretur iam diximus. Sed ideo nunc hoc idem commemorandum putaui, quia non L
frustra eisdē omnino verbis repetitum est, quibus antea Moysi à domino fuerat intimatum. Sanè nouo more hic ars architectonica perhibetur, opificum ex auro & argento & quocunq; metallo, cum illa dici soleat architectonica, quæ ptinet ad fabricas ædificiorum. Et omnes qui sponte vellent ire ad opera, vt consummarent ea, & acceperūt 170
à Moyse omnes demptum æs. In notitiam Exo.
tantum Moyses pertulit quæ dominus opera fieri præcepit, tabernaculum scilicet, cū omnibus quæ in eo essent, & vestes sacerdotales, Commemorauit autem quosdā, quibus dixit spiritum diuinitus datum, quòd illa efficere possent: & tamen multi intelliguntur sponte ad eadē opera venisse, quibus nec imperatum est, nec eorum nomina commemorata sunt à domino dicta Moysi, Nō ergo illi soli hoc munus diuinitus habuerunt, q̄ nominatim cōmemorantur, sed fortasse præcipue atq; excellentius. Laudandus est autem in his omnibus non attractus ad opus seruiliter animus, sed liberaliter & sponte deuotus. Notandum, quòd illi q 171
pientes appellantur, effectores operū san- Exo.
cti etiam moribus tales erant, vt cum ipsi sciperent omnia, quæ populus offerebat, existimans necessaria ex quibus illa omnia complerentur, viderunt plus offerri q̄ M
at necesse, & dixerunt Moysi: atque ille per præconum vltra populū offerre prohibuit. Poterant autem si vellent, multa auferre, sed modestia prohibuit, vel religio terruit. Posteaquam descendit Moyses de 172
monte, opera commendantur tabernaculi Exo.
construendi, & vestis sacerdotalis, de quibus faciendis antequā aliud præciperet, locutus est ad populū de sabbati obseruatione.

ne. Vbi non immerito mouet cum decē verba legis accepit in tabulis lapideis iterum, quas ipse excidit, ipse conscripsit: quare de sabbato solo posteaquā descendit, populum admonuit. Si.n. propterea decem præcepta legis superfluū fuit, vt populus iterū audierit, cur & hoc non fuit superfluū, vt de sabbato audiret, cum & hoc in eisdem decem præceptis legatur? An & hoc simile est velamento, quo faciem obtexit: quia splendore vultus eius filij Israel non poterāt intueri? Nam ex decem præceptis hoc solum populo præcepit, quod figurate ibi dictum est: alia quippe nouem sicut præcepta sunt, etiam in nouo testamento obseruanda minime dubi-
A tamus. Illud autem vnum de sabbato vsq; adeo figurata diei septimi obseruatione apud Israelitas velatū fuit, & in mysterio pceptum fuit, & quodam sacramento figurabatur, vt hodie à nobis non obseruetur, sed solū quod significabat intueamur: In illa āt requie, vbi opera seruilia iubentur cessare,
Galat.5. magna est altitudo gratiæ dei. Tunc enim
1.Ioā.4. fiunt cum requie opere bona, cum fides per
Rom. 5. dilectionem operatur: timor autem tormentum habet, & in tormento quæ requies? Vnde timor non est in charitate, charitas autē diffusa est in cordibus nostris per spiritum-sanctum, qui datus est nobis: ideo sabbatum requies sancta domino dicitur, dei scilicet gratiæ tribuendo, non nobis velut ex nobis. Alioquin nostra opera sic erunt, vt sint humana, aut cum peccato, aut cum timore, nō cum dilectione: & ideo seruilia sine requie. Plenitudo autem sabbati erit in requie sempiterna. Non enim frustra institutum est & sabbatum sabbatorum. Superius quando prius locutus est deus de tabernaculo vngendo, dixit eadem vnctione sanctificari illa omnia, & fieri sancta sanctorum: Altare āt holocaustomatum eadem vnctione sanctificatum, dixit sanctum sancti: & hoc interesse videbatur, quòd nihil eorum dixisset san-
B ctum sanctorum, nisi quod tantum velo separabatur à sancto, id est, vbi erat arca testamenti & altare incensi. Nō autem cum dem repeteret, dixit de tabernaculo vncto & his quæ in illo essent, quòd eadem vnctione sanctificaretur, & fierent sancta: illud autē altare holocaustomatum, de quo prius dixerat quod fieret sanctum sancti, eadem vnctione nunc dixit fieri sanctum sanctorum. Vnde datur intelligi tantundem valere quod dictum fuerat sanctum sancti, quātum valet quod dictum est, sanctum sanctorum: ac per hoc & illa omnia vncta, id est, totum tabernaculum, & quęcūq; in eo essent, quæ prius appellauerat sancta sanctorum tantundem valere quod nunc ait sancta: nec vnumquodq; eorum dici tantummodo post istam vnctionem sanctum sancti, verumetiā sanctum sanctorum: sicut altare holocaustomatum, vt iam nihil interfit, quantum ad hanc appellationem attinet, inter illa quæ interius intra velum fuerant, id est, vbi erat arca testimonij, & cætera foris: nisi quòd illa interius ita dicebātur sancta sanctorum vel sanctum sancti, vt etiam ante vnctionē sic appellarentur: cætera vero vnctione sanctificata sunt, vt hoc nomen acciperent. Quod ocio discutiendum est, quid ista signi C
ficent. Cum scriptura narraret quomo- 173
do Moyses constituerit tabernaculum. Ex- Exo. vl.
tendit, inquit, aulæa super tabernaculum, non vtique desuper tectum, sed cingens columnas: quia de columnis dixerat, quòd statuerit tabernaculum. Item cum dicit, Et super atrium in circuitu tabernaculi & altaris, manifestat altare holocaustomatum ad ostium tabernaculi forinsecus fuisse, vt atrio totum arbitretur, & altare esset infra atrium: inter portam atrij & ostium tabernaculi. Notanda est quoque res multum mirabilis quod nube descendente & im-
plente tabernaculum, quæ tamen gloria do- Exo.40.
mini dicitur, non poterat Moyses intrare tabernaculum, qui in monte Sina, quando Exo.19.
legem primitus accepit, intrauit in nubem vbi erat deus. Proculdubio ergo aliam personam tunc figurabat, aliam nunc. Et tunc eorum qui participes fiunt intimæ veritatis dei: nunc autem Iudæorum, quibus gloria domini, quæ in tabernaculo est, quod est gratia Christi, tanquam nubes opponitur non eam intelligentibus: & ideo non intrauit in tabernaculum testimonij. Et hoc credendum est semel factum, mox vt constitutum est tabernaculum significatio- D
nis huius causa vel alicuius alterius. Neque enim semper sic erat nubes super tabernaculum, vt illuc Moyses intrare non posset, quandoquidem non remouebatur, nisi cum eis hoc signum dabatur disiungendi, hoc est castra mouendi ex eo loco vbi erant, & accedendi quo nubes ducebat per diem, & flamma per noctem. Quæ duo vicissim etiam super tabernaculum manebant, vbi castra posuissent, nubes per diem, flamma per no-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Topographia tabernaculi.

Cem. Quoniã liber qui Exodus dicitur, in cõstitutione tabernaculi sumit terminũ, de quo tabernaculo etiã per superiora eiusdem libri multa dicta fuerant, quæ faciebant difficultatem intelligendi: sicut solet omnis τοπογραφία, id est, loci alicuius descriptio in omni historia facere: visum est mihi de toto ipso tabernaculo separatim dicere, quo intelligitur, si fieri potest, quale illud & qd fuerit: interim proprietate narrationis inspecta, & in aliud tempus dilata figurata significatione: neq; enim ibi aliquid fuisse putandum est, quod iubente deo cõstitueretur sine alicuius magnæ rei sacramento, cuius cognitio fidem formamq; pietatis ædificet.

Iubet ergo Deus Moysi facere tabernacu-
E lum decem aulæorum de hyacintho & purpura & cocco torto & byssо torta, cherubin opere textoris, ὑλαίας quas Græci appellant, Latini aulæa perhibent, quas cortinas vulgo vocant. Non ergo decem atria fieri iussit, sicut quidam negligentes interpretati sunt: non.n. aulas, sed aulæas dixit. Opere ergo textili cherubin iussit in aulęis fieri, quorum aulæorum longitudinem esse præcepit cubitorũ vigintiocto, & latitudinem cubitorum quatuor. Cohærere aũt inuicem aulæa, & cõiungi inter se quinq; hinc, & quinque inde, vt spatiũ quod eis cingeretur, hoc esset tabernaculi spatium. Quomodo autem inter se connecterentur eadem quina aulęa, ita præcepit, Facies illis, inquit, ansas hyacinthinas, ora summa aulæi vnius ex vna parte in commissuram: & sic facies summã ad commissuram secundam. i. vbi committitur aulæum aulæo, tertium. s. secundo, quod secũdum iam cum primo commissum est. i. coniunctum atq; connexum, faciem contra faciem consistentia ex aduerso singula: qũ inter se iusit ea coniungi, vt ex aduerso cõstituerentur. Vtrum autem quadrum spatium his concluderetur, ad rotundum non-
F dum apparet: sed apparebit cũ de columnis cœperit dicere, quibus protẽduntur aulæa. Non ergo amplius q̃ de trium connexione dicere voluit, quæ sit in duabus commissuris, secundum ad primum, & tertij ad scđm, vt ex hac veluti regula cætera iungerẽtur. Ansas ergo p̃cepit fieri primo aulæo quinquaginta ex vna parte, qua illi fuerit committendum secundum: & ansas quinquaginta tertio aulæo ex ea parte, qua secundo cõiungebatur: ipsum autem secundum, id est, inter vtrasq; ansas quinquagenas medium, circulos habere voluit quinquaginta aureos, vtiq; ex vna parte per quos coniungeretur quinquaginta ansis aulæi primi: ac per hoc consequens erat, vt ex alia quoque parte circulos totidem haberet, per quos coniungeretur ansis aulæi tertij. Quod breuiter scriptura ita dixit, Et facies circulos quinquaginta aureos, & coniunges aulęum ad aulæum circulis, & erit tabernaculum vnum. Circuli ergo quinquaginta aurei secundi aulæi, inserebantur quinquaginta ansis tertij aulęi: & deinceps in cætera connectebantur, vt quinq; complecterentur, atq; ex aduersa parte alia similiter quinq;. Deinde dicit, Et facies vela capillacia operire super tabernaculum, id est, quæ venirent super, non à par G te tecti, sed supercingendo. Dicimus enim & sic aliquid superponi, non quemadmodũ tectum domus, sed quemadmodum tectoriũ parietis, tanquã super lineã tasciã. Vndecim, inquit uela facies ea, Longitudo unius ueli erit. xxx. cubitorum, quatuor cubitorum latitudo veli vnius. Mensura eadẽ erit vndecim velorum, & coniunges quinq; vela in se, & sex vela in se. Quo ergo aulæa uoluit quina coniungi, sic ista uela quinque & sex. quæ undecim erant, & non decẽ. Et duplicabis, inquit, uelum sextũ scđm faciẽ tabernaculi ne moueretur, quia impariliter alterutrũ incurrebant sex & quinq;. Deinde dicit etiam ista uela capillacia, quemadmodum sibimet iungeretur. Et idem dicit, & fortasse planius. Et facies, inquit, ansas quinquaginta in ora ueli unius, quod contra medium est, id est, contra secundum, quia ipsum erit medium inter primum & tertium, secundum commissuram, id est, iuncturam: & L. ansas facies super oram ueli, quod cõiunctum est ad secundũ uelum, id est, super orã tertij ueli, quod coniungitur secundo. Et fa-
ces circulos æreos quinquaginta, & cõiunges circulos ansis, & coniunges uela, & erit unum. Circulos ergo medio ueló apponi. i. H secundo, quibus quinquagenis ansis iungeretur primo & tertio. Nihil ibi aliud est, nisi quòd circulos non aureos, sed æreos fieri nunc præcepit. Ansas autem in aulæis hyacinthinas dixerat: in uelis autem capillacijs qũ tacuit cuiusmodi essent ansæ: quid nihil capillacias eas credibilius accipimus? Quod deinde sequitur ita est ad intelligendum difficile, ut uereor ne exponendo fiat obscurius. Dicit enim, Et suppones in uelis tabernaculi dimidium ueli quod superauerit,

rit, subteges quod abundat de velis tabernaculi, subteges post tabernaculum cubitũ ex hoc, & cubitum ex hoc: ex eo quod superat velis de longitudine velorum tabernaculi, erit contegens super latera tabernaculi, hinc atque hinc vt operiat. Cum sextum velum iusserit duplicari secundũ faciem tabernaculi, quid dicat superare in velis dimidium veli: & quid dicat cubitũ ex hoc, & cubitum ex hoc, cum dimidium veli quindecim cubita sint, quoniã triginta cubitorum iussit esse vnum velum, quis facile intelligat? At si propterea superat de longitudine velorum, quia prima aulæa de byssо & cocco & purpura & hyacintho viginti octo cubitis longa esse præcepit, ista vero capillacia trigin-
I ta cubitorum esse voluit, duobus cubitis superantur singula aulæa à singulis velis capillacijs: quando in summa inducta, excepto vndecimo quod duplicari iussit, viginti cubita excrescunt, quibus superatur ambitus aulæorum ambitu capillaciorum. Decem quippe velorum cubita bina quibus longiora erant, viginti faciunt: quorũ ex vtroq; latere decẽ hinc & decem inde poterãt superare, non cubitũ ex hoc, & cubitum ex hoc, sicut scriptura loquitur. Quapropter differenda mihi videtur huius loci expositio, do nec tabernaculum colũnis omnibus cum atrio quod circũponitur omni ex parte cõsistat. Fortasis enim per anticipationẽ aliquid dicit de his velis capillacijs, quod ad illa proficiat de quibus nondũ locutus est. Quod enim dicit, Et facies vela capillacia operire super tabernaculum: vtrũ vniuersum tabernaculum his velis cooperiri velit, cum atrio scilicet de quo circumponendo postea loquitur: an hoc interius tabernaculum quod decem aulæis fieri iussit, incertũ est. Sequitur ergo & dicit, Et facies operimentum tabernaculo, pelles arietum rubricatas. Etiam hoc operimentum vtrum vniuerso tabernaculo fieri iusserit in circuitu, an interiori tantum, similiter habetur incer-
K tum. Quod vero adiungit. Et operimenta pelles hyacinthinas desuper: hoc non in circuitu, sed à tecto velut camera accipiendum est. Et facias, inquit, columnas tabernaculo de lignis imputribilibus, decem cubitorum columnam vnam, & cubiti vnius & dimidij latitudinem columnæ vnius, duos anconiscos columnæ vni consistentes ex adNumero. 109. uerso. Sic facias omnes columnas tabernaculi. Quare iusserit fieri hos anconiscos, de quibus antea dixi, quid essent, non satis mihi apparet. Si.n. ad columnas portandas fieri vocat hi apparet, rent quatuor vt in vnũ fierẽt: si aũt vbi ser- anconiquæ incumberẽt, etiam plures fierẽt, nã qui- cosquos nas serras singulis columnis distribuit. Nisi nũc anforte in his anconiscis nõ aliquis vsus, sed so conila significatio sit, sicut in velo vndecimo ca- scos. pillacio. Nam columna duos anconiscos velut brachia hinc atq; hinc extendens, figurã crucis reddit. Nunc iam videamus numerũ columnarũ, in quibus & forma tabernaculi posit aduerti, vtrum quadra, an rotũda sit: an oblongã habeat quadraturam, lateribus longioribus, breuioribus frontibus, sicut pleræq; basilicæ cõstruuntur: hoc enim potius hic euidenter exprimitur. Nam ita dicit, Et
A facies columnas tabernaculorũ, viginti co- L lumnas ab latere isto quod respicit ad Aquilonem: quadraginta bases argenteas facies viginti columnis, duas bases columnæ vni in ambas partes eius. Et latus secundũ contra Austrum viginti columnas, & quadraginta earũ bases argenteas, duas bases columnæ vni in ambas partes eius, & duas bases colũnæ vni in ambas partes eius. Repetitio non moueat, quia genus locutionis est, vt omnes ita intelligantur de quibus non dicit. De basibus autem iam antea diximus, cur vna columna duas habeat, quia & capita hoc loco bases vocat. Videmus igitur vicenis columnis porrecta duo latera tabernaculi. Aquilonis & Austri: duo sunt reliqua, Orientale & Occidentale, quæ si totidem columnas habuissent, proculdubio quadratum esset. Quot autem habẽt, de Occidentali non tacetur, de Orientali tacetur. Vtrum quia nõ habuit, & sola illic sine columnis extendebantur aulæa, ab extrema columna vnius lateris vsq; ad alterius alteram extremam, an & aliqua causa taceatur, vt etiam tacite intelligantur, nescio. Postea quippe ex ipsa parte Orientis decem columnæ commemorantur, sed atrij de quo postea loquitur, quod huic tabernaculo circumponi iubet. Com- M memoratis ergo lateribus tabernaculi Aquilonio & Australi & vicenis columnis, deinde sequitur & adiungit dicens, Et retro tabernaculum per partem quæ est contra mare, facies sex columnas: & duas columnas facies in angulis tabernaculi à posterioribus: & æquales deorsum versus, & in se conuenientes erunt, ac æquales de capitibus in cõmissuram vnam. Sic facies angulos, duobus angulis æquales sint, & erunt octo colũnæ,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& bases earum argenteæ sedecim, & duæ bases columnæ vni, & duæ bases columnæ vni in ambas partes eius. De basibus similis ratio, & similis locutio est. Latus itaque Occidetis, nam hoc est ad mare, columnis octo extenditur, sex medijs, & duabus angularibus, quas æquales ad vnam commissurā dicit esse debere, Credo quòd angulus duo in se latera committat, & sic columna angularis lateri vtrique communis: ista Occidentali, & Aquilonari, & ista Occidentali, & Australi. Quod autem dicit etiam æquales deorsum versus, hoc vtique dicit, vt ad perpendiculum librarentur, ne robustiores essent in fra quàm supra, sicut pleræq; colūnæ sunt.

A Deinde dicit, Et facies serras de lignis imputribilibus, quinque vni columnæ ex vna parte tabernaculi, & quinque serras columnæ lateri tabernaculi secundo, & quinque serras columnæ posteriori lateri tabernaculi, quod est ad mare. Mirum si dubitari potest latus Orientale columnas non habuisse in hoc interiore tabernaculo, cui postea circūponuntur atrium. Singulas quasque igitur columnas omnium trium laterum habere serras quinas iubet. Et serra, inquit, media inter medias columnas pertranseat ab vno latere in aliud latus: Hoc videtur dicere, vt de columna in columnam serra perueniret, & per interuallum columnarum porrigeretur à latere vnius vsque in latus alterius: ac per hoc vna ex his omnibus columna non erat habitura propria quinq; serras, ad quā extremam quinque perueniebant à columna sibi proxima venientes, Et columnas inquit, inaurabis auro, & annulos facies æreos, in quo induces serras, & inaurabis auro serras. Ne columnæ foramínibus cauernarentur, quo intrarent serræ annulos fieri iussit, quibus ex vtraque parte continerentur fines serrarum. Proinde intelliguntur hi annuli fixi à ligno ansulis pepēdisse, vt extremas partes serrarū possent capere, & cōtinere. Et eriges, inquit, tabernaculum secundum speciem, quæ monstrata est tibi in mōte. Et facies velamē de hyacintho & purpura & cōcco torto & byssō neta, opus textile facies illud super Cherubin: & superimpones illud super quatuor colūnas imputribiles inauratas auro, & capita earū aurea, & bases earū quatuor argenteæ: & pones velamē super colūnas, & induces illud interius vbi velamē est, arcā testimonij: & diuidet vobis velamē inter mediū sancti & mediū sanctum sanctorum: & cooperies de velamine arcam testimonij in sanctis sanctorum. Hæc omnia manifesta sunt, interius intra velamē hoc quatuor colūnis impositā fuisse arcam testimonij, quam non sic operiri iussit velamine, vt super arcæ cooperculum iaceret velamē, sed vt contra mensam statueretur. Deinde dicit, Et pones mēsam foris extra velamē, & candelabrū contra mēsam in parte tabernaculi, quę respicit ad Austrum: & mensam pones in parte tabernaculi, quæ respicit ad Aquilonē. Etiam hoc planum est. Quod autem sequitur, Et facies ad

C ductorium de hyacintho & purpura & cocco torto & byssō torta, opus variatoris: & facies velamini quinque colūnas, & inaurabis illas auro, & capita earū aurea, & cōflabis eis quinque bases æreas. Cui vsui velamē hoc fiat quinq; columnis extentū, post apparebit, nam hic non apparet: Vult.n. illud esse velamē ostij tabernaculi huius, videlicet interioris, cui circūponitur atrium. Deinde iubet altare fieri sacrificiorum, & holocaustomatum: & dicit quemadmodum fiat, nondum aūt dicit vbi ponatur: sed hoc quoque post apparebit. Hic iam de atrio loquitur vsq; ad finē, quod circūponendū est tabernaculo illi, de quo prius constituēdo locutus est. Et facies, inquit, atrium, quod dicitur Græce αὐλὴν non αὐλίαν: quod quidam interpretes nostri non discernētes, & hoc & illa aulæa, quas aulæas non aulas Græci dicunt, atria interpretati sunt dicentes, Et facies tabernaculum decem atriorū: vbi decem aulæorum dicere debuerūt. Nōnulli aūt multo imperitiores, ianuas interpretati sunt, & aulas & aulæas. Sicut aūt in lingua Latina inuenimus aulæa, quas Græci aulæas vocant: ita quam illi appellant αὐλὴν, nostri aulam vocauerunt. Sed iam D

atriū isto nomine, sed domus regia significatur in Latina lingua: apud Græcos ât atriū. Ergo & facies, inquit, atriū tabernaculo in latere quod respicit ad Austrū, & tentoria atrij ex byssō torta: longitudo sit centū cubitorū vni lateri, columnæ earum viginti, & bases earū æreæ viginti, & circuli earū, & arcus earū argentei. Sic & lateri quod ad Aquilonē, tentoria centum cubitorum longitudinis, & columnæ earum viginti, et bases earum æreæ viginti, et circuli earum, et arcus columnarum, & bases inargentatæ argento. Latitudo aūt atrij, q̄ est ad mare, tentoria eius quinquaginta cubitorum: colūnæ

næ earum decem, & bases earum decem, & latitudo atrij quod est ad Orientem, quinquaginta cubitorum, colūnæ eius decem, & bases earū decem. Hic iam videmus cōmemorari colūnas ab Oriente, cū loquitur de atrio, & eas decē dicens cum basibus æreis, sicut dixit etiam de Occidentalibus, ubi difficillima oritur quæstio. Nam facile est qui dē, ut accipiamus ab Oriente vnū ordinem columnarum ad atrium pertinentium, quo tabernaculum interius p oēs quatuor partes cingitur, quia nō habebat ex ea parte co-

E lumnas tabernaculum interius. Ab Occidē te autem ubi iam erant interioris tabernaculi columnæ octo, qūo etiam istas decem quas exterioris atrij commemorat acceptūri sumus, tanquam ab Occidente duo sint ordines colūnarū, interiorū octo, & exteriorum decem? Quod si ita est, longiora erant etiam latera atrij exterioris, q̄ tabernaculi interioris, vt sit vnde ab extremo in extremū alius columnarū ordo dirigatur, & nō incurrat in ordinē priorē ad interius tabernaculum pertinentē. Et si hoc est, cōsequēs erit, ut uicenæ illæ columnæ duorū laterū tabernaculi interioris, Austri & Aquilonis, interuallis breuioribus dirimant̄, q̄ illæ uicenæ quas habet atriū exterius ex eisdem lateribus. Et quia illi exteriores ordines uicenarum columnarum, sicut scriptura loquitur, centena cubita tenent: isti interiores totide columnarum quamlibet minus cubita teneant, qm̄ hoc scriptura nō expressit, consequens erit, ut octo colūnæ illæ tabernaculi interioris in latere Occidentali rariores sint q̄ uicenæ illæ eiusdem tabernaculi Australes & Aquiloniæ, ut possit comprehendi spatium quantū sufficit decem il-

F lis aulæis circumtendendis, quibus primitus dixit hoc tabernaculum fieri: habent.n. cubita vicena & octona, quæ fiunt simul duta octoginta. Quorum si centena essent in lateribus duobus Austri & Aquilonis, ubi uicenarum columnarum ordines sunt, quadragena vtique cubita tenderentur per alia duo latera Orientis & Occidentis, & p[illegible] portione occurrerent in octo columnis cubita quadraginta, sicut in uiginti columnis cubita centum: sed non essent longiora latera exterioris atrij, qm̄ centenis cubitis definita sunt, & ideo non esset quemadmodum ille ordo decem colu[illegible]arum ab angulo Australi in angulū Aquiloniū includeret ordinē interiorū octo columnarū. Proinde ut

G atrio undiq; circundaretur interius tabernaculū, oportet illud esse etiam longitudinis breuioris: atq; ita necesse sit, uicenas eius columnas in duobus lateribus quibus in longū porrigit̄ densius constitui, q̄ sunt atrij exterioris ēt ipsæ uicenæ, & rarius octo columnas tabernaculi interioris a parte Occidentis, q̄ decem ex eadem parte atrij exterioris: qm̄ quicquid minus cubitorū ex illis aulæis extendit̄ in colūnis uicenis duorū laterū ad Austrum & ad Aquilonē, cōpensandum est latitudini Orientalis & Oc- G
cidentalis lateris, vt ducenta octoginta cubita cōsummant̄ aulæorum. Non.n. sicut de uelis capillacijs, vbi vnum plus est, ita & de his aulæis iussit aliquid duplicari. Quapropter si tantum breuiatur longitudo tabernaculi interioris, quod ab atrio exteriore posset includi, ut in uicenis eius columnis non centena cubita tendantur aulæorū, sed uerbi gratia, vt minimum nonagena & sena, ut quaternis cubitis breuiora sint: hæc ipsa quaterna cubita, id est octo cubita in duobus lateribus, utique tendenda sunt Orientali, & Occidentali: ac sic in illis octo columnis Occidentalibus tabernaculi interioris non extenduntur cubita quadraginta, sed quadragintaquatuor, & alia quadragintaquatuor ab Oriente. Cum ergo in decem columnis exterioris atrij tendun tur cubita quinquaginta, in octo autem interioris tabernaculi tenduntur cubita quadragintaquatuor, rariora inueniuntur interualla interiorum octo columnarum, quam exteriorum decem, quia si paria essent, ita in columnis octo quadraginta cubita tenderentur, sicut quinquaginta tendebantur in decem: quoniam quod sunt p portione octo ad decem, hoc sunt quadraginta ad quinquaginta. Quinarium quippe H
numerum quadraginta octies habent, quinquaginta decies. Nec nos mouerent columnarum interualla disparia, quòd densiores in lateribus longitudinis ponerentur, ubi uicenæ sunt: rariores autem in latere latitudinis, vbi octo sunt, nisi aliud existeret, quod vrgeret mutare sententiam. Cum enim commemorasset longitudinem atrij ad mare habere tentoria quinquaginta cubitorum, & columnas decem, & bases earum decem: & latitudinem atrii ad Orientem, item quinquaginta cubitorum, & columnas decem, & bases decem: atque his dictis perfecta uideretur forma tabernaculi

naculi cum atrio suo vndique ambiente, iniecit aliud, quod vbi & quo intelligendum sit, difficile reperitur. Et quindecim, inquit, cubitorum tentoriorum altitudo lateri vni, columnæ eorum tres, & baſes earum tres: & lateri ſecundo quindecim cubitorum tentoriorum altitudo, columnæ eorum tres, & baſes earum tres: & portæ atrii tegimen viginti cubitorum altitudo ex hyacintho & purpura & cocco neto & byſſo torta, varietate acu picta: columnæ earum quatuor, & baſes earum quatuor. Hæc vbi conſtituantur, perfecta illa forma tabernaculi non video: ſed planè video eundem eſſe numerũ columnarum decem, in tribus & tribus, & quatuor, ternis ſcilicet à lateribus, & quatuor in medio. Ac per hoc tẽtoria illa quinquaginta cubitorum non contexta erunt, ne aditus in atrio nullus ſit, ſed quindenis cubitis meda viginti cubita ſeparabuntur, vt faciant portæ tabernaculi tegimen: hoc eſt velum quod ornamento velamentoq; depẽdeat, vt teneat ſpatium quatuor columnarum, quod portæ atrij deputatum atque ſeparatum eſt. Ideo velamẽ ipſum à lateribus quindenorum cubitorum diuiſum atq; ſeparatum, etiam ſpecie diſtingui voluit, vt opere acu picto quatuor illis coloribus variaretur. Sed latera illa quindenorum cubitorum hinc atque hinc ternas columnas habentium, ſi ad eandem lineæ rectitudinem portæ atrij coniungantur, non erit ſpatium inter decem columnas exterioris atrij, & octo interioris tabernaculi, vbi ſit altare qn que cubitorum, quadrum occupans ſpatiũ: & ante ipſum altare, vbi ſeruiatur altari: & inter ipſum & oſtium tabernaculi interioris, vbi ſit labrũ æneum. Sic.n. poni iuſſum eſt, vnde manus & pedes ſacerdotes lauent quando intrant tabernaculum, vel qñ accedunt vt altari deſeruiant. Quod niſi foris à tabernaculo in atrio intellexerimus, quo poſſunt prius lauare manus & pedes, & ſic tabernaculum introire? Foris autem ab atrio non poſſumus altare ſtatuere, quia & tabernaculum & altare circũdari atrio præcepit. Reſtat igitur vt illa latera quindenorũ cubitorum hinc atque hinc, & columnarum ternarum, ſic accipiamus à lateribus, vt ipſa faciãt interuallum aliquot cubitorum inter portam atrij & oſtium tabernaculi interioris: portam quidem patentem viginti cubitis & quatuor columnis, & habẽtem velum acu picto opere variatum viginti cubitorũ: oſtium vero tabernaculi interius, vbi ponatur velamen illud in quinque columnis extentum. Quod vtique non intra illum ordinem octo columnarum, ſed extra foris ad atrium poſitum intelligere debemus. Nũc enim erit velum oſtij tabernaculi, quod oſtium tanquam valuis aperiebatur, vbi aulæa inter ſe circulis & anſis non coniungebantur. Aut ſi forte intra illum ordinẽ octo columnarum tabernaculi interioris, oppone batur hoc velamen in quinque columnis oſtio tabernaculi, vt qñ aperiebatur interio L
ra non nudarentur, ne à proſpicientibus viderentur: quod tamen velamen ſiue interius ab illo ordine columnarum, ſiue exterius poneretur, quod non ſatis elucet, proculdubio diſtabat moderato interuallo ab eodem ordine columnarum, ne quinque columnæ ad quatuor columnas denſius conſtipatæ, intercluderent potius aditum, q̃ velarent. Secundum iſtum itaque modum, & ſecundum hanc formam tabernaculi nihil iam opus eſt vicenas illas columnas laterũ interioris tabernaculi ad Auſtrum & Aquilonem conſtituere denſiores, & rariores illas octo facere quæ ab Occidente fuerant. Decem quippe illæ atrii exterioris ab eadẽ parte Occidentis non longum ordinem faciunt columnarum, quo includantur octo interiores, ſed ternis ab vtroque latere conſtitutis, & quatuor in portam, ſpatium concludunt, vbi & altare ſit holocauſtomatum intra portam atrij ante oſtium tabernaculi: & labium inter oſtium tabernaculi & altare, & interuallum neceſſariũ miniſterio inter altare & portam atrij: & ſic illud totum ſpatium atrij concludĩtur columnis decem, tribus ab Aquilone, & tribus ab Auſtro, & quatuor ab Occidente, tanquam ſi ⁊ Græ- M
cam literam facias. Et ſic adiungebatur idẽ ſpatium longiori ordini columnarum tabernaculi interioris, tanquam ſi literam memoratam ex ea parte qua non habet adiungas literæ productionem quæ iota dicitur: vt eius parte quæ in medio eſt ab eo latere cõcludatur, & reſtent hinc atque inde ex ipſo iota reliquæ partes. Poterant ergo numerari decem columnæ in illo longo ordine partis Occidentalis tabernaculi interioris, ſi cũ illis octo adderentur duæ quæ fuerant vltimæ in ordinibus laterum atrij Aquilonis & Auſtri. Nam & illæ decem quæ proprie ad atrium pertinerent à parte Occidentis, vnde & intrabatur ad tabernaculum, ternas habebant

bebant in lateribus, & quatuor in frõte vbi porta erat, atq; ita ſpatium vſui ſacrificiorũ neceſſarium intra atrium ante tabernaculũ amplectebantur. In ternis autem columnis quæ fuerant à lateribus, tentoria erant de byſſo quindenorum cubitorum: in quatuor aũt vbi porta erat, velum erat viginti cubitorum acu picto opere variatum. Nec moueat quod dicit ſcriptura, quindecim cubitorum tentoriorum altitudo, columnæ eorũ tres, & baſes earum tres: & latus ſecundũ quindecim cubitorũ tentoriorum altitudo,
A columnæ eorum tres, & baſes earum tres: & portę atrij tegimen viginti cubitorum altitudo. Altitudinem quippe eãdem dicit, quæ fuerat longitudo tentoriorum. Eadem quippe altitudo eſt cum texuntur, quæ longitudo eſt cum tenduntur. Quod ne ſuſpicari videamur, alio loco idipſum ſcriptura commemorans ait, Et fecerunt atrium quod eſt ad Auſtrum, tentoria atrij de byſſo torta, centum per centum. i. centum cubita tentoriorum p cẽtum cubita ſpatium quod tenebant viginti columnæ. Deinde ſequitur, Et columnæ eorum viginti, & baſes earum viginti æreæ: & latus quod eſt ad Aquilonem centum per centum, & columnæ eorum viginti æreæ, & baſes earum viginti æreæ, & latus quod eſt ad mare, aulæa quinquaginta cubitorum, & columnæ eorum decem & baſes earum decem. Eadem dicit aulæa quæ tentoria, & latus quod eſt ad Orientẽ quinquaginta cubitorum tentoria. Poſt hæc redit ad poſteriora tabernaculi, vt oſtendat quemadmodum illæ decem columnę ſpatiũ de quo loquebatur atrij complectebantur, Quindecim cubitorum, inquit, quod eſt à dorſo. Dorſum appellat quia poſteriora tabernaculi erant, ideſt à parte Occidentis. Et columnæ, inquit, eorum tres, & baſes ea-
B rum tres: & à dorſo ſecundo hinc & hinc ſecundum partem atrij aulæa quindecim cubitorum, & columnæ eorum tres, & baſes earum tres. Manifeſtum eſt certe, eadẽ duo dorſa dici hoc loco cum commemorantur omnia quemadmodum facta ſunt, quæ latera dicebantur quando præcipiebatur vt fierent. Latera ſcilicet quia hinc atque inde cõiunctæ portæ. Occidentalis atrij ſpatium occludebant, Dorſum vero, quod à tergo tabernaculi erat hæc pars atrij à parte Occidentali. Sequitur autem & dicit, Omnia aulæa atrij de byſſo torta, & baſes columnarum æreæ, & anſæ earum argenteæ, & capita inargentata argento, omnes columnæ atrij. Deinde adiungit, quod nondum iſtic commemorauerat, Et erat memorati atrij opus, variatoris, de hyacintho & purpura & cocco neto & byſſo torta, viginti cubitorum longitudinẽ & latitudinẽ. Ecce vbi apparet eãdem dictã ſuperius altitudinẽ, quæ aulæorum extentorum fuerat longitudo. Deinde addidit. Et latitudinem quinque cubitorũ. Tot enim cubitis latitudinis erigebantur tẽtoria exterioris atrij, ſicut interioris cubitis quatuor. Sic autem & ſuperius dixerat, Longitudo autem atrij centum per centũ, & latitudo quinquaginta per quinquaginta, C
& altitudo quinque cubitorũ ex byſſo torta, Hanc latitudinem dicens quam poſtea altitudinem dixit, quoniam quæ iacentium latitudo eſt, eadem erectorum altitudo. Sicut quod paulo antè commemoraui, quę cũ texuntur altitudo eſt, eadem cum tenduntur longitudo eſt. Nunc iam quod diſtuleram videamus, quomodo ex hac forma vniuerſi tabernaculi, quam ſicut potui ante oculos collocaui, difficultas illa ſoluatur de capillacijs velis. Quæ fortaſſe ideo erat obſtruſior, quia per anticipationem ibi aliquid dictum eſt, quod profecerit operi, de quo poſtea fuerat locuturus, cum atrium tabernaculo circumponendum deſcriberet. Nunc itaque verba ipſi videamus. Et ſuppones, inquit, quod ſuperabit in velis tabernaculi, dimidium veli quod ſuperabit ſubteges qđ abundat, in velis tabernaculi ſubteges poſt tabernaculum. Hoc totum quod dictum eſt vnum ſenſum habet, quia dimidium veli quod ſuperauerit: hoc eſt, id quod ſuperabũ dauit de velis tabernaculi, ſubtegendum eſt poſt tabernaculum. Quomodo ergo ſuperet, ideſt abundet & reſtet dimidium veli, ex illa ſerie connexorum velorum oportet in- D
quirere: quoniam quinque in ſe, & ſex in ſe connecti voluit, ſicut ſuperius loquens dixerat, ſex, ſextum velum à facie tabernaculi duplicandum, ideſt ab Oriente. Totius.n. poſteriora tabernaculi à parte Occidentis eſſe ſignificauit, ideſt ad mare. Quid igitur facies tabernaculi, niſi pars illa intelligenda eſt, quæ ad Orientem? Pars ergo illa, qua vela quinque connexa ſunt, habet cubitorũ centum quinquaginta, hoc eſt quinquies tricena, Tricenorum enim cubitorum erãt ſingula, ſicut ea deus fieri iuſſerat. Illa vero pars, in qua non erant quinque, ſed ſex vela, ſibimet ſimiliter connexa cubita habebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

bat centum octoginta, ideſt ſexies tricena, ac per hoc duplicato ex eis vno velo, ſicut iuſſum eſt, ſecundū faciem tabernaculi minuebantur in ea duplicatione cubita quindecim. Quibus detractis, centū ſexagintaquinque remanebant: & ideo poſt centum quinquaginta cubita, quibus illi parti quinq; velorum etiā iſta pars ſex velorū æquabatur, ſuperabant atq; abundabant cubita quindecim. Illinc.n.erant à parte quinq; velorum, cubita centum quinquaginta: hinc autem à parte ſex velorum duplicato vno velo ſecū-
E dum faciem tabernaculi, erant cubita centū ſexaginta quinque. Plus ergo habebat pars iſta cubita quindecim. Hoc dicit dimidium veli, quod iubet ſubtegi poſt tabernaculum, vt quia illud à facie duplicatum eſt, hoc dimidium redundans à poſteriore parte tabernaculi non duplicaretur, ſed ſubtegeretur. i. omnia ipſa quindecim cubita ſubtermiſſa tegerentur ac ſi & ipſa illi longitudini detraherentur, ſicut illa itidem quindecim à facie tabernaculi vnius veli duplicatione detracta ſunt. Eoque modo centum quinquaginta cubitis quinque velorum, occurreret ex alia parte centum quinquaginta cubiti ſex velorum: triginta ſcilicet à centum octoginta detractis à facie tabernaculi velo duplicato, & a poſterioribus tabernaculi dimidio velo ſubtecto. Iam illud quod ſequitur aliud eſt, & aliam quæſtionem infert, propter quam maxime huius loci expoſitionē differendam putaui, vt prius & formam cōſtituendi tabernaculi, & de atrio circumponendo quod ſcriptum eſt videremus. Sequitur ergo, Cubitum ex hoc & ex hoc, ex eo quod ſuperat velis de longitudine velorum tabernaculi erit contegens: & ſuper latera tabernaculi hinc atque hinc vt operiat. Aliud eſt quod ſuperauit vna pars ſex velorum aliam partem quinq; velorum propter am-
F pliorem velorum numerum, vnde iam diximus: aliud quod ſuperauit de longitudine velorum, vnde nunc dictum eſt. Ita enim non pars parti comparatur, & altera alterā ſuperare inuenitur: illa ſcilicet quæ vela ſex habet, illam quæ vela quinque habet. Quæ ambæ vt ſibimet æquarentur, à facie tabernaculi facta eſt vnius veli duplicatio, à tergo dimidij ſubtectio. Sed ipſa vela capillacia comparata aulæis, ex quibus decem iuſſit fieri interius tabernaculum quatuor coloribus textis, longiora reperiuntur cubitis binis. Ea enim erant aulæa ſingula cubitorum. xxxviij. iſta. xxx. ideo hic nunc ait, Et eo quod ſuperat velis de longitudine velorum. Quid eſt ergo. Cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc erit, contegens ſuper latera tabernaculi: niſi quia illa longitudo, in qua binis cubitis vela capillacia longiora fiunt aulæis, his ſingulis ſingula, non totam in vnā partem cogenda, ideſt vt quicquid ſuperat, ad poſteriora tabernaculi colligatur: ſed diſtribuatur ex æquo, tātumque eius ad priora tabernaculi, quantum ad poſteriora tribuatur, ideſt quoniam duo cubita in ſingu- G
lis velis eandem quæ ſuperat longitudinem faciunt, vt cubitum inde auferat pars iſta, & cubitum illa: ita de ſingulis cubitis ſuis habeat pars iſta cubita decem, & illa de ſingulis decem, quoniam decem vela binis cubitis longiora, viginti cubitorum longitudinē faciunt, qua videntur ſuperare ſeriem ſuæ ſeriem aulæorum? Deinceps videndū eſt hæc viginti cubita, quæ ſuperant à longitudine velorum, cui ſpatio cingendo proficiant. Si enim velis capillacijs interius tabernaculum circuntegitur, ita ſuperant, vt quid ex eis cooperiatur non ſit omnino. Vnde reſtat etiam ipſa ſubtegi, & ſubtegendo detrahi, quod ſcriptura non dicit. Aulęa quippe decem, quæ habent cubita vigena & octona, quibus interius tenditur tabernaculum, circumplectuntur ſpatium quantum poſſunt circumplecti cubita ducenda octoginta. Vnde latera illa lōgiora Auſtrale & Aquilonum, habentia vigenas columnas, auferunt ex his cubitis ducenta cubita: reſtant octoginta quæ duobus reliquis lateribus breuioribus, Orientali quod non habent ordinem columnarum, & Occidentali vbi erant columnæ octo, quadragena diſtribuā tur. Proinde in capillacijs velis quoniam de H
tractis triginta cubitis trecenta reſtabant, trecentis cubitis capillaciorum velorum, ducenta octoginta cooperiebantur aulæorum, ita ſupererunt viginti vt non ſit qđ ex eis tegatur. Proinde duo illa cubita quę ſingula capillacia plus habeat, ex quibus ſumma viginti cubitorum collecta eſt, ſic diſtribuenda ſunt, cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, ideſt ne omnia in vnam partem cogantur, vt proficiant operiendis lateribus tabernaculi, ſed exterioris atrij, ideſt omnia illa trecenta cubita velorum capillaciorum extrinſecus tabernaculū cingant. Adiunctis quippe lateribus atrij exterioris cētum cubitorū. i. Auſtri & Aquilonis,

nis, quinquaginta cubita ſuperſunt Orientis & Occidentis, quæ omnia fiunt trecenta, quibus cooperiendis capillaciorum trecenta ſufficiunt. Hoc eſt quod ait, cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, ideſt diſtributio duorum cubitorum, quibus vnumquodque velum capillacium longius eſt: hoc eſt ex eo quod ſuperat velis de longitudine velorum, erit contegens ſuper latera tabernaculi: illa ſcilicet exteriora quæ ad atrium pertinent hinc atque hinc vt operiat: nec illa ipſius atrij quæ centenis cubitis & vigenis columnis tenduntur, Ipſa enim non ſunt fa-
I cta longiora quàm illa interioris tabernaculi quæ decem aulæis tenduntur, & vigenas etiam ipſas columnas habent. Nam ſicut interioris tabernaculi duo latera ab Aquilone & Auſtro centenis cubitis porriguntur, ita & exterioris atrij. Non ergo ad ipſa exteriora totidem columnarum latera tegenda capillaciorum velorum profuit longitudo, quia longitudinem ſuperant aulæorum. Tantum enim dant exterioribus lateribus quantum & interioribus darent. i. cubita cētena, quæ fiunt ducenta: ſed quia lateribus Orientis & Occidentis ſufficerent latera quadragena, ſi tantummodo interius tabernaculum velis capillacijs cingeretur: additis autem lateribus atrij creuit tabernaculi latitudo, vt tegendis lateribus Orientali & Occidentali iam non quadragena, ſed quinquagena cubita ſint neceſſaria: ad ea tegenda proficere potuit capillaciorum velorum longitudo amplior q̄ aulæorum: vt non ambo cubita, quibus binis longiora ſunt quinque ex vna parte impenderentur, ſed cubitum ex hoc & cubitum ex hoc: ac ſic haberet ex ipſa ſuperabundantia latus Orientale cubita decem, & Occidentale alia decem:
K Viginti enim fiunt bina decem, quia vel vndecim, cubita triginta duplicatione & ſubtectione ab hoc ambitu detrahuntur. Sed quoniam id quod Latine interpretatū eſt: cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, ex eo quod ſuperat velis de longitudine velorū tabernaculi, erit contegens ſuper latera tabernaculi, Græcus habet πλάγια, quæ Latini nonnulli non latera ſed obliqua interpretati ſunt: merito mouet, quia & ſi nihil hic videatur obliquum vbi omnes anguli quatuor laterum recti ſunt, πλάγια tamen dici latera illa non poſſunt, quorum vnum eſt in facie, alterum retro. i. Orientale & Occidentale, ſed πλάγια dici poſſunt à dextero & à ſiniſtro. i. Aquilonio & Auſtrali. Cum ergo non ſunt ea πλάγια quæ habent cubita quinquaginta, quibus lateribus tegendis potuiſſe diximus ſuperare longitudinem capillaciorū velorum, quō erit verū, cubitum ex hoc & cubitum ex hoc, ex eo quod ſuperat velis de longitudine velorum tabernaculi, erit contegens ſuper latera tabernaculi? Sed nimirū de illis lateribus tegendis loquitur, q̄ ēt dorſa appellat quindenorum cubitorū columnarumq; ternarū, q̄ cum porta atrij habente cubita viginti, & colūnas quatuor, quinquaginta complent cubita & columnas L
decē. Hæc latera ex iſtis ſuis finibus in medium poſuerunt atrij portam, ex illis autem oſtium tabernaculi: inter portam atrij & oſtium tabernaculi ſpatium iacet, quantum cubita illa concludunt viginti à porta, & dextera lęuaq; quindena. In eo ſpatio eſt altare tabernaculi, & inter altare tabernaculi labrum æreum, vbi ſacerdotes manus & pedes lauabant. Diligenter autem menſuris examinatis, fortaſſe in iſtis lateribus ternarum columnarum quæ πλάγια Græce dicta ſunt, nonnulla etiam obliquitas inuenitur, vt non fruſtra quidā interpretes noſtri obliqua interpretarentur, quæ in Græco πλάγια reppererunt. Nō enim vela capillacia quindenis cubitis ſuis poſſunt tegere, quindena cubita tentoriorum in illis lateribus, niſi poſterioribus partibus tabernaculi antequam ad illa latera deflectantur, non amplius q̄ dena cubita dependerint ex linea recta poſterioris tabernaculi. i. à parte Occidentis: quæ linea cum habuiſſet octo columnas pertinētes ad interius tabernaculum, decem habere cœpit additis lateribus atrij exterioris: & cum habuiſſet cubita quadraginta ad octo columnas pertinentia, quinquaginta habere cœpit in columnis decem. Ex hac er- M
go linea cum tecta fuerint velis capillacijs dena cubita ab vtroque angulo venientia, reſtabunt in medio triginta non tecta velis capillacijs, ſed illis tantummodo aulæis: in quorū triginta cubitorū medio p̄ quotlibet cubita tenderet, erat oſtiū tabernaculi. Proinde illa latera trinarū colūnarū & quindenorū cubitorū, ſi ex illis finibus ſuis quibus ſibi iūgebant portæ atrij, patebāt inter ſe ēu bitis. xx. q̄a tm̄ habebat porta q̄ illa latera dirimebat: ex alijs aūt finibus quibus hærebāt poſteriori illi lineæ tabernaculi, de qua locuti ſumus, hēbant inter ſe cubita. xxx. procul dubio erant obliqua, quoniam plus inter

Universidad de Deusto
Biblioteca

se patebãt ex hac parte vbi habebant media cubita. xxx. q̃ ex illa parte vbi habebant media cubita viginti, Ita illa decẽ cubita capillaciorum velorũ, quod erat dimidiũ abundantis longitudinis quę proficiebãt posteriori parti tabernaculi, hoc est Occidentali, sicut alia decẽ proficiebant priori parti, ideſt Orientali, quinis cubitis complebant tecturã laterum illorum quæ πλάγια dicta sunt, inde quinque & hinc quinq;. Quæ si defuissent, dena cubita tegerentur in eiusden la- A teribus, & quina nuda essent. Itaque quantum mihi videtur, melius intelligitur hinc esse dictum, cubitum ex hoc & cubitum ex hoc, ex eo quod superat velis de longitudine velorum tabernaculi: non quia erant cũ hinc & inde quina essent, sed quia ex illa lõgitudine redundabant, in qua binis cubitis erant aulæis capillacia longiora, ex quibus duobus cubitis vniuscuiusque veli cubitum profecerat parti Orientali: restabat vtique alterum cubitum parti Occidentali, vt cubitum ex hoc esset contegens super πλάγια tabernaculi. Vnde dictum est, hinc atque hinc vt operiat, quia non operiebat totum, si eadem quina cubita defuissent. Nunc iã quoniam satis disputatum est, quomodo illa omnia intelligenda sint quæ in tabernaculi constitutione videbantur obscura: breuiter si possumus enitamur ostendere, quid sit eadem disputatione confectum. Ab Occidente igitur trahebatur, & prima erat ingrediẽdi porta atrij quæ patebat viginti cubitis, & habebat quatuor columnas quibus dependebat velum viginti cubitis extentum, Erectum autem cubitis quinque, quatuor illis sæpe commemoratis coloribus acu picto B opere variato. Hac porta ingrediens excipiebatur atrio, cuius latera dextera leuaq̃ que quindenis cubitis ternis & columnis porrigebantur introrsus: vt in medio ponerent ostiũ tabernaculi interioris in ea parte qua perueniebant, sicuti in medio, ponebant portam atrij ab ea parte vnde incipiebant. Hoc itaque atrium latius erat quàm longius. Nam longitudo eius erat à porta ipsius vsque ad ostium tabernaculi interioris in cubitis fermè quindecim: latitudo autem circa portam in cubitis viginti, circa ostium vero in cubitis triginta. Vnde obliqua illa latera fuisse intelliguntur quæ dextera læuaq; in columnis ternis & quindenis cubitis erant. In hoc atrio erat altare sacrificiorum quadratum, quinque scilicet cubitis longum & totidem latum. Inter portam & altare spatium erat, vbi versabantur qui sacrificia imponebant altari: introrsus vero inter altare & ostium tabernaculi, locus erat cineris ante altare: & deinde labrum æreum vbi manus & pedes sacerdotes lauabant, vel altari in atrio seruituri vel tabernaculum interius ingressuri. Tentoria porrò huius atrij in lateribus ternarum columnarũ byssina erãt, extẽta cubitis quindenis, erecta cubitis quinis. Ab hoc ergo atrio intrabatur ostium ta- C bernaculi, cum transisset altare & labrum æneum. Intrabatur autẽ apertis aulæis, quibus decẽ, quinq; hinc & quinq; inde ex aduerso sibimet constitutis, totum ipsum interius tabernaculum cingebatur. Quo ostio ingresso, occurrebat velum quod ad ostium fuerat oppositum in quinq; columnis extentum, variatum illis quatuor coloribus: quod velum cum faciendum præciperet, ad ductorium vocauit, credo quòd curreret, ducendo, & reducendo, cum operiret atq; aperiret ingressum. Transito isto velo, excipiebat pars tabernaculi media inter hoc velum & illud alterum interius quod columnis quatuor fuerat impositum, ex illis quatuor coloribus factũ, & separabat inter sancta q̃ forinsecus erant, & sancta sanctorum interius posita. In hoc itaque medio spatio inter ista duo vela, mensa erat aurea, q̃ habebat panes ꝓpositionis in parte Aquilonis: & cõtra eam candelabrũ aureum septem lucernarũ in parte Austri, Hucusq; secundis sacerdotibus licebat intrare. Interius autem .i. in sanctum sanctorũ intra velum quatuor columnarũ, arca erat testimonij deaurata, in qua erant tabulæ lapideæ legis, & virga Aaron & vrna aurea cũ manna: & propiciatorium desuper aureũ, vbi stabant duo Che D rubin alis obumbrantes propiciatorium & intuentes inuicem ad ipsum. Ante arcam vero .i. inter arcam & velum positum erat altare incensi, quod aliq̃ aureum dicit scriptura, aliq̃ deauratum, aureum vtiq; appellans quòd erat inauratum. Ad hæc sancta sanctorum nisi summo sacerdoti non licebat intrare quotidie propter inferendũ incensum: semel autem in anno cum sanguine ad purificandũ altare: & si quando fortè exigebat necessitas pro peccato sacerdotis, aut vniuersæ synagogæ, sicut in Leuitico scriptum est, Sic intrabatur in tabernaculum ab Occidente, ideſt à porta Austri vsq; ad latus Orientale introrsus vbi erat arca testimonij.

stimonij. Hoc autem interius tabernaculũ quod incipiebat nõ a porta atrij, sed ab ostio quod appellabatur ostium tabernaculi, & finiebatur in longũ latere Orientis vbi erat arca testimonij, decem aulæis concludebatur: quorum erant singula vigintiocto cubitorum, quinq; hinc & quinq; inde, sibimet cõnexa ansulis, & circulis ex aduerso sibimet constituta: & columnis vicenis in lateribus longioribus Aquilonis atq; Austri, & columnis octo à latere Occidentis, à latere autem Orientis nullis columnis, sed solis E aulæis. Quę aulæa decem erigebãtur in cubitis quatuor, & per totum circuitum tendebantur in cubitis ducentis octoginta: quorũ centena in lateribus erant longioribus Austri & Aquilonis per vicenas colũnas: quadragena vero cubita in reliquis duobus lateribus breuioribus: vno Occidentis per columnas octo: altero Orientis vbi columnæ non erant, sed sola tendebantur aulæa, de solis duabus angularibus columnis, medij aũt nullis: & erant hæc aulæa decem de quatuor coloribus texta. Hoc est interius tabernaculum circundabatur atrio ab Austro viginti colũnis & ab Aquilone viginti. Quæ duo atrij latera æqualem habebant longitudinẽ cum lateribus interioris tabernaculi, quia & ipsa viceni colũnis porrigebant in cubitis totidem. i. centenis: a latere autem Oriẽtis atrium concludebatur columnis decem cubitis quinquaginta. Qui ordo columnarum rectus erat, incurrebat in illas duas angulares interioris tabernaculi, quas solas Orientis pars habebat. Proinde cum ipsis F complebantur decem. A latere aũt Occidẽtis habebat quidem atrium decem colũnas, non tamen recto ordine, sed sicut iam ostendimus tanquam triporticũ, quatuor à porta & ternis à lateribus. Vniuersum autẽ atriũ in circuitu tabernaculi tentorijs byssinis cingebatur, quæ erigebantur cubitis quinque: his superueniebant vela capillacia vndecim, ex vna parte sibimet quinque connexa, ex alia sex. In connexione ergo quinq; velorum, cubita erant centum quinquaginta: ex alia vero parte in connexione sex velorum, cubita erant centum octoginta: qñ vela singula tricenorum fuerant cubitorũ. Sed vt alia pars aleri coæquaretur, duplicatum est vnum velum ad facie tabernaculi, id est, ab Oriente, & subtectum est dimidium velum à parte posteriore, id est, ab Occidente: atque ita subtracta sunt cubita triginta, quanta erat veli vnius lõgitudo, & remanserunt centum quinquaginta, quãta etiam ex parte altera fuerunt. Circumitus itaque velorum capillaciorũ quo cingebatur atrium tabernaculi, trecentis cubitis tendebatur, sicut circumitus decem aulæorum interioris tabernaculi, cubitis ducentis octoginta. Aulæa quippe singula habebant cubita vicena & octona in lõgitudine, capillacia vero vela tricenis cubitis longa erant. Quapropter ex ambitu aulæorum interioris tabernaculi, qui erat in cubitis ducentis octoginta, centena cubita in lateribus G longioribus erant Austri & Aquilonis, & quadraginta in duobus breuioribus, Orientis & Occidentis. Ex ambitu autem capillaciorum velorum quo atrium exterius tegebatur, quia ambitus erat in cubitis tricenis, centena erant lateribus longioribus Austri & Aquilonis, quoniam æqualia erant lateribus tabernaculi interioris, quinquagena autem in reliquis duabus partibus Oriẽtis & Occidẽtis. Ac per duo illa cubita quibus longius erat aulæo velum capillacium, non lateribus Austri & Aquilonis, quę paria erant atrij exterioris & tabernaculi interioris, sed lateribus Orientis & Occidentis proficiebant. In eis enim lateribus creuerat tabernaculi latitudo, circumposito extrinsecus atrio: sed quinquagena cubita velorum capillaciorum à parte Orientis per decem columnas recto ordine tendebantur, eisq; proficiebat vnum cubitum ex duobus illis quibus eorundem velorum maior fuerat lõgitudo: alia vero cubita quinquaginta, quæ Occidentali lateri debebantur, quibus alterum ex duobus illis cubitum proficiebat, non tendebantur per columnarum ordinẽ rectum. Ibi enim erat illa tanquam triporticus, quæ concludebat spatium atrij, vbi esset altare sacrificiorum, quatuor columnis à porta, & lateribus ternis: ac per hoc non poterant etiam cingere illa cubita quinquaginta, sed vsque ad cooperienda obliqua illa latera tendebantur, quæ in columnis ternis & quindenis cubitis erant. Erigebantur autem capillacia vela cubitis quatuor, eisq; tegebanur atrij tentoria byssina, quorum erat erectio in cubitis quinque: pelles vero rubricatæ super capillacia vela veniebant. Desuper autem, id est, à parte tecti, vice cameræ tabernaculum pellibus hyacinthinis tegebatur: vtrum cum atrio & spatium illud interius non apparet: sed credibilius

est, atrij spatia, quæ inter exteriores, & interiores columnas erant, velum apertum habuisse, maxime illud Occidentis vbi erat altare sacrificiorum.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quæstionum super Leuiticum Liber tertius.

I

1 SI autem anima peccauerit, aut audierit vocem iurationis, & ipse testis fuerit, aut viderit, aut conscius fuerit, si non vtique nũciauerit, & accipiet peccatũ. Quid hoc est, si non nunciauerit, accipiet peccatum? Quod enim additum est, locutionis est vsitatæ in scripturis. Verum iste sensus quia obscurus est, exponendus videtur. Hoc enim videtur dicere, peccare hominẽ, quo audiente iurat aliquis falsum, & scit eum falsum iurare, & tacet. Tunc autem scit, si ei rei de qua iuratꝰ testis fuerit, aut vidit, aut conscius fuit, id est, aliquo modo cognouit, aut oculis suis conspexit, aut ipse quærat illi indicauit. Ita enim potuit esse cõscius, sed in timorem huius peccati, & timorem proditionis hominum, non parua extitit plerunque tentatio. Possumus ad periurium admonendo vel prohibendo à tam graui peccato reuocare. Sed si non audierit, & coram nobis de re quam nouimus falsum iurauerit, vtrum prodendus sit, si proditus etiam in periculum mortis incurrat, difficillima quæstio est. Sed quia non expressit cui hoc indicandum sit: vtrũ illi cui iuratur, an sacerdoti, vel cuipiam q
K non solum eum persequi non potest irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest. Videtur mihi quòd se homo soluat à peccati vinculo, etiam si indicet talibus qui magis possunt prodesse quàm obesse periuro, siue ad corrigendum eum, siue ad deum pro illo placandum si & ipse con-
2 fessionis adhibeat medicina. Post hoc au-
Leui. 5. tem peccati genus, quod de periurio alicuius non indicato commemorauit, nullum pro eo sacrificium iussit offerri: sed deinde subiunxit, Anima quæcunque tetigerit omnem rem immundam, aut morticinum iumentorum, aut a fera capti immundi, aut eorum, quæ sunt morticina abominationum immundarum, morticinum iumentorum immundorum, aut tetigerit immunditiam hominis, ab omni immunditia cuiusquam si tetigerit, inquinabitur: & si latuerit eum, post hoc autem cognouerit etiam deliquerit &c. Neque hoc sacrificium pro isto genere peccati quod offeratur commemorauit, sed adhuc adiecit, & ait, Anima quæcunque iurauerit, distinguens labijs malefacere an benefacere, secundum omnia quæcunque distinxerit homo iureiurando, & latuerit eum, & id L
cognouerit, & peccauerit vnum ex his, & confessus fuerit peccatum pro quo peccauit aduersus ipsum. His omnibus sine aliqua interpositione sacrificij connexis, & explicatis, adiungit, & dicit: Et offeret pro ijs, quæ deliquit domino pro peccato quo peccauit fœminam ab ouibus agnam, aut capram de capris pro peccato, & exorabit pro eo sacerdos pro peccato, & remittetur illi peccatum. Quid ergo quòd pro eo tacito cuiusquam periurio, & pro eo quod tangitur morticinum vel aliquid immundum, nullum sacrificium commemorauit: pro eo vero peccato vbi quid falsum quisquam nesciens iurauit, dixit offerri agnam vel capram? An pro omnibus supradictis hoc sacrificium oportet intelligi? Voluit enim prius omnia numerare, & sic inferre quo sacrificio possint expiari. Sed in eis omnibus supradictis generibus peccatorum, sunt quædam propter locutionum modos subobscure posita, sicuti est quod ait, morticinum iumentorũ. Ea enim, quæ Græcè κτήνη appellantur, plerique nostrorum iumenta interpretati
1 sunt, quod nomen in Latina consuetudine eorum animalium est, quorum laboribus adiuuamur, maximè in portandis oneribus, sicuti sunt equi, asini, muli, cameli, & si quid huiusmodi. Quæ vero Græci κτήνη vocant tam late intelliguntur, vt omnia aut propè omnia pecora isto nomine concludantur. Et ideo non genere locutionis velut πλεονασμῶ additum est in Græco, immundorum: cum diceretur, iumentorum: quoniam sunt etiam munda pecora, quæ κτήνη appellantur. Quę autem iumenta vsus Latinus appellat, secundum legis dictionem non nisi immunda sunt. Item qu
1 ait, Anima quæcunque iurauerit, distinguens labijs malefacere
3 Leuit. aut benefacere: quæritur quid dixerit, distinguens. Assiduè quippe hoc verbum po-

ponit scriptura. Vnde est, & illud, Reddam vota mea, quæ distinxerunt labia
Psal. 65. Exec. 3. mea. Item dicitur ad Ezechielem, Cum dicam iniquo morte morieris, & tu non distinxisti neq; locutus es. Itẽ scriptum est, Si
Nũe. 30 qua in domo patris sui constituta vouerit votum, distinguens labijs suis aduersus animam suã. Videtur ergo ista distinctio quasi definitio esse, qua secernitur aliquid à cæteris quæ solo dicto non tenentur. Sic ergo accipiatur tanquam dictum sit, Anima quæ iurauerit, definiens labijs malefacere aut bene facere, secundum omnia quæ definierit homo cum iureiurando, & latuerit eum, i. neA sciens faciendum esse vel non faciendum, iurauit facere: & id cognouerit, & peccauerit vnum ex his: siue quia iurauit antequam cognosceret, siue quia fecit, iurauit: & cognouit postea quia non fuit faciendum neq; iurandum: & confessus fuerit peccatum quod peccauit. i. peccatum quod peccauit, locutio est. n. Quod autem addidit aduersus ipsum, quod intelligitur, nisi aduersus ipsum pcm confessus fuerit. i. confitendo peccatum accusauerit? Et offeret pro ijs quæ deliquit, dño pro peccato quo peccauit, fœminam ab ouibus agnam. Vsitata locutione agnam fœminam dicit, quasi posit esse aut agna nisi de ouibus, aut capra nisi de capris. Nonnulla autem quæstio est, immò non parua, quid sit quod assidue dicit, post hoc autem cognouerit & deliquerit: quasi tunc fiat delictum eum fuerit cognitum. An potius quia nisi prõ cognito satis fieri non potest? sed non ait, post hoc autem cognouerit & pœnituerit eum. Quid ergo est, post hoc cognouerit & deliquerit? nisi post cognitionem deB liquerit: vt si sciens fecerit quod faciendum non esset, tunc delicto purgatio debeatur? Sed non ita præloquens est. Ea quippe videtur exequi peccata quæ ab ignorantibus & per hoc à volentibus committuntur. Fortasis ergo aliquo genere locutionis deliquerit, dictum est, delictum esse didicerit. An potius cõuerso ordine dictum est, quia alia genera locutionis habet scriptura, quòd per alia loca similia recto ordine dicebantur? Nam cum alibi totiens scriptum sit, & deliquerit & cognitum fuerit ei, hic tantum commutato, vt dixi, ordine, prius dictum est, cognouerit, deinde deliquerit. Ordine autem suo ita dici posset, Anima quæcunque tetigerit omnem rem immundam aut morticinum, aut à fera capti immundi, aut eorum quæ sunt morticina abominationum immundarum, morticinum iumentorum immundorum, aut tetigerit immunditiam hominis, ab omni immunditia cuius si tetigerit inquinetur, & si latuerit cum deliquerit, post hoc autem cognouerit. Si au- 4
tem non valet manus eius quod satis est in Leuit. 5
ouem, offerret pro peccato suo quod peccauit, duos turtures aut duos pullos columbinos domino, vnum pro peccato, & vnum pro holocaustomate. Certe hic aperit quæstionẽ de qua superius cum loqueretur ambigebamus: Ideo quippe videtur dicere vnum pro peccato, alterum pro holocaustoC mate, quoniam non offerebatur sacrificium pro peccato nisi cum holocausto. Denique cum prius seorsum de holocaustis loqueretur, commemorauit turturem, & non dixit duos: nunc uero ideo duos dicit, quia sacrificium pro peccato sine holocaustomate non offerebatur. Quod ergo superius dicebat, Et imponet super holocaustoma: non est dubium quòd prius holocaustoma, deinde illud superimponebatur: nunc vero de auibus aliter dicit, vt prius offeratur pro peccato una auis, deinde altera pro holocaustomate. Quod autem ait, Anima si latue 5
rit, cum obliuio est ei, id est, si obliuione fa- Leuit. 5.
ctum fuerit vt lateat eum, uel eam si ad animam refers, quoniam eum dicendo, ad hominem retulit. Animam quippe hic hominem dicit. Et si peccauerit nolens à sanctis do 6
minum &c. Videtur obscure positum hoc Leuit. 5.
peccati genus, sed in consequentibus aperitur, vbi dicit, quòd post oblatum de ariete sacrificium restituet illud, & quintas adijciet. Ibi enim intelligitur hoc esse à sanctis obliuione peccare, aliquid per obliuionem vsurpare quod debetur sanctis, siue sacerdotibus, siue oblationibus uel primitiis, vel quicquid huiusmodi. Et anima 7
quæcunque peccauerit & fecerit vnum ab Leuit. 5.
omnibus præceptis domini quæ non oporD tet fieri, & non cognouerit & deliquerit, & sibi cognouerit peccatum suum offeret, arietem sine macula de ouibus præcio argenti in delictum ad sacerdotem: & exorabit pro eo sacerdos propter ignorantiam eius qua ignoranit, & ipse non scivit, & remitterur illi, Deliquit enim delictum ante Deum. Excepta locutionum inusitata densitate, quæ iam propter assiduam repetitionem debent esse nouissimæ, totus iste sensus obscurus est, quoniam quęritur quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

discernatur hoc genus delicti ab eis quæ superius quadam generalitate complexus est. Videtur enim hoc ratio poscere, vt certis generibus peccatorum certa quibus expientur sacrificiorum adhibēda sint. Hoc autem quod modo commemoraui, non specialiter exprimit pctm̄, sed in ea videtur generalitate versari, de qua antè cum diceret, constituit sacrificium sacerdoti vitulum, & vniuersæ synagogæ similiter vitulum, principi, caprum, & cuicunque animæ hoc est cuicunque homini, caprum, vel si noluerit ouem, tamen fœmineum pecus. Deinde cœpit excepta facere quædam genera peccatorū, & nominatim exprimere pro quibus
E quid offerendum sit, velut de audito & tacito cuiuslquam periurio, & de tactu morticinio, & immundo, & iuratione falsa per ignorantiam: & de ouibus agnam vt capram de capris, aut par turturum, aut duos pullos columbinos, aut decimam partem ephi similaginis: pro eo autem peccante qui per oblitionem aliquid sanctorum vsurpauit, arietem & eiusdem rei restitutionē quintis adiectis. Nunc vero non expressa specie peccati, gñaliter addit, Anima quæcunq; deliquerit & fecerit vnum ab omnibus præceptis dñi quæ non oportet fieri: sic in illa gñalitate vbi dicebat, vnum ex præceptis dñi qđ non fiet, & non cognouerit & deliquerit, id est, per ignorantiam nolens peccauerit, arietem iubet offerri, non capram aut fœminam ex ouibus, sicut superius in tali peccatorum generalitate constituerat. Quid sibi ergo vult ista permixtio: nisi forte quod hic dixit, deliquit enim delicto delictum ante dñm. Hoc quod ait ante dñm: in his voluit delictum intelligi quę fiunt ante dñm, id est à quibus dño in tabernaculo deseruitur, vnde aliquid pauloante dixerat cum ait, peccauit à sanctis, & intelleximus, & vsurpauit aliquid sanctorum, quod etiam restitui præceperat. Ac per hoc non sic tantum peccari potest in his rebus, si aliquid inde per obliuionem vsurpetur, sed etiam multis alijs modis potest quisque per ignorantiam delinquere in ijs quæ seruituti dñi exhibentur: hoc voluit postea genus delictorum generaliter com-
F memorare, & ideo & illic & hic arietem iussit offerri. Plenæ sunt autem scripturæ cum dicitur, ante dñm, & non intelligitur, nisi illud quod domino exhibetur, sicut sacrifi-
8 cium, vel primitiæ, vel aliqua in sacris ser-
Leuit. 5. uitus. Quæritur etiam, vtrum vbique sit accipiendum quod dictum est, Si non valet manus eius quod satis est ad ouem, offerre eum debere par turturum, aut duos pullos columbinos: & si hoc quoque non valet, certam similaginis quantitatem: quoniam si vbiq; ita licere intelligitur, non potest quidem dici, sacerdotem non habere vitulum aut vniuersam synagogam, aut principem non habere capram vel ouem. Et si ita est, quid opus erat postea dicere, tacitum cuiusquam periurium, aut tactum immūdum, & periurium per ignorantiam factum purgari sacrificio agnæ & caprę, cum eadem G
sacrificia præcepta sint etiam in ista generalitate peccati, ad quam generalitatē etiam ista potuerant pertinere? Si autem hinc ista discernuntur quo licebat pro eo turtures & columbas, vel etiam si hoc non esset similaginem offerri, ibi autem vbi non dictum est non licebat, non uidetur subuentum esse pauperibus: quoniam multa possunt esse delicta nō specialiter expressa, quæ ad illam generalitatem referuntur, vbi grauarentur inopes: si tantummodo capram fœminam & agnam ex ouibus, & illas auiculas, & similaginem licebat offerri. Nisi forte quis dicat, hoc discerni ista excepta & nominatim expressa peccata ab illis quæ generaliter commemorata sunt, quia hic agnā dixit, ibi ouem: vt ætas pecorum aliquam differentiam faciat: dum tamen intelligatur pauperibus peræque subuentum, vt si non haberent vlla animalia quadrupedia, aut memoratas aues, aut similaginem offerrēt pro peccatis ignorantiæ suæ. Si autem mouet: quare cum generaliter omnia ignorantiæ peccata concluserit & sacrificia, non pro distantia peccatorum quam non fecerat, sed pro distantia personarum distinxerit: postea uoluerit etiam peccata distinguere, & pro eorum diuersitate sacrificii diuersa præcipere, quasi non ad illam generalitatem omnia H
pertinerent: Sic factam posterius exceptionem oportet intelligi, vt quæcunque remanerint his exceptis quæ nominatim & speciatim commemorauit, dicta in illis generalitate intelligamus. Quem modum locutionis alibi reperiri certum non est, sed
esse in scrip uris sanctis. Tale est illud vbi 1. Cor.
10 Apostolus ait, Omne peccatum quodcunq; Leui. 6. fecerit homo, extra corpus est: hinc.n. nihil videtur intermisisse peccati, quandoquidem ait omne peccatū quodcunq; fecerit homo: postea tamen excepit fornicationem cum intulit:

intulit: qui autē fornicatur, in corpus proprium peccat. Quod secm consuetudinem nostrę locutionis ita diceretur, Omne peccatum quodcunq; fecerit homo, excepta fornicatione, extra corpus est: qui aūt fornicatur, in corpus propriū peccat. Ita & hic, cū prius generaliter omnia ignorantiæ peccata diceret illis quæ commemorauit sacrificijs expianda, postea tñ excepit illa quibus expresse, & distincte positis certam sacrificiorum purgationem adhiberet, vt his exceptis quæcunq; reliqua essent, ad illam gen
Leui. 6. néralitatē pertinerent. Offeret arietē ab I
ouibus sine macula precio, in quod deliqt. Non ita distinguendum est, quasi precio in quod precium deliquit: sed si offeret arietē precio offerat, id est, Etiam hoc videtur ad sacramentum alicuius significationis pertinere voluisse, quoniam precium ipsum non definiuit. Nā si definisset, posset videri hoc præcepisse, ne vile pecus offerretur, vt etiā si non emeret qui offerret, tale tamen offerret quod tanti valeret. Addito aūt, vt non solum precio emptus aries offerretur, verumetiam siclorum sanctorū, ita.n. dicit, precio argēti siclorū sanctorū, aliquot siclis vt ematur aries, non vno siclo voluit. Quid sibi autē velit siclū sanctum, iam vbi visum est disseruimus. Quòd vero cum dixisset, & delicti sui offeret domino arietē ab ouibus sine macula precio: deinde addidit, in quod deliquit: intelligēdū est in id offeret in qđ deliquit, id est, in eam rem, propter eam rē. Et auferet holocarpoma quod consumpserit ignis, illā holocaustosim ab altari. Quid auferet, quod consumptum est? Iusit enim sacerdotem auferre post totius noctis ignē holocarpoma, id est, holocaustum quod ignis consumpserit. Vel quid sibi vult etiā illud quod addidit, illam holocaustosim: K
cum hoc intelligatur holocarpoma quod holocaustosis: nisi forte illud est verum qđ in quodam Græco inuenimus. Non enim ait auferet holocarposim, sed auferet catacarposim, hoc est reliquias holocausti quas ignis consumpsit? Has autem reliquias, vel luti est cinis & carbo, appellauit illam holocaustosim, eius rei nomine, quæ consumpta est, reliquias ipsius consumptionis ap-
10 pellans. Quod autem supra dixit, Ista Leui. 6. lex holocausti. & deinde exponens quæ sit eadem lex dixit, Ista holocaustosis, super incensionem eius super altare totam noctē vsque in mane, & ignis altaris ardebit super illud, non extinguetur: planius esset secm nostræ consuetudinis locutionem, si non haberet, &, Nam ista coniunctione detracta ita sensus contexitur, Ista holocaustosis, super incensionem eius super altare totā noctē vsq; in mane ignis altaris ardebit super illud, id est, super altare. Deinde ad cumulum exprimendæ sententię intulit, non extinguet. Nam hoc iam erat dictum, tota nocte. Et induet stolam aliam, & abijciet 11
holocarpoma extra castra in locum mūdū: Leut. 6
hoc appellat holocarpoma quod iam concrematum est: hoc autem in illo Græco catacarposis legit. Quidam vero Latini addi, L
derunt quod consecratum est, & ita interpretati sunt, Et Abijciet holocarpoma qđ cōsecratum est extra castra in locum mundum. Et ignis altaris semper ardebit ab 12
eo, & non extinguetur. i. ab illo igne in quo Leui. 6.
arsit holocaustum vsq; in mane. Non vult enim prorsus extingui, sed cum vsq; in mane arserit holocaustū, ablatis inde reliquijs consumptionis nec sic extingui ignem, sed inde iterum renouari quo ardeant alia quæ imponuntur. Quod autem sequitur & 13
dicit, Et exuret super illud sacerdos ligna Leui. 6.
mane, & stipabit super illud holocaustum, superponet super illud adipem salutaris, & ignis semper ardebit super illud & non extinguetur: videndum est vtrum mane quotidie voluerit intelligi, vt nullus dies prætermitteretur quo non inueniretur holocaustum & adeps salutaris: an mane ideo, vt quocunq; die imponeretur non nisi mane imponeretur. Si .n. quotidie intellexerimus, quid si nullus offerret? Si autem tanquam de publico vel de suo sacerdotes quotidiana holocausta procurabant, super ipsa imponebantur ea quæ iussit à populo oblata pro peccatis super holocausta imponi: & M
non erat necesse offerenti sacrificia pro peccato, etiam holocaustum offerre super qđ illud imponeretur, nisi quando par turturum offerebatur, aut duo pulli columbini. Nam ibi omnino definitum est, vnum pro peccato, alterum in holocaustū offerri oportere: & prius pro peccato, deinde holocaustum. Deinde quęri potest, vtrum holocaustum quod mane iussit imponi, ipsum etiā per totam noctem arderet vsque ad alterū mane: an illud quod ait, tota nocte ardere debere, holocaustum fuerit vespertinum, & deinde cœperit de lege holocausti dicere, vt à vespertino holocausto inciperet:

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod mirum est si taceret, nec admonet ta-
14 lia vespere offerre oportere. Et locutus
Leui. 6. est dñs ad Moysen dicens, Istud donũ Aa-
ron & filiorum eius quod offerunt dño in
Exo. 19. die quacunq; vnxeris eum. Alia sunt sacri-
ficia quæ commemorauit in Exodo quibus
per septem dies sanctificantur, sacerdotes
vt sacerdotio suo fungi incipiant: & aliud ẽ
quod modo cõmemorat, quid offeret sum-
mus sacerdos quando constituitur, id est,
quando ungitur. Hoc enim sequitur & di-
A cit, in die quacunque vnxeris eum: Non di-
xit, vnxeris eos: cum etiam secundos sacer
dotes vngi præcipiat. Deinde dicit ipsum sa
crificium, decimam partem ephi similagi-
nis, sacrificium sempiternum. Quærit quo-
modo sempiternum, si illud eo die offertur
quo vngitur summus sacerdos ab illo qui
vnctus est, nisi vt semper hoc offerat in die
quo vngitur summus sacerdos, hoc est, per
successiones sacerdotum: quãuis & illo mõ
sempiternum possit intelligi, non hoc, sed
15 quod significat. Dimidium eius, inquit,
Leui. 6. mane, & dimidium eius post meridiem: qđ
Græcus habet δειλινόν. In sartagine, inquit,
in oleo fiet conspersa, offerat eam fresam, id
est, eam similaginem. Deinde dicit fresa: si
tamẽ hoc recte interpretatum est ex illo qđ
Græcus habet κλιτά, & pluraliter hoc po-
suit genere neutro. Non enim ait fresam, tã
quam eandem similaginem q̃ dixerat con-
spersam: Hæc autẽ fresa sacrificium de frag
mentis esse dicitur. Vtrum ergo fresa dicat
ipsa frumenta, id est, cõminuta, an ipsa mi-
nutissima similaginis fresa dixerit, non est
16 euidens. Sequit̃ aũt & dicit: Sacrificium
Leui. 6. in odorẽ suauitatis dño, sacerdos vnctus qui
pro illo est ex filijs eius, faciet illud. Pro-
pter hoc fortasis dixerat sempiternum, vt
B hoc faciat omnis summus sacerdos quando
succedit mortuo, eo die quo vnctus fuerit.
Adiunxit enim & ait, lex æterna: cum pos-
set æternum secundum id intelligi quod si-
17 gnificat. Sequitur autem, Omne consum
Leui. 6. mabitur. Quod habet Græcus ἐπιτελεσθή-
σεται & aliqui interpretes dixerunt, omne
imponetur: vbi vult intelligi esse holocau-
stum, quia nihil exinde remanet. Deniq; ad
iungit, Et omne sacrificium sacerdoti holo-
caustum erit, & non edetur. Hoc ergo di-
18 xerat, omne consummabitur. De sacrifi-
Leui. 6. cio pro peccato cum diceret, Sacerdos qui
imponet illud, manducat illud. Non hoc
quod imponit manducabit, nam illud igni
consumetur, sed quod inde remanserit: Nõ
enim holocaustum est, vt totum ardeat in
altari. Dicit autem postea, Omnia quæ pro
peccato sunt, ex quibus illatum fuerit a san
guine eorũ in tabernaculũ testimonij exo-
rari in sancto, non edetur, sed igni cremabi-
tur. Quomodo ergo ad sacerdotes pertinẽt
manducanda q̃ remanent de sacrificijs pro
peccatis? Qđ intelligendum est, hæc excep-
ta esse, de quorum sanguine tãgitur illud
altare incẽsi in tabernaculo testimonij. Hoc C
enim iussit fieri superius de vitulo quẽ pro
peccato suo sacerdos offerret, & de vitulo
quem pro peccato vniuersæ synagogæ, vt
carnes quæ remanserint, foris extra casti ra
comburantur: hoc est quod modo breuiter
commemorauit. Et ista lex est arietis qui 19
pro delicto est, sanctasanctorum sunt, id est, Leuit.
ad sacerdotes ptinent mãducanda. Quid 20
est q̃ de ariete ꝓ delicto cũ dixisset legem- Leuit.
que sacrificij exposuisset, ait, Quomodo qđ
est pro peccato, ita & id quod pro delicto?
lex vna est eorũ? Quæritur inter peccatum
& delictũ quæ sit dria: qm̃ si nulla esset nul-
lo modo diceretur, quomodo quod est pro
peccato, & quod pro delicto. Quãuis enim
lex eiusq; sacrificium nihil distet, quia lex
vna est eorum: tamen ipsa duo, quorũ vnũ
est sacrificium, id est, peccatum & delictũ,
si inter se nihil differrẽt, & si vnius rei duo
nomina essent, non curaret scriptura tam
diligenter cõmendare vnum esse vtriusque
sacrificium. Fortasis ergo peccatum est
perpetratio mali, delictum autem deser- Peccat
tio boni: vt quemadmodum in laudabili vi Delict
ta, aliud est declinare malo, aliud facere bo
num, quod admonemur dicente scriptura,
Declina a malo & fac bonum: ita in dam- Psa. 3
nabili, aliud sit declinare a bono, aliud fa- D
cere mala: illud delictum, hoc peccatum
est. Nam & Ipsum vocabulum si discutia-
tur quid aliud sonat delictum, nisi derelic-
tum, & qui delinquit quod derelinquit ni
si bonum? Græci autem duo nomina vsita-
huic pesti imposuerunt, Nam delictum
apud eos παράπτωμα dicitur & πλημμέλεια.
Isto ipso qppe loco Leuitici πλημμέλεια est.
Apostolus autẽ vbi dicit, Si præoccupatus Gala. 6
fuerit homo in aliquo delicto, παραπτώματι
Græcus habet: quorum nominum si origo
discutiatur in παραπτώματι tanquam deci
dere intelligitur qui delinquit. Vnde cada-
uer quod Latini à cadẽdo dixerunt, Græce
πτῶμα ἀπὸ τοῦ πίπτειν, i. ab
eo

eo qđ ẽ cadere. Qui ergo peccãdo malũ fa-
cit, priꝰ delinquẽdo à bono cadit. Et πλημμέ-
λεια simile nomen est negligentiæ: nã Græ
ce negligentia ἀμέλεια dicitur, quia curæ nõ
est quod negligitur. Sic enim Græcus dicit,
nõ curo οὐ μέλει μοι. Particula ergo quæ ad-
ditur πλήν vt dicatur πλημμέλεια, præter
E significat: vt πλημμέλεια quod vocatur ne-
gligentia, videatur sonare sine cura, πλὴν
μέλεια præter curam penè tantundem est.
Hinc & quidam nostri πλημμέλειαν non de-
lictum, sed negligentiam interpretari malue
runt. In Latina autem lingua quid aliud ne
gligitur, nisi quod non legitur, id est, non
eligitur? Vnde etiam legere à legẽdo, id est,
ab eligendo Latini authores appellatum es-
se dixerunt. His quodammodo vestigijs col
ligitur, quòd ille delinquit qui bonum dere-
linquit, & relinquendo à bono cadit, quia
negligit, id est, non legit. Peccatum vero vn
de sit dictum quod Græce ἁμαρτία dicitur,
in neutra lingua mihi interim occurrit. Po-
test etiam videri illud esse delictum quod
imprudenter, id est, ignoranter: illud pecca-
tum, quod ab sciente committitur. Huic dif-
ferentiæ videntur ista testimonia consona-
Psal. 18. re diuina, Delicta quis intelligit: Et illud,
Psal. 68. Quoniam tu scisti imprudentiam meam.
Continuo quippe secutus adiunxit, Et deli-
cta mea à te non sunt abscondita: velut alio
modo repetens eãdem sententiam. Nec ab
Gala. 6. eadẽ ratione discordat quod paulo ante com-
memoraui Apostoli dictum, Si præoccupa-
tus fuerit homo in aliquo delicto: hinc. n.
quod præoccupatum dicit, imprudenter la-
psum esse significat: peccatum vero ad scien-
Iacob. 4. tem pertinere Apostolus Iacobus tanquã
deficiens ait, Scienti igitur bonum facere
& non facienti peccatum est illi. Sed siue
illa, siue ista, siue alia aliqua differentia sit
F peccati & delicti, nisi aliqua esset, non scri
ptura ita loqueretur vt diceret, Quomodo
quod pro peccato, ita & quod pro delicto
lex vna est eorum. Indifferenter autem ple-
runque dicuntur, vt & peccatum nomine
delicti, & delictum nomine peccati appe-
Lucæ. 3. tur. Neque enim cum dicitur in baptismo
fieri remissionẽ peccatorum, mentio fit e-
tiam delictorum: & tamen vtrunque intel-
Mat. 26. ligitur. Sic & dominus ait, Pro multis effun
di sanguinem in remissionem peccatorum:
Nunquid quoniam non ait, & delictorum,
ideo quisquam dicere audebit in sanguine
ipsius delictorum non fieri remissionem?
Item quod scriptum est apud Apostolum,
Nam iudicium quidem ex vno in condem- Rom. 5.
nationem: gratiam uero ex multis delictis
in iustificationem, quid aliud quam nomi-
ne delictorum etiam peccata comprehensa
sunt? In hac quoque ipsa scriptura Leuiti-
ci qua cogimur aliquam inter delictum pec-
catumq; distantiam vel inuenire vel crede-
re, ita legitur, cum de his ipsis quæ pro pec-
catis offerenda iubebantur sacrificijs deus
loqueretur, Si autem omnis, inquit, sy-
nagoga filiorum Israel, ignorauerit, & G
latuerit verbum ab oculis synagogæ, & fece
rit vnum ab omnibus mandatis domini
quod non fieri, & deliquerit, & cognitum il-
lis fuerit peccatum quod peccauerunt in eo,
Ecce vbi dixit, & deliquerit, ibi continuo
peccatum quod peccauerunt addidit, hoc ip
sum vtiq; quod deliquerunt. Et paulopost, Leuit. 4.
Si autem princeps, inquit, peccauerit, & fe-
cerit vnum ab omnibus præceptis domini
dei sui, quod non fecit volens, & deliquerit.
Item in consequentibus. Si autem anima, in-
quit, vna peccauerit nolens de populo ter-
ræ, in eo quod facit ab omnibus præceptis
domini quod non fiet, & deliquerit & cogni
tum fuerit ei peccatum quod peccauit in ip-
so. Item alibi, Anima quæcunque iurauerit, Leuit. 5.
distinguens labijs malefacere aut benefacere,
secundum omnia quæcunque distinxe-
rit homo cum iureiurando, & latuerit eum
& hic cognouerit, & peccauerit unum ex
his & confessus fuerit peccatum pro quo
peccauit aduersus ipsum, offeret pro eis quę
deliquit domino pro eo peccato quod pec-
cauit. Et paulopost, Et locutus est dominus
ad Moysen dicens, Anima si latuerit eum
obliuione, & peccauerit nolens à sanctis do-
mini, offerat delicti domino arietem sine
macula de ouibus, precio argenti siclorum
sanctorum pro quo deliquit: & pro quo pec H
cauit a sanctis restituet, & quintas adijciet
super illud, & dabit illud sacerdoti: & sacer-
dos exorabit pro eo in ariete delicti & re-
mittetur illi. Sequitur adhuc & dicit, Ani-
ma quæcunque peccauerit, & fecerit vnum
ab omnibus præceptis domini quæ nõ opor
tet fieri, & cognouerit & deliquerit & acce-
perit peccatum suum, offeret arietem de
ouibus precio argenti in delictum ad sa-
cerdotem: exorabitq́ue pro eo sacerdos pro
ignorantia eius qua ignorauit, & ipse non
sciuit & remittetur illi: Deliquit enim de-
licto delictum ante dominum. Et adhuc

Universidad de Deusto
Biblioteca

ita dicit, Et locutus est dominus ad Moysen dicens, Anima quæcunque peccauerit, despiciens despexerit præcepta domini,& mentitus fuerit quæ sunt ad proximũ de cõmendatione aut de societate,aut de rapina, aut iniuriam fecerit aliquâ proximo, aut inuenerit perditionem & mentitus fuerit de eo,& iurauerit iniuste de vno ab omnibus quæcunque fecerit homo, ita vt peccet in his:& erit cum peccauerit & deliquerit,reddet rapinam quam rapuit,aut iniuriã quam nocuit,aut commẽdatum quod depositum est apud eum, aut perditionem quam inuenit ab omni re illi quam iurauit pro ea iniuste: & restituet ipsam,& quintas eus adijciet ad illud, cuius est ipsi reddet:& qua die conuictus fuerit delicti sui, offert domino arietem ab ouibus sine macula, precio in quo deliquit:& exorabit pro eo sacerdos ante dominum, & remittetur illi de vno ab omnibus quæ fecit & deliquit in eo. Penè ergo in omnibus factis quæ dicit esse peccata, eadem etiam delicta dicit. Quapropter & indifferenter ea dici manifestum est multis scripturarum locis:& habere aliquid differentiæ scriptura testatur, quæ dicit, Sicut quod pro peccato, ita & quod pro delicto.

21 Omnem adipem boum & ouium & caprarum non edetis, & adeps morticinorum & à fera captorum fiet in omne opus, & cibo non edetur:Omnis qui ederit adipem de pecoribus quæ auferetis ab eis hostiam domino, peribit anima illa de populo suo. Dixerat superius de adipe, Omnis adeps domino, & quæfieramus vtrum omnis omnino pecoris mundi duntaxat,nam de immundis nulla quæstio est: & quid de adipe fieret quem vetuit in escam venire: nunc autem dixit quid fieret de adipe morticini à fera capti, vt sit in omne opus.Omne opus, vtique illud opus cui tale aliquid necessarium est: Vnde remansit quæstio, quid fieret de adipe cæterorum animalium quæ immunda sunt ad uescendum. Sed cum dicit, omnem animam perire de populo suo comederit adipem eorum pecorum ex quibus domino offeretur, videtur definisse illum tantum adipem de pecoribus mundis prohibitum manducari, ex quibus fit sacrificium, quanuis Iudæos audierimus nullum omnino adipem in escam sumere. Sed quid scriptura voluerit, non quid illi opinati fuerint, requirendum. Denique non inueniunt, quid recte de adipe faciant vnde se abstinent,& quomodo eum proijciant,cum dictum sit, Omnis adeps domino: si non adipem sacrificiorum tantum, sed etiam eorum animalium de quibus non sacrificatur, quanuis immundorum hic voluit intelligi. Quid sibi vult quòd de sacrificijs 22
salutaris iterum admonet & dicit, eum qui offert donum sacrificijs salutaris sui, pectusculum & brachium sacerdotibus dare debere: ita tamen, vt adeps pectusculi offeratur domino cum penna iecoris: cum superius loquens de sacrificijs salutaris, penam iecoris cum adipe uentris & renum & lumborum offerri domino præceperit, tacuerit autem de adipe pectusculi? An quod ibi prætermisit, hic commemorat? Quare ergo de penna iecoris & ibi & hic? An forte aliquid interest quod superius de sacrificio salutaris præcepit: hic autem addidit sui, tanquam aliud sit salutaris, aliud salutaris sui? Cum sacrificia pro peccatis 23
prius commemoret, vitulum dixit offerendum pro peccato sacerdotis qui fecisset populum peccare: postea etiã narrauit scriptura quemadmodum ea quæ præcepit dominus gesta sunt.ergo pro Aaron & filijs eius dicitur oblatus uitulus pro peccato: sed superius de sanguine uituli cornua tãgi præcepit altaris incensi, aspergendum etiam ex ipso sanguine contra uelum sanctum, reliquum uero sanguinem fundandum ad basim altaris holocaustomatum: postea uero quando sanctificatur Aaron, de aspersione sanguinis contra uelum, nihil dictum est: de cornibus autem altaris dictum est, sed non additum est incensi:additum est autem, effundendum sanguinem ad basim altaris: non dixit ad bases eius, tanquam necesse fuisset illud accipere, cuius cornua sanguine tetigisset. Proinde quanuis ambigue sit positum, liberum est tamen intelligere factum, ut factum fuerat ante præceptum de uitulo pro peccato. ut non eius altaris cornua tacta intelligamus, ad cuius basim fusus est sanguis sed tacta cornua altaris incensi, fusum autem sanguinem ad basim altaris sacrificiorũ superius: quia generaliter præcipiebat,si sacerdos peccasset,ipsum sacerdotem vnctum & consummatum,quẽ vult intelligi summum sacerdotem,sacrificia ista offerre:nunc uero cum sanctificatur Aarõ, Moysen offert & ipse accepit pectusculum impositionis quod antea prælocutus est sacerdoti esse dandum. Inde aût puto pectusculum

sculum impositionis dictum, quia imponebatur inde adeps,sicut commemorauit superius de sacrificio salutaris. Cum ergo videatur ab Aaron cœpisse summum sacerdotiũ, quid putamus fuisse Moysen? si ergo sacerdos non fuit, quomodo per illum omnia illa gerebantur? si autem fuit,quomodo summũ sacerdotium,ab eius fratre cœpisse definimus? quanquam etiam Psalmus ille vbi dictum est, Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: auferat dubitationem,quòd,sacerdos fuerit & Moyses: vestem tamen illam sacerdotalem, quæ magnum continet sacramentum, Aaron iubetur accipere & successores eius summi sacerdotis in Exodo, antequam omnino aliquid de sanctificandis & quodammodo ordinandis sacerdotibus præcipiatur: quando Moyse ascendente in montem,iubentur nõ ascendere sacerdotes: quos intelligere alios non possumus nisi filios Aaron: non quia iam erant, sed quia futuri erant,hoc eos iam tunc scriptura appellauit per anticipationem, sicut sunt pleraque talium locutionum. Nam & filius Naue,Iesus appellatus est, cum longe postea hoc nomen ei scriptura narret impositum. Ambo ergo tunc summi sacerdotes erant, Moyses & Aaron. An potius Moyses, Aaron vero sub illo? an & ipse summus propter vestem pontificalem, ille vero propter excellentius ministerium? Nam à principio ei dicitur, Ipse tibi quæ ad populum: tu illi quæ ad deum. Quæri etiã potest post mortẽ Moysi quis vngebat successorẽ summi sacerdotis, qui succedere nisi defuncto non vtique poterat. An quia iam vnctus erat inter secundos sacerdotes? idem quippe fuit oleum & quo summus, & quo secundi vngebantur: vestem tantum sumebat ille pontifex, qua eius summitas appareret.Et si ita est: vtrum ipse sumebat,an eum alius induebat,sicut & post eius mortem Moyses filiũ fratris sui? Si ergo ab alio vestiebatur:nunquidnam poterat à secundo summus, præsertim quia talis erat vestis vt eum ab alio indui necesse fuerit? An sic induebatur prius, vt etiã postea? Non enim semel indutus non eam ponebat, aut cum posuisset, non eam resumebat. Fieri ergo fortasse poterat, vt secundi vestirent primum,obsequendo,non excellẽdo. Vnde autem apparet quisnam filiorum summo sacerdoti succedere deberet? Non enim primogenitum, aut maiorem scriptura definiuit,nisi intelligamus aliquo diuino indicio fieri solere,siue per Prophetam,siue quolibet alio modo quo consuli deus solet: quanquam ex cõtentione res peruenisse videatur, vt postea propterea fuerint plures summi sacerdotes, quia contendentibus excellentioribus, litis finiendæ causa pluribus honor ipse tribuebatur. Quid est q̃ di- 24
cit Moyses ad Aaron & filios eius cum sanctificantur ad ineundum sacerdotium, Ad ostium tabernaculi testimonij sedebitis septem dies die & nocte,ne moriamini? Nun quidnam credibile est situ corporis vno loco sedere præceptos per dies septem die & nocte,vnde se omnino non commouerent? Nec tamen hic tanquam allegorice significatum,quod non fieret cogendi sumus accipere,sed potius agnoscere locutionem scripturarum,vbi sessionem,pro habitatione & cõmoratione posuit. Non enim quia dictum est de Semei q̃ sederet in Hierusalem an- 2.Reg.2
nos tres,ideo putandum est per totum illud tempus in sella sedisse & non surrexisse. Hinc & sedes dicuntur,vbi habent commorationem quorũ sedes sunt, habitatio quippe hoc nomen accepit. Et factum est die 25
octauo,vocauit Moyses Aarõ & filios eius, & senatum Israel. Quem quidã nostri senatum interpretati sunt ἡγούμενον Græcus habet: hoc est ergo secutus interpres, quia & senatus à senio videtur dictus. Non autem apte in Latino diceretur, vocauit senectutẽ Israel, pro senibus vel senioribus: quanuis eadem locutio esset si diceretur, vocauit iuuentutem Israel, pro iuuenibus. Sed hoc vsitatum est in Latina lingua, illud autem non est. Nam hoc proprie diceretur,si diceretur,vocauit senectutem Israel.Vnde quidam insolenter putantes etiam senatum dici,interpretati sunt ordinem seniorum.Cõpendio tamen forsitan melius diceretur, vocauit seniores Israel. Moyses dicit ad Aaron,Senatui Israel loquere dicens, Accipite 26
hircum ex capris, vnum pro peccato, & arietem & vitulum & agnum anniculum in holocarposim sine macula, & vitulum à bobus, & arietem in sacrificiũ salutaris ante dominum, & similam conspersam in oleo, quoniam hodie videbitur dominus in vobis. Quatuor genera sacrificiorum de animalibus superius commendauit: holocausti,pro peccatis, salutaris, & consummationis, sed consummationis ad sacerdotis sanctificationem pertinet. Tria ergo genera reliqua hic præcipiuntur offerri, & dicitur

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc senioribus Israel, vt pertineat ad vniuersum populum. Sed hoc loco sacrificium pro peccato habet tria pecora, hircũ & arietem, & vitulum: ad holocaustũ vero agnus pertinet: & ad sacrificium salutaris, hircus & aries. Quapropter non est sic distinguẽdum, vt pro peccato non intelligatur nisi hircus, tria vero reliqua in holocaustum. i. aries & vitulus & agnus: sed potius prima tria pro peccato. i. quod dictum est, Accipite hircum ex capris vnum pro peccato, & arietem & vitulum, subaudiatur pro peccato: & reliquus: id est, agnus in holocarposim. i. in holocaustum. Quod ideo commonendum à nobis fuit, quoniam posset etiam
E ita distingui, vt cum dictum esset, accipite hircum ex capris vnũ pro peccato, reliqua iam ad holocarposim pertinere dicerentur. Quod vero adiũgit, sine macula, ad omnia referri potest. Cũ ergo ambiguum sit, quomodo aptius distinguatur, illa res adducit, vt tria superiora pro peccato intelligantur, quoniam superius pro peccato principis hircum iussit offerri: & pro peccato cuiusque proprio cum peccat ante dominum faciendo vnum ex his quæ non oportet, præcepit arietem: pro peccato vero vniuersæ synagogæ vitulum: oportebat ergo vt senatui loqueretur, quid vniuersus populus offerre deberet, vt hircus iubeatur propter principes, & aries propter proprium vniuscuiusq; peccatum, & vitulus propter peccatum vniuersæ synagogæ. Aliud est enim quod in populo habet quisque peccatum suum proprium, & possunt habere omnes propria: aliud qñ cõmune peccatum est, quod vno animo fit & vna voluntate aliquid multitudine comparata committitur. Quòd vero sacrificia salutaris, vitulum & arietem iubet quæ præcipua sunt, vniuersi enim populi causa est.
F Præcipiens autem antea de sacrificijs salutaribus, vndelibet iussit offerri, siue masculum, siue fœminam: dum tamen non nisi de bobus & de ouibus & capris offerantur. Si autem quæritur, quare duo præcepit, vitulũ & arietem, difficile est inuenire: nisi forte vitulum voluit sacrificiũ salutaris vniuersi populi: arietem autem pro vnoquoque, tanquã pro singulis quibusq;: quia videt etiã superius quasi duo genera salutaris sacrificij præcepisse: vnum quod velut vniuersorum esset, appellauit sacrificium salutaris: alterum aũt vbi dixit, si quisq; obtulerit, sacrificium salutaris sui. Vbi ẽt differentiam reperiebamus, quia in illo quod appellauit salutaris, non cõmemorauit adipem pectusculi offerendũ dño, atque ipsum pectusculum & brachium dextrum danda sacerdoti: sed in illo hoc fieri iussit quod postea dicit sacrificium salutaris sui. Quod forte intelligitur singulorum quorumq; priuatum, nõ publicum vniuersorum. Nã & Moyses obtulit sacrificia salutaris, nec dictum est ibi, salutaris sui: credo pro populo vniuerso obtulit. Vbi aũt vniuersi, ibi & singuli: non autẽ vbi singuli, continuo ibi vniuersi. Singula .n. possunt esse sine vniuerso: vniuersi autẽ G non possunt nisi ex singulis quibusque constare. Nam singuli quique congregati vel in summam reputati, faciunt vniuersos. Notandum est sanè, cum pro populo offeruntur sacrificia, & pro peccato sacrificia iussa esse offerri, & holocaustum, & sacrificia salutaris: pro sacerdote autem oblatum fuisse pro peccato & holocaustum & consummationis. Non autem salutaris, sed consummationis tunc oblatum est, quando sacerdotes sanctificati sunt vt sacerdotio fungerentur, & hæc obtulit Moyses pro Aaron & filijs eius: postea vero Aaron ipse iam sanctificatus & sacerdotio fungens offerre pro se iussus est vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum. Non autem iussus est pro se offerre consummationis, quod tũc ideo oblatum est, vt consummaretur sanctificatione, & sacerdotio fungi posset, quo iam quoniam fungebatur non opus erat eum iterum consummari. Et ait Moyses ad Aaron, Accede ad altare & fac quod pro peccato tuo, & holocaustum tuum, & exora pro te & domo tua. Mirum est quomodo prius dicat faciendum quod pro peccato, deinde holocaustum, cum sacrificia pro peccatis super holocausta superius iubeat imponi, excepto quod de auibus præcepit. An forte hic quod prius fiebat, ideſt holocaustum, H posterius commemorauit? Nõ enim quemadmodum de auibus dixit, fac prius illud & postea illud: sed fac illud atque illud. Quid autem prius faciendum sit indicat superius exposita institutione, vbi dicit super holocaustum imponi sacrificium pro peccatis: quanquam valde moueat, quod etiam ita narrat scriptura fecisse Aaron quod audiuit, & prius commemorat eum facere pro peccato, deinde holocaustum. Quod vtrũ & ipse prius fecerit, an prius hoc scriptura narrauerit quod postea factum est, sicut in

in multis facere solet, habetur incertum, nisi quod dixi superius legeretur cum ageret de sacrificio pro peccato. Ita .n. legitur, Et superponet illud sacerdos super altare sup holocaustum dñi, & exorabit pro eo sacerdos ꝑ peccato quod peccauit, & dimittetur illi. Quo ergo posset hoc super holocaustomata imponi, nisi holocaustoma prius imponeretur? Præcepit autẽ hoc & de sacrificio salutaris, vt super holocaustoma imponeretur: sed quia non hoc vbique dicit, non per omnia sacrificia salutaris, nec per omnia sacrificia pro pcto, potest forsitã dici non hoc
I regulariter fuisse præceptum: sed illic tantũmodo vt fieret dictum, ideſt in sacrificio salutaris, cum sit de bobus, ibi enim præcepit: & in sacrificio pro peccato, cum sit de fœmina ex ouibus: cætera vero siue sint saluta ris, siue pro peccato, non esse necesse vt sup holocausta imponantur, Mouet etiam quod cum faceret Aaron dona populi quæ supra commemorauit, non omnia commemorata sunt immolata quæ fuerant prædicta: sed tantum hircus pro peccato & holocaustum, vbi tamen illum agnum non expresit: duo vero alia quæ ad sacrificia pro pcto potius q̃ ad holocaustum pertinere diximus, tacuit, ideſt arietem & vitulum: nisi forte à parte totum intelligi voluit, vt solo capro commorato etiam illa subsecuta acciperemus. Cum de sacrificijs salutaris populi narraret, quemadmodum ea fecerat Aaron de vitulo & ariete ait, Et occidit vitulum & arietem sacrificij salutaris populi, & obtulerunt filij Aaron sanguinem ad eum, & effudit ad altare in circuitu, & adipem & cætera, quomodo præcepit dominus Moysi. Nunc singulariter, nunc pluraliter loquitur, cum de duobus animalibus loquatur, vitulo & ariete. Quod ergo dicit duos renes, ab vtroque
K animante intelligendum est, atque ita quatuor fiunt, ita & cætera. Quod vero ait, Et posuit adipes super pectuscula, cum ipsa pectuscula non imposuerit altari, sacerdoti enim debebantur cum brachijs dextris, q̃ sibi vult? An intelligendum est, & imposuit adipes qui sunt super pectuscula? ipsos enim posuit, quos imponeret altari à pectusculis demptos. Nam ita & superius præceperat. Denique sequitur, Et imposuit adipes altari, & pectusculum & brachium dextrũ abstulit Aaron oblationem ante dominum: modo singulariter inferens, & pectusculum dicens vtique vtrunque ex vtroq; animante, quæ pectuscula dixerat. Quid est qđ ait, Cum extulisset Aaron manus super populum, benedixit eos & descendit cum fecisset quod pro pcto & holocaustomata & q̃ salutaris? Vbi aũt ista fecit, nisi super altare, ideſt altare stans eique deseruiens? Inde ergo descendit vbi stabat. Nimirũ illius solutio quæstionis adiuuari hoc testimonio videtur, vbi quæsiueramus in Exodo quomodo seruiri potuerit ad altare quod erat altũ cubitis tribus. Gradum quippe illic intelligere prohibeantur, quia id deus vetuerat, ne super altare pudenda virilia ministrantis reuelarentur, quod vtique fierer, si pars altaris gradus esset, ideſt si compactus adhæreret. Deniq; vbi hoc vetuit, vbi de altari structili loquebatur: vnum enim esset altare cũ gradu cuius pars esset gradus, & ideo vetitum est: hic vero vbi altaris tanta fuerit altitudo, vt nisi sacerdos super aliquid staret apte ministrare non posset: intelligendum est, quicquid illud erat quod ad horam ministrationis ponebatur & auferebatur, non fuisse altaris partem, & ideo non fuisse contra præceptum, q̃ gradum habere prohibitum est: hoc aũt qualecunq; fuerit, tacuit scriptura, & ideo q̃stio facta est. Sed nunc cum dicit scriptura, sacerdotem cum fecisset sacrificia descendisse, hoc est cum immolata imposuit altari, vtique manifestat alicubi eum stetisse vnde descẽderet: & quia vbi steterat, ideo trium cubitorum altari ministrãdo deseruire potuisse. Et vidit omnis populus & amens factus est. Quod alij interpretes dixerunt expauit, conantes transferre de Græco, quod dictum est ἐξέστη, vnde ἔκστασις dicit̃, qui sæpe in scripturis Latinis legitur mentis excessus. Et exijt ignis à domino, & deuorauit quæ erant super altare, holocaustomata & adipes. Quid dixerit à domino, quæri potest vtrum quia nutu & voluntate domini factum est, an ab eo loco ignis exijt vbi erat arca testimonij. Non .n. in loco aliquo ita est dñs, quasi alibi non sit. Postquã exeũte igne à dño, incẽsi, & mortui sunt filij Aaron, qui ausi sunt in batillis suis adhibito igne alieno incensum imponere domino: quod ideo non licebat, quia ex illo igne qui diuinitus ad altare venerat deinceps custodito, omnia erant accendenda quæ in tabernaculo accendi oportebat. Mortuis ergo illis ait Moyses: hoc est quod dixit dñs dicens, In eis qui mihi appropinquant sanctificabor, & in omni synagoga glorificabor;

28 Leuit. 9
29 Leuit. 9
Quæst. 113.
30 Leui. 9.
M
31 Leui. 10

Universidad de Deusto
Biblioteca

glorificabor: eos appropinquare domino vo
lens intelligi qui in tabernaculo sacerdotio
fungebantur: sanctificari aũt in eis etiã vin-
dicando, sicut factum est. Vtrum vt hinc sci
retur, q̃ minus alijs parcat, si illis nõ parcit:
1.Pet.4 quo sensu dictũ est, Si iustus vix saluus erit,
peccator & impius vbi parebũt? An potius
secundum illud, Cui plus datur, plus exigi-
tur ab eo. Et illud, Seruus qui non cognoscit
Luc.12 voluntatẽ domini sui, & facit digna pla-
gis, vapulabit paucis: seruus aũt qui cogno-
uit voluntatẽ domini sui, & facit digna pla-
A gis, vapulabit multis. Et illud, Exiguo cum
Sapiẽ.6. conceditur misericordia, potentes autẽ po-
tentiora tormenta patiẽtur. Sed vbi hoc di-
xerit dominus quod eum dixisse Moyses cõ
memorauit, in scriptura quæ retro est non
inuenitur. Tale ergo est hoc, quale in Exo-
Exo.33 do, vbi dicit domino, Tu dixisti, scio te præ
omnibus. Quod inuenitur quidẽ dñs ei di-
xisse, sed postea. Sed quoniã mendaciter nũ-
quam hoc Moyses diceret, intelligitur idẽ
etiam antè dixisse, quamuis scriptum nõ fue
rit, Ita & hoc. Vnde apparet non omnia scri
pta esse quę deus locutus est eis, per quos no
bis sancta scriptura eius ministrata ẽ. Quid
32 est q̃ Aaron & reliquos filios eius mortem
Leui.10 illorũ duorum lugere prohibens dicit, Ca-
Hoc idẽ put vestrum cidara nõ denudabitis: vbi cer-
alibi ne- te ostendit cidaras tegmina capitũ fuisse, ni-
gat. si quia illud faciebant lugentes, quæ cõsuetu
dini ornatus essent contraria. Sicut enim in
nostra consuetudine, qui caput apertum ma
gis habemus, operitur in luctu: sic quia illi
operimento capitis ornabantur, nudandum
erat lugentibus. Quod ideo prohibet, ne lu
gerent eorum in quorum pœna sanctificatus est dominus, ideſt commendatus est ti-
mor eius. Nec ideo quia lugendi non erant,
B non permittit alios lugere illos: sed quia il-
li lugere tunc non debebant cum dies san-
ctificationis eorum agerentur, nondum cõ
pletis septem, quibus eos præcepit de taber-
naculo non abscedere: quãquam possit vide
ri, qui illo oleo fuerant sanctificati, hoc fa-
ctum esse quòd nunquã quanquã lugere de
berent. Ita enim dicit, Fratres aũt vestri om
nis domus Israel plorabunt incendium quo
incensi sunt a domino, & ab ostio taberna-
culi testimonij non exibitis, ne moriamini:
oleum enim vnctionis quod est a domino,
super vos est. Et locutus est dominus ad Aa
33 ron dicens, Vinũ & sicerã non bibetis tu &
Leui.10 filij tui tecum cũ intrabitis in tabernaculũ
testimonij, aut cũ accedetis ad altare, & non
moriemini. Quãdo ergo eis bibere licebat,
quandoquidem in tabernaculum eis quoti-
die necesse erat introire & accedere ad alta-
re, propter continuã seruitutem? Quòd si
quisquã dicit, non omni die sacrificia impo
ni solere, quid dicet de ingressu in tabernacu
lum, qui quotidianus erat propter candela-
brũ & panes propositionis super mẽsam po-
nendos? Si autẽ respondetur, tabernaculum
testimonij nunc quod ait, illud esse intelli-
gendum vbi erat arca testimonij, etiã illud C
necesse erat intrare summũ sacerdotem p-
pter incensum continuationis. Nõ enim se-
mel in anno intrabat, sed cum sanguine pu-
rificationis semel in anno, propter incẽsum
autem quotidie. An intelligendum est deũ
præcepisse, vt vinum omnino nõ biberent?
Cur ergo non ita præcepit potius vt breui-
ter diceret, vinum non bibetis, sed addidit,
cum intrabitis in tabernaculum, aut cũ ac-
cedetis ad altare? An quia causa non biben-
di tacenda non erat, maxime quia deus præ-
scius erat futuros postea tam multos etiam
summos sacerdotes vno tempore, ideſt non
per successionem, qui tabernaculo & sacri-
ficijs & incenso & vniuerso illi ministerio
vicibus deseruirent: quando vtique illi non
bibebant quorum locus erat deseruiẽdi, alij
autem bibebant? An quid aliud hoc loco
intelligendum est, quoniam cum vinum &
siceram sacerdotes bibere prohiberet, secu-
tus ait, Legitimum æternum in progenies
vestras, Ambiguum est vtrum superiori sen
sui connectatur, ideſt ad vinum non biben-
dum pertineat an inferiori vbi sequitur, Di
stinguere inter medium sanctorum & con-
taminatorum: & inter medium mundorum
& immundorum: & instruere filios Israel D
omnia legitima quæ locutus est dominus ad
eos per manum Moysi: vt hoc sit officium
sacerdotum legitimum in progenies eorũ.
Quomodo autem dicat æternum, iam sæpe
diximus. Hoc quoque ambigue positũ est
quod ait, dictinguere inter medium sancto-
rum & contaminatorum, & inter medium
mundorum & immundorum: vtrum ab eo
quòd sunt sancta & munda, vel inquinata
& immundata: an ab eo quod sunt sancti &
mũdi vel inquinati & immundi, ideſt vtrũ
inter illa sacra quæ rite vel non rite fierent
distinguere voluit sacerdotes: an inter ipsos
homines probandos vel improbandos: an
potius ad vtrunque referendum est, siue
hominesne

34 homines, siue sacra? Pectusculũ segrega-
Leu.10. tionis, & brachiũ oblationis manducabitis
in loco sancto. Quamuis singula singulis da
ta sint, nimirum tamen vtrunque posset dici
segregationis, quia vtrunque sacerdoti sepa-
ratur: & vtrunque oblationis siue dẽptio-
nis, quod Græce dicitur ἀφαίρεμα, quia vtrũ-
que demitur & aufertur eis pro quibus of-
fertur vt detur sacerdoti. Pectusculum sanè
impositionis superius legimus, & brachium
oblationis: quia de brachio nihil impone-
batur altari, adeps autem de pectusculo im-
35 ponebatur. Quid est quod dicit, de sacri-
Leu.10. ficijs salutarium: cum ea dicat quæ alibi di-
E xit sacrificia salutaris singulari numero, id
dixerit sacrificium salutaris, cum de eadem
re diceretur? An forte hoc loco vbi ait, à sa-
crificijs salutarium, sanitatum dici debuit?
Psal.64. Nam in illo Psalmo vbi dictum est, Exaudi
nos deus sanitatum nostrarum: hoc ver-
bum habet Græcus quod etiam hoc loco. i.
τὰ τῆρια: qui genitiuus pluralis in Græca
lingua ambiguus est, vtrum à salute, an à sa-
lutari nomen declinatum sit: quoniam σω-
τήρια dicitur salus vel sanitas, vnde fit geni-
tiuus pluralis τῶν τωτηρίων. Salutare autem
τωτηρίων dicitur, & inde genitiuus pluralis
idem ipse est. Si ergo recte potest intelligi
etiam sacrificium salutis quod est sacrificiũ
salutaris, quoniam salutaris salus datur, &
illud est salutare vnde salus accipitur, non
est necesse vt tanquam multorum salutariũ
sacrificia hic intelligamus, vbi dictũ est de
sacrificijs salutarium, sed multarum forsitã
Ps.115. sanitatum, quæ tamen ab vno salutari acci-
Lucæ.2. piuntur. Quòd si autem salutare dei de quo
F dictum est, Calicem salutaris accipiam: Et
de quo Simeon dicit in Euangelio, Quoniã
M viderunt oculi mei salutare tuũ: fides Chri
stiana nouit, possunt sanè non absurde intel
ligi vel dici etiam sacrificia salutaria, q̃ sunt
36 salutaris. Et erit tibi & filijs tuis & filia-
Leu.10. bus tuis legitimum sempiternum. Non fru
stra est additum, filiabus: quoniam quædam
ad escas pertinentia sacerdotum prohibet
fœminis accipi, sed à masculo iubet. Cum
quæsisset Moyses caprum oblatum pro po-
puli peccatis, & non inuenisset, quoniam fue
rat incensus, & iratus est q̃ ea quæ pro pec
cato à populo offerrentur constituit domi-
nus sacerdotibus edenda, ablatis inde adipi-
bus & renibus. Iratus autem est non fratri
suo, sed filijs eius, credo q̃ ad eos suggeren-
di ministerium pertineret: respondit illi
Aaron & ait, Si hodie obtulerunt ea quæ
pro peccato illorum sunt, & holocausta sua
ante dominum, & contigerint mihi talia, vt
comedam quod est pro peccato hodie, nun-
quid placitũ erit domino? Et audiuit Moy
ses & placuit illi. Hoc videtur dixisse Aa-
ron, quòd ipso die quod primum obtulerãt
filij Israel pro peccato suo, non debuit à sa-
cerdotibus manducari, sed totum incendi,
non inde regulam faciens: & cætera. Nam
deinceps sacrificia pro peccatis ipsi edebant. G
Sed quia hoc primum fuit ipso primo die
primitus oblatum, credendum est Aaron sa
cerdotem hoc diuina inspiratione dixisse: vt
& illud circa sacerdotes deinceps seruare-
tur quod præceperat dominus Moysi, & hoc
quod Aaron dixit tanquam diuinitus dictũ
Moyses approbaret. Quid ergo de cæteris
eiusdem diei sacrificijs, id est de ariete & vi-
tulo, quæ diximus etiã ipsa pro peccato ob-
lata debere intelligi? an de vitulo nulla quę-
stio est, quoniam oportebat sic fieri, vt de ei-
us sanguine quemadmodum præceptũ fue-
rat intromitteretur, vnde & tangerentur
cornua altaris incensi, & consequẽs erat vt
totus arderet? Quid ergo de ariete? An
quoniam primum caprũ quæsiuit Moyses,
quod de capro illi responsum est, hoc & de
ariete intelligẽdum est quem ex ordine sue
rat quæsiturus, nisi illud responsum sacer-
dotis ei placuisset? De vitulo autem quid
quæreret, cum ea lege fieri potuerit q̃ de vi
tulo pro peccato vniuersæ synagogæ præce
perat deus, sicut de vitulo pro peccato sacer-
dotis. i. vt totus arderet extra castra. Hæc. n.
sunt verba irascentis Moysi ad filios fratris
sui, cum hircum pro peccato quæsitum non
inuenisset, quia fuerat totus incensus, Qua- H
re non comedistis illud quod fuit pro pecca
to in loco sancto? Quoniam. n. sancta sanc-
torum sunt, hoc vobis dedit edere vt aufe-
ratis peccatum synagogæ, & exoretis pro eo
ad dominum. Non enim illatum est à san-
guine eius in sanctum ante faciem intus.
tis illud in loco sancto quomodo mihi
constituit dominus. Vtique cum dicit, non
enim illatum est à sanguine eius in sanctum
ante faciem intus: proculdubio discernit il-
lud quod ita fit pro peccato sacerdotis, siue
pro peccato vniuersæ synagogæ, non de hir-
co, de quo sanguis quoniam non erat iussus
inferri ad tangenda cornua intus altaris in-
censi, non debuit totus incendi, sed à sa-
cerdotibus manducari. Hoc autem quare
sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit factum, id est vt etiam ipse totus incenderetur, respondit Aaron & placuit Moysi. Sanè quoniam sex pecora præcepta fuerunt senioribus populi vt offerrentur pro populo, quorum prius quatuor commemorauit, hircum & arietem, & vitulum, & agnũ anniculum: quorum manifestum est hircum pro peccato, manifestum est etiam agnum anniculum in holocaustum: duo vero media arietem & vitulum ambigue posita: videamus vtrum ad sacrificium pro peccato pertinerent, vt hirco adiungerentur, an potius agno vt in holocaustum offerrentur: vnde quid nobis videretur, suo loco exposuimus. Postea vero vt sex animalia complerentur, vitulum & arietem commemorauit in sacrificium salutaris: nec tamen in consequentibus cum immolata sunt, & identidé commemorata, fit mentio pecorum ipsorũ arietis & vituli, quæ inter caprum & agnũ posuerat: sed tantum ille vitulus, & ille aries commemorãtur, quos in sacrificium salutaris offerri iusserat, vt iam non sex pecora, sed potius quatuor fuisse credantur. Potest fortasis intelligi quę duo illa, quę prius inter hircum & agnum posuerat, iterum nominauit: & non est alius vitulus & alius aries in sacrificium salutaris: vt cum dixisset hircum pro peccato, & arietem & vitulum, non dicens, idest quid, idest in q̃ rem? agnũ vero anniculum in holocaustum: postea dicere voluerit, quid de vitulo & ariete faciendum esset, i. quia neque pro peccato sicut hircus, neque in holocaustum sicut agnus, sed in sacrificium salutaris iubebantur inferri. Sed si hoc intellexerimus, manebit quæstio, quare pro peccato synagogæ hircus oblatus sit, cum de sacrificijs quæ pro peccatis offerenda essent ab initio dominus loquens, vitulum offerri iusserit pro peccato synagogæ, sicut pro peccato sacerdotis, non caprũ, sed vitulum: de quo vitulo etiam sanguinẽ similiter vt pro peccato sacerdotis ad tangẽda cornua altaris incensi præcepit inferri. Et quæ causa fuerit vt pro peccato Aaron Moyses vitulum offerret, vt ipse Aaron alterum vitulum, sicut pro peccato sacerdotis secundum dei præceptũ offerri oportebat: pro peccato autem populi non vitulus sicut præceptum fuerat, sed hircus potius offerretur? Quod commonere visum est nobis, vt supra diximus, quod non solus hircus pro peccato populi, sed & aries & vitulus offerri iussus est, vt ad ista tria subaudiatur pro peccato: quia & principes erant in populo, pro quibus hircus fuerat offerendus: & singuli quique habere propria peccata potuerunt, pro quibus aries: & vnum aliquod peccatum omnes, pro quo vitulus sicut ab initio præceptum fuerat, pro peccato vniuersæ synagogæ vitulum offerri oportebat. Ideo autem cum immolata sunt, hircus tantummodo nominatur, vt alia etiam tacita intelligerentur, locutione à parte totum, quia omnia fuerant pro peccatis. Cum ageret de 37
mortícinis immundorum animalium. Et Leu.
omne vas fictile, inquit, in quo ceciderit ex L
eis quæcunque sunt intus, immunda erunt: & illud conteratur. i. ipsum vas. Et omnis cibus qui manducatur in quencunque venerit super illum aqua, immundus erit vobis. Non quæcunque aqua intelligenda est quæ superueniret cibo facit eum immundum: sed ex illo vase quod factum est immundum de morticinis immundis, si forte ipsum vas habuit aquam. Instrue filios 38
Israel inter viuificantia quæ non mandu Leu.
cantur, quæ Græcus habet ζωοποιοῦντα, nostri Vulg
quidam viuificantia interpretari maluerũt, rẽ.
quia vtcunque hoc verbum noster vsus recepit, quàm facere nouum infolitum si dici posset viuigignentia. Non.n. quæ viuificãt, id est viuere faciunt, sed quæ viuos fœtus gignunt, idest non ona, sed pullos, dicuntur ζωογονοῦντα. Quid est quod ait de muliere 39
quæ peperit, Omne sanctum non tanget & Leu.
sanctuarium non introibit? Quod sanctuarium vult intelligi, cum legatur in tabernaculum non nisi sacerdotes solere ingredi, & vsque ad velum interius secundum: vltra velum autem ipsum vbi erat arca, non nisi vnum summum sacerdotem? An & ante tabernaculum, vbi erat altare M
sacrificiorum, sanctuarium dici potuit? Nam sæpe appellatur locus sanctus etiam ipsum atrium, cum dicitur, In loco sancto edent ea. Illuc fortasis solebant intrare mulieres, quando offerebant dona sua quæ ponerentur altari. Quid est quod 40
dicit, Si masculum peperit mulier, im- Leu.
munda erit septem dies, secundum dies secessionis purgationis eius immunda erit; & in die octauo circuncidet carnem præputij eius, & triginta tres dies sedebit in sanguine sui mundo. Omne quod sanctum est non continget, & sanctuarium non intrabit. Quæ differentia est inter septem dies illos quibus dicit eam immundam, & tri-

& triginta tres dies quibus in sanguine suo mundo sedebit? Si enim iam immunda non est per triginta tres dies, quare non tangit quod sanctum est? An hoc ad hoc interest, quia in sanguine est, licet mundo: vt hoc dicit, quia cum immunda est, vbicunque etiam sederit immundum facit: cum vero iam in sanguine mundo sedet, tantum quod sanctum est non ei licet tangere, & in sanctuarium intrare. Hoc est enim quod ait, A
secundum dies secessionis purgationis suæ, quod dicit alio loco, immunditiam fœminæ quæ menstruis purgatur septem dierum esse, quando omne super quod sederit immũdum erit. Secessionis autem dicit, quoniam secedebat aliquantum, ne omnia coinquinaret cum perageret illos dies. Hos dies immunditiæ eius si fœminam pareret, lex duplicabat, & quatuordecim fiebant, reliquos autem quibus sedebat in sanguine mundo suo, etiam ipsos duplices iussit seruari, idest sexagintasex, vt omnes essent in partu masculi quadraginta, & fœminæ octoginta. Aliqui autem codices Græci non habent, in sanguine mundo suo, sed in sanguine immundo suo. Et cum impleti fuerint dies purgationis eius super filio aut super filia, offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum columbinum & turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij & sacerdotem, & offeret eum ante dominum, & exorabit pro eo sacerdos & purgabit eam à fonte sanguinis eius. Ista lex eius quæ peperit masculum aut fœminam. Si autem non inuenerit manus eius quod satis est in agnum, & accipiet duos turtures, aut duos pullos columbinos, vnum in holocaustum, & vnum pro peccato, & exorabit pro ea sacerdos & purgabi- B
tur. Recte ergo superius non legendum est, offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum, aut pullum columbinum, aut turturem pro peccato, sicut nonnulli codices habent: sed sicut dictum est, & pullum columbinum & turturem pro peccato, quãdoquidem postea dicit, Si non inuenerit manus eius quod satis est ad agnum, & accipiet duos turtures, vbi &, plus videtur habere. Nam ea coniunctione detracta, integre sequitur, Accipiet duos turtures, aut duos pullos columbinos, vnum scilicet in holocaustum, alterum pro peccato. Sed quo peccato? nunquid peperisse peccatum est? Rom. 5. An hic ostenditur illa propago ex Adam, vnde Apostolus dicit, ex vno in condemnationem: & quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt? Et hic satis apparet quemadmodum dictum sit, Ego in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit. Cur ergo non illud quod natum est purgari dicit scriptura per hoc sacrificium, sed ipsam quæ peperit? An ad ipsam quidem vnde illa origo trahebatur relata purgatio est propter sanguinis fontem? Non poterat tamen fine ipsius fœtus purgatione fieri, qui ex ipso sanguine exortus est. Nam quo p. C
tinet quod superius ait, super filio, aut super filia offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum columbinũ aut turturem pro peccato, si nihil per hoc sacrificium fiebat pro eis qui nascebantur? Quod si quisquam ita distinguere conabitur, vt dicat non esse iungendum super filio aut super filia offerre agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum columbinum pro peccato: sed ita potius legendum. Cum adimpleti fuerint dies purgationis eius super filio aut super filia, idest dies purgationis impleti fuerint super illo aut super illa, filio scilicet vel filia: deinde ab alio sensu sequatur. Offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum columbinũ pro peccato, idest pro peccato suo, cum completi fuerint dies purgationis eius sup filio aut sup filia. Quisquis ergo ista distinguendum putauerit, ex Euangelio conuincetur, vbi cum tale aliquid nato ex virgine domino facerent, magis propter cõsuetúdinem legis, quàm propter necessitatẽ alicuius in eo expiandi purgandiq̃ne peccati, sic legitur, Et cũ inducerent puerum Iesum Lucæ. 2.
parentes eius vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: non dictũ est, pro ma- D
loco præcepta sunt de duobus turturibus, aut de duobus pullis columbinis. Sic.n. baptizari ipse etiã dignatus est baptismo Ioãnis, qui erat baptismus pœnitentiæ in remissionem peccatorũ, quamuis nullũ haberet ille peccatum. Meritò ergo quidam nostri ita Matt. 3.
interpretati sunt etiam istum in Leuitico locum, vt non dicerent super filio aut super filia: sed pro filio aut pro filia. Hanc.n. vim huius præpositionis esse intellexerunt hoc loco, vbi Græcus ait, ἐφ' ὧ ἐκ σπερματος. Sanè aduertẽdum est, quam pauper dns nasci voluerit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

voluerit, vt non pro illo offerretur agnus
& pullus colúbinus aut turtur, sed par tur-
turú aut duo pulli columbini, sicut in Euã-
gelio legitur: quod scriptura Leuitici tunc
41 iussit offerri, si non habuerit manus offe-
Leui.13 rentis quod satis est magnum. Homini si
cui facta fuerit in cute corporis cicatrix si-
gni lucida, & fuerit in cute coloris eius ta-
ctus lepræ: &c. Velut exponẽdo dixerit po-
sterius, vnde quod primú dixerat intellige-
retur, qñ dixerat homini si cui facta fuerit
in cute corporis eius cicatrix signi lucida:
E ne cicatricẽ sic intelligeremus qũo solet es-
se vestigiú sanati vulneris, aperuit hoc se de
colore dicere, eú adiunxit, Et fuerit in cute
coloris eius tactus lepræ. Quicquid ergo il-
lud, coloris vitiú est, quod nomine cicatri-
cis appellat. Quod vero ait, tactus lepræ, nõ
quod tactu color sentiatur, sed ita dicit ta-
ctum lepræ, tanquã ipse homo vel corpus
eius lepra sit tactú, hoc est maculatú atque
vitiatũ: sicut dici solet, tetigit eú vel nõ teti-
git eũ febris. Deniq; ipsam maculã, tactum
vocat, & eã semper isto nomine appellat.
Vnde nõnulli nostri non tactum, sed macu
lã interpretati sunt, quo nomine quidẽ pla-
nius videretur sonare quod legit: sed potuit
& Græcus non dicere ἁφήν id est, tactú, sed
μῶμον, id est, macu'am: vnde ἄμωμον dicit im
maculatum: quanquã non ab illo solo quod
in colore contingit, sed ab omni vitio purũ
solet scriptura ἄμωμον dicere. Vnde non ma-
culam coloris: sed omnis vitij notã vult in-
telligi, quod μῶμον appellat. Posset ergo qđ
Ephe. 5. ad solum colorem attinet σπίλον dicere: quo
verbo vsus est Apostolus vbi ait de ecclesia,
non habentem maculam aut rugam: nec μῶ-
μον aut σπίλο, dixit, sed ἁφήν, id est, tactum:
quod in Græca lingua inusitate dicitur in
coloribus, & tamen hoc septuaginta inter-
F pretes non piguit Græcè dicere. cur ergo
Latinos piguerit? Quod autem dicitur cica-
trix signi: vel ideo dicitur, quòd significet
aliquid: vel ideo potius, quòd ipsum ho-
42 nem signo quodam discernit à cæteris: hoc
Leui.13 est notabilem reddit. Quid est quod ait,
Et videbit sacerdos & inquinabit eum ad
quem veniet vt mundetur? Sed inquina-
bit dictum est, idest inquinatum pronuncia
43 bit, si hæc in eo viderit quæ scriptura dicit
I.eui.13 de macula lepræ. Si autem lucidus albus
erit in cute color eius, & humilis non fue-
rit aspectus eius à cute. Lucidus albus sub-
auditur tactus, idest illa macula coloris,
non pilus. Quod postea dicit, Si autem cõ-
uersa mutata fuerit significatio in cute: hãc
dicit significationem quod superius signum
in Latino legitur. Nam Græcus & supra
& hic vno eodemque verbo vsus est σημεῖον 44
εἶον dicens. Et segregabit illum sacerdos Leui.
septem diebus secundo, & videbit illum sa-
cerdos die septimo secundo: & obscurus ta-
ctus non est conuersus in cute: & purgabit
eum sacerdos, signum enim est: hoc est, pur 45
gatum eum pronunciabit. Non enim est le Leui.
pra, sed signum. Si autem conuersa mu-
tata fuerit significatio in cute posteaquam G
vidit illum sacerdos vt purget: & visus fue-
rit denuo sacerdoti & viderit eũ sacerdos,
& ecce commutata fuerit significatio in cu-
te coinquinabit eum sacerdos, lepra enim
est. Etiam hic inquinabit dixit, inquinatum
pronunciabit: aut amplius habent ex more
locutionis scripturæ. Hoc itaque videtur ad-
monuisse, vt cum visus fuerit solus color al-
bus & lucidus, discolor sano colori, adhuc
probetur à sacerdote: vt si viderit etiam pi-
lum mutatum in album colorem, & humi-
liorem factum cutis locum in quo est albus
color, tunc pronunciet lepram, ideſt inqui-
net hominem pronunciando leprosum? Si
autem, inquit, lucidus albus fuerit in cute
color eius, ideſt lucidus albus fuerit ille ta-
ctus, quo nomine eandem maculam appel-
lat: & humilis non fuerit aspectus eius à
cute, & pilus non fuerit conuersus in albũ,
ipse autem est obscurus, ideſt ipse pilus, qã
non est albus: segregabit sacerdos tactum
septem dies, & videbit sacerdos tactum die
septimo, ideſt illam maculam. & ecce ta-
ctus manet ante eum. Non commutatus
est tactus in cute, ideſt nõ est discolor & dis
similis inuentus à cute. Ergo sanatum est
quod vitiosum erat. Sed adhuc iubet proba- H
ri eandem sanitatem per alios septem dies,
atque ideo sequitur & dicit, Et segregabit
illum sacerdos septem dies secundo, ideſt se-
ptem alios dies: & videbit illum sacerdos
die septimo secundo, & ecce obscurus ta-
ctus, ideſt quia non albus & lucidus, ac
per hoc concolor sano colori, non est muta-
tus tactus in cute, sicut & pauloante dixit:
hoc est, non est dissimilis à cætera cute: &
purgabit eum sacerdos, ideſt purgatum pro
nunciabit à suspitione lepræ: non quoniam
habuerit lepram quam iam non habet,
sed quoniam habuerit lepram quam iam
non habet, sed quoniam lepra non fuit
quod

quod in illo lucido, & albo colore tactus. i.
maculę illius apparuerat: cum expectaretur
vtrum humilior fieret locus, & pilus illic in
album conuerteretur non contigit, sed po-
tius ille tactus qui fuit ante lucidus, & al-
bus obscurus inuentus est, id est similis cæ-
tero colori, non lucidus. Non erat ergo le-
pra, signum est enim non lepra quod sic ap-
paruerit. Tamen etiam propter hoc purga-
tus à suspitione lepræ, lauabit vestimenta
sua, quia & in illo signo aliquid fuit propter
quod lauanda fuerant vestimenta, & mun-
46 dus erit. Deinde sequitur. Si autem con-
Leu.13. uersa mutata fuerit significatio in cute, po-
I stea quàm vidit illum sacerdos, ut purgaret
illum, id est posteaquam vidit eum sacerdos
septimo die prius sanum, ut purgaret illum,
mutata est illa significatio. i. illud signum in
cute: & visus fuerit secundo sacerdoti. i. post
alios septem dies: & viderit eum sacerdos, et
ecce commutata est significatio in cute. i. nõ
stetit in illa sanitate in qua eũ viderat post
primos septem dies: & inquinabit illũ sa-
cerdos, lepra est enim. Iam hic quoniã illud
quod visum fuerat post primos septem dies
sanum non stetit in suo, sed mutatum est in
pristinum vitium, lepra pronunciatur: ita
vt non hic expectetur, vel locus humilior,
vel pilus in album conuersus. Cum enim
lepra nõ sit notabilis, atque vitiosa, nisi va-
rietas. hoc ipsum de vitioso colore redire
ad sanum, & de sano redire ad vitiosum, ita
notabile est, vt non ibi fuerit expectandum,
quod in primo expectari præceperat, de hu
47 miliori loco, & pili candore: sed iam etiam
Deinde sequitur, Et tactus lepræ si fue-
Leu.13. rit in homine, veniet ad sacerdotem, & vide-
bit sacerdos, & ecce cicatrix alba in cute: &
hæc mutauit capillum album, & a sano car-
K nis viuę in cicatrice. Hinc si subtrahamus,
&, more enim locutionis scripturarum po-
sitũ est, iste erit sensus, Et videbit sacerdos,
& ecce cicatrix alba in cute, & hæc mutauit
capillum album a sano carnis viuæ in cica-
trice. Ordo est, mutauit capillum album in
cicatrice a sano carnis viuę. i. cum caro viua
& sana habebat capillum obscurum, vel ni-
grũ, hæc cicatrix albũ habet: Lepra vetera-
scens est in cute coloris eius: & inquinabit
eum sacerdos. i. inquinatum pronunciabit.
Non segregabit eum, quia immundus est:
hoc videtur dicere, quia vbi inuentus fuerit
pilus in albũ mutatus concolor albo vitio
cutis, iam non segregatur, vt probetur, nec
expectatur vtrũ etiam humilior fiat locus:
sed ex hoc tantũ, qp alba est cutis discolor a
cætera, & albũ habet pilũ discolorem cete-
ris qui sunt in carne viua & sana, lepra vete
rascens pronũciatur: ideo veterascens, quia
iam non est probanda illis bis septem die-
bus. Si aũt restitutus fuerit color sanus, &
conuersus fuerit albus, qñ dixerat totũ al-
bum factũ per totam cutem, eoipso iam mũ
dum esse, quia varietas ibi iam nõ esset. De-
inde ait, Et quacunq; die visus fuerit in eo
color, visus inquinabitur: vbi satis ostendit
varietatem improbari. Ac per hoc quod mo L
do dixit, Si autem restitutus fuerit color sa-
nus & conuersus fuerit albus, veniet ad sa-
cerdotem: & videbit sacerdos, & ecce conuer
sus tactus in album: & purgabit sacerdos
tactum, mundus est. Restitutum colorem
sanum, non debemus accipere, vt color sa-
nus esset, etenim ipse erat per quem tamen
fiebat immundus propter varietatem. Resti
tutum ergo dixit colorem sanum, vt illud
esset quod fuerat, ideſt albus sano pereunte.
Tunc enim rursus mundus erit, cum totus
albus fuerit, quia nulla ibi varietas erit. Sed
restitutum pro pereunte accipere, nimis
inusitata locutio est. Magis enim videtur
dicere debuisse, si autem restitutus fuerit co-
lor albus. Nunc vero ait, restitutus sanus &
conuersus fuerit albus, tanquam diceret, sa-
nus color, si restitutus fuerit in album.

Quid est quòd cum de lepra capitis lo- 48
queretur, eam etiam quassationem appella- Leu.13.
uit, cum in solo colore fiat, vel cutis, vel ca-
pillorum, & quòd humilior aspectus eius a
cætera cute appareat, sine dolore tamen &
sine vlla vexatione? An hoc quod immun
dum est per quassationem voluit appellare
plagam, velut hac immunditia homo per-
cussus sit? Quid sibi vult, quòd cum di- 49
ceret de lepra vestimentorum aliarumque Leu.13.
rerum ad vsus hominum pertinentium, ait, M
Aut in vestimento laneo, aut in vestimen-
to stuppeo, aut stamine, aut in lana, aut in
lineis, aut in laneis, cũ iam supra dixisset in
vestimento laneo, aut vestimento stuppeo?
Nam stuppeũ est vtiq; lineũ. An illic ve-
stimenta intelligi voluit, hic autem quodli-
bet laneũ, & quodlibet lineũ? Non. n. vestimi-
menta sunt stramina iumentorũ cũ sint la-
nea, aut vestimenta sunt retia cũ sint linea.
Prius ergo spãliter de vestimẽtis, deinde ge
neraliter de omnibus rebus laneis, & lineis

Universidad de Deusto
Biblioteca

58 dicere voluit. Quęritur quid dixerit, In
Leu.13. omni operaria pelle: quod nonnulli interpretati sunt, in omni confecta pelle. Sed nō ait Græcus ἐργασμένῳ δέρματι: ait autem ἐργασίμῳ. Quod verbum etiam in regnorū libro positum est, vbi Ionatha loquitur ad Dauid, Esto in agro in die operaria. i. in die qua fit opus. Ac per hoc etiam hic pellem operariam, in qua fit opus debemus accipere. i. alicui operi accommodatam. Sunt. u. pelles, quæ tantummodo ad ornamentū habentur, non ad opus. Quid est quod ait,
51 In omni vase operario pellis: nisi quod est
Leu.14. ex pelle factum, hoc est in omni vase pelli-
A ceo? Hoc autem isto loco vas dicit, quod Græci appellant σκεῦος, hoc. n. nomen generale est omnium vtensilium. Aliud est aūt quod appellatur ἄγγος, nam & hoc Latina lingua vas dicitur: sed ἄγγος illud magis in
52 telligitur vas quod liquorem capit. Quid
Leu.15. est quod ait, Et quicunq; tetigerit qui fluorē seminis patitur, & manus suas non lauit aqua, lauabit vestimenta, & lauabit corpus suū aqua, & īmundus erit vsq; in vesperā? Ambigue quippe positū est qđ ait, manus suas nō lauit aqua, velut posteaquā tetigerit. Sed intelligendū est, quicunq; nō lotis manibus tetigerit, ipse quē tetigerit lauabit
53 vestimenta: & cætera. Quid est quod cū
Leu.16. ꝓciperet qūo intrare deberet sacerdos summus in sanctū, quod est intra velum, ait inter cætera, Et exorabit pro sanctis ab īmunditijs filiorū Israel, & ab iniustitijs eorū, & de omnibus peccatis eorū? Qūo ergo pro sanctis si ab immunditijs filiorum Israel & ab iniustitijs eorū de omnibus peccatis eorum? An quia nō ait, pro īmunditijs filiorū Israel, sed ab immunditijs, hoc intelligendū est, exorabit pro sanctis ab immunditijs fi-
B liorū Israel. i. ꝓ eis qui sancti sunt ab īmunditijs filiorum Israel: non consentientes immunditijs eorū: non quia pro ipsis tm̄ exorandum erat, sed quia etiā pro ipsis, ne quisquam putaret ita fuisse sanctos, vt nihil eēt vnde pro eis exoraretur, quanuis esse. ab immunditijs filiorum Israel, & ab iniustitijs eorum alieni? De omnibus peccatis eorum. i. quæ iniustitiæ veniebāt de omnibus peccatis eorum. Potest & iste esse sensus, Exorabit pro sanctis ab immunditijs filiorum Israel. i. vt hoc pro illis exorari intelligatur, vt ab immunditijs filiorum Israel tuti essent. Sed exorabit, non potest accipi, nisi quod alio verbo dicitur, propitiabit. Vnde & propitiatorium vocatur, quod alij exoratorium interpretati sunt: Græce autem dicitur ἱλαστήριον. Et quod hoc loco Latinus ait, exorabit pro sanctis, Græcus habet ἐξιλάσεται, quod non intelligitur nisi pro peccatis. Vnde scriptum est in Psalmo, Qui ꝓpicius fit omnibus iniquitatibus tuis. Hic ergo aptior sensus est, vt intelligatur sacerdos etiā pro his propiciare dm̄ qui sancti sunt ab immunditijs filiorum Israel, & quia licet ita sancti sint, vt immunditijs filiorum Israel, & iniustitijs non consentiant, habēt aliquid propter quod eis necessaria sit propiciatio dei. Sanè in quodam Græco inueni C
mus, & exorabit sanctū: non pro sanctis: & illud quidem sanctum genere neutro, id est τὸ ἅγιον. Nam posset intelligi, exorabit sanctum deum, & nulla eēt qō. Qūo aūt posset intelligi, exorabit hoc sanctum difficile est dicere: nisi forte illud sanctum quicquid est qđ deus est, quia & spiritus sanctus qui vtique deus est, neutro genere Græce dicitur τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. Et forte hoc est, si tū ille codex verior ē, qui emēdatior videbat, ἐξιλάσεται τὸ ἅγιον, hoc est, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, quod Latine genere neutro dici non pōt: quāuis & in tribus alijs codicibus vno Greco, & duobus Latinis non inuenimus nisi quod supra diximus, exorabit pro sanctis. Quod pōt & sic accipi, vt nō ꝓ sanctis hominibus, sed ꝓ his, quæ sancta sunt intelligatur. i. tabernaculo ipso, & quæcūq; in eis essent sanctificata dm̄: vt hoc sit, exorabit pro sanctis ab immunditijs filiorum Israel, propiciabit deum pro ijs, quæ sanctificata sunt dm̄ ab immūditijs filiorū Israel, qa in medio eorum erat tabernaculum. Sic enim sequitur, Nam cum dixisset, exorabit pro san D
ctis, & ab immunditijs filiorum Israel, & ab iniustitijs eorū de oībus peccatis eorū: continuo subiecit, Et ita faciet tabernaculo testimonij, quod creatū est in eis in medio immunditiæ eorum. vt adhuc necessaria videatur illa propiciatio pro sanctis. i. pro tabernaculo & omnibus, quę in eo sancta dicuntur. Nam & paulopost hoc dicit de altari, ꝙ aspersione sanguinis mūdaret illud sacerdos, & sanctificaret ab īmūditijs filiorū Israel. Et ꝓficiet exorās sctm̄, Vtrū, perficiet sanctum: an, exorans sanctum, secun- 54
dū id quod supra diximus? Nam & hic neu Leu.
tro genere Græce dictum est τὸ ἅγιον. Vtrū ergo exorans dm̄ perficiet sanctū. i. pfecte sanctificat, quod sanctificat: an perficiet, quod

55 quod ait exorans sanctum. i. illud sanctum
Leu.16. quod τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον dictum est? De duobus hircis, vno immolando, & alio in deserto dimittendo, quem ἀποπομπαῖον vocant, solet esse disceptatio: & à quibusdam ille immolandus in bono accipitur, ille aūt dimittendus in malo. Non tamen iste sensus ideo confirmandus est, quia homo in cuius manu in eremum hircus dimittitur,
E cum rediret lauare iussus est vestimenta sua & corpus suum aqua, & sic ingredi in castra: tanquam & hoc sit indiciū cur in malo sit ille hircus accipiendus, à cuius contagione homo abluēdus est. Sic. n. dicit abluēdum, & eum qui alterius hirci quo in loco acceperit carnes extra castra combusserit: quia ita de illo & de vitulo fieri iubet, de quorum immolatorum sanguine fit aspersio, & sunt pro peccatis: ac per hoc non negligenter istorum duorum hircorum distinctio in Allegorica significatione tractanda est. Itē cum constituisset diem decimumseptimum mensis sabbato sabbatorū, quo fieret supra dicta purgatio à sacerdote illo vno qui patri succedit, loquens de eodem sacerdote ait, Exorabit sanctum sancti. Quod iā nescio utrum aliter accipiendum sit, q̄ exorabit in sancto sancti, quodam genere locutionis, in illo. s. sancto quò solus ipse summus sacerdos intrabat, quod est intra velum ubi arca erat testimonij & altare incensi. Non. n. eundē locum tanquam deum exorabit, sed quia ibi exorabit deum, ita positum est, Exorabit sanctum sancti. Nam & hoc genere neutro in Græco positum est τὸ ἅγιον τῶν ἁγίων, An forte spiritum sanctū sancti
F Dei hoc est, τὸ ἅγιον πνεῦμα τῶν ἁγίων βοῦ; An potius exorabit dictum est exorādo purgabit? Nam sic verba contexit, Et exorabit spiritum sancti & tabernaculū testimoniorum, & altare exorabit, & pro sacerdotibus & pro omni synagoga exorabit. Qūo ergo exorabit tabernaculum & altare, nisi ut dictum est intelligamus exorando purgabit?
56 Illud quod dicit, Quicunq; occiderit vi
Leu.17. tulum, aut ouem, aut capram in castris: & quicunque occiderit extra castra & ad ostium tabernaculi testimonij non attulerit: & in hoc constituit peccatum, & comminatur scienti: non de ijs dicit quæ occiduntur ad vsum vescendi, vel si quid aliud, sed de sacrificijs. Prohibuit enim priuata sacrificia, ne sibi quisque quodammodo sacerdos esse audeat, sed illuc afferat vbi per sacerdotem offerantur Deo. Ista enim nec vanis sacrificabant. Nam & hoc in ea consuetudine caueundum præmonuit. Cum ergo non liceret offerri sacrificia nisi in tabernaculo, cui templum postea successit: vnde & rex Israel Hieroboam uaccas facere ausus est quibus 3. Reg.
populus sacrificaret, ne huius legis necessita 13.
te seducerentur ab eo qui sub regno eius erāt, dum pergerent Hierusalem ut in tēplo Dei offerrent sacrificia sua, in quo facto à G
domino condemnatus est: merito quæritur, quomodo licite sacrificauerit Helias extra templum Dei, quando & ignem de cœlo im 3. Reg.
petrauit, & Prophetas dæmoniorum conui 18.
cit. Quod mihi non videtur alia ratione defendi, quàm illa qua defenditur & Abrahæ Ge. 22.
factum, ꝙ filium Deo iussus voluit immolare. Cum. n. iubet ille, qui legem cōstituit, aliquid fieri quod in lege prohibuit, iussio illa pro lege habetur, qm̄ author est legis. Non. n. deesse possent miracula alia præter sacrificium quibus superarentur & conuinceren tur Prophetę lucorū: sed spiritus Dei qui fuerat in Helia, quicquid de hac re fecit cōtra legē esse non potest, quia dator est legis.
Quid est quod prohibens edendum sangui 57
nem dicit, Anima omnis carnis, sanguis eius Leu.17.
est. Quē totū locum sic explicat, Homo filiorum Israel aut de proselytis qui appositi sunt in vobis, quicunq; ederit omnem sanguinem, & statuam faciem meam super animā quæ manducat sanguinem, & perdam illam de populo suo. Anima. n. omnis carnis, sanguis eius est. Et ego dedi illud vobis exorari pro animabus vestris: sanguis. n. eius ꝓ anima exorabit. Propterea dixi filijs Israel, Omnis anima ex uobis nō edet sanguinē, & H
proselytus q appositus est in vobis, nō edet sanguinē. Nunquidnā si animā pecoris sanguinem dicimus, et anima hominis sanguis putanda est? Absit. Qūo ergo ait, nō anima omnis caruis pecoris sanguis eius est, sed anima, inquit, omnis carnis sanguis eius est? In omni utiq; carne, etiam hominis caro de
[illegible]tur. An quia & tale aliquid est in sanguine, quia per ipsum maxime in hac carne viuitur, qui in omnib. venis & corporis iunctura diffunditur, ipsam vitā corporis uocauit animā, non vitā quæ migrat ex corpore, sed quæ morte finitur? Qua locutione dicimus istā vitā temporalem esse nō æternā, mortalem nō immortalem: cum sit immortalis animæ natura, quæ allata est ab angelis in sinu abrahæ, & cui dicitur, Hodie me- Luc. 16
cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.23. cum eris in paradiſo, & quæ in tormentis ardebat inferni. Secũdum iſtam ergo ſignificationem, qua perhibetur anima, etiã hæc
Acto.20 tẽporalis vita, dixit Apoſtolus Paulus, Nõ enim facio animam meam prẽcioſiorem q̃me: vbi ſe oſtendere voluit & mori paratũ pro Euangelio. Nam ſecũdum ſignificationem qua anima dicitur illa quæ migrat ex
I corpore, magis eam precioſam faciebat cui tantum meritũ conquirebat. Sunt & aliæ huiuſmodi locutiones. Vita itaq; iſta temporalis maxime ſanguine cõtinetur in corpore. Sed quid eſt quod ait, Dedi vobis eũ ad altare dei, vt exoret pro anima veſtra: tanquam anima pro anima exoret? Nũquid ſanguis pro ſanguine, quaſi de noſtro ſanguine ſoliciti ſimus, cum pro anima noſtra volumus exorari? Abſurdum eſt hoc, Sed multo eſt abſurdius vt ſanguis pecoris exoret pro anima hominis quæ mori non poteſt: cum manifeſte ſcriptura teſtetur in epi-
Heb.10 ſtola ad Hebræos, illum ſanguinẽ victimarum nihil profuiſſe ad exorandum deũ pro peccatis hominũ, ſed ſignificaſſe aliquid q̃d prodeſſet: Impoſsibile eſt enim, inquit, ſanguinem hircorum & taurorũ auferre peccata. Reſtat itaq; vt q̃m pro anima noſtra exorat mediator ille qui omnibus illis ſacrificijs quæ pro peccatis offerebantur præfigurabatur, illud appelletur anima quod ſi-
Aug.lib. locutio- de geneſi. gnificat animã. Solet aũt res quæ ſignificat eius rei nomine quã ſignificat nuncupari, ſicut ſcriptum eſt, Septem ſpicæ, ſeptem anni ſunt: Non enim dixit ſeptem annos ſignificant. Et ſeptẽ boues ſeptem anni ſunt: &
Gen. 41. K multa huiuſmodi. Hinc eſt quod dictũ eſt
1.Co.10 Petra erat Chriſtus. Non.n.dixit, petra ſignificat Chriſtum, ſed tanquã hoc eſſet, q̃d vtiq; per ſubſtantiã non hoc erat, ſed per ſignificationem. Sic & ſanguis quoniã propter vitalẽ quandã corpulentiam animã ſignificat, in ſacramẽtis anima dictus eſt. Verum ſi quiſquam putat animã pecoris eſſe ſanguinem, non eſt in iſta quæſtione laborandũ. Tantũ ne anima hominis quæ carnem humanam viuificat & eſt rationalis, ſanguis putetur, valde cauendum eſt, & hic error modis omnibus refutandus. Quærendi etiã locutiones per id q̃d continet id quod continetur, vt quoniam anima ſanguine tenetur in corpore, nam ſi fuerit effuſus abſcedit p ipſum aptius ſignificata ſit anima, & eius nomẽ ſanguis acceperit. Sicut Eccleſia dicitur locus quo Eccleſia cõgregatur, Nã Eccleſia homines ſunt, de quibus dicitur, Vt exhiberet ſibi gloriosã Eccleſiã, Hãc tũ vocari ẽt ipſam domũ orationũ, idẽ Apoſto- Ephe.5 r.Co.3
lus teſtis eſt, vbi ait, Nũquid domos nõ habetis ad mãducãdũ & bibendũ? an Eccleſiã dei cõtenniti? Et hoc quotidianus loquendi vſus obtinuit, vt ad Eccleſiã ꝓdire, aut ad Eccleſiã cõfugere non dicatur, niſi qui ad locũ ipſum parietesq; prodierit vel confuge- L
rit, quibus Eccleſię congregatio continetur. Eccleſia
Scriptum eſt etiã, Et effundit ſanguinẽ qui ſtici. 3
fraudat mercedem mercenarij. Mercedem ſanguinem dixit, quoniã in ea ſuſtentatur vita, quæ nomine ſanguinis appellatur. Sed
cum dũs dicat, Niſi manducaueritis carnẽ Ioan.6
meam & biberitis meum ſanguinem, non habebitis vitam in vobis: quid ſibi vult q̃ à ſanguine ſacrificiorum, quæ pro peccatis offerebant tantopere populus prohibetur, ſi illis ſacrificijs vnum hoc ſacrificiũ ſignificabatur in quo uera ſit remiſsio peccatorum: à cuius tũ ſacrificij ſanguine in alimẽtũ ſumendo, non ſolum nemo prohibetur, ſed ad bibendum potius omnes exhortantur qui volunt habere vitam? Quærendum igitur quid ſignificet q̃ homo prohibetur in lege ſanguinem mãducare, eumq; deo fundere iubetur. Nam de animæ naturã, cur per ſanguinem ſignificata ſit, quantum in præſentia ſatis viſum eſt, diximus. Turpitudinẽ
patris tui, & turpitudinem matris tuæ non 58
reuelabis, turpitudo.n.eorum eſt. Prohibet Leui.18
cũ matre concumbere, ibi eſt.n. turpitudo patris & matris. Nã poſtea prohibet & nouercæ, vbi dicit, Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis, turpitudo.n.patris tui eſt: vbi expoſuit quõ in matre vtriuſq; ſit M
turpitudo.i.patris & matris, in nouerca aũtẽ tãtũ patris. Turpitudinẽ ſororis tuæ 59
ex patre tuo, aut ex matre tua quæ domi eſt Leui.18
nata, vel quæ foris nata eſt, non reuelabis, turpitudo.n.earum eſt. Quæ domi nata eſt, intelligitur ex patre: quæ foris nata eſt, intelligitur ex matre, ſi forte de priori viro eam
mater ſuſceperat, & cũ illa in domum venerat qui patri eius nupſit. Quoniã monet ſcriptura, ne reuelet turpitudinem ſororis ſuæ, hic videtur non ꝓhibuiſſe, & quaſi ꝓtermiſiſſe concubi ũ. um ſorore de vtraq; parẽte nata. Non enim dixit, turpitudinẽ non reuelabis ſororis tuæ ex patre & matre, ſed ex patre, aut ex matre. Verum quis non videat etiam illud eſſe prohibitum multo maxime. Si enim non licet ſororis turpitudinem

tndinem reuelare ex quolibet parente natæ, quanto magis ex vtroque? Quid eſt aũt q̃ interpoſita prohibitione concubitus, ẽt cum ſuis neptibus, ſiue de filio, ſiue de filia, ſequitur, & dicit, Turpitudinem filiæ vxoris patris tui non reuelabis? Si enim
A hucuſque dixiſſet, intelligeremus etiam cũ filia nouercæ prohibitum furſſe concubitũ, quã ex priore viro nouerca peperiſſet: nec huius qui prohibetur ſoror eſſet, uel ex patre, vel ex matre. Cum vero addidit, quæ ex eodẽ patre ſoror tua eſt, nõ reuelabis turpitudinem eius, manifeſtat de ſorore factã eẽ iſtam prohibitionem, cũ fuerit ex patre, & ex nouerca, de qua iã ſuperius dixerat. An ideo iterum hoc apertius voluit prohibere,
60 quia ſuperius obſcurum fuit, Sæpe.n.hoc fa
Leu.18. cit ſcriptura. Turpitudinẽ fratris tui nõ reuelabis, & ad vxorem eius non introibis. Expoſuit quid dixerit turpitudinem fratris patris tui.i.patrui tui non reuelabis: hoc eſt enim ad vxorem eius non introibis. In vxore quippe patrui, voluit intelligi turpitudinem patrui ſicut in vxore patris, turpitudi-
61 nẽ patris. Turpitudinẽ vxoris fratris tui
Leu.18. non reuelabis, turpitudo.n.fratris pris tui eſt. Quæritur vtrũ hoc viuo fratre, an mortuo ſit prohibitũ: & nõ parua q̃ſtio. Si.n. dixerimus de viui fratris vxore locutã ſcripturã, vno generali præcepto, quo prohibetur
Exo.20. hõ ad vxorẽ accedere alienã, ẽt hoc vtiq; cõtinetur. Quid eſt ergo q̃ tam diligenter
B has perſonas, quas appellat domeſticas, proprijs prohibitionibus diſtinguit a cæteris? Num.n. & quod prohibet de vxore patris, hoc eſt, de nouerca, viuo patre accipiendũ eſſet, & non potius mortuo? Nam viuo patre quis nõ videat multo maxime prohibitũ, ſi cuiuslibet hominis vxor aliena prohibita eſt maculari adulterio? De his pſonis ergo vt loqui, quæ poſſent non habentes vxores in matrimoniũ conuenire, niſi lege prohiberentur, ſicut fertur eſſe cõſuetudo Perſarum. Sed rurſus, ſi fratre mortuo intelleximus prohibitũ eſſe ducere fratris vxorem, occurrit illud quod excitandi ſeminis cauſa, ſi ille ſine filijs defunctus eſſet, iubet ſcriptura eſſe faciendum: ac per hoc collata iſta prohibitiooe cum illa iuſſione, ne inuicem aduerſentur intelligẽda eſt exceptio, id eſt non licere cuiquam defuncti fratris ducere vxorem, ſi defunctus poſteros dereliquit: aut etiam illud eſſe prohibitũ, ne liceret ducere fris vxorẽ, etiã ſi a fratre viuo p repudium receſsiſſet. Tunc.n. ſicut dũs di- Mat.19.
cit, ad duritiam Iudæorũ Moyſes permiſerat dari libellũ repudij, & per hanc dimiſſionẽ potuit putari, q̃ licite quiſquam ſibi vxorẽ copularet fratris, vbi adulteriũ non timeret, q̃m repudio diſceſsiſſet. Turpitu C
dinem mulieris, & filiæ eius non reuelabis, 62
id eſt ne putet quiſquã licere ſibi ducere fi- Leu.18.
liam vxoris ſuæ. Simul.n. mulieris, & filiæ eius non licet reuelare turpitudinẽ, id eſt, ambabus miſceri, & matri, & filię. Filiam 63
filij eius, & filiã filiæ eius non accipies. Etiã Leu.18
neptẽ vxoris de filio, vel de filia duci prohibuit. Super vxorẽ ſororẽ eius non accipies in zelũ. Hic non prohibuit ſuperducere q̃d licebat antiquis ꝓp abundantiam propagationis: ſed ſororem ſorori noluit ſuperduci, quod videtur feciſſe Iacob: ſiue quia nondũ Ge. 30.
fuerat lege prohibitum: ſiue quia ſuppoſitã alterius fraude deceptus eſt, & illa magis de placito veniebat quã poſterius accepit, ſed iniuſtum erat priorẽ dimitti, ne faceret eã mœchari. Hoc aũt quod ait in zelum, vtrũ ideo poſitũ eſt, ne ſit zelus inter ſorores, qui inter illas, quæ ſorores non eſſent contemnendus fuit: an ideo potius ne ꝓp hoc fiat, i. ne hoc animo fiat, vt in zelum ſororis ſoror ſuperducatur? Et ad mulierem in ſe- 64
gregatione immunditiæ eius non accedes Leu.18.
reuelare turpitudinem eius.i. ad menſtruatam mulierem non accedes: Segregabatur enim ſecundum legem, propter immunditiam. Hoc cum ſuperius ſatis ſufficienter D
prohibuiſſet, quid ſibi vult, q̃ etiam hic hoc eiſdem præceptis voluit adiungere? An forte ne in ſuperioribus quod dictum eſt, figurate accipiendum putaretur, etiam hic poſitum eſt, vbi talia prohibita ſunt, quæ etiam tempore noui teſtamenti, remota vmbrarum veterum obſeruatione, ſine dubio cuſtodienda ſunt? Quod videtur etiam per prophetam Ezechielem ſignificaſſe, qui inter illa peccata, quæ non figurate, ſed manifeſtæ iniquitatis ſunt, etiam hoc commemo
ad mulierem menſtruatam ſi quis accedat, & inter iuſtitiæ merita ſi non accedat. Qua in re non natura damnatur, ſed concipiendę prolis noxium prohibetur. Et ad 65
vxorem proximi tui non dabis concubitum Leu.18
ſeminis tui inquinari ad eam. Ecce vbi rurſus prohibet adulteriũ, quod cũ aliena vxore committitur, quod etiã in decalogo pro- Exo.20
hibetur. Vnde apparet illa ita prohibita, vt etiam mortuis viris ſuis non ducant vxo-

res quarum prohibet turpitudinẽ reuelare.

66 Et a semine tuo non dabis seruire princi
Leu.18. pi. Hic nõ video quid intelligat, nisi princi
pi qui pro deo colitur. Non.n.ait δουλεύῃ,
E sed λατρεύῃ in Græco, quod Latinus nõ so-
let interpretari, nisi vt dicat seruire. Plu-
rimum aũt distat. Nam seruire hominibus
quo serui seruiunt, quod non est λατρεύῃ,
1.15.1 sed δουλεύειν, scriptura non prohibet: seruir
re autem secundum id quod est λατρεύειν,
non iubetur hominibus nisi vni vero deo,
Deut.6. sicut scriptum est. Dñm Deum tuum ado-
rabis, & illi soli seruies. Non solum autem
hoc verbo quod ait λατρεύειν, satis signifi-
cat quem principem dicat. i. cui cultus tan-
quam deo exhibeatur, verumetiã eo, quod
adiungit, Et non prophanabis nomen san-
ctum: siue dei, cui populo datur illo modo
seruire principi: siue nomen sanctum ipsius
populi Israel, propter quod dicitur, Sancti
estote qm ego sanctus sum. Opportunissi-
me etiam hic adiungit, Ego dominus: hoc
67 vtiq; admonẽs, quia illi soli debetur λατρεία,
Leu.18. id est, seruitus, qua seruitur Deo. Quod
dicit, Et exhorrebit terra eos qui insident su
per eam, propter mala facta eorum, quæ su-
perius commemorauit: non ideo dictũ pu-
tandum est, quòd habeat terra sensum quo
ista sentiat & exhorreat, sed nomine terræ
homines significat, qui sunt super terram.
Proinde cum hæc mala faciunt homines, in
quinant terram, quia inquinãtur hoĩes qui
hæc imitantur: & exhorret terra, quia exhor
F rent homines, qui nec faciunt nec imitãtur.
68 Non furtum facietis, neque mentiemini,
Leu.19. neque calumniam faciet vnusquisque pro-
ximo suo. Illud de furto positum est decalo
Exo. 20 go. Quòd autem dicit, Neq; mentiemini,
neque calumniam faciet vnusquisque proxi
mo: mirum si non eo præcepto continetur,
quod ibi positum est, Neq; falsum testimo-
nium dices aduersus proximum tuum: qm
neque calumnia sine mendacio fieri potest,
quod falsi testimonij generalitate concludi-
tur. Sed vtrum hæc aliqua cõpensatione di-
mittenda sint, magna quæstio est: sicut ne
mendacio penẽ omnibus v[illegible]tur, q vbi ne-
mo lædit, pro salute mentiendũ est. Vtrũ
ergo ita & de furto: an furtum fieri potest,
vbi nullus lædit? Quinimo fieri potest
etiam qñ ei cui fit consulitur, tanquã si quis-
quam hominum volenti se occidere, gladiũ
furetur. Nam calumnia nescio vtrũ cuiquã
ad eius vtilitatem fieri possit: nisi forte, qd
ad maius gaudiũ fiebat, quo postea fruerentur, quod Ioseph de cypho calumniabatur fratribus suis, quibus etiam explorationis falsum crimen intenderat. Quãquam si definitionibus ita determinare tentemus, fortasse furtum non est, nisi qñ alieno occulte ablato proximus lædit̃: & calumnia non est, nisi qñ falsi criminis obiectione proximus lædit̃: mendacium autem non possumus dicere tunc tantummodo esse, qñ proximus lædit̃: cum.n. falsum ab sciente dr, proculdubio mendacium est: siue illo quisquam, siue nemo lædatur. Proinde magna quæstio de mendacio, vtrum possit aliquando iustum esse mendacium, facilè solueretur fortasse, si sola præcepta intueremur, non exempla. Nam quid isto præcepto absolutius, Non mentiemini? Sic.n. dictum est, qũo, Non facies tibi idolum: quod factũ nõ potest aliquando iustum esse: & qũo dictũ est, Non mœchaberis. Quis aũt dicat aliqñ mœchiam iustam esse posse? Et, Non furaberis: secũdum definitionem illam furti, iustum esse furtum nunquam potest. Et, Non occides. Qm cum homo iuste occiditur, lex eum occidit, non tu: nunquid ita dici potest cum homo iuste mentitur, lex mẽtitur? Sed exempla faciunt difficillimam qõnẽ. Mentitæ sunt obstetrices Aegyptiæ, & bona illis Deus retribuit. Mentita est Raab pro exploratoribus terræ, & ideo liberata est. An ex quo dictum est in lege. Non mentiemini: ex illo intelligendum est, nec in tali causa licere mendacium, in quali causa legitur Raab esse mentita? Sed magis credibile est, quia iniustum erat mendacium, ideo prohibitum: non quia prohibitum, ideo factum iniustum. Fortasis ergo, sicut de obstetricibus diximus, non hoc in eis remuneratum, quòd mentirẽ sunt, sed quòd infantes Hebræos liberauerunt, vt pp hanc misericordiã illud peccatũ veniale sit factũ, non tamẽ existimetur non fuisse peccatũ, Sic etiam de Raab intelligendum est, remuneratam in illa liberatione exploratorum, vt pp eãdem liberationem venia sit data mendacio. Vbi aũt venia datur, manifestum est esse peccatũ. Sed illud cauendum est, ne ita quisque existimet etiam de cæteris peccatis, si pp liberationes hominum fiant, ita veniã posse concedi. Multa.n. mala intolerabilia & nimium detestanda [illegible]um sequuntur errorẽ.

Exod. Ge. 4 G

Iosue. H

69 Nõ nocebis ꝓximo. Si qd sit nocere, & Leu.
non nocere pateret hoĩbus, hoc gñale præ-
ceptum

ceptum ad innocentiam retinendam fortasse sufficeret. Omnia.n. quæ prohibentur committi in proximum, ad hunc vnum re-
I ferenda sunt, quod dictum est, Non noce-
bis proximo. Nã quod sequitur Nõ rapies: nisi ad hoc referatur, ne rapiendo noceatur, aliquãdo euenit vt non rapiendo quisq; noceat. Nã gladius insanienti rapiendus est:
70 & si non fecerit quis vt oportuerit, magis
Leu.19. nocuerit. Quid est quod cum supra dixisset: Non odio habebis fratrem tuum in animo tuo, arguendo argues proximũ tuũ, & non accipies propter istum peccatũ: consequenter adiunxit, Et non vindicatur manus tua: vtrũ pro eo quod est, non punitur, Animo.n. bono facies, cum disciplinã peccati proximo imponis, ne accipias peccatum eius negligendo. Ad hoc.n. pertinet quod antè posuit, Non odio habebis proximum tuum in animo tuo. Videri.n. potest ei qui arguitur ꝙ oderis eum, cum non sit in animo tuo. An, non vindicatur manus tua: hoc potius admonet, ne queras vindicari manũ tuam, nec vleiscendi libidine rapiaris? Nam quid est aliud, vindicari velle, nisi lætari & consolari de alieno malo? Et ideo dictũ est, Non iraseceris filijs populi tui. Sic.n. recte ira definita est, ꝙ sit vleiscendi libido. Quidam vero codices habent. Nec vindicabi-
K tur manus tua, id est, ne arguendo vindicare te velis, sed potius cõsulere illi quem arguis.
71 Et incisiones super animam non facietis
Liu.19. in corpore vestro. Super animam dixit, super funus mortui: de anima quippe dolor est quæ recesit. Ad hunc autem dolorem pertinet luctus, in quo luctu, nonnullæ gẽtes habent consuetudinem secare seu incidere corpora sua. Hoc autem fieri à Iudæis
72 deus prohibet. Ita vt fornicentur princi-
Leu.19. pes de populo suo. Non de populo suo principes, sed de populo suo fornicentur. Eos quippe principes vult hic intelligi, qui pro dijs colebantur: sicut Apostolus dicit. Secũdum principem ptantis aeris: Et in Euange-
Ephe.2. lio dominus, Nunc principes huius mun-
Ioan.12. di missus est foras: Et, Ecce venit princeps mũ-
Ioan.14. di huius & in me nihil inueniet. Homo
73 quicunq; adulterauerit vxorem viri, aut
Leu.20. quicunq; adulterauerit vxorẽ proximi sui, morte moriantur: pluraliter dixit, morte moriantur: hoc est qui adulterauerit, & quæ adulterata est. Hic aliquid distare voluit inter quemlibet virum & proximum: quamuis multis locis proximum pro omni homine ponat. Sed quæ est ista locutio, vt cũ iam dixisset de viro, hoc idem repetierit de proximo, cũ sit consequens, vt multo magis ab vxore proximi abstinendum sit si ab vxore cuiuslibet viri abstinendũ est? Nam si prius L de proximo dixisset, ne putaret vxorem licere adulterare non proximi, addendũ fuisset de quolibet viro. Nunc vero si quod minus est, non licet: quanto minus licet quod maius malum est? Nã si non licet adulterare vxorẽ cuiuslibet viri, quanto magis proximi? An forte ista repetitio tanq̃ exponit quid prius dictum sit: vt ideo intelligat homo quantum malum sit adulterare vxorem viri, quia si hoc fecerit, vxorẽ ꝓximi adulterat? Proximus est.n. omnis homo homini. Et mulier quæ accesserit ad omne pe- 74
cus, ascendi ab eo, interficietis mulierem & Leu.20.
pecus: morte moriantur, rei sunt. Quæritur qũo sit reum pecus, cum sit irrationale, nec vllo mõ legis capax. An quẽadmodũ transferuntur verba mõ locutionis quæ Græcè appellatur metaphora, ab animali ad inanimale: sicut dicitur improbus æstus, vel iratũ mare, ita & hic translatum est à rationali ad irrationale? Nam pecora inde credendũ est iussa interfici, quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam. 75
Quicunq; acceperit sororẽ suam ex patre Leu.20.
suo, aut ex matre sua, & viderit turpitudinẽ eius, improperium est: exterminabuntur in conspectu generis sui. Turpitudinẽ sororis M
suæ reuelauit, peccatum suũ accipiẽt. Quid ait in hoc loco, uiderit, nisi cõcũbẽdo cognouerit: sicut in lege dicitur, Cognouit vxorẽ suam: pro eo quod est, mixtus est ei? Et quid ait, peccatum suum accipiẽt, cum de pœna eorum loqueretur, nisi quia & ipsum pœnam peccati, peccatum voluit appellare? 76
Quicunq; dormierit cum cognati sua, tur- Leu.20.
pitudinẽ cognationis suæ reuelauit, sine filijs morientur. Quæritur quousq; sit intelligenda ista cognatio, cum ex longo gradu liceat vtiq; accipere vxorem, semperq; licuit. Sed intelligendum est ex his gradibus quos prohibuit non licere, & secundum ipsos dictum, Quicunq; dormierit cum cognata sua, vbi & aliqua nõ cõmemorata intelligẽda dimisit: sicut sororẽ de vtroq; parẽte, sicut vxorẽ fratris matris. i. auũculi. Nã de vxore patrui primũ prohibuit: q̃uis hæc nõ cognatio, sed affinitas perhibetur. Sed qa est, Sine filijs morientur: cum filij ex hmõi cõiũctionibus & ante nati sint, hodieq; na-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scantur? An hoc intelligendū est lege Dei cōstitutum, vt quicunq; ex eis nati fuerint, non deputentur filij.i. nullo parentibus iure succedant? Et non execrabiles facietis & animas in pecoribus & in volucribus & in omnibus serpentibus terræ, quæ ego segregaui vobis in immunditiam. Videtur hic significare non hæc natura immunda esse, sed aliquo sacramenti signo, quandoquidem dicit, Quę ego segregaui vobis in immunditiam: tanquā immunda eis non essent, si
77 cis segregata non essent. Et vir aut mu-
Leu.20. lier, si forte fuerit illi ventriloquus, aut incantator, morte moriantur ambo: lapidibus lapidabitis eos, rei sunt. Vtrū vir & mulier, an vir & ventriloquus, aut mulier & vētriloquus siue incātator. Sed hoc magis, & qui
78 habet, & quę habet. Mulierē fornicariam
Leui.21. & prophanam non accipient, mulierem ejectam à viro suo, qm̄ sanctus est domino deo suo. Superius non accipiant, dixerat: nunc autem, quoniam sanctus est, non qm̄ sancti sunt: de pluribus qui vno sunt tempore sacerdotibus, loquebatur, sed de vno quoq; eorum dixit, qm̄ sanctus est: locutione qua solet vti scriptura. Nam vnū illū summum postea commemorat, qui intrabat sancta sanctorum. Nam & pluraliter conclusit, dicens, Et sanctificabis eum, dona dñi dei vestri iste offeret, sanctus est: quoniā sanctus & ego dñs qui sanctifico eos. Quantum aūt
B pertinet ad dona, quoniam dixit, Dona domini dei vestri ipse offeret: nō solum summus ille offerebat, sed etiam secundi sacerdotes. Ac per hoc quod ait, Mulierē fornicariam & prophanā & ejectam à viro suo nō accipiet: hoc & secūdi sacerdotes prohibiti sunt: nam & de summo postea dicit, qui etiā
79 non nisi virginem accipere iussus est. Et
Leu.31. sacerdos magnus coram fratribus suis.i. qui inter fratres suos magnus est, Ille.s. vnus magnus sacerdos, cui fusum est super caput ex oleo Christo. Ipsum oleū appellat scri-
80 ptura Christū. Et consummatus manus induere vestimenta: illa vtiq; quæ in v
Leu.21. sacerdotali operosissime describuntur.
81 Caput non reteget cidari, & vestimenta sua
Leu.21. non scindet, & super omnē animā mortuā non introibit. Intelligitur ea q̄ supra dixit in luctu facere eū prohibitum.i. caput nudare cidari, & vestimēta scindere. Vestimē-
Li.2.nu me.123. ta.n. scindere lugentiū erat antiquorū: sicut de Iob scriptū est cū ei filij eius ruina nūcia dicit cirentur oppressi. Nudare aūt caput cidari propterea lugētis esse potuit, quia detractio darim est ornamenti. Quod uerō ait, Super omnē esse tegi animam mortuam non introibit: qūo dicat mētū animam mortuam corpus mortuum, difficilius est intelligere: & tñ scripturarū est vsitata locutio, quæ nobis inusitatissima est. No C
men ergo rectricis suæ etiam corpus accepit anima destitutum, qm̄ reddendū illi est in resurrectione: sicut ædificium quod appellatur Ecclesia, ét cum inde Ecclesia exiret, qui homines sunt, nihilominus Ecclesia dicitur. Sed cū corpus non accipiat animæ nomen in homine viuente, qūo tunc vocetur anima, cum caruerit anima, mirum est. Porrò si animā mortuam intellexerimus à corpore separatā: vt ipsam separationē mortem dixisse uideatur.i. vt anima mortua sit dirempta à corpore, non natura sua perdita. Non.n. & cum dicimur mortui peccato, natura dicimur interisse, sed q̄ iam peccato nō vtimur: ut sic intelligatur anima mortua.i. corpori mortua, q̄ vti eo desierit, cū in sua natura viuat, qūo potest quisquā intrare super animā mortuā, quod sacerdos iste perhibetur, cum quisquis intrat, super mortuum corpus intret, non super animam quæ discessit à corpore? An ipsam vitam temporalē animæ uocabulo appellauit, quæ vtiq; mortua est in defuncto corpore, anima illa emi- D
grante, quæ mori non potest? Non q̄ ipsa vita anima fuerit, sed q̄ per animæ præsentiam, qua subsistebat, nomen eius acceperit: sicut distinximus, cum de sanguine loquere mur, quid dictum sit, Anima omnis carnis, sanguis eius est. Est enim & ipse sanguis mortuus in corpore mortui: non enim cū abscedente anima abscesit. Voluit ergo scriptura summum sacerdotem etiam super patris uel matris funus intrare, quod secundū non prohibuit, Sequitur enim, Super patrē suum & super matrem suam non inquinabitur. Ordo est autem verborum, Super patrē suum non inquinabitur, nec super matrem suam. Et de sanctis non exibit: Eo pro- 82
Luc. uldubio tempore, quo suorum funera celebrantur: sicut eis septem diebus, quibus sanctificabatur, de sanctis est exire prohibitus, non autē semper. Sanè si vxores ducere, uel filios gignere non vetabantur summi tunc sacerdotes, magna oritur quęstio: cum
2.Retr. lex etiam coniugali concubitu immundū cap.55. hominem dicat vsq; ad vesperā, ét cū ablue rit corpus suū aqua: & iubeatur summus sacerdos propter incensum continuationis

bis in

bis in die quotidie intrare intra velum, vbi erat altare incensi, nec quenquam immūdū
E ad sancta fas esset accedere, quomodo id quotidie summus sacerdos implebat, si filios procreabat? Nam si ægr tudo illi accidisset, quis loco eius fungeretur, si quis inquirat: responderi potest, q̄ gratia dei non ęgrotabat. Nunquid sic etiam de filiorū procreatione responderi potest? vnde fit consequēs, vt aut continens esset, aut diebus aliquibus intermitteretur incensum: aut si illud intermitti non posset, quod non nisi per summū sacerdotē necesse esset imponi, nō fieret immundus coitu coniugali, merito præcipue sanctificationis suæ. Aut si etiā ad ipsum p̄tinet, quod de omnibus filijs Aaron in consequentibus dicit, vt nullus eorū accedat ad sancta, si cui aliquid acciderit immunditiæ pro peccato, illud restat accipere, quod nō-
nullis diebus non imponebatur incensum.
83 Quòd autem super funus patris sui sum-
Leui.21. mus sacerdos prohibetur intrare, quæri pōt quomodo iā esse poterat summus sacerdos,
2.Retr. nondum mortuo patre suo, cū eos patribus
cap.55. succedere iubeat. Ideo necesse erat nondum sepulto sacerdote, continuo substitui sacerdotem propter continuationis incensum, quod per summum sacerdotem quotidie
F oportebat imponi: quanquam & illa quæstio de ægritudine summi sacerdotis maneat, si moriturum necesse erat diebus aliquibus ægrotare: nisi forte & hoc ita soluatur, vt dicatur non solere summos sacerdotes, nisi subito mori non præcedenti ægritudine: si-
84 cut de ipso Aaron scriptura testatur. Ad-
Leui.20 uertendum est quotiens dicit, Ego dñs qui
21.et a- sanctifico eum: loqui de sacerdote, cū hoc ét
lijs Moysi dixerit, Et sanctificabis eum. Qūo
ca. sequē ergo & Moyses sanctificat & dominus? Nō enim Moyses pro domino, sed Moyses visibilibus sacramentis per ministerium suum. Dñs autē inuisibili gratia per spiritum sanctum, vbi est totus fructus etiam visibilium sacramentorum. Nam sine ista sanctificatio
ne inuisibilis gratiæ, visibilia sacrame
quid prosunt? Merito autem quæritur, vtrū etiam ista inuisibilis sanctificatio sine visibilibus sacramentis, quibus visibiliter homo sanctificatur, pariter nihil prosit, quod vtiq; absurdum est. Tolerabilius.n. quisq; dixerit sine illis istā nō esse, ꝛ si fuerit nō prodesse, cū in ista sit omnis vtilitas illorū: sed ét hoc, q̄ sine illis ista esse nō possit, qūo recte dicatur, intuendum est. Nihil quippe profuit Simoni mago visibilis baptismus, cui sancti G
ficatio inuisibilis defuit: sed quibus ista in- Acto.8.
uisibilis, quoniam affuit profuit, etiam visibilia sacramenta perceperant similiter baptizati. Nec tñ Moyses, qui visibiliter sacerdotes sanctificabat, vbi fuerit ipse ipsis sacrificijs vel oleo sanctificatus ostenditur: inuisibiliter vero sanctificatum negare quis audeat, cuius tanta gratia p̄eminebat. Hoc & de Ioanne Baptista dici potest: prius.n. baptizator, q̄ baptizatus apparuit. Vnde cū sanctificatum nequaq̄ negare possumus: id tamen in eo factum visibiliter non inuenimus, antequam ad ministerium baptizandi veniret. Hoc & de latrone illo, cui secū cru Lūc.23.
cifixo dominus ait, Hodie mecum eris in 2.Retra
paradiso. Neq;.n. sine sanctificatione inuisi- cta.
bili tanta fœlicitate donatus est. Proinde cap.55.
colligitur inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse, atq; profuisse sine visibilibus sacramentis, quæ pro temporum diuersitate mutata sunt, vt alia tunc fuerint, & alia modo sint: visibilem vero sanctificationem, quæ fieret per visibilia sacramenta, sine ista inuisibili posse adesse, non posse prodesse. Nec tamen ideo sacramentum visibile contemnendū est: nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Acto.10
Hinc est q̄ Cornelius & qui cū eo erāt, cū H
iam inuisibiliter infuso sancto spiritu sancti ficati apparerent, baptizati sunt tñ: nec super flua iudicata est uisibilis sanctificatio, quam inuisibilis iam præcesserat. Et locutus est 85
dominus ad Moysen, dicens, Die Aaron & Leu.22.
filijs eius, vt attendant à sanctis filiorū Israel, & non prophanabunt nomen sanctum meum, qñ ipsi sanctificant mihi. Ego dñs. Et dices illis, In progenies vestras omnis homo quicunq; accesserit ab omni semine vestro ad sancta, quęcunq; sanctificauerint filij Israel dño, & erit immūditia eius in illo, exterminabitur anima illa à me: Ego dñs deus vester. Ablata est omnis dubitatio, neminē sacerdotē vel summorū vel secundo-
rum debuisse accedere ad sancta, si immūditia eius in ipso esset. Erat ergo consequens continentia sacerdotis, ne propter filiorum procreationem aliquibus diebus non imponeretur continuationis incensum, quod à solis summis sacerdotibus bis in die solebat imponi mane & vespere: quandoquidem post coitum coniugalem etiam lotus corpore immundus erat vsq; ad vesperā, à quo id necesse erat imponi. Quod aūt ait, Quæ sanctificant

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ictificant filij Israel, intelligendū est, offerendo sacerdotibus offerendum per eos dominо. Et notandum sanctificationis genus, quod fit voto & deuotione offerentis. Sed vtrum sicut isto modo sanctificātur ea quæ offeruntur ab hominibus, ita & ipsi homines eodem modo seipsos sanctificare dicantur, cū in aliqua re ipsos vouēt, obseruandū
86 est in scripturis. Et quicunq; tetigerit om
Leu.22. nē immunditiā animæ.i.aliquid morticinū,
87 cuius secundum legem tactus inquinauit.
Leu.24. Homo si maledixerit deū suū peccatū acciet:nominans aūt nomen dñi, morte moriatur. Quasi aliud sit maledicere deū suū, aliud nominare nomē dñi: atq; illud illi sit pctm̄, hoc aūt pctm̄ nefas, ut ēt morte sit dignū. Quanuis hoc loco ita intelligendum sit, quod dictū est, nomen dñi, vt cum maledicto fiat.i.maledicendo nominet. Quid ergo distat inter illud pctm̄ & hoc tanti sceleris crimen? An forte hocipsum repetendo monstrauit, non leue illud esse pctm̄, sed tm̄ scelus quod morte puniendum sit? Sed quia per distinctionem hoc intulit, non dicens, nominans.n.sed, nominans aūt: subobscurū factum est. Et ideo si hoc recte intelligitur, notandū est ēt locutionis genus. Et hō qui
K percusserit omnē animam hominis, & mor
88 tuus fuerit, morte moriatur. Nun ait, Qui-
Leu.24. cunq; percusserit hominē, & mortuus fuerit, sed animā hominis: cum potius corpus hominis à percussore feriatur: sicut & dñs dicit, Nolite timere eos qui corpus occidūt.
Mat.10. Eo more ergo quo solet scriptura, appellat animā vitam ipsam corporis, quę fit per animam, & hinc voluit ostendere homicidam, q̄ hominis animam percutiat, id est percutiendo uita hominem priuet. Cur ergo addidit, Et mortuus fuerit, si iā hocipso ostendit homicidium, q̄ animam hominis percussit.i.vita homo à percutiente priuatus sit? An exponere voluit quō accipiendum sit, quod dixerat, hominis animā percussam, & sic ait, & mortuus fuerit, tanq̄ diceret, idest mortuus fuerit? Hoc.est.n. animam hominis fuisse percussam. Cum introieritis in terrā quā ego do uobis, & requieuerit terra
89 quā ego do uobis, sabbata dñi: sex annis se-
Leu.25. minabis agrum tuū, & sex annis putabis vineam tuam, & congregabis fructum eius: anno āt septimo sabbata, requies erit terræ sabbata domino. Quomodo intelligendū est, Cum introieritis in terrā quàm do vobis, & requieuerit terra, sex annis seminabis agrum tuum &c. Quasi tunc fieri præceptum sit, quando terra requieuerit, cum ꝓpterea terra requiescat, quoniam hoc fit. Re
L quiem enim terræ septimo vtiq; anno vult intelligi, quo iussit nihil in ea quenq̄ operari per agriculturā. Sed nimirum lōgum hyperbaton facit obscuritatem huic sensui. Vt ergo hic esset ordo verborum, Cum introieritis in terra quam ego do vobis, & requieuerit terra quam ego do vobis: sabbata dñi quæ ab se surgunt, agrum tuum non metes, & vineam sanctificationis tuæ non vindemiabis: annus requiescendi erit terræ. Et erūt sabbata terræ sancta tibi, & puero tuo, & puellæ tuæ, & mercenario tuo, & inquilino qui applicatus est ad te, & pecoribus tuis, & bestijs quæ sunt in terra tua: omne quod nascetur ex eo in esca. Interposuit autem exponendo quō terra requiescat, & ait, Sex annis seminabis agrum tuum, & sex annis putabis vineā tuā, & cōgregabis fructū eius: anno autē septimo sabbata requies erit terræ sabbata dño. Agrum tuum nō seminabis & vineā tuam non putabis. Et per hoc quod ait, Non putabis, omnē culturam eo anno prohibitā debemus accipere. Neq; .n. si putanda non est, aranda est, aut adminiculis suspendenda: vel quodlibet aliud, quod
M ad culturam eius pertineat, adhibēdum: Sed quō solet à parte totum intelligi, ita per putationē omnis cultura significata est. Et per agrum atq; uineā, cum & illum seminari, & hanc putari prohibuit oē agri genus intelligendum est. Neq;.n.in oliueto, vel quodlibet alterius generis agro aliquid operādum est, de quibus tacuit. Q̄d vero ait, Et erunt sabbata terræ sancta tibi, & puero tuo, & puellæ tuæ &c. Satis aperuit nec dūm agri prohibitum uesci eis, q̄ nō adhibita cultura illo anno spōte nascātur, sed fructus redigere ꝓhibitum. Sic ergo permissus est aliquid inde in escā sumere, quō transiens: vt hoc solum caperet quod statim uescendo cōsumeret, non quod in vsus reponeret. Et terra
90 venundabitur in prophanationē: alij co-
Leu.25. dices habēt, in cōfirmationē, quā mendosita
93 tem in alterutris prius à Græco accidisse ar-
Leu.26. bitror propter verbi similem sonum: βεβαίωσις, enim ꝓphanatio dicitur, βεβαίωσις, autem confirmatio: Sed ille sensus apertus est, Et terra nō uenundabitur in prophanationem: id est ne quis auderet terram quā
A accepit à Deo, uendere prophanis, qui ea vtuntur ad impietatem, cultumq̄; deorum alienorum atq; falsorū. Illud autem subobscurum est, non venundabitur terra in confirmationem. Quod puto non intelligendū, nisi ne ita venditio confirmetur, vt eā non recipiat vēditor tempore remissionis, sicut præceptum est. Quod vero sequitur, vtriq; sensui potest congruere, siue legatur, Et terra non venundabitur in prophanationem: siue, in confirmationē. Secutus quippe adiū
xit, Mea.n.est terra, propter quod proselyti
91 & incolæ vos estis ante me. Et per omnē
Leu.25. terram possessionis vestræ mercedem dabitis terræ. Alij autem codices habent, Redēptionem dabitis terræ. Sensus ergo hic est, Non venundabitur terra in prophanationem.i.illis qui ea vtantur in iniuriam creatoris, aut in confirmationem.i. vt eam emptor perpetuo possideat, nec certo secundū dei præceptum interuallo annorū restituat venditori. Mea est.n. inquit, terra, vnde secundum meum præceptū ea vti debebitis.
B Atq; vt ostenderet suam esse, non ipsorum, quid ipsi in ea essent, consequenter adiunxit dicēs, Propter quod proselyti & incolę vos estis ante me: hoc est quamuis proselyti.i. aduenæ, sint vobis, qui ex alienigenis adiūguntur genti vestræ, vt incolæ, non in terra propria manētes, tū etiam vos omnes ante me aduenæ estis & incolæ: hoc deus dicit, siue Israelitis, ꝓ aliarum gentium terram quas expulit eis dederit: siue omni homini, qui ante deum semper manet: & sicut
Hie.23. scriptum est, Cœlum & terrām implet vti-
92 que præsentia sua. Omnis homo aduena
Leu.25. est nascendo, & incola viuendo: quoniam compellitur migrare moriendo. Deinde adiungit & dicit, Per oēm terram possessionis vestræ mercedem dabitis terræ tanquā inquilini, vel redemptionem. Illud, nisi fallor, vult intelligi, quod inde reddebant quodammodo per cessationes septimorū quorumcunq: annorū, & quinquagesima anni, quem vocat remissionis: vt ipsa vacatio terræ uelut merces habitationis aut redemptio esset ab illo cuius est: hoc est ab eius creatore deo. Et ponam tabernaculū meum in
Leu.26. vobis, & nō abominabitur anima mea vos.
C Aiam suā deus volūtatē suā dicit. Nō.n.est animal habens corpus & animā: neq; substātia eiusmodi est, cuiusmodi creatura eius q̄ anima dicitur, quam fecit. Fecit.n.sicut per se iam ipse testatur, dicens, Et omnes flatū egofeci. Quod eum de anima hominis dicere, consequentia manifestant. Sicut ergo
Esa. 57. cum dicit oculos suos, & labia sua, &c. vocabulo membrorum corporalium, non utiq; accipimus eum forma corporis esse definitum, sed illa omnia membrorum nomina non intelligimus, nisi effectus operationum atq; virtutum: ita & cum dicit, Anima mea: voluntatem eius debemus accipere. Perfecte quippe simplex illa natura, quæ Deus dicitur, non constat ex corpore & spiritu: nec ipso spiritu mutabilis est, sicut anima: sed spiritus est Deus, & semper & idem ipse, apud quem non est commutatio. Hinc aūt acceperunt Apollinaristæ occasionem, qui dicunt animam non habuisse mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum, sed tm̄ uerbum & carnē fuisse, cum diceret, Tristis est anima mea usq; ad mortē:
Mat.26. sed ipso eius actu, qui nobis per euangelicā declaratur historiam, sic apparent humanæ animæ officia, vt hinc dubitare dementis sit. Quid est q̄ cum inobedientiæ pœ
94 nas comminaretur Deus, dixit inter cæte-
Leu.26. ra, Et consumet vos perambulans gladius?
D Deinde ait, Et erit terra vestra deserta, & ciuitates vestræ erunt desertæ: tunc bene sentiet terra sabbata sua, omnes dies desolationis suæ, & uos eritis in terra inimicorum vestrorum. Quō ergo consumet eos gladius, si erunt in terra inimicorum suorum? An in ipsa terra consumet, qm̄ strage mortuorum facta non erunt ibi? An consumet vos, sic ait, ac si diceret, interficiet vos: vt ad istam consumptionem illi pertineant, qui gladio cadant, non omnes: quandoquidem paulopost dicit, Et eis qui residui sunt ex vobis, superducam formidinem in cor eorum? An secundum hyperbolen dictum est, Consumet vos, secundum quem loquendi modum de abundantia eorum dictum est, Et sicut arena maris. Secundum istum modum etiam dicitur, quod deinde sequitur, Et persequetur eos sonus folij volantis, id est, qua nimius in eis timor erit, vt & leuissima quæq; formident.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quæstionum super Numeros Liber quartus. E

QVid est q̄ singulos de singulis tribubus eligi iubet principes, eosq̄; appellat χιλιάρχους, quos quidā Latini interpretes tribunos appellauerunt, χιλιάρχοι autem videtur
1 quæst. 1. Nu. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

detur à mille cognominati. Sed cum consilium Iethro socer Moysi genero suo daret, quod ēt deus approbauit, de ordinando populo sub principibus, vt non omnes omniū causæ Moysen vltra uires onerarent, χιλίαρχους appellauit constituendo super mille nos homines, & ἑκατοντάρχους, super cēte nos, ab ipsis numeris quibus præessent, & πεντακοσιάρχους, super quinquagenos, & δεκασιάρχους ἢ δεκάρχους super denos, ab ipsis numeris quibus pessent cognominatos. Nunquidnā & hic sic accipiendi sunt χιλίαρχοι, ꝙ singuli essent super millenos? Nō vtiq;. Neq;.n.uniuersus omnium populus Israel duodecim hominū millia tunc fuerunt. Singulos.n.elegit de singulis tribubus, quæ duo
F decim tribus proculdubio nō millenos homines, sed multa milia cōtinebant. Nomen ergo cōe est cum illis qui in Exodo appellātur χιλίαρχοι, ꝙ vnusquisq; illorum esset mille hominum princeps: istorū aūt vnusquisq; miliū princeps, qm̄ siue à mille, siue à milibus, eadē cōpositio nominis resonat ut appellentur χιλίαρχοι. Merito quæritur,
2 quid sibi velit ꝙ per omnes tribus, vbi com
Num.2. putantur per singulas quasq; filij Israel in ætate militari, dicitur secundum propinquitates eorum, secundum populum eorum, secundū domos familiarū eorū, secundum numerū nominū eorum, secundum caput eorū: & hæc quinq; similiter omnino repetuntur, donec tribus oēs cōpleantur, quasi aliud sit, secundum propinquitates, aliud secundū populos, aliud secundū domos familiarum, aliud secundū numerū nominum, aliud secundū caput eorum: cum potius uideantur alijs verbis eadem significare ista nomina. Intentionem aūt mouet, quia tam diligēter per omnes tribus eadem repetuntur, vt nō frustra fieri quiuis iudicet etiam si non intelligat. Nimirum ergo numerus ipse aliquid insinuat sacramenti, vt hoc idem quinquies uarie repetatur. Nam iste numerus
G sicut in ipsis quinq; libris Moysi. i. quinarius, in ueteri testamento maxime cōmē-
tur. Illa vero quæ deinceps quatuor connectūtur. i. masculina, à viginti annis & supra, omnis qui procedit in virtute, & recognitio eorum, quanuis & ipsa per omnes tribus eodem prorsus modo repetantur, habent necessariam differentiam. Cum enim ageretur de numero vniuersæ multitudinis ad vnam tribum pertinentis, discernendus erat sexus, ideo positum est, omnia masculina. Et ne paruuli etiam computarentur, adiunctum est à viginti annis & supra. Rursus ne imbellis ætas senectutis annumeraretur, additum est, omnis qui procedit in virtute. Et omnia concluduntur uerbo eius operis quod fiebat, vt dicatur, recognitio eorum. Recognitio enim hæc fiebat, vt hominum milia computarentur. Quinq; igitur illa, propinquitas, populus, domus familiarum, numerus nominum, & caput: & ista deinde quatur, sexus, ætas, virtus, recognitio, fortasse in ipso numero, aliquid insinuant. Si enim horum duorum numerorum. i. quinarij & quaternarii alter multiplicetur ex altero. i. vt quinquies quaterni, aut quater quini ducantur, viginti fiunt. Quo numero ēt adolescentium ætas illa si- H
gnificatur. Qui numerus commemoratur & quando intratur ad terram promissionis, & dicitur illa ætas viginti annorum quæ nō declinauerit in dexteram aut sinistram. Vbi mihi videntur significari fideles ex utroq; testamento fidem verā tenentes. Nam vetus testamentum quinq; libris Moysi maxime excellit, & nouum quatuor Euangelijs. Quod ait de tabernaculo distinguendo, leuando, erigendo, Et alienigena qui accesserit morietur. Hic alienigena intelligēdus est etiam ex illis filijs Israel, qui non de illa tribu fuerat quam tabernaculo seruire præcepit. i. qui non fuerit de tribu Leui. Mirum est aūt, quomodo abusiue alienigena dicitur, quod magis alterius generis hominē significat. i. ἀλλοτριῶς, & non magis ἀλλόφυλος, quod significat alterius tribus hominem. Quo nomine magis vtitur scriptura in aliarum gentiū nominibus, vt allophyli appellentur, quasi aliarum tribuū homines. Et locutus est dominus ad Moysen dicens. Accipe tribū Leui & constitues eos in cōspectu Aaron sacerdotis, & ministrabunt ei: & custodient custodias eius, & custodias filiorum. Israel ante tabernaculū testimonij. Quas φυλακὰς Græcus, dicit, has nostri interpretes alij custodias, alij excubias interpretati sunt. Sed mirum nisi I
vigiliæ melius dicantur, quæ solent in castris ternarū horarū obseruationē habere. Vnde scriptū est, Quarta aūt vigilia noctis Mat.14.
venit ad eos ambulans super mare. hoc est post nonam horā noctis, post tres videlicet vigilias. Et multis locis scripturarū nostri vigilias interpretati sunt, quas Græci φυλακὰς vocāt. Vnde nulla dubitatio est, spatia nocturni temporis significari. Quod puto & hic accipiendū. Quomodo.n. Leuitæ iubentur obseruare custodias Aaron, & custodias filiorum Israel, id est φυλακὰς, nisi fortasse dictū est, ne putarent ab obseruandis vigilijs quæ proprie in castris obseruari solent, propter honorem quo seruiebant tabernaculo, immunes esse debere, cum & ipsos oporteret propter opera tabernaculi nō
5 minus uicissim obseruare vigilias, quę obseruarentur in alijs circūquaq; castris filiorum Israel. Alienigena qui tetigerit mo-
Nu. 3. rietur Quærendum quō dixerit in Leiti-
Leui. 6. co. Qui tetigerit tabernaculum, sanctificabitur: cum hic dicat, Alienigena qui tetigerit,
K morietur: volens intelligi eos qui non essent de tribu Leuit. An forte hic, tetigerit, morietur, ad obsequium dixerit seruitutis, quod a solis Leuitis deberi tabernaculo præcepit? Hoc enim loquebatur. Quid est qđ Leuitas pro primogenitis filiorum Israel si
Nu.3. 6 bi deus deputat, vt ita numeratis primogenitis populis, qui plures inuenti sunt quam erat numerus Leuitarum, argento redimerentur quinq; sicli pro vno datis. Quod pro pecoribus non est factum, cum & pecora Leuitarum pro primogenitis pecorum si mul sibi esse voluerit. Quomodo deinceps primogenita eorum vel pecorū eorum pertinebant ad deum, ubi iussit immunda primogenita vel humana mutari ouibus? Quomodo non etiam pro eis deinceps primogenitis computabantur filij Leuitarum? Manebat.n.in posteris eadem tribus, quæ posset pro primogenitis posteriōribus computari, nisi quia illud iustum fuerit, vt qui nascerentur de illis qui iam ad portionem domini pertinebant, datam pro primogenitis, qui de Aegypto exierunt, iam Deus proprios haberet, tanquam suos de suis, nec
L possent pro illis iuste computari, qui deinceps primogeniti Deo debebantur. De vniuerso quippe populo, & de uniuersis pecoribus populi data est portio Deo pro primogenitis: & hæc portio erat Leuitæ & pecora eorum. Iam si quid genuisset, Dei erat. Non poterat hoc tanquam à populo dari, quod iam alienum erat, ac per hoc debita deinceps primogenita Deo reddi oporte-
Nu. 4. 7 bat: nec pro his computari posteros Leuitarum vel pecorum eorum. Cum præciperet de tollenda mensa, iussit cum illa & panes tolli, sic dicens: Et panes qui semper super eam erunt. Non utique isti sem-

per super eam erunt, sed similes eorum: quia illi auferebantur, & recentes quotidie ponebantur, dum tamen sine panibus mensa non relinqueretur. Ideo dixit, Qui semper super eam erunt, hoc est quia semper pa- 8
nes, non quia illi semper. Et super altare Nu. 4.
aureum adoperient vestimentum hyacinthinum, & adoperient illud operimento pelliceo hyacinthino. Posset ista locutio uideri, quam velut absurdam & non integram Latini interpretes transferre noluerunt. i. super altare aureum adoperient vestimentum hyacinthinum tanquam debuerit dici, Et altare aureum adoperient vestimento hyacinthino. Nam & operient vestimentū M
hyacinthinū, hoc uidetur significare quod ipsum vestimentum aliunde adoperiretur super altare. Sed mihi uidetur non tam genus locutionis esse, quàm subobscurus sensus. Hoc quippe intelligi potest, Et super altare aureum adoperient vestimētum hyacinthinum, vt ipsum vestimentum hyacinthinum alia re operiendū præciperet, quod vestimentum iam super altare esset: ac si breuiter vtrunque complecteretur, vt vestimento hyacinthino altare operiendum, & vestimentum hyacinthinum alio tegmine operiendum subiunxit. Denique vnde cooperiri vellet vestimentum hyacinthinum, ostendit cum adiecit, Et adoperirent illud operimento pelliceo hyacinthino. Vir aut mulier quicunque fecerit ab omnibus 9
peccatis humanis, & despiciens despexerit Nu.5.
& deliquerit, anima illa annunciabit peccatum quod peccauit, & restituet delictum & quintas eius adijciet super illud & reddet cui deliquit ei. Si autem non fuerit homini proximus ita ut reddat illi delictum, ipsum delictum quod redditur domino, sacerdotis erit, excepto ariete propiciationis per quem exorabit in illo pro eo. Hic A
ea peccata intelligenda sunt, quorum in his rebus perpetratio est quæ pecunia restitui possunt. Non enim aliter diceret quomodo restituenda sunt, nisi damna pecuniaria fuissent. Iubet enim restitui caput & quintas. i. totum illud quicquid est, & quintā eius partē, excepto ariete qui fuerat offerēdus in sacrificium ad expiandum delictum. Iubet autem illud quod restituitur sacerdotis esse. i. ipsum caput & quintā, si non est proximus ei in quē commissum est. Vbi vtiq; intelligitur tunc domino reddendum quod sit sacerdotis, si homo iste nō supersit, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit qui damnũ passus est: nec proximus eius, quem puto hæredem intelligi voluisse. Sed de ipso homine nihil dixit scriptura, Verũtamen cum dicit, Si non ei fuerit proximus: sub hac breuitate insinuat, tunc quæri proximum eius si ipse non fuerit. Si autem nec proximus erit, dũo restituetur, ne impunitum remaneat quod admissum est, quod tamen non cedat in sacrificium, sed sit sacerdotis. Sic sanè verba scripturæ distinguenda
B sunt. Si autem nõ fuerit homini proximus, ita vt reddat illi delictum ad ipsum: Locutionis est. n. quod addidit, ad ipsum: aut forte ad ipsum dixit, quod ad ipsum ptineat. i. ipse possideat. Deinde sequitur, Delictum quod redditur dũo sacerdotis erit. Delictũ autem dicit cum redditur ea res quæ per de-
10 lictum ablata est. Exod. 22. Quæri autẽ potest quo modo in Exodo dicitur, Si quis furatus fuerit vitulum aut ouẽ, restituere debere quinque vitulos vel quatuor oues, si occiderit, vendiderit: Si autem quod abstulerit saluum apud eum reperitur, duplum esse restituẽdum: cum hic restitui iubeat caput & quintam, quod longe est etiam à duplo, quanto magis à quadruplo vel quinquies tanto. Nisi forte, quia hic ait, Vir aut mulier quicũq; fecerit ab omnibus peccatis humanis: peccata ignorantiæ, voluit intelligi humana peccata. Fieri. n. potest, vt parum attendendo p negligentiam traijciat homo rem alienã in rem suam. Quod ideo peccatum est, quia si diligenter attenderetur, non admitteretur.
C Et hæc voluit capite & quinta restitui, non sicut furta mulctari. Nam si furta & fraudes hic intellexerimus, quæ non per ignorantiã negligentiæ, sed furandi vel fraudandi animo committuntur, & ideo dicta humana, quia in homines fiũt, ille nisi fallor erit exitus quæstionis huius, vt ideo qui fecit non reddat vel duplum, quia non reprehenditur vel conuincitur, sed ignorantibus à quo factum sit, vel vtrum factum sit, ipse annunciat delictum suum. Cum enim dixisset scriptura, vir aut mulier quicũq; fecerit ab omnibus peccatis humanis, & despiciens despexerit & deliquerit, id est, contemnendo ista commiserit: adiunxit & ait, Anima illa annunciabat peccatum quod peccauit, & restituet delictum. caput & quintas eius: forte ergo propterea tantum quia ipse annunciauit, & ideo non eo damno plectendus fuit, quo furem comprehensum vel conui-
11 ctum plecti oporteret. Verba quæ scriptura dicit mulieri à sacerdote dicenda, quã- Num. 5.
do ad suspitionem adulterij eam maritus adducit, det eam dominus in maledictum & in execramentum: Græcus habet ἐνόρκιον. Quo verbo videtur significari iuramentum per execrationem: velut si quisquam dicat, sic non mihi & illud contingat: vel certe ita iuret, illud & illud mihi contingat si fecero vel non fecero. Ita hoc dictum est, det te dominus in maledictum & in execramentum: tanquam diceretur, vt de te iurent qui per execrationem iurabunt: sic non eis contingat, aut hoc eis contingat nisi hoc aut D
illud de te fecerint. Et offert munus suũ 12
domino, agnum anniculum sine vitio in ho locaustoma, & agnam anniculam sine vitio Num. 6.
vnam in peccatum. Hoc quidam nostri interpretes transferre noluerunt, veluti locutionem inusitatam vitantes, & dixerunt, p peccato, non in peccatum, cum sit sensus in ea locutione qui non fuerat perturbandus. In peccatum quippe dictum est, quia hoc ipsum quod pro pctõ offerebatur, peccatũ vocabatur. Vnde illud est apud Apostolum de domino Christo, Eum qui non no- 2. Cor. 5.
uerat peccatum, peccatum pro nobis fecit: deus pater scilicet, deum filium pro nobis fecit peccatum. i. sacrificium pro peccato. Sicut ergo agnus in holocaustoma, vt ipsum pecus esset holocaustoma: sic & agna in peccatum, vt ipsum pecus esset peccatum. i. sacrificium fieret pro peccato: sicut de ariete qđ sequitur in salutare dicit, tanq̃ ipsum sit salutare, cum sit sacrificium salutaris. Quod postea repetendo manifestat, Nam & illud pro peccato dicit quod prius dixerat in pec-
catum: & hoc sacrificiũ salutaris, quod prius E
dixerat in salutare. Locutus est dominus 13 Num. 8.
ad Moysen dicens, Hoc est de Leuitis. Hoc alij interpretes interpretati sunt, hæc est lex de Leuitis. Sed quod scriptum est, Hoc est de Leuitis: intelligitur dictũ, Hæc constitutio de Leuitis. Deinde sequitur, A-
quinto & vicesimo anno & supra, introi- 14 Num. 8.
unt ministrare in ministerium in operibus in tabernaculo testimonij: & à quinquagenario recedat ab hac ministratione, & non operabitur vltra: & ministrabit frater eius in tabernaculo testimonij: custodire custodias, opera autem non operabitur. Hunc sensum obscurum facit ὑπέρβατον: quod ita confusum est, tanquam de ipso fratre sit dictum custodire custodias: cum dictum sit de illo qui recedit ab operibus,

Et

Et remanebit ille in tabernaculo testimonij custodire custodias, opera autem non operabitur, sed operabitur frater eius. i. qui nondum peruenit ad ætatem quinquagenariam, à vigintiquinq; annis incipiens operari. Ergo ita distinguendum est, Et à quin-
quagenario recedet ab hac ministratione,
F & non operabitur vltra, & ministrauit frater eius. Deinde redit ad illum quinquagenarium, de quo loquebatur, & de illo explicat cætera dicens, In tabernaculo testimonij custodire custodias, opera autẽ nõ operabitur. Quod autem ait, custodire: subauditur, incipiat: tanquam, id uerbo actiuo ceret, custodiet custodia. Solet enim vsi-
tate etiã in Latinis locutionibus infinitum
15 verbum poni pro finito. Num. 6. Cum Paschæ tempore quidam, qui immundi facti erant super animam hominis, id est super mortuum, quærerent quomodo Pasca facerent: quoniam oportebat eos ab immundicijs septem diebus purificari secundum legem, consuluit dominum Moyses, & responsum accepit: cuicunq; tale aliquid accidisset, vel in tam longinquo itinere constitutus esset, vt non posset occurrere, alio mense eum facere debere Pascha propter diem mensis quartum decimum, vbi lunæ numerus obseruabatur. Sed si quæratur quid facerent, si forte talis immunditia etiam ad secundum mensem occurreret. Arbitror id quod dictũ est de secundo mense, tanquam regulariter fuisse retinendum, vt tertio mense obseruarent: aut certe Pascha non egisse tali necessi-
tate, ad culpam non pertineret.
16 Num. 9. Et die, qua statutum est tabernaculum,
G texit nubes tabernaculum domum testimonij: & vespere erat super tabernaculum velut species ignis vsq; mane, ita fiebat semp. Nubes tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cum ascendisset nubes à tabernaculo, & postea promouebant filij Israel: & in loco vbicunq; steterat nubes ibi castra collocabant filij Israel: per præceptum domini castra collocabunt filij Israel, & per præceptum domini promouebunt. Omnes dies in quibus obumbrat nubes super tabernaculum, in castris erunt filij Israel. Et quando protexerit nubes super tabernaculum dies plures, & custodient filij Israel custodiam domini, & non promouebunt. Et erit cum texerit nubes dies numero super tabernaculum: per vocem domini in castris erũt, & p præceptũ domini promouebũt. Et erit cum fuerit nubes à vespera vsque ad mane, & ascenderit nubes mane, & promouebunt die vel nocte, & cum sic ascenderit nubes, promouebunt die vel mense diei, abundãte nube obumbrãte super illud: in castris erũt filij Israel, & non promouebunt: quoniam per præceptum domini promouebunt. Custodiam dñi custodierunt per præcepti domini in manu Moysi. Totus hic locus difficilis diligenter exponendus est, qm̃ inusitatis generibus locutionum obscuratus est. Et
die, inquit, qua statutum est tabernaculum,
H texit nubes tabernaculum domum testimonij. Idem tabernaculum appellauit domum testimonij. Et vespere erat super tabernaculum velut species ignis vsq; mane, ita fiebat semper. Deinde diligẽter exprimit, quid fiebat semper. Nubes, inquit, tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cum ascendisset nubes à tabernaculo, & postea promouebant filij Israel. Ista sententia obscura non est, nisi propter illam locutionem vbi additur, &, Ordo enim verborum integer sequitur, etiã si desit ipsa coniunctio: vt sic dicatur, Et cũ ascendisset nubes à tabernaculo, postea promouebãt filij Israel: quãuis & ipsum quod dictum est, postea, si deesset, plena posset esse sententia. Deinde sequitur, dicens, Et in loco vbicunq; steterat nubes, ibi castra collocabant filij Israel. Hoc autem totum quod faciebant, ad præceptum domini referens, ita complectitur, Per præceptum, inquit, domini castra collocabunt filij Israel, & per præceptum domini promouebunt. Præceptum domini appellat signum ipsum quod fiebat in nube: siue cum staret obumbrans tabernaculum, vt castra consisterent, siue
cum ascendisset atq; vltra moueretur, vt eã I
eleuatis castris sequerentur. Mutauit sanè in hac sententia narrantis modum, & tanq̃ prædicens atq; prænunciaans uerba futuri temporis habere cœpit. Neq; n. ait, per præceptum domini castra collocabant filij Israel, sed collocabunt: nec ait, per præceptũ domini promouebant, sed promouebunt. Et hunc modum etiam in consequentibus seruat, qui modus in scripturis est inusitatissimus. Nam per verba præteriti temporis sæpe futura prædicta esse nouimus, sicut est, Foderunt manus meas & pedes meos. Et, sicut ouis ad immolandum ductus est: ac innumerabilia talia. Vt autem narrator rerũ gestarum verbis vtatur temporis futuri, sicut hoc loco, difficillimè in scripturis

inueniri

Universidad de Deusto
Biblioteca

inueniri pōt. Ergo posteaq̄ dixit de die & nocte, quo signo promoueret populus vel maneret, ne putarentur per noctem ambulare, & per diem solere considere, atq; hoc diebus omnibus facere, secutus adiunxit & ait, Oēs dies in quibus obūbrat nubes super tabernaculum, in castris erunt filij Israel, & qū protexerit nubes super tabernaculū dies plures. Deinde admonens non hoc ex illorū necessitate fieri, sed dei voluntate, Et custo-
K dient, inquit filij Israel custodiā dñi. i. custodiā quam præcepit dominus, & non promouebunt. Et tanq̄ diceretur, qū ergo promouebunt? Et erit, inquit, cum texerit nubes dies numero super tabernaculum .i. certo numero, qui numerus vtiq; deo placet, per vocem domini in castris erunt & per præceptum domini promouebunt. Hanc videtur dicere vocem domini, signum quod dat de statione & motu nubis, quia & vox loquentis, proculdubio signū est voluntatis. Quod ergo ait, & per præceptum, hoc idem signū puto intelligendum, quanquam possit vox & præceptum domini illud ēt accipi quod locutus est vt solet ad Moysen, & præcepit hoc fieri. Neq; enim scirent illi promouendum esse nube promouente, & standum esse nube stante, nisi hoc eis ante præciperetur. In his autem quæ dicta sunt nondum apparuit vtrum per diem tm ambularent, an ēt per noctem: secundum signū quod nubes motu suo dabat. Fortasis.n. quanuis plures dies in castris manerent nube non promouente, potuit tamen putari nubem non solere ascendere, de castris, & signum itineris dare nisi per diē. Sequitur ergo & dicit,
L Et erit cum fuerit nubes à vespera vsq; mane & ascenderit nubes mane, & promouebunt die. Hīc illa copulatiua cōiunctio more scripturæ posita est, Nam ea detracta plenus est sensus hoc modo, Et erit cum fuerit nubes à vespera vsq; mane, & ascenderit nubes mane, promouebunt die. Deinde quia & nocte si nubes ascenderet promouebant, atq; iter nocturnum si illud signum acciperent agebant, adiunxit & ait, Vel nocte & si ascenderit nubes promouebunt. Sed locutio est inusitatior, Non n. tantum positum, est, &, sed eo more positum est quo non solet. Vnde mihi videtur præposteratus ordo verborum, sicut sæpe in Latinis locutionibus fieri solet. Quod genus antistrophe dicitur. Proinde si ita dicatur, vel & nocte si ascenderit nubes, promouebunt: aut certe ita, si & nocte ascēderit nubes, promouebunt, planissimus sensus est. Adhuc autem occurrebat cogitanti, vt scire vellet, vtrum quomodo cognitum est solere illos ad nubis signum diebus & noctibus ambulare, vel diebus & noctibus in castris esse, ita ēt solerent per dies tantum manere etiam quorum noctibus ambularent: quod arbitror scripturam in consequentibus intimasse cum dicit, Die vel mense diei, abundante nube obūbrante super illud in castris erunt M
filij Israel, & non promouebunt. Quia.n. dixerat, vel nocte & si ascenderit nubes promouebunt: tanquam restabat vt diceret, die autem si non ascenderit non promouebunt, quando quasi promouēre debere videbantur. Sed quia hoc ēt diebus plurimis fieri poterat, vt noctibus ambularent promouente nube, & ea manente diebus non ambularēt, ideo posuit die vel mense diei. Nō dixit mēse, ne ibi & noctes eiusdem mensis acciperētur: sed mense diei .i. mense ex ea parte qua dies illi fuit, nō ex ea qua nox. Die ergo vel mense diei, abundante nube obumbrante .i. abundante in obumbrando, vel abūdantius obumbrante semper illud, illud .s. tabernaculum: in castris erunt filij Israel, & non promouebunt. Postremo repetit, diuina authoritate factum, cui resisti vtiq; non debebat, adiungens. Qm per præceptum dñi promouebunt. Custodiam dñi custodierunt per præceptum domini in manu Moysi. Redijt ad uerbum præteriti temporis, vt diceret, custodierunt. Quod vero in fine posuit, In manu Moysi vsitatissima in scripturis locutio est, quia per Moysen hæc Deus præcipiebat. Et cū congregaueritis synagogā, tuba A
canetis, & non in signo. Non ergo ad hoc canendū præcipit vt congregetur synagoga, nam si hoc fit, signum est: sed iam congrega synagoga, præcepit tuba canere, tanq̄ ad cantū iam pertineat, non ad dandū signū, quo dato, fieri aliquid admoneat. Proinde cum hoc quod iam congregata synagoga tu canebant, quisquam homo noui testamēti ad aliquid spiritale interpretatur, illi signū est, qui intelligit quare fiat: nō illis qui non intelligebant, nisi quādo ad hoc fiebat, 18 Nu. 11
vt aliquod opus indicetur. Et auferam de spiritu qui est in te, & superponam super eos, & sustinebunt tecum impetum populi, & non portabis illos tu solus. Pleriq; Latini interpretes non vt in Græco est transtulerunt, sed dixerunt, Auferam de spiritu

spiritu tuo qui est in te, & ponā super eos, aut ponā in eis: & fecerunt sensum laboriosum ad intelligendum. Putarī.n. pōt de spiritu ipsius hominis dictū, quo humana nātura completur corpore adiuncto, quæ constat ex corpore & spiritu, quem, ēt animam
1.Co.2. dicunt. De quo & Apostolus dicit. Quis.n. hominum scit quæ sunt hominis, nisi spūs
H hominis qui in ipso est? Sic.n. & q̄ dei sunt,
B nemo scit nisi spūs dei. Et quod adiungit ac dicit, Nos aūt nō spūm huius mundi accepimus, sed spm qui ex deo est: Ostēdit vtiq; alium esse spm dei, cuius particeps sit spūs hominis per gram dei: quanuis posset etiam sicut alij interpretati sunt, intelligi spūs dei in eo, quod dicitur de spiritu tuo qui est in te: vt dictum sit, tuo, quia sit ēt nolter, qui dei est, eū accipimus eū: sicut de Ioanne dictum est, in spiritu & virtute Heliæ: Non
Luc. 1. enim anima Heliæ in eum fuerat reuoluta. Quod si quidam hæretica peruersitate opinantur, quid dicturi sunt in eo quod scriptum est, Spūs Heliæ requieuit super Heli
4.Re.2. eum, cum iam ille vtique haberet animam: nisi quia dictum est spiritu dei, vt etiam per illum operaretur, qualia per Heliam opera batur: non ab illo recedens, vt istum posset implere: aut dispertitus minus esset in illo, vt posset ex aliqua parte & i isto esse? Deus enim qui posset esse in omnibus tantus, in quibus per illam gratiā esse voluerit. Nunc autem cum ita scriptum sit, Et auferā de spi
C ritu qui est super te: nec dictum sit, de spiritu tuo; facilior est absolutio quæstionis: quia intelligimus nihil aliud deum significare voluisse, nisi ex eodē spiritu gratiæ illos quoque habituros adiutorium, ex quo habebat Moyses: vt & isti haberent quantū deus vellet, non vt ideo Moyses minus ha-
19 beret. Et dixit Moyses, Sexcenta milia
Nu.11. sunt peditum, in quibus sum in ipsis, & tu dixisti, Carnes dabo eis, & edent mēse die rum? Nunquid oues & boues occidentur illis, & sufficient illis aut omnis piscis cōgregabitur eis, & sufficiet eis? Quæri solet vtrum hoc Moyses diffidendo dixerit, an quærendo. Sed si putauerimus eum diffidendo dixisse, nascetur quæstio cur hoc ei non exprobrauerit dominus, sicut exprobrauit quōd ad petram, vnde aqua postu-
Nu.20. auit, videtur de potest. e domini dubitasse. Si autem dixerimus hoc eum dixisse quærendo modum quo fieret, ipsa domini responsio, vbi ad eum dixit, Nunquid manus domini non sufficiet, quasi redarguentis videtur; quod ille illa non credidisset. Sed melius arbitror intelligi, dominum ita respondisse, tanquam modum futuri facti, quem ille requirebat, dicere noluerit, sed potius opere ipso suam potentiam demon- Luc. 1.
strare: Poterat enim & Mariæ dicēti, Quo modo fiet istud, quoniam virum non co- D
gnosco: a calumniantibus obijci, quōd minus crediderit, cum illa modum quæsierit non de virtute dei dubitauerit. Quod autem responsum est illis, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit te: poterat & sic responderi quomodo hic. Nunquid spiritui sancto impossibile ē, qui superueniet in te? ac si idem ipse sensus conseruaretur. Porrò autem talia quædam dicens Zacharias, incredulitatis arguitur, & vocis oppressæ pœna plectitur: Quare? nisi quia deus non de verbis, sed de cordibus iudicat. Alioquin & ad illam petram, vñ aqua profluxit, poterant excusari verba Moysi, nisi in eum clara esset diuina sententia, qđ Nu.10.
diffidendo talia dixerit. Nam ita se ea verba habent, Audite me increduli, Nunquid de petra ista educimus vobis aquam? Deinde sequitur, Et eleuata Moyses manu sua percussit petram virga bis, & exijt aqua multa, & bibit synagoga & pecora eorum. Vtiq; ad hoc cōgregauit populum, & ad hoc illam virgam in qua tanta miracula fecerat sumpsit, eaque petram percussit, atque inde solitæ virtutis est consequutus effectus. Verba ergo illa quibus ait, Nunquid ex hac petra educimus vobis aquā possent sic accipi tanquam diceretur, Nempe ex hac petra secundum vestram incredulitatem aqua edu
ci non potest! Vt denique percutiendo ostēderetur, fieri diuinitus potuisse quod illi infidelitate non crediderunt, maxime quia dixerat, Audite me increduli: ita quidem intelligi possent hæc verba, nisi deus qui cordis inspector est, quo animo dicta fuerint inquiaret. Sequitur enim scriptura & dicit, E
Et dixit dominus ad Moysen & Aaron, Quoniam non credidistis sanctificare me in conspectu filiorum Israel, propter hoc non inducetis vos synagogam hanc in terram quam dedi eis. Ac per hoc intelligitur illa verba ita dixisse Moysen, tanquam ad incertum percusserit, vt si non sequeretur effectus, hoc prædixisse putaretur, cum ait, Nunquid ex hac petra educimus vobis aquam: quod in animo eius lateret om-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nino, nisi de sententia prodiret. E contrario itaque isto loco debemus intelligere verba Moysi de promissis carnibus, quærentis potius quomodo fieret quàm diffidentis fuisse, quando sententia domini non secuta est quæ vindicaret, sed potius, quæ doceret.

20 De vxore Moysi Aethiopissa quæri solet,
Nu. 12. vtrum ipsa erat filia Iethro, an alteram du-
F xerit vel superduxerit. Sed ipsam fuisse cre-
2. Parali dibile est, De Madianitis quippe erat, qui re-
po. 14. periuntur in Paralipomenon Aethiopes di-
ci, quãdo cõtra eos pugnauit Iosaphat. Nã in his locis dicitur eos persecutus populus Israel, vbi Madianitæ habitãt, qui nunc Sarraceni appellantur. Sed nunc eos Aethiopes nemo ferè appellat sicut solẽt locorum, & gentium nomina plerunque vetustate

21 mutari. Et dixit ad eos. Ascẽdite ista ere-
Nu. 13. mo, & ascendetis in mõtem & videbitis ter-
ram quæ sit, & populum qui insidet super eam, si fortis est an infirmus, si pauci sunt an multi. Expostuisse intelligit, secundum quid dixerit, si potens est an infirmus: hoc est, si pauci sunt an multi. Nam quomodo possent de monte prospicientes sentire humanarum virium fortitudinem? Potest & alius sensus esse multo congruentior veritati: quod ait, Ascendetis montem, in ipsam terram, dixit, quam explorare volebam, Non enim possent facile exploratores intelligi, vbi tanquam peregrinantes omnia perquirebant. Nam si de montis vertice eos putauerimus conspexisse terram, & explorasse: quomodo possent ex-
G quirere omnia quæ Moyses exquirẽda præ-
cepit? Quomodo intrare ciuitates quas eos scriptura dicit intrasse? Quomodo de illa valle botrum tollere, propter quem, & loco nomen est inditum vt vallis botri diceretur? In ipso ergo monte explorabatur terra, quia ipse erat à quo exploraretur. & ibi erat quidam despressior locus, de qua

22 valle botrus ablatus est. Et protulerunt
Nu. 13. pauorem terræ quam explorauerunt. Pauo-
23 rem terræ dixit, nõ quod paueat eadem
Nu. 14. ra, sed quem ex ea terra conceperant. Ca-
leph & Iesus Naue loquentes ad populum Israel ne timerẽt ingredi terram promissionis, dixerunt inter cætera, Vos autẽ ne timueritis populũ terræ, quoniam cibus nobis sunt. Absessit enim tempus ab eis, dominus autem in nobis, ne tumueritis eos. Quod dictum est, cibus nobis sunt: intelligi voluerunt, consumemus eos. Quod vero adiunxerunt, absessit. n. tps ab eis, dñs autẽ in nobis: satis diligenter non dixerunt, absessit dñs ab eis, impij quippe antiquitus fuerunt: sed quoniam & impijs occulta dispensatione diuinæ prouidentiæ datur tempus florendi atq; regnãdi, absessit, inquit, tps ab eis, dominus autem in nobis: non dixerunt, absessit tps ab eis, & nostrum sucessit: dñs autem in nobis, non tempus. Illi H
enim tempus habuerunt, isti dominum deũ
temporum creatorem & ordinatorem, &
quorũq; vt ei placet distributorem. Qđ 24
præcipitur quo expientur peccata quæ nõ Nu.
sponte cõmittuntur, merito quæritur quæ sint ipsa peccata nolentium: vtrum quæ à nescientibus committuntur: an etiam possit recte dici peccatum esse nolentis, quod facere compellitur: nam & hoc contra voluntatem facere dici solet. Sed vtiq; vult propter quod facit cum vult viuere: si. s. quisquam nisi fecerit mortem minetur. Vult ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per seipsum appetendo vt falsum iuret, sed vt falsum iurando viuat. Quod si ita est, nescio vtrum possint dici ista peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda. Nam si diligenter consideratur, forte ipsum peccare nemo velit sed propter aliud fit quod vult qui peccat. Omnes quippe homines qui scientes faciunt quod non licet, vellent licere, Vt queadeo ipsum peccare, nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo consequitur. Hæc si ita se habent, non sunt peccata nolentium, nisi nescientium; I
quæ discernuntur à peccatis volentium. 25
Nu.

Et anima quæcunque peccauerit in manu superbiæ, ex indigenis, aut ex proselytis, deum hic exacerbat: & exterminabitur anima illa de populo suo, quoniam verbum domini contempsit & mandata eius disperdidit. Contritione conteretur anima illa, peccatum eius in illa. Quæ sint peccata quæ fiunt in manu superbię, id est, de superbia commitunttur, scriptura ipsa in consequentibus satis exposuit, vbi ait, quoniam verbum domini contempsit. Aliud est ergo præcepta contemnere, aliud magni pendere quidem, sed aut ignarum contra facere, aut victum. Quæ duo fortasse pertineant ad illa peccata q̃ à nolẽtibus fiunt: de quibus superius quemadmodum deo propiciato expiarentur admonuit: ac deinde subiecit peccata superbiæ, cum quisque superbiendo. i. præceptum contemnẽdo perperam faci-

eit. Quod genus peccati non dixit vllo genere sacrificij purgari oportere, tanquam insanabile iudicans, illa duntaxat curatione quæ per sacrificia gerebatur, qualia facienda in hac scriptura præcipiuntur. Quæ si
K per ipsa attẽduntur, nullo pacto possunt me-
deri. Si autem res ipsæ quarũ hæc sacra sunt
inquirantur, in eis inueniri poterit purga-
Pro. 18. tio peccatorum. Quod ergo scriptum est, Peccator cum venerit in profundum malorum contemnit: iste significatus est, quem scriptura hoc loco dicit, in manu superbiæ delinquere. Hoc igitur sine pœna eius qui committit non potest aboleri, atq; ideo non potest non punitum esse: & cum pœnitendo sanatur, ipsa afflictio pœnitentis pœna peccati est, quanuis medicinalis & salubris. Merito quippe magnum iudicatur peccatum cum superbia præceptum contemnit: sed econtrario vt sanari possit, cor contritum &
Psal. 50. humiliatum deus non spernit. Veruntamen
quia sine pœna non fit, ideo talia hic dicta
Iacob. 4. sunt: deum, inquit, hic exacerbat: quia deus superbis resistit. Et exterminabitur anima illa de populo suo, qm̃ talis omnino in numero eorũ qui ad deum pertinent non est: qm̃ verbum domini contempsit & mandata eius disperdidit, contritione conteretur anima illa. Quare aũt contritione conteretur, consequenter adiungit dicens, pctm̃ eius in illo: ac per hoc si tali peccato debitam contritionem ipse sibi adhibeat pœnitendo, cor contritum vt dictum est, deus non spernet:
L quanuis in Græco non dictum sit hoc loco,
contritione conteretur: sed ex contritione exteretur anima illa. Quod ita accipi põt, quasi omnimodo terendo extinguatur ac si non sit. Sed prius natura immortalitatis animæ hunc intellectum recusat: Deinde si qđ exteritur, omni modo efficeretur ut nõ sit,
Ecclesia non diceret de sapiente. Et gradus ostiorum
stici. 6. eius exteret pes tuus. Verum illa discretio magis magisque consideranda est, vtrum nemo peccet nisi aut ignarus, aut victus, aut contemnens, vnde nunc longum esset
26 disputare. Quid est quòd Dathan & Abi-
Nũe. 16 ron cum in seditionem consurrexissent, vocati à Moyse ac superbe & iniuriose respondentes, Nunquid pusillum hoc, quoniam eduxisti nos in terram fluentem lac, & mel, interficere nos in eremo, quoniam præes nobis princeps, & tu in terram fluentem lac & mel induxisti nos, & dedisti nobis sortem agri & uineas: post hæc addiderunt, Oculos hominum illorum absciidisses: non ascendimus quorum hominum oculos dixerunt? Vtrum populi Israel, tanquam dicentes, Si ita præstitisses, oculos hominum illorum absciidisses. i. ita te diligerent vt oculos suos eruerent & darent tibi. Q đ iudiciũ magnũ M
dilectionis, & Apostolus dicit, Qm̃ si fieri Galat. 4.
posset oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi. Et deinde plenam contumaciam addiderunt, Non ascendimus, id est, non veniemus, quia uocauerat eos. An potius oculos hominum illorum dicit hostium qui nimis acres & terribiles fuerant nunciati: tanquam dicerent, & si hoc fecisses, non tibi obtemperaremus: nisi quòd modus uerbi alius pro alio positus est, ut non dicerent, non ascenderemus, sed non ascendimus quodam genere locutionis? Et locutus est domi- 27
nus ad Moysen & Aaron dicens, Absedite Nũe. 16
uos de medio synagogæ istius. Notandum est tunc iubere dominum separationem fieri corporalem, cum iam uindicta imminet malis. Sic Noe cum domo sua separatur à Gen. 7.
cæteris diluuio perituris, Sic Loth cum suis Gen. 19.
separatur à Sodomis igne cœlitus consumẽdis. Sic ipse populus ab Aegyptijs marinis Exo. 14.
fluctibus obruendis. Sic isti nunc à synagogã Chore Abiron & Dathan, qui se primitus per seditionem abrumpere uoluerunt. cum quibus tamen sancti antea uiuentes & conuersantes, & cum cæteris quos reprobat deus secundum uerba quæ in eo increpans dicit, contaminari tamen ab eis minime po- A
tuerunt: nec separari iussi sunt, quando uindictam dominus, siue differebat, siue talem adhibebat, qua innocẽtes periclitari lædive non possent, sicut serpentum morsibus, sicut strage mortiũ qua deus quẽ uolebat sicut uolebat alio percutiebat intacto nõ sicut aqua diluuij, aut ignea pluuia, aut aqua maris, aut hiatu terræ, q̃ permixtos poterat pariter absumere: nõ quia & ibi deus suos conseruare nõ posset, sed qã opus erat tẽtatione miracu-
li ubi separatio fieri poterat, ut uel aqua, uel
[illegible] uel hiatus terræ quos inuenisset auser Mat. 13.
ret. Sic & in fine à zizanijs separabunt frumenta, & malos cremantibus flammis, iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum.

Qđ ait Moyses de Chore & Abiron & 28
Dathan, in uisione ostẽdet deus, & aperiens Nũe. 16
terra os suũ absorbebit uos. Quidã interpretati sunt, in hiatu ostendet dñs: credo putantes dictũ φάσματι quod Græce positũ est χάσματι quod p eo dictum est, ac si dicere-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur in manifestatione, quod apertis oculis apparebit. Non.n.sic dictū est,in visione, quemadmodū solent dici visiones,siue somniorum,sine quarumcunq; in ecstasi figurarum:sed vt dixi,in manifestatione. Nonnul
B li autem aliud opinātes, in phantasmate interpretari voluerunt. Quod omnino sic abhorret à consuetudine locutionis nostræ, vt nusquam ferè dicatur phātasma,nisi vbi falsitate visorum intellectus noster illuditur, quanuis & hoc à videndo sit dictum. Sed vt dixi,aliud loquendi consuetudo præiudica-
29 uit. Et descenderunt ipsi & omnia quæ-
Nūe.26 cunq; sunt eis viuentes ad inferos. Notādū secundum locum terrenum dictos esse inferos ,hoc est in inferioribus terræ partibus. Varie quippe in scripturis & sub intellectu multiplici, sicut rerum de quibus agitur sensus exigit,nomen ponitur inferorū, & maxime in mortuis hoc accipi solet. Sed quoniam istos viuentes dictum est ad inferos descendisse, & ipsa narratione quid factum fuerit satis apparet: manifestum est, vt dixi inferiores partes terræ inferorū vocabulo nuncupatas, in cōparatione huius superioris terræ in cuius facie viuitur:sicut in comparatione cœli superioris vbi sanctorū demoratio est angelorum, peccātes angelos in huius aeris detrusos caliginē, scriptura dicit tanquā carceribus inferi puniendos reseruari. Si.n.deus inquit,angelis peccantibus non
C pepercit, sed carceribus caliginis inferi re-
2.Petr.2 trudens tradidit in iudicio puniendos reseruari: cum Apostolus Paulus principem potestatis diabolū dicat, qui operatur in filijs
Ephe.2. 30 diffidentiæ. Et dixit dūs ad Moysen & ad
Nūe.16 Eleazarum filium Aaron sacerdotem, Tollite thuribula ærea è medio exustorum: & ignem alienum hunc semina ibi,quia sanctificauerunt thuribula peccatorum horum in manibus suis: & fac ea laminas ductiles circumpositionem altari: quoniam oblata sunt ante dominum & sanctificata sunt: & factæ sunt in signum filijs Israel. Hoc loco cur non ad Moysen & Aaron sicut in superioribus dūs locutus sit,sed ad Moysen & Eleazarum filium Aaron, hæc mihi causa interim occurrit. Quoniam quæstio erat de progenie sacerdotum, id est, de quo genere esse deberent: vnde illi ex alio genere, quia sibi vsurpare sacerdotium ausi sunt,tam horrendo & mirabili supplicio perierunt: non ad Aaron, quia iam summus sacerdos erat,sed ad Eleazarum voluit loqui deus q ei succedere debebat,& secundo iam sacerdotio fungebatur,vt eo modo seriem generis cōmendaret quæ in successionibus sacerdotum esse deberet. Vnde etiam in consequētibus dicit,
D Et accepit Eleazar filius Aaron sacerdotis thuribula ærea quæ antea obtulerunt qui exusti sunt,& addidit ea circumpositionem altaris memoriæ filij Israel, vt non accedat quisquam alienigena, qui non est de semine Aaron,imponere incensum ante dūm:& nō erit sicut Chore & sicut conspiratio eius,sicut locutus est dūs in manu Moysi. Hoc ergo modo voluit per Eleazarum deus nō sacerdotiū quod iam erat in Aaron,sed successionis sacerdotalis progeniem commendare. Quod vero ait, Et ignem alienum hunc semina:ibi sparge, intelligendum est. Et quod addidit,Quia sanctificauerūt thuribula peccatorū horū in manibus suis:locutione quidē inusitata expressa sententia est. Sed notādum nouo mō dicta sanctificata pena eorū, à quibus hoc peccatum fuerat perpetratum: quia per eos exemplū datum est cæteris,quo timerent. Circumpositionem aūt altari cur ex eis fieri voluit,addidit dicēs:quoniā oblata sunt ante dominum, & sanctificata facta sunt in signum filijs Israel: non ergo in eis reprobari voluit,q à talibus oblata sunt,sed hoc potius attendi ante quem oblata sunt, quia ante dūm, vt plus in eis valeret nomē dūi,ante quem obl.ta sunt,q̄ pessimum meritum eorum,à quibus oblata sunt. Hoc autem iam & in Exodo commemorauerat scriE ptura,quando altare fabricatum dicit. Vnde intelligitur genera rerum gestarum distributa esse per libros, non temporum ordo contextus. Nam & de virga Aaron quomodo res gesta sit, vt florens & germinans electionem sacerdotij eius diuinitus iudicaret,in hoc libro scriptura narrauit, & tamen de ipsa virga in Exodo dicitur, vt in sanctis sanctorum, cum manna in arca poneretur, quando præcipitur de tabernaculo fabricando, quod vtique longe ante præceptum est, quām ipsum tabernaculum fabricatum perfectāmque consisteret. Stetit autem primo mense secūdi anni, ex quo de Aegypto egressi sunt: & liber iste incipit à secundo mense eiusdem anni secundi, primo die mensis. Vnde clarum est ista, si librorum ordinem consideremus, per recapitulationem, id est, præteritorum recordationem commemorari, quæ putant, qui minus diligenter intendunt, eodem facta ordine, quo

quo narantur. Et ait dominus ad Aaró
31 dicens; Tu & filij tui & domus patris tui
Nu.18. tecum accipietis peccata sanctorum: & tu
F & tui accipietis peccata sacerdotij vestri. Hęc sunt peccata, quæ appellantur sacrificia pro peccatis. Proinde peccata sanctorū dictum est,non quæ sancti committunt,sed ab eo q̄ sunt sanctasanctorum, quia in sanctis offeruntur. Et peccata dicuntur sacrificia pro peccatis: ideo appellata sunt peccata sanctorum. Et peccata sacerdotij vestri, id est, eadem ipsa quæ offeruntur pro peccatis:sicut etiā in Leuitico declarat, & per-
32 tinere debere dicit ad sacerdotem. Primo
Nu.18 genita omnia quæcunq; fuerint in terra eorum,quantacunque attulerint domino, tibi erunt. Hic primogenita, non fœtus primitiuos pecorum dicit: nam ipsa Gręce πρωτότοκα nominant, hæc aūt πρωτογενήματα Sed Latine duabus his rebus, duo nomina reperta nō sunt. Et ideo ista πρωτογενήματα quidam primitias interpretati sunt; Sed primitiæ ἀπαρχαὶ dicuntur,& aliud sunt. Hæc igitur tria ita discernunt, quia πρωτότοκα sunt primitiui animalium fœtus, etiam hominū: πρωτογενήματα vero primi fructus de terra sumpti,vel de arbore,vel de vite. Primitiæ autem de fructibus quidem, sed iam redactis ab agno: sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa quæ primitus sumebant.
33 De iuuenca rufa, cuius cinerem ad aquā
Nu.16. aspersionis, eorūq; mundationem qui mortuum tetigerint, proficere lex mādauit,nec
G tangere permittitur. Euidentissimum enim signū in ea nouitestamēti præfigurabatur, nec satis digne festinantes dicere de tanto sacramento valemus. Primo.n.quòd ita cœpit de hac re loqui scriptura,quem non moueat, & intentissimā mentem faciat in altitudine sacramenti? Et locutus est inquit,dominus ad Moysen & Aaron dicens, ista distinctio legis quæcunque constituit dominus: proculdubio non est distinctio nisi inter aliqua duo vel plura:nam distinctionē singularitas non requirit. Nec distinctionem cuiuslibet rei commemorauit, sed addidit legis,nec cuiuscūq; legis: assidue quippe in scriptura dicitur de vna quaq; re, de qua legitime præcipitur, Hæc est lex illius vel illius rei:non vniuersalis lex, quæ continet omnia quæ legitime præcipiūtur: Hic vero cum dixisset, Hæc est distinctio legis: secutus adiunxit, Quæcunq; cōstituit dominus,præcipiendo vtiq;,non creando. Nā etiā nonnulli interpretes, Quæcūq; præcepit dūs,transtulerūt. Si ergo hæc est distinctio legis, quecūq; præcepit dūs:proculdubio magna est ista distinctio. Et recte intelligitur duo testamenta distinguere. Eadem H quippe sunt in veteri & nouo: ibi obuæbrata,hic reuelata: ibi præfigurata,hic manifestata. Nā nō solū sacramenta diuersa sunt, verumetiam promissa ibi videntur tēporalia proponi,quibus spiritale præmiū occulte significetur:hic aūt manifestissime spiritalia promittunt & æterna. Tēporaliū aūt bonorū atq; carnaliū, & spiritalium atque ęternorū,q̄ clarior certiorq; distinctio est, q̄ passio domini nostri Iesu Christi: in cuius morte satis constitit, non istam terrenā transitoriamq; fœlicitatem à dño deo pro magno munere sperandā & optandā,quandoquidē in vnigenito filio suo,quē tanta illa perpeti voluit, longe aliud à se peti expectariq; oportere apertissima distinctione declarauit. Hanc ergo passionē dūi nostri Iesu Xpi,velut distinctione duorum testamētorum,hoc quod de iuuencæ rufę mactatione narratur, satis congrue prefigurat. Locutus est enim dominus ad Moysen & Aarō dicens,ista distinctio legis quæcunque constituit dominus:ac deinde mandare incipit hęc adiungens & dicens, Loquere filijs Israel. Potest etiam ita distingui, Et locutus est dominus ad Moysen, & Aaron dicens. I Ista distintio legis quęcunq; constituit dūs: dicēs non quæcunque constituit dominus creans,sicut cœlum, & terram & omnia, q̄ in eis sunt: sed quęcunque constituit dominus dicens,in duobus videlicet testamentis: vt deinde sequatur, Loquere filijs Israel, & accipiant à te iuuencam rufam sine vitio. Iuuenca rufa carnem Christi significat, Sexus fœmineus est,propter infirmitatem carnis: Rufa est, propter ipsam cruētam passionem. Quod autem ait,accipiāt à te: in ipso Moyse figuram legis ostendit: quoniam secundum legem sibi visi sunt occidere Christum, quia soluebat secundum ipsos sabbatum, & sicut putabant obseruationes legitimas prophanabat. Quod ergo sine vitio dicitur hæc iuuenca, mirum non est, Hanc enim carnem etiam cæteræ hostiæ figurabant, vbi similiter sine vitio pecora immolari iubentur. Erat quippe illa caro in similitudine carnis peccati,sed non caro peccati. Veruntamen hic vbi euidentius legis distinctionē deus voluit cōmen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dare,parum fuit dicere sine vitio,nisi dicere, quæ non in se habet vitium. Qđ si repetendi causa dictum est, fortasse non frustra est, ꝙ eam rẽ ipsa repetitio firmius cõmendauit. Quanquã & illud non abhorret à vero, ut ideo additũ intelligaĩ, quæ non habet in se vitiũ, cũ iam dictũ esset,iuencã sine vitio, quia in se nõ habuit vitiũ caro Christi, in alijs aũt habuit qui membra sunt eius. Quæ.n.caro in hac vita sine peccato,nisi illa sola quę nõ habet in se vitiũ? Et non est superpositum super eam iugũ. Pſ.115. Non.n.subiugata est iniquitati, cui subiugatos inueniens liberauit,& eorum vincula dirupit, vt ei dicaĩ, Dirupisti vincula mea, Ioã. 10. tibi sacrificabo hostiam laudis. Super illius quippe carnẽ non est positum iugum, qui potestatem habuit ponendi animam suam & iterum sumendi eam. Et dabis eã,inqt, ad Eleazarum sacerdotẽ. Cur non ad Aarõ nisi forte ita præfiguratũ est, nõ ad tempus quod tunc erat,sed ad posteros huius sacerdotij pasionem domini peruenturam? Et eijcient eam extra castra. Sic & electus est L dñs passurus extra ciuitatem. Qđ autẽ ait, in locum mundum:ita significatum est, ꝙa non habuit causam malam. Et occident eã in conspectu eius, sicut occisa est caro Christi in conspectu eorum qui futuri erant in nouo testamento domini sacerdotes. Et accipiet Eleazar sanguinẽ eius & asperget contra faciem tabernaculi testimonij in sangui ne eius septies. Hæc testificatio est Christi secundum scripturas fudisse sanguinem in remissionem peccatorum. Ideo contra faciẽ tabernaculi testimonij,quia non aliter declaratum est quàm fuerat diuino testimonio prẽnunciatum. Et ideo septies,quia ipse numerus ad mundationem pertinet spiritalẽ. Et cremabunt eam in conspectu eius. Puto quia concrematio ad signum pertinet resurrectionis. Natura est quippe ignis vt in superna moueatur, & in eum conuertitur qđ crematur. Nam & ipsum cremare de Græco in Latinum ductum verbum est à s[illegible]sione. Quod vero additum est,in conpectu eius,id est,in conspectu sacerdotis: hoc mihi insinuatũ videtur, quia illis apparuit resurrectio Christi qui futuri erant regale sacerdotium. Iam quod sequitur, Et pellis eius & carnes & sanguis eius cum stercore eius comburetur, idipsum expositum est quomodo concremabitur: & significatum est,quòd nõ solum substantia mortalis corporis Christi, quæ commemoratione pelM lis & carnium & sanguinis intimata est:verumetiam cõtumelia & abiectio plebis quã nomine stercoris significatam puto, conuerteretur in gloriam, quam conbustionis flamma significat. Et accipiet sacerdos lignũ cedrinum & hysopum & coccinum, & immittet in medium combustionis iuuẽ cæ. Lignum cedrinum spes est, quæ debet in superius firmiter habitare. Hysopus fides, quæ cum sit herba humilis radicibus hæret in petra. Coccinum charitas, quod feruorem spiritus igneo colore testatur. Hæc tria debemus mittere in resurrectionem Christi, tanquam in medium combustionis illius, vt cum illo sit abscondita vita nostra,sicut dicit Apostolus, Et vita nostra abscondita est cum Christo in deo. Et la- Colo.3 uabit vestimenta sua sacerdos, & lauabit corpus suum aqua, & postea introibit in castra, & immundus erit sacerdos vsque ad vesperam. Lauatio vestimentorum, & corporis quid est, nisi mundatio exteriorum & interiorum? Et hæc sacerdos. Deinde sequitur, Et qui comburet eam, lauabit vestimenta sua, & lauabit corpus suum aqua, & immundus erit vsque ad vesperam. In eo qui cõburit,eos figuratos arbitror qui Christi carnem sepelierunt, resurrectioni eam velut conflagrationi mandantes. Et congregabit homo mundus cinerẽ A iuuencæ, & ponet extra castra in locum mundum. Quid dicimus cinerem iuuencæ, reliquias videlicet illius interfectionis, & combustionis, nisi famam, quę consecuta est pasionem resurrectionemque Christi, Quoniam sunt reliquiæ homini pacisPſal.3 co. Nam & cinis erat, quia velut mortuus ab infidelibus condemnabatur: & tamen mundabat, & resurrexisse à fidelibus credebatur. Et quia hæc fama apud eos maxime claruit qui in cæteris gentibus erant, & non erant de consilio Iudeorum: ideo dictum esse existimo, & congregabit homo mundns cinerem iuuencæ: mundus vtique ab interfectione Christi, quæ Iudæos fecerat reos. Et reponet in locum mundum, id est, honorabiliter tractabit. Tamen extra castra: quia extra celebrationem Iudaicæ consuetudinis honor Euangelicus claruit. Et erit synagogæ filiorum Israel in conseruat[illegible]nem, Aqua asperMonis purificatio est. Postea declarat plenius quemadmodum ex isto cinere fiebat aqua asper-

asperſionis, vnde mundabantur à contactu mortuorum, quod vtiq; significatur ab iniquitate moribundæ vel morticinæ vitæ. Sed B mirum est quod sequitur: Et qui congregat, inquit, cinerem inuencæ lauabit vestimenta sua,& immũdus erit vsq; ad vesperã. Qũo erit ex hoc immundus qui mundus ac cesserat: nisi quia & ij qui sibi videnẽ mundi, in fide Christiana se agnoscunt, quia omnes peccauerunt & egent gloria dei,iustiRom.3. ficati gratis per sanguinem ipsius. Hunc tñ vestimenta sua lauare dixit, non etiam corpus suum,Credo quòd illius cineris congregatione & repositione in loco mundo,si hęc spiritaliter intelligantur, iam intrinsecus vult intelligi fuisse mundatum: sicut CorAct. 10. nelius audiens & credens quod prædicauerat Petrus ita mundatus est, vt ante visibilem baptismum cum suis qui aderant acciperet donum spiritussancti. Veruntamen nec visibile sacramentum contemni potuit, vt ablutus etiam extrinsecus lauaret quodammodo vestimenta sua. Et erit,inquit,filijs Israel, & proselytis qui apponuntur,legitimum æternum. Quid aliud osteuditur, nisi baptismum Christi quẽ significat aqua asperſionis, & Iudęis & gentibus profuturum.i.filijs Israel & proselytis, tanquam naturalibus ramis,& inserto pinguedini, raRom.11. dicis oleastro? Quem aũt non faciat intentũ C quòd post ablutionem de singulis quibusq; dicitur: Et immundus erit vsq; ad vesperã? Neq; hic tantum,sed in omibus,aut penè in omnibus talibus mũdationibus hoc dicitur. Vbi nescio vtrum aliquid aliud possit intelligi: nisi quòd omnis homo post remissionem plenissimam peccatorum permanendo in hac vita contrahit aliquid vnde sit immundus vsque ad eiusdem vitæ finem, vbi ei dies iste quodammodo clauditur, quod significat vespera. Deinde incipit scriptura dicere, & exequitur quemadmodum immundi facti homines aqua illa asperſionis purificentur. Qui tetigit,inquit,mortuum, omnis anima hominis immunda erit septẽ diebus: hic purificabitur die tertio & die septimo, & mundus erit. Et hic nihil aliud intelligendum video, nisi contactum mortui, esse hominis iniquitatem. Septem vero dierum immunditiam propter animam & corpus dictam puto, animam in ternario, corpus in quaternario. Quod quare ita sit, longum est disputare. Secundum hoc arbitror dictum per Prophetam, In tribus & quatuor impietatibus non aduersabor, Adiungit autem dicens, Si autem non pu- Amos.1. rificatus fuerit die tertio & die septimo non erit mundus. Omnis qui tetigerit ab omni D anima hominis & mortuus fuerit, & non fuerit purificatus,id est,ante mortuus fuerit tacto mortuo quàm fuerit purificatus,tabernaculum dñi polluit:exterminabitur anima „ illa ex Israel. Notandum est quòd difficili- „ me reperitur in his libris aliquid euidẽtius: „ de vita animæ post morrem, fuisse conscriptum. Die tertio & in die septimo: & purificabitur die septimo & lauabit vestimenta sua,& lauabit aqua & immundus erit vsque ad vesperam. Alia est aqua asperſionis „& alia vtique illa qua lauit vestimenta sua. Et lauabitur aqua, quàm puto spiritalem intelligendam per significationem, non per proprietatem. Nam sine dubio visibilis erat: sicut illæ omnes vmbræ futurorum. Proinde qui sacramento baptismi recte abluitur, quod illa asperſionis aqua figurabatur, mundatur spiritaliter, id est, inuisibiliter in carne & in anima vt sit mundus & corpore & spiritu. Quod vero hysopo dixit aqua asperſionis aspergi: qua herba supra Act.15. diximus fidem significari: quid aliud occurrit, nisi quod scriptum est, Fide mundans corda eorum. Nõ enim prodest baptismus, si defit fides. A viro autem mundum dixit hoc fieri, vbi significantur ministri portantes personas domini sui, qui vere mundus E est. Nam & de his ministris in consequentibus dicit, & qui circumasperget aquam asperſionis,lauabit vestimenta sua,id est,obseruabit & corpus. Et qui tetigerit aquam asperſionis immundus erit vsque ad vesperam. Et omne quodcunque tetigerit immundus, immundum erit. Et aĩa q̃ tetigerit, immunda erit vsque ad vesperam. Iam dixi superius quid mihi significare videatur, vsque ad vesperam. Omnis qui te- 34 tigerit super faciem campi vulneratum, aut Núe.18. mortuum, aut os hominis, aut monumen[illegible]. Quæri potest quid dictum sit vulneratum, aut mortuum. Si enim aliud voluit intelligi vulneratum, aliud mortuum: cauendum est ne putetur immundus esse etiam qui tetigerit vulneratum vinum, quod vtique absurdum est. Sed quia possunt & mortui esse vulnerati, ipsos mortuos intelligitur discreuisse: vt & vulneratum mortuum intelligamus, id est, vuluere peremptum, & mortuum sine vul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

35 nere. Quòd de petra aqua educta est, Apo-
Nũe.20 stolus Paulus quid esset exposuit vbi ait, Et
1.Co.10. oēs eundem potum spiritalem biberunt. Bi
F bebant aút de spiritali sequenti eos petra.
Petra ãt erat Christus. Significata est ergo
de Chro profluens gratia spiritalis, qua inte
rior sitis irrigaretur. Sed ꝙ virga petra per-
cutitur, crux Christi figuratur. Ligno. n. ac
cedente ad petram, gratia manauit, & ꝙ bis
percutitur euidentius significat crucē. Duo
36 quippe ligna sunt crux. Quod de aqua
Nũe.20 illa quæ de petra profluit dictum est, Hæc
aqua contradictionis, quia maledixerant fi-
lij Israel ante dominum & sanctificatus est
in ipsis: prius maledixerunt qñ locuti sunt
contra beneficium dñi quòd educti erant de
Aegypto: & postea sanctificatus est in ip-
sis, cum illo miraculo profluentis aquæ ei-
us sanctitas declarata est. An forte duo ge-
nera hominum demonstrauit, & contradi-
centium gratiæ Christi, & percipientium
gratiam Christi: vt illis sit aqua cõtradictio-
nis: istis sanctificationis. Nam de ipso dño
in Euangelio legitur, Et in signum cui con-
Lucæ.2. tradicetur. Quod inter mandata Moy-
37 ses ad regem Edom dicit inter cætera, Ne-
Nũe.20 que bibemus aquam de lacu tuo: intelligen
dum est gratis, id est, quia non gratis bibe-
mus. Quod postea manifestat dicens, Si au-
G tem de aqua tua bibemus ego & pecora mea
38 dabo pretium tibi. Non declinabimus
Nũe.20 in dextera neq; in sinistra. Pluraliter dictũ
39 est, in ea quæ dextera sunt, vel quæ sinistra
Nũe.20 sunt. Nõ introibitis in terram quam de-
di filijs Israel in possessionem: quoniam exa
cerbastis me super aquam maledictionis.
Quam dixit superius aquâ contradictionis,
ipsam dicit hic maledictionis. Non enim ait
40 ἀντιλογίας, sed λοιδορίας. Et vouit Israel vo-
Deu.21. tũ domino, & dixit, Si mihi tradideris popu
lum istum subiectum, id est, si mihi eum tra
dendo subiecceris, anathemabo illum & ciui
tates eius. Hic videndum est quomodo di-
catur anathemabo, quod vouetur & tamen
pro maledicto ponitur, sicut & de isto p
Galat.1. lo dicitur. Vnde illud est, Siquis vobis eua
gelizauerit præter quàm quod accepistis,
anathema sit. Hinc vulgo dictum est, vt de-
uotatio dicatur, Nam deuotare se quenquã
41 nemo ferè dicit, nisi maledicens. Et ana-
Nũe.11 themauit eum & ciuitatem eius, & voca-
tum est nomen loci illius anathema. Hinc
dictum est anathema, quod detesta'ile al-
quid & abominabile videatur. Vt enim ni-
hil inde victor in vsus suos auferret, sed to-
tum in pœnam luendam voueret, hoc erat
anathemare, quod vulgo dicitur deuotare.
Origo autem huius verbi est in Græca lin- H
gua ab his rebus quæ votæ & persolutæ,
hoc est, promissæ & redditæ sursum pone-
bantur in tẽplis, ἀπὸ τοῦ ἀνω τίθεσθαι hoc est,
sursum ponere, vel figendo, vel suspenden-
do. In itinere filiorum Israel quo castra 42
promouebant atque ponebant, inter cætera Nũe.21
scriptum est, Et inde castra collocauerunt
trans Arnon in Hermon, quod extat à limi
tibus Amorræorum. Est enim Arnon limes
inter Moab & inter Amorrẽum. Propterea
dicitur in libro, Bellum domini Moab inflã-
mauit & torrentes Arnon, & torrentes cõ-
stituit inhabitare. Et in quo libro hoc scri-
ptum sit, non commemorauit, neq; vllus est
in his quos diuinæ scripturæ canonicos ap-
pellamus. De talibus occasiones reperiunt
qui libros apocryphos incautorum auribus
& curiosorum conantur inserere, ad persua-
dendas fabulosas impietates. Sed hic dictum
est scriptum in libro, non dictum est in cu-
ius Prophetæ, vel Patriarchæ sancto libro.
Neq; negandum est fuisse iam libros siue
Chaldeorum, vnde egressus est Abraham,
siue Aegyptiorum, vbi didicerat Moyses o-
mnem illorum sapientiam, siue cuiusq; gen-
tis alterius, in quorum librorum aliquo po-
tuit hoc esse scriptum: qui tñ non ideo sit
assumendus in eas scripturas, quibus diuina
commendatur authoritas: sicut nec Prophe I
ta ille Cretensis cuius mentionẽ facit Apo- Tit.1.
stolus, nec Græcorum scriptores uel Philo
sophi vel Poetæ, quos idem ipse Apostolus
magnum sanè aliquid & veraciter promptũ
apud Athenienses loquens dixisse cõfirmat, Act.17
In illo enim viuimus & mouemur & su-
mus. Licet enim diuinæ authoritati vnde uo
uerit quod verum inuenerit testimonium
sumere, sed non ideo omnia quæ ibi scripta
sunt accipienda confirmat. Cur autem hoc
isto commemoratum sit loco, non euidenter
apparet, nisi forte vt fines illic inter duas gẽ
tes constituerentur, bello actum est, quod
bellum eiusdem loci homines propter ma-
gnitudinẽ, bellum dñi esse dixerunt, vt scri-
beretur in aliquo eorum libro, bellum dñi
Moab inflammatur: ꝙ vel arserit eodẽ bel-
lo ista ciuitas, aut ad pugnandum inflamma
ta sit, hoc est excita , uel si quid aliud in ob
scuritate loci huius latet. Hic est puteus 43
quem dixit dominus ad Moysen, Congre- Nũe.21

ga populum & dabo eis aquam bibere. Ita
hoc commemoratum est, quasi alicubi supe
rius hoc ad Moysen dixisse dñs legatur. Sed
quia nusquam reperitur, hic intelligendum
K est, & illic bibisse populum qui de siccitate
44 conquerebatur. Et percussit eum Israel
Nu. 21. nece gladij, & dominati sunt terræ eius ab
Arnon vsque Oboth, & vsq; ad filios Am-
mon: quoniam Iazer termini filiorum Am
mon sunt. Et accepit Israel omnes ciuitates
istas, & habitauit Israel in omnibus ciuita-
tibus Amorrẽorum in Esebon. Hic certe
Israel possedit ciuitates Amorrẽorum quas
bello superauit, quia non eas anathemauit.
Nam si eas anathemasset, possidere illi nõ
liceret, nec inde ad vsus suos aliquid præda
vsurparet. Notandum est sanè quemadmo
dum iusta bella gerebantur. Innoxius enim
transitus negabatur, qui iure humanæ socie
tatis æquissimo patere debebat. Sed iam vt
deus sua promissa compleret, adiuuit hic Is-
Nu. 21. raelitas quibus Amorrẽorum terram dari
oportebat. Nam Edom cum similiter eis
transitum denegaret, non pugnarunt cũ ip-
sa gente Israelitæ, idest filij Iacob cum filijs
Esau duorum germanorum, atque gemino-
rum, quia terram illam Israelitis non pro-
45 miserat, sed declinauerunt ab eis. Propte-
Nu. 21. rea dicent ænigmatistæ, Venite in Esebon:
L & cætera. Qui sint ænigmatistæ ideo non
apparet, quia non sunt in consuetudine lite-
raturæ nostræ, neque in ipsis diuinis scriptu
ris ferè alio loco reperitur hoc nomen. Sed
quia videntur quasi canticum dicere quo ce
cinerunt bellum inter Amorræos & Moa-
bitas gestum, in quo Seon rex Amorræorũ
Moabitas superauit, non incredibiliter pu-
tantur isti ænigmatistæ sic tunc appellati,
quos Poetas nos appellamus, eo ꝙ Poetarũ
sit consuetudo atque licentia miscere carmi-
nibus suis ænigmata fabularum, quibus a-
quid significare intelligantur. Non enim
aliter essent ænigmata nisi illic esset tropica
locutio, qua discussa perueniretur ad intelle
46 ctum qui in ænigmate latitarat. Quod di-
Nu. 21. cit scriptura, Posteaquã Israel vicit Am
ræos, & possedit omnes ciuitates eorum, mi
sisse legatos Balach regem Moabitarum ad
conducendum Balaam, à quo maledicentes
Israel satis ostenditur non omnes Moabitas
venisse in conditionẽ Seon regis Amorræo-
rum quando eos bell superauit. Siquidem
remansit gens Moabitarum vsque ad illud
tempus vbi regnaret Balac rex Moab.

Quod vero Moab dixit senioribus Madian
idest Moabitæ senioribus Madianitarum,
Nunc adiunget synagoga hæc omnes qui M
in circuitu nostro sunt, non vna gens erat,
sed vicini ad vicinos, dixerunt quod pariter
cauendum esset. Nã Moab filius fuit Loth
ex vna filiarum: Madiam vero filius Abra
hæ de Cethura. Non itaque vna gens erat
sed duæ vicinæ atque conterminæ. Quid 47
est quod scriptum est, Et diuinationes in ma Nu.22.
nibus eorum, cum de ijs diceretur quos mi-
serat Balach ad conducendum Balaam vt
malediceret Israel? Nunquidnam ipsi diui
nabant? an aliqua ferebant vnde faceret Ba
laam quo posit diuinare, tanquam aliqua
quæ in sacrificijs incenderentur, aut quo-
quo modo impenderẽtur, & ideo dictæ sunt
diuinationes, quia per hæc ille poterat diui
nare? an quid aliud? Obscure enim dictũ
est. Notandum sanè ꝙ venit deus ad Ba-
laam & dixit ei, Quid homines qui penes
te? &c. Nec dictum est, vtrum in somnis
hoc factum sit, quanuis per noctem factum
satis eluceat, cum post hæc dicit scriptura,
Et exurgens Balaam mane. Potest. n. moue-
re quomodo cum homine pessimo deus lo-
cutus sit, quod etiam in somnis factum esse
constaret, non ideo nulla quæstio remane-
ret propter ipsam indignitatem, Sic & domi
nus Iesus Christus ait de diuite illo qui de- A
struere veteres apothecas & ampliores no- Luc.12.
uas disponebat implere, dixit ad illum dñs,
Stulte, hac nocte anima tua auferetur à te,
quæ parasti cuius erunt? Ne quisquam glo
rietur ꝙ ei loquitur deus eo modo quo tali-
bus loquendum esse nouit: quando potest
hoc & reprobis fieri, quia & cum per ange-
lum loquitur, ipse loquitur. Quod ait Ba- 48
laam iterum ad se missis honoratioribus nũ Nu.22.
cijs, Si dederit mihi Balach plenam domũ
suam argento & auro non potero præuari-
care verbum domini, nec facere illud pusil-
lum vel magnum in mente mea, nullum ha
bet omnino peccatum, sed quod sequitur nõ
est sine graui peccato. Iam enim constans
esse debuit semel audito quod ei dixerat do-
minus, Non ibis cum eis, neque maledices
populum, est enim benedictus: nec eis vl-
lam spem dare, ꝙ posset dñs tanquam ipse
Balaam muneribus & honoribus flexus ad-
uersus populum suum, quem benedictum
esse dixerat, suam mutare sententiam. Sed
ibi se victum cupiditate monstrauit, vbi lo-
qui sibi dñm de hac re iterũ voluit, de qua

eius

eius iam cognouerat voluntatem. Quid.n.
B opus erat quæ sequuntur adiungere, Et nũc
sustinete ibi & vos nocte hac, & sciam quid
adijciet dñs loqui ad me. Proinde dominus
videṡ eius cupiditatem captam deuictamq; muneribus, permisit eum ire, vt per iumentum quo vehebatur eius auaritiam coerceret. Hoc ipso confundens illam dementiã, q̃ prohibitionem domini per angelum factam transgredi asina non auderet, quã ille cupiditate transgredi conaretur, quanuis eandem cupiditatem timore supprimeret. Venit enim deus ad Balaam nocte, & ait illi, Si vocare te venerunt homines, exurgens sequere eos, sed verbum quodcunque locutus fuero ad te, hoc facies. Et exurgens Balaam mane strauit asinam suam, & abijt cũ principibus Moab. Cur post istam permissionem domini iterum non cõsuluit, & post illam prohibitionem iterum consulendum putauit, nisi quia eius maligna cupiditas apparebat, quauuis timore domini premeretur? Denique scriptura sequitur, Et iratus est animatione deus, quia ibat ipse: & insurrexit angelus dei, vt nõ permitteret eum in via, & cætera quæ sequuntur donec asina loqueretur. Nihil hic sanè mirabilius videtur, q̃ q̃ loquente asina territus non est, sed
C insuper ei, velut talibus monstris assuetus, ita perseueranter respondit. Postea illi & angelus loquebatur, arguens & improbãs eius viam. Quo viso exterritus adorauit. Deinde ire permissus est dicere, vt iam per ipsum prophetia clarissima proferretur, Nam omnino permissus nõ est dicere quod volebat, sed quod virtute spiritus cogebatur. Et ipse quidem reprobus mansit. Nam posterior de illo sancta scriptura ita locuta est, vt quidam reprehensibiles & reprobi viam eius secuti dicerentur, Secuti, inquit, viam Balaã
2. Pet. 2 filij Beor qui mercedem iniquitatis dilexit.
49 De angelo qui locutus est Balaã in via,
Nu. 22. quo viso asina eius progredi non ausa est, scriptura ita loquitur, Et iratus est animatione deus, quia ibat ipse, & insurrexit angelus dei differre eum in via. Vbi primo notandum est quemadmodum iratus est deus, & insurrexit angelus dei: nec interposuit iratum deum misisse angelum, sed tãquam per angelum iratum deum significauit, q̃n veritas & iustitia dei irasci angelum fecit. Nam insurrexit quod dictum est, vtique commotionem intelligendum est. Deinde quod ait, Differre eum in via: quod Græce positum est διαβάλλειν, hoc est quod in consequentibus dicit ipse angelus, Et erce ego exij in dilationem tuam: vbi Græcus habet διάβολην. Vbi fortasis accusatio congruentius intelligitur, vt hic quod dictum est differre eum in via accusare accipiatur. Vnde creditur etiam diabolus appellatus, tãquam accusator Latine dicendus sit: non quia nemo possit etiam bene recteq; accusare, sed q̃n diabolus amat accusare, vtique inuidentiæ stimulis agitatus, quale illi in Apocalypsi testimonium perhibetur. Positum est autem hoc verbum & in Comedia, vnde Latinum esse non dubium est sub eadem significatione, vel certe vicina, vbi de patre iratо dicitur filio, Rationem sperat inuenisse se qua differat te. Solet autem hic intelligi, differat, velut hac atque illac ferat tempestate verborum, quasi discerpat & disipet, quod vtique ille accusando videbatur esse facturus. Sed & si differre eum in via intellexerimus, quia distulit angelus eius festinationẽ remorando, vt ei quod opus erat & demonstraret & diceret, non absurda est huius verbi etiam sub ista significatione positio. Et
50 Nu. 22. cum vidisset asina angelum dei resistentem in via, & euaginatum gladiũ in manu eius, & declinauit asina de via & ibat in campũ. Campus iste adhuc extra macerias vinearũ fuit. Et percussit asinam in virga vt corrige
E ret eam in via. Et stetit angelus dei in sulcis vinearum, maceria hinc & maceria hinc. Merito quæritur si hinc atque inde macerię in medio ponebant viam, sicut fieri solet: qũo ibi stãs angelus, dicitur stetisse in sulcis vinearum. Neque.n. in via inter macerias potuerunt sulci esse vinearum. Sed ordo verborum est, vt corrigeret eam in via, maceria hinc, & maceria hinc. In hac ergo via corrigere voluit asinam Balaam vt inter macerias ambularet. Interpositum est aũt, & stetit angelus dei in sulcis vinearum, in vna.s. vinearum quæ in medio ponebant viam. Et cum vidisset asina angelum dei compresit sed ad parietem.i. ad maceriam illius vtique ...eæ in qua non erat angelus, q̃n ab alia parte erat in sulcis vinearum. Et cõpresit pedẽ Balaam ad parietem, & adiecit adhuc cædere eã: & apposuit angelus dei, & adijciens substitit in loco angusto, iam non in sulcis vinearũ, sed inter ipsas macerias.i. in via, in qua non fuit declinare in dexteram neque sinistram. Et cum vidisset asina angelũ dei, concidit sub Balaã, Cæsa.n. in retro

F non ibat & in parietem non se premebat, q̃n non ab altera parte terrebatur, sed in media via in angusto angelus erat. Restat ergo vt subsisteret. Et iratus est Balaam, & percutiebat asinam virga. Et aperuit deus os asinæ, & ait ad Balaam, Quid feci tibi, quia percussisti me tertio hoc? Et ait Balaã asinę, Quia illusisti mihi, & si habuissem gladium in manu mea, iam transfixissem te. Nimirũ iste tanta cupiditate ferebatur, vt nec tanti monstri miraculo terreretur, & respõderet quasi ad hominem loquens, cum deus vtiq; non asinæ animã in naturam rationalẽ vertisset, sed quod illi placuerat ex illa sonare fecisset ad illius vesaniam cohibendam. Illud
4. Co. 2. fortasse præfigurans, quia stulta mundi electurus erat deus, vt confunderet sapientes,
51 pro illo spiritali & vero Israel: hoc est, promisionis filijs. Et factus est spiritus domini
Nume. 23. super illum, ideſt super Balaam. Non factus est spiritus dei, tanquam factura sit spiritus
Ioan. 1. dei, sed factus est super illum, ideſt factus est, vt super illum esset: quomodo, Qui post me venit, ante me factus est, ideſt factũ est,
Ps. 137. vt ante me esset vt præponeretur mihi, quia
G prior me, inquit, erat. Sicut, Dominus factus
Psal. 9. est adiutor meus. Non enim dominus factum est, sed factũ est vt me adiuuaret. Et, factus est dñs refugium pauperum, ideſt factum est vt ad eum refugerent pauperes.
Ezec. 1. & 3. Et facta est super me manus domini .i. factum est, vt super me esset, & multa talia in
52 scripturis reperiuntur. Et dixit dñs ad
Nu. 25. Moysen, Accipe duces populi & ostẽta eos domino contra solem, & auferetur ira animationis domini ab Israel. Iratus est deus de fornicationibus Israel & carnalibus & spiritalibus, nam & filiabus Moab se impudice miscuerant, & idolis fuerant consecrati: hoc ad Moysen dixit vt ostentaret dominо duces populi contra solem. In quo ver... intelligitur eos iussos esse crucifigi: vt hoc sit, ostenta eos domino contra solem, ideſt palàm in conspectu lucis huius. Nam Græcus ait παραδείγματισον, quod dici pos... a est terra Amorræorum atq; possessa, sed Iordanẽ cum eis non est transire permissus. Ex aliqua.n. parte lex obseruatur in fide Christiana. Ibi enim sunt etiam præcepta quæ hodieq; obseruare iubemur Christiani. Sacerdotium vero illud & sacrificia nullam partem tenent hodie fidei Christianæ, nisi quòd in vmbris futurorũ acta atq; transacta sunt. Cũ vero ambobus fratribus .i. Aaron & Moysi dicitur, vt apponantur

H aũt factum est & tacitũ, cur ex eo q̃d Phinees filius Eleazar transfixit adulteros, placatũ fuisse dominum, scriptura testatur, plagamq; cessasse: quasi crucifixis ducibus sicut præceperat dñs, adhuc indignatio perseuerans alio modo placãda videretur: cũ ꝓculdubio falsum eẽ nõ posset q̃d pnunciauerat & promiserat dñs dicens, Accipe duces populi & ostenta eos domino contra solẽ, & auertetur ira animationis domini ab Israel. Quid itaq; opus erat vt adhuc Phinees ad placandum deũ sic in adulteros vindicaret, eiq̃ testimonium scriptura perhiberet q̃ eo modo placauerit dominũ, Nisi forte intelligamus cum illud de ducibus populi Moyses quod præceperat dominus implere disponeret, eum voluisse etiam secundũ legem talia punire flagitia, & sacrilegam audaciam, vt iuberet vnumquenq; interficere ꝓximum suũ dijs alienis nefarie conse
53 cratum, atq; inter cætera etiã illud Phinees
Nume. faceret, ac sic ira domini iã placata, nõ opus
27. fuisse duces populi crucifigi? Hæc sanè se-
Nume. ueritas illi tempori congrua, quantum ma-
20. lum sit fornicationis & idololatriæ, pruden
I tium fidei saluis euidenter ostendit. Eã causam mortis Moysi dicit dominus quam etiã fratris eius. Ambobus enim etiam hoc ante prædixerat, quòd ideo non intrarent cum populo dei in terrã promisionis quia non eum sanctificauerunt coram populo ad aquam contradictionis, ideſt quia dubitauerunt de dono eius quòd posset aqua de petra profluere: sicut exposuimus in eo scripturæ loco. Huius autem rei mysterium datur intelligi, quia nec sacerdotium quod prius institutum est, cuius personam gerebat Aaron, nec ipsa lex cuius personã gerebat Moyses introducunt populum dei in terram hæreditatis æternæ, sed Iesus in quo typus erat domini Iesu Christi, ideſt gratia per fidem. Et Aaron quidem ante defunctus est, q̃ Israel in aliquam partẽ terræ promisionis intraret: Moyse aũt adhuc viuẽte ca... a est terra Amorræorum atq; possessa, sed Iordanẽ cum eis non est transire permissus. Ex aliqua.n. parte lex obseruatur in fide Christiana. Ibi enim sunt etiam præcepta quæ hodieq; obseruare iubemur Christiani. Sacerdotium vero illud & sacrificia nullam partem tenent hodie fidei Christianæ, nisi quòd in vmbris futurorũ acta atq; transacta sunt. Cũ vero ambobus fratribus .i. Aaron & Moysi dicitur, vt apponantur

K ad populum ſuum: manifeſtum eſt non eſſe illos in ira dei, quæ ſeparat à pace ſanctę ſocietatis æternæ. Vnde manifeſtatur, non ſolum officia, ſed etiam mortes eorum ſigna fuiſſe futurorum, non ſupplicia indignationis dei. 54 Et locutus eſt dñs ad Moyſen dicens, Accipe ad teipſum Ieſum filium Nau, hominẽ qui habet ſpiritum in ſeipſo: & Nú.27. impone manus tuas ſuper eum: & ſtatues eũ in conſpectu Eleazari ſacerdotis, & munda bis ei in conſpectu omnis ſynagogæ, &c. Notandum eſt q̃ cum iam haberet ſpiritum in ſeipſo Ieſus Naue, ſicut ſcriptura teſtatur: vbi quid aliud q̃ ſpiritum ſanctũ debemus accipere? Non enim de ſpiritu hominis hoc diceret, quem nullus erat qui non habebat: iuſſus eſt tamen Moyſes ei manus imponere, ne quiſquam homo qualibet præpollens gratia ſacramentum conſecrationis audeat 55 recuſare. Quid eſt q̃ cum deus præcipe- Nu.27. ret Moyſi de Ieſu Naue, ait inter cætera, Et dabis de gloria tua ſuper eum? Nã Græca locutione τῆς δόξης habet, quod tantundem valet ac ſi diceret, de gloria. i ἀπὸ τῆς δόξης, Latini autem nonnulli interpretati ſunt, dabis gloriam tuam: non de gloria tua. Sed ſiue illud eſſet vt gloriam tuam diceret, non L ideo eam non habiturus erat Moyſes: nec quia dixit de gloria, ideo minutũ eſt quod habebat. Sic enim accipiendum eſt, ac ſi diceret, facies eum ſocium gloriæ tuæ: non autem huiuſmodi res quaſi particulariter diuiſæ minuunt, ſed totæ ſunt omnibus totæ ſin- 56 gulis, qui earum habent ſocietatẽ. Homo Nu.30. quicunque vouerit votum dño, aut iurauerit iuramentum, aut definierit definitionẽ de anima ſua, non prophanabit verbũ ſuũ: omnia quæcunq; exierint de ore eius faciet. Non hoc ad omnẽ iurationem pertinet, ſed ad eam vbi quiſq; de anima ſua vouerit alicuius vtiq; rei abſtinentiam, qua ei licebat vti per legem, ſed per votum ſibi ipſe efficit 57 non licere. Si autem mulier vouerit votum Nu.30. dño autẽ definierit, definierit definitionẽ in domo patris ſui in iuuentute ſua, & audierit pater eius vota eius, & definitiones eius quas definiuit aduerſus animam ſuam, & tacuerit pater eius, & ſtabũt omnia vota eius, & omnes definitiones eius quas definiuit aduerſus animam ſuam manebunt ei. Si autem abnuẽs abnuerit pater eius, quacunque die audierit omnia vota eius & definitiones eius quas definiuit aduerſus animam M ſuam, non ſtabunt: & dominus emundabit eam, quia abnuit pater eius. Quidem de muliere, quæ adhuc in iuuẽtute ſua in domo patris loquitur, merito hic quæritur etiam de voto virginitatis: mulieres quippe etiam virgines in ſcriptura appellari ſolere notiſſimum eſt: & videtur etiã Apoſtolus de parte loqui cum dicit, Seruet virginem ſuam, & 1.Co.7. dat nuptum virginẽ ſuam, & cætera hoc modo: vbi nõnulli intellexerunt, virginem ſuã, virginitatem ſuam, nulla tamen hoc ſimili ſcripturarum locutione demonſtrant, cũ ſit inuſitatiſſima. Quod aũt ait, aduerſus animam ſuam: nec ſic accipiẽdum eſt, quaſi animæ noceat talibus votis: ſed aduerſus animã dicitur, aduerſus animalẽ delectationẽ, ſicut etiam de ieiunio præcipiens ſuperius Mu.29. ait, Et affligetis animas veſtras. Quod 58 aũt ait, Et dñs emundabit eam, quia abnuit Nu.30 pater eius: emundabit dixit, à voti non impleti crimine abſoluta eſt: ſicut in multis locis dicitur, & emundabit eum ſacerdos, ideſt mundum habebit, mundum iudicabit: ſicuti eſt & illud, Mundãtione non mundabis reum. i. non dices mundum qui immundus eſt. Si autem facta fuerit viro, & vota eius ſuper eam ſecundum diſtinctionem labiorum eius quanta definiuit aduerſus animã ſuam; & audierit vir eius & tacuerit ei quacunq; die audierit, & iſta ſtabunt omnia vota eius, & definitiones eius quas definiuit aduerſus animã ſuam ſtabunt. Si aũt abnuẽs abnuerit vir eius in quacunq; die audierit omnia vota eius, & definitiones quas definiuit aduerſus animã ſuam, non manebunt, q̃n vir abnuit ab ea, & dominus mundabit eam. Fœminam ſub patre antequã nubat, & ſub viro nuptam voluit lex uouere ita aliquid deo aduerſus animã ſuam, id eſt, in aliquarum rerũ licitarum atque conceſſarum abſtinentia, vt in eiſdem votis fœminea nõ 59 Nu.30 æualeat authoritas, ſed virilis. Ita & ſi adhuc innuptæ iã cõceſſerat pater vota perſoluere, ſi antequã perſoluerit nupſerit, & viro eius hoc cognitum nõ placuerit, non perſoluit & ſit omnino ſine peccato, quia mundauit eam ſicut dicit. i. mundam iudicauit: neq; hoc contra deum fieri putandũ eſt, cum ipſe deus hoc præceperit, hoc voluerit. Sequitur aũt de viduis, vel à viro abiectis, ideſt non ſub poteſtate viri conſtitutis, aut patris: & earum vota ad perſoluendum libera eſſe dicit hoc modo. Et votum, inquit, viduæ expulſæq; quæcunq; nouerit aduerſus animã ſuam, manebunt ei. Deinde dicit de nupta, ſi in

B ſi in domo viri ſui iam conſtituta aliquid talе vouerit: De illa enim prius dixerat quæ in domo patris vouerat, & antequam redderet nupſerat. De hac ergo quæ in domo mariti vouit ita loquitur, Si autem in domo viri eius votum eius, aut definito quæ aduerſus animam eius cum iureiurando: & audierit vir eius & tacuerit ei & non abnuerit ei, & ſtabunt omnia vota eius, & omnes definitiones quas definiuit aduerſus animã ſuam, & ſtabunt aduerſus eam. Si autẽ circumauferens circumauferat vir eius quacunq; die audierit omnia quæcunque exierint ex labijs eius, ſecundum vota eius & ſecundum definitiones quæ aduerſus animam eius, nõ manent ei: vir eius circumabſtulit, & dominus mundauit eam: omne votum & omne iuſiurandum vinculi affligere animam, vir eius ſtatuet ei, & vir eius circumauferet: ſi autem tacens tacuerit ei diem ex die, & ſtatuet ei omnia vota eius & definitiones q̃ ſuper ipſam ſtatuet ei, quoniam tacuit ei die qua audiuit. Si autem circumauferens circumauferat vir eius poſt diem quam audiuit & accipiet peccatum ſuum. Manifeſtum eſt ita voluiſſe legem fœminam eſſe ſub viro, vt nulla vota eius quæ abſtinentiæ cauſa vouerit reddantur ab ea, niſi author vir C fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eiuſdem viri pertinere voluerit, ſi prius permiſerit & poſtea prohibuerit, etiã hic tamẽ non dixit vt faciat mulier quod vouerat, q̃a permiſſa prius à viro fuerat: viri dixit eſſe peccatum qui abnuit quod prius conceſſerat: non tamen mulieri vel ex hoc permiſſum dedit, vt cum prius ei vir conceſſerat, poſtea ſi prohibuerit contemnatur. Vtrum autem iſta etiam ad vota & à cõcubitu cõtinentiæ, vel abſtinentiæ pertineant merito quæritur, ne forte ea tantum intelligenda ſint aduerſus animam vouẽri, quæ ſunt in Matt.6. bis & potionibus. Quod videtur & illud Nu.20. ſignificare vbi dominus ait, Nonne anima plus eſt q̃ eſca? Et cum de ieunio præcipitur, ita præcipitur, Affligetis animas veſtras. Neſcio autem vtrum alicubi legi poſſit, aduerſus animam dici votum, quod de abſtinentia concubitus fuerit: maxime quia cum hic lex authoritatem viro tribuat, non mulieri quæ viro ſubdita eſt, tunc perſoluenda ſint vota mulieris ſi vir approbauerit, ſi autem renuerit non deſeruantur, Apoſtolus tamD men cum de concubitu coniugatarum loqueretur, non ibi maiorem authoritatem viro q̃ fœminæ dedit: ſed vxori, inquit, vir debitũ reddat, ſimiliter & vxor viro. Vxor non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir: 1.Co.7. ſimiliter autem & vir nõ habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier. Quando ergo in hac re parem vtriuſque eſſe voluit poteſtatem, puto q̃ nobis intelligendum inſinuet, iſtam de concumbendo vel nõ concumbendo regulam non pertinere ad ea vota, vbi non habent parem vir & mulier poteſtatẽ, ſed viri maior eſt, ac propè eius ſolius eſt. Non enim ait lex virum non debere reddere vota ſua ſi vxor prohibuerit, ſed vxorẽ ſi vir prohibuerit. Vnde mihi non videtur in huiuſmodi votis & definitionibus atq; obligationibus q̃ aduerſus animam fiunt, etiam iſta debere accipi quæ inter ſe vir & vxor de concumbendo, vel de abſtinentia concubẽdi placita habuerint. Deinde quia & iſtæ iuſtificationes dicuntur, & meminimus in illis iuſtificationibus q̃ in Exodo ſub hoc no- Exo.21. mine aliæ commemorantur, multa præcipi quæ accipi ad proprietatem non poſſint, nec in nouo teſtamento obſeruentur: ſicut de aure ſerui pertundenda, & ſi quid eiuſmodi eſt; non abſurde ẽt hic aliquid figurate dictum intelligitur: vt q̃n ſunt multæ abſti- E nentiæ ceremoniarum irrationabiles, & aliquando etiam inimicæ veritati, hoc fortaſſe hic intelligi voluerit, tunc ratas eſſe cum rationabiles fuerint: hoc eſt, cum eas approbauerit ratio, quæ ad vicem viri debet regere omnẽ animalem motionem, q̃ ſit non tãtum in appetendo, verumetiam in abſtinendo, vt ſi mente & ratione decernitur, tunc fiat: ſi aũt improbatur conſilio rationis, nõ fiat. Quòd ſi ratio quod prius recte faciendum eſſe decreuit poſt improbet, ſit peccatum conſilij, ſic tñ vt non niſi rationi motio illa conſentiat. Quid eſt, Et miſit eos 60 Moyſes mille ex tribu, & mille ex tribu cũ Nu.31. virtute eorum? Vtrum uirtutem eorũ, vult intelligi, principes eorum? an uirtutem à domino eis datam, vel per ipſum Moyſen impetratam? an potius uirtutem eorum, quia dedit ea quibus uirtus eorum ſuſtentaretur? Poteſt uideri quæſtio, quomodo 61 quando Iſraelitæ Madianitas debellauerũt, Nu.31. interfectum dicat ſcriptura Balaam, qui fuerat conductus ad maledicendum populum Iſrael: cum ſuperius quãdo bene dicere coactus eſt, ita eandem actionem ſcriptura cõcluſerit, cum ait, Et ſurgẽs Balaam abijt reuertens in locum ſuum, Balac abijt ad ſe- F metipſum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

metipſum. Si ergo redierat ad locum ſuum Balaam, quomodo hic interfectus eſt, cum de tam longinquo, ideſt de Meſopotamia venerit? An forte reuerſus eſt ad Balac: & hoc ſcriptura non dixit? Quanquam etiam poſſit in locum ſuum redijſſe intelligi, quòd ab ipſo loco vbi ſacrificia faciebat in eum locũ reuerſus eſt vnde illuc exierat, ideſt vbi tanquam peregrinus habebat hoſpitium. Non enim dictum eſt in domum ſuam, aut in patriam ſuam, ſed in locum ſuum. Habet autem & quiſque peregrinus locum ſuum vbi ad tempus habitat. De ipſo autem Balac qui eum conduxerat, non dictum eſt ad locum ſuum, ſed ad ſemetipſum, ideſt vbi dominans habitabat. Poſſet ergo dici, ad locum ſuum, & dominans, & peregrinus. Ad ſemetipſum autem non video quomodo poſſit dici peregrinus, cum ad hoſpitium ſuum
62 veniſſet. Et prædam egerunt mulieres
Nu.31. Madian, & ſuppellectilem eorum & pecora eorum, & omnia quæ poſſederant, & virtutem eorum deprædati ſunt. Cum iam dixiſſet mulieres, ſupellectilem & pecora, &
G omnia quæ poſsidebant: quid deinde addit, & virtutem eorum deprædati ſunt? Nimirum enim hęc intelligẽda eſt virtus, de qua & ſupra dictum eſt, miſiſſe millenos ex ſingulis tribubus cum virtute eorum. An forte cibus quo ſuſtentabatur, virtus eorum appellata fuit: quo ſubminiſtrato vires ſuppetunt, & quo ſubtracto vires deficiunt? Vnde per Prophetam deus cum minaretur ait,
7 Auferam virtutem eorum panis, & virtutem aquæ. Et Moyſes ergo cum annonam miſerat illos millenos: quod dictum eſt, cum virtute eorum: & iſti Madianitis victis etiã hoc eorum inter cætera fuerant deprædati.
63 Vt quid viuificaſtis omne fœmininum?
Nu.31. Hoc enim fecerunt filij Iſrael ſecundum verbum Balaam, vt recedere facerent & deſpicere verbum domini propter Phogor. Hoc conſilium malignum, vt ad illecebrã fœminæ ſupponerentur, per quas non ſolum corporaliter, ſed etiam ſpiritaliter in adorando idolo fornicarentur, quando dederit Balaam ſcriptura non dixit, & tamen apparet factum eſſe, cum hic cõmemoratur. Sic ergo potuit & redire ipſe Balaã qui iam ierat in locũ ſuum, vt modo locum eius in-
H telligamus peregrinationis hoſpitium quã-
64 uis hoc ſcriptura tacuerit. Quid eſt quod
Nu.35. ait, Et erunt ciuitates vobis refugia à vindicante ſanguinem, & non morietur is qui occidit quoadũſque ſtet in conſpectu ſynagogæ in iudicium: cum de his loquatur qui nolentes occiderint, & alibi dicat, tunc vnũquenque in tali cauſa confugientium exire liberum de ciuitate quò confugerat, cum ſacerdos maximus fuerit defunctus? Quomodo ergo hic dicit, & non morietur is qui occidit quoadũſque ſtet in conſpectu ſynagogæ in iudicium: niſi quia ideo iudicatur, vt tunc ei liceat eſſe in ciuitate refugij, ſi manifeſtum factum fuerit in iudicio, quòd nolens occiderit? Quid eſt quod ait, Qui vindi- 65
cat ſanguinem, ipſe interficiat homicidam, Nu.35.
cũm occurrerit ei iſte interficiet eum? Sic. n. ſonat male intelligentibus, quaſi paſsim & ſine iudicio datum fuerit vltori mortis pinqui ſui, ius occidẽdi eius interfectorem. Sed hoc intelligi voluit, quia ſupra ſecundũ id quod ſupra dictum eſt, qui occiderit, confugiat ad vnam de ciuitatibus refugiorum, quouſq; ſtet in iudiciũ, ne antè inuentus à propinquo occidatur; quia & ſi nolens occidit, præter illas ciuitates inuentus occiditur. Cum vero ad iudiciũ ſteterit in aliqua earum ciuitatum, & iudicatus fuerit homicida in aliqua earum in qua fugere conceditur, I
& eſſe ibi non ſinitur: tum iã demum iudicatum vbicunq; cõpertum propinquo licet occidere. Neq; .n. opus eſt eum ad iudiciũ deduci, cũ iam fuerit iudicatus homicida, & propterea de iſtis ciuitatibus pulſus ſit.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quæſtionum ſuper Deuter. Liber quintus.

IN eo quod commemorat 1
Moyſes dixiſſe populo timenti hoſtes inhabitantes terram quò introducendus fuit, Ne paueatis neque timeatis ab eis dñs deus noſter qui præcedet ante faciem veſtram, ipſe
[illegible]ul debellauit eos vobiſcum: ſatis oſtenditur ita eſſe adiutorem deum, vt etiam homines agant aliquid. Et noluit Seon rex 2
Eſebon tranſire nos per ipſum, quoniam
indurauerat dominus deus noſter ſpiritum K
eius, & confortauit cor eius vt traderetur in manus tuas ſicut in hac die. Hæc dicens Moyſes dum populum alloquitur tale aliquid commemorat quale dicebatur in Exodo, Ego induraui cor Pharaonis, &

Exo.10 & quod in Pſalmis legitur, Conuertit cor
Pſ.104. eorum vt odiſſent populum eius. Nec tacetur hic cauſa indurationis huius, cũ dicitur, vt traderetur in manus tuas ſicut in hac die, ideſt vt vinceretur à te: quod non fieret niſi reſiſteret: non autem reſiſteret, niſi corde obdurato. Cuius rei iuſtitiam ſi quæſierimus, inſcrutabilia ſunt iudicia dei. Iniquitas autem non eſt apud deum. Sanè notandum eſt confortatum cor poſſe dici etiam
3 in malo. Veruntamen Og rex Baſan re-
Deut.3. liquus factus eſt à Raphaim. Hoc nomine quod eſt Raphaim gigantes ſignificari in Hebræa lingua dicunt qui eam nouerunt. Vnde quod habent pleriq; codices, derelictus eſt à Raphaim: planius vtique dicitur, reliquus factus eſt: vt ipſe ex illis remanſiſſe intelligatur. Cuius etiam conſequenter longitudo & latitudo ferrei lecti cõmemoratur: ad eius magnitudinem commendan-
4 dam. Ne feceritis iniquitatem, & ne faciatis
Deut.4. vobiſipſis ſculptilem ſimilitudinem, aut om
L nem imaginem. Quid interſit inter ſimilitudinem & imaginem quæri ſolet. Sed hic non video quid intereſſe voluerit, niſi aut duobus iſtis vocabulis vnam rem ſignificauerit, aut ſimilitudinem dixerit ſi verbi gratia fiat ſtatua vel ſimulachrum habens effigiem humanam, non tamen alicuius hominis exprimantur lineamenta, ſicut pictores vel ſtatuarij faciunt intuentes eos quos pingunt vel fingunt. Hanc enim imaginem dici nemo dubitauerit, ſecundum quam diſtinctionem omnis imago etiam ſimilitudo eſt, non omnis ſimilitudo etiam imago eſt. Vnde ſi gemini inter ſe ſimiles ſint, ſimilitudo dici poteſt alterius cuiuſlibet in altero, non imago. Si autem patri filius ſimilis ſit, etiam imago recte dicitur, vt ſit pater prototypus, vnde illa imago expreſſa videatur: quarum
Gene.1 aliæ ſunt eiuſdem ſubſtantiæ, ſicut filius, aliæ non eiuſdem, ſicut pictura. Vnde illud quod in Geneſi ſcriptum eſt, Fecit deus hominem ad imaginem Dei: manifeſtum eſt ita dictum, vt nõ eiuſdem ſubſtantiæ ſit imago quæ facta eſt. Si enim eiuſdem eſſet, non facta ſed genita diceretur. Sed quod non
M addidit, & ſimilitudinem cum ſuperius dictum eſſet, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram: quibuſdam viſum eſt ſimilitudinem aliquid amplius eſſe quam imaginem, quod homini reformando per Chriſti gratiam poſtea ſeruaretur. Miror autem ſi non propterea poſtea imaginẽ ſolam voluit commemorare, quia vbi imago, continuo & ſimilitudo eſt. Vnde & hic Moyſes ſimilitudinem & imaginem fieri vetat, ſecundum eam fortaſſe rationem quam diximus. In decalogo autem generaliter dicitur, nullam fieri debere ſimilitudinem, nec imago cõmemoratur. Cum enim nulla ſimilitudo ſit, proculdubio nec imago ſit, quoniam ſi imago, vtique & ſimilitudo. Non autem ſi ſit ſimilitudo, continuo ſit & imago: tamen ſi nulla ſimilitudo, ſequitur vt nulla imago. Denique vbi prohibuit ſimilitudinem & imaginem, homines intelligi voluit: vbi & ſimilitudo fieri poteſt, non huius aut illius, ſed cuiuſlibet hominis: & imago, ideſt huius proprie: vel illius hominis: Cum vero de pecoribus diceretur, atque irrationalibus animantibus, ſolum ſimilitudinem dixit. Quis enim reperiri poteſt qui ſibi vnum conſtituat canem, vel quid eiuſmodi, quem intuens eius imaginem pin A
gat, aut fingat? Quod de hominibus vſitatiſſimum eſt. Quid eſt autẽ quod ait, Si- 5
militudinem omnis piſcis, & quæcunq; ſunt Deut.4.
in aquis ſub terra. An & aquã propter tractabilem corpulentiam terram intelligi voluit, & ſecundũ hoc in eo quod ſcriptũ eſt,
Fecit deus cœlum & terram: & aquas debe- Gene.1
mus accipere? Aſsidue quippe ſcriptura his duabus partibus cõmemoratis, vniuerſum mundũ vult intelligi, ſecũdũ illud. Auxiliũ
menm à dño qui fecit cœlũ & terrã: & innu Pſ.120.
merabilia eiuſmodi. An ideo dictum eſt, ſub terra, q̃ terra niſi ſuperior aquis eſſet, habitari vtiq; ab hominibus & animalia terrena habere non poſſet: Et ne ſuſpiciens in cœ 6
lum, & videns ſolem & ſtellas & omnẽ orna Deut.4.
tũ cœli, errans adores ea, & ſeruias illis quę diſtribuit dominus deus tuus ea omnibus gentibus q̃ ſunt ſub cœlo. Non ita dictũ eſt tanquã deus præceperit ea coli à gentibus, à ſolo aũt populo ſuo nõ coli: ſed aut ita dictũ eſt, q̃ deus præſcierit gẽtes culturã exhibitu
ras his cœleſtibus, & tñ hoc præſciens crea- B
uerit eas: eum vero populum ſuũ futurum eſſe præſciuerit qui iſta non coleret. Aut diſtribuit dictum eſt, vt intelligatur vſus qui
cõmẽdatur in Geneſi, Vt ſint in ſignis & in Gene.1a
tẽporibus & in diebus & in annis: quẽ vſum in eis communem habet populus dei cum omnibus gentibus, non autem cultum quẽ habent aliæ gẽtes. Ne obliuiſcamini teſta 7
mentũ domini dei noſtri quod diſpoſuit ad Deut.4.
vos, & faciatis vobiſmetipſis ſculptilẽ ſimilitudinem

litudinem omnium quæcunq; cõstituit tibi dñs deus tuus. Hic certe generaliter loquẽs similitudinem posuit, imaginem tacuit: qñ si nulla sit similitudo, profecto nec imago: quia vbi imago, continuo similitudo; quamuis non vbi similitudo, continuo ibi imago.

8 Quærendum qũo dictũ sit, Interrogate
Deut.4. dies priores qui fuerunt priores te, ex die qua creauit deus hominẽ super terrã, à summo cœli vsq; ad summum cœli. Subauditur enim, interrogate. Videtur autẽ significare totum orbẽ terrarũ. Sed cur à summo cœli vsq; ad summum cœli dicat, non à summo
Mat.24 terræ vsq; ad summũ terrę, non est facile dignoscere. Talis enim quædam locutio est & in Euangelio cum dicit dñs, q congregabũt
C tur electi eius à summis cœlorum vsque ad terminos eorum. Nisi forte hoc nec in hominibus, nec in angelis auditũ esse vult intelligi, quod in hoc populo factum singulariter cõmendat: hoc enim sequitur, Si factum est secundũ verbum magnum hoc, si auditũ est tale quid, si audiuit gens vocem dei viuẽtis loquentis è medio ignis, quemadmodum audisti tu & vidisti. Quod si ita est, vt nec in hominibus nec in angelis hoc dicat audi
tum: quid est ergo illud in Euãgelio, A summis cœlorum vsq; ad terminos eorum: cum
Mat. 24 fine dubio dominus hoc ait, cum de nouissi
Marc.13 ma electorũ suorum congregatione loque-
9 retur? Quid est quod Moyses ait, Domi
Deut. 5. nus deus vester disposuit ad vos testamentum in Oreb: Non patribus vestris disposuit dominus testamentũ hoc, sed ad vos hic omnes viuentes hodie facie ad faciem locutus est dominus ad vos in monte è medio ignis. An quia illi qui non ingrediuntur in terram promissionis, mortui sunt enim omnes, non pertinent ad hoc testamentũ, quorum tunc recognitio facta est, cum à viginti annis ætatis & supra numerentur vsque ad quinquaginta annos habiles ad bellum? Quomodo ergo illis locutus est dominus qui hodie viuunt? An quia ex viginti annis & infra potuerunt multi tunc esse qui h
D bene meminissent, alieni ab illa pœna, quam dominus constituit illis qui tunc numerati sunt non intrare in terram promissionis: & hos vtique appellat qui quamuis viginti annorum & supra non essent qñ deus in monte loquebatur vt numerari tunc possent; potuerunt tamen esse annorum decem & nouẽ & infra vsq; ad puerilẽ ætatem, qui possent illa quæ facta & dicta sunt & videre & audire & memoria retinere. Sed quid est qđ ait, Facie ad faciem locutus est dominus ad vos: quos pauloante maxime admonere curauit, quòd nullam similitudinem viderint, sed solam vocem de medio ignis audierint? An propter rerum euidentiam, & quodammodo præsentiam manifestatæ diuinitatis, de qua dubitare nemo posset, ins verbis vsus est? Quod si ita est, quid prohibet de ipso Moyse hoc intelligi, eo quòd de illo dictum est quòd facie ad faciem locutus sit cũ eo dominus, vt nec ipse aliquid oculis videre
it præter ignẽ? An aliquid amplius vidisse intelligitur, quia scriptũ est eum intrasse in nebulam vel nimbũ, vbi erat deus? Sed & si aliquid amplius vidit q illi, non eum tamẽ mortalibus oculis vidisse dei substantiã ex E
illis eius verbis intelligi potest, quibus ait Exo.33
deo, Si inueni gratiam ante te ostende mihi temetipsum vt sciẽter videã te. Neq; enim arbitrandum est hunc populum, cui Moyses loquebatur, sic tunc vidisse deum facie ad faciem quãdo in monte loquebatur è medio ignis, quemadmodum Apostolus dixit in fine nos eum esse visuros, vbi ait, Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc 1.Co.
autem facie ad faciem. Quid autem hoc & quantum esset consequenter aperuit dicẽs, Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Quod etiam ipsum caute accipiendum est, ne tantam putetur habiturus homo cognitionem dei quantam nunc habet hominis deus, sed pro suo modo ita perfectam, vt ei nihil adhuc expectetur addendum: vt quem perfecte nunc deus nouit hominem, sed tamen sicut deus hominem, ita tunc perfecte nouerit homo deũ sed tamen sicut homo deum. Neque enim Matt.5
quia dictum est, Estote perfecti sicut pater uester cœlestis perfectus est, ideo æqualitatem patris quam verbum habet vnigenitũ, sperare debemus, quamuis non defuerint qui & hoc futurum putauerint, nisi forte F
quid dicant parum intelligimus. Quid 10
est quod ait, Et ego stabam inter deum Deut.5.
& vos in tempore illo annũciare vobis verba domini: Tanquam in loco esset dominus, hoc est in monte vnde illi voces audiebant. Quod sic accipiendum est, vt non ex hoc suspicemur dei substantiam in vllo aliquo esse corporali loco, qui est vbique totus, nec per locorum interualla propinquat aut recedit: sed demonstrationes eius in ea creatura quę nõ est quod ipse, nõ aliter humanis

manis sensibus exhibentur. Vnde dñs uolẽs auferre ab huiusmodi suspitionibus mentẽ nostrã, quibus putatur deus loco aliquo cõ
Ioan.4. tineri, Venit, inquit, hora, qñ neq; in mõte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrẽ. Vos adoratis qđ nescitis: nos adoramus qđ scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora & nũc est, qñ ueri adoratores adorabunt patrẽ in spiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit qui adorant. Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu, & ueritate oportet adorare. Medium ergo se dixit Moyses non inter dei substantiam, & populum interuallo aliquo loci: sed quia p eum placuit populum audire cætera dei uerba posteaquã uehementer est territus, audi
G ta de medio ignis uoce dei dicentis decalogum legis. Sed merito quæritur qũo accipiantur hæc uerba Deuteronomij dicente Moyse, Et ego stabam inter deum & uos in tempore illo annunciare uobis uerba dñi, qñ timuistis a facie ignis & non ascendistis in montẽ dicens. Ego sum dñs deus tuus, & cætera. Quę iam uerba dei sunt, quæ decalogus continet. Quid ergo uult quod addidit, dicens. Si. n. putauerimus hyperbaton, vt ordo uerborum sit, & ego stabam inter deum & uos in tempore illo annunciare uobis uerba domini dicẽs. Ego sum dñs deus tuus: non erit uerum. Non. n. hæc uerba p Moysen populus, sed de medio ignis audiuit. Quod cũ sustinere non posset audito decalogo, postulauit ut per Moysen cætera audiret. Restat ergo ut quod positum est, dicens: pro eo positum intelligamus, ac si esset, cum diceret, ut iste sit sensus. Et ego stabam inter deum, & uos in tempore illo annunciare uobis uerba domini: quoniam timuistis a facie ignis, & non ascendistis in montem, cum diceret, Ego sum dominus deus tuus: vt subaudiatur, cum diceret utique dominus. Cum. n. hęc uerba diceret dominus, quæ consequenter ex decalogo cuncta cõmemorat: tunc timuit populus a facie ignis, & non ascendit in montem, & rogauit ut per Moysen potius verba domini audiret. Quæ uerba Moyses commemorat in Deuteronomio dicta sibi a populo, cũ audire iam nollent vocem dei, sed per eum peterent sibi dici quæ dicebat deus. Et. ecce ostendit dñs deus noster nobis gloriam suam, & vocem eius audiuimus e medio ignis: & cætera. Non eadem prorsus leguntur in Exodo, vbi primum narrata sunt quæ modo repetuntur. Vnde intelligamus, quod aliquoties iam commemorauimus, non esse in mendacio putandum, si alijs quibuslibet verbis eadem uoluntas manifestatur, propter Euangelistarum etiam uerba, quæ ab imperitis & calumniosis tanquam repugnantia reprehenduntur. Neq; in. magnum erat Moysi attẽdere q in Exodo scripserat, & eisdẽ omnino verbis illa repetere, nisi pertineret ad sanctos doctores nostros hoc ipsum insinuare discentibus, vt nihil aliud in uerbis loquentium quærant nisi volũtatem, propter quam enunciandam verba instituta sunt.

Quid est quod ait Moyses dictum sibi esse 11
à domino de populo Hebræo. Quis da- Deut. 5.
bit esse sic cor eorum in eis, vt timeant I
me, & custodiant mandata mea? An hic iam uult intelligi, gratia sua conceді hoc beneficium, ut sit in hominibus iustitia dei ex fide, non quasi propria uelut ex lege. Hoc Eze. 36.
in. per Prophetam significat dicens, Auferã eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. Quod propter sensum dictum est, quem caro habet, & lapis non habet, verbo vtique translato. Hoc ipsum & labi dicit, Ecce dies Hie.31.
veniunt dicit dominus, & consummabo super domum Israel, & super domũ Iuda testamentũ nouum, non secundum testamentum quod disposui ad patres eorum in die qua apprehendi manum eorum vt educerẽ eos de terra Aegypti: quoniam hoc est testamentum quod disposui ad eos: post dies illos, dans leges meas in cor eorum & in mente eorum superscribam eas, & iniquitatem eorũ & peccatorum eorum nõ memor ero amplius. Hic. n. discernit nouũ testamentũ à veteri, quod in veteri data est lex in tabulis lapideis, in nouo aũt in cordibus, qđ sit
per grãm. Vnde & Apostolus dicit, Nõ in 2.Co.3.
tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carna- Ibidem.
libus. Et alio loco, Idoneos nos, inquit, fecit ministros noui testamenti, non litęra, sed spiritu. Quod ait de dño, Et in nomine eius 12
iurabis: Non ita præceptum accipiendũ est Deut.6.
si iurare iusserit, sed in alterius alicuius K
dei nomine iurare prohibuit. Melius autem fit secundum Euangelium non iuraueris, non quia mala est vera iuratio, sed ne in periurium incidatur facilitate iurandi. Qui. n. iurat, non solum verum, sed etiam falsum iurare potest. Qui autem omnino nõ iurat, à periurio longe ambulat. Et recordaberis 13
omnem viam p quã duxit te dñs deus tuus Deut. 8.
in deserto, vt affligeret te, & tentaret te, A

Universidad de Deusto
Biblioteca

cognita faceret q̄ in corde tuo sunt, si obseruabis mandata eius, an non. Hic apertius dictum, quod alibi genere locutionis obscurū
Deu. 13. est, ubi legitur, Tentat uos dñs deus uester, ut sciat si diligitis eum. Intelligitur. n. positū esse, ut sciat: pro eo quod est, ut scire faciat: qūo dilucide dictum est, vt tentaret te & cognita faceret; quæ in corde tuo sunt, Nō. n. ait, ut cognosceret: quod quidem si dixisset,
14 intelligendum erat, cognita faceret. Et
Deut. 9. scias hodie, quia non propter iustitias tuas dominus deus tuus dat tibi terram bonam istam hæreditate, quoniā populus dura ceruice es. Certe isti sunt qui propterea non meruerunt perire in deserto, quia nescierūt dexteram aut sinistram. Ecce iam dura ceruice appellantur. Vnde videndum est illud in sacramento esse dictum, non q̄ istorum
L merita commendata sint. Nam ne quis existimet subito istos uituperabiles factos qui merito fuissent ante laudati, paulopost eis dicitur, Memor eris ne obliuiscaris quanta exacerbasti dominum deum tuum in deserto, ex qua die existis de terra Aegypti, donec ueneris in locum hunc incredulus perseueraſtiq; ad dominum. Quòd si quidā eorum tales erant, quidam uero fideles & boni, etiam sic non utiq; illis datur terra promissionis, qui nesciunt dexteram aut sinistram, ut hoc sic in intelligamus quasi non offenderint deū. Nam & patres eorum qui mortui sunt nec in eandem terram intrare permisi sunt tales inueniuntur fuisse ut in eis essent quidam etiam boni. Propter quod Apostolus non omnes sed quosdam eorum dicit offendisse, in quibus eorum peccata cō memorat. Similes quippe istos parentibus suis, ita euidentius docet & ipsa scriptura Deuteronomij, q̄ consequenter adiungit dicens, Et in Oreb exacerbasti dñm. Vbi certe illi exacerbauerunt qui propter eadē mala merita sua non sunt in terram promissio
15 nis inducti. In illo tempore dixit dñs ad
Deu. 10. me, Excide tibi duas tabulas lapideas quem
M admodum priores, & ascende ad me in montem: & facies tibi arcam ligneam & scribam in tabulis uerba quæ erant in tabulis prioribus quas contriuisti, & immittes eas in ar
Exo. 34. cam. Et feci arcam ex lignis imputribilibus, & excidi duas tabulas lapideas, sicut prioses, & ascendi in montem, & duæ tabulæ in duabus manibus meis. Et scripsit in tabulis secundum scripturam priorem decem uerba quæ locutus est dominus ad uos in monte è medio ignis, & dedit eas dominus mihi. Non immerito quæritur quomodo hæc in Deuteronomio dicantur Moyse recolente ac repetente, quæ gesta sunt: cum in Exodo, ubi primum hæc dicta & facta narrantur ita sit scriptum, Et dixit dominus ad Moysen, Scribe tibi uerba hæc: & enim in uerbis his posui testamentum tibi & Israel. Et erat ibi Moyses in conspectu domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Panem non manducauit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis uerba testamenti decem uerba. Cum ergo in Exodo ipse Moyses in tabulis decē legis uerba scripsisse narretur, quomodo hic in Deuteronomio deus in tabulis unde uerba scripsisse recolitur? Denique illud quod in Exodo A
cum transeunter tractaremus, & quid nobis in ea differentia visum fuerit literis mādaremus, cur priores tabulæ quæ contritæ sunt digito dei scriptæ referantur: secundas autem tandiu in arca tabernaculoque mansuras ipse Moyses scripsisse dicatur: ita per hanc differentiam duo testamenta significata esse diximus, ut in veteri testamento lex commendaretur tanquam opus dei, ubi hō nihil fecerit, eo q̄ lex timore non posset impleri: q̄n cum uere sit opus legis, charitate sit non timore, quæ charitas gratia est testamenti noui. Ideo in secundis tabulis homo legitur scripsisse uerba dei, q̄ hō pōt facere opus legis per charitatem iustitiæ, quod nō pōt per timorem pœnæ. Nunc ergo cum le- Deu.
gitur in Deuteronomio de secundis tabulis ita dictum, Et excidi duas tabulas lapideas sicut priores, & ascendi in montem & duæ tabulę in manibus meis, & scripsit in tabulis secundum scripturam priorem decem uerba, Non enim ait, & scripsi, sed scripsit, hoc est, deus scripsit, sicut paulo ante dixerat uerba dei sibi dicta, Excide tibi duas tabulas lapideas quemadmodum prio B
res, & ascende ad me in montem, & facias tibi arcam ligneam, & scribam in tabulis uerba, quæ erant in tabulis prioribus: discutienda nascitur quæstio, quòd utrasque tabulas, id est, & priores, & secundas deus hic legitur scripsisse, non hō. Sed si in ipso quoq; Exodo uerba dei legantur, ubi iubet easdē tabulas secundas excidi a Moyse, nihil aliud inuenitur, q̄ ipsum deum se easdem promisisse scripturum. Nam ita scriptum est. Et Exo.
dixit dñs ad Moysen, Excide tibi duas tabulas lapideas sicut & priores, & ascēde ad me in

in montem, & scribam in tabulis uerba quæ erant in tabulis prioribus quas tu contriuisti. Excepto itaq; libro Deuteronomij, quæstionem istam etiam solus liber Exodi continet, quomodo dixerit deus, Et scribam in tabulis uerba quæ erāt in tabulis prioribus: cū paulopost legatur, Scribe tibi uerba hæc, etenim in uerbis his posui testamentum tibi & Israel. Et erat ibi Moyses in conspectu domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus: panem non manducauit & aquam non bibit, & scripsit in tabulis uerba testamenti, decem uerba. Si. n. superius quod dictum est, Scribe tibi uerba hæc, etenim in uerbis his posui testamentum tibi & Israel: ad superiora pertinet, quæ deus ita præcipiebat, vt non in duabus lapideis tabulis
C scriberentur, sed in libro legis ubi multa cō scripta sunt: certe illud quod sequitur, Et erat ibi Moyses in cōspectu domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panē non manducauit & aquam non bibit, & scripsit in tabulis uerba testamenti, decem uerba: satis manifestat eundem Moysen in tabulis hęc decem uerba scripsisse, non deum. Nisi forte uiolenter quidem, sed certa necessitate compellitur, ubi dictum est, & scripsit in tabulis uerba testamenti, decem ver-
Exo. 34. ba, non Moysen subaudire sed dominum. Supra. n. positum est, Et erat ibi Moyses in conspectu domini: vt à dño, in cuius conspectu erat Moyses quadraginta diebus & quadraginta noctibus panem non manducans, & aquam non bibens, scripta intelligātur hæc decem uerba in tabulis, sicut ante promiserat. Quod si ita est, non quidem illa differentia duorum testamentorum quæ nobis visa est, in his uerbis cōmendari pōt, qū & priores & secundas tabulas scripsit, nō homo, sed deus. Veruntamen illa certe distātia non habet dubitationē, q̄ priores tab-
D las, & deus fecit, & deus scripsit: Mō. n. tunc dictū est ad Moysen, Excide tibi duas tabulas: sed ita potius legitur, Et cōuersus Moyses descendit de monte, & duæ tabulæ te- monij in manibus eius tabulæ lapideæ scriptura, ex utraq; parte hinc atq; hinc erant scriptæ: & tabulæ opus dei erant, & scriptura scriptura dei est sculpta in tabulis. Iam enim superius dixerat eadem tabulas scriptas digito dei, sic loquens, Et dedit Moysi statim vt cessauit loqui ad eum in mōte Sina duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito dei. Ibi ergo & tabulæ opus dei erant, & scriptura earum digito dei facta, Secundas autem tabulas ipse Moyses iubetur excidere: vt ipsæ certo opere humano intelligantur excisæ, quanuis eas deus ipse scripserit, sicut promisit cum iuberet excidi. Porrò autem si diligentius attendamus, ideo utrunq; dictum est in secundis tabulis, quia & deus fecit per gratiam suam opus legis in homine, & homo per fidem suam suscipiens gratiam dei pertinens ad testamentum nouum cooperator est adiuuantis dei. Ideo autē in primis solum opus dei commemoratur, quia lex spiritalis est & Rom. 7.
lex sancta, & mandatum sanctum & bonum Rom. 10
& iustum. Ideo uero nullum opus hominis E
ibi commemoratur, quia infideles non contemperantur adiutorio gratiæ, sed ignorantes dei iustitiam & suam uolentes cōstituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Vnde illis lex ad condemnationem ualet, quod significat contritio tabularum. Profecto non cogimur uiolento intellectu subaudire quod deus scripserit, ubi scriptura dicit, Et erat ibi Moyses in conspectu domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus: panem nō manducauit & aquam non bibit, & scripsit in tabulis uerba testamenti. Vbi valde sonat scripsisse Moysen. Sed ideo superius deus se promisit scripturū, & in Deuteronomio nō solum ita promisisse, uerumetiam ipse scri- Phili. 2.
psisse enarratur, vt significetur quod ait Apostolus, Deus. n. est qui operatur in uobis, & uelle & operari pro bona uoluntate: hoc est, in eis qui ex fide gratiam suscipiunt, & non suam iustitiam uolunt statuere, sed iustitiæ dei subiecti sunt, vt ipsi sint in Christo iustitia dei. Nam & illic Apostolus utrunq; dicit, & deum operari, & ipsos. Nā si non operabantur, qūo eis dicebat, cū timore & tremore uestram ipsorū salutem operamini? Operatur ergo ille, cooperamur F
nos. Nō. n. aufert, sed adiuuat bonæ uolun- 16
tatis arbitriū. In illo tpe distinxit dñs tri- Deu. 10.
bū Leui portare arcam testamenti domini, assistere coram domino ministrare & orare in nomine eius usq; in hunc diem. Propter hoc non est Leuitis pars & sors cum fratribus suis, dominus ipse pars eius est, sicut dixit ei. Nisi per hanc tribum significaretur uniuersum regale sacerdotium, quod ad nouum pertinet testamentū, nullo mō ausus esset dicere hō, qui ex eadē tribu Psal. 27
non erat, Pars mea dñs. Et in alio Psalmo, Psal. 15.
Dñs pars hæreditatis meæ. Quid est qd 17

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deu.11. præcepit Moyſes commendãs verba domini & ait, Scribetis ea ſuper limina domorũ veſtrarum & ianuarum veſtrarum, cũ hoc ſecũdum proprietatem nemo feciſſe Iſraelitarum commemoretur vel legatur, quia nec quiſquam poteſt, niſi forte diuidat ea per multas partes domus ſuæ? An hyperbolica commendatio eſt, ſicut multa dicun-
18 tur? Quærendum quomodo iubeat de-
Deu.12. cimationes omnium fructuum & primitiua pecorum non manducari, niſi in ciuitate vbi templum erat, cum eas Leuitis dari in
19 lege præceperit. Si autem ſurrexerit in te
Deu.13. Propheta ſeu ſomniator ſomnians,& dede-
G rit tibi ſignum vel prodigium, & venerit ſignum ſiue prodigium quod locutus eſt ad te dicens, Eamus & ſeruiamus dijs alienis quos neſciſtis, non audietis verba Prophetæ illius vel ſomniantis ſomnium illud, qm̃ tentat dominus veſter vos ſcire,an diligatis dominum deum veſtrum ex toto corde veſtro,& ex tota anima veſtra. Hoc quidã interpretes Latini non ita poſuerunt, ſcire an diligatis, ſed vt ſciat an diligatis, quãuis eadem ſententia videatur. Veruntũ illud qđ dictum eſt, ſcire, facilius ad illos refertur: vt ſic accipiamus, tentat vos ſcire, ac ſic diceretur, tentando vos facit ſcire. Vbi ſanè intelligi voluit etiam illa quæ à diuinantibus nõ ſecundum deum dicuntur, ſi acciderint quę dicuntur, non accipienda ſic vt fiant quæ ꝓcipiuntur ab eis, aut colantur quæ coluntur ab eis. Nec præter ſuam ptãtem deus oſtẽdit eſſe ꝙ iſta contingunt, ſed quaſi quæreretur cur ea permittat, cauſam tentationis expoſuit ad cognoſcendam eorũ dilectionẽ, vtrum eam habeant erga deũ ſuum: cognoſcendam vero ab ipſis potius ꝙ ab illo qui
20 ſcit omnia antequam fiant. Poſt tres an-
Deu.14. nos produces omnem decimam fructuum
H tuorum:in illo anno pones illud in ciuitatibus tuis,& veniet Leuita,quia nõ eſt ei pars nec ſors tecum, & aduena & pupillus & vidua qui in ciuitatibus tuis erunt & manducabunt & ſaturabuntur, vt benedicat te d deus tuus in omnibus operibus tuis quæcũque feceris. Ex iſta decima non dixit, vt ipſe manducet cum ſuis. Ac per hoc Leuitis & aduenis & pupillis & viduis eam iuſsit impendi. Sed obſcure poſitum eſt, quia non eſt diſtincta iſta decima ab illa ꝙ voluit eum Leuitis in eo loco manducari, quẽ dñs elegiſſet tempore ſuo. Sed in ea interpretatione quæ eſt ex Hebræo, apertius hoc diſtinctũ reperimus. Ait enim Anno tertio ſeparabis aliam decimam ex omnibus quæ naſcentur tibi eo tãpore, & repones inter ianuas tuas, venietq; Leuites qui aliam non habet partem, nec poſſeſsionem tecum: & peregrinus & pupillus & vidua, qui intra portas tuas
I ſunt, & comedent & ſaturabuntur, vt benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris. Primo hoc ipſum planius eſt quod ait, anno tertio: intelligitur enim vno anno interpoſito. In ſeptuaginta autem, quoniam poſt tres annos dixit, incertum eſt vtrum eos medios eſſe voluerit, vt quinto quoq; anno fieret. Deinde cum ait, Et ſeparabis aliam decimam: ſatis oſtendit extra eſſe illam quam voluit eum ipſum qui offert manducare cũ ſuis & Leuitis in eo loco quem dominus elegiſſet. Et hanc enim & aliam decimam intra ianuas ſuas eum ponere præcepit, non ad eũ locum eum deferre, vbi dominus ſe voluit inuocari. Et veniet, inquit, Leuites qui non habet partem nec poſſeſsionem tecum, & peregrinus & pupillus & vidua, qui intra portas tuas ſunt, & comedent. Hinc certe manifeſte verum eſt non iſtam decimam deum fieri voluiſſe comunem et qui offert, & his quibus impendenda eſt: ſed illis ſolis erogare eam iuſsit qui aliud non haberent, in quibus præxipuẽ Leuitem poſuit. Poſt ſeptem annos facies remiſsionem: Hic certe manifeſtatur quomodo & ſuperius dixerit, Deu.15.
poſt tres annos: Non enim & hos ſeptem annos medios eſſe voluit. Vnoquoq; anno eam fieri præcepit, tanquam ſabbatiſmum annorum. Attende tibijpſi ne fiat verbũ 21 Deu.15.
occultum in corde tuo iniquitas dicens, Appropiat annus ſeptimus, annus remiſsionis, & malignetur oculus tuus in fratrem tuũ egenum, & non tribuas ei: & exclamabit adK
ſum te ad dominum, & erit in te peccatum magnum. Magnifice occultum verbũ hoc dixit, quoniam nemo audet hoc dicere qui potuerit cogitare, ideo non eſſe mutuũ dum indigenti, quoniã appropinquat annus remiſsionis, cum deus propter miſericordiam vtrunq; præceperit, & commodari cum quiſq; indiget, & remitti anno remiſſionis. Quomodo ergo miſericorditer remiſſurus eſt illo anno quo remittẽdum eſt, ſi crudeliter cogitat illo tempore dandũ nõ eſſe quo dandum eſt? Si autem venundatus fuerit tibi frater tuus Hebræus aut 22
Hebræa, ſeruiet tibi ſex annis, & ſeptimo Deu.15.
dimittes

dimittes eum liberum à te. Hos emptos nõ anno, remiſsionis remitti voluit, quem ſeptimum quemq; obſeruari oportebat ab omnibus, ſed anno ſeptimo emptionis eius quotocũq; anno illorũ ſeptimus iſte annus
23 occureret. Omne primogenitum quod
Deu.15. natum fuerit in bobus tuis,& in ouibus tuis maſculinum ſanctificabis domino deo tuo. Quærendum utrum quę Græce dicuntur πρωτότοκα, nec Latine dici niſi primogenita potuerunt, in his tm̃ intelligenda ſint
L quæ naſcuntur ex matribus: ipſa.n.proprie pariuntur potius q̃ gignuntur. Parere quippe eſt τίκτειν, quod eſt, ex fœmina, unde πρωτότοκον dicitur, Gignere autem eſt γεννᾶν, unde proprie Latine primogenitus dicitur. Ex fœminis aũt dabantur primitiua.i.quæ prima pariebantur,nõ quæ prima gignebãtur à uiris, ſi forte ex uiduis quæ iã pepererant gignerẽtur. Non.n.aliter eſſent quæ aperirent uuluã, quod propriũ uoluit eſſe lex eorum, quæ primo nata dño deo debebantur. Si ergo eſt in his uerbis certa diſtinctio, non fruſtra dominus non dicitur à patre μονογενὴς ſed μονότοκος, id eſt unigenitus, quod eſt unicus: a mortuis autem primogenitus quidẽ Latine dicitur, quia nõ potuit Latinum uerbum ita componi ſecm̃ loquẽdi cõſuetudinem: Græce autem πρωτότοκος dicitur non πρωτογενὴς, tanquam pater genuerit æqualem ſibi, creatura uero peperem Rit. Nam & quod dicitur primogenitus omnis creaturæ, quod ibi πρωτότοκος Græce legitur, poteſt ita intelligi ſecundum nouam
2.Co.5. creaturam, de qua dicit Apoſtolus, Si qua
Rom.6. igitur in Chriſto noua creatura: ex qua ille primitiuus eſt, quia primitus ita reſurrexerit, ut iam non moriatur, nec ei mors ultra dominetur, quod nouæ creaturæ quæ in illo eſt, futurum promittitur in fine. Sed iſta diſtinctio non temere affirmanda ſed in ſcripturis diligentius perſcrutanda eſt. Mouet enim quemadmodum dici potuit in Prouerbijs, Primogenite tibi dico filij.i.ex cuius perſona dictum intelligatur, Si enim
eri non præcepit, ſed deſiderantibus permiſit. Veruntamen præcepit, ne fieret alienus, ſed frater.i.ex eodem populo indigena, non alienigena. Quod autem ait, Non poteris: intelligendum eſt, non debebis. De 27
rege cum loqueretur ait, Non multiplicabit ſibi uxores, ut non diſcedat cor eius, & Deu.17.
argentum & aurum non multiplicabit ſibi ualde. Vnde quæritur, utrum Dauid contra hoc ꝓceptum non fecerit. Non.n.unam ha-

molabis Paſcha domino deo tuo oues & bo- 24
ues: quid ſibi uult hoc ꝙ addidit boues, cum Deu.16.
immolationem Paſchæ de oue tantummodo commendauerit, quam iuſsit accipi ex ouibus & hædis, uel ex capris? Quod myſtice accipitur propter Chriſtum, cuius ex iuſtis & peccatoribus eſt origo carnalis. Non enim ait ex ouibus aut capris, licet proprie non poſſent intelligi oues ex capris: ſed ne forte Iudæi dicerent ſubaudiendũ caprum ſi dictum eſſet aut ex capris: dictum eſt ex ouibus & capris. Quid ergo hic ſibi uolũt boues? An propter alia ſacrificia quæ ipſis A
diebus azymorũ ſunt immolãda? Quæ- 25
rendum quomodo præceperit obſeruari qđ Deu.16.
ait, Septem ſeptimanas integras dinumerabis tibi ipſi inchoare te falcẽ mittere in meſſem. Incipies numerare ſeptem ſeptimanas, & facies diem feſtum ſeptimanarũ domino deo tuo, pro ut ualet manus tua quæcunq; dñs tibi dederit: ſecundum quod benedicet te dominus deus tuus, & epulaberis ante dominũ deum tuũ. Si.n.ab uniuerſo populo lex hæc pentecoſte iuſſa eſt obſeruari, nũ quid oẽs uno die credendum eſt falcẽ iuſſos mittere in meſſem? Si autem ſibi quiſq; obſeruat iſtam quinquageſimam dinumerans ab illo die quo falcem mittit: non una eſt uniuerſo populo, illa uero una eſt quæ cõputatur ab immolatione Paſchæ uſq; in diẽ datæ legis in Sina. Si antẽ intraueritis in 26
terram quam dominus deus tuus dat tibi in Deu.17.
ſorte, & hæreditaueris eam & habitaueris in ea & dices, conſtituam ſuper me principes ſicut & cæteræ gẽtes quæ circa me ſunt, conſtituendo conſtitues ſuper te in principẽ quẽ elegerit dñs deus tuus ipſum. Ex fratribus tuis conſtitues ſuper te principem: non poteris conſtituere ſuper te hominem alienum, qui non eſt frater tuus. Quæri poteſt cur diſplicuerit populus deo qñ regem de- B
ſideraũt, cũ hic inueniatur eſſe permiſſus. Sed magis hic intelligendum eſt merito nõ fuiſſe ſecundum voluntatem dei, quia hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

buit uxorem. Nam de Salamone manifestū
est, q̄ trā ſgressus fuerit hoc preceptum, & in
fœminis, & in auro & argento. Sed hinc
potius intelligitur permiſſum fuiſſe regi-
bus, vt plures haberent q̄ vnam, multiplica
ri. n. prohibiti ſunt. Quæ prohibitio nō ha
beret trāſgreſsionem ſi paucæ fuerint, ſicut
Dauid fuerunt: non autem multæ, ſicut Sa-
lomonis. Quanuis cum addidit, non diſce-
dat cor eius: hoc magis videtur præcepiſſe
ne multiplicando perueniat ad alienas fœ-
C minas: per quas factum eſt in Salomone vt
.Re. 11. diſcederet cor eius à deo. Multiplicatio tū
generaliter ita prohibita eſt, vt etiam ſi ex
Hebræis ſolis eis multiplicaſſet, contra hoc
28 præceptum feciſſe merito argui poſſet. Si
Deu. 18. autem ſupercruenerit Leuites ex vna ciuita-
tum tuarum ex omnibus filijs Iſrael vbi
ipſe incolit, ſecundū q̄ cupit anima eius in
loco quem elegerit dominus. i. ſi deſidera-
uerit ire ad locum vbi dominus inuocatur:
& miniſtrabit nomini domini dei ſui ſicut
omnes fratres eius Leuitæ qui aſtant ibi co-
ram domino: partem partitam edet præter
venditionem quæ eſt ſecundum familiam.
Quam dicat venditionem, obſcurum eſt,
Niſi forte quia decimationes & primoge-
nita præcepit vendi ab eis qui in longinquo
habitarent, ne multa cogerentur portare ad
locum inuocationis dñi, vel pecora ducere,
vt illic ab eis denuo emerentur ex eodem
pretio. Et iuſſerat habere ibi partem Leuitā
qui maneret in ea ciuitate, unde illi decima-
tiones & primogenita debebantur. Et ideo
dixit ſecundum familiā hoc deberi Leuitæ,
quoniam ex ſucceſsione qua ſucceditur pa-
rentibus hoc circa eum ſeruari oportet q̄d
D parentibus exhibitum eſt. Q̄m portēto-
29 rū inſpectores prohibet eſſe in populo dei:
Deu. 18. quęrendum eſt quō iſta portenta quæ in-
ſpici prohibentur, diſcernantur ab eis quæ
diuinitus ita dantur, ut quid ſignificent dici
debeat: ſicut omnia miracula quæ in ſcri-
pturis reperiuntur ſignificantia quod per-
Iudic. 6 tineat ad regulam fidei. Sicut dicimus qu
Nú. 17. ſignificauerit uellus in area compluta ſic-
cum, uel in ſicca area complutum: aut uirga
Aaron quæ floruit & nuces attulit, & cæte-
ra hmōi. Sicut autem diſcernuntur diuina-
tiones quas conſequenter prohibet à prædi-
ctionibus uel annunciationibus Prophetā-
rum, ſic illæ inſpectiones prodigiorum à
ſignificationibus diuinorum miraculorum
diſcernendæ ſunt. Quoniā dominus deus
ueſter qui præcedet vobiſcum, ſimul debel- 30 Deu. 31
labit vobiſcum inimicos veſtros, & ſaluos
faciet vos. Ecce quemadmodum & in ſpiri-
talibus conflictibus ſperandum & petendū
eſt adiutorium dei, non vt nos nihil facia-
mus, ſed vt adiuti cooperemur. Sic. n. ait, de-
bellabit vobiſcum: vt & ipſos acturos quod
agēdū eſſet oſtenderet. Et loquētur ſcri- 31 Deu. 20
bæ ad populum dicentes, Quis eſt homo
qui ædificauit domum nouam & non dedi-
cauit eam? vadat & reuertatur in domum
ſuā ne moriatur in bello, & homo alius de-
dicet eam. Et quis eſt homo qui paſtinauit E
vineam, & non eſt epulatus ex ea? vadat &
reuertatur in domum ne moriatur in bello,
& homo alius epuletur ex ea. Et quis eſt hō
qui ſponſauit vxorem & non accepit eam?
vadat & redeat in domum ſuā ne moriatur
in bello, & homo alius accipiat eā. Pūt mo-
uere iſta, quaſi meliore conditione morian-
tur in bello qui iam dedicauerunt ædificia
ſua, iamq; epulati ſunt de nouellis, iamq̄
duxeruut ſponſas ſuas, q̄ ij qui nondū. Sed
quoniam his rebus tenetur humanus affe-
ctus, & magni æſtimantur hæc ab homini-
bus: intelligēdum eſt ad hoc iſta dici in bel-
lum procedentibus, vt quiſquis animo his
tenetur, appareat cum reuertitur, ne propter
hoc minus fortiter agat, dum timet ne ante
moriatur q̄ domum dedicauerit, aut de no-
uella ſua biberit, aut ſponſam ſuam duxerit.
Nam vtiq; quantum ad fœminam pertinet,
melius alteri nubet intacta quàm uidua. Sed
hæc ut dixi inſtituta ſunt propter virorum 32 Deu. 21
animos explorandos. Non erunt uaſa ui- F
ri ſuper mulierem. Vaſa bellica uult intelli- 33 Deu. 22
gi. i. arma. Nam quidam etiam hoc inter-
pretati ſunt. Si autem quis acceperit vxo
rem & habitauerit cum ea, & oderit eam, &
imponat ei occaſionis verba, & detulerit ei
nomen malignum & dixerit: mulierem hāc
accepi, & accedens ad eam non inueni eius Deu. 22
virginalia: & accipiens pater puellæ & ma-
ter & producent virginalia puellæ ſenio-
ribus dicens: filiam meam hanc dedi homini
huic vxorem, & odio habens eam, ipſe
nunc imponit ei occaſionis uerba dicens,
Non inueni filiæ tuæ uirginalia, & ecce
uirginalia filiæ meæ. Et replicabunt pal-
lium coram ſenioribus ciuitatis illius: &
accipient ſenes ciuitatis hominem illum,
& caſtigabunt eum & damnificabunt eum
centum ſiclis, & dabunt patri adoleſcen-
tulę, quia protulit nomen malum ſuper
uirginem

virginem Iſraelitem: & ipſius erit vxor, nō
potuerit dimittere eam perpetuo tempore.
Si aūt verum factum ſit hoc verbum, & nō
inueniantur virginalia puellæ, & producēt
adoleſcentulam ad ianuam domus patris ip-
ſius, & lapidabunt eam viri ciuitatis eius in
lapidibus: & morietur, q̄m fecit impudentiā
in filijs Iſrael proſtituere domum patris
ſui: & auferes malignum ex vobiſipſis. Satis
G hinc apparet, quemadmodum ſubditas fœ-
minas viris, & penè famulas lex eſſe volue-
rit vxores: q̄ dicēs aduerſus vxorē vir teſti
moniū vnde lapidarēt illa, ſi hoc verū eſſe
demōſtrarēt, ipſe tū nō viciſsim lapidaretur
ſi hoc falſum eſſe cōſtiterit: ſed tantūmodo
caſtigatur & damnificatur, eiq̄ perpetuo
iubetur adhærere qua carere voluerat. In
alijs āt cauſis, eū qui teſtimonio falſo cuiq̄
nocuerit, quod ſi probaretur, iuſsit occidi:
eademq; pœna plecti iubet, qua fuerat, ſi ue
34 rū eſſet, iſte plectendus. Si aūt inuenerit
Deu. 22 aliquis puellā virginē quæ ſponſata nō eſt,
& vim faciēs ei dormierit cū ea, & inuentus
fuerit, Dabit homo qui dormiuit cū ea patri
puellæ quinquaginta didrachmata argenti,
& ipſius erit vxor, quia humiliauit eā & nō
poterit dimittere eam per omnes tps. Meri
to quæritur, vtrum iſta pœna ſit vt non eā
poſsit dimittere per omne tps, quam inor-
dinate atq; illicite violauit. Si enim ad hoc
Deu. 24 intelligere voluerimus eam non poſſe. i. nō
debere dimitti per omne tps, quia vxor effe
cta eſt, occurrit illud quod promiſit Moy-
ſes dare libellū repudij & dimittere. In his
H ludibrium feciſſe videatur, & potius finxiſ-
ſe q̄ eam uxorem duxerit q̄ vere placitoq;
duxiſſe. Hoc & de illa iuſſum eſt cui vir
fuerat calumniatus de virginalibus non in-
35 uentis. Non intrabit Ammonites & Moa-
Deu. 23 bites in eccleſiam dñi, & vſq; ad decimā g-
nerationem non intrabit in eccleſiam dñi
& vſq; in æternū. Quęſtio eſt, qūo intra-
uerit Ruth quæ Moabitis fuit, de qua etiam
caro dñi originem ducit. Niſi forte iſtā
ſtice prophetauerit intraturam, quod ait vi-
que ad decimam generationem. Computā
tur enim generationes ex Abraham quādo
fuit & Loth qui genuit Moabitas & Ammo
nitas ex filiabus, & inueniuntur cum ipſo
Abraham compleri decem generationes vſ
que ad Salmon qui genuit Booz, qui mari-
tus ſecundus fuit Ruth. Sunt. n. iſtæ, Abra-
ham, Iſaac, Iacob, Iudas, Phares, Eſrom, A-
ram, Aminadab, Naaſon, Salmon: Salmon
quippe genuit Booz, qui viduā duxit Ruth,
ac per hoc videtur poſt decimā generationē
genus feciſſe in eccleſiam dñi pariēdo filios
ipſi Booz. Sed cur additum ſit, & vſq; in
æternum: merito adhuc quæritur, An quia
deinceps nulla anima de Ammonitis &
Moabitis intrabit in illā eccleſiā populi He
bræorum, & poſteaquā iſta generatione de
cima prophetia completa eſt? An potius ita
dictum eſt, & vſq; ad decimā generationē, I
vt omnino ſemper intelligi voluerit per de
narij numeri quandam vniuerſitatē, vt hoc
expoſuerit quodammodo addendo & dicen
do, & vſq; in æternū? Quod ſi ita eſt, Ruth
contra præceptum vetitum videtur admiſ-
ſa. An Ammonitas prohibuit admitti, non
Ammonitidas. i. viros non fœminas: maxi-
mè quia cū euertiſſent Iſraelitę ipſam gētē,
uēs uiros occidere iuſsi ſunt, fœminas autē
non, niſi eas quæ nouerant concubitum vi-
ri: q̄n ipſę in fornicationē deduxerant popu
lum: virgines autem ſaluas eſſe voluerunt,
non eis imputantes culpam qua euerti illa
gens meruit: quam etiam hic cōmemora-
uit, uelut quæreretur cur Moabitas & Am-
monitas admitti noluerit in eccleſiam dñi:
ſubiunxit. n. eo q̄ non occurrerint vobis
cum panibus & aqua in via cum exiretis de
Aegypto, & quia conduxerunt aduerſum te
Balaam filiū Beor de Meſopotamia vt ma-
lediceret te. Has culpas nec tunc quando
illa gens debellata eſt, fœminis imputaue- K
runt, quas ſaluas conſeruare maluerunt. 36
Non tradas puerū domino ſuo qui appoſi- Deu. 23
tus eſt tibi à domino ſuo. Non intelliges
q̄ dominus eius appoſuerit. i. commendaue
rint, potius, id eſt depoſitum diceret: ſed ap
poſitum dixit à domino ſuo, id eſt huic ad-
iunctum, cum ab illo abſceſsiſſet. Non ergo
ſuſcipi, ſed reddi potius prohibuit fugitiuos.
Hoc quidem putari poteſt, niſi intelliga-
mus genti & populo iſta dici, non vni ho-
mini: ſed ex alia gente refugientem ad iſtā
entem cui loquebatur hominem à domino
ſuo, id eſt a rege ſuo, reddi prohibuit. i. etiā
alienigena ſeruauit Achis rex Geth, quādo
ad eum refugit Dauid à facie domini ſui: 1. Reg.
hoc eſt, regis Saul. Apertiſsime autem hoc 21.
explanat, cum dicit de ipſo refuga, in uobis
habitabit in omni loco vbi placuerit ei. 37
Non erit meretrix à filiabus Iſrael, &
non erit fornicans à filiis Iſrael. Ecce v-
bi manifeſte prohibuit fornicari & uiros &

fœminas,etiam cum non alienis cõiugibus: peccatum esse demonstrans misceri non cõiugibus suis, quando & meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet, quarũ publice venalis est turpitudo. In decalogo autem mœchiæ nomine non videtur hoc
Supra li. aperte prohibuisse,qm mœchia nõ nisi adul
2.qstio terium intelligi solet. Vnde quid nobis visun. deretur ibi tractauimus. Nõ offeres mer
Exod.q. cedem meretricis, neq; commutationem ca
71. nis in domum domini dei tui ad omne vo-
L tum,qm abominatio dño deo tuo & utrun-
38 que. Quod ita intelligitur qm abominatio
Deu. 23 dño Deo tuo est, & hoc non vnum horum, sed vtrunq;. De cane quippe vetat fieri cõmutationem primogenitorum, quam iubet fieri de aliis immundis animalibus.i.equis & asinis,& si quid est eorum quæ adiuuant hominem,& Latine à iuuando iumenta dicuntur. De cane autem noluit & de porco. Et quare noluerit, requirendum est, Et si de omnibus talibus voluit,quare solum canem isto loco exceptũ fecerit. De mercede autẽ meretricis ut diceret, uidetur ea esse causa, quia superius prohibuerat esse meretricem de filiabus Israel, aut quenquam filiorum Israel vti meretrice: & ne surreperet cogitationi,expiari posse hoc peccatũ si aliquid inde offerretur in templum, dicendum fuit
39 quod sit abominatio dño. Morietur fur
Deu. 24 ille.i.homo qui furatus est hominẽ,& auferetis malignum ex uobis ipsis. Assidue hoc dicit scriptura, cum iubet occidi malos.
M Qua locutione usus est ẽt Apostolus cum
1.Co. 5. diceret, Quid.n.mihi de iis qui foris sunt iudicare? Nonne de iis qui intus sunt vos iudicatis? Auferte malũ ex vobisipsis. Nã Græcus habet τὸν πονηρὸν, quod etiam hic scriptum est. Hoc autem potius malignum solet interpretari, quam malum. Nec ait τὸν πονηρὸν: id est, hoc malignum, sed τὸν πονηρὸν quod est hunc malignum. Ex quo appareat eum voluisse intelligi, qui aliquid tale commisit vt excommunicatione sit dignus. Hoc enim nunc agit in ecclesia ex
communicatio, quod agebat tunc intersectio. Quamuis & aliter illud apostolicum possit intelligi, vt vnusquisq; malũ vel malignum ex seipso sit iussus auferre. Qui sensus acceptabilior esset,si hoc malum,vel hoc malignum,non autem hunc malignum in Græco inueniretur. Nunc vero credibilius est de homine dictum, q̃ de vitio. Quanquã possit eleganter intelligi ẽt homo auferre à se malum hominem, quemadmodum dictum est, Exuite vos veterem hominem. Quod exponens ait, Qui furabatur, iam Ephe.4
non furetur. Secundum legem omnem 40
quam iurauerint vobis sacerdotes Leuitæ. Deu.17
Hic apparet omnem sacerdotem Leuitam fuisse: quanuis non omnis Leuites sacerdos A
fuerit. Si debitum fuerit in proximo tuo, 41
debitum quodcunq;, non intrabis in domũ Deu.24
eius pignerare pignus: foris stabis,& homo apud quem debitum tuum est proferet tibi pignus foras. Si autem homo eget,non dormies in pignore eius: redditione reddes ei vestimentum suum circa occasum solis, & dormiet in uestimento suo, & benedicet te, & tibi erit misericordia coram dño deo tuo. Non immerito uidetur ad opus misericordiæ pertinere, vt non intret pignorator in domum, ne fiat perturbatio debitori: sed ex hoc etiam ipsum debitorem admonet pignus foras proferre creditori. Quod vero iubet egenti pignus eodem die restitui, ut in eo dormiat qui non habet ubi dormiat: merito mouet, vt requiratur cur non potius creditori præceperit, vt non auferat pignus quod eodem die oportet vt restituat. Quod si ad compellendum debitorem fieri voluerit, qũo se vrgeat ad reddendũ cum sciat pignus eodem die se recepturum? An forte hoc fieri voluerit propter memoriã ne obliuiscatur reddere, & tunc non reddat si uere non habuerit: maxime quia creditoris sui misericordia uincitur,cui esse non debet ingratus si pignus receperit in quo modo dormiat:simul & creditor cum ille nõ reddiderit, debet eum credere non habere, quia hac etiam indiget misericordia vt pignus ei propterea restituatur, q̃ aliud non habet vbi dormiat? Non morientur pa- 42
res pro filiis,& filij non morientur pro pa Deu.24
tribus: unusquisq; in suo peccato morietur. Ecce non solum Prophetę hoc dixerũt, verumetiam lex dicit, sua culpa quemq; interimendum,non autem patris sui aut filij Exo.20
. Quid est ergo quod alibi dicitur, deus reddens peccata patrum in filios in tertiam & quartam progeniem? An de filiis nondũ natis illud intelligitur propter originale peccatum, quod etiam ex Adam traxit genus humanum: hic autem de filiis iam natis est facta distinctio, vt vnusquisq; in peccato moriatur? Non enim trahit aliquid ex patre qui iã natus erat q̃n pater eius peccauit, Sed cũ ẽt ibi dicit,iis qui oderunt me: manifestum

festum est etiã illã odientem posse mutari, si filij parẽtum suorũ facta non fuerint imitati. Nam & illud ex Adam tẽporaliter redditur,quia omnes propter hoc moriuntur: non antẽ in ẽternũ eis qui fuerint per gratiam spiritus aliter regenerati,in eaq; permanserint usq; in finẽ. Quãuis & illud meritoquæri possit, si redduntur peccata patrũ in filios qui oderunt deũ, cur in tertiũ & quartã generationem, velut prætermissa prima & secunda,vel non etiam in cæteras permanente impietate & imitatione malorum parentum. An per hunc nũmerum quoniam septenarius intelligitur,uniuersitatem significare voluit,& ideo non ipsum potius septenarium posuit, vt diceret in septimam generationem? Ac sic omnis intelligeretur,quia causam perfectionis huius nũmeri hoc modo potius intimauit,Ideo unũq; perhibetur perfectus,quia ex his duobus constat, ternario.s.primo impari toto, & quaternario primo pari toto. Vnde esse & illud Prophetici existimo,quod assidue repetitur, In tribus & quatuor impietatibus nõ aduersabor: per quod voluit impietates vniuersas potius, q̃
43 tres vel quatuor intelligi. Non declinabis
Deu.24 iudicium aduenæ & orphani & viduæ,Nõ pignerabis vestem viduæ. Cur non ait, Et non pignerabis vestimentum eorum? Quæ .n.causa est: ut trium istorum iudicium declinare uetuerit,pignus ãt auferri vestimentum solius uiduæ, non & illorũ: nisi quia iudicium omnium faciendo propterea commendauit,quia non habent à quibus defendantur:siue aduena,quia in terra aliena est, siue orphanus.i.pupillus,quia parentibus caret: siue uidua, quia maritum non habet. Pignus uero cum prohibet uestimentum auferre viduæ, puto q̃ satis eleganter admoneat, eas vere dicendas esse viduas, q̃ pauperes sunt. Id.n.& Apostolus euidenter
1.Ti.5. ostendit, ubi ait, Si qua autem vidua filios & nepotes habet, discat primum domum suam pie tractare,& mutuã uicẽ parentibus reddere: hoc.n.acceptum est coram dño. Quæ ãt uere vidua est,& desolata, sperabit in dño,& persistet in orationibus nocte & die. Hanc uere viduam dixit, quæ non habet à quibus sustentetur:quia non solum uiro,sed etiã posteris atq; omni ope destituta est:diuitem quippe non diceret desolatam. Pauperi itaq; pignus non est auferendũ vestimentũ: nam & hoc ipso q̃ vestimentum prohibet auferri, pauperem ostendit. Neq; .n.creditor non potius auferret argentum, vel si quid aliud, q̃ vestimentum. Porro si occurrerit animo,quid si multa habeat vestimenta non necessaria, sed superflua, qũo intelligitur vere vidua? Hoc est non solum desolata,uerumetiam quæ in deliciis agit, q̃ E
subiecit dicens,Quæ autem in deliciis agit, 1.Tim.3
viuens mortua est. Et hanc quippe opposuit,tanq̃ econtrario veræ viduæ, tanquam talis nõ sit uera uidua. Quæcunq; autẽ diuites alias nuptias experiri noluerit,cotinẽtia in eis laudatur, nõ desolatio commendatur. Hę quippe maritis tantum uiduatæ sunt,nõ aliis rebus. Quod admonet ut in messe 44
oblitum manipulum nemo colligat, & oli- Deu.24.
uam uel unam relictam nemo repetat diligentius neglecta colligere,& dicit egẽtibus dimittenda. Occurrit forsitan cogitationi, Quid si hæc q̃ ab agrorum dñis dimittuntur, non egentes,sed improbi colligent? Sed consyderandũ primo illum misericordiam facere, qui hoc aío dimittit, ut egentes habeant quod dimittit. Deinde cum hæc populo p̃cipiantur,simul ẽt admonentur ij qui non indigent ista non quærere. Quod si uero q̃sierint,quid aliud quam res alienas,& quod grauius est, pauperum inuadere iudicandi sunt? Vtrique ergo commouentur his præceptis,& quorum agri sunt, ut misericordi ter ea relinquant, & qui indigentes nõ sunt ut inde se abstineant,quando utrunque dici F
tur,& a quibus dimittenda sunt, & quibus dimittenda sunt. Si autem fuerit altercatio inter homines,& accesserint ad iudiciũ, 45 Deu.25.
& iudicauerint & iustificauerint istum. Iudices intelligendi sunt iudicare, non illi qui dicti sunt altercationem habere. Deinde sequitur,Et reprehenderint impium,& erit si dignus fuerit plagis, qui impie agit: constituent eum in conspectu iudicum, & flagellabunt eum ante se secundum impietatem eius,numero quadraginta flagellabunt eũ, & non apponent. Si aũt apposuerint flagellare eum super has plagas plures, deturpatur frater tuus coram te ualde. Aduertendum est,cum ea peccata plagis emendanda præceperit, quæ digna non sunt mortis supplicio uindicari,& hoc tam paucis plagis: eũ tamen qui cæditur,appellauit impium, uel impie agentem,ut nouerimus,nõ sicut plurimi loquũtur,locutas esse scripturas: quas incuriosius legimus, cum putamus adulterium non esse impietatem, quia in hominem uidetur peccasse qui hoc fecerit, cum illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

illud peccatum morte plecti iubeat lex: & his peccatis grauiores esse diximus impietates, cum sint earum quędā quæ per flagella, plagis quadraginta puniuntur: Est itaq; leuis impietas, quæ verbere digna est: & est grauior quæ morte digna est: ita etiam illa peccata quæ non in deum, sed in hominem uidentur admitti, sunt morte digna: quædā sunt alia correptione, seu verbere, seu pœna faciliore. Ita enim locutos esse septuaginta interpretes cōstat, vt etiam illius, qui pla-
46 gis dignus est, impietatem vocauerint. Si
De. 25. autem habuerint fratres in vnum, & mortuus fuerit vnus ex eis, semen autem non fuerit ei, vxor defuncti fratris nō aliter nubet appropianti. Fratres viri eius intrabit ad eam, & accipiet eam sibi vxorem, & cohabitabit ei. Et erit infans quicunq; natus fuerit cōstituetur ex defuncti nomine, & nō delebitur nomē eius ex Israel. Vī hoc præcepisse lex de fratris vxore ducenda, nō ob aliud, nisi vt semen suscitet fratri, qui sine liberis defunctus est. Quod ăt ait, Cōstituetur ex defuncti nomine, & non delebitur nomen eius ex Israel. i. nomen defuncti: ex hoc videtur dictum, vt ille qui nascitur, hoc nomine appelletur quo appellabatur defunctus, cui quodammodo propagatur. Vnde nobis visum est magis secundum adoptionis morē, soluere in Euangelio quę stionum de duobus patribus Ioseph: quo-
II rum vnum commemorat Matthęus, eum scilicet qui genuit Ioseph: alterum Lucas, cuius filius erat Ioseph: quoniam nullius eorum nomen Ioseph accipit: nisi forte hoc dictum est, Cōstituetur ex defuncti nomine: non vt eius nomen accipiat, sed vt ex eius nomine, id est, tanquā filius, non eius cuius semine est genitus, sed illius defuncti, cui semen suscitatum est, hæres constituatur. Quod enim addictum est, Et non delebit nomē eius ex Israel: potest ita intelligi: nō quòd nomē eius puer cōsequēter accipiat, sed quòd ille non sine posteritate mortuus esse uidebitur: & ideo permanet eius nom hoc est memoria. Neq; enim etiam si ipse filium genuisset, nomen suum ei fuerat impositurus, vt nomen eius non deleretur ex Israel: sed ex hoc vtiq; non deleret, quia nō sine liberis ex hac vita emigraret: & hoc iubetur in eius vxore frater eius implere, qđ ille non potuit. Nam & si frater non fuisset: & propinquus ducebat vxorē eius qui
14. sine filiis mortuus esset, ad suscitandū semē fratri suo: sicut fecit Booz ducendo Ruth, vt semē excitaret ppinquo suo, cuius fuerat illa vxor, nec de illo pepererat: & tamē I
qui de illa natus est, ex nomine quidem defuncti constitutus est, quia filius eius est dictus: atq; ita factū est vt nomē defuncti nō deleretur ex Israel, nec tñ eius nomine appellatus est. Quæ cum ita sint, abundantius Quæstio de duobus patribus Ioseph.
duobus modis solui pōt Euāgelica q̄stio, vt vnus eorū, quos diuersos cōmemorant Matthæus & Lucas, ita fuerit propinquus alteri ad ducendam eius vxorem, vt alios ēt sursum versus parentes atq; maiores iste, alios ille habere potuerit. Nam si fratrum filij fuissent, vnum habuissent auum: quod nō ita est: nam secundum Mattæum Mathan est auus Ioseph, secundum Lucam vero nō Mathan, sed Mathat. Quòd si quisquam putet esse tantam similitudinem nominis, vt ab scriptoribus in vna litera erratum sit, vt fieret tam parua & pene nulla diuersitas, quid de istorum patribus dicturus est? Nā secundum Lucam Mathath filius fuit Leui, secundum Matthæum autem Mathā ex Eleazar genitus inuenitur: atq; ita inde sursum versus diuersi sunt patres & aui: & deinde maiores vsq; Zorobabel, qui ferè est vigesimus sursum versus ad Ioseph apud Lucā, apud Matthęū aūt vndecimus. Qui K
ꝓpterea ideo ipse esse credit, q̄a pater eius apud utrunq; Euangelistam Salathiel inuenitur: quanuis fieri potuerit, vt alius fuerit eodem nomine habens eiusdē nominis patrē, cuius & ille habuit. Nā & inde sursum versus diuersi sunt, alium quippe habet Zorobabel auū apud Lucam, q̄ est Neri: aliū apud Matthæum, qui est Iechonias: atq; inde superius nusquā est cōsonātia, quousq; veniatur ad Dauid, apud Matthæū per Salomonem, apud Lucam per Nathan. Difficillimum autem videtur non fuisse aliquē propinquiorē, qui duceret vxorem fratris sui, q̄ eū q̄ ex Dauid esset cōsanguineus tā longinquo gradu, nō aliqua infra propinquitate coniunctus, cum sit apud Lucam Dauid penè quadragesimus à Ioseph, apud Matthæum autem ferè vigesimusseptimus: Aut si propinqui ad vxores defunctorum ducendas etiam illi quærebantur, qui ex fœminarum sanguine propinquabant, fieri potuerit vt esset aliquis ita propinquus, qui Ioseph genuerit de vxore propinqui sui, q̄ sine liberis discesserit: ac si ei esset alter ex natura pr̄, alter ex lege, in quorū patribus & auis

auis & deinde maioribus, ideo nulla propinquitas appareret, ꝙ non ex maribus, sed ex fœminis propinquaret. Veruntñ si ita esset, L
vt Dauid aliqñ vnus pr̄ occurreret: aut si quisquā potuisse contendat, vbi ponimus ꝙ consuetudo scripturæ non est fœminas in genealogia pro maritis ponere, sicut eas nul-
2. Retract. cap. 55. lus Euangelista interposuit. Vbi. n. commemorantur matres, non ponuntur nisi cum patribus: ac per hoc aut ita propinquior defuit ad vxorem defuncti sibi copulandam, vt origo cognationis à Dauid repeteretur: aut adoptio fecit alterum patrem, quem pos-
47 set habere Ioseph. Quid est ꝙ inter illa q̄ iubet dicēre hominē, qui in dandis decimis, & quæcunq; dare vel impendere iussus est omnia mandata compleuit etiā hoc cum lau-
Deu. 26 de & cōmendatione sui dicere iubetur? Non dedi ex eis mortuo. An per hoc prohibet parentalia, quæ obseruare gentes solent?
48 Non præteribis ab omnibus uerbis quæ
Deu. 28 ego mando tibi hodie, in dextera aut sinistra ire post deos alienos seruire illis. Quæri potest quomodo possit intelligi ire in dextra, qui post deos alienos ierit seruire illis, cum dextera in laude ponatur, illud autem nunquam laudabiliter fieri possit: nam & quod reprehenditur in via vitæ, quæ declinat in dextera, non ibi ea reprehenduntur M
quæ dextera sunt, sed ille ꝙ declinat in ea. i.
Proue. 4 qui sibi arrogat quæ dei sunt. Ideo dicitur in Prouerbijs, Non declines in dextera aut in sinistra. Vias. n. quę à dexteris sunt, nouit
Psal. 1. dñs: peruersæ autem sunt quæ à sinistris. Ergo bonæ sunt dexteræ quas nouit dñs. Nouit enim dñs vias iustorum: sicut in Psalmo legitur. Cur ergo dictum sit, Ne declines in dextera: consequenter ostendit addendo, Ipse. n. rectos faciet cursus tuos. Absit autem vt dexteras quas nouit dñs, negemus esse rectas, sed, vt dixi, declinare in eas, est non illius gratiæ, sed sibi tribuere velle quod rectum est. Deinde, vt dixi, adiungit & dicit, Ipse enim faciet rectos cursus tuos, & omnia itinera tua in pace produc Quapropter hoc quod isto loco Deuteronomij, de quo agimus, dictum est, Nō præteribis ab omnibus verbis quæ ego mando tibi hodie, in dextera aut in sinistra ire post deos alienos seruire illis: non ideo dictum est, quia dij alij possu- et iam in dexteris accipi: sed aut terrena loca significata sunt, quia in dextera & in sinistra habebant gentes alios deos colentes: aut hoc de dijs alienis separatim pronunciandum est, ut duo sint sensus: videlicet, Non præteribis ab A
omnibus uerbis, quæ ego mando tibi hodie dextra aut sinistra, secundum illum scilicet intellectum quem supra exposui: alius autē sit sensus, ire post deos alienos seruire illis: ut & hic subaudiatur, Non præteribis ab omnibus uerbis, quæ ego mando tibi hodie. Quē totum sensum si dicere uelimus, superiora uerba, quæ utrique sensui sunt communia, repetituri sumus: ut quomodo illic dicitur, Non præteribis ab omnibus quę ego mando tibi hodie, ire post deos alienos seruire illis. Prætereundo. n. à uerbis quę mandata sunt, etiā hoc fit ut eatur post deos alienos: Non enim hoc solum mandatum est, aut hoc solū prēteriri deus nō uult quod mandauit, ne post deos alienos eat, sed omnia quæ mandauit. Hoc tamen ita præcipue, vt post generalitatem præcepti, quo admonuit non esse prætereundum ab omnibus uerbis mandatorum suorum, etiam hoc seorsum commendare uoluerit. Potest hoc quod ait, dextera aut sinistra, etiam sic intelligi, vt nec eorum causa, quæ propter fœlicitatem appetuntur, nec eorum quæ propter infœlicitatem fugiuntur, ire manducauerit B
post deos alios. i. nec pro ijs quæ amantur, nec contra ea quæ odio habentur à dijs alijs auxilium esse poscendum. Aut certe illo modo, veluti consulantur, quo prosint, vel placentur, ne noceant. Nam de quibus- Ps. 143.
dam scriptum est in Psalmo, Quorum os locutum vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: ideo quia his rebus opinantur fieri hominem beatum, quas & boni & mali possunt habere. Et ideo dextera est iniquitatis, quia iniqui sunt qui eam dexteram putant. Non. n. est recte vera dextera, sed dextera est eorum, quorum os locutum est vanitatem. Beatum dixerunt populū cui hęc sunt, cum potius, sicut mox adiungit & docet, Beatus populus cuius dñs deus ipsius. Hæc est uera dextera æquitatis, non iniquitatis. Non est ergo eundum post deos alienos, neque in dextera, vt existimet homo ex ipsis se fieri beatum: neque in sinistra, vt existimando ipsis aduersantibus se fieri miserum, ad hoc eos colat vt auertat. Aut certe si dextera intelligamus æterna, sinistra vero temporalia bona: nec propter illa, nec ꝓ- C
pter ista eos colendos sancta scriptura hoc loco admonuisse credatur. Hæc uerba testamenti quod mandauit dominus Moysi

statuere

49 statuere filijs Israel in terra Moab, præter
Deu.29. testamentum quod testatus est eis in Oreb:
ostendit vnde appellatus sit liber Deutero-
nomion, quasi secunda lex, vbi magis illius
repetitio est quàm aliquid aliud. Pauca.n.
sunt ibi, quæ non sunt in eo quod primũ da-
tum est: nec tamen appellantur hęc duo te-
stamenta, quãuis ita hæc verba sonare vide-
antur. Vtrunq; n. vnum est testamentum,
quod in Ecclesia dicitur vetus: nam si pro-
pter hæc verba duo testamenta dicenda es-
sent, iam non duo, sed plura essent, excepto
1. ouo. Et in multis.n. locis scriptura dicit te-
stamentum: sicut illud quãdo factum est ad
Gen.17. Abraham de circuncisione, vel illud supe-
Ge..16. rius ad Noe. vos vidistis omnia quæcũ-
50 que fecit dominus deus vester in terra Ae-
Deu 29. gypti coram vobis Pharaoni & omnibus
seruis eius, & omni terræ illius, tentationes
magnas quas viderunt oculi tui, signa & ꝓ-
digia illa magna, & manum validam: & non
dedit dñs deus vobis cor scire, & oculos vi-
dere, & audire aures vsq; in diẽ istã. Quo
ergo ait superius, Vos vidistis tentationes
magnas, quas viderunt oculi tui, si non de-
dit dominus eis oculos videre, & aures au-
dire? Nisi quia viderunt corpore, & corde
K non viderunt, quia oculi dicuntur & cor-
dis: propterea inde cœpit. Et non dedit dñs
deus vobis cor scire. Ad hoc pertinent duo
quæ sequuntur, & oculos videre, & aures
audire, i. intelligere & obtemperare. Quod
vero dicit, & non dedit dominus deus vo-
bis: nullo modo increpans & arguens hoc
diceret, nisi ad eorum quoq; culpam perti-
nere intelligi vellet, ne quisquam se ex hoc
excusabilem putet. Simul enim ostendit &
sine auditorio domini dei eos intelligere &
obedire non posse oculis cordis, & auribus
cordis. Et tamen si auditorium dei desit, nõ
ideo esse excusabile hominis vitium quoniã
iudicia dei quanuis occulta, tamẽ iusta, sunt.

Et adduxit vos quadraginta annis in de-
51 serto, non inueterauerunt vestimenta ve-
Deu.29. stra, & claciamenta vestra non sunt attrita
pedibus vestris: panem non manducastis,
vinum & siceram nõ bibistis, vt scireris quia
iste dominus deus vester. Hinc apparet tan-
tum vini in suis impedimentis potuisse por-
tare Israelitas, quando exierunt de Aegy-
pto, quod possent cito consumere. Nam si
omnino nihil secum tulissent, vnde esset il-
E lud de quo dictum est, Sedit populus man-
Exo.32. ducare & bibere, & surrexerunt ludere?
Non enim hoc de aqua diceretur, cum & 1.Co.
ipsius Moysi manifestissima verba sint, nõ
fuisse illam vocem principiũ belli, sed prin-
cipium vini. Nunquid est aliquis inter 52
vos vir aut mulier vel famulus vel tribus, Deu.29
cuius mens declinauit à domino deo uestro
ire seruire dijs gentium illarum? Nequam
est in eo radix rursum germinans in felle &
amaritudine. Et erit cum audierit uerba ma-
ledictionis huius, & opinabitur in corde suo
dicens, Sancta mihi fiant, quoniam in erro-
re cordis mei incedo, ut nõ simul perdat pec
catorem & eum qui sine peccato est: nolet
deus propiciari ei, sed tunc incendetur dñi
dei, & zelus eius in homine illo, & adhære-
bunt in eo oia maledicta testamenti huius,
quæ scripta sunt in libro legis huius. Ita di-
ctum est, Nunquid in uobis: ut tãquam re-
quirentem intelligamus, ne forte sit. Si
quis autem esset, cum terruit uehementer,
ne forte quisquam diceret in corde suo, au-
diens illa maledicta, Sancta mihi sunt. i. ma-
ledicta sancta mihi sunt: quoniam in errore
cordis mei incedo. i. absit ut mihi ista eueni-
ant, non mihi sint hæc mala, sed sancta. i. pro
picia & innoxia, qm̃ in errore cordis mei in- F
cedo, eundo scilicet post deos gentiũ, & eis
tanq̃ impune seruiendo. Nõ, inquit, erit sic.
Non perdat simul peccatorẽ, & eũ qui sine
peccato est. Tanquã diceret, Cauete ne cui
uestrum talia persuadeat, qui talia cogitat.
Nolet deus propiciari ei, siue talia cogitan-
ti, siue illi cui talia fuerint prꝛsuasa, sicut ip-
se opinatus est dicendo, Sancta mihi sint, &
quasi hoc modo auertendo à se uim illius
maledicti. Sed tunc accendetur ira domi-
ni, & zelus eius in homine illo, quando pu-
tauit se auertere ista in corde suo dicendo.
Et adhærebunt in eo omnia maledicta te-
stamenti huius, quæ scripta sunt in libro
legis huius. Non possunt quidem omnia
euenire uni homini. Non enim etiam to-
tiens mori potest quot genera mortis hic di-
cta sunt: sed omnia dixi pro quibuslibet,
non sit immunis ab omnibus, cui euene-
rint aliqua eorum quibus pereat. Quòd
autem ait, ut non simul perdat peccatorem,
& eum qui sine peccato est, quod Græ-
cus habet ἀναμάρτητον, non sic accipiendum
est, tanquam ab omni prorsus pecca-
to mundum & immunem hoc dixerit ἀνα-
μάρτητον, id est, sine peccato: sed eum qui
sine peccato esset, de quo loquebatur dñs G
in Euangelio, si non uenissem, & eis lo-
cutus

Ioã.15. cutus non fuissem, peccatum non haberent:
non vtiq; omne sed hoc peccatum quo non
Contra crediderunt in eum. Dicit etiam Deus ad
Iulianũ. Abimelech de Sara vxore Abrahæ, Scio qa
li.3.c.10. mundo corde fecisti hoc: non utiq; mundũ
illius cor ita voluit intelligi vt similis eis es
set, de quibus dictum est Beati mundo cor-
Matt. 5. de, quoniam ipsi deum videbunt: sed ab illo
peccato de quo agebatur, mundum eor ha-
bebat: quoniam quantum ad ipsum perti-
nebat, non concupiuerat coniugem alienã.
53 Et circumpurgabit dñs cor tuum, & cor
Deu.30. seminis tui diligere dñm deum tuum ex to-
to corde tuo, & ex tota anima tua, vt viuas
tu. Euidens pollicitatio gratiæ: promittit.n.
deus se esse facturum: quod solet iubere ut
54 fiat. Quia mandatum est hoc quod ego
Deu.30. mando tibi hodie, non est supra modum, ne
que longe abs te est: non in cœlo est dicens,
id est ut dicas, quis ascendet nobis in cœlũ,
& accipiet nobis illud, & audientes illud fa
H ciemus. Neq; trans mare est, dicens, id est
vt dicas, Quis transfretabit nobis trans ma
re, & accipiet nobis illud, & audientes illud
faciemus? Propè est verbum hoc valde in
ore tuo, & in corde tuo, & in manibus tuis
facere illud. Hoc esse verbum fidei dicit A-
postolus: quod ad nouũ pertinet testamen
tum. Sed quæri potest, cur ea superius man
data dixerit, quæ scripta sunt in libro legis
huius: nisi quia his omnibus spiritalia signi
ficantur ad nouum testamentum pertinen-
tia, si bene intelligantur. Item quæri potest,
Ro. 10. cur quod hic positum est, Neq; trans mare
est, vt dicas, Quis transfretabit nobis trans
mare & accipiet nobis illud: Apostolus dixe
rit, Quis descendet in abyssum, atq; id ex-
ponens adiunxerit, Hoc est Christũ à mor
tuis reducere, nisi quia mare appellauit totã
in hoc seculo vitam, quæ morte trãsitur, v-
quodammodo mare finiatur, & trans mare
mors ipsa appelletur: velut trans istã vitã,
quæ maris vocabulo significatur. Deinde
quod hic additũ est, Et in manibus tuis: non
ait Apostolus, nisi in ore tuo, & in cor
tuo. Et hoc vsq; ad finem executus est di-
cens, Corde.n. creditur ad iustitiam, ore
autem confessio fit ad salutem. Merito quod
ex Hebræo translatum est, quantum à no-
bis inspici potuit, non habet, In manibus
I tuis. Nec fruſtra tñ hoc à septuaginta in-
terpretibus additum existimo, nisi quia in-
telligi voluerunt ẽt ipsas manus, quibus si-
gnificantur opera in corde accipi debetur,
vbi est fides quæ per dilectionem opera- Gala.5.
tur. Nã si forinsecus ea quæ deus iubet ma-
nibus fiant, & in corde non fiant, nemo est
tam insulsus, qui præcepta arbitretur imple
ri. Porrò si charitas, quæ est plenitudo legis
Dei, habitet in corde ẽt si manibus corpo-
ris quisquam non possit operari, pax illi uti
que cum hominibus bonæ voluntatis. Pec 55
cauerunt nõ ei filij vituperabiles. Quod in D.u.32.
Græco est τέκνα μώμητα, quidam interpreta
ti sunt hoc, id est filij vituperabiles, quidam
filij commaculati: quidam filij uitiosi. Vn-
de non magna quæstio, immo nulla est. Sed
illud merito ad quærendum mouet, si gene-
raliter dictum est, Peccauerunt non ei: qm̃
qui peccat, non peccat ei: id est, non Deo
nocet, sed sibi quo intelligendum sit, quod
in Psalmo legitur, Tibi soli peccaui. Et in Psal.50.
Hieremia, Tibi peccauimus patiẽtia Israel
domine. Et iterum in Psalmo, Sana animã Psal.40.
meã, quia peccaui tibi. Et utrum hoc sit pec-
care Deo, quod peccare in deum. Vnde ait
Heli sacerdos, Si in deum peccauerit homo 1.Reg.2.
quis orabit pro eo? Dicam ergo interim,
quid mihi in præsentia videatur. Intelligẽt K
fortasse aliqui melius, qui melius hæc sa-
piunt, aut etiam nos alio tempore quantum
adiunxerit dñs. Peccare in deum, est in ijs Quid sit
peccare quæ ad dei cultum pertinent. Nam peccare
hoc quod cõmemoraui, nihil aliud indicat. in deũ.
Sic enim peccabant filij Heli, quibus hoc
pater eorum dixit: sic existimandum pec-
cari etiam in homines qui pertinent ad deũ.
Nã hoc deus legitur dixisse ad Abimelech
de Sara, Propterea peperci tibi ne peccares Gen.20
in me. peccare autem in dño, vel potius pec Quid sit
care in dominum, nisi forte alicubi scriptũ peccare
occurrat, quod huic sensui resistat, hi mihi in dño.
videntur non immerito dici, qui piam pœ-
nitentiam peccati sui non agunt ut glorifice
tur ignoscens dñs. Causam quippe reddẽs
Dauid, cur dixerit, Tibi soli peccaui, & ma- Psal.50.
lum coram te feci: subiecit & ait, ut iustifi
ceris in sermonibus tuis, & vincas cum iudi Esaiæ 5.
ris. Siue cùm dicit Deus, iudicate inter
me & vineam meam, siue de domino Iesu
Christo intelligatur, qui solus uerissime di-
cere potuit. Venit enim princeps huius
mundi, & in me non habet quicquam, id
est quicquam peccati quod morte sit dignũ: Ioã. 14.
sed vt cognoscat mundus, quia diligo pa- L
trem, & sicut mandatum dedit mihi pa-
ter, sic facio, surgite, eamus hinc. Tan-
quam diceret. Etiam si leuissima peccata
mortis

mortis supplicio persequatur princeps mundi, & in me non habebit quicquam, sed surgite eamus hinc: id est vt patiar, quia in eo quòd patior, voluntatem impleo patris mei, non pœnam saluo peccati mei. Et quod Hieremias ait, Tibi peccauimus patientia Israel: domino vtique suppliciter dicitur in pœnitentia cum spe salutis & veniæ. Et quod dictum est, Sana animam meam, quia peccaui tibi, hoc idem agitur, vt deus ignoscendo glorificetur, quia magna est eius misericordia super confitentes sibi & redeuntes ad se, qui dicit se nolle mortẽ peccatoris, sed tantum vt reuertatur & viuat. Hic & ipse Dauid non solum in Psalmo, verumetiam cum eum deus argueret p Prophetam, non sine spe propitiationis domini respondit, Peccaui domino, Medico. n. vulneratus videtur quodammodo, qui vr sanetur se subdit manibus medici, vt in eo medicinæ opus impleatur. In hoc autem cãtico præuidebat Propheta futuros quosdam qui sic fuerant peccaturi deum offendendo magnis iniquitatibus suis, vt nec pœnitentiã agere vellent, & ad deum redire, vt sanarentur. De quibus etiam alibi dicitur, Qm̃ caro sunt, & spiritus ambulans, & non reuertens. Potest etiam sic intelligi, peccauerunt non ei: secundum id quod non ei nocuerunt peccato suo sed sibi. Et hæc benedictio qua bñdixit Moyses homo dei filios Israel, priusquam defungeretur. Et dixit, Dñs ex Sina venit, & alluxit ex Seir nobis, festinauit ex monte Pharan cum multis milibus Cades. Ad dexteram eius angeli cum eo & pepercit populo suo. Et omnes sanctificati sub manus tuas, & hi sub te sunt. Et accepit de verbis ipsius legem quam mandauit nobis Moyses hæreditatem congregationis Iacob: & erit in dilecto princeps, congregatis principibus populorum simul cum tribubus Israel. Non negligenter prætereunda est ista prophetia. Apparet quippe ista bene dictio ad nouum populum pertinere, quem dñs Christus sanctificauit, ex cuius persona ista dicuntur à Moyse, non ex persona ipsius Moysi, quod in consequentibus euidẽter apparet. Nam si propterea dictum est, Dominus ex Sina venit: quia in monte Sina lex data est, quid sibi vult quod sequitur, & alluxit ex Seir nobis: cum Seir mons Idumææ sit vbi regnauit Esau? Deinde cum Moyses filios Israel benedicat his verbis, sicut scriptura prædixit, quomodo idem dicit, & accepit de verbis ipsius legem quã mandauit nobis Moyses? Nimirum ergo prophetia est vt diximus, populum nouum Christi gratia sanctificatum prænuncians, ideo sub nomine filiorum Israel, quia semẽ est Abraam: hoc est, filij sunt promissionis, & interpretatio eius est, videns deum. Dñs ergo qui ex Sina venit Christus intelligendus est, quoniam Sina interpretatur, tentatio. Venit ergo ex tentatione passionis crucis mortis. Et alluxit ex Seir. Seir interpretatur pilosus, quod significat peccatorem. Sic enim natus est Esau odio habitus: sed quoniam qui sedebant in tenebris & in vmbra mortis, lux orta est eis, ideo alluxit ex Seir. Simul etiam non absurde intelligitur esse prædictum, ex gentibus quæ significãtur per nomen Seir, quia mons est pertinẽs ad Esau, venturam gratiam Christi populo Israel. Vnde dicit apostolus, Ita & hi nunc non crediderunt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiam consequatur. Ipsi ergo dicunt, alluxit ex Seir nobis, & festinauit ex monte Pharan: id est, ex monte fructifero. Id enim interpretatur Pharan, quo significatur Ecclesia. Cũ multis milibus Cades. Et mutata interpretatur Cades, & sanctitudo. Mutata sunt ergo multa milia & sanctificata per gratiam, cũ quibus venit Christus ad Israelitas postea colligendos. Sequitur & dicit, Ad dexteram eius angeli cum eo. Hoc non indiget expositione. Et pepercit, inquit, populo suo, donãs remissionem peccatorum. Inde ad ipsum conuertit sermonem atque ait, Et omnes sanctificati sub manus tuas, & hi sub te sunt. Non utique superbientes, & suam iustitiã volentes constituere, sed agnoscentes gratiam, ut iustitiæ dei subijciantur. Et accepit, inquit, de uerbis ipsius legem: populus utiq; de quo ait, Et pepercit populo suo. Accepit ergo de uerbis ipsius legem, quam mandauit, inquit, nobis Moyses: hoc est: populus eius de uerbis eius accepit legem: quia doctrina eius intellexit legem eam ipsam, quam mandauit nobis Moyses. Ipse quippe ait in Euangelio, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Non enim accepit populus ille legem, quam non intellexit: sed tunc accepit quando intellexit de uerbis eius, carens uelamine ueteri conuersus ad dominum. Hanc dicit hæreditatem congregationis Iacob, quæ intelligenda est nõ terrena, sed cœlestis: non temporalis, sed æterna. Et erit, inquit, in dilecto princeps. Ipse vtiq; in dilecto populo erit princeps dominus Iesus, congregatis principibus populorum: id est, gentium simul cum tribubus Israel, ut impleatur quod supra dictum est, Lætamini gẽtes simul cum populo eius, quia cæcitas ex parte Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Cum Ioseph benediceret, ait inter cætera, Primogenitus tauri, pulchritudo eius. Quod non ita legendum est, tanquam diceret, primogenitus tauri: sed cum sit primogenitus, pulchritudo eius pulchritudo tauri est: propter crucis cornua de domino intelligitur figuratum.

Universidad de Deusto Biblioteca

esse consumpti: inde posteaquam nunciauerunt quæ circa illos gesta fuerint, promouit Iesus cum populo uniuerso de loco ubi erat diluculo. Qui cum uenissent ad Iordanem, diuertit & mansit: tunc rursus populus admonetur vt post triduum se præpararet transire Iordanem, arca domini præcedente. Hinc ergo intelligitur humanam fuisse dispositionem, quam fecit populo nunciari, vt cibaria præparent, tanquam post tres memoratum fluuium transituri. Potuit enim hoc sicut homo sperare fieri posse, si exploratores celeriter reuertissent. Quibus tardantibus intelligitur, quamuis scriptura tacuerit, ex diuina dispositione cetera impleta, ut iam inciperet apud populũ F glorificari Iesus, & ostendi q̃ cum illo dominus esset, sicut fuerat cum Moyse. Nam & hoc illi dicitur fluuium transituro, sicut scriptum est, Et dixit dominus ad Iesum, In die isto incipiam exaltare te coram omnibus filijs Israel, vt sciant quoniam sicut eram cum Moyse, sic ero & tecum. Nec incredibile debet videri, etiam illos cum quibus deus loquebatur, aliquid ex humana dispositione agere voluisse, in qua sibi deũ tamen fiderent esse rectorem, eorumq; ex illius a quo regebantur prouidentia consilia fuisse mutata. Nam & Moyses ipse utiq; tanquam homo putauerat esse faciendum vt causas populi sic audiret, quemadmodũ & sibi & illis onus intolerabile subeundo prodesse non posset: eiusq; dispositio diuinitus, & hoc ipsum socero eius suggerente & monente, atq; hanc admonitionem Deo approbante mutata est. Scribe populo dicunt, Cum videritis arcam testimonii dñi dei uestri, & sacerdotes uestros & Leuitas tollẽtes eam, proficiscimini de locis uestris, & ite post eam, sed longum interuallum sit inter uos & illã: quantum duo milia cubitorum stabitis ne propinquetis ei, vt sciatis viã, quã ibitis in eã. Non enim ab istis viam ab hesterna & nudiustertiana die. De longe G ipsum est arcam præcedere, ut posset à populo uideri. Tam grande quippe agmen si post eam proximum pergeret, non eam videret præire, nec nosset quà sequęretur. Ex hoc autem facto intelligendum est, q̃ colũna illa nubis quæ solebat mouendis castris signum dare & iter ostẽdere, iam recesserat, nec eis apparebat: hinc factum, ut etiam triduum illud ex humana dispositione prædiceretur. Nũc ergo duce Iesu arcam domini sequun-

D D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quæstionum super Iosue Liber sextus.

Iosue 1.

DOminus dicit ad Iesum Naue, Et sicut erã cum Moyse, ita ero & tecum. Non solum autem hoc testimonio, sed etiam in Deuteronomio multis documentis approbatur Moyses ita defunctus, vt Dei famulus & deo placens: quamuis in eo illa vindicta completa sit, ne terram promissionis intraret. Ex quo datur intelligi dominum etiam bonis seruis suis in aliquo succensentem & temporaliter vindicare, & tamen in eorum habere numero, qui sunt in domo eius uasa in honore utilia domino quibus daturus est promissa sanctorum.

Ro. 11.
Deu. 33.
2. Ti. 1
Iosue 1.

Quæstio est quomodo posteaquam locutus est dominus ad Iesum Naue, exhortans & confirmans eum, seque promittens cum illo futurum: mandauerit idem Iesus populo per scribas, vt præpararent cibaria, quòd post tres dies Iordanem fuerant transituri, cum inueniantur post multo plures dies transisse Iordanem. Cum enim hæc populo mandasset, misit exploratores in Hierico, quoniam Iordane traiecto ipsa proxima ciuitas occurrebat. Illi autem diuerterunt ad Raab mulierem fornicariam, & ab illa occultati, atque à rege quæsiti & minime inuenti, eadem dimittente illos per fenestram: & monente vt triduo latерent in montanis, quatuor dies videntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequuntur nube subtracta,tanquam velamine ablato Iordanis aũt plenus erat per totã crepidinem suã,sicut in diebus messis tritici.Hoc incredibile uidetur regionibus nostris. Ibi autẽ,sicut perhibent qui nouerũt, in initio veris est messis tritici. Tunc autẽ ille fluuius repletur amplius quàm per hye
4 mem. Et erunt uobis lapides isti memo-
Iosue 4. riale filijs Israel vsq; in æternum. Quo in
Mat.24. æternum,cum cœlum & terra transeãt? An quoniam æternum aliquid significant hi lapides,cũ ipsi æterni esse non possint? Quãquam possit quod in Græco τὸν τοῦ αἰῶνος di-
H ci Latine,& usq; in seculum, quod non est
5 consequens ut intelligatur æternum. Et
Iosue 4. dixit dominus ad Iesum dicens, Manda sacerdotibus portantibus arcam testamenti testimonij. Solet dici arca testamenti uel arca testimonij: nunc dicta est arca testamenti testimonij,ut non solum arca,sed ẽt ipsum testamentum, appellaretur testamentum testimonij.Hinc enim dicit Apostolus, Nũc autem sine lege iustitia Dei manifestata est,
Rom. 3. testimonium habens per legem & Prophetas. In cuiusdam enim rei alterius venturæ testimonium datum fuerat illud quod dicitur testamentum vetus. Dixit dominus ad
I Iesum,Fac tibiipsi cultros de petra acutos,
soue 56. vel sicut habet Græcus, de petra acuta, & sedens circuncide filios Israel iterum. In hoc præcepto quæritur cur dixerit,iterum. Non enim unus homo bis circuncidendus erat:sed quia vnus populus erat in quibusdam circunciſus,in quibusdam non circunciſus,ideo dictum est iterum,vt circunciſus iterum circunciderẽtur, non homo, sed populus: Nam & sequentia id ostendunt. Di-
Iosue 3. cit enim scriptura. Et fecit Iesus cultros petrinos sibiipsi acutos, & circuncidit filios
I Israel in loco qui vocatur collis pręputiorũ, Hoc aũt modo circumpurgauit Iesus filios Israel,qui aliquando fuerant in via: & qui aliquando incircunciſi erant eorũ qui exierant ex Aegypto,omnes istos circuncidit Ie
G sus; Quadraginta enim & duobus annis cõ uersatus est Israel in deserto Mabdarich,& ideo incircunciſi erant illorum plurimi pugnatorum, qui exierunt de terra Aegypti, qui inobedientes fuerant mandatis dei, in quibus & definierat dominus eis ne uideret illi terram, quam iurauerat dominus patribus eorum dare illis terrã fluentem lac & mel. Pro his autem substituit filios eorum quos circuncidit Iesus, eo quòd fuissent in itinere incircunciſi. Manifestum est ergo non omnes fuisse, sed quosdam. Quidam enim de Aegypto exeuntium filii in illo populo incircunciſi erant, quos potuit circuncidere Iesus, illorum scilicet filios, qui genuerunt in deserto & contempserũt eos circuncidere, ꝙ inobedientes erant legi dei.Nulla itaq; causa est, cur ij qui putant rebaptizandos eos qui habent Christia ni baptismi sacramentum, hoc testimonio legis adiuuari se putent: quia nullus bis numero unus homo est circunciſus,sed populus qui iam fuerat in quibusdam circunciſus,in quibusdam uero adhuc incircunciſus erat. Etsi aliquo modo id fieri posset ut bis deus circuncidi hominem iuberet: nunquid possunt dicere ideo fuisse prǽceptum,quia il
K li ab Aegyptijs fuerant circunciſi,aut ab aliquibus hæreticis ab Israelitarum societate segregatis? Cũ uero satis etiam appareat quare sit à deo dictum, nullum hic possunt homines erroris sui patrocinium reperire.

Obiectio hæreticorum.

Quando Iesus vidit virum contra se stã 7
tem euaginato gladio,& eo respondente di Iosue 5
cit,ꝙ esset princeps militię virtutis domini: & prostratus in terram dixit, Quid præcipis tuo famulo? Quæri potest vtrum angelo se prostrauerit, eumq; dixerit,dominum,an potius intelligens à quo missus fuerit, ipsum dominum dixerit, eiq; se prostrauerit. Erat autem, sicut legitur, Iesus in Hiericho, non utique in ipsa ciuitate, cuius muri nondum ceciderant, quod mox futurum erat ut in eam possent intrare, sed in agro ad eam pertinente: nam interpretatio,quæ est ex Hebræo sic habet. In eo quod factum est,ut Achan de tribu Iuda su 8
raretur de anathemate ciuitatis Hiericho Iosue 7
contra præceptum domini: & propter eius peccatum tria milia, quæ missa fuerant in ai, dederunt terga hostibus: & occiſi sunt ex eis triginta sex viri, & populo grauiter territo, Iesus cum senioribus se prostrauit ad dominum, eiq; respõsum , ideo factum esse,quòd peccauerit popu
L ius. Minatus est etiam Deus non secum eis futurum, nisi abstulerint anathema de seipsis: & quòd ostensus est qui fecerat: nec solus occiſus est, sed cum omnibus suis. Quæri solet quomodo iuste pro alterius peccatis in alijs vindicetur, maxime quia Deut.
in lege dominus dixit, nec patres pro filiorum, nec filios pro parentum peccatis esse puniendos. An aliud iudicantibus homini

bus est

bus est præceptum, ne quenquam pro altero puniant: & dei iudicia non sint eiusmodi qui alto & inuisibili consilio suo nouit quatenus extendat etiam temporalem hominũ pœnam,salubremq; terrorem. Non enim aliquid durum, quantum attinet ad vniuersi mundi administrationem, contingit mortalibus cum moriuntur quandoque morituri: & tamen apud eos qui talia metuũt, disciplina sanciri, vt non se solum quisq; curet in populo, sed inuicem sibi adhibeãt diligentiam, & tanquam vnius corporis, & vnius hominis alia pro alijs sint mem-
M bra solicita. Nec tamen credendum est etiam pœnis, quæ post mortem irrogant, alium pro alio posse damnari: sed in his tantum rebus hanc irrogari pœnam, quæ finem fuerant habituræ, etiam si non eo modo finirentur. Simul etiam ostenditur quanta connexa sit in populi societate ipsa vniuersitas, vt non in seipsis singuli, sed etiam tanquam partes in toto existimentur. Per vnius igitur peccatum mortemq; paucorum admonitus est populus vniuersus, tanquam in corpore vniuerso quærere quod amissum est. Simul etiam significatum est quantum mali fieret, si vniuersa illa congregatio peccasset, quando ne vnus quidem ita potuit iudicari, vt ab eo possent cæteri esse securi. At vero si Achan ab aliquo inuentus atque comprehensus, & illius criminis reus ad iudicium Iesu fuisset adductus, nequaquam putandum est hominem iudicem vel pro illo vel cum illo quenquam alium, qui societate facti eius minime teneretur,fuisse puniturum. Neq; enim ei mandatum legis licebat excedere, quod datum est hominibus, ne iudicio suo quod in hominẽ homini iussum sine permissum
A est, alterum pro alterius peccato arbitretur esse plectendum. Longe autẽ secretiore iustitia iudicat deus, qui potens est etiã post mortem, quod homo non potest, liberare vel perdere. Visibiles igitur afflictiones hominum siue mortes, quoniã his quibus ingeruntur, & obesse & prodesse pñt, nouit dominus in occulto prouidẽtiæ suæ, quemadmodum iuste quibusq; dispenset, ẽt cum aliorum peccata in alijs videtur vlcisci. Pœnas vero inuisibiles,quæ non nisi nocent & prodesse non possunt,ita nullus deo iudice ꝙ alienis peccatis luit, sicut homine iudice fuere nullus nisi pro suo culpa istas visibiles debet. Hoc.n.ꝓcepit homini iudici dens, in his quæ ad humanum iudiciũ pertinent iudicanda, quòd in suo iudicio facit ipse, quò potestas non aspirat humana. Merito quæritur cum dominus propter il- 9
lum,qui de anathemate furtum fecerat,prę Iosue. 8.
ceperit eũ qui fuisset ostensus, igni cremari,cur eum ostensum Iesus lapidari potius à populo fecerit. An ita eum mori oportuit quemadmodum Iesus qui propius dominũ sequebatur, verba iubentis intelligere potuit? Sic enim alius quisquam non facile potuit. Vnde magis quærendũ est,cur lapidationem ignẽ appellauerit dñs, q̃ credendũ Iesum aliud fecisse q̃ iusserat dominus. Nã B
neq; ad intelligendum verba domini quisquam potuit esse sapientior, neq; ad faciendum quisquam obedientior. Proinde ignis nomine pœnam potuisse significari,scriptura testis est in Deuteronomio, vbi dicitur ad filios Israel, Et eduxi vos de fornace fer- Deut. 4.
rea ex Aegypto, vbi vtiq; duram tribulationem intelligi voluit. Duæ autem mihi causæ occurrunt, non vt ambę sint, sed vt altera ex eis, cur nõ ille cum suis omnibus euidenti igne crematus sit. Si enim peccatum eius dominus tale esse iudicauit, quod supplicio illo expiatum non puniret in ęternum, propter ipsam expiationem & purgationem congruenter illa pœna ignis nomẽ accepit. Neque ad hunc intellectum quisquam tendere admoneretur, si eum ꝓprie visibilis ignis exureret, sed in eo quisq; remaneret quod aperte videbat impletum, nec aliqd vltra quæreret. Nunc vero cum propter dei verba,& factum Iesu à quo prę uaricari illa verba non possent, rectissime dicitur etiam lapidationem ignem fuisse, eleganter agnoscitur illa pœna hominem, ne in posterum peccato illo interiret, fuisse purgatum. Quod significant etiam vasa in Leuitico, quæ iubentur igne purgari. Si au C
tem tale fuit illi peccatum, propter quod eum etiam post istam vitam gehenna susciperet,ideo Iesus eum voluit lapidari,vt qđ mino dictum est, igni crematibitur, illud admoneret intelligi quod dominus faceret, non quod ab ipsis esset faciendum. Si enim dixisset dominus, igni eum crematis & omnia eius: huic sensui locus nullus esset. Cum vero ita positum est,vt magis videatur deus quod ei futurum esset prædixisse, quàm quod ei ab hominibus debere fieri præcepisse, melius non potuit facere Iesus qui diuina verba sicut tantus Propheta

Universidad de Deusto
Biblioteca

intellexit, qui etiam hoc ipsum prophetice fecit, quàm vt illum lapidibus potius q̃ flãmis interimeret, ne in illis ignibus verba domini viderentur impleta, quæ ob aliud dicta volebat intelligi. Nec mouere debet, quò non ipsum tantum, sed etiam omnia, quæ sunt eius, deus cremanda igni prædixerit. Sic enim ait, Igni cremabitur, & omnia quæcunque sunt eĩ. Omnia.n.quæcunque sunt ei, opera eius possunt intelligi quæ cum illo dicit concremanda: non sicut
1.Co. 3. dicit Apostolus de quibusdam operibus igne consumptis, ipse autem saluus erit. Si
D huius peccatum ita intelligendum est, vt ẽt æterno igne puniatur, filios eius & filias cũ pecoribus & omnibus, quæ habebat, populus quidem cum eum puniret simul lapidibus obruit: non tamen hoc iudicio humano sed prophetico spiritu fecit Iesus: siue ita intelligens omnia quæ sunt ei, vt nec filios censeret exceptos, lapidationis etiam penam pro igne ingerens: siue opera eius quæ post mortem deus in illo fuerat crematurus, nõ solum per cætera quæ illi erant, verumetiã per filios eius significans. Nec ideo sanè crẽdum est eos pro peccato patris, à quo innocentes erant, etiam post mortem supplicio inferni ignis incensos. Mors quippe ista quæ omnes manet, quãquam de primo peccato veniat, tamen quia ita nati sumus vt necessario moriẽdum sit, accelerata quibus-
Sapi. 4. dam est vtilis. Vnde legitur de quodam, Raptus est ne malitia mutaret intellectũ eius. Quo ergo iudicio dei vel misericordia, fuerit irrogata, siue filijs eius, siue illis triginta sex viris, cum omnes ab eius peccato alieni fuerint, latet apud eum apud quem non est iniquitas. Verum illud in promptu est, q̃p & populũ terribiliter oportebat quærere qđ admissum est, & tanto vehementius timue-
E runt cæteri factum eius imitari, quanto magis humana exhorret infirmitas, & in tam magnum tamque iustum populi odium dari, & eis, quos ad spem propagandi generis se relicturum putabat, peccato suo secũ
10 sumptis suis posteris emori. Quod deus
Iosu. 8. iubet loquens ad Iesum, vt constituat sibi retrorsus insidias: id est, insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus: hinc admonemur non iniuste fieri ab his qui iustum bellum gerunt: vt nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in his rebus, nisi vt iustum bellum suscipiat, cui bellare fas est. Non enim omnibus fas est. Cum autem iustũ bellum susceperit, vtrum aperta pugna, vtrum insidijs vincat, nihil ad iustitiam interest. Iusta aũt bella definiri solent quæ vlciscuntur iniurias, si qua gens, vel ciuitas bello petẽda ẽ, vel vindicare neglexerit quod à suis improbe factum est, vel reddere, quod per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli sine dubitatione iustum est quod deus imperat, apud quem nõ est iniquitas, & nouit quid cuique fieri debeat. In quo bello ductor exercitus vel ipse populus, non ipse tam author belli, quàm minister iudicandus est. Iesus mittens ad Hai debellãdum triginta milia bellatorum, ait illis, Vos insidiabimini post ciuitatem, & non longe eritis à ciuitate, & eritis omnes parati: & ego & omnis populus qui mecum est, accedemus ad ciuitatem: & erit cum exierint, qui commorantur in Hai in obuiam nobis sicut antea, & fugiemus à facie illorum. Et cum exierint post nos abducemus illos à ciuitate, & dicent, Fugient isti à facie nostra, sicut antea. Vos autem exurgetis de insidijs, & ibitis in ciuitatem. Secundum verbum istud facietis, Ecce præcipio vobis. Quærendum est, vtrum omnis voluntas fallendi pro mendacio deputanda sit: & ita est, vtrum possit iustum esse mendacium, quod ille fallitur qui dignus est falli. Et si nec hoc quidem mendacium iustum reperitur, restat vt secundum aliquam significationem hoc, quod de insidijs factum est, ad veritatẽ referaĩ. Quòd Habaonitę venerunt ad Iesum cum vetustis panibus & saccis, vt putarentur, sicut finxerant, de terra veniſſe longinqua, quo eis parceretur. Constitutum enim erat à domino, ne alicui terras illas inhabitanti parcerent, quò ingrediebantur. Nonnulli codices & Græci & Latini habent, Et accipientes saccos veteres super humeros suos: alij uero qui veraciores videntur, non habent, super humeros, sed, super asinos suos. Similitudo enim verbi in Græca lingua mẽ dositatem facilem fecit, & ideo Latina quoque exemplaria variata sunt. ὄνος quippe & ὄνος non multum ab inuicem dissonãt, quorum prius humerorum nomen est, posterius asinorum. Ideo est autem de asinis credibilius, quoniam se à sua gente longinquã missos esse dixerunt. Vnde apparet eos fuisse legatos, ideo magis in asinis quam in humeris necessaria portare potuisse: cũ nec multi esse poterant, et nõ solum saccos, sed

sed etiam vtres eos portasse scriptura com-
13 memorat. Quæri potest quõ iurationem
Iosuc. 9. seruandam esse crediderint Hebræi Gabaonitis, quibus ita iurauerant, tanquam de longinqua terra venientibus, sicut ille mentiti fuerint. Sciebant enim se debellandos, si cognitum esset Hebræis in ea terra eos habitare, quam promissam fuerant ab habitantibus recepturi. Mentientibus ergo, quòd de longinqua terra ad eos uenissent, iurauerũt eis Israelitæ. Postea vero quàm cognouerunt ibi eos habitare, vbi omnes quos inuenerant, secundum dei præceptum debellare oportebat, nolebant tamen frangere iurationem. Et licet eos mẽtitos esse didicissent, parcere maluerunt iurationis causa, cum possent vtique dicere se tantum illis iurasse, quos eos esse crediderant, id est, de longinquo venientes. Cum vero aliud cognouerunt, præceptum circa eos domini implendum erat, vt sicuti cæteri expugnarentur. Deus autem hoc approbauit, nec parcentibus succensuit: quanuis cum non interrogassent quinam illi essent, & ideo eos illi falsere valuissent. Vnde non importune vtique credendi sunt, & si fallere homines pro
14 salute noluerunt, non tamen fallaciter
Iosu. 10. deum timuisse in populo eius: propterea nec succensuit dominus iurantibus aut parcentibus, vt postea Gabaonitas ipsos tanquam populi sui homines de domo Saul vindicauerit, sicut regnorum ostendit historia. Et quoniam iuratio sic seruata est, quanuis in hominibus qui mentiti sunt, vt ad clementiam sententia flecteretur, nõ displicuit deo. Nam si econtrario iurassent, aliquos se in-
I terfecturos, quos Gabaonitas in terra promissionis esse putauissent, & postea didicissent eos esse ab illa terra exttaneos & de longinquo ad se venisse, nullo modo arbitrandum est, quos eos essent debellaturi causa iurationis implendæ: cum propter ipsam parcendi clementiam sanctus Dauid etiam post verba, quibus se Nabal interfecturum esse iurauerat, vtique sciens quem fuerat interfecturus, parcere maluit, nec in re duriore implere iuramentum: magis deo placere existimans, si quod ira perturbatus, ad
14 nocendum iurauerat, non fecisset, quam si
Iosu. 10. perfecisset. Cum obsessi Gabaonitæ à regibus Amorræorum, misissent ad Iesum, vt sibi subueniret: ita s..iptura sequitur & dicit, Et ascendit Iesus à Galgala, ipse & omnis populus bellatorum cum illo omnis potens in fortitudine. Et dixit dominus ad Iesum, Noli timere illos, quia in manus tuas tradidi eos: non subsistet ex illis quisquam coram vobis. Vbi neque consultus est dominus, vtrum eundum ad eos esset: sed vltro suis rectè subuenire volentibus, futuram victoriam prænũciauit. Sic ergo posset, quanuis non consultus, de ipsis Gabaonitis admonere qui essent, cum se lõginquos esse mentirentur, nisi ei placuisset illa iuratio, quæ subiectis parcere cogitet. Crediderant enim deo quem audierant suo populo promisisse, quòd illas gentes subuerteret, eorumque terram obtineret, & hanc eorum fidem non eos perdendo remunerauit quodammodo. Quæritur quemadmodum 15
rex ciuitatis Hierusalem Adonizedech & Iosu.10.
cæteri quatuor cum quibus obsedit Gabaonitas secundum septuaginta interpretes, primo reges Hiebusæorum cum ad eos obsidẽtes cõuenerũt, postea vero reges Amorræorum dicantur ab ipsis Gabaonitis qũ nuncios miserunt ad Iesum, vt eos de obsidione liberaret. Sicut autem inspicere potuimus, in ea interpretatione quæ ex Hebræo est, vtrobiq; Amorræorum dicuntur: cum constet Hiebusęorum fuisse regem ciuitatis Hierusalem, quia ipsa est dicta Hiebus tanquam illius gentis metropolis: & septem gẽtes sæpissime scriptura commemorat, quas promisit deus exterminaturum se esse à facie populi sui, ex quibus vna perhibetur Amorræorum. Nisi forte hoc nomen vniuersalẽ fuerat omnium, aut potius maioris partis, vt non vna, sed plures in his septem hoc nõ mine tenerentur: quanuis esset etiam vna de septem, quæ Amorræorum proprie vocare L
tur, Sicut est pars quædam quæ proprie dicitur Lybia, quanuis hoc nomen vniuersæ Aphricæ competat: & pars quædã quæ proprie dicitur Asia, quanuis Asiam vel dimidium terrarum orbem quidam, vel alij tertiam partem orbis posuerunt. Nam constat quòd & Chananæi tanquam vna gens in il
l septem commemorantur, & tamen vniuersa illa terra originaliter terra Chanaan vocatur. Non dimisit in ea Iesus quic- 16
quam spirãs, sicut præcepit dominus Moysi Iosu.10.
puero suo, & Moyses similiter præcepit Iesu, & sic fecit Iesus: nõ est trangressus quicquam ab omnibus quibus constituit dominus Moysi. Propter hoc nullo modo putanda est ista crudelitas, quod nullum viuum in ciuitatibus sibi traditis dimittebat Iesus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia deus hoc iusserat. Qui aũt existimant hic deum ipsum fuisse crudelem, & propter hoc veteris testamenti verum deũ fuisse authorem nolunt credere, tam peruerse de operibus dei quam de peccatis hominum iudicant nescientes quo quisq; dignus sit: & magnum putantes malum cum caſura deijciuntur, mortalesque moriuntur. Et non erat
17 Iosu. 11 ciuitas quæ non erat tradita filijs Israel.

Quæritur quomodo hoc verum sit, cum nec temporibus postea iudicum, nec temporibus regum omnes omnino illarum septem gentiũ ciuitates capere potuerint Hebræi. Sed aut sic intelligendum est, quod ad nullam ciuitatem bellando accessisset Iesus quam non ceperit: aut certe nulla non capta est, scilicet earum quæ in regionibus supra cõmemoratis fuerunt. Enumeratæ sunt enim regiones in quibus fuerunt ciuitates, de quibus facta est ista conclusio, Et omnes
18 cepit in bello. Quia per dominum factũ
Iosu. 11 est, confortari cor eorum vt obuiam irent ad bellum ad Israel, vt exterminarentur, Ita vt non daretur eis misericordia, sed vt exterminarentur, sicut dicit dominus ad Moysen. Ita dictum est hoc per dominum factum confortari cor eorum, hoc est obdurari cor eorum, sicut de Pharaone: quod diuino altoque iudicio iuste fieri minime dubitandum est, cum deserit deus & possidet inimicus; quod sic accipiendum est quemadmodum & ibi. Sed hic aliud mouet, quomodo dictum sit ad hoc eis cõfortatum cor, vt exurgerent in bellum aduersus Israel, & ob hoc eis non præberent misericordiam: quasi præbenda esset si non bellarent, cum deus preceperit nulli eorum esse parcendũ; & ob hoc Gabaonitis perperceint, quia se de longinqua terra venisse fingentes eorum iurationem tenuerant, sed quoniam quibusdam ultro præbuerunt Israelitæ misericordiam, quanuis contra dei mandatum: ad hoc dictum esse intelligendum est istos ita debellasse vt non eis parceretur, nec ab eisipsis Israelitæ neglecto dei mandato ad misericordiam flecterentur. Quod quidẽ duce Iesu, qui omnia diligenter diuina præcepta seruabat, non est credendum fieri potuisse: veruntamen nec ipse istos tam cito deleuisset, nisi conspiratissime contrairent: atque ita fieri posset vt eis ab illo minime debellatis qui dei præcepta implere curabat, remansissent ad illud tempus quando eis possent parcere post mortem Iesu, qui non tanta cura dei mandata faciebant. Nam & adhuc eodem viuente quibusdam illi peperc erunt, tantummodo eos ditioni suæ subiugantes: quosdam vero nec uincere potuerunt. Verum hæc non illo duce facta sunt: sed cum iam senex vacaret à bello tantummodo eis terras diuidens: vt ipsi iam illo non bellante, diuisas sibi terras partim iam hoste vacuas tenerent: partim pugnando caperent. Et quòd vincere aliquos minime potuerunt, prouidentiæ diuinæ fuisse opportune scripturarum certis apparebit locis.

Et non perdidit Effrem Chananæum, qui habitabat in Gazer: & habitabat Chananæus in Effrem vsque in diem istum, donec ascendit Pharao ex Aegypto & cœpit ciuitatem & incendit eam igni: & Chananæos & Pherezæos & qui habitabant in Gazer transpunxit: & dedit eam Pharao in dotem filiæ suæ. Quod de Pharaone rege dictum est, miror si prophetice dictum intelligere debemus, cum hæc historia illis temporibus conscripta credatur, quibus erant gesta illa recentia. Quid autem magnum eligi potuit quod prophetice diceretur, cum præterita narrentur taceanturque futura maiora, & maxime necessaria? Proinde potius existimandum est septuaginta interpretes, qui authoritate prophetica ex ipsa mirabili consensione interpretati esse perhibentur, hæc addidisse: non tanquam futura prænunciantes, sed quia illo tempore ipsi erant quo hæc facta esse meminerant & in libris regnorum legerant. Etenim regum temporibus factum est. Quod ideo credibilius nobis visum est, quoniam inspeximus interpretationem quæ est ex Hebræo, & hoc ibi non inuenimus: sicut nec illud quod dictum est de Hiericho, quòd Oza qui eam reparasset incurrerit maledictum, quod dixerat Iesus. Sic enim scriptum est, Et adiurauit Iesus in illa die, Maledictus homo qui resuscitabit & ædificabit ciuitatem illam in primogenito suo fundabit eam & in nouissimo suo imponet portas eius: hucusque inuenitur in interpretatione, quæ ex Hebræo. Illud autem quod sequitur, Et ita fecit Oza qui ex Bethel: in Abiron primogenito fundauit eam, & in saluato nouissimo imposuit portas eius hoc illic non legitur. Vnde apparet septuaginta interpositum, qui factum esse nouerant. Et Amorræus permansit vt habitaret in Helon, & in Salanon, & grauata est manus Effrem

super

super eos, & facti sunt illis tributarij. Hæc iam contra præceptum fiebant, & adhuc viuebat Iesus, sed dux eorũ in illis prælijs iã præsenectute non erat. Propter hoc dictũ est à domino, Factum est, vt confortaretur cor illorum qui simul conspirauerant ire in
D bellum contra Iesum: ne ista illis misericordia præberetur, etiam contra dei præceptũ si remansissent non expugnati: & senescente, siue defuncto Iesu relinquerentur expugnandi à filijs Israel, qui eis contra præceptum domini possent parcere, quod ille non
21 faceret. Merito quæritur, cũ Israel nõ so-
Iosu. 21. lum vsq; ad diem mortis Iesu, verũetiam postea non eradicauerit gentes quę terram promissionis tenebant quanuis ex parte debellatis in eadem promissa hæreditate consisterent, quomodo intelligendum sit quod dictum est, Et dedit dominus Israel omnẽ terram quam iurauerat dare patribus, & hę reditauerunt eam, & habitauerunt in ea, & requiem dedit illis dominus in circuitu, sicut iurauerat patribus eorum non restitit quisquam ante faciem illorum ab omnibus inimicis eorum, omnes inimicos eorum tradidit dominus eis, & manus eorum non decidit: ex omnibus verbis bonis quæ loquutus est dominus filijs Israel omnia aduenerunt. Diligenter ergo vniuersa consideranda sunt. Et primum videndum quot gentium terra promissa sit Israelitis. Septem gentes assidue videntur commemorari, sicut in Exodo legitur, Et dixit dominus ad
E Moysen, Vade & ascende hinc tu & populus tuus quos eduxisti de terra Aegypti,
Exo. 33. in terram quam iurauí Abraham, & Isaac & Iacob dicens, Semini vestro dabo eam, & simul mittam angelum meum, & eijciet Amorræum & Cethæum, & Pherezæum, & Gergesæum & Euæum & Hiebusæum
Deu. 20 & Chananæum. Harum ergo septem gentium terram videtur deus patribus promisisse. Scriptum est etiam in Deuteronomio multo expressius, Si autem accesseris ad ciuitatem expugnare eam, & euocaueris eos cum pace, si quidem pacifica responderint tibi, & apparuerint tibi, omnes populi qui inuenti fuerint in ciuitate erunt tibi tributarij & obedientes. Si autem non obedierint tibi, & fecerint ad te bellum, & circunsedebis eam, & tradet eam dominus deus tuus in manus tuas, & interficies omne masculinum eius in nece gladij: præter mulieres, & supellectilem, & omnia pecora & omnia quæcunq; fuerint in ciuitate: & omnia vtensilia prædaberis tibi, & edes omnem prædationem inimicorum tuorũ, quam dominus deus tuus dabit tibi. Sic facies omnibus ciuitatibus quæ longe erunt à te valde quia nõ sunt de ciuitatibus gentium istarum. Ecce aũt in ciuitatibus istis quas dñs deus tuus dat tibi hæreditare terram eorum, non viuificabis omnem viuũ, sed anathematizabis eos: Cethæũ & Amorrẹum & Chananæũ & Pherezæum & Euæũ & Hiebusæum & Gergesæum, quemadmodum mãdauit tibi dominus deus tuus. Et hic istarum septem gentiũ terram promissam in hæreditatem, quam debellatis vsq; ad internitionem eisdem gentibus Israelitæ possederunt, manifestum est. Cæteras enim quæ longinquius extra istas gentes inuenirentur, voluit fieri tributarias eorum si nõ resisterẽt: si autem resisterent etiam ipsas interfici & in perditionem dari, exceptis pecoribus & quæ in prædam possent venire. Item alio loco in
Deu. 7. Deuteronomio ita legitur. Et erit cum induxerit te dominus deus tuus in terram in quam intrabis hæreditare eam, & abstulerit gentes magnas, & multas a conspectu tuo, Cethæum & Gergesæum & Amorrẹum & Pherezæum & Chananæum & Euæum & Hiebusæum septem gentes magnas & multas & fortiores vobis & tradet eos dñs deus tuus in manus tuas, & percuties eos, exterminio exterminabis eos. Non dispones ad eos testamentum, neq; miserearis eorũ neque matrimonijs iungamini cum eis: filiam tuam non dabis filio eius, & filiam eius non sumes filio tuo &c. Proinde his atque alijs scripturarum locis sæpe ostenditur harum septem gentium terras ita accepisse in hæreditatem filios Israel, vt non cum eis qui eadem terras tenebant, sed pro eis illic habitarent. Veruntamen in Genesi non istæ tantum septem gentes, sed vndecim promittuntur semini Abrahæ. Sic enim legitur, In
Ge. 15. die illa disposuit dominus deus testamen- ad Abraham dicens, Semini tuo dabo terram hanc, à flumine Aegypti vsque ad flumen magnum, flumen Euphraten, Cinæos & Cenezæos & Cethmonæos & Cethæos & Pherezæos & Raphiam & Amorrẹos, & Chananæos & Euæos & Gergesæos & Hiebusæos: Quæ ita soluitur quæstio, vt intelligamus hanc præcessisse prophetiam, q; in eos fines regnum fuerat perrecturus & dilataturus Salamon: de quo ita

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptum est, Et omne propositũ Salamonis
quo destinauerat ædificare in Hierusalem
& Libano & in omni terra potestatis suæ:
omnis populus qui derelictus est à Cetheo
& Amorræo & Pherezæo & Eueo & Hie
busæo, qui nõ erãt ex Israel ex filijs eorũ H
qui residui erãt cũ eis in terra quos nõ con
summauerant filij Israel, & subiugauit eos
Salomõ in tributũ vsq; in diẽ hunc. Et re-
sidua populorũ debellandorũ atq; omnino
ex dei præcepto perdendorũ subiũgauit Sa-
lomon in tributũ, quos vtiq; secundũ dei
præceptum perdere debuit: sed tũ subiugati
tanquam tributarij possessi sunt. Paulopost
aũt ita legitur, Et erat dñans in omnibus re
gibus à flumine vsq; ad terram Philistijm,
& vsq; ad fines Aegypti. Ecce vbi impletũ
est quòd in Genesi deus ad Abraham lo-
quens, promittensq; prædixerat. A flumine
quippe hic intelligitur ab Euphrate: ma-
gnum enim flumen in illis locis etiam pro-
prio nomine non addito potest intelligi.
Neque enim de Iordane hoc accipi potest,
cum & citra Iordanem & vltra Iordanem
iam terras Israelitæ obtinuerant, & ante re
gnum Salomonis. Ergo à flumine Euphra
te ex partibus Orientis vsq; ad fines Aegy
pti, quæ pars illis erat ab Occidente, regnũ
Salomonis, scriptura regnorum dixit fuis-
se porrectum. Tunc ergo amplius subiuga
tum est quam septem illæ gentes tenebant,
ac per hoc tunc in seruitutem redactæ sunt
I non septem, sed undecim gentes. Quod. n.
in regnorum libris scriptum est, vsque ad fi
nes Aegypti à flumine, cum scriptura ab
Oriente vsque ad Occidentem quantum
porrectum esset, regnum vellet ostendere:
hoc idem in Genesi, Cum ab Occidente vs
que ad Orientem præfiniret, dictum est, flu
mine Aegypti vsque ad flumen magnum
Euphraten. Flumen quippe Aegypti, qui fi
nis est disterminans Israel ab Aegypto, nõ
est Nilus, sed alius & non magnus fluuius
qui fluit per Rhinocoluram ciuitatem, vn-
de iam ad Orientem versus incipit te
promissionis. Sic ergo fuerat constitutum
filijs Israel vt septem gentium terras exter-
minatis & perditis illis gentibus ipsi inhabi
tarent: alijs autem regnarent subditis atq;
tributarijs vsque ad flumen Euphraten.
Et quãuis in hoc deo non obtẽperassent,
quia & ex illis quas exterminare deberent
obedientes aliquos fecerant: deus tamen
temporibus Salomonis fidem suæ promis-
sionis impleuit. Nunc itaque in libro Iesu
Naue quod considerãdum suscepimus quo
modo erit verum, Et dedit deus Israel om-
nem terram quam iurauerat dare patribus
eorum: & hæreditauerunt eam? Quomo-
do adhuc viuente Iesu omnem terrã dedit, K
cum etiã reliquias illarũ septem gentiũ nõ-
dũ superauissent? Nã quod sequitur, & hæ-
reditauerunt eam: verum est, quia ibi erãt
ibiq; considerant. Deinde quod adiungit,
Et requiem dedit illi dñs in circuitu, sicut
iurauerat patribus eorum: verum est, quia
uiuo adhuc Iesu non eis quidem cedebant
reliquiæ illarum gentium, sed nulla earum
eos in terris vbi considerant bello lacessere
audebat. Ideo dictum est, & quod deinde
adiungitur. Non restitit quisquam ante fa-
ciem illorum ab omnibus inimicis eorum.
Quod vero sequitur, Sed omnes inimicos
eorum tradidit dominus illis in manus eo-
rum: hos intelli voluit inimicos, q obuiã ire
in bellum ausi sunt. Deinde quod dicit, Nõ
decidit ex omnibus verbis bonis quæ locu-
tus est dominus filijs Israel, omnia aduene-
runt: ita vult intelligi, quia cum iam illi cõ-
tra præceptum domini fecissent quibusdã
parcendo ex illis septem gẽtibus, & eos obe
dientes faciendo, adhuc tamen inter eos sal
ui erãt. Ideo cum dixisset, omnibus ver-
bis addidit bonis, quia nondum euenerant
maledicta contemptoribus, & transgres-
soribus constituta. Restat ergo vt quod
ait, dedit dominus Israel omnem terram L
quam iurauerat dare patribus eorum, se-
cũndum hoc intelligatur, quia etsi adhuc
erant ex illis gentibus reliquiæ conteren-
dæ & exterminandæ, vel ex alijs vsque ad
flumen Euphraten, aut subiugandæ si non
resisterent, aut perdendę si resisterent, ta-
men in vsum eorum relictę sunt in quibus
exercerentur, ne carnalibus affectibus, &
cupiditatibus infirmi, repentinam tanquã
rerum temporalium prosperitatem mode-
ste ac salubriter sustinere non possent, sed
elati citius interirent, quòd opportune alio
demonstrabitur. Omnis ergo illis terra da-
ta est, quia & illa pars, quæ nondum fue-
rat in possessionem data, iam data fuerat
in quandam exercitationis vtilitatẽ. Qđ 22
ait, Non restitit quisquam a facie illorum Iosu.21
ab omnibus inimicis eorum: Quæri po-
test quomodo verum sit, cum de tribus
Dan superius scriptum sit, qđ eos hostes eo
rum non p̃ miserunt descendere in vallem,
sed

Augusti nus. lib. sed prævaluerunt eis in montibus. Sed qđ
diximus cum duodecim filios Iacob scriptu
M ra in Mesopotamia natos commemorasset,
Quæst. super Gen. vbi non fuerat natus Beniamin: hoc etiam
quæstio. hic intelligendum est quia pro vniuerso po
117. pulo duodecim tribus deputatæ sunt, ea re-
gula quæ alijs scripturarum locis satis in-
notuit. Causa autem si quæritur, cur hæc tri
bus in ea sorte quæ illi obuenit & non ob-
tinuerit sufficientes terras, & ab eis à qui-
bus tenebantur afflicta sit, in dei quidem se-
creto consilio esse credendum est. Veruntñ
Gen.39 cum Iacob filios suos benediceret, talia dixit
de isto Dan, vt de ipsa tribu existimeẽ exur-
recturus Antichristus. Vnde nunc dicere
plura non suscepimus, cum etiã sic solui pos
sit hæc quæstio, quia non restitit quisquam
ante faciem illorũ ab omnibus inimicis eo-
rum, cum simul sub vnius ducis imperio bel
lum gererent, antequam singulis tribubus
23 sua defendenda diuiderentur loca. Et in
Iosu.29 sacrificijs salutarium nostrorum. Quia plu
raliter dicta sunt sacrificia, pluraliter etiam
salutaria. Vbi aduertendum est diligentius
quemadmodum dici soleat sacrificium salu-
taris: quoniã si Christum acceperimus, qm
ipse dictus est salutare dei, nõ occurrit quẽ-
admodum pluraliter possit hoc verbum in-
telligi. Vnus enim dominus noster Iesus est
Christus, quanuis dicantur Christi per e-
A ius gratiam, sicut in Psalmo legitur, Nolite
Psi.104. tangere Christos meos. Sed vtrum salutа-
res dici possint, vel salutaria, non facile au-
dendum est: Solus enim ipse Saluator cor-
24 poris. Quod dicit Iesus de sua propin-
Iosu.23 quante morte, Ego autem recurro viam si-
cut & omnes qui sunt super terram: in ea in-
terpretatione quæ est ex Hebræo inueni-
mus, ingredior viam. Ita ergo accipiendum
est quod septuaginta dixerunt, Recurro: si-
cut dictum est homini, Donec reuertaris i
terram vnde sumptus es: vt secundum cor
Gene.3. pus dictum intelligatur. Secũdum animam
vero si voluerimus ita accipere, quemadmo
dum in Ecclesiastico positum est, Et spirit
reuertetur ad deum qui dedit eum: non ar-
Eccl.12 bitror de omnibus posse dici, sed de ijs qui
sic vixerunt, vt ad deum redire mereantur,
tanquam ad authorem à quo creati sunt. Ne
que enim hoc & de illis recte intelligi po-
Psal.77. test, de quibus dicitur, Spiritus ambulans &
non reuertens. Iste autem vir sanctus Iesus
Naue si non addidisset, sicut, & omnes qui
sunt super terram: nulla esset quæstio. Neq;
enim aliud de illo crederemus, q̃ quo cum
dignum esse legimus. Cum vero additũ est,
sicut & omnes qui sunt super terram: mirũ
si hoc quod Latinus interpres, recurro po- B
suit, non magis percurro vel excurro dicen-
dum est, si hoc potest dici quod Græcus, ha
bet ἀποτρέχω. Omnes enim percurrunt, vel
excurrunt huius vitæ viam, cum ad eius fi-
nem peruenerint. Sed quia hoc verbum po-
situm est, vbi parentes Rebeccæ dicunt ad
seruum Abrahæ, Ecce Rebecca, accipiens Gen.24
recurre, & sit vxor domini tui: ideo & hic
ita hoc verbum interpretatum est. Quod 25
septuaginta interpretes habẽt, Et assumpsit Iosu.24
patrem vestrum Abraham de trãsflumine,
& deduxi eum in omnem terram: interpræ-
tatio quæ est in Hebræo habet, & induxi eũ
in terram Chanaan. Mirum est ergo si sep-
tuaginta pro terra Chanaan omnem ter-
ram ponere voluerunt, nisi intuentes pro-
phetiam, vt magis ex promissione dei tan-
quam factum accipiatur, quod certissime fu
turum in Christo & in Ecclesia prænuncia
batur, quod est verum semen Abrahæ, non
in filijs carnis, sed in filijs promissionis.

Et bellauerunt aduersus vos qui habita- 26
bãt Hiericho. Quæri potest quomodo id ve Iosu.24
rum sit: cum clausis portis se murorum am-
bitu tantummodo tuerẽtur. Sed recte dictũ
est, quia claudere aduersus hostem portas,
ad bellum pertinet. Non enim miserunt le- C
gatos qui poscerent pacem. Vnde si dictum
esset, pugnauerunt aduersum vos, falsum
esset: neque enim bellum continuas pugnas
habet, sed aliquando crebras, aliquando
raras, aliquando nullas. Bellum est tamen
quando portæ hostibus clauduntur, & quo-
dammodo armata defensio. Quid est 27
quod inter cætera quæ Iesus Naue Israeli- Iosu.24
tis dominum fecisse commemoraret dicit,
Misit ante uos vespas, & eiecit illas: qđ etiã
in libro Sapientiæ legitur, nec tamẽ vspiam
factum esse in ijs quæ gesta sunt inuenitur? Cap.12.
An forte translato verbo, vespas intelligi
uoluit acerrimos timoris aculeos, quibus
quodammodo vo'antibus rumoribus pun-
gebantur vt fugerent: aut aerios occultos
spiritus, quod in Psalmo dicitur, per ange-
los malignos? Nisi forte quis dicat, non om- Psal.77.
nia quæ facta sunt, esse conscripta: & hoc
quoque visibiliter factum, vt veras vespas
velit intelligi. Quid est quod dicit Iesus 28
ad populum, Non poteris seruire deo, quia Iosu.24
deus sanctus est? An quia illius sanctitati

perfectā ſeruitutē quodāmodo contēperari, humanæ fragilitati impoſsibile eſt? Quo au
D dito, iſti non ſolum eius eligere ſeruitutem, ſed etiam de adiutorio eius & miſericordia præſumere debuerunt. Quam ille intellexit qui dicit in Pſalmo, Ne intres in iudicium
Pſ. 142. cum ſeruo tuo, quoniam non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Iſti autem in ſe potius præſumere delegerunt, quòd deo poſſent ſine vlla offenſione ſeruire, vt iam tunc inciperent, quod de illis expreſsit
Rom.10 Apoſtolus, Ignorantes enim dei iuſtitiam & ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ dei nō ſunt ſubiecti. Ita eis iam lex ſubintrabat vt
Ibidem. abundaret delictum, & poſtea ſuperabunda-
Rom.10 ret gratia, per dñm Chriſtum, qui finis eſt
29 legis ad iuſtitiam omni credenti. Quid
Ioſu.24 eſt quod ait idem Ieſus loquens ad populū, Et nūc circumauferte deos alienos qui ſunt in uobis, & dirigite corda veſtra ad dominū deum Iſrael. Nō enim credendi ſunt adhuc habuiſſe apud ſe aliqua gentiū ſimulachra, cum ſuperius eorum obedientiam prædicauerit. Aut vero ſi haberent, poſt tantas legis comminationes illa eos proſpera ſequerentur, cum ſic in eos vindicatum ſit, quòd vnus eorum de anathemate furtum fecerat. Deniq; Iacob dixit hoc eis qui cum illo exie
E rant de Meſopotamia, vbi ſic idola colebantur, & Rachel paterna furaretur: ſed poſt
Gen.31 illam admonitionem Iacob, dederunt quæ
Gen.35 habebant. Vnde apparuit hoc eis ita dictum eſſe, quia ſciebat eos habere ille qui dixerat, Nunc vero poſt hanc admonitionem Ieſu Naue nullus tale aliquid ꝓtulit. Nec tamē putandum eſt hoc illum inaniter præcepiſſe. Non enim ait, & nunc auferte deos alienos ſi qui ſunt in vobis: ſed omnino tanquam ſciens eſſe, qui ſunt, inquit, in vobis. Proinde Propheta ſanctus in cordibus eorum eſſe cernebat cogitationes de deo alienas à deo, & ipſas ammonebat auferri. Quiſquis enim talem cogitat deum qualis non eſt deus, alienum deum vtique & falſum in cogitatione portat. Quis eſt autem qui ſ cogitet deum quemadmodum ille eſt? Ac per hoc relinquitur fidelibus, quandiu peregrinantur à domino, auferre à corde ſuo irruentia vana phantaſmata, quæ ſe cogitationibus ingerunt, velut talis aut talis ſit deus qualis vtique non eſt dirigere cor ad illum fideliter, vt quemadmodum & quantum nobis expedire nouit, ipſe inſinuet per ſpiritum ſuum, donec abſumatur omne mē-

dacium, vnde dictum eſt, Omnis homo mē- Pſ. 11
dax. Et tranſacta non ſolum impia falſitate, F
verumetiam ipſo ſpeculo & ænigmate, facie ad faciem cognoſcamus, ſicut & cogniti ſumus: quemadmodum Apoſtolus dicit. Vi- 1.Cor.
demus nunc per ſpeculum in ænigmate, tūc autem facie ad faciem. Nunc ſcio ex parte: tunc autē cognoſcam ſicut & cognitus ſum.

Et diſpoſuit Ieſus teſtamentum ad popu- 30
lum in illo die, & dedit illi legem & iudiciū Ioſu.24
in Sylo coram tabernaculo domini dei Iſrael. Et ſcripſit verba hæc in ligno legis dei, & accepit lapidem magnum, & ſtatuit illum Ieſus ſub Terebintho ante dominum. Et dixit Ieſus ad populum, Ecce lapis iſte erit vobis in teſtimonium, quia hic audiuit omnia quæ dicta ſunt à domino quæcunque locutus eſt ad vos hodie, & hic erit vobis in teſtimonium in nouiſsimis diebus, cum mētiti fueritis domino deo veſtro. Hæc verba qui non in ſuperficie tantum audiunt, ſed aliquanto altius perſcrutantur, nequaquam tantum virum tā inſipientem putare debēt, vt verba dei quæ locutus eſt populo, inanimum lapidem audiſſe crediderit: qui etiam ſi ab artifice in hominis ſimilitudinem effigiatus eſſet, inter illos vtique deputaretur, de quibus in Pſalmo canitur, Aures habēt & non audient. Neque enim idola gentium G
aurum & argentum ſola non audiunt, & ſi Pſ. 113
lapidea ſint, audiunt: ſed per hunc lapidem
profecto illum ſignificauit, qui fuit lapis of- 1.Petri
fenſionis non credentibus Iudæis, & petra
ſcandali: qui cum reprobaretur ab ædificantibus, factus eſt in caput anguli: quem præ- Pſ. 117
figurauit & illa petra quæ potum ſitienti populo, ligno percuſſa profudit, De qua dicit Apoſtolos, Bibebant autem de ſpirituali 1.Cor.
ſequenti eos petra: petra autem erat Chriſtus: Vnde & cultellis petrinis populum circūcidit iſte ductor egregius: qui cultri petrini cum illo etiam ſepulti ſunt, vt profundum myſterium demonſtrarent poſteris profuturū. Sic ergo & iſtum lapidem quamuis viſibiliter ſtatutum, ſpiritaliter debemus accipere in teſtimonium futurum Iudæis infidelibus, hoc eſt mentientibus: de quibus dicit Pſalmus, Inimici domini men- Pſal.80
titi ſunt ei. Neq; enim fruſtra, cum iam dei famulus Moyſes, vel potius per eū deus diſpoſuiſſet ad populū teſtamentū, qđ in arca erat, quæ dicta eſt arca teſtamenti, & in libris legis tanta ſacramentorum & præcepto rum multiplicatę conſcriptis: tamen etiā hic

dictum

H dictum eſt, Diſpoſuit Ieſus ad populum teſtamentum in illa die. Repetitio quippe teſtamenti, nouum teſtamentum ſignificat, quod ſignificat & Deuteronomium, quod interpretatur ſecunda lex, quod ſignificant & prioribus confractis tabulæ renouatæ.
Gen.32 Multis.n. modis ſignificandum, quod vno modo implendum fuit. Iam vero quòd ſub terebintho ſtatutus eſt lapis, hoc ſignificat, quod virga ad petram vt aqua profluereret; quia neque hic ſine ligno ſtatutus eſt lapis. Ideo autem ſubter, quia non fuiſſet in cruce exaltatus, niſi humilitate ſubiectus: vel ꝙ il lo tempore, quo illud agebat Ieſus Naue, adhuc obumbrandum myſterium fuit: Terebinthi etenim lignum medicinalē lachrymam exudat, quæ arbor à ſeptuaginta interpretibus hoc loco poſita eſt, quanuis ſecundum alios interpretes quercus legatur. Mirum eſt ſanè quòd ſaltem in nouiſsimis ſuis verbis quibus populum allocutus eſt Ieſus homo dei, nihil eos obiurgat, ex eo quòd his gentibus pepercerunt, quas dominus vſque ad internitionem cum anathemate perden-
Ioſue 17 das eſſe præcepit. Sic enim ſcriptum eſt, Et factum eſt poſtquam inualuerūt filij Iſrael & fecerunt Chananæos obedientes, exterminio aūt eos non exterminauerunt. Nam I primo id eos non potuiſſe, ſcriptura teſtata eſt, ſed nunc poſtea quam prævaluerunt, ita vt facerent obaudientes, ꝙ non etiam exterminauerunt, vtique contra præceptum domini factum eſt, quod non eſt cuiquam factum, cum Ieſus exercitum duceret. Cur ergo non eos obiurgauit allocutione nouiſsima, ꝙ in hoc domini ꝓcepta neglexerint? An forte quia prius dixit eos ſcriptura non potuiſſe, vtique antequam prævaluerant, ēt cum prævaluiſſent timuiſſe credendi ſunt: ne forte paratis obedire ſi parcere noluiſſent, acrius eos aduerſum ſe ex ipſa deſperatione pugnare compellerēt, & eos ſuperare non poſſent? Hunc ergo his humanum timorem dominus noluit imputare, & ſi apparet in eo quædam ſubdefectio fidei, quæ ſi fortis in eis eſſet, ea ſequerētur quę ipſum Ieſum debellantem ſecuta ſunt. Quia vero non in eis tanta fides fuit, etiam cum aduerſarijs ſuis prævaluiſſent, pugnare cum eis vſque ad internitionem eorum, timore non auſi ſunt. Quem timorem, vt dixi, non de malitia, neque de ſuperbia vel contemptu præcepti dominici, ſed de animi infirmitate venientem, noluit eis dominus imputare, cū

eis per Ieſum nouiſsima loqueretur. Vnde K
& Apoſtolus, Alexander, inquit, ærarius 2. Ti.4.
multa mala mihi oſtendit, reddet illi dominus ſecundum opera ipſius. De his autem qui eum periclitantem non malitia ſed timore deſeruerant, ita locutus eſt, In prima mea defenſione nemo mihi aſſuit, ſed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quæſtionum ſuper Iudices, Liber ſextus.

IN fine libri Ieſu Naue, breuiter narrator porrexit Hiſtoriam, quouſque filij Iſrael ad colēdos deos alienos declinauerunt: In hoc autem libro ad ordinem reditur, quomodo conſequentia geſta fuerint poſt mortem Ieſu Naue. Non ergo ab illo tempore incipit liber quo populus ad colenda ſimulachra defluxit: ſed à prioribus, interpoſitis temporibus quibus ea geſta ſunt L
poſt quæ ad illa peruenit. Et factum eſt 1
poſtquam defunctus eſt Ieſus interrogabāt Iudic.1.
filij Iſrael dominum dicentes, Quis aſcenderet nobiſcum ad Chananæum dux ad bellandum eum? Et dixit dominus, Iudas aſcēdet, Ecce dedi terram in manus ipſius. Hic quæritur, vtrum aliquis homo Iudas vocabatur, an ipſam tribum, ita vt ſolet, ſic appellauit. Sed illi qui interrogauerant dominū, poſt mortem Ieſu Naue ducē requirebant: vnde putatur vnius expreſſum hominis nomen. Verum quia non ſolet duces nominare ſcriptura cum conſtituuntur, niſi commemorata etiam origine parentum, & conſtat poſt Ieſum duces habuiſſe populum Iſrael, quorum primus eſt Othoniel filius Cenez, rectius intelligitur nomine Iudæ, tribum Iudæ fuiſſe ſignificatam. Ab ipſa enim tribu voluit dominus incipere contra Chana-
os. Et cum populus de duce interrogaſ- M
ret, ad hoc valuit reſponſio domini, vt ſcirent deum voluiſſe ab vniuerſo populo bellari aduerſus Chananæos. Dixit ergo, Iudas aſcendet. Et ſequitur ſcriptura narrās, 2
Et dixit Iudas ad Simeon fratrem ſuum: vtique tribus ad tribum, Non enim adhuc viuebāt illi filij Iacob qui dicti ſunt Iudas & Simeon, inter cæteros fratres ſuos proprijs nominibus appellati, ſed dicit tribus

Iuda

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iuda ad tribum Simeon, Ascende mecum in sorte mea & bellemus in Chananæos, & ibo etiam ego tecum in sortem tuam. Mani festum est auxiliũ sibi tribum Iuda alterius tribus postulasse, quod redderet, cum & illi in sua sorte habere inciperent necessarium.

Et dixit Caleb, Quicunque percusserit
3 ciuitatem literarum & cœperit eam, dabo ei
Iudic.1. filiam meam Axam vxorem. Iam hoc & in libro Iesu Naue commemoratum est, sed vtrum Iesu viuente factum sit, & nunc per
Iosue 15 recapitulationem repetitũ est: an post eius mortem posteaquam dictum est, Iudas ascẽdet: & cœpit Iudas debellare Chananæos, in quo bello ista omnia gesta narrantur, merito quæritur. Sed credibilius est post mortem Iesu factum: tunc autem per prolepsim.i.præoccupationem commemoratũ, quemadmodum & alia. Nũc.n.cum res gestæ aduersus Chananæos tribus Iuda exponerentur, ita se narrationis ordo continet, inter cætera Iudæ facta bellica, de quo post
A mortem Iesu dixerat dominus, Iudas ascendet. Et postea descenderũt filij Iuda pugnare ad Chananæum qui habitabat in montana & Austrum & campestrem. Et abijt Iudas ad Chananæum inhabitantẽ in Hebron, & exijt Hebron ex aduerso. Nomen aũt erat Hebron Cariatharbe vel Sepher, & peusit Sesi & Aciman & Cholmi filios Enach, & ascenderunt inde ad inhabitantes Dabir. Nomen aũt Dabir quod erat antè ciuitas literarũ. Et dixit Caleb, Quicunque percusserit ciuitatem literarum & acceperit eam, dabo ei filiam meam in vxorem. Constat ergo ex hoc ordine gestarum rerum tã perspicuo, post mortem Iesu hoc esse factũ. Tunc vero cum ciuitates datæ ipsi Caleb commemorentur, progressus ex occasione narrator, q̃ postea factũ est præoccupauit. Nec tamen frustra arbitror hoc de filia Caleb data in victoris præmium, bis numero
4 scripturam commemorare voluisse. Alia
Iosue 15 nascitur quæstio de filia Caleb, q̃ in libro Iesu Naue sic de illa dicit, Et factum est ingrederetur ipsa & consilium habuit cum eo dicens, Petam patrem meum agrum: Et exclamauit de asino, & cætera, vbi agrum
Iudic.1. petit à patre atque concessus est. Hic autem
B Et factum est, inquit, cum ingrederetur ipse, monuit eam Othoniel, vt peteret à patre suo agrum. Sed in eo q̃ dictum ibi est, cum ingrederetur ipsa: & hic dictum est, cũ ingrederetur ipse: nihil contrarium est, simul enim ingrediebantur viam. Quod vero ibi dictum est, consilium habuit cum eo: id est, cum viro suo dicens, Petam patrem meum agrum: & exclamauit de asino, & petijt in eo quod habuit consilium, ibi monita est vt peteret, quorum alterum hic dictum est, alterum ibi. vtrunque autem ita diceretur. Et consilium habuit cum eo dicens, Petam patrem meum agrum. Ille autem monuit eam, & exclamauit de asino. Porrò autem quòd ibi agrum refertur petisse, & nomen ipsius agri tacitum est: hic vero cum agrum petere monita fuerit à viro suo, non agrum petisse dicitur, clamans de subiugali, q̃ ibi dictum est de asino, sed redemptionem aquæ, eo quòd in terram Austri fuisset tradita, subiecitq; scriptura, Et dedit ei Caleb secundum cor eius redemptionem excelsorum, & redemptionem humilium, quid sibi velit obscurũ est, nisi forte ager ille ideo petebatur vt haberet de fructibus eius vnde aquam redimeret, cuius inopia in illis regionibus erat, quò nupta ducebatur. Sed dedit ei Caleb redemptionem C
excelsorum, & redemptionem humilium: non video quid subaudiamus, nisi fluentorum, excelsorum videlicet in montanis, & humilium in campestribus siue in vallibus.

Et non hæreditauit Iudas Gazam & fi- 5 Iudic.
nem eius, & Ascalonem & finem eius, & Accaron & finem eius, & Azotum & adiacentia eius, Et erat dñs cum Iuda, & hæreditauit montem, quoniam non potuit hæreditare inhabitãtes in valle, qñ Rechab obstitit eis, & currus erant ei ferrei. Quod in libro Iesu Naue, cum illum locũ tractarem, vbi scriptũ est, Et dedit dñs Israel oẽm Supra
terram, cum multas eius partes nõdum possederint: dixi ita posse intelligi omnem terram data quia ea quę data non est in possessionem, datã est in quandam exercitationis vtilitatem: hoc multo euidentius hic apparet, quandoquidem commemorãtur ciuitates, quas non hæreditauit Iudas: & dicitur, Et erat dominus cum Iuda, & hæreditauit montem, quoniam non potuit hæreditare inhabitantes in valle. Quis.n.non intelligat etiam hoc ipsum ad id pertinuisse q̃ erat dominus cum Iuda, ne totũ repente obtinẽdo extollerentur? Quod.n.adiungit, quoniam D
Rechab obstitit eis, & currus erant ei ferrei: quos currus timuerit, dictum est non dominus q̃ erat in Iuda, sed ipse Iudas. Cur autem timuerit, cum quo dominus erat si

quæritur,

quæritur, hoc est quod prudenter intelligẽdum est, restringere deum propitium, etiam in cordibus suorũ nimiæ prosperitatis excessus, vt in vsum eorum conuertat inimicos, non solũ quando vincuntur inimici, sed etiã quando metuũtur. Illud ad commendandã largitatem suam, illud ad eorũ reprimendã elationem. Nam vtique inimicus sanctorũ
2.Co.12 est angelus satanæ, quem tamen sibi datum
6 colaphizantem dicit Apostolus, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Et de-
Iudic.1. derũt Caleb Hebron sicut locutus est Moyses, & hæreditauit inde tres ciuitates filiorũ Enach, & abstulit inde tres filios Enach. iã hoc dictum est in libro Iesu Naue, quoniã & illo viuo factum est: sed hic recapitulando commemoratum est, cum de tribu Iuda,
7 vnde fuit Caleb, scriptura loqueretur.
Iudic.1. Quæritur qũo dictum sit, Et Hiebusæũ habitantem in Hierusalem, nõ hæreditauerũt filij Beniamin, & habitauit Hiebusæus cum
E filijs Beniamin in Hierusalem vsq; hodiernum diem: cum superius legatur eadem ciuitas à Iuda capta & incensa, interfectis in ea Hiebusæis. Sed cognoscendum est istã ciuitatem communem habuisse duas tribus, Iudã & Beniamin, sicut ostendit ipsa diuisio terrarum quæ facta est à Iesu Naue. Ipsa est enim Hiebus quæ Hierusalem: ideo duæ istæ tribus remanserunt ad templum dñi, quando cæreræ, excepta Leui quæ sacerdotalis fuit, & terras in diuisionem non accepit, separauerunt se à regno Iuda cum Hieroboam. Intelligendũ est ergo à Iuda quidẽ ciuitatem captam & incensam, interfectis qui illic reperti fuerant. sed non omnes Hiebusæos esse extinctos: siue quia ierant extra illã ciuitatẽ, siue quia fugere poterant: quos reliquos Hiebusæos admissos esse à filijs Beniamin quibus cum Iuda erat ciuitas illa cõmunis in ea simul habitare. Quod ergo dictum est, non hæreditauerunt Hiebusæum filij Beniamin: intelligendum est, quòd nec tributarios eos facere potuerunt, siue voluerunt. Aut certe non hæreditauit Hiebusæũ dictum est, quia non sine illo tenuit terran.
8 quæ ab illo possidebatur. Et non hæredi-
Iudic.1. tauit Manasses Bethsan, quæ est Scytharum
F ciuitas. Ipsa hodie perhibet Scytopolis dici: Potest autẽ mouere, quomodo in illis partibus multum ab Scythia diuersis potuerit esse Scytharum ciuitas. Sed similiter potest mouere, qũo tam longe à Macedonia Macedo Alexander cõdiderit Alexandriam ciuitatem: quod vtiq; fecit longe lateq̃ bellando: ita etiam Scythæ aliquando bellando in lõginqua progredientes istam condere potuerunt. Nam legitur in historia gentium, vniuersam penè Asiam Scythas aliquando tenuisse, cum regi Aegyptiorum illi qui eis vltro bellum indixerat irent obuiam, quorum aduentu territus, in suum se regnum recepit. Et nõ hęreditauit Manasses Bethsan, 9
quæ est Scytharum ciuitas, neq; filias eius. Iudic.1.
Filias eius dicit ciuitates quas ipsa quasi metropolis instituerat. Et factum est quando 10
præualuit Israel, & posuit Chananæum in Iudic.1
tributarium, & auferens non abstulit eum: Iã tale aliquid dictum est in libro Iesu Naue, penè ipsis verbis. Proinde aut hic per anacephaleosin dicitur aut illic per prolepsim dictum, Id est, aut hic recapitulando, aut illic præoccupãdo. Et contribulauit 11
Amorræus filios Dan in monte, quoniam Iudic.1.
non permisit eos descendere in vallem. Et hoc similiter, aut in libro Iesu Naue præ- G
occupando commemoratum est, aut hic recapitulando. Et ascendit angelus domi- 12
ni super ἀναβμὸν montem. Scriptor libri Iudic.2.
hoc nomine appellauit locum, quia postea scripsit, Nam quando angelus domini super eum ascendit, nondum sic appellabatur. Aploratione quippe nomen accepit, quod Græce ἀναβμὸς ploratio dicitur. Ibi enim populus fleuit, cum audisset ab hoc angelo verba domini vindicantis in eos quòd inobedientes fuissent, quia non exterminauerunt populos secundum præceptum eius quibus præualuerunt, eligentes eos facere tributarios quàm interimere & perdere, quemadmodum iusserat dominus. Quod siue contempto dei mandato, siue timore fecerint, ne hostes aduersum se acrius pugnare pro salute obtinenda, quam pro tributo non dando cogerent: sine dubio peccauerunt, vel spernendo quod diuinitus impetratum est, vel non præsumendo quòd eos posset qui imperauerat adiuuare. Q̃ ideo
r Iesum noluit eis dicere: si tamen adhuc eo viuente iam fieri præceperat, & non potius præoccupando commemoratum fuerat quod in illo mortuo fieri cœpit: quia hoc omnibus voluit exprobrare per angelum: Nondum autẽ omnes id fecerant viuente Iesu, & si aliqui forte iam cœperant. Credibilius est tamen nihil tale fieri cœptũ viuente Iesu Naue, tantumq; terrarũ sub illo tenuisse filios Israel, quantũ eis ad cõfidẽ- H

dum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum sufficeret, quamuis in sortibus suis haberent vnde crescendo & cõualescendo adhuc aduersarios exterminarẽt. Proinde post mortem Iesu, postquã præualuerunt vt hoc possent facere, maluerunt eos habere tributarios secundum voluntatẽ suam, quàm interimere & perdere secundum voluntatem dei. Propter hoc ad eos corripiendos angelus missus est. Quod vero cõmemoratũ est in libro Iesu Naue, magis existimo præoccupando cõmemoratum, qđ post eius mortem vel futurum esse iam ipse nouerat prophetico spiritu: si ab illo liber conscriptus est qui appellatur Iesu Naue: vel si ab alio scriptus est, iam futurũ esse sciebat post mortem Iesu quod in illo libro præoccupando
13 commemorauit. Quid est quod angelus
Iudic.2. domini inter cætera diuinæ comminationis dicit, Nõ adijciã transmigrare populũ quẽ dixi eijcere, Non auferam eos à facie vestra,
I & erunt vobis in angustias, & dij eorũ erũt
Quid vobis in scandalum: nisi vt intelligamus nõ sit esse i nulla etiam de ira dei venire peccata? Vt. n. scãdalũ. Dij gentium, inter quas non a se extermina tas Israelitæ habitare voluerunt, essent eis in scandalum, id est, facerent eos scandalizari in domino deo suo, eoq; offenso viuere, indignãs hoc comminatus est deus, ꝙ certe
14 manifestum est magnum esse peccatũ. Et
Iudic.2. dimisit Iesus populum, & abierunt filij Israel vnusquisq; in domum suam hæreditare terram. Hoc per recapitulationem iterari nulla dubitatio est. Nam & mors ipsius Iesu Naue etiam in hoc libro cõmemoratur, vt tanquam ab exordio cuncta breuiter insinuarentur, ex quo eis dñs dedit terram, & quemadmodũ sub ipsis iudicibus vixerint, quæve perpessi sint, atq; iterum reditur ad iudicum ordinem ab eo qui primus est con
15 stitutus. Et surrexit generatio altera post
Iudic.2. eos, qui non scierunt dominũ & opera eius quæ fecit Israel. Expositum quomodo dixerit non scierunt dominum: in illis videlicet ꝓclaris & mirabilibus operibus, per quæ factum est ante illos vt Israel sciret domi-
16 Et seruierunt Baal & Astartibus. Solet
Iudic.2. dici Baal nomen esse apud gentes illarum partium Iouis, Astarte autẽ Iunonis, quod
K lingua Punica putatur ostendere. Nã Baal Punici videntur dicere, dominum: vnde Baalsamen, quasi dominum cœli intelligun tur dicere: Samen quippe apud eos cœli appellantur, Iuno autem sine dubitatione ab illis Astarte vocatur. Et quoniam istæ linguæ non multum inter se differunt, merito creditur de filijs Israel hoc dicere scriptura, quòd Baal seruierunt & Astartibus quia Ioui & Iunonibus. Nec mouere debet, quòd non dixit Astarti, id est, Iunoni, sed tanquã multæ sint Iunones, pluraliter hoc nomen posuit. Ad simulachrorum enim multitudinem referri voluit intellectum, qñ vnumquodq; Iunonis simulachrum, Iuno vocabatur, Aeper hoc tot Iunones quot sunt simulachra intelligi voluit. Varietatis autem causa existimo Ibuem singulariter, Iunonẽ pluraliter commemorare voluisse. Nam eadem causa plurium simulachrorum etiã Iones pluraliter dici possent. Hoc autem, id est, nomine plurali Iunones in Græcis secũdum septuagintа reperimus, in Latinis autem singulariter erat. Quorum in illo qui non habebat septuaginta interpretationem, sed ex Hebræo erat, Astaroth legimus, nec Baal sed Baalim. Quod si forte aliud in He L
breo vel Syra lingua nomina ista significãt, deos tamen alios fuisse constat & falsos, quibus Israel seruire non debuit. Et vendi- 17
dit eos in manu inimicorum suorum in cir Iudicũ.
cuitu. Quæri solet quare dixerit vendidit, tanquam aliquod precium intelligatur datum. Sed & in Psalmo legitur, Vendidisti populum tuum sine precio. Et apud Prophe Psal.43
tam, Gratis venditi estis, & non cum argẽ- Esa.52
to redimemini. Quare ergo venditi, si gratis & sine precio, & non potius donati? An forte scripturarum locutio est, vt venditus etiam qui donatur dici possit? Hic autem sensus est optimus in eo quod dictum est, Gratis venditi estis, & vendidisti populum tuum sine precio: quia illi quibus tradidisti populum impij fuerunt non deum colendo tradi sibi illum populum meruerunt, vt ipse cultus tanquam precium videretur. Qđ vero dictum, neque cum argento redimemini: non ait, neque cum precio, sed neque cũ argento: vt precium redemptionis intelligamus, quale dicit Apostolus Petrus, Non .n. 1.Pet.1
argento & auro redempti estis, sed precio sanguinis agni immaculati. In argento enim Propheta omnem pecuniam significauit, vbi ait, Nõ cum argento redimemini, quoniam precio quidem sanguinis Christi, non tamen precio pecuniario fuerant redimendi. In eo quod dominus dicit, Et ego non M
apponam auferre verum a facie ipsorum de gentibus quas reliquit filius Naue, & dimisit ad tentandum in eis Israel si obseruarẽt viam

uiam domini abire in eam, quemadmodũ custodierunt patres eorũ, an non, & dimisit dominus gentes has ut non auferret illas tunc, & non tradidit illas in manus Iesu. Satis ostenditur causa quare non Iesus omnes illas gentes bellando deleuerit, quia hoc si fieret non esset in qnibus isti probarẽtur. Poterat aũt esse ad utilitaetm ipsorum, si tẽtati in eis non reprobi inuenirentur eisque talibus inuentis, quales eos esse debere præceperat dñs, iam gentes illæ auferrentur a facie eorũ, si ita uiuerent, nec bellis eos exerceri oporteret. Verba.n. domini hucusq; accipienda sunt. Propter qđ tanta dereliquit gens hæc testamentum meum, quod mandaui patribus, & non obedierunt uoci meæ, & ego non apponam auferre uirum a facie ipsorum: id est, aduersarium. Cętera uero uerba scriptoris sunt, exponentis unde dixerit dominus, non se ablaturum uirum de genti
A bus quas reliquit Iesus filius Naue. Deinde subiungens qua causa dereliquerit. Et dimisit, inquit, ad tentandum Israel si obseruarent viam dñi abire in ea, quemadmodum custodierunt patres eorum an non: eos volens intelligi patres custodisse viam dñi qui fuerunt cum Iesu. i. eo tempore quo ille uiuebat. Generationem quippe alteram superius retulit surrexisse post illos qui vixerũt cum Iesu, & ab ipsis cœpisse transgressiones quæ offenderunt dñm, pro quibus tentãdis, id est, probandis, relictæ fuerant gentes, nec exterminatæ per Iesum. Deinde ne putaretur hoc Iesus consilio suo tanquam humano egisse, vt gentes illæ relinquerentur: subiungit scriptura, Et dimisit dñs gentes has vt non auferret illas celeriter: & non tradi-
Iudic.3. dit eas in manus Iesu. Deinde sequitur, Et hæ gentes quas reliquit dominus vt tentaret in eis Israel, omnes qui nescierũt omnia bella Chananæorum, propter generationes filiorum Israel vt doceret illos bellum. Erat ergo ista causa in eorum tentatione, vt bellare discerent: id est, vt tanta pietate & obe
B dientia legis dei bellarent, quanta patres eorum qui domino deo etiam bellando placuerunt, non quia optabile aliquid est bellũ, sed quia pietas laudabilis est in bello. Quod autem sequitur, Verum quia ante illos nescierunt illas: quid nisi gentes vult intelligi, quas nescierunt bellando qui fuerunt ante istos: quorum tentationi, hoc est probationi relictæ sunt? Deinde commemorãs quæ sint, quinque, inquit, satrapias alienige-
narum, quas in libris regnorũ manifestius exprimit. Satrapiæ autem dicuntur, quasi Satrapiæ
parua regna, quibus satrapæ præerãt, qđ no qđ sint.
men in illis partibus cuiusdam honoris est siue fuit. Et omnem, inquit, Chananæum, & Sidonium & Euæum inhabitantem Libanum, aut montem Hermon, vsque ad Cabemat: & factum est ut tẽtaretur in ipsis Israel. Tanquam diceret. Hoc autem factum est vt tentaretur in ipsis Israel, scire si audient mandata domini: nõ ut sciret deus omnium cognitor etiam futurorum, sed ut scirent ipsi, & sua conscientia, vel gloriarẽtur, uel conuincerentur, utrum audirent mandata domini, quæ mandauit patribus eorum in manu Moysi. Quoniam ergo manifestati sibi sunt non se obedisse deo, in ijs gentibus quæ ad eorum tentationem: id est, exercitationem, atque probationem fuerant, de- C
relictæ, propterea dixit deus vel in illa quibus missus est angelus, & expresse locutus est, vel pauloante, ubi aiti Propter quod tanta dereliquit gens hæc testamentum meum quod mandaui patribus eorum, & non obedierunt uoci meæ, & ego non apponam auferre uirum a facie ipsorum. Dictum est autem in Exodo ex persona dei loquentis de Exo.23.
istis gentibus aduersarijs, Non eijciam illos in anno uno, ne fiat terra deserta, & multiplicentur in te bestiæ feræ. Paulatim eijciam illos, donec multiplicemini, & crescatis & hæreditatis terram. Poterat hanc promissionem suam seruare dominus erga obedientes, ut exterminatio gentium illarum, crescentibus Israelitis partibus fieret, cum eorum multitudo terras unde aduersarii exterminarentur desertas esse nõ sineret. Qđ autem ait, Ne multiplicentur in te bestiæ feræ, mirum si nõ bestiales quodammodo cupiditates, & libidines intelligi uoluit, quę sorent de repentino successu terrenæ fœlicitatis existere. Neque enim deus homines exterminare poterat, & bestias non poterat, vel perdere, uel pasci potius non permitte-
Et excitauit dominus saluatorem Is- 18
rael, & saluauit eos. Deinde uelut quærere- Indic.3
tur quem saluatorem, Othoniel inquit, filiũ Cenez. Accusatiuum enim casum hic debemus accipere, tanquam diceret Othonielẽ. D
Aduertendum est autem, ꝙ saluatorem dicat etiam hominem per quem deus saluos faciat. Nam clamauerunt filii Israel ad dominum, & excitauit dominus saluatorem Israel, & saluauit eos, Othoniel filium Cenez,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nez,fratrem Caleb minorem ipsius, & exaudiuit eos. Inter illa sunt quæ appellantur ὑπερβατὰ, hoc genus ratum est,qm habet & illud quod Græci vocant ὑστερολογίαν. Quod enim ait postea,& exaudiuit eos, si prius po natur sit sermo lucidior. Nam ordo est, Et clamauerunt filij Israel ad dñm,& exaudiuit eos, & excitauit dñs saluatorem Israel. Deinde quod hic interpositum est,& saluauit eos: & postea dictum est Othoniel filiũ Cenez: si ita diceretur planius fieret,& excitauit dñs saluatorem Israel Othoniel filiũ
19 Cenez,& saluabit eos. Quadraginta an-
Iudic.3. nos quieuisse terram promissionis à bellis sub Othoniele iudice scriptura testatur,quãtum temporis primordia Romani imperij sub Numa Pompilio tantummodo rege pa
20 cata habere potuerunt. Quæri potest,
Iudic.3. vtrum mentitus fuerit Aioth iudex quando
E occidit Eglon regem Moab. Cum.n.solus soli insidiaretur in eum percuteret, hoc illi ait,Verbum occultum mihi est ad te rex: vt ille à se omnes qui cum illo fuerant remouet. Quod cum factum esset, iterum dixit Aioth,Verbũ dei mihi ad te rex. Sed potest non esse mendacium, quandoquidem verbi nomine solet etiam factũ appellare scriptura,Et reuera ita erat. Quod autẽ dixit, verbum dei: intelligendum est hoc illi deum vt faceret præcepisse,qui cum populo suo excitauerat saluatorem, sicut illis temporibus ta
21 lia fieri diuinitus oportebat. Merito quę-
Iudic.3. ritur quõ fuerit exilis valde rex Eglon, & cõcluserint adipes vulnus qũ percussus est. Sed intelligendum est ea loeutione dictum quæ solet à contrario intelligi, sicut dicitur lucus,quòd minime luceat, & abundare respondetur,q non est: & benedixit regi,pro
3. Reg. maledixit, sicut scriptum est in Regnorum
21 libro de Nabuthe,Nam in ea interpretatione quæ non secundum septuaginta, sed ex Hebræo est,ita inuenimus, Erat aũt Eglon
22 crassus nimis. Et exijt ad fores & transijt
Iudic.3. obseruantes, & clausit ianuas domus superioris super eum & coarctauit, Hoc reca
F tulando dictum est q fuerat prætermissum, Nam prius hoc fecisse intelligendum est, & sic de superius descendisse & transiuisse
23 obseruãtes. Quomodo pueri regis Eglon
Iudic.3. claui aperuerint quod Aioth claui non clauserat,potest mouere: Aut si ille claui clauserat,quomodo secum eam non auferret, vt isti nec claui aperire possent. Proinde aut alia clauis allata est, aut tale clausuræ genus fuit q sine claui posset claudi,nec sine clauꝰ aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea quæ verudata dicuntur. Sub iudice Aioth 24 Iudic.3
octoginta annos pacem habuit Israel in terra promissionis, duplicato scilicet tempore quam fuit memorabile sub Romanorũ rege Numa Pompilio. Et post eum surre- 25 Iudic.3
xit Sannegar filius Aneath,& percussit alie nigenas in sexcentos viros, præter vitulos boum, & saluauit Israel. Quomodo post Aioth iste pro Israel pugnauerit, & dictus sit saluasse Israel, potest esse quæstio. Non enim rursus fuerant captiuitati,vel iugo seruitutis innexi. Sed intelligendum ita dictũ saluauit: non quia nocuerit aliquid hostis, sed ne permitteretur nocere, quem credendum est bello cœpisse tentare, & huius victoria fuisse depulsum.Sed quid sibi velit q addidit,præter vitulos boum, obscurũ est. An forte etiam boum stragem pugnando fe
G cit,& ita dictum est eum occidisse sexcentos viros,præter illud quod fecit de bobus occisis. Sed quare vitulos? An Græcę locutionis consuetudo est etiam vitulos eos appellare qui grandes sunt? Nam ita loqui vulgo in Aegypto perhibetur, Sicut apud nos pullꝰ appellantur gallinæ cuiuslibet ætatis. Nõ autem habet interpretatio ex Hebræo, præter vitulos boum, sicut ista quæ secundum septuaginta est: sicut habet illa ex Hebræo,vomere occisos sexcentos viros:quod 26
ista non habet. Quid est quod respon- Iudic.3
dens Barach Deboræ ait, Si ibis ibo, & si non ieris mecum,non ibo: quoniam nescio diem in qua prosperat angelum dñs mecũ, quasi à Prophetissa diem audire non potuerit: nec illa die respondit, sed perrexit cum illo. Et quid est,prosperat angelũ dominus mecum? An hic demonstratum est,quia & angelorum actus prosperantur: id est adiuuantur à domino, vt fœliciter cedant? an locutionis est, prosperat angelum mecum: id est facit mecum prospera per angelum?
Et pauefecit dominus Sisaram & omnes 27 Iudic.4
currus eius. Ecce quemadmodum commendat scriptura agere deum in cordibus,vt det exitum rebus quem constituit. Vtique enim pauefecit vel obstupefecit Sisaram vt trade- H
ret eum. Vbi Iahel mulier quæ occidit 28 Iudic.4
Sisaram cum locuta esset ad Barach qui eũ quærebat. scriptum est de ipso Barach,qa intrauit ad eam. Animaduertendum est nõ esse consequens, vt cum scriptura dicat de viro quòd intrauit ad aliquam fœminam, iam

iam etiã concubuisse credatur. Assidue quippe sic loquitur scriptura,intrauit ad eam: vt nolit intelligi nisi quòd ei mixtus sit. Hic ergo propriè dictum est,intrauit ad eam: id
29 est,domum eius intrauit, nõ vt per hæc ver-
Iudic.5. ba intelligatur cõcubitus. In cantico Deboræ dicitur, Defecerunt habitantes in Israel,defecerunt donec surrexit Delbora,donec surrexit mater in Israel,elegerunt vt panem hordeaceum deos nouos,tunc expugnauerunt ciuitates principum. Hic intermixtus ordo verborũ obscuritatẽ facit, & quæstionem mouet. Quomodo enim intelligatur, elegerunt vt panem hordeaceũ deos nouos, tunc expugnauerunt ciuitates principum: quasi tunc eis fauerit deus ad expugnãdas ciuitates principum, quando elegerunt vt panẽ hordeaceũ deos nouos. Sed in alijs
I iam scripturarum locis sæpe didicimus quẽ admodum fiant hyperbata quorum directione cum verba ad ordinem redeunt, sensus explanatur. Iste ergo est ordo, Defecerunt habitantes in Israel, defecerunt,elegerunt vt panem hordeaceum deos nouos, donec surrexit Delbora, donec surrexit mater in Israel:tũc expugnauerunt ciuitates prin-
30 cipum. Quæri potest,quomodo dictum
Iudic.5. sit, Elegerunt vt panem hordeaceum deos nouos, cum panis hordeaceus quamuis sit in comparatione triticij panis abijciendus, tamen etiam ipse pascat & vitale alimentũ sit. Dij autem noui, quos dicuntur elegisse qui defecerunt à deo viuo, non possint in alimentis animæ deputari,sed potius in venenis, An hactenus accipienda est similitudo,quatenus valet,vt propter hoc solum dictum intelligatur: quia sicut plerunque fastidio fit,vt eligenda reijciantur, & aspernẽda delectent: ita vitio prauæ voluntatis tanquam languore fastidij, cum esset deus eorum verus, sibi falsos elegerunt nihil aliud quàm nouitatem & spreta veritate, atque ita cibum mortiferum tanquam panem hordeaceum elegerunt,non se arbitrantes inde perituros, sed etiam inde vitam velut esca[illegible]d petram illam, & ius effunde. Et innoxia licet viliore sumpturos? Secundum opinionem ergo eorum similitudo posita est animiq́ languorem, non secundũm ve
K ritatem. Nam dij illi noui nullis sunt cibis
31 vitalibus comparãdi. Et factum est quã-
Iudic.6. do clamauerunt filij Israel ad dominũ propter Madian,& misit dominus virum Prophetam ad filios Israel, & dixit eis,Cur nõ dicatur nomen huius Prophetæ,quod valde scripturis inusitatum est,latens causa est,nõ tamen nullam esse arbitror. Sed quia post verba quibus exprobrauit inobedientiam populi, sequitur scriptura dicens, Et venit angelus dñi, & sedit sub quercu quę erat in Ephra: non absurdè intelligitur iste angelus significatus nomine viri, vt posteaquam hæc verba dixit,venerit ad quercum memoratam,& ibi sederit. Nomine enim virorum solere appellari angelos notum est,quamuis eum qui esset angelus appellatum esse Prophetam non facile seu euidenter occurrat: eum sanè qui Propheta esset dictum angelum legimus. Sed si angelorum dicta Prophetica nota sunt,id est, quibus futura prænunciauerunt: cur non possit angelus Prophetæ nomine nuncupari? Veruntamen vt dixi expressum & manifestum de hac re testimonium non occurrit. Quod angelus 32
dicit ad Gedeon, Dominus tecum potẽs in Iudic.6.
fortitudine,nominatiuus casus est, non vo- L
catiuus. Hoc est,dominus potens tecum est, non tu potens. Aduertendum est dixisse 33
angelum tanquam ex domini authoritate, Iudic.6.
Non ne ecce misi te,cum loqueretur ad Gedeon. Quis.n.eum misit, nisi qui ad eũ angelum misit? Delbora verò ait ad Baraeh, Nonne mandauit dominus deus Israel tibi? Hic aũt non dictum est,Nonne ecce misit te dñs:sed,Nonne ecce misi te. Vbi re- 34
spondet Gedeon ad angelum, In me domi- Iudic.6.
ne: hoc est,in me intende in quo saluabo Israel, ecce mille mei humiliores mei in Manasse. Intelligitur præpositus fuisse mille hominum,quos Græcè χιλιάρχους, appellat scriptura. An quid aliud? Animaduertendũ 35
est quòd Gedeon non ait angelo, Offeram Iudic.6.
tibi sacrificium: sed ait,offeram sacrificium meum, & ponam in conspectu tuo. Vnde intelligendum est non eum angelo, sed per angelum sacrificiũ offerre voluisse. Quod & ipse angelus euidenter ostendit, qui non ab eo sacrificium tanquam sibi sumpsit, sed ait illi, Accipe carnes & azymos, & pone ad petram illam, & ius effunde. Et cum hoc fecisset Gedeon, extendit angelus summum virgæ quæ erat in manu eius, & tetigit carnes & azymos, & accensus M
est ignis de petra, & comedit carnes & azymos. Ita etiam ipse angelus in sacrificio quod obtulit Gedeon, officium ministrantis implenit: ignem quippe homo minister vt homo sine miraculo subiecisset, quem mirabiliter vt angelus iste subiecit.

Denique

Universidad de Deusto
Biblioteca

Denique tunc cognouit Gedeon q̄ angelus domini esset. Nā hoc scriptura continuo subdidit, Et vidit Gedeon qm̄ angelus domini est. Prius ergo tanquam cū homine loquebatur, quē tamen hominem dei credidit, vt corā ipso sacrificiū vellet offerre, velut adiuuandus præsentia eius sanctitatis.

36 Quæri potest quare Gedeon ausus fue-
Iudic.6. rit sacrificium offerre deo præter locū vbi
Supra li- iusserat deus Præter tabernaculū quippe
bro. 3. suum deus prohibuerat sacrificari sibi: cui
qōnum tabernaculo templū postea successit. Tēpo-
qō. 56. re aūt quo fuit Gedeon, tabernaculum dei
simile. erat in Silo: atque ideo illic tantum legitime
posse sacrificari. Sed intelligendū est quòd
illum angelū primo. Prophetā putauerat,
& tanquam deum in illo consuluerat de of-
ferendo sacrificio. Q̄d ille si prohibuisset,
non vtiq; fieret. Sed quoniam approbauit,
& vt fieret annuit, dei authoritatem. Gedeō
in faciendo secutus est. Ita quippe deus legi
A tima illa cōstituit, vt leges non sibi sed ho-
minibus daret. Vnde quodcunque præter il
la ipse præcepit, non à trangressoribus, sed
potius à pijs & obedientibus impletum in-
telligendum est: sicut Abraham de immolā
Ge. 22. do filio. Nam & sic Helias extra tabernacu
1.Re.18 lum dñi ad conuincendos sacerdotes idolo-
rum sacrificauit, quod ex præcepto domini
fecisse intelligendum est, qui ei tanq̄ Pro-
phetę reuelatione atq; inspiratione iusit vt
faceret. Quanquam tanta consuetudo prę-
ter tabernaculum sacrificandus crebuerat,
vt etiam Salomon in excelsis sacrificasse
inueniatur, nec eius sacrificium fuisse repro
batum. Et tamen notantur reges qui inter
opera laudabilia sua non destruxerunt ex-
celsa, vbi contra legem dei populus sacrifi-
care consueuerat, Et qui destruxit maiore
prædicatione laudatur. Ita deus consuetu-
dinem populi sui, qua præter eius taberna
culum, tamen non dijs alienis offerebant,
sed domino deo suo, sustinebat potius quàm
vetabat, etiam sic exaudiens offerentes. Hoc
autem quod Gedeon fecit quis non in
ligat per angelum procuratum vt prophe-
tice fieret, in qua prophetia petra illa com-
mendaretur? Cui quidem petræ non sacri-
ficatum est, sed de illa ignis commemoratur
B exisse quo sacrificium consumeretur. Siue
etiam per aquam quam percussa petra effu-
dit in eremo, siue per ignem, donum spiri-
tussancti significatur, quod ditissime domi-
nus Iesus Christus effudit super nos. Nam
& in Euangelio significatum est hoc donū
per aquā vbi ipse dñs ait, Si quis sitit, veniat Ioan.7.
& bibat: qui credit in me, sicut dicit scriptu-
ra, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ:
vbi Euangelista subiunxit, Hoc aūt dicebat
de spiritu quē accepturi erant credentes in
eū. Significatum est & per ignē, vbi venie-
te illo super congregatos legitur, Visæ sunt Actor.
illis linguæ diuisæ velut ignis, qui & insedit
super vnūquemque eorū. Et ipse dominus
ait, Ignē veni mittere super terrā. Et factus
est numerus eorum qui lambuerunt manu Luc.
sua, lingua sua, trecēti viri. Pleriq; Latini eo 37
dices non habent, manu sua, sed tantūmodo Iudic.
lingua sua, qm̄ sic intellexerunt quod supra
dictum est, sicut canes. Græcus aūt habet
vtrunq;, manu sua & lingua sua, vt intelliga
tur q̄ manu aquam raptā in os proijciebāt:
& hoc erat simile bibentibus canibus, qui
nō ore oppositō sicut boues aquam ducunt
quā bibunt, sed lingua in os rapiunt: sicut ēt
isti intelliguntur fecisse, sed cum manu in os
aquam proijcerent quā lingua exciperent.
Nā & interpretatio ex Hebræo planius id C
habet his verbis. Fuit numerus eorum qui
manu in os proijcientes aquā lambuerant
trecenti viri. Neq; enim solent homines ita
bibere vt sine opere manus lingua, sicut ca-
nes aquā hauriant. Aut verò istis præceptū
fuerat vt hoc facerent: sed cū ad bibendū de
scendissent ad aquā, multi genu flexo bibe-
runt, quod facilius & minore labore fieret:
pauci verò quia nō flexo genu se incuruа-
uerunt, vt canes biberunt, sed aquam manu
in os iactabant. Quorū numerus quia trecē
ti erant, signum insinuat crucis propter li-
teram T Græcā, qua iste numerus signifi-
cat: per quos etiā gentes magis in crucifixū
credituras præfiguratū est, quòd litera Græ
ca est. Vnde Græcorum nomine Apostolus
omnes gentes significat cū dicit, Iudæo pri-
mum & Græco. Et Iudæis & Græcis, sæpe Roma.
ita commemorans circumcisionem & prępu
tium, quòd in linguis gentiū Græca ita ex-
cellat vt per hanc oēs decenter significētur.
Iste numerus & in vernaculis Abrahæ ani
maduertendus est, per quos fratrem ab hos-
tibus liberauit, qñ eum Melchisedech in D
magno mysterio benedixit. Quòd.n. exube Gene.
rant illic decem & octo, nam trecenti decem
& octo fuisse referuntur: videtur mihi signi
ficatum quo etiam tempore fieret, id est ter
tio quod futurum erat sub gratia. Nam pri-
mum est ante legē, secundū sub lege, tertiū
sub

sub gratia. Singula uero tempora senario
numero significata sunt propter pfectionē.
Luc.13. Nam ter seni, decem & octo sunt. Vnde &
illa mulier decem & octo annos habet infir
mitate, quam eurutam Saluator cum inueniſ
set erexit, & à diaboli alligamento, vt Euan-
2.Co.1. gelium indicat, soluit. Nam q̄ ita isti pro-
Mat.15. bati sunt, per quos uincerer Gedeon, vtsimi
2. Reg. les in bibendo canibus dicerentur, signifi-
14. cat quot contemptibilia & ignobilia elegit
38 dñs. Pro contemptu enim habetur canis. Vn
Iudic.7. de dicit: Nō est bonum tollere panem filio-
rum & mittere canibus. Et Dauid vt se tā
quam contemptibilem abijceret, canem se
appellauit loquens ad Saul. Quid sibi uult
quod scriptum est, Gedeon descendit, ipse,
& Phara puer eius in partem quinquagin-
ta qui erant in castris. quod Latini quidam
codices habēt, in eam partem in qua erant
quinquageni custodes in castris: alij uero,
E partem quinquagesimam in castra. Obscu-
rum quippe dictum plures sententias inter
pretum fecit. Sed aut ea pars castrorum erat
quam seruabant q̄nquaginta custodes: aut
si quinquageni intelligendi sunt circunqua
que seruasse, in unam partem isti descende-
39 runt ubi erant quinquaginta. Quod ille
Iudic.7. qui proximo suo somnium narrauit, quod
audiuit Gedeon vt de uictoria futura con-
firmaretur, dixit se uidisse mensam panis
hordeacei, uoluentem in castris & percutiē
tem tabernaculum Madian, & subuerten-
tem: hoc intelligendum arbitror quod de ca
nibus, quia per contemptibilia mūdi, quæ si
gnificat mensa panis hordeacei, saluator su-
40 perbos fuerat confusurus. Quod excla-
Iudic.7. mari iussit Gedeon à trecentis suis, Gladius
dño & Gedeon: id est, huic Gedeon, hoc si-
gnificat quod gladius id erat optaturus, q̄
dño placeret & Gedeon. Quæri solet qd
41 sit Ephud, vel Ephod, seu Ephot. Quod q̄-
Iudic.8. dem si sacerdotale est indumentū, qd̄ pleri-
que dicunt, vel potius super indumentum,
quod ἐπωμίδιον Græce dr̄, uel ἐπωμίς, qd̄
magis, super humerale interpretari Latini
pōt: merito mouet qūo de tanto auro Ge-
F deon id fecerit. Nam ita scriptum est. Et fa-
ctum est pondus inaurium aurearum quas
petierat sibi mille septingenti auri sicli, præ
ter brachialia & torques & operimenta pur
purea quæ erant super reges Madian, præ
ter torques, quæ erant in ceruicibus came-
lorum ipsorum, & fecit illud Gedeon in E-
phud, & statuit illud in ciuitate sua in E-
phra, & fornicatus est omnis Israel post il-
lud ibi, & factum est Gedeon & domui e-
ius in scādalum. Quomodo ergo ista uestis
de tanto auro fieri potuit? Nam & mater Sa 1. Reg.
muelis fecit filio suo, sicut legimus, Ephud 2.
bar, quod nōnulli interpretati sunt Ephud
lineum, quando eum dedit dño in templo
nutriendum. Vbi euidentius apparet hoc ge
nus esse indumenti. An ideo dictum est, sta
tuit illud in ciuitate sua, vt hinc intelligere-
tur aureum fuisse factum Non enim dictū
est, posuit, sed statuit qm̄ ita erat solidum &
ualidum ut statui posset, hoc est, positum
stare. Hoc ergo illicitum cum fecisset Ge-
deon, fornicatus est post illud omnis Isra-
el, id est, sequendo illud contra legem dei,
vbi non frusta quæritur, cum idolum non
fuerit, id est, cuiusquam dei falsi, & alieni si-
mulachrum, sed Ephud, id est, unū de sacra
mentis tabernaculi quod ad uestem sacerdo
talem pertineret, qūo fornicationem scri- G
ptura dicat populi ista sectantis atque uene
rātis. Ideo scilicet, quod prēter tabernaculū
dei vbi erant ista quę sibi fieri iusserat deus
Israel, extra simile aliquid fieri phas non e-
rat. Ideo sequitur & dicit scriptura, Et factū
est Gedeon & domui eius in scandalum: id
est, vt ab offenso deo discederet, quia & hoc
quoddam genus idoli quodammodo erat,
quòd extra dei tabernaculum quodlibet
manu factum ꝑ deo coleretur, cū illa ipsa,
q̄ iussa sunt in tabernaculo fieri ad dei po-
tius cultum referrentur, q̄ pro deo aliquid
eorum, aut pro dei simulachro colendū ha-
beretur. Quanquā per Ephud uel Ephod,
ea locutione quæ significat a parte totū, oīa
possunt intelligi quę constituit Gedeon in
sua ciuitate, ueluti ad colendū deum simi-
lia tabernaculo dei. Et propterea ꝑ hoc, q̄a
hoc est sacerdotalis honoris insigne, quod
sæpe scriptura cōmemorat, vt hoc sit pecca-
tum Gedeon, q̄ extra dei tabernaculū fece
rit aliquid simile, vbi coleretur deus: non q̄
solido auro uelut ad adorandum constitue-
Ephud, sed quod essent ex auro ipso qd̄
etiam ex præda fecerit, ea quæ pertinerent
ad ornamēta vel instrumenta sacrarij, q̄ oīa H
ꝑ Ephud significata sunt ꝓpter excellētiā,
ut dixi, uestis sacerdotalis. Nam & ipsum
Ephud non quidem ex auro solo fieri præ-
ceptum est, si hoc est, super humerale sacer-
dotalis uestis, ueruntamen etiam aliquid au
ri habet, Nam ex auro & hyacintho & pur
pura & coccino & bysso ut fieret, diuinitus

imperatum est, sed quia hoc ita posuerūt septuaginta interpretes, vt cōmemoratis omnibus, q̄ de spoliis acceperat Gedeon inferrent, & fecit illud Gedeon in Ephud: videtur ita dictū, tanquam ex toto illo, quod cōmemoratum est hoc factum esse credatur, cum possit etiam illic intelligi locutio, quæ significat a toto partem, ut quod dictum est fecit illud in Ephud: intelligatur, fecit inde Ephud, vel fecit ex eo Ephud, non secundū illud totum consumens in Ephud, sed ex illo quantum sufficiebat impendens. Nam in illa interpretatione quæ ex Hebræo est, sic legitur, Fecitq; ex eo Gedeon in Ephod. Quod enim ad septuaginta scriptum est Ephud, hoc in Hebræo phibetur dici Ephod.

I Non aūt omnes sacerdotes tali utebātur superhumerali quod esset ex auro & hyacintho & purpura & coccino & bysso, sed solus summus sacerdos. Vnde illud quod de Samuele commemorauimus factum, illi ab eius matre, non erat utique tale, quoniā cū datus est nutriendus non erat summus sacerdos utique puer. Vnde vt dictum est, Ephud bar appellatur, uel potius Ephud bat, sicut asserunt qui Hebræam linguam nouerunt, quod interpretatur Ephud lineū. Sed Gedeon existimo illud fecisse quod erat p̄cipuum summi sacerdotis indumentum, atque ornamentum, per quod & cætera significata sunt opera sacrarii, quod in sua ciuitate præter dei tabernaculum constituerat, & propter hoc peccatum factum, & illi & domui eius in scandalum, vt sic interiret quod postea scriptura narrat, tanta eius numerositas filiorum. Non prętereunda o-
42 Iudi. 8. ritur quæstio, quō quieuerit terra quadraginta annos in diebus Gedeon, cum post victoriā qualiberauit Hebræos, ex auro spoliorum fecerit abominationem, & post illā fornicatus sit omnis Israel, & fuerit illi, & domui eius in scandalum. Quomodo ergo post hoc tantum nefas, quòd & Gedeon & populus admisit, requieuit terra quadraginta annos, cum hoc scriptura soleat ostende-
K re, cum a dño deo populus fornicaret, tuno
H potius pacem illos perdere, non acquirere, & hostibus subiugari, non ab hostium infestatione muniri? Sed intelligendum est: sicut solet scriptura, per prolepsin, id est, per præoccupationem dixisse, q̄ fecerit Ephud contra dei legem Gedeon ex illo auro, q̄d fuerat hostibus deiectis atque prostratis ablatum, quia uno loco dicere uolunt, & unde erat aurum, & quid de illo factū sit: sed postea factum est in fine dierum Gedeon hoc peccatum, qui secutæ sunt ēt mala, q̄ deinde scriptura cōtexuit, posteaq̄ cōmemorauit, quot annis in diebus Gedeon terra cōquieuerit, quos annos recapitulando cōmemorauit, id est, ad ordinē quē præuerterat, prius dicendo de illo scādalo, q̄ nouissime factū est. Et factū est cū esset mortuus Gedeō, 43 Iudi. 8
& auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt post Baalim, & posuerunt ipsi sibi Baalberith testm, ut esset eis ipse in deū. Et Baalim & Baalberith idola intelligēda sunt. Maior itaq; trāsgressio & fornicatio cōmissa est a populo post mortē Gedeon q̄ illo uiuo p̄p. Ephud, qm̄ & illud; & si illicite factū erat, L
tñ de sacramentis tabernaculi erat: ista uero post idola fornicatio non habet, uel falsam paternæ religionis defensionē. Vnde etiam illud Ephud, si non in fine tēporis Gedeō, q̄ sed ante factū est, ita deus patienter tulit, ut pax in terra pseueraret, q̄ licet factum erat q̄ prohibuerat, non tū longe recessum erat ab illo q̄ tale aliq̄d in tabernaculo suo, atq; in honorē suū fieri iusserat. Nunc vero grauiora cōmissa & apertissimā post idola fornicationē populi esse noluit impunitam. Quòd inducit rhamnus. i. quoddā 44
spinarū genus in similitudinē dicere ceteris Iudi. 9
lignis conuenientibus ad eā vt regnaret super ea, Si in ueritate ungitis me uos regnare super uos, uenite cōfidite in p̄tectione mea, & si nō exeat ignis de rhāno & comedat cedrus Libani. Obscurus sensus est, & cum inuenta distinctio manifestat. Non. n. ita legendū est, & si nō exeat ignis de rhamno, sed subdistinguendum, & si non ac deinde ferendū, exeat ignis de rhamno, id est, si non confiditis in protectione mea, aut si nō in ueritate ungitis me regnare super uos, exeat ignis de rhamno, & comedat cedros Libani. Comminantis. n. uerbā sunt quid facere possit, si noluerint eam regnare super se. Verū quia non ait, exibit ignis de rham- M
no, & manducabit cedros Libani, sed ait, exeat & manducet: obscurius factū est, quā si sola distinctio lateret. Vehementioris autem comminationis est, & quodam modo præsentioris efficaciæ, si quis dicat, si nō uis facere q̄ uolo, fæuiat in te ira mea, id est, iā fæuiat, vt quid eam teneo? Quasi dicat, fæuiat, permisiuo modo, pœnam intentās futuram. Emisit deus spiritum malignum 45
inter Abimelech & inter uiros Sichimorū.

Hoc

Iudic. 9. Hoc uerbum, vtrum imperantem, an permittentem deum significet, non facile definiri potest. Quod. n. hic positum est, emisit, Græcus habet ἀπέστειλεν, quod etiā est in Psalmis ubi legitur: Emitte lucem tuam,
Psal. 42. quanquam in quibusdam locis interpretes nostri, ubi est in Græco ἀπέστειλεν, misit, interpretati sunt, non emisit. Potest ergo & sic intelligi, vt spiritum malignū deus tāquam ire inter eos volentem emiserit, id est potestatem dederit maligno spiritui ad eorum pacem perturbandā. Vsqueadeo autem etiā mitti à domino malignum spiritum p̄pter institiam vindicandi, nō absurdum, vi-
A sum est, vt quidā id quod est ἀπέστειλεν
46 etiam immisit interpretati sint. Verba q̄
Iudic. 9. misit ad nūcios Abimelech Zebul princeps ciuitatis Sichimorum etiam id habent. Et nunc surge nocte tu & populus tuus tecum, & insidiare in agro. Et erit mane simul vt oritur sol, maturabis & tendes super ciuitatem. Quod Latini quidā habent maturabis, quidam uero manicabis, Græcus habet qđ dici posset non uno uerbo, diluculo surges. Et fortasse hinc sit dictum, maturabis, à matutino tempore, quanuis etiā alio tempore dici soleat ad rem accelerandam. Manicabis autem Latinum uerbum esse mihi non occurrit. Sed illud mouet quòd cum dixisset, simul vt oritur sol: addidit, diluculo surges: cū ipsum diluculum qđ Græce dicitur ἑῴθινον, tempus ante solem significet, quòd iā vsitatissime dicitur, cum albescere cœperit. Sic itaq; intelligendum est, vt quod positum est mane, ipsum diluculum intelligatur. Additū est autem, simul vt oritur sol: vt exprimeretur, non iam orto sole faciendū, sed ubi fulgor apparuerit solis orientis. Non. n. aliunde albescit diluculum, nisi cum cœperit par-
Luc. 24. tem cœli quā uidemus ab Oriente, lux solis
Marci. 6. ad eam redeuntis attingere. Hinc est quòd
B etiam in Euangelio vnam atq; eandem rem alius Euāgelista dicit diluculo factā cū adhuc obscurū esset, alius oriente sole: quia & ipsa lux quātulacūq; diluculi sole vtiq; fiebat oriēte. i. ad ortum veniente & fulgorem suum de suę præsentię propinquitate iactāte. Quam lucem quidam idiotæ solis non esse putauerunt, sed illam esse quæ primitus
47 condita est antequam deus quarto die con-
Iudi. 10. deret solem. Et surrexit post Abimelech qui saluū faceret Israel Thola filius Phua, filius patris fratris eius, uir de Isachar Filium patrui eius, dixit, filium patris fratris eius, cum ordinatius & vsitatius atq; apertius diceretur filium fratris patris eius. Filius. n. erat patrui eius, sicut euidentius in ea interpretatione quæ ex Hebræo est inuenitur. Non ergo quod dictum est patris fratris, ab eo declinatū est quod est in nominatiuo casu pater fratris, sed ab eo quod est patris frater, hoc est. n. patruus. Nam siue ponatur in nominatiuo, hic pater fratris, siue ponatur, hic patris frater genitiuū facit, huius patris fratris. verū altera oritur quęstio, quomodo fuerit patruus Abimelech uir de Isachar. i. uir de tribu Isachar, cum Abimelech patrē habuerit Gedeon, qui Gedeon de tribu fuit Manasse. Quomodo ergo Phua C
& Gedeō fratres fuerūt, vt possit esse Phua patruus Abimelech, cuius patrui filius Thola succederat, secundū istam narrationem, ipsi Abimelech? Potuerunt ergo Gedeon & Phua vnam habere matrem ex qua diuersis patribus nascerentur, & fratres essent vnius matris filij, non vnius patris. Solebant enim nubere fœminę de alijs tribubus in alijs tribubus. Vnde & Saul cum esset de tribu Beniamin dedit filiam suam Dauid homini de tribu Iuda. Et sacerdos Ioiade vtique hō de tribu Leui, duxit filiam Iorā regis hominis de tribu Iuda. Hinc factū est, vt Elizabeth & Mariam cognatas in Euangelio legamus, cum fuerit Elizabeth de filiabus Aaron. Ex quo intelligitur de tribu Leui & filiabus Aaron aliquam nupsisse in tribum Iuda, vn de ita fieret inter ambas illa cognatio, vt dūi caro non solum de regia, verumetiā de sacer dotali stirpe propagaretur. Inter cætera 48.
quæ Iepte mandat per nuncios regi filiorū Iudi. 11.
Ammon, etiam hoc dicit, Nonne quæcunq; hæreditabit tibi Chamos deus tuus, hæc hæreditabis: & omnia quęcūq; hæreditabit dūs deus noster à facie vestra, hæc hæreditabimus? Quod quidam Latini sic interpretandū putauerunt, vt dicerent, Nonne quæcūque dedit tibi in hæreditate Chamos deus D
tuus, hæc possidebis? Vbi videri pōt, confirmasse Iepte deū istū qui vocatur Chamos, potuisse aliq̄d dare in hæreditatem cultoribus suis. Quidā vero sic hūc locū interpretati sunt. Nōne quæcūq; possedit Chamos deus tuus, hæc possidebis? Et hoc ita sonat, quasi aliquid potuerit possidere. An fortè secundum hoc dictum est, quod sub angelis constitutæ sunt gentes iuxta canticum Moysi famuli dei? Nūquidnā ergo ille angelus sub quo erāt filij Ammō, Chāos appellatus est?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis hoc audeat affirmare, cum posit intelligi secundum eius opinionem dictũ, qa putabat deum suũ hoc posidere, vel in possessionem sibi dedisse. Magis autem iste sensus elucet in ijs verbis quæ Græcus habet, Nõne quæcunq; hæreditabit tibi Chamos deus tuus, hæc hæreditabis vt in eo qđ positum est; tibi, intelligatur ita dictũ, ac si diceretur, sicut videtur tibi. Tibi.n. hæreditabit qui hoc putas, non qđ ille aliquid possit hæreditare. Deinde in eo quod sequitur, Et omnia quæcunq; hæreditabit dñs deus noster, non dixit hæreditabit nobis tanq̃ diceret, sicut nobis videtur, sed vere hæreditabit à facie vestra, qm̃ abstulit ipsis, & his dedit:
E hæc inquit hæreditabimus. De filia Iepte
49. quòd eam pater in holocaustoma obtulit
Iud. 11. deo, quoniam in bello vouerat, si vicisset, eũ se holocaustoma oblaturũ qui sibi de domo exiens occurrisset: quod cũ vouisset vicit, & occurrente sibi filia quod vouerat reddidit: solet esse magna & ad diiudicandum difficillima quæstio: quibusdã quid sibi hoc velit nosse cupientibus & pie quærẽtibus: quibusdã vero qui scripturis his sanctis imperita impietate aduersãtur, hoc maxime in crimẽ vocantibus, qđ legis & Prophetarũ deus etiam humanis sacrificijs fuerit delectatus. Quorum calũnijs sic primitus respondemus, vt deũ legis & Prophetarũ, atq; vt expressius dicam, deũ Abrahã & deum Isaac & deum Iacob nec illa sacrificia delectauerint vbi pecorum holocausta offerebantur: sed quòd significatiua fuerint & quædam vmbræ futurorum, res ipsas nobis quæ his sacrificijs significabantur commendare voluisse: fuisse aũt etiam istã vtilẽ causam cur illa mutarentur, nec modo iuberentur, immo prohiberentur offerri, ne vere secundũ
F carnalem affectũ talibus deum delectari putaremus. Sed vtrum etiam humanis sacrificijs significari futura oportuerit, merito q̃ritur: non quod mortes hominum quãdoq; moriturorum in hac causa exhorrescere & formidare deberemus, si illi qui hæc de fieri gratanter acciperent, in ęternã remunerationẽ cõmẽdarentur deo. Sed si hoc verũ esset, hoc genus sacrificiorũ deo non displiceret. Displicere autem deo satis euidenExo.13. ter cadẽ scriptura testatur. Nã cum omnia primogenita sibi dicari & sua esse voluerit atq; præceperit, redimi tamen à se voluit primogenita hominum, ne immolãdos deo crederẽt filios suos quos natos primitus susceperãt. Deinde hoc apertius ita loquitur, quòd humana holocausta sic deus improbet vt prohibeat, detestãs ea in alijs gẽtibus & populo suo præcipiens ne audeat imitari. Si autem, inquit, exterminauerit dñs deus tuus gentes, in quas tu intrabis hæreditare terrã eorũ in conspectu tuo, & hæreditabis eos & habitabis in terra eorũ: attende tibi ipsi ne exquiras sequi eos postq̃ exterminati fuerint à facie tua, ne exquiras deos eorũ dicens, quemadmodũ faciũt gentes dijs suis faciam & ego: non facies ita dño deo tuo. Abominamenta .n. quæ dñs odit fecerunt dijs suis, quoniam & filios suos & filias suas comburunt igni dijs suis. Quid euidentius
G ostẽdi põt his sanctę scripturæ testimonijs, vt alia huiusce modi omittã, quàm deum à quo hæc scriptura humano generi contributa est, non solum non diligere, verumetiam odisse talia sacrificia in quibus homines immolantur. Illa planè diligit & coronat, cum quisq; iustus iniquitatẽ patiẽs vsq; ad mortem pro veritate decertat, vel ab inimicis quos pro iusticia offendit occiditur, retribuens eis bona pro malis, id est, pro odio dilectionem. Talem dicit dñs sanguinẽ iustũ, Matth. à sanguine Abel vsq; ad sanguinem Zachariæ. Præcipuè autem qđ sanguinẽ sudit ipse pro nobis, & sacrificiũ seipsum obtulit deo. Sic vtiq; obtulit, vt ab inimicis pro iustitia occideretur: hunc imitata martyrũ milia vsque ad mortem pro veritate certarunt, & ab inimicis sęuientibus immolata sunt, de Sapie. quibus dicit scriptura, Tanq̃ aurum in fornace probauit illos, & sicut holocausti hostiam accepit illos. Vnde & Apostolus dicit, Ego enim iã immolor. Sed non sic Iepte de filia fecit holocaustoma dño: sed sicut præ- 2. Tim. ceptum fuerat pecora offerri, & prohibitũ fuerat homines immolari. Magis hoc illi si- H mile uidetur quod fecit Abraham, quod dominus specialiter fieri præcepit, non generali lege ut talia sibi sacrificia fierent aliquãdo mãdauit, immo ẽt fieri omnino prohibuit. Distat itaq; hoc qđ Iepte fecit à facto Abrahæ, quoniam ipse iussus obtulit filiũ: iste autẽ fecit, quod & lege uetabatur, & nullo speciali iubebatur imperio. Deinde non solum in sua lege postea, uerumetiam tunc dominus in ipso Abrahæ filio talibus sacrificijs quòd non delectaretur ostendit: cum patrem cuius fidẽ iubẽdo probauerat, à filij tamẽ interfectione prohibuit, ac arietẽ, quo sacrificium licitè secundum ueterẽ cõgruã temporibus

temporibus consuetudinem compleretur, apposuit. Si autem hoc quenquam mouet, quomodo pie crediderit Abraham dñm sacrificijs talibus delectari, si hæc illicite offeruntur deo: & ideo putat recte credidisse ẽt Iepte, quòd tale sacrificium deo posset esse acceptum, primo consideret aliud esse ultro uouere, aliud iubenti obtemperare. Non enim si aliquid præter morẽ in domo à dño institutum seruo iubetur, atque id laudabili obedientia facit, ideo non est plectendus, si hoc facere sponte præsumpserit. Deinde ha
I bebat quod crederet Abraham, vt propter diuinum imperium non parceret filio: non credens deum tales uictimas libenter accipere, sed hoc eum propterea iussisse, vt te sciscitaret occisum, & hinc aliquid tanquam deus sapiens demonstraret. Nam hoc de illo etiã in epistola legitur quæ inscribitur Heb.11. ad Hebræos: & fides eius, quia hoc de deo crediderit, qđ posset filiũ eius suscitare, laudatur: Iste uero & deo non iubente, neque poscente, & contra legitimum eius præceptum, ultro sacrificiũ uouit humanum. Sic enim scriptũ est, Et uouit Iepte uotum dño & dixit, Si tradicione tradideris mihi filios Ammon in manu mea, & erit, quicũq; exierit de ianuis domus meæ in obuiam mihi in reuertendo me in pace a filijs Ammon, & erit, dño offerã eũ holocaustoma. Non utique his uerbis pecus aliquod uouit, qđ secũdũ legẽ holocaustoma posset offerre. Neq; enim est aut fuit consuetudinis, ut redeũtibus cũ uictoria de bello ducibus pecora occurrerent. Quantum autem attinet ad muta animalia, canes solent dñis blãdo famulatu alludentes currere in obuiam: de quibus ille in suo uoto cogitare nõ posset, ne in iniuriã dei aliquid, nõ solũ illicitũ, uerumetiã contẽptibile, & secundum legẽ immũdum
K uouisse uideretur. Nec ait, quodcunq; exierit de ianuis domus meæ obuiam mihi, offerã illud in holocaustoma: sed ait, quicunq; exierit offerã eũ vbi ꝓculdubio nihil aliud quam hoiem cogitauit: non tñ fortasse unicam filiam. quanquam illam in tanta paterna gloria quis posset ante ire, nisi forte vxor? Nam ꝓ non dixit quæcunque exierit de ianuis domus meæ, solet scriptura masculinum genus pro quolibet sexu ponere: sicGe. 23. ut de Abraham dictum est, surgens a mortuo eius uxor mea fuisset. Quia ergo de hoc voto atque facto nihil vſ scriptura iudicasse, sicut de Abraham quando filiũ iussus obtulit, apertissime iudicauit: sed tantummodo scriptum reliquisse legentibus iudicandum: quẽadmodum de facto Iudæ fi- Ge. 38.
lij Iacob, qñ ad nurum quidem suã nescięs intrauit, uerum quantum in ipso fuerat fornicatus est, quia meretricem putauit, neq; approbauit hoc scriptura, neq; improbauit, sed iustiria & lege dei consulta æstimãdum pensandumq; dimisit. Quia ergo de isto Iepte facto in neutram partem sententiã scriptura dei protulit, vt noster intellectus in iudicando exerceretur, possemus iam dicere deo displicuisse tale votum, & ad illam L
perductum esse uindictam, ut patri potissimum filia unica occurreret: quod si speraſſet, atq; vouisset, non continuo vt eam uidit scidisset uestimenta sua, & dixisset. Heu me filia mea, impedisti me, in offendiculum facta es in oculis meis. Deinde sexaginta dierum tam longa dilatione data filiæ suæ, dominus ab unicæ, & charissimæ nece cum eũ non prohibuerit, sicut prohibuit Abraham, donec perficiendo, quod vouerat seipsum percuteret orbitate grauissima, deum autẽ nequaquã hominis immolatione placaret: & ideo huiusce modi patri pœnam fuisse retributam, ne impunitũ talis voti relinqueretur exemplum: vt aut ne magnum aliq̃d se vouere deo putaret homines cũ uictimas humanas uouerent, & quod est horribilius filiorum: aut non uera, sed potius simulata eadem vota essent, cum velut exẽplo Abrahæ sperarent qui vouissent, deum prohibiturum talia vota compleri. Possemus inquã hęc dicere, nisi ab ista sententia duo nos pcipue diuinarum scripturarum testimonia retardarent, vt hanc rem gestam & in his libris tantæ authoritatis memoriæ commen- M
datam, diligentius quantum dominus adiuuat & cautius perscrutemur, ne in ullam partem iudicium temerarium proferamus. Vnum ꝓ in epistola ad Hebræos iste Iepte inter tales commemoratur, vt eum culpare vereamur, vbi sic scriptum est, Et quid Heb.11.
huc dicam? Deficit enim me tẽpus enarrandi de Gedeon, Barach, Sampson, & Iepte, & Dauid, & Samuel, & prophetis qui per fidem vicerunt regna operantes iustitiam consecuti sunt repromissiones. Alterũ ꝓ vbi de illo ista narrantur, ꝓ tale vouerit & impleuerit uotum, præmisit scriptura dicens, Et factus est super Iepte spiritus dñi, & perrexit Galaad & Manasse & trãsiit speculam Galaad, & de specula Galaad trãsiit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad filios Ammõ,& uotum uouit Iepte dño & cætera ad hoc ipsum uotum pertinentia, vt omnia, quæ deinceps facta sunt,tanquã opera spiritus dñi qui super eum factus est intelligenda facta uideantur. Ista testimonia nos compellunt quærere potius cur factum sit,quàm facile improbare quod factũ est. Sed primo illud quod ex epistola quæ ad Hebræos est commemoraui, inter illos laudabiles uiros qui ibidem recoluntur, nõ solum est Iepte,uerũetiam Gedeon de quo
A similiter scriptura dicit.Spiritus dñi cõfortauit Gedeon:& tñ eius factum quod de illo auro prædę operarũ est Ephud, & fornicatus est post illud omnis Israel, & factũ est domui Gedeon in scandalum, non solũ laudare non possumus, uerumetiã quia scriptura hinc apertissime iudicauit,reprobare minime dubitamus:nec tñ ex hoc ulla fit iniuria spiritui domini, qui eum confortauit vt hostes populi eius, tanta facilitate superret. Cur ergo inter illos commemoratur, qui eum per fidem uicerunt regna, operantes iustitiam:nisi quia sancta scriptura, quorum fidem,atq; iustitiã veraciter laudat,nõ hinc impeditur eorũ etiam peccata, si qua nouit,& oportere iudicat,notare ueracitẽr? Nam & in eo qđ idem Gedeon signum petens,sicut ipse locutus est, tentauit in uellere:nescio utrum nõ fuerit transgressus pce-
Deut.6. ptum,quo scriptum est, Non tentabis do-
Mat.4. minum deũ tuum. Veruntamen ẽt in eius tentatione dñs, qđ prænunciare volebat ostendit:in cõpluto.s.uellere, & area tota circunquaque sicca, figurare primum populũ Israel, ubi erant sancti cum gratia cœlesti, tanq̃ pluuia spiritali:& postea cõpluta area
B sicco uellere, figurare ecclesiam toto orbe diffusam,habentem non in uellere, tãquam in uelamine,sed in aperto cœlestem gratiã, illo priore populo,uelut ab eiusdem gratiæ rore alienato,atq; siccato. Nec tamen frustra inter fideles,& operantes iustitiam,p̃p bonitatem fidelemq; vitam,in qua eum credendum est esse defunctum, tale in epistola ad Hebræos meruit testimoniũ.Vtrum autem quia posteaquam dictum est,Factus est super Iepte spiritus domini, ea secuta sunt, vt votum illud uoueret atque hostes uineret & quod uouerat redderet, spiritui domini omnia deputanda sint, vt perinde habeatur, & hoc sacrificium, tanquam id dominus,sicut Abrahæ fieri iusserit, non facile dixerim, cum utique de Gedeon posit hæc afferri differentia,quia peccatum, quod fecit qñ fecit Ephud, post qđ vniuersus populus fornicatus est, nulla est eius commemorata prosperitas, postea vero q̃ Iepte uotum vouit,illa est insignis eius uictoria consecuta,propter quam adipiscẽdam uouerat, & qua adepta,qđ vouerat soluit.Rursus.n. considerandum est,quia Gedeon, etsi non posteaquam fecit Ephud,tñ posteaq̃ tentauit dñm,qđ vtiq; peccatum fuit,magna strage hostibus cæsis, atque superatis populo acquisiuit salutem.Sic.n.scriptum est,Et di C
xit Gedeon ad dominum, Nõ irascat indignatio tua in me, & loquar adhuc semel in uellere,&c. Iram quippe dei metuebat,q̃a nouerat tentando se peccare. quod deus in lege sua manifestissime prohibet.Hoc tamẽ peccatum eius & mirabilis signi euidentia, & magna victoriæ prosperitas liberationisq̃ populi consecuta est. Iam.n.deus statuerat afflicto populo subuenire,atq; huius ducis quẽ ad hoc opus assumpserat, utebat animo,non solum fideli & pio, uerumetiã subdeficiente & delinquente, & prænunciando quæ uolebat,& complendo, q̃ dixerat.Nõ enim per istos tantum q̃ ẽt si peccauerunt, inter iustos tamen narrantur, sed 1. Reg.
ẽt per ipsum Saulem omnimodo reproba- 19.
tum,& multa deus populo suo præstitit, in quem insiliuit ẽt spiritus dei, & ꝓphetauit non cum iuste ageret, sed cum in virũ sanctum Dauid innocentemq; sæuiret.Agit.n. spiritus domini & per bonos & p malos,& p scientes & per nescientes,quod agendum nouit & statuit. Qui etiam per Caipham Ioan.
accerrimum domini persecutorem,nesciẽtẽ D
qd dixerit,insignem protulerit ꝓphetiam, Iudic.
q̃ oporteret Christũ mori pro gẽte. Quis
.n.egit nisi spiritus domini, curans prænunciare ventura,vt iudici Gedeon tentare uolenti dominum,& non credenti, qđ ei fuerat per manum eius de salute populi iam locutus,hoc potissimum de uellere prius compluto,postmodũ sicco, & de area primum sicca,postea rigata ueniret in mentem:ut p̃ rubdefecit a fide,infirmitati eius delictoq̃ deputetur,q̃ vero etiam tali eius animo ad hoc quod generi humano significari oportebat vsus est deus,ad eius intelligatur misericordiam & mirabilem prouidentiam pertinere.Si quis autem dicit omnia scientẽ fecisse,& dixisse Gedeon ex reuelatione prophetica, vt per eum signa talia monstrarẽtur,nec defecisse a fide,& quod etiã promiserat

serat dominus credidisse,sed actione prophetica in uellere uoluisse tentare,atq; ita illius tentationẽ fuisse inculpabilẽ, sicut dolũ Ia-
Gen.30 cob:& illud quod dño ait,Non irascatur in
Iudi. 6. dignatio tua in me, nõ ideo dixisse q̃ iram eius timeret,sed q̃ eum confideret non irasci cum ea faceret, quæ spiritu eius dictante
E facienda esse tanq̃ Propheta sentiret.dicat vt videtur, dũmõ illud qđ de facto Ephud scriptura ipsa culpauit,quodlibet significet, non audeat excusare à peccato.Nã & illud,
Iudic.7. q̃ trecenti viri, ad signum crucis ipso numero pertinentes, hydrias fictiles acceperunt,eisq; argenteas faculas incluserunt,quibus hydrijs fractis repente lumina numerose micantia tantam hostiũ multitudinem terruerunt,tanq̃ ex suo arbitrio videtur fecisse Gedeon. Non.n.scriptura dicit dominum admonuisse vt hoc faceret: & tamen tã grande signum quis eius animo atq; consilio faciendum, nisi dominus inspirauit, qui præfigurauit sanctos suos thesaurum Euangelici luminis in vasis fictilibus habituros, sicut Apostolus dicit,Habemus autem the-
2.Co.4. saurum istum in vasis fictilibus? Quibus in passione martyrij tanq̃ vasculis fractis, maior eorum gloriæ fulgor emicuit,quæ impios Euangelicæ prædicationis inimicos, inopinata illis Christi claritate superauit. Seu ergo per scientes,seu per nescientes p̃figurationem prædicationemq; futurorum spiritus domini Propheticis tẽporibus operatus est:nec ideo peccata eorum dicendum
F est non fuisse peccata, quia & deus qui etiã malis nostris bene vti nouit, etiam ipsis eorum peccatis vsus est ad significanda quæ voluit. Proinde si ꝓpterea peccatũ nõ fuit, siue cuiuslibet necis humanæ,siue etiã parricidale sacrificiũ,vel vouere, vel reddere, quia magnum aliquid & spiritale significauit:frustra deus talia prohibuit: & se odisse testatus est,quoniam & illa quæ fieri iussit, utiq; ad aliquam significationẽ rerum spiritaliũ,magnarũq; referuntur. Cur ergo illa prohiberet,qñquidẽ poterant propter r[illegible]
dẽ rerũ earundem significationẽ, propter q
& ista licitè fiebant, nihilominus licitè fieri, nisi quia nec tale aliquid significãtia qua le expedit credere, hnmana deo sacrificia placuerunt, quando non pro iustitia quisq; ab inimicius:qa recte viuere voluit,aut pecare noluit interimitur, sed homo ab homine tanquam electa hostia more pecoris immolatur? Quid si,ait aliquis,qm̃ pecorũ vi-
ctimæ iam eoipso quo fuerant vsitatæ, quãuis & ipsæ à recte intelligentibus ad significationem spiritalium referuntur, minus tñ faciebant intentos ad magnũ sacramentum Christi & ecclesiæ requirendum: propterea G
deus, re insigni & inopinata volens quasi dormientes hominum animos excitare, eo magis quo talia sibi sacrificia offerri vetuerat,curauit sibi eiusmodi aliquid offerẽdũ: vt ipsa admiratio magnã gigneret qõnẽ, & magna quæstio ad perscrutandũ magnum mysteriũ studiũ piæ mentis erigeret,piè vero scrutans mens hominis altitudinem prophetiæ, velut hamo piscem dñm Christũ de ꝓfundo scripturarum leuaret? Huic nos rationi & considerationi non obsistimus. Sed alia quæstio est de animo vouentis,alia de prouidentia dei qualicunq; animo eius optime vtentis. Quamobrẽ si spiritus dñi qui factus est sup Iepte,vt hoc voueret omnino præcepit,quod quidẽ scriptura nõ aperuit: tñ si hoc ille præcepit cuius non licet iussa contemnere,non solum insipientia culpanda non est,verumetiã laudanda obediẽtia est. Hoc.n. etiam si se homo ipse interimat, quod vtiq; humana voluntate atq; cõsilio facere nephas est,profecto intelligẽdũ est obediẽter fieri potius q̃ sceleste,si diuinitus iussum est: de qua qõne satis in primo Cap.21.
libro de ciuitate disputauimus.Si autem Iepte humanũ secutus errorem humanũ sacrificium vouendum putauit:eius quidem peccatũ de vnica filia iure punitũ est, quod H
etiam ipse verbis suis satis videtur ostendere vbi ait,Heu me filia mea impedisti me,in offendiculum facta es in oculis meis: discissis etiam vestimentis suis.Veruntamen is ẽt eius error habet aliquam laudẽ fidei, quia deum timuit, ut quod uouerat redderet, nec diuini in se iudicij sententiam declinauit, siue sperans deum prohibiturũ, sicut fecit,Abrahæ,siue eius uoluntatẽ ẽt non prohibentis,intellectam facere potius q̃ contẽnere statuens.Quanquam & hic merito q̃ si potest, utrum uerius intelligitur hoc deũ nolle fieri, & in eo potius deo si non fieret obediretur, qm̃ hoc se nolle & in Abrahæ filio & in legitima prohibitione monstrauerat. Veruntamen si propterea Iepte non facere,sibi potius in unica peperciss̃e,q̃ dei uoluntatem secutus esse uideretur. Magis ergo intellexit in eo ꝓ et filia occurrit ultorem deũ, iusteq; pœnę se fideliter subdidit, timẽs sæuiorẽ tanq̃ de tergiuersatione uin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictam. Credebat.n. etiã bonæ & virginis animã filiæ bene recipi, q̃ non se ipsa vouerat immolãdã, sed voto, & voluntati nõ restiterat patris, & dei fuerat secuta iudicium. Mors.n. sicut nec sibi à quoq̃ spõte, nec cui-
I quam spõte inferenda est, ita deo iubente recusanda nõ est: cuius cõstitutione quocũq; tempore obeunda est: nec quisquã qui eam perpeti detractat vt omnino euitetur, sed tãtummodo vt differatur laborat. Hęc autem festinantibus nobis de prædicta q̃one satis esse vtcunq; discussa pro hac quidem parte visa sunt. Nunc iã quid spiritus dñi, siue p nescientem Iepte siue per scientem, siue per eius imprudentiam siue per obedientiam, siue per offensionem siue per fidem in hac re gesta præfigurauit, quantum deus adiuuat requiramus, breuiterq; pandamus. Admonet.n. nos & vrget quodãmodo iste sanctarum scripturarum locus cogitare quendam potentẽ virtute. Talis n. dicitur Iepte, qđ nomen interpretatur aperiens. Dñs ãt Iesus Christus, sicut indicat Euangelium, discipulis suis aperuit sensum vt intelligerent
1.ma.24 scripturas. Hunc Iepte fratres eius reprobauerunt, & de paterna domo expulerunt, obijcientes ei, q̃ esset filius fornicariæ, tanq̃ ipsi eẽnt de vxore legitima nati. Hoc etiã egerũt aduersus dñm principes sacerdotũ & Scribæ & Pharisæi, qui de legis obseruatio-
K ne gloriari videbantur, tanq̃ ille solueret legem, & ideo veluti non esset legitimus filius. Et q̃m de sancta quidẽ Virgine corpus assumpserat, quod fidelibus notũ est, tamen eius mater quantũ ad gentẽ pertinet, etiam illa Iudaica synagoga dici potest. Reuoluat qui voluerit propheticos libros, & videat quoties & quanta verbi seueritate atq; indignatione dñi, illa gens velut impudica mulier de suis fornicationibus arguatur. Vnde est etiam illud in hoc libro recentissimum: vel cũ post Ephud, quod fecit Gedeõ, omnis Israel legitur fornicatus, vel q̃ abierũt post deos gentium quibus erant circũdati. Vnde in illos diuina ira cõmota est, vt per annos decẽ & octo conuerterẽtur a filijs Ammõ. Sed nunquid non ex eadem gente Israel ẽt illi nati erant sacerdotes & Scribæ & Pharisæi, quos in eis diximus fuisse præfiguratos, qui Iepte tanq̃ ilti dñm Iesum Christũ, veluti non legitimũ filium persecuti expulerunt? Sed in eo similitudo adũbrata est, q̃ isti, vt dixi, veluti legis obseruatores eũ qui contra p̃cepta legis facere videbatur, tanq̃ legitimi non legitimũ iure sibi visi sunt eiecisse. Secundũ hoc.n. plebs illa dicta est fornicari, q̃ legis præcepta non seruans tanq̃ L viro non exhibebat fidem. Sic aũt scriptum est de Iepte, Et creuerũt filij vxoris & eiecerunt Iepte. Verbum quod positũ est, creuerũt, significat in figura, præualuerũt. Qđ in Iudęis impletũ est, qui præualuerũt infirmitati Christi, quia ita voluit vt ab eis quæ Gen.32
oportebat passione perferret: sicut hoc idem significãs Iacob præualuit angelo, cum quo vt idipsum portenderet luctabatur. Dixerũt ergo ad Iepte, Non hęreditabis in domo patris nostri q̃m filius mulieris fornicariæ tu: Tanquam dicerent quod Euangeliũ Ioan.8
loquitur, Non est iste homo à deo qui sic soluit sabbatum. Se aũt velut iactantes legitimos filios domino dixerunt, Nos ex for- Ioan.8
nicatione non sumus nati, vnum patrẽ habemus deũ. Et fugit Iepte à facie fratrum suorum, & habitauit in terra Thob. Fugit, q̃m se quantus esset abscondit. Fugit, quoniam eos sæuientes latuit. Si.n. cognouissent, nun- 1.Co.2
q̃ dñm glorię crucifixissent. Fugit, quoniã moriẽtis infirmitatẽ viderũt, virtutẽ aũt resurgẽtis nõ viderũt. Habitauit autẽ in terra bona: vel vt expresius dicamus, opima, Qđ enim Græce ἄριστον, hoc Latinè optimũ dicitur, Id autẽ interpretatur Thob: Vbi mihi videtur intelligenda eius à mortuis resurrectio. Nam quæ terra magis opima q̃ terre- M
num corpus excellentia immortalitatis & incorruptionis indutum? Quod autem dicitur de Iepte, quia posteaquam fugiens à facie fratrum suorum habitauit in terra Thob, colligebantur ad eum viri latrones q̃ ambulabãt cum ipso: q̃q̃ & ante passionem obiectum fuerit dño, q̃ cum publicanis & Matt.9
peccatoribus manducaret, q̃ respondit, non esse necessarium sanis medicum sed ægrotis: & inter iniquos deputatus est q̃ inter Esai.53
latrones crucifixus est, & vnum ex eis de Luc.23
cruce in paradisum transtulit: tũ postquam resurrexit & esse cœpit, secundum id quod supra exposuimus, in terra Thob, collecti sunt ad illũ scelerati homines p̃p remissionem peccatorum: qui cũ illo ambulabãt, q̃ secundum eius præcepta viuebãt. Neq; hoc fieri definit vsq; nunc, & deinceps quousque ad eum confugiunt mali, vt iustificet impios qui ad eum conuertuntur, & discant iniqui vias eius. Nã illud, q̃ hi q̃ abiecerãt Iepte, erat.n. Galaadites, cõuersi sunt ad eũ & quę fierunt eum, per quem liberarentur ab

A ab inimicis suis, q̃ clara præfiguratione significat, q̃ hi qui abiecerunt Christum, ad eum rursus cõuersi in illo reperiunt salutem: siue illl intelligãtur, quos Petrus Apostolus cum de ipso scelere arguisset, sicut in
Acto.2. Actibus Apostolorum legitur, & hortatus esset vt ad eum cõuerterentur quem fuerãt persecuti, compuncti sunt corde, & ab illo quẽ à se alienauerãt, desiderauerunt salutẽ. Quid est autem liberari ab inimicis, nisi à peccati? Sic.n. illis ait, Agite pœnitentiam, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi, & remittentur vobis peccata vestra, siue illa potius significetur quæ in fine speratur vocatio gẽtis Israel. Magis quippe ipsa videtur apparere in eo quod dicitur, Et factum est post dies, qđ vtiq; post tẽpus significat: & p hoc insinuat non illud intelligẽdũ qđ recẽti dñi passione est, sed qđ postea futurũ est. Quò videtur ẽt id pertinere, q̃ seniores Galaad venerunt ad Iepte, vt p ætatẽ senilẽ posteriora & nouissima tempora accipiẽda sint. Interpretatur autem Galaad abijciens siue reuelatio. Quorum vtrunq; satis apte huic
B rei congruit, quia primo dñm Christũ abiecerunt, eisq; postea reuelabitur. Quod vero cõtra filios Ammon dux quærebatur Iepte, quibus victis liberarentur, qui eo duce aduersus illos bellare cupiebãt, quoniã interpretatur Ammon filius populi mei, siue populi mœroris, profecto illi significantur inimici qui ex ipsa gente perseuerantes in infidelitate p̃dicti sunt, aut omnino pœnis gehennæ prædestinati, vbi erit fletus & stridor dentiũ tanq̃ populo mœroris. Quanq̃ populus mœroris, ẽt diabolus & angeli eius non inconuenienter intelligũtur: siue quia æternã miseriã eis quos decipiũt acquirunt: siue quia & ipsi æternę miseriæ deputati sunt. Elegãter sanè ad exprimendam multi
Gen.37. 42.33.et 44. euidẽtius prophetiã Iepte rñdit senioribus Galaad, Nonne vos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei, & emisistis me à vobis, & qd est qđ venistis q̃ tribulati estis? Tale aliquid figuratum est in Ioseph, quem fratres vendentes abiecerunt, & cũ fame tribularẽtur ad eius opẽ misericordiãq; cõuersi sunt. Hic vero multo amplius elucet significatio futurorum, quod nõ ipsi prorsus fratres qui eiecerũt Iepte ad eum venerunt, sed Galaad seniores pro vniuerso illo populo eidẽ supplicãtes, Sicut eadẽ gens dicitur Israel, siue in eis qui tunc fuerunt Christumq; reprobauerunt, siue in eis qui C
ad eius opem postea reuersi sunt. Populo.n. dicit inimico, siue in maioibus, siue in posteris suis lõga odia trahẽti atq; seruãti, tãdẽq; cõuerso in eis qui tũc cõuertẽdi sunt. Nonne vos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei? Hoc.n. eis uisum ẽ qui persecuti sunt q̃ eiecerũt Christũ de domo Dauid, in qua regni eius non erit finis. Et dixerunt seniores Galaad ad Iepte. Nõ sic mõ venimus ad te: Tanq̃ dicerẽt Iudæi cõuersi ad Christum, Tunc venimus, ut per sequeremur, modo uenimus ut sequamur. Profitẽtur ẽt aduersus inimicos eum futurum sibi caput. Rñdet ille, si eorum uicerit inimicos q̃ erit eis in principẽ, quod Gedeon noluit, cum id Israelitæ uoluissent. Respõdit quippe illis, Princeps uester dñs erit. Rex.n. nomine principis significatur, quod nõdum habebat gens illa tẽpore iudicium. Cœperunt autẽ habere Saulẽ, & deinceps successores eius aliquos qui in libris regnorum leguntur. Nã in Deuteronomio Deu.17
cum eis p̃cipitur qualẽ debeant habere regẽ, si hoc eis placuerit, non ibi rex, sed prin- D
ceps appellat. Sed quia iste Iepte illũ figurabat qui uerus est rex, qđ ẽt in titulo scriptũ Ioan.19
fuit qui cruci eius affixus est, quẽ Pilatus delere uel emẽdare nõ ausus est, ideo credẽdũ est esse dictũ, Ero uobis in principẽ: illi aũt dixerant, eris nobis in caput: q̃m caput uiri Christus, & ipse est caput corporis ecclesiæ. Deniq; posteaquaq̃ eos liberauit Iepte ab omnibus inimicis, non eis factus est rex, ut intelligeremus illud quod dictũ est, ad prophetiam potius pertinuisse de Christo q̃ ad ipsum proprie Iepte, de quo scriptura narrationem ita cõcludit. Et iudicauit Iepte Israel sex annis, & mortuus est Iepte Galaadites, & sepultus est in ciuitate sua Galaad. Iudicauit ergo Israel sicut cæteri iudices, nõ ibi regnauit ut princeps, sicut hi qui in regnorũ uoluminibus cõtinent. Iam uero q̃ posteaq̃ eis idẽ Iepte dux cõstitutus est, misit nũcios ad hostes prius pacis uerba portantes, illud ostẽditur quod ait Apostolus in quo Christus loquebatur, Si fieri põt, Rom.12
quod ex uobis est, cũ omnibus hominibus pacẽ habẽtes. Verba porrò ipsa q̃ mandauit Iepte, omnia pertractare nimis lõgũ est festinãtibus nobis: uidentur tũ mihi sic intel- E
ligẽda, quantum attinet ad significationem futurorum, ut in eis aduertatur doctrina Christi, admonens nos quẽadmodũ sit ambulandum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bulandum, hoc est viuendũ inter eos, qui
2. Ti.2. non secundũ propositum vocati sunt, Nouit n.dominus qui sunt eius. Iam vero ꝙ cũ esset debellaturus inimicos factus est super eum spiritus domini, significatur spiritus sanctus impertitus mẽbris Christi. Qđ aũt pertransijt Galaad & Manasses, & transijt speculam Galaad, & ab specula Galaad trãsijt ad filios Ammon, proficientia significantur membra Christi ad victoriã de inimicis reportandã. Galaad quippe interpretat abijciés, & Manasses necessitas. Trãseũdi sunt ergo à proficientibus abijcientes. i. contennentes: transeunda & necessitas, ne fortè cum transierit qui proficit cõtẽnẽtes, cedat terrentibus. Trãseũda ẽt specula Galaad, qm̃ Galaad etiam reuelatio interpretatur. Est autem specula altitudo ad ꝓspiciẽdum vel despiciendũ. i. desuper aspiciendũ. Specula itaq; Galaad congruenter mihi videtur significare superbiam reuelationis.
2.Co.12 Vnde dicit Apostolus, Et in magnitudine reuelationũ ne extollar. Ergo & ipsa trãseF unda est. i. non est in ea manendũ propter cadendi periculum. His pertransitis facile superantur inimici, quod significat dicendo, Et ab specula Galaad transijt ad filios Ammon: de quibus inimicis iam supra dictum est. Et vouit Iepte votum, & dixit, Si traditione tradideris mihi filios Ammon in manu mea, & erit quicunque exierit de ianuis domus meę in obuiã mihi in reuertẽdo me in pace à filijs Ammon, & erit dño, & offeram eum holocaustoma. Quẽlibet in hoc loco cogitauerit Iepte secundũ cogitationẽ humanã, non uidetur vnicã filiam cogitasse: alioquin non diceret, cum illã cerneret occurrisse, Heu me filia mea impedisti me, in offendiculum facta es in oculis meis. Impedisti enim ita dictum est, tanq̃ ad hoc se impeditũ iudicauerit, ne illud quod cogitarat impleret. Sed quem potuit cogitare primitus occurrentẽ, qui filios alios nõ habebat? An conmgẽ cogitauit, & ut hoc fieret deus noluit, & ut nõ relinqueret impunitum, ne quis deinceps id auderet: & ut magna prouidentia, ex hoc quoq; ipso quod accidit, sacramentum ecclesiæ figuraret. Ex utroque
G igitur prophetia coaptata est, ex eo quòd vouens cogitauit, & ex eo quòd nolenti cõtigit. Si etenim coniugem cogitauit, coniunx Christi ecclesia est. Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhære-
Gen. 1. bit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, inquit Apostolus, ego autem dico in Christo & in Ephe.5. ecclesia. Sed quia huius Iepte coniunx virgo esse non potuit, in eo ꝙ filia potius occurrit, & inulta non remansit prohibitum sacrificium vouentis audacia, & virginitas ecclesiæ figurata est. Nec abhorret à vero, qđ filiæ nomine eadẽ significatur ecclesia: nã cuius alterius typum gerebat ẽt illa mulier, cui post tactã fimbriam suam sanatæ, ait Marc.5. dũs? Filia fides tua te saluã fecit, uade in pace. Et certe, vnde nullus ambigit, discipulos suos ipse spõsi filios appellauit, & se apertissime sponsum indicauit. Non possunt, inquit, ieiunare filij spõsi, quãdiu cum illis est sponsus: venient autẽ dies cum auferetur ab eis spõsus, & tunc ieiunabunt. Holocaustoma ergo erit ecclesia, quã uirginem castam beatus Apostolus àppellat, quando in resurrectione mortuorũ fiet uniuersa, quod scri- 1.Co.15 ptum est, Absorpta est mors in uictoria, Tunc tradet regnum deo & patri. Quod re H gnum ipsa ecclesia est ipse cuius figuram tenet vouens ille gestabat. Sed qm̃ tunc fiet, cum completa fuerit sexta ætas seculi, ideo sexaginta dierum à uirginitate dilatio postulata est. Ex omnibus quippe ætatibus ecclesia congregatur. Quarum prima est, ab Sex ætates mundi. Adam vsq; ad diluuium. Secunda a diluuio id est à Noe usq; ad Abraham. Tertia ab Abraham vsq; ad Dauid. Quarta à Dauid vsq; ad transmigrationem in Babyloniam. Quinta ab hac transmigratione vsq; ad uirginis partum. Sexta inde usq; in huius seculi finem. Per quas sex ætates tanquam per sexaginta dies fleuit sancta virgo ecclesia virginalia sua, quia licet virginalia, tamen fuerant peccata deflenda': propter quæ vniMatt.6. uersa ipsa virgo toto orbe diffusa quotidie dicit, Dimitte nobis debita nostra. Eosdem autẽ sexaginta dies, duos menses maluit appellare, quantum existimo, propter duos homines: unum per quem mors, alterum per quẽ resurrectio mortuorũ, pp quos ẽt duo testamenta dñr. Quod uero factũ est ex pceI pto in Israel, ex diebus in dies conueniebant lamẽtari filiã Iepte Galaaditẽ, quatuor dies in anno nõ puto significare aliquid post impletũ holocaustoma, qđ erit in vitã æternã, sed pterita tẽpora ecclesię, in quibus erãt Iu gentes. Quatriduo ât figurata est eius uniuersitas propter quatuor partes orbis, per quas lõge lateq; diffusa est. Ad historiæ vero ꝓprietatẽ, non arbitror hoc decreuisse Israelitas,

raelitas, nisi q̃a intelligebãt in ea re iudiciũ dei magis ad perfectionẽ patrum fuisse depromptũ, ne tale uouere sacrificiũ deineeps vllus auderet. Nã quare luctus & lamentatio decerneretur, si uotũ illud lætitiæ fuit? Si autem & illud ꝙ populus Effrem postea ab eodẽ Iepte debellatus est, ad iudiciũ dei, quod erit in fine, referendum est: sicut ipse
Luc.19. dicit, Eos qui noluerunt me regnare sibi, adduci te & interficite corã me: nec ibi quadragintaduo milia, qui ceciderunt, uacanti numero cõmemorati sunt. Sicut.n.illi duo menses propter sexaginta dies senarium numerum sex ætatũ significant: ita & ibi sexies septenarius ductus hoc idẽ figurat, quantũ ad sex ætates seculi pertinet: sexies.n. septẽ quadragintaduo sunt. Nec frustra & ipse
Cap.50. Iepte sex annis populum iudicauit. Quæ
Iud.13. ri potest qũo dixerit angelus ad matrẽ Sam K psonis, cum annunciaret ei filium futurum, quia sterilis erat. Et nunc obserua, & non bibas vinum & siceram, non manduces omne immundum. Quid est enim immundum nisi forte dissolutio disciplinæ, q̃ esse cœperat in Israel, & iã ad ea manducanda eos labefecerat, q̃ prohibuerat deus in generibus animalium? Cur.n.non credatur etiam hoc eos multo procliuius facere potuisse, qui ẽt
51 ad cultum idolorum transgrediebantur?
Iud.13. Quod mater Sampsonis uiro suo indicans quẽadmodũ illi angelus annunciauerit filiũ futurum, dixit, Et interrogabã eum unde esset, & nomẽ suũ non annunciauit. Quęri ꝑt vtrũ verũ dixerit, qm̃ hoc nõ legitur, cũ ei angelus loqueretur. Sed intelligendum est hoc ibi scripturã tacuisse, hic ât cõmemorasse quod ibi tacuerat. Illud ẽt ꝙ non sit, Interrogaui eum quid vocaretur, & nomẽ suũ non annunciauit mihi, sed ait, Interrogaui vnde esset: videtur in cõsequens quod addidit, & nomen suum non annunciauit mihi. Non.n.nomen eius interrogauerat, cũ quæreret vnde esset, sed locum vel ciuitatẽ, cum hominẽ putaret. Nã & hominem dei eum appellauit, specie tamen uel habitu angelo similem: hoc est quia tam præclarum vidit, sicut ipsa narrauit. Sed si ita distinL guatur, Et interrogabam eum vnde esset, & nomen suum: ut subaudiatur, interrogabã eum, & postea inferatur, nõ annunciauit mihi, non habet qõnem: ad utrunq; .n.referri potest, quod ait, nõ annunciauit mihi. i. nec
52 vnde esset, nec nomẽ suum. Itẽ quod ait
Iud.13. eadem mulier dictum sibi esse ab angelo, qm̃ Nazaræus dei erit puer à vẽtre vsq; ad diem mortis suæ: non legitur ab angelo dictum. Et quod legitur dictũ, Ipse incipiet saluum facere Israel de manu Philistijm, non est à muliere cõmemoratum. Itaq; & aliquid non dixit quod audiuit, & tamen nihil credenda est dixisse, quod non audiuit: sed scripturã potius nõ omnia verba angeli posuisse, cũ ipsum mulieri loquẽtẽ insereret narrationi. Ideo ât dictum est, à uentre vsq; ad diẽ mortis suę: quia Nazaræi dicebantur in lege ad tẽpus qui uotum habebant, secundũ ea q̃ scriptura per Moysen pceperat. Vnde hoc est quod huic iussum est ut ferrum non ascenderet in caput eius, & vinum & siceram non biberet. Hoc.n.tota uita sua obseruauit Sãpson, quod illi qui vocati sunt Nazaræi, certis diebus obseruabant, vouen M tes votumq̃; reddentes. Quod dicit scri- 53
ptura, Quoniam ignorauit Manue, quia an Iud.13.
gelus dei est, manifestum est ẽt eius uxorem hominẽ credidisse. Quòd ergo ei dixit, Vim faciamus tibi nunc, & faciamus in cõspectu tuo hædum caprarum, tanq̃ hominẽ inuitauit, sed ita ut hoc cum illo epularetur quod sacrificium fecisset. Nam facere hædum caprarum nõ solet dici, nisi cum fit sacrificiũ. Deniq; & ille ita respondit, Si uim feceris mihi, non manducabo de panibus tuis: ubi ostendit se fuisse ad epulas inuitatum: Deinde addidit, Et si feceris holocaustũ, dño offeres illud. Vtiq; ideo dixit, Si feceris holocaustum: quia ille dixerat, Faciamus in cõspectu tuo hędum caprarum. Non ât omne sacrificium holocaustum erat: nam de holocausto non manducabatur, quia totum incẽdebatur, & ideo vocabatur holocaustum. Sed angelus etiam non manducaturus, holocaustum potius fieri admonuit, non tamen sibi, sed dño: propter hoc maxime, quia gẽs Israel illo tẽpore consueuerat quibuslibet dijs falsis sacrificare: unde & tunc offenderat deum, ut traderetur inimicis per quadraginta annos. Quid sibi vult, ꝙ postea- 54
quam manifestatus est Manue & uxori eius Iud.13.
angelus, qui cum eis loquebatur, dixit idem A
Manue vxori suæ, Morte moriemur, quoniam deum vidimus: ex illa scilicet legis sententia, vbi scriptum est, Nemo potest faciem meam videre & viuere. Opinabantur ergo vt homines deum se vidisse, tanto vtique miraculo facto, quòd in igni sacrificij stetit, qui cum illis prius quasi homo loquebatur. Sed deum in angelo, an

deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

deũ ipsum angelum appellabant? sic enim scriptum est, Et sumpsit Manue hædũ caprarum,& sacrificiũ obtulit super petram domino mirabilia faciẽti,& Manue & vxor eius expectabant. Et factum est dum ascenderet flãma desuper altare ad cœlũ, & ascendit angelus dñi in flamma:& Manue vxorq; illius expectabant: Et ceciderunt super faciem suam super terram, & non apposuit vltra angelus dñi apparere ad Manue & ad vxorẽ eius. Tunc cognouit Manue qm̃ angelus dñi est,& dixit Manue ad vxorẽ suã, Morte moriemur, quoniã deum uidimus. In his ergo verbis quia non dixit, Morte moriemur,quoniam angelum domini vidimus: sed,deũ vidimus:oritur quæstio, vtrũ in angelo intelligebant deum, an eundem
B angelum deum vocabant:illud enim tertiũ, quod deum putauerant qui erat angelus, dici non potest, apertissime dicente scriptura, Tũc cognouit Manue qm̃ angelus dñi est. Sed vnde metuebant mortem? Non enim scriptura in Exodo dixerat, Nemo uidet faciem angeli,& viuet: sed faciem meam dixit,cum deus loqueretur. An & in hoc ipso q̃ in angeli præsentia deum cognouerat Manue, ita perturbatus est vt mortem timeret? Quod autem illi vxor sua respondit,Si vellet dñs mortificare nos, non accepisset de manu nostra holocaustoma & sacrificium,nec illuminasset nos ad omnia hæc, sed nec inaudita fecisset nobis hæc. Vtrum ipsum angelum crediderunt accepisse sacrificium, quia uiderunt eum in altaris flamma stetisse? An per hoc intellexerunt accepisse dominum, quia hoc fecit angelus, vt se ostenderet angelum? Quodlibet autem horum sit, iam tamen angelus dixerat, Si autem facis holocaustum, domino offer illud: hoc est non mihi, sed domino. Quòd
Esaiç 9. ergo stetit angelus in altaris flamma, magis significasse intelligendus est illum magni consilij angelum in forma serui: hoc est in homine,quem suscepturus erat, non
C acceptурum sacrificium, sed seipsum sacrificium futurum. Quid est quod dictum
55 est, quòd percussit alienigenas Sampson ti
Luc.15. biam super femur. Quis enim habet tibiã super femur, cum tibia deorsum uersus nõ sit nisi à genu usque ad talum. Deinde si locum corporis significauit, ubi eos vulnerauit, nunquidnam omnes quos percussit,in vno corporis loco fuerat vulneraturus? Quod si esset credibile, possemus fortasse suspicari eum pugnasse tibi alicuius animalis tanquam fuste, & ea illos super femora percussisse: sicut de illo scriptum est, quòd maxilla asini mille occiderit. Sed neque illud,ut dixi credibile est,quòd pugnãs vnum tantum locum obseruauerit vbi eos percuteret: & non ait scriptura, Percussit eos tibia super femur: sed, tibiam super femur. Nimirum ergo inusitata locutio facit obscuritatem. Ita enim dictum est,ac si diceretur, percussisse eos valde mirabiliter.i. vt admirando stupentes, tibiam super femur ponerent: tibiam.s. vnius pedis super femur alterius, sicut solent sedere, qui mirando stupent. Tanquam si diceretur, Per- D
cussit eos manum ad maxillam.i. tanta cẽde, vt manum ad maxillam tristi admiratione ponerent. Hunc sensum ita se habere etiam interpretatio, quæ est ex Hebræo, satis edocet. Nam ita legitur, Percussit eos ingenti plaga, ita ut stupentes suram femori imponerent. Tale est enim ac si diceret, tibiam femori imponerent:quoniam sura utique retrorsus cum tibia est. 56 Iud.15

Quid est quod ait Sampson viris Iuda, Iurate mihi ne interficiatis me vos, & tradite me eis,ne fortè occurratis in me uos? Quam locutionem ita nonnulli interpretati sunt, Ne forte veniatis aduersum me vos. Sed hoc eum ne ab his interficeretur dixisse illud indicat, quod in regnorum libro scriptum est,iubente Salomone ut homo occideretur, & dicente, Vade occurre illi. Quod ideo non intelligitur, quia non est consuetudinis apud nos ita dici, Sic enim quod nũlitares potestates dicunt, Vade alleua illum: & significat, occide illũ: quis intelligat nisi qui illius locutionis cõsuetudinem nouit? Solet & vulgo apud nos dici, Compediauit illi: quod est, occidit illum. Et hoc nemo intelligit, nisi qui audire consueuit. Hæc est enim vis generalis omnium locutionũ, vt quemadmodum ipsæ linguæ non intelligantur, nisi audiendo vel legendo discantur.

E

DIVI

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Quęstionum Euangeliorum, Liber primus.

PROLOGVS.

HOc opus non ita scriptũ est,ac si Euangelium exponendum ex ordine susceptum esset a nobis: sed pro arbitrio & tempore consulentis,cũ quo legebatur,si quid ei videbatur obscurum. Ideoq; multa & fortassis obscuriora prætermissa sunt:quia iam ea nouerat,qui ea quæ nondum nouerat, inquirebat,nec tenere volebat festinationem suam in ijs quæ antea iam sic acceperat, vt etiam assiduitate audiendi atq; tractandi memorię
F stabiliter firmeq; mandaret. Nonnulla etiã hic non eodem ordine inueniuntur expositа,quo in Euangelio narrata sunt,quoniam quadam festinatione dilata, cum tempus daretur, retractabantur:& eo loco scribebãtur, qui vacuus in ordine iam expositarum rerum subsequebatur. Quod posteaquam comperi,ne quis fortè quærens aliquid legere in hoc opere, quod eum in Euangelio mouisset,& ad quærendum excitasset, tędio perturbati ordinis offenderetur,quandoquidem ea quæ carptim, ut poterant, dictabantur, in vnum corpus collecta & contexta cognoui, feci vt ordo numerorum præscriptus titulis, quod cuique opus esset, facile inuestigaret.

1 Nemo nouit filiũ nisi pater exponitur. Mat.15.

VM diceret dominus Iesus, Nemo nouit filium nisi pater:non dixit,Et cui voluerit pater reuelare: quemadmodum cum diceret, Nemo nouit patrẽ nisi filius: addidit, & cui voluerit filius reuelare. Quod non ita intelligendum est, quasi filius à nullo possit cognosci, nisi à patre solo. pater autem non solum à filio,sed etiam
G ab eis quibus reuelauerit filius. Sic enim potius dictum est, ut intelligamus & patrem & ipsum filium per filium reuelari, quia ipse est mentis nostræ lumen,ut quod postea intulit, Et cui voluerit filius reuelare: non tantum patrem, sed etiam filium
2 accipias. Ad totum enim quod dixit, illatum est:uerbo enim suo ipse pater declaratur. Verbum autem non solum id quod per discipuli verbum declaratur, sed etiam seipsum declarat. Quod discipuli domini cœperunt perunt vellere spicas & manducare, quòd nisi con vellere fricantes eas facere non possent, hoc est, spicas & Mortificate membra uestra quæ sunt super mãducaterram.i.quia quisq; non transit in corpus re.
Christi nisi carnalitus expoliatus. Hinc
est, Exuite vos veterem hominem. Hinc Mat.12.
est, Circuncisione non manufacta in expo Colos.3
liationem carnis. Arundinem quassatam Ibidem.
Iudæos dicit,propter quod & vnum erant, Colos.2
& ab inuicem discrepabant. In lino fumi- 3
gante notandum, quia deserto lumine facit Mat.12.
putorem. Tunc oblatus est ei dæmoniũ De lino
habens,cæcus & mutus.i. qui non credit,& fumigan
subditus est diabolo, qui non intelligit, & te.
non confitetur ipsam fidem, de qua dictum H
est,Ore autẽ confessio fit ad salutem:uel qui
non dat laudem Deo. Quod dixit, Et si 4
ego in Beelzebub eiicio dæmones, etiam se- De cæco
cundum vestram sententiam, Igitur perue- & muto.
nit in vos regnum Dei: quia regnum diabo Mat.12.
li stare non potest, quod aduersum se diui- Ro.10.
sum esse fatemini. Regnum dei nunc dicit, 5
quo damnantur impij,& à fidelibus de pec- Si ego in
catis suis pœnitentiã nunc agentibus secer- Beelze-
nuntur. Fortem illum appellat, quia ipse te- bub eij-
nebat ne possent viribus suis ab illo se homi cio dæ-
nes eruere,sed per gratiã dei. Vasa eius dicit mones,
oẽs infideles. Nisi prius alligauerit fortẽ:al- exponit.
ligauerit dixit,potestatẽ illi ademerit impe- Mat.12.
diendi voluntatem,fideliũ à sequendo Chri 6
stũ, & obtinendo regnum dei. Progeniẽ I
viperarũ eos dicit, quia & diaboli filios eos Proge-
appellat. Intantum.n.quisq; filius est dia- nies vi-
boli, inquantum eũ peccando imitatur. perarũ.
Sicut.n.fuit Ionas in uentre ceti tribus die- 7
bus & tribus noctibus,sic erit filius hominis Sicut.n.
in corde terræ tribus diebus & tribus nocti fuit Io-
bus. Sextæ feriæ diei partẽ qua sepultus est nas in ve
cum præterita nocte, pro nocte & die acci- tre ceti
pias,hoc est pro toto die,sabbati noctem & trib. die-
diẽ, & noctẽ dominicam cum eodẽ die illu- bus & tri
cescente: ac per hoc accipiendo partẽ pro bus no-
toto,habes triduum & tres noctes. Quòd.n. ctib. ex-
dicuntur decẽ menses pregnantis, nouem ponitur.
sunt pleni: sed initiũ decimi pro toto accipi
tur. Et q̃ se dñs ostendit in monte, post sex
dies factũ dicit vnus Euangelista: alter uero post octo dies dicit: partem posteriorem Mat.12.
primi diei,in quo futurũ hoc dñs promisit, Mat.17.
& partem priorem nouissimi diei in quo Luc.9.

com-

completum est quod promisit, pro toris atq; integris diebus annumerans: vt intelligas eũ qui dixit, post sex dies, solos medios cõmemorasse, qui vere tori atq; integri cõpleti sũt. In Genesi. n. à lumine incipit dies, & finit ad tenebras, ad significandum lapsum hominis. Nunc aũt à tenebris ad lucẽ, sicut dictũ est, de tenebris lucem clarescere; quia à peccatis homo liberatus, peruenit ad lumen iustitiæ. Cum spiritus immundus exierit ab homine: significat quosdam ita credituros, vt ferre non possint labores cõtinentiæ, & ad seculum redituri sint. Quod dictum est, Assumit secum alios septem: intelligitur quia cũ quis ecciderit de iustitia, etiam simulationem habebit. Cupiditas. n. carnis expulsa per pœnitentiam à consuetis operibus, cum non inuenerit in quibus delectationibus requiescat, auidius redit, & rursus occupat mentem hominis: sic cũ expulsa esset iustitia, negligentia subsecuta est, vt non introduceretur tanq; habitator mundatę domui sermo dei per sanam doctrinã. Et quoniam non solum habebit illa septem vitia, quę septẽ virtutibus spiritalibus sunt contraria sed etiam per hypocrisim se illas virtutes habere simulabit: propterea assumptis secum septem aliis nequioribus, hoc est ipsa septenaria simulatione, redit illa concupiscentia, ut sint nouissima hominis peiora Colligi q̃ erant prima. Quod dicit, Aliud centesimũ, aliud sexagesimũ, aliud tricesimum, vixanta. Centesimũ martyrum propter sanctitatem vitæ vel contemptum mortis. Sexagesimũ virginum propter otium interius, quia non pugnant contra consuetudinem. Solet enim otium contẽdi sexagenarijs post militiam, vel post actiones publicas. Tricesimũ coniugatorũ, quia hęc est ætas præliantiũ: ipsi. n. noua hala ætate cõflictũ, ne libidinibus supis quod perentur. Omnis immundicia in segete, maius sit zizania dicitur. Quod primo separatur, zizania dicitur, quia tribulatione præcedente separabuntur impij à pijs, quod per bonos angelos intelligitur fieri quia officia vindictę possunt implere boni bono animo, quo lex, quomodo iudex: officia vero misericordiæ malũ nequeunt implere non possunt. Granum sinapis ob feruorem fidei, vel quòd dicatur qđ accedit multis, id est, dogmatibus. Dogmata aũtẽ sunt ea, & ab placita sectarum. i. quod placuit singulis secũdum sanctis. Fermentum quod accepit mulier, abscondit in farinæ satis tribus. Mulierẽ, sapientiam dicit, fermentũ, doctrinam: quod seruare facit & excitat. In farinæ aũt satis tribus. Vel tria illa in homine, Ex toto corde, & ex tota anima & ex tota mente: vel tria illa fructifera, Centesimũ, sexagesimũ, tricesimum: vel tria illa genera hominum, Noe, Daniel, & Iob. Thesaurum in agro absconditum, dixit duo testamenta legis in agro ecclesia, quæ quis cum ex parte intellectus attigerit, sentit illic magna latere, & vadit & vendit omnia sua, & emit illum. i. contemptu temporalium cõparat sibi ocium vt sit diues cognitione dei. Quod dixerũt Iudæi, Vnde huic sapiẽtia hæc & virtutes? Sapiẽtia in his quæ loquebatur, virtutes in his quæ operabatur, ideoq; & Apostolus cũ dixit Christũ dei virtutẽ & dei sapiẽtiã: virtutẽ ad signa retulit ꝓp Iudæos, sapiẽtiã aũtẽ ad doctrinam propter Græcos. i. gẽtiles. Qđ dixerũt discipuli phãtasma esse: significat id quod dictũ est, Putas inueniet fidẽ in terra, quia quidã qui ecciderint diabolo, de Christi aduentu dubitabunt. Quod autem tes. Petrus implorat à dño auxilium ne mergatur, significat quibusdã tribulationibus etiã post vltimã persecutionẽ purgãdam esse ecclesiã. Quod & Paulus significat dicens, Saluus erit, sic tñ quasi per ignẽ. Quod sequitur, Vt adorantes omnes qui in naui erant, dicerent, Vere filius dei es: significat claritatẽ eius tunc manifestam futuram, per speciẽ iam videntibus, qui per fidem nunc ambulãt. Munus quodcunq; est ex me, tibi proderit. i. munus quod offers causã mei, ad te iam pertinebit. Quibus verbis significant filij iam non sibi opus esse parentum pro se oblationes, ꝓ ad eã ætatẽ peruenissent, vt possent iam ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate cõstitutos, vt possent parentibus suis hoc dicere, qũ hoc dix sset, negabãt Pharisęi eos eẽ, si parẽtibus suis nõ pstarẽt honorẽ.

Omnis plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur, id est carnalis cupiditas, secundum quã sentientes offendentur de prętermissis rerũ signis, vel etiã traditionibus suis: & præcepta vitæ non curabant, quæ à cupiditate animum purgant.

Quòd & puerum Centurionis, & filiam Chananæ mulieris non ueniens ad domos eorum, saluat, significat gentes ad quas non venit, saluas fore per uerbum suum. Quod ipsis rogãtibus filij sanãtur intelligẽda est ecclesię pson̄a, q̃ sibi est & mater & filij: nã simul oẽs, quibus cõstat ecclesia, mater dicitur, singuli ãt ipsi filij appellantur. Quòd turbæ obtulerunt dño mutos, Mutos qui dñm non laudant, vel non confitentur fidẽ: cæcos qui non intelligunt, etiam si obtemperant iubentibus: surdos qui non obtemperant, etiam si intelligunt, claudos qui præcepta non implent. Quod dixit, Facto uespere, dicitis, serenum erit, rubicundum est. n. cœlum i. sanguine passionis Christi, id est in primo aduentu indulgentia peccatorum datur. Et manè, hodie tẽpestas, rubet enim cum tristitia cœlũ. i. ꝙ secundo aduentu igne præcedente uenturus est. Faciem ergo cœli iudicare nostis, signa aũtẽ tẽporũ nõ potestis? Signa tẽporum dixit de aduentu suo vel passione, cui simile est roseum cœlũ vesperę. Et item de tribulatione ante aduentum suum futura, cui simile est mane roseũ cum tristitia cœlum. Quod dixit dominus, Helias quidẽ venturus est, & restituet omnia. i. vel eos quos persecutio Antichristi conturbauerit: vel vt ipse restituat moriẽdo quæ debet. Quod dixit, Sæpe cadit in ignem, & aliquãdo in aquam: Ignem ad iram, ꝙ alta petat: aquam ad voluptatis carnis. Item quod dicunt discipuli, Quare nos non potuimus eijcere eum ne illis miraculis faciendis extollerentur in superbiam, admoniti sunt potiùs per humilitatem fidei, quasi per sinapis granũ, elationẽ terrenã, q̃ montis nomine significata est, curare vt ita firet. Quod dixit, ergo liberi sunt filij: In omni regno intelligendum est, liberos esse filios. i. nõ esse vectigales. Multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno, filij regni illius sub quo sunt omnia regna terræ. Quod dñs dicit, Qui aũtẽ scandalizauerit unum de pusillis istis. i. ex humilibus, quales vult esse discipulos suos, non obtẽperando, vel etiam contraueniendo, Cædo, sicut de Alexandro ærario Apostolus dicit, Expedit ei vt mola asinaria suspendatur collo eius, & præcipitetur in profundum maris: i. congruit ei, vt cupiditas rerum temporalium, cui stulti & cæci colligantur, eum demersum pondere suo deducat ad interitum. Quod oblatus est domino debitor decẽ milium talentorum, & iussit eum venundari, & vxorẽ eius, & filios, & omnia q̃ habebat, & reddi. Intelligendum est decẽ præceptorum legis eum fuisse debitorem: & pro cupiditate atq; operibus suis tanquã vxore & filijs pœnas soluere debuisse, quod est pretium eius: pretium. n. venditi, suppli-

cium damnati intelligitur. Quod dixit, Noluit ignoscere conseruo suo, sed abijt & misit eum in carcerem: & reliqua. Intelligendum, tenuit contra eum hunc animũ, vt supplicia illi velle. Conserui aũtẽ qui narrauerunt dño q̃ fiebant, pòt intelligi ecclesia, q̃ & illum soluit, & illum ligat. Quod ait dñs, druitem non intrare in regnum dei, Et discipuli dicunt, quis potest saluus fieri cũ pauci sint diuites in comparatione multitudinis pauperũ, intelligendum ꝙ omnes qui talia cupiunt, in eorum numero haberi anidmaduerterint. Quòd dñs seorsum se duobus discipulis passurum refert, ad confirmãdum in posterum testimonium fecit: quia dixit, In ore duũ vel triũ testium stabit omne uerbum. Vt. n. neq; uulgaretur, quod dicebat, neq; careret humani testimonij firmitate, paucioribus q̃ duobus dicere nõ potuit. Vel ad sacramentũ charitatis ostendendũ. Minus. n. q̃ inter duos charitas esse non potest. Erat autem ille non necessitate debiti propter peccatũ suũ, sed ad soluenda nostra peccata charitate passurus. Ab Hierico egreditur dñs, iã de ista terra resurrectione discedens: sequuntur eum turbæ multæ, credunt in eum populi & gentes. Duo ãt cæci sedentes iuxta viã significant de utroq; populo quosdam iã cohærentes per fidem dispensationi tẽporali, secundũ quã Christus via est, & desiderantes illuminari. i. aliquid de uerbi æternitate intelligere: quod transeunte Iesu impetrare cupiebant. i. per meritum fidei qua creditur filius dei, & natus homo & passus propter nos. Per hanc. n. dispẽsationem quasi transit Iesus, quia talis actio tẽporalis est. Oportebat aũtẽ ut tantum clamarent, donec resistentis sibi turbæ strepitum uincerent. i. tam perseueranter animũ intenderent orando atq; pulsando, quousq; consuetudinem desideriorum carnalium, q̃ tanq̃ turba obstrepit cogitationi, lucem ueritatis æternæ uidere conanti, uel ipsam hominum carnalium turbam studia spiritalia impedientem, fortissima intentione superarent. Itaq; audiens Iesus qui ait, Petenti dabitur, & quærens inueniet, & pulsanti aperietur, venientes ad se ipsos. s. desiderij ardore peruenientes ad id quod desiderant, flans eos tangit atq; illuminat. Nõ. n. sicut illa dispensatio tẽporalis, ita etiam uerbi æternitas transit, q̃ in seipsa manens omnia innouat, Sapiẽ. 7. Quapropter quia fides incarnationis tẽporalis ad æterna intelligenda nos præparat, tran-

transeunte Iesu admoniti sunt vt illuminarentur,& (ab) stante illuminati sunt, Tẽporalia.n.transeunt, æterna stant. Quod
29 Mat.17. dñs dicit discipulis suis, Dicetis monti huic, tolle te,& iacta te in mare: de superbia dixit q̃ ad seculares pertinet. Hoc sibi seruus dei dicere debet, ut eam à se repellat, quia ipsi nõ congruit: uel q̃ per eorum fidem, quia per eos Euangelium p̃dicatum est, ipse dñs
F qui mons appellatus est, ablatus est à Iudeis
30 vt in gentes tãquã in mare porro iaceretur.
Mat.21. Quod dñs dicit, Et qui ceciderit super lapidem istum confringetur: super quem uero ceciderit, conteret eum. De his dicit q̃ cadent super eum, qui illum modo conterũt, vel iniuriis afficiunt: ideo nondũ penitus intereunt, sed tũ confringuntur, ut non recti ambulent. Super quos aũt cadit, ueniet illis desuper in iudicio cum pœna perditionis; ideo dixit, conteret eos, vt sint impij
Psal. 1. tanquam puluis, quem proiicit uentus à facie terræ.
31 Mat.22. Quod dominus dixit, Simile est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Nuptias dixit uerbum incarnatũ, quia in ipso homine susceptο ecclesia deo copulata est. Quòd dixit. Tauri mei & altilia occisa sunt, tauros dixit principes plebium: Altitia uero omnia saginata. Quod dixit dñs, Ite ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, uocate ad nuptias: uiæ intelliguntur dogmata gentiũ, quia ex omnibus illis ad nuptias venerunt. i. Christo credide-
32 runt. Quod Sadducæi dicunt domino, fue-
Mat.22. runt apud nos septem fratres, & vnus acceptа vxore obijt, & secundus, & cęteri: intelliguntur homines impij, qui fructum iustiG tiæ non potuerunt afferre in terra per oẽs septem mundi ætates, quibus ista terra consistit: postea.n. & ipsa terra transiet, per quã omnes illi quasi septẽ mariti steriliter transierunt.
33 Mat.22. Quod dominus dicit, In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetę: pendet dixit. i. illo refertur, ibi habet finem.
34 Mat.23. Quod dominus dixit, Quid enim maius est aurũ an templum quod sanctificat aurũ. Et item dixit, Quid.n.maius est, donum an altare quod sanctificat donũ? Intelligẽdum, templum & altare ipsum Christum. Aurũ & donum, laudes & sacrificia precum, quæ in eo per eũ offerimus. Non.n.ille per hæc, sed ista per illum sanctificantur. Quod dñs
35 Mat.23. dixit, Excolantes culicem: refertur ad id quod dixit, decimare illos minuta quæq; . Camelũ glutientes: refertur ad id quod dixit, Præteritis grauiora legis, misericordiã & iudicium & fidẽ: vt iste sit sensus, Minima obseruatis, maxima cõtẽnitis. Ex hac.m. peruersitate etiam illud eis accidit, quò post sunt hæc per allegoriã referri, ut dimitteret Barrabã, quia uidelicet nõ soluerat sabbatũ, quod magna diligentia carnaliter obseruabant: Occiderent autẽ dũm, spiritaliter sabbatum insinuantẽ per misericordiã & iudi- H cium & fidem, quæ illi maximę cõtẽnebant. Nam & culicis nomine non absurdè figuratur seditiosus homicida: quia hoc animal & strependo inquietat, & sanguine delectatur: & cameli nomine propter humilitatem se ad subeunda onera submittentis, propter magnitudinem intelligitur cõgruenter dñs.

Quod dixit dñs ad Hierusalẽ, Quoties
36 Mat.23. volui congregare filios tuos, sicut gallina cõgregat filios suos sub alas suas, & noluisti. Hoc genus animantis magnum affectum in filios habet, ita vt eorum infirmitate affecta & ipsa infirmetur: & quod difficilius in cæteris animantibus inuenies, alis suis filios protegens, contra miluum pugnat: sic ẽt mater nostra sapientia dei, per carnis susceptionẽ infirmata est quodãmodo: vnde & Apostolus dicit, Quod infirmũ est dei, fortius 1.Cor.
est hominibus: protegit infirmitatẽ nostrã, & resistit diabolo, ne nos rapiat. In qua defensione, quod illa aduersus miluum conatur affectu, hęc aduersus diabolũ perficit, pp 37 Mat.
teſtate. Quod ait. Orate ne fiat fuga vestra hyeme uel sabbato. i. ne impedimento aliquo detineamini: quia & hyeme, imbribus vel frigore: & sabbato, in quo proficisci nõ licebat, impediebatur quis ab itinere: uel a- I liud, ne in tristitia aut lætitia rerũ tẽporaliũ quis inueniatur à die illa. Quod dñs di- 38
cit, Sicut.n.fulgur exit ab Oriente, & perue Mat.24.
nit vsq; ad Occidentem, ita erit & aduẽtus filij hominis. Orientis & Occidentis nomine totum orbẽ voluit significare, per quẽ futura erat ecclesia, incipiente Euangelio ab Luc.24.
Hierusalem, secundũ illum sensum, quo di- Mat.24.
xit, A modo videbitis filium hominis uenię
tem in nubibus. Conuenienter.n. ecclesiam nunc fulgur nominauit, quod maxime solet emicare de nubibus. Cõstituta ergo authoritate ecclesiæ p orbẽ terrarũ clara atq; manifesta, cõsequẽter discipulos admonet, atq; oẽs fideles, & qui in eum credere uoluerint, ne schismaticis atq; hæreticis credant. Vnũquodq; .n. schisma, & unaquæq; hæresis, aut locum suum habet in orbe terrarũ, parte ali-

quã

quã tenẽs, aut obscuris atq; occultis cõventiculis curiositatẽ hominũ decipit. Ad qđ
Mat.13. pertinet qđ ait, Si quis vobis dixerit, Ecce hic est Christus aut illic: qđ significat terrarũ partes & prouinciarũ. Aut in penetralibus aut in deserto: q̃ significat obscura &
K occulta conuẽticula hæreticorũ. Quod ergo dixit, ab Oriente in Occidente peruenturum aduentũ suũ: contra illos valet qui per terrarũ particulas nominant, & dicũt apud se esse Chm, Quod aũt ait, Sicut fulgur: cõtra illos valet, qui occultè cõgregant tanquã in penetralibus, & paucos tanquã in deserto: ad manifestationẽ quippe claritatẽque ptinet ecclesiæ fulguris nomẽ, signifi-
39 cans ẽt noctem vel nubila seculi huius: tũc
Mat.24. enim fulguris candor apparet. Quod dixit, Ab arbore aũt fici discite similitudinẽ. Arborẽ fici genus humanũ intellige, ppter pruritũ carnis: cum iam ramus eius tener fuerit, id est, cũ filij hominũ per fidẽ Christi ad spiritales fructus profecerint, & in eis honor adoptionis filiorum dei eminuerit.
40 Quod dñs de Iuda dixit, Bonum erat illi nõ nasci: vtrũ in hãc vitã vt vsitatè locutus sit? Non.n. potest bonũ esse aliquid ei, qui nõ est: & si quisquã contendit esse aliquã vitam ante istam, nõ Iudæ tm vt nasceretur, sed nulli expedire conuincit. An diabolo dicit nõ nasci ad peccatũ? an etiam bo-
41 num illi erat vt Christo nõ nascerẽ per vo
L cationẽ, ne esset apostata? Quod dñs tri-
Mat.26. ginta argenteis venditus est, significat per Iudam Iudęos iniquos, qui sequẽtes carnalia & temporalia, quę ad quinq; sensus pertinent corporis, Christũ habere noluerũt. Quod quia sexta mundi ætate fecerunt, sexies quinos eos tantquã precium vẽditi domini accepisse significatũ est. Quo tempore talibus insultat Phropheta dicẽs, Filij ho-
Psal. 4. minum vsque quo graues corde, vt quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Et si quinque ætatibus fuisset aliqua excusatio sequendæ veritatis, vel sextã conprehenderent veritatem, quæ p dñm Iesum prędicabatur, & demonstrabat, sicut sexta die
Gene.1. homo factus est ad imaginẽ dei. Quod qa
Mat.22. noluerunt, habent sexies quinquies impres-
Psal. 4. sam imaginem principis seculi, & nõ habẽt
Psal.11. Christum per quẽ signatum est in nobis lumen vultus tui domine. Et quia eloquium dñi argentum est, illi etiam ipsam legem carnaliter intellexerũt, tãquã in argẽto impressam, secularis principatus imaginẽ amisso dño tenuerũt. Quod dominus dicit, Vbi fuerit corpus, illuc congregabunt & aqui- 42
læ. i. in cœlũ quò hinc secũ leuauit corpus Mat.24.
in homine susceptο. Quod ẽt cadauer ideo appellatũ est, quia moriturus hæc loquebatur. Illuc congregabuntur aquilæ, dictum est de spiritalibus, qui eius passionem hum- i M
litatemq; imitando, tanquam de eius corpore saturarent. Corpus enim propter humilitatẽ pro nobis passionẽq; suscepit. Qđ 43
dominus dicit sub tẽpore passionis discipu- Mat.27.
lis, Non bibã amodo de hoc genimine vitis, vsq; in diem nullum cum illud bibã vobiscum nouum in regno patris mei, vult intelligi hoc vetus esse, cũ illud nouum dicit. Quia ergo de propagine Adã qui vetus homo appellatus, corpus susceperat, quod in passione morti traditurus erat, inde etiam per vini sacramentum cõmendat sanguinẽ suum. Quid enim aliud nouũ, nisi immortalitatem renouandorum corporũ intelligere debemus? Quod cũ dicit, vobiscũ bibam: etiam ipsis resurrectionem corporũ ad induendam immortalitatem promittit. Vobiscum.n. non ad illud tempus, sed ad eandem innouationem dictum accipiendũ est. Nã
& nos dicit Apostolus resurrexisse cũ Xpo Colo.3.
vt spes rei futurę iam præsentem lætitiam auferat. Quod autem de hoc genimine vitis etiam illud nouum esse dicit, significat eadẽ vtiq; corpora resurrectura secundum innouationem cœlestem, quæ nunc secundum terrenam vetustatem moritura sunt. Si aũt A
vitem de cuius vetustate hunc passionis calicem bibit, ipsos Iudæos intellexeris, significatum est etiam ipsam gentem ad corpus Christi per nouitatem vitæ accessuram, cũ
Ro. 11. ingressa plenitudine gentium omnis Israel
44 saluus fiet. Quod dictum est, Spuerunt Matt.6.
in faciem eius: Significauit eos qui eius prę sentiam gratiæ respuunt. Item tanquam colaphis eum cædunt, qui honores suos ei præferunt. Palmas in faciem eius dant, qui perfidia cæcati, eum non venisse affirmant, tanquam præsentiam eius exterminantes & repellentes. In trina Petri no 45
gatione, error hęreticorum de Christo tri Mas.26.
bus generibus terminatur, aut enim de diuinitate eius, aut de humanitate, aut de vtroque falluntur. Notandum quòd Petrus semel ante primum galli cantum negauit dominum, illos significasse qui Christum ante resurrectionem deum esse non putauerunt eius morte turbati. Illud autem

Hoc q̃dã exẽplaria non habent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd bis ante secundum gallicantum, eos qui nuncio illo vel secundum deum, vel secundum hominem, vel secundum vtrumque errant, & ideo veritatem negant antè ecclesiæ resurrectionem: vt primus gallicã
B tu sintelligatur capitis resurrectio, hoc est, ipsius dominiz secundus autem ipsius, sed in corpore vniuersæ ecclesię. Quod ad pas-
46 sionem euntem dominum à longe sequeba-
Mat. 26 tur Petrus, significat ecclesiam secuturam quidem, hoc est, imitaturam passionem domini, sed longe differêter: ecclesia enim p
47 se patitur, at ille pro ecclesia. Sicut tenta tio cupiditatis trina est, ita etiam tentatio timoris trina est. Cupiditati, quæ in curiositate ẽ, opponitur timor mortis. Sicut enim in illa cognoscendarum rerum est auiditas, ita & in ista metus amittendæ talis notitiæ. Cupiditati vero honorum vel laudis, opponitur timor ignominiæ, & contumeliarum. Cupiditati autem voluptatis, opponitur timor doloris. Non absurde ergo intelligitur propter trinam tentationem pas-
Mat.26. sionis, ter dominum orasse vt transiret calix, sed ita vt potius impleretur voluntas patris.

D. AVRELII AVGVSTINI
Quæstionum euangelicarum
Liber Secundus.

C Vod Zacharias orans pro populo, audiuit ab angelo, Exaudita est oratio tua, Ec
Luc. 1. ce Elizabet vxor tua concipiet, & pariet filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Primo hoc attendendum est, quam nõ est verisimile, vt cum pro populi peccatis, vel salute, vel redemptione ille offerret, siquidem populus eum expectabat offerentẽ, quòd potuerit relictis publicis votis homo senex, vxorem habens anum, pro accipiendis filijs orare: præsertim quia nemo orat accipere, quòd se accepturum esse desperat. Vsqueadeo autem ille iam se habiturum filios desperabat, vt hoc angelo promittenti non crederet. Ergo quòd ei dicitur, Exaudita est oratio tua: pro populo intelligendum est: cuius populi quoniam salus & redẽptio, & peccatorum abolitio p Christum futura erat, ad hoc nunciabatur Zachariæ filius nasciturus, quia præcursor Christi destinabatur. Quod aũt ei non crediti angelo, ab eodẽ angelo dicitur, Et ecce eris tacẽs, donec impleantur hęc in tẽpore suo: intelligendũ est significasse, q̃ prophetia vsq; ad Ioannẽ, tanquã a sono tileret intelligibili: quia non est intellecta, donec in D
dño compleretur. Quòd dominus de na uicula docet turbas: significauit hoc tempus, quando dominus de authoritate ecclesiæ docet gentes. Quòd dominus ascendẽs in nauim, quæ erat Petri rogat eum a terra reducere pusillum: significat vel temperate vtendum verbo ad turbas, vt nec terrena eis præcipiantur, nec sic a terrenis in p fundiora sacramentorum recedatur, vt ea penitus non intelligant: vel prius in proximis regionibus gentibus prædicandum vt quod dicit item Petro, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam: ad remotiores gentes, quibus postea prædicatum est, pertineat: sicuti Esaias dicit, Tolle signum Esaiæ 8. & 11.
in gentes ad eas propè, & ad eas quæ longe, Vt quòd etiam retia rumpebantur piscium copia, & nauiculæ impletæ sunt ita, vt mergerentur: significat hominum carnalium multitudinem tantum futuram in ecclesia, vt etiam diruptione pacis, exeuntibus inde hæresibus, & schismatibus tanta remaneret, & tanta esset futura illi amissio fidei & bonorum morum: vt Christo dicere videatur talis ecclesia, Exi a me, quia peccator homo E
sum: tanquam turbis carnalium repleta, & eorum moribus penè submersa, regimẽ spiritalium, in quibus maxime Christi persona eminet, à se repellat quodãmodo. Non enim hoc voce linguæ dicunt homines bonis ministris dei, vt eos a se repellant: sed voce morum, & actuum suorum suadent a se recedi, ne per bonos regantur: & eo vehementius, quo deserũt eis honorum, & tã factis suis a se recedere admonent: vt honorificentiam eorum significauerit Petrus, cadens ad pedes domini: mores autem in eo quod dixit, Exi a me domine, quia peccator homo sum. Quod tñ quia non fecit dominus: non.n. recessit ab eis, sed eos subductis nauibus ad litus perduxit: significat in bonis, & spiritalibus viris non esse oportere hanc voluntatem, vt peccatis turbarum cõmoti, quo quasi securius tranquilliusque viuant, munus ecclesiasticum deserant. Q̃d ergo subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum Petrus & Iacobus & Ioannes, potest significare finem temporis, quo ab huius mũdi solo, q̃ Christo inhæ-

3 hæserint, penitus recessuri sunt. Quod do
Lucę. 5. minus dicit leproso mundato: Vade ostende te sacerdoti, & offer munus pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses in testimoniũ
F illis. Hic videtur approbare sacrificiũ quod per Moysen præceptũ est, cum id non receperit Ecclesia. Quod ideo rursũs intelligi pôt, quia nondum esse cœperat sacrificium sanctũ sanctorũ, quod corpus eius est. Nondum enim in passione obtulerat holocaustũ suũ, quo sacrificio confirmato in credentibus populis, templum ipsum euersum est,
Danie. 9 vbi illa sacrificia offerri solebant. Hoc autẽ factum est sẽm prophetiã Danielis: non.n. oportebat auferri significantia sacrificia, priusquam illud quod significabatur confirmatum esset contestatione Apostolorum
4 prædicantium, & fide credentium populorum. De paralytico potest intelligi anima
Lucę. 5. dissoluta membris, hoc est bonis operationibus, Christum quærere, id est voluntatem verbi dei, Impediri autem turbis, nisi tecta, id est operta scripturarum aperiat, vt per hæc ad notitiam Christi perueniat: hoc est, ad eius humilitatem fidei pietate descendat. Hi autem à quibus deponitur, bonos in ecclesia doctores possunt significare. Quòd autem cum lecto deponitur: significat ab homine in ista carne adhuc constituto Christum debere cognosci. Quem tamẽ lectum sanus
G postea iubetur portare, & ire in domũ suã: vt remissione peccatorum conualescentibus per spem bonam membris animæ, hoc opus restaurare intelligatur: vt iam non in carnalibus gaudijs tanquam in lecto requiescat infirmitas animi, sed magis ipsa contineat affectiones carnales, & tendat ad requiem se-
5 cretorum cordis sui. Non absurde quæstio proponitur, quomodo potuerit duos patres habere Ioseph: nam Matthæus eum
Matt. 1. dicit genitum ab eo qui vocabatur Iacob
Lucę. 6. Lucas vero filium esse dicit eius qui vocabatur Heli. Neque hoc loco illud dicit pôt, q̃ vnus homo, sicut non solum apud gẽtes, sed etiam apud Iudæos occidere solere manifestum est, duo nomina habuerit. Cætera enim serie generationum qui hoc putat, facile refellitur. Quid enim de auis, atauis, proauis, cæterisque maioribus dicturus est, quorum diuersa nomina singuli Euangelistæ in sua quisq; narratione contexuerunt? Quid postremo de ipso numero? quandoquidẽ Lucas à domino vsq; ad Dauid quadragintatres generationes enumerat, Matthæus autem a Dauid vsque ad dñm viginti octo uel viginti septem? Certe enim sacramenti gratia vsq; ad transmigrationem, & ab ipsa item transmigratione vnus bis H
meratur. Quærendum igitur quomodo potuerit duos habere patres Ioseph. Et mihi quidem in præsentia tres causæ occurrunt, quarum aliquam Euangelista sequutus sit, Aut enim vnus erat Ioseph naturalis pa- Deut. 25
ter, & alter eum adoptauerat: Aut more Iudæorum eũ sine filijs vnus decessisset, vxorem eius propinquus accipiens, filium quẽ genuit propinquo mortuo deputauit: vt eñ ab altero alteri genitus esset Ioseph, conuenienter duos patres habere diceretur: Aut vnus Euangelista patrem eius à quo genitus est nominauit: alter vero vel auum maternum, vel aliquem de cognatis maioribus posuit, cui propter consanguinitatis vinculum in filij loco Ioseph non absurde consti
tueretur, vt inde iam vsq; ad Dauid nõ eundem quem Matthæus generationum ordinẽ texeret. In quibus causis illa videtur infirma, quam secundo loco posuimus, quia cum quisq; apud Iudæos defuncto fratre vel p 2. Retra
pinquo prolẽ de vxore eius exuscitat, illud ctatio. 12
quod nascitur nomen defuncti solet accipere. Ergo aut adoptio soluit istam quæstionem, aut origo maiorum, aut aliqua alia causa quæ nobis in psentia non occurrit. Quapropter tanta est eorum dementia, qui facI
lius dilabuntur ad Euangelistarum aliquem de mendacio criminandum, quã causas quærant, cur diuersorum patrum nomina singuli cõmemorauerint, vt temere dicatur duas solas esse causas, quibus id recte fieri potuerit, cum tamen ad soluendam quæstionem vel vnam inuenire sufficiat. Quid sibi ue 6
lit q̃ septuagiesseptem personæ secundum Lucę. 3.
generationes quas Lucas secutus est, inueniuntur, quæri potest. Nam & huius numeri mentionem dominus fecit, cũ eum Petrus Mat. 18.
de dimittendis peccatis fratris interrogasset. Ait.n. non solũ septies, sed septuagiessepties esse dimittendum. Vnde recte creditur commemoratione huius numeri omnia peccata iussisse dimitti: quandoquidem ipse per quem peccata omnia dimissa sunt, septuagesima & septima generatione, secundum Euangelistæ memorati testimonium, ad homines humaniter venire dignatus est. Conuenientissime autem, cum sit iam etiam alia series generationum quam Matthæus ex Matt. 1.
plicat, hanc ille tenuit qui baptizato do- Lucę. 3.

mino generationes ipsas per septuaginta & septé personas sursum versus enumerat. Nã & reditus est, & tanquam ascensus ad deum, cui post peccatorũ abolitionem reconciliamur expressius, cum sursum versus per illas K generationes ascenditur. Et utiq; per baptismum fit omnium remissio peccatorũ, quæ illo numero significatur. Non enim in baptismo dñi ipso dño peccata dimissa sunt, sed ipsa remissio peccatorum omnium, quæ misericordia eius & potestate donata est hominibus, per illum baptismum dñi & per illũ numerum generationum consecrata atque signata est. Nec temere dominus & frustra septuagesima & septima generatione venit abolituru omnia peccata, nisi quia in illo numero aliquid latet quod ad significationem pertineat omnium peccatorum. Hoc autem in vndenario & septenario considerandum est. Qui numeri per se multiplicati, ad tantum perueniunt: nam vndecies septẽ, vel septies vndeni, septuaginta & septẽ fiunt. Vndecim aũt trãsgressionem denarij significat. at si in denario perfectio beatitudinis significatur, vnde est etiam illud, quòd omnes conducti ad vineam, denario remunerantur, quod fit cum septenaria creatura trinitati creatoris adiungitur: manifestum est q̃ trangressio denarij peccatum significat per superbiam plus aliquid habere cupientis, & integritatem pfectionemq; amittentis. Hoc aũt septies propterea ducitur, vt motu hominis facta significetur illa transgressio: ternario enim numero incorporea L pars hominis significatur. Vnde est q̃ ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente iubemur diligere deum. Quaternario vero corpus, Multis enim modis quadripertita inuenitur natura corporis. Ex his ergo coniunctis homo constans, non absurde septenario numero significatur. Motus autem in numeris non exprimitur, cum dicimus: vnum, duo, tria, quatuor, &c. sed cum dicimus: semel, bis, ter, quater: quapropter, vt dixi, non septem & undecim, sed septies undecim significant transgressionem, quæ motu facta est hominis peccantis, hoc est perfectionis suæ stabilitatem transgredientis cupiditate amplius aliquid habendi: ut tanto post per Prophetam animæ diceretur. Sperabas si à me discessisses, aliquid amplius te habituram? Ex quo initio superbiæ omnia peccata sylvescunt: quæ tamen dimittuntur, cum septuagiessepties ignoscendum esse admonemur, vt intelligamus nullum peccatum excipi, quod pœnitenti & veniam deprecanti per ecclesiam, cuius personam Petrus gestat, non dimittatur. Quod dicit M dñs Iudæis, de eo qui habebat manum dextram aridam, Interrogo vos, si liceat sabbato benefacere, an male: animam saluam facere, an perdere. Quæritur, cum corpus curauerit, quare interrogauerit, Si liceat animam saluam facere an perdere: vel dixit hoc quòd illa miracula propter fidem faciebat, vbi salus est animæ: uel quod ipsa sanatio manus dextræ, salutem animæ significabat, quæ à bonis operibus cessans, aridam quodammodo dextram habere videbatur: vel animam pro homine posuit, sicut dici solet, Tot animæ ibi fuerunt. Quod dominus 8 dicit, Date & dabitur vobis, mensuram bonam, confertam & coagitatã & supereffluentem dabunt in sinum vestrum: ex illa sententia accipi potest, qua dicit & alio loco. Vt ipsi recipiant vos in æterna tabernacula, vt plebi præceptum esse videatur, quod dictum est, Date & dabitur uobis. Secundum quam sententiam dicit Apostolus, Communicet qui catechizatur verbo dei, qui se cathechizat in omnibus bonis. Non enim diceret, Dabunt in sinum vestrum: nisi quia per illorum merita, quibus vel calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli dederint, mercedem cœlestem recipere merebun- Mat. tur. Quod dominus dicit, Nunquid potest cæcus cæcum ducere. Nonne ambo in 9 foueam cadent. Fortasse hoc ideo subiunxit, ne sperarent à Leuitis se accepturos mẽsuram illam, de qua dixit, Dabunt in sinum vestrum: quoniam ipsis dabant decimas: quos cæcos dixit, quia Euangelium non tenerent: vel illam remunerationem per discipulos domini potius plebs iam in superce- ipe rare, quos imitatores suos volens ostendere, addidit etiam, Non est discipulus super magistrum. Quod dominus dicit, Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos 10 & facit eos ostendam uobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum super petram. Fodere dixit, humilitate Christiana omnia terrena exhaurire de corde suo, ne propter aliquid tale deum colat. In altum autem fodere, donec ad petram perueniat: intantum Chm g. atis sequi, & gratis eum colere, vt non solum p̃p superflua, sed nec propter illa q̃ videntur huic vitæ necessaria & quæ sine culpa à quouis iusto sumi & haberi possunt, tñ tẽporalia atq; terrena sunt, 11 colendus deus putetur. De pueris sedentibus in foro, & adinuicem clamantibus, cõ- Luc. 7. B uerso ordine ad proposita respondit. Nam quod ait, Lamentauimus, & non plorastis: ad Ioannem pertinet, cuius abstinentia à cibis & potu, luctum pœnitẽtiæ significabat. Quod autem ait, Cantauimus tibijs, & nõ saltastis: ad ipsum dominum pertinet, qui vtẽdo cum cæteris cibo & potu, lætitiam regni figurabat. At illi nec humiliari cũ Ioanne, nec cum Christo gaudere voluerunt: dicentes illum dæmonium habere, istum vo- racem & ebriosum & amicum publicano- 41. dist. rum & peccatorum. Quod autem subiun- cap. qđ git, Et iustificata est sapientia ab omnibus dicit. filijs suis: ostẽdit filios sapiẽtiæ intelligere, nec in abstinendo nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam: & in temperantia per abundantiam non se corrumpendi, atq; oportune sumendi vel non sumendi ea quorum nõ vsus sed concupiscentia reprehendenda est. Non. n. interest omnino quid alimentorum sumas, vt sucurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his cũ quibus tibi viuendum est. Neq; quantum sumas, multum interest, cum videamus alio rum stomachum citius satiari, & eos tamen illi ipsi paruo quo satiantur ardenter & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare. C Alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti, & vel ante ora posítas epulas, si id in tempore aut opus sit, aut necesse sit, cum tranquillitate aspicere neque tangere. Magis ergo interest, non quid vel quantum alimentorum pro congruẽtia hominum atque personæ suæ, & p suæ valetudinis necessitate quis capiat: sed quanta facilitate atque serenitate animi ca- reat, cum his vel oportet vel etiam necesse Phili. 4. est carere: vt illud in animo Christiani cõpleat quod Apostolus dicit, Scio & minus habere, scio & abundare in omnibus: & in omnibus imbutus sum, & satiari & esurire 1. Co. 8. & abundare & penuriam pati, Omnia pos- Ro. 14 sum in eo qui me confortat. Et illud, Neque si manducauerimus abũdabimus: neq; si nõ manducauerimus egebimus. Et illud, Non est enim regnum dei esca, & potus, sed iustitia & pax & gaudium. Et quia solent homines multũ gaudere de carnalibus epulis, addidit, in spiritu sancto. Iustificatur

etiam sapientia ab omnibus filijs suis, qui intelligunt vtendis terrenis tempora oportuna esse debere: facilitatem vero carendi talibus, & amorem fruendi æternis non variari oportere per tpa, sed perpetuò retineri. Quod dñs ait, Nemo aũt lucernam D accendens operit eam vase, aut subtus lectũ 12 ponit, sed super candelabrum ponit, vt in- Luc. 8. trantes videant lumen qui verbum dei timore carnalium incommodorum abscondit, ipsam vtique carnem præponit manifestationi veritatis, & ea quasi cooperit verbum, timendo prædicare: eam itaq; vasis & lecti nomine appellauit, sub quo lucernã ponere ait eum qui hoc facit. Quòd in re- 13 gione Gerasenorum curauit dñs eũ in quo Luc. 8. erat legio dæmonum: significatæ sunt gentes quæ multis dæmonibus seruiebant. Q đ sine vestimento erat: non habebat fidẽ. Q đ in domo nõ habitabat: in consciẽtia sua nõ requiescebat. Quòd in monumentis manebat: in mortuis operibus, hoc est peccatis delectabatur: Quòd autem compedibus ferreis, & catenis liberatur, significat graues & duras leges gentium, quibus & in eorum republica peccata cohibentur. Quòd etiam vinculis talibus diruptis agebatur à dæmonio in eremum: significat quòd etiam ipsis transgressis legibus, ad ea scelera cupiditate ducebatur, quæ iam vulgarem consue- E tudinem excederet. Quòd autem in porcos pascentes in montibus dæmonia ire permissa sunt, significat immundos & superbos hoies, quibus dæmonia dominãtur per idolorum cultus. Quòd aut in stagnũ præcipitati sunt: significat quòd iam clarificata est Ecclesia & liberato populo gentium à dominatione dæmoniorũ, in abditis agũt sacrilegos ritus suos, qui Christo credere noluerunt, cæca, & profunda curiositate submersit. Quòd autem pastores porcorum fugientes ista nunciauerunt: significat quosdam etiam primates impiorum, quanquã Christianam legem fugiant, potentiam tamen eius per gentes stupendo & mirando prædicare. Quòd Geraseni pergunt videre quod factum est, & inueniunt hominem vestitum & mente sana sedere ad pedes Iesu, & cognoscentes quid factũ sit, rogant Iesum vt ab ejs discederet, magno timore perculsi: significat multitudinem vetusta sua vita delectatam, honorare quidem, sed nolle pati Christianam legem, dum dicunt q̃ eam implere non possint, ad

mirantes tñ fidelem populú à priſtina perdita conuerſatione ſanatum. Quod ille cupit iam eſſe cum Chriſto, & tñ dicitur ei, Redi in domũ tuam, & enarra quanta tibi
Phili.1. fecit deus: ex illa Apoſtoli ſententia recte põt intelligi, cum ait, Cupio diſſolui & eſſe cũ Chriſto, multo magis optimũ, manere
F in carne neceſſarium pp vos. Vt ſic quiſq; intelligat poſt remiſsionẽ peccatorũ redeũdũ ſibi eſſe in conſcientiã bonam, & ſeruiẽdũ Euangelio pp aliorum etiam ſalutẽ vt deinde etiam cũ Chriſto requieſcat, ne cũ præpropere iam vult eſſe cũ Chriſto, negligat miniſterium prædicationis, fraternæ re-
14 demptioni accõmodatum. De ſeptuagin
Luc.10. taduobus diſcipulis; Sicut vigintiquatuor horis totus orbis peragitur atque luſtratur, ita myſterium illuſtrandi orbis per Euangelium Trinitatis in ſeptuagintaduobus diſcipulis intimatur. Vigintiquatuor enim ter in ſeptuagintaduobus ponimus. Quod autem binos mittit, ſacramentum eſt charitatis, Siue quia duo ſunt charitatis præcepta, ſiue quia omnis charitas, minus quàm
15 inter duos eſſe non poteſt. Quod domi-
Luc.11. nus dicit, Si lumen, quod eſt in te tenebræ ſunt, ipſæ tenebræ quantæ erunt? Lumen dicit bonam intentionem mentis qua operamur, tenebras autem ipſa opera appellat, Si-
G ue quia ignoratur ab alijs quo animo illa faciamus, ſiue quia eorum exitum etiam ipſi neſcimus: id eſt quomodo exeãt atq; proueniant eis quibus nos ea bono animo impẽdimus. Pleruncq; enim beneficijs noſtris male vtendo corrumpuntur, quibus nos ea miſericorditer beneuola intentione præſta-
16 mus. Nunc vos Phariſæi qđ de foris eſt
Luc.11. calicis & catini mũdatis. Hinc deinceps qđ dicit in Phariſæos & legiſdoctores, hoc eſt quod ſuperius dixit, Offirmauerat faciem in Hieruſalẽ, vt eis aperte vera diceret vi-
Lucç.9. tia & peccata eorum. Ideo dicitur ſpiri-
17 tuſſanctus digitus dei propter partitionem
Luc.11. donorum quæ in eo dantur, vnicuique propria, ſiue hominum ſiue angelorum: in nullis etiam membris noſtri magis apparet
18 partitio quàm in digitis. Ieiunium aut in tribulatione eſt, aut in gaudio. In tribulatione ad propiciandum deum pro peccatis: in gaudio vero cum tanto minus delectant carnalia, quanto ſpiritalium ma-
Lucç.5. ior ſagina eſt. Cum ergo dominus interrogatus eſſet, cur diſcipuli eius non ieiunarẽt, de vtroq; ieiunio reſpõdit. Nanq; ad aliud quòd in tribulatione ieiunari ſolet, pertinet quod ait, ſponſi filios tunc ieiunaturos, cũ ab eis ablatus fuerit ſponſus: tunc enim de-
H ſolabuntur, & in mœrore ac luctu erunt, donec eis per ſpiritum ſanctum gaudia conſolatori retribuantur, Quo dono percepto, etiam ieiunij alterum genus quod fiat per lætitiam, iam renouati in vitam ſpiritalem conuenientiſsime celebrabunt. Quod antequam accipiant dicit eos tanquam vetera veſtimenta, quibus inconuenientia nouus pãnus aſſumitur, id eſt, aliqua particulà doctrinæ, quæ ad nouæ vitæ temperantiã pertinet, Quia ſi hoc fiat, & ipſa doctrina quodammodo ſcinditur, cuius particula, q̃ ad ieiunium ciborum valet, importune traditur: Cur illa doceat generale ieiunium, non à concupiſcẽtia ciborum tm̃, ſed ab omni lætitia temporalium delectationum: cuius quaſi pannum, id eſt, partem aliquam quæ ad cibos pertinet dicit non oportere hominibus adhuc veteri conſuetudini deditis impertiri, quia & illinc quaſi conſilio videtur fieri, & ipſi vetuſtati non conuenit. Dicit etiam ſimiles eos eſſe veteribus vtribus, quos vino nouo, id eſt, ſpiritalibus præceptis facilius dirumpi, quàm illud continere poſſe dicit. Erant autem iam vtres noui, cum poſt aſcenſum domini deſiderio conſolationis eius orando, & ſperando innouabantur. Tunc enim acceperunt ſpiri- I
Acto.2. tum ſanctum, quo impleti cum omnium q̃ de diuerſis gentibus aderant linguis loquerentur, dicti ſunt muſto pleni. Nouum enim vinum iam nouis vtribus venerat.

Homo quidam deſcendebat ab Hieruſa 19
Luc.10. lem in Hiericho: ipſe Adam intelligitur in genere humano. Hieruſalẽ ciuitas pacis illa ẽ cœleſtis, à cuius beatitudine lapſus eſt. Hiericho Luna interpretatur, & ſignificat mortalitatẽ noſtram, propter hoc quòd naſcitur, creſcit, ſeneſcit. Et incidit in latrones, diabolum & angelos eius, qui eum ſpoliauerunt immortalitate, & plagis impoſitis peccata ſuadendo reliquerunt ſemiuiuum: qa ex parte qua poteſt intelligere & cognoſcere deum, viuus eſt homo: ex parte qua peccatis contabeſcit, & premitur, mortuus eſt, & ideo ſemiuiuus dr. Sacerdos autem & Leuitia, qui eo viſo præterierunt, ſacerdotiũ & miniſterium veteris teſtamenti ſignificant, quæ non poterant prodeſſe ad ſalutẽ. Samaritanus cuſtos imterpretatur, Et ideo ipſe dñs ſignificatur hoc nomine. Alligatio

tio vulnerum, eſt cohibitio peccatorum. Oleum conſolatio ſpei bonæ, propter indul-
19 gentiam datam ad reconciliationem pacis.
K Vinum, exhortatio ad operandum feruẽtiſſimo ſpiritu. Iumentum eius eſt caro, in qua ad nos uenire dignatus eſt. Imponi iumento, eſt ipſam incarnationem Chriſti credere. Stabulum eſt Eccleſia, vbi reficiuntur viatores de peregrinatione redeũtes in æternam patriam. Altera dies eſt poſt reſurrectionem dñi. Duo denaria, ſunt duo præcepta charitatis, quam per ſpiritum ſanctum acceperunt Apoſtoli ad Euangelizandum cæteris: vel promiſsio vitæ præſentis & futu-
Mat.29. ræ. Sedm. n. duas promiſsiones dictum eſt, Accipiet in hoc ſeculo centies tm̃, & in ſeculo futuro vitam æternam conſequetur. Sta-
1.Co.3. bularius ergo Apoſtolus. Quod ſuperogat aut illud eſt conſilium quod ait, De virginibus autem præceptum dñi non habeo, conſilium autem do: Aut quod etiam manibus
2.The.3 ſuis operatus eſt, ne infirmorum aliquem in
20 nouitate Euangelij grauaret, cum ei liceret
Luc.12. paſci ex Euangelio. Quod Martha excepit illum in domum ſuam: ſignificat Eccleſiam quæ nunc eſt, excipientem dominum in cor ſuum. Maria ſoror eius quæ ſedebat ad pedes dñi, & audiebat verbum eius: ſignificat eandem Eccleſiam, ſed in futuro ſecu-
L lo, vbi ceſſans ab opere miniſterioq; indigentiæ, ſola ſapientia perfruetur. Martha ergo occupata eſt circa multum miniſterium, quia nunc talibus operibus exercetur Eccleſia. Quod autem queritur q̃ ſe ſoror eius non adiuuet, occaſio datur ſentẽtię dñi qua oſtendit iſtam Eccleſiam ſolicitam eſſe & turbari circa plurima, cum ſit vnum neceſſarium, ad quod per miniſterij huius merita peruenitur. Mariam vero dicit optimã partem elegiſſe, quæ nõ auferetur ab ea: & ideo intelligitur optima, quia & per hanc ad illam tenditur, & nõ auferetur. Illa vero pars miniſterij, quanuis ſit bona, tamen auferetur, quando indigẽtia cui miniſtratur tranſierit. Amicus ad quem venitur medi-
21 nocte vt accommodet tres panes, vtiq; ad
Luc.11. ſimilitudinem ponitur ſecundum quã quis deum rogat in media tribulatione conſtitutus, vt ei tribuat intelligentiam trinitatis, qua præſentis vitæ conſoletur labores. Sed comparatio eſt a minore. Si enim amicus homo ſurgit de lecto & dat, nõ amicitia, ſed tædio, compulſus, quanto magis deus dat q̃ ſine tædio largiſsime donat quod petitur? ſed ad hoc ſe peti vult, vt capaces donorum eius fiant qui petunt. In tribus autem panibus etiam illud ſignificatur, vnius eſſe ſubſtantiæ trinitatem. Amicus autem quem di- M
eit ille qui petit veniſſe de via & non ſe habere quod ponat ante illum: intelligitur hominis appetitus qui debet obtemperare rationi. Seruiebat autem conſuetudini temporali, quam viam vocat propter omnia per tempus trãſeuntia. Conuerſo autem homine ad deum, etiam ille appetitus à conſuetudine reuocatur: ſed ſi non conſolatur interius gaudium de doctrina ſpiritali qua creatoris trinitas prædicatur, magnę anguſtiæ ſunt in homine quem premit erumna mortalis, cum ab ijs quæ foris delectant præcipitur abſtinentia, & intus non eſt refectio de lætitia doctrinæ ſalutaris: & iſta anguſtia eſt media nox, qua cogitur vehementer inſtare petendo vt accipiat tres panes. Quod autem ei dicitur deitas, iã oſtium clauſum eſſe, pueros quoq; eius cum eo in cubili eſſe: ſignificat tps famis verbi cum intelligentia clauditur & illi qui Euangelicam ſapientiã tanquam panem erogantes, per orbem terræ prædicauerunt, pueri patris familias iam ſunt in ſecreta quiete cum domino: & tamẽ orando efficitur vt accipiat deſiderans in-
tellectum ab ipſo deo, etiam ſi homo deſit A
per quem ſapientia prædicetur. De pa- 22
ne, piſce & ouo, quibus contraria poſuit la- Luc. 11
pidem, ſerpẽtem & ſcorpionem: intelligitur panis charitas, propter maiorem appetitũ, & tam neceſſarium vt ſine illa cætera nihil ſint: ſicut ſine pane menſa eſt inops, Cui contraria eſt cordis duritia quam lapidi comparauit. Piſcis autem intelligitur fides inuiſibiliũ, vel pp aquam baptiſmi, vel quia de inuiſibilibus locis capitur. Quod etiã fides huius mundi fluctibus circumlata non fran-
gitur, recte piſci comparatur, Cui contrarium poſuit ſerpentem propter venena fallaciæ, quæ etiã primo homini male ſuadẽdo præſeminauit. In ouo intelligitur ſpes: ouũ enim nondũ eſt fœtus perfectus, ſed foueẽdo ſperatur, Cui cõtrarium poſuit ſcorpionem, cuius aculeus venenatus retro timẽdus eſt: ſicut ſpei contrarium eſt retro reſpicere, cũ ſpes futurorum in ea quæ ante ſunt ſe extendat. De eo quod dicit dñs ſcribis vel do- 23
ctoribus Iudæorum, Tuliſtis clauem ſcien- Luc. 11.
tię, & ipſi non introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis: accipiendum quod in ſcriptura de humanitate Chriſti dicitur,

B quam nec ipsi intelligere, nec ab alijs intel-
24 ligi volebant. Quod dñs dicit discipulis,
Luc.12. Anima pluris est q̃ esca, & corpus q̃ vestimentum, Sic accipiendum vtiq; si hoc tibi dedit quod plus est, quanto magis dabit qđ
25 minus est. Quod dñs dicit, Sint lumbi ve
Luc.12. stri præcincti, pp continentiam ab amore rerum secularium: lucernæ ardentes, hoc ipsum vt vero fine & recta intẽtione faciatis.
26 Quod dominus dixit Petro, Quis putas
Luc.12. est fidelis dispensator & prudens, quẽ constituet dominus super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram. Mensurã dicit propter modum capacitatis quorumq;
27 audientium. Quod dominus dicit, Cum
Luc.12. uideritis nubem orientem ab occasu: carnem suam à morte resurgentem significat. Ex illo.n.omnibus terris imber Euangelicæ prædicationis infusus est, Austrum flantem ante æstus, tribulationes leuiores ante
28 iudicium. Quod dñs dicit, Si.n.quod mi
Luc.12. nimum est, non potestis, cum de augenda corporis statura diceret, Minimũ.n.est hoc,
29 sed deo corpora operanti. Cum diceret
Luc.12. discipulis non debere haberi solicitudinem de cibis, ait, Et nolite in sublime extolli: Primo enim hæc ad necessitatem implendam
C homo quærit, Cum autem hæc abundauerint, incipit & superbire de talibus, Tale est hoc, ac si se vulneratus quis iactet, quia habeat multa emplastra in domo cum hoc illi bonum esset vt vulnerã non haberet, & ne
Luc.14. vno quidẽ indigeret emplastro. Congruenter hydropicum animali quod cecidit in puteum comparauit, tumore enim laborabat:
Luc.13. sicut & illam mulierem quam decem et octo annis alligatam dixerat, & ab eadẽm alligatione soluebat, comparabat iumẽto quod soluitur vt ad aquã ducatur. Hydropicum autem recte comparamus diuiti auaro. Sicut enim ille quanto magis abundat humore inordinato, tanto amplius sitit: sic iste quanto est copiosior diuitijs quibus non bene vtitur, tanto ardentius talia concupiscit. Illam uero ita morbo incuruatam vt se erigere non posset, animæ assimulauit terrenis opinionibus uel operibus debilitatæ uel oppressæ, ita vt diuina cogitare non va-
30 leat. Quod de ciuitate adducit inuita-
Luc.14. tos ad cœnam: de ipsa gente Iudæorum qui crediderunt significat debiles peccatis, non habentes superbiam quasi iustitiæ, quæ mendax primates eorum à gratia prohibebat. Quod autem de sepibus & vijs alios adduci iussit, cùm ádhuc locus esset: D
gentes significat, pp diuersas vias sectarum, & spinas peccatorũ. Sumptus ad tur-
31 rim ædificandã, vires sunt ad discipulatum Luc.14
Christi obtinendum: & decem milia prælaturi cum rege qui habebat viginti milia, ostendunt simplicitatem Christiani populi dimicaturi cum duplicitate diaboli hoc est cum dolis & fallacijs eius, in affectu constituti renunciantis omnibus quę sunt eius. Ita enim cõcludit, Sic ergo omnis ex vobis qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non põt meus eẽ discipulus. Inter quæ omnia etiã ipsa tpalis vita intelligatur, necesse est: quam oportet sic possidere ad tps, vt non impediat ab æterna, qui eam fuerit minatus auferre. Sicut autem de turri non perfecta, per opprobriũ deterruit dicentiũ, quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare: Sic in rege cum quo dimicandum est, ipsam pacem accusauit, cum
ait, Adhuc illo longe agente, legationẽ mittens rógat ea quæ sunt pacis: significans minas imminentium à diabolo tentationum, non sustinere homines qui non renunciant omnibus quæ possident, & pacem cum eo facere consentiendo illi ad committenda pec-
cata. Turrim quippe illam ædificare, & con E
tra regem illum dimicare, esse discipulum Christi est: habere aũt sumptus ad perficiendam turrim, & habere fortia decẽ milia contra viginti milia regis: renunciare est omnibus quæ sunt eius. Salem infatuatum apo 32
statam dixit, quem perditam oẽs pctõres di- Luc.14
xit, qui per penitentiam reconciliãtur deo. Quam humeris suis portat, quia humiliando se tales erexit. Ideo aũt illas nonaginta nouem dixit quas reliquit in deserto, quia superbos significat tanquã solitudinem gerentes in animo, dũ solos se videri volunt, quibus ad perfectionem vnitas deest. Cum.n. quisq; à vera vnitate diuellitur, superbia diuellitur: suæ quippe potestatis esse cupiens, non sequitur vnum quod deus est; Ideoq;
c in nonagintanouem ouibus & in nouem
drachmis ponit eorum significationem, qui de se præsumentes pctõribus ad salutẽ redeuntibus se pręponunt: vnum enim deest ad nouem, vt decem sint, & ad nonagintanouem vt centum sit. Et si per cæteros numeros hoc consyderes, hoc euenit. Nam & non
gentis nonagintanouem vnum deest vt mil- F
le sint, & ad nouem milia nongentos nonagintanouem, vnum deest vt decem mi-
lia

lia sint. Variari ergo per breuitatem & magnitudinem numeri possunt, quibus vnum deest vt perficiantur. Ipsum verò vnum sine varietate in se manens cũ accesserit perficit, cui deputat omnes per pœnitentiã reconciliatos, quæ humilitate obtinetur.
33 Homo habens duos filios, deus ad duos
Luc.15. populos intelligitur, tanquam stirpes duas generis humani: vnam eorum qui permanserunt in vnius dei cultu, aliam eorum qui vsque ad colenda idola deseruerunt deum. Ab ipso autem exordio creaturæ mortaliũ consideratio debet intelligi vel intendi. Maior ergo filius ad cultũ vnius dei pertinet. Minorem in regionem longinquam profectum esse dicit, Petijt enim vt sibi pars substantiæ quæ eum tangeret daretur à patre, tanquam anima sua potestate delectata, id quod illi est viuere, intelligere, meminisse, ingenio alacri excellere, omnia ista diuina sunt munera, quæ in potestatem accipiens per liberum arbitrium, quia diuisit pater liberis substãtiam, minor filius in regionem longinquam profectus, male vtendo naturalibus bonis, eoi ipso p̃ patrem deseruit cupiditate fruendi creatura, relicto ipso creaG tore. Quod non post multos dies dixit factum, vt congregatis omnibus peregre profi ciscereturin regionem longinquam: quia non multo post institutionem humani generis placuit animæ per liberum arbitrium ferre secum quandam velut potentiam naturę suæ, & deserere eum à quo condita est præsidens viribus suis quas vires tanto consumit citius, quanto eum deserit à quo datæ sunt. Itaque hanc vitam prodigam vocat amantem fundere, atque spatiari põpis exterioribus intus inanescentem, cum ea quisq; sequitur quæ ab illa procedunt, & relinquit eum qui sibi est interior. Regio itaque longinqua, obliuio dei est, fames autem in illa regione est indigentia verbi veritatis. Vnus ciuium regionis illius, aliquis aereus princeps ad militiam diaboli pertinens. Villa eius, modus potestatis eius. Porci immundi spiritus qui sub ipso sunt. Siliquæ quibus pórcos pascebat, seculares doctrinæ sterili vanitate resonantes: de quibus laudes idolorum fabularumq; ad deos gentium pertinẽtium vario sermone atq; carminibus perere
pant, quibus dæmonia delectantur. Vnde cũ
H iste saturari cupiebat, aliquid solidum & re-
ctum quod ad beatã vitam pertineret, inuenire volebat in talibus, & non poterat. Hoc est.n. quod ait, Et nemo illi dabat. In se aũt reuersus, iam scilicet ab eis quæ forinsecus frustra illiciunt & seducunt, in conscientiã Luc.15.
interiorem reducem faciens intentionẽ suã dixit, Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus? Vnde hoc scire potest in quo erat tanta obliuio dei, sicut in omnibus idololatris fuit, nisi quia ista recogitatio iam resipiscentis est cum Euangelium prædicaretur? Iam.n.poterat talis animaduertere multos prædicare veritatem, inter quos quidam essent non ipsius amore veritatis ducti, sed cupiditate comparandorum secularium commodorum. De quibus dicebat Apostolus, esse quosdam qui Euangeliũ annunciarent non caste, existimantes quæstum esse pietatem. Non.n.aliud annuncia- Philip.1
bant, sicut hæretici: sed hoc quod Apostolus 1.Tim.6
Paulus, non eo tñ animo quo Apostolus Paulus: vnde & mercenarij recte appellantur, in eadem quidem domo eũdem panem verbi tractantes, non tñ in hæreditatẽ æternam vocati, sed temporali mercede conducti. De talibus dictum est, Amẽ dico vobis, perceperunt mercedem suam. Ego ergo, in-
quit, hic fame pereo. Deinde ait, Surgã, quia Matt.6.
iacebat: & ibo, quia longe aberat: Ad patrẽ I
meum: quia sub principe porcorum erat.
Cætera verba sunt pœnitentiam meditãtis Luc.15.
in confessione peccati, nondum tamen agentis. Non.n.iam dicit patri, sed dicturum se esse promittit cum venerit, Intelligas igitur hoc nunc accipiendum esse venire ad patrẽ, in Ecclesia constitui per fidem: vbi iam possit esse peccatorũ legitima & fructuosa confessio. Quid ergo patri dicturum se dicit? Pater peccaui in cœlum & coram te, & iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum de mercenarijs tuis. (Non ab re quæritur,) vtrum hoc est, peccaui in cœlũ: q̃ est, coram te: vt cœlũ appellauerit ipsam summitatẽ patris. Vnde est ét illud in Psal- Psal.18.
mo, A summo cœlo egressio eius, cum ab ipso patre vellet intelligi. An potius. Peccaui in cœlum, coram sanctis animis in quibus est sedes dei? Coram te aũt, in ipso penetrali interiore conscientiæ. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longe esset antequam intelligeret deum, sed tũ cum iã pie quæreret, vidit illũ pater ipsius. Impios Luc.15.
.n. & superbos conuenienter non videre dicitur, tãquam ante oculos non habere. Ante oculos.n.haberi, non nisi qui diliguntur K
dici solent. Et misericordia motus est, Et accurrens

Universidad de Deusto
Biblioteca

currens cecidit super collum eius. Non.n. pater vnigenitum filiū deseruit, In quo vsq; ad nostram lōginquam etiam peregrinationem cucurrit atq; descendit, quia deus erat in Christo mundū reconcilians sibi. Et ipse
2.Co. 5 dñs ait, Pater in me manens, ipse facit opera
Ioan.14 sua. Quid est aūt, super collum eius cadere: nisi inclinare & humiliare in amplexū eius brachium suum? & brachiū domini cui re-
Esa. 53. uelatum est? Quod est vtique dñs noster Iesus Christus. Et osculatus est illum: ideſt, consolari verbo gratiæ dei ad spem indulgentiæ peccatorū: hoc est post longa itinera remeantem aūt, meteri à patre osculum charitatis. Et incipit iam peccata constitutus in Ecclesia confiteri. Nec dicit omnia q̄ dicturum se esse promiserat, sed vsq; ad illud. Nō sum dignus vocari filius tuus. Hoc.n. vult fieri per gratiam, quod se indignum esse per merita fatetur. Non addit quod in illa meditatione dixerat, Fac me sicut vnum de mer-
Luc.15. cenarijs tuis. Cum.n. panem non haberet, vel mercenarius esse cupiebat: q̄ post osculum patris generosissime iam dedignatur. Stola prima est dignitas quā perdidit Adā.
L Serui qui eam proferunt reconciliationis prædicatores. Annulus in manu, pignus est spiritussancti propter gratiæ participationem, q̄ digito dei bene significatur. Calciamenta in pedes præparatio Euangelizandi ad non tangenda terrena. Vitulus saginatus ipse item dñs, sed secūdum carnem latiatus opprobrijs. Quod aūt imperat vt adducant eum, quid aliud est nisi vt prędicent eum, & annunciando venire faciant in exhausta fame viscera filij esurientis? Nam ēt vt occidant eum iubet, hoc est vt mortem eius insinuent. Tunc.n. cuique occiditur cum credit occisum. Et epulemur, inquit: hoc ad lætitiā valet propter illa quæ consequenter dicit, Quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et istæ epulæ atque festiuitas nunc celebrant per orbem terrarum Ecclesia dilatata atque diffusa. Vitulus.n. ille in corpore & sanguine dominico offertur patri, & pascit tota domum. Cū interea maior filius, populus Israel secundū carnem, non quidem profectus in longin-
Luc.15. quam regionem sed tū in domo non est. In agro autem est. in ipsa hæreditaria opulen-
M tia legis & Prophetarū, terrena potius operatur, & in quibuscunque Israelitis consideratoribus, Nam multi tales inuenti sunt in eis & sæpe inueniūtur. Veniens de agro domui, ppinquare cœpit. i. labore seruilis operis improbato, ex eisdē scripturis Ecclesiæ libertatem considerauit, Audit symphoniam & chorum. s. spiritu plenos vocibus cōsonis Euāgelium prædicare. Quibus dictum est, 1.Co. 1
Obsecro vos fratres per nomē dñi nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes. Audit quoq; concorditer conuersantium animam & cor vnum in laudes dei. Vocat vnum de Luc.15.
seruis, & interrogat quæ illa sint: Sumit vtique ad legendum aliquem Prophetarum, & in eo quærens quodammodo interrogat, vnde ista festa in Ecclesia celebrantur, in qua se esse non videt. Respondet ei seruus patris Propheta, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit, in extremis.n. terræ fuit frater tuus. Sed inde maior exultatio cantantium dño Esa. 42.
cāticum nouum, quia laus eius ab extremis Esa. 55.
terræ, & propter eum qui absens erat occi- Esa. 52.
sus est vir in plaga positus, & sciēs ferre imbecillitatem, quia quibus non est narratum de eo viderunt, & qui non audierant, intelle
xerunt. Sed indignatur etiā nunc, & adhuc Roma.
non vult introire. Cum ergo plenitudo gētium intrauerit, egredietur opportuno tem
pore pater eius, vt etiā omnis Israel saluus A
fiat: ex cuius parte cæcitas facta est velut absentia in agro donec plenitudo filij minoris longe in idololatria gentium constituti reducta ad manducandum vitulum intraret. Erit enim quandoque aperta vocatio Iudæorum in salute Euangelij. Quam manifestationem vocationis, tanquam egressum patris appellat ad rogandum maiorem filium. Deinde quæ respondet idem maior filius, duas quæstiones habent. Quomodo videlicet accipiatur ille populus nunquam mandatum dei præterijsse, Et quem dicat hædum quem nunquam accepit, vt cū amicis suis epularetur. Sed de mandato non prætergresso facile illud occurrit, neque de omni mādato dictū esse, sed de vno maxime necessario, quo nullum deū alium præter omnium creatorem colere iussus est, Neque iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligitur habere personā, qui nunquā ab vno deo ad simulacra conuersi sunt. Quanquam.n. tanquam in agro positus iste filius terrena desideraret, ab vno tamen deo ista desiderabat bona, quamuis communia cum B Psal.77
pecoribus. Vnde in Psalmo ex persona synagogæ quod interpretatur Asaph, conuenienter accipitur dictum. Quasi pecus fa-
ctus

ctus sum apud te, & ego semper tecum. Q̄d etiā patris ipsius testimonio cōprobatur cū dicit, Tu mecum es semper. Non.n. quasi
Psal.72. mentientem redarguit, sed secum perseuerā tiam eius approbans, ad perfruitionem potioris atq; iocundioris exultationis inuitat. Quis est ergo hædus quē nunquam accepit ad epulandū? Peccator profecto hædi nomine significari solet. Sed absit vt Antichristum intelligā, Non.n. exitum inuenio huiusce sententiæ. Multum.n. absurdum est, eū cui dicitur, Tu mecū es semper: hoc à patre optasse, vt Antichristo crederet. Neq; omnino in eis Iudæis qui Antichristo creditu
ri sunt, istū filium fas est intelligi. Quo aūt epularet ex illo hædo, si ipse esset Antichri-
stus, qui ei nō crederet? Aut si hoc est epulari ex hædi occisione, quod est de Antichri
sti perditione lætari, quomodo dicit filius
C quē recepit pater hoc sibi non fuisse concessum, cum oēs filij dei de illius aduersarij dā
natione lætaturi sunt? Nimirum ergo, quod in re obscurissima sine præiudicio diligentioris inquisitionis dixerim, ipsum dominū sibi negatum ad epulandum conqueritur dum cum peccatorem putat. Cum enim hæ
dus est illi genti, ideſt cum eū sabbati violatorem & prophanatorem legis existimat, io
cundari epulis eius non meruit: vt q̄ ait, Nunquam dedisti mihi hædum vt cum amicis meis epularer, tale sit acsi dicerer, eū qui mihi hædus videbatur, nunquam dedisti mihi ad epulandum, eoipso mihi illum non cō
cedens, quo mihi hædus videbatur. Quod autem dicit, cum amicis meis, aut ex persona principum cum plebe intelligitur, aut ex persona populi Hierosolymitani cum cę
teris populis Iuda. Meretrices autem cum quibus dissipasse substātiam suam filius minor accusatus est, recte intelliguntur superstitiones, relicto vno connubio legitimo ver
bi dei, cum turba dæmoniorum cupiditate turpissima fornicari. Quid deinde sibi vult, quòd cum pater diceret, Tu mecum es sem
per, quod iam tractatum est, addidit, Et om
nia mea tua sunt? qua in re primo cauendū est, ne intelligas ita dictum, omnia mea tua sunt, quasi non sint & fratris: aut tanquam in terrena hæreditate patiaris angustias, qūo
posint omnia esse maioris, si habet ibi & iu
nior partem suam. Sic enim à perfectis & purgatis ac iam immortalibus filijs haben-
D tur omnia, vt sint & omnium singula & om
nia singulorum. Vt.n. cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Sed qūo omnia? Nū & angelos, ait aliquis, & virtutes sublimes ac potestates, atq; vniuersa cœlestia dei ministeria deus in possessionem tali filio subiecisse putandus est? Si possessionem sic accipias, vt eius possessor ipse sit dominus nō vtiq; omnia. Non.n. domini erunt, sed consortes potius angelorū, de quibus dictum est, Erunt enim æquales angelis dei. Sin vero possessio sic intelligi- Mat.22
tur, quo recte dicimus possidere animas veritatem: non inuenio cur non vere ac proprie accipere possimus omnia, quæ dicta sunt omnia. Non .n. illud ita loquimur vt Ad hūc
dominas veritatis dicamus animas q̄ ab eis sensum.
dicimus possideri. Aut si noīe possessionis adhuc sensu impedimur, id quoq; auferaī: Non enim ait pater, omnia in possessionē tibi dabo: siue omnia mea possideas vel possidebis: sed omnia mea tua sunt: nec tamen ita sunt eius, vt ipsius dei. Quod enim est in nostra pecunia, potest familiæ nostrę vel alimentum esse vel ornamentum, vel aliqd huiusmodi. Et certe cum ipsum patrem recte ille posset suum dicere, non video quæ ipsius recte sua vocare non possit, diuersis duntaxat modis. Cum enim beatitudinem E
illam obtinuerimus, nostra erunt ad viuendum superiora nostra, erunt ad conuiuendum æqualia, nostra erunt ad dominandū in feriora. Congaudeat ergo securissimus maior frater, quia iunior frater mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. In vil 34
lico quē dominus ejiciebat de villicatione, Luc.16
& laudauit eum quòd in futurum sibi prospexerit, non omnia debemus ad imitandū sumere. Non enim aut domino nostro faciē da est in aliquo fraus, vt de ipsa fraude eleemosynas faciamus: aut eos à quibus recipi volumus in tabernacula æterna, tanquā de bitores dei & domini nostri fas est intelligi: cum iusti & sancti significentur hoc loco qui eos introducant in tabernacula æterna, qui necessitatibus suis terrena bona cōmunicauerint: de quibus etiam dicit, quòd si quis alicui eorum calicem aquæ frigidæ dederit tantum in nomine discipuli, non perdet mercedem suā. Sed ēt econtrario dicunt Mat.10
istæ similitudines, vt intelligamus, si laudari potuit ille à domino qui fraudē faciebat, quanto amplius placent dño deo, qui secundum eius præceptū illa opera faciunt: sicut etiam de iudice iniquitatis qui interpellabatur à vidua comparationē duxit ad iudicem

deum

F deũ,cui nulla ex parte iudex iniquus confe-
Luc.18. rendus est. Quòd aũt de centum cadis olei
quinquaginta scribi fecit à debitore, & de
centũ choris tritici octoginta, ad nihil aliud
valere arbitror, nisi vt ea quæ similiter in sa
Luc.16 cerdotes atq; in leuitas Iudæi, quisq; opera
tur in Christi Ecclesia,abundet iustitia eius
super scribarum & pharisæorũ, vt cum illi
Matt.5. decimas darent,isti dimidias dent: sicut non
de fructibus sed de ipsis bonis suis fecit Za-
Luc.19. chæus. Aut certe duplicet decimã, aut duas
decimas dando superet impendia Iudæorũ:
Mammona vero iniquitatis ideo à dño ap-
pellata est ista pecunia quã possidemus ad
tẽps, quia Mammona diuitiæ interpretant.
Nec sunt istæ diuitiæ nisi iniquis,qui in eis
constituunt spem atq; copiam beatitudinis
suæ. A iustis vero cum hæc possidentur,est
quidẽ ista pecunia: sed non sunt tñ illis diui
tiæ nisi cœlestes & spiritales, quibus indul-
gentiã suam spiritaliter supplentes, exclusa
egestate miseriæ, beatitudinis copia ditant.
35 Quod dicit, Si in alieno fideles non fui-
Luc.16. stis: Alienas appellat terrenas facultates,qa
nemo eas secum moriens aufert.hoc est qd
Psal.48. dicit Dauid, Ne timueris cum diues factus
G fuerit homo,& cum multiplicata fuerit glo-
ria domus eius: quoniã non cum morietur
accipiet omnia, neq; simul descendet cũ eo
36 gloria eius. Quod ait, Aut vnum odiet,
Luc.16. & alterum diliget,aut vni adhærebit, & al-
terum contemnet: Non sine consideratio-
ne distinguenda sunt, Non enim passim aut
quasi temere dicta sunt. Non enim interro-
gatus vtrum diligat diabolum, respondet se
diligere, sed potius odisse, Deum autem se
diligere omnes ferè proclamant. Ergo aut
vnum odiet & alterum diliget vt fieri de-
bet: odiet scilicet diabolũ, diliget vero deũ,
Quod vero adiunxit, aut alleri adhærebit
& alterum contemnet. Adhærebit scilicet
diabolo, cum quasi eius præmia temporalia
sectatur, contemnet autem deum, Non di-
xit odiet,sed contemnet: sicut solent minas
eius postponere cupiditatibus suis, qui de
bonitate eius ad impunitatem sibi blandiun
tur, Quibus per Salomonem dicitur, Fili
Ecclesia ne adijcias peccatum super peccatum,& di-
stici. 5. cas, miseratio dei magna est. Regnũ cœ-
37 lorum vim patitur, & qui vim faciunt,diri-
Luc.16. piunt illud. Non solũ vt quisq; ista contem
nat, sed etiam linguas deridentium se talia
contemnentem: hic enim vi facta inuadit
quodammodo quasi prædator violentus re-
gna cœlorum: hoc enim subiunxit Euange- H
lista,cum dixisset derisum fuisse Iesum à pha
risæis, cum de contemnendis terrenis diui-
tijs loqueretur. Homo quidam erat di- 38
ues,& induebatur purpura & bysso, & epu- Luc.16
labatur quotidie splendide, & cætera. Per
allegoriã sic accipi possunt,vt in diuite intel
ligantur superbi Iudæorum, ignorantes dei Ro. 10
iustitiam,& suam volentes constituere. Pur
pura & byssus,dignitas regni est: & auferẽ-
tur, inquit, à vobis regnum dei, & dabitur Mat.
genti facienti iustitiam. Epulatio splendida,
iactantia legis est, in qua gloriabantur plus
ad pompam elationis abutentes ea,quàm ad
necessitatem salutis vtentes. Mendicus autẽ Luc.
nomine Lazarus, quod interpretatur adiu-
tus, significat indigentem, veluti gentilem
aliquem aut publicanum, qui tanto magis
adiuuatur, quanto minus de suarum copia
facultatum præsumit. Tales erant illi duo
qui orabant in templo,unus publicanus, &
alter pharisæus. Diues ergo dicit tanquam Luc.
satiatus iustitia, non inter illos beatos nu-
merandus,qui esuriunt, & sitiunt iustitiã,
Gratias tibi ago, quia non sum sicut publi- Mat.
canus iste. Pauper autem qui se adiuuari de
siderat, dicit, Propicius esto mihi peccato-
ri. Desiderat tamen saturari de micis quæ I
cadunt de mensa diuitis iacens ad ianuam, Luc.
Non enim admittebatur ad epulas eius,qui
nec bene illis vtebatur nec egenti dabat, tã-
quam scriba habens claues regni cœlorum,
nec ipse intrans, nec alios intrare permit-
tens. Micæ cadentes de mensa diuitis, sunt
quædam verba legis, quæ illi iactantes qua-
si proijciebant in terram, cum superbe po-
pulo loqueretur. Vlcera autem sunt confes-
siones peccatorum, velut mali humores à
visceribus intimis foras erumpentes. Canes
qui ea lingebant, nequissimi homines sunt
amantes peccata, qui data lingua etiam lau-
dare non cessant opera mala,quæ in se alius
gemens & confitens detestatur. Sinus Abra
hæ, requies est beatorum pauperum, quo-
rum est regnum cœlorum, in quo post hãc
vitam recipiuntur. Sepultura inferni, pœ-
narum profunditas, quæ superbos & immi-
sericordes post hanc vitam vorat. Quos ta-
mẽ dominus in ista narratione dicit videre
de longinquo, atque sentire beatorum re-
quiem,quòd sanè transire nõ possunt. Quod
autem linguam sibi vult refrigerari, cum in Prou.
flamma vtiq; totus arderet: significat quod
scriptum est, Mors & vita in manibus lin-
guæ:

K guæ: Et quia ore confessio fit ad salutem,
Ro.10. quod per superbiam ille non fecit. Extremũ
autem digiti vel minimam operationẽ mise
ricordiæ significat, qua per spiritum sanctũ
subuenitur. Cum autem ei dicitur, Recepi-
sti bona in vita tua.illud tangitur, quia fœ-
licitatem dilexit seculi, nec aliã vitam præ-
ter istam in qua superbus tumebat,amauit.
Lazarum aũt mala dicit recepisse, quia in-
tellexit huius vitæ mortalitatem, labores,
Eph. 2. dolores,& erumnas,pœnam esse peccati: de
Iob.25. quo scriptũ est, Fumus & nos naturaliter
filij iræ sicut & cæteri. De quo iterũ scriptũ
est,nec infantem cuius est vnius diei vita su
per terram mundũ esse peccato,quia omnes
vtiq; in Adam morimur, qui factus est trãs
gressione mortalis. Quod autẽ dicit, ad ea
loca in quibus torquentur impij,iustos etiã
si velint,non posse transire,quid aliud signi
Matt.5. ficat,nisi post hanc vitam ita receptis in car
cere, vt inde non exeant donec reddant no-
uissimum quadrantem,& per incommutabi
litatem diuinæ sententiæ, nullum auxilium
misericordiæ posse præberi à iustis, etiam
si velint illud præbere. Quo admonet sci-
,, licet in hac vita homines subueniant qui-
,, bus possint, ne postea etiam si optime rece-
,, pti fuerint, eis quos diligunt opitulari non
L valeant. Illud enim quod scriptum est, Vt
Luc.16. & ipsi recipiant vos in æterna tabernacula:
non de superbis & immisericordibus scri-
ptum est,qualis iste diues fuisse demonstra-
tur quòd recipi à sanctis in illa tabernacu-
la mereantur: sed de his qui sibi amicos of-
ficiosissimos operibus misericordiæ fece-
rint: quanquam nec ipsos iusti velut pro-
pria potestate quasi gratificando recipiant,
sed promissione atque permissione illius q̃
eos consilio præmonuit, vt sibi amicos fa-
cerent,& qui seipsum pasci,vestiri,hospitio
recipi, visitari vnoquoque minimorum
suorum liberatoris bonitatem dignatus est.
Quanquam illa receptio vtrum statim post
istam vitam fiat, an in fine seculi in resur-
rectione mortuorum, atque vltima retribu
tione iudicij, non minima quæstio est: sed
quandolibet fiat, certe de talibus qualis ille
Luc.16. diues insinuatur,nulla scriptura fieri polli-
cetur. Quinque autem fratres quos habe-
re se dicit in domo patris sui, Iudæos signi-
ficant. Appellati autem sunt quinque, quia
sub lege detinebantur quæ per Moysen da-
ta est,qui libros quinque conscripsit. Quod
vero Lazarum petit mitti ad fratres suos:
sensit se vtiq; indignum qui testimonium M
perhibeat veritati. Et quia non impetraue-
rat paululũ se refrigerari, multo minus cre-
dit relaxari se posse ab inferis ad prædicatio
nem veritatis. Quod Abraham dicit,si vo-
lunt credere,habent Moysen & prophetas:
nõ istos Euangelio præposuit,sed quia Euã
gelium, sicut dicit Apostolus, testimonium
habet à lege & Prophetis,illis credendo pos Rom.3.
se eos significat ad euangelium peruenire.
Sicut alio loco ipse dominus dicit,Si crede- Ioan. 5.
retis Moysi,crederetis & mihi. Ille enim de
me scripsit. Denique ad hoc pertinet quod
etiam postea dicit, Si Moysen & Prophetas Luc.16.
non audiunt, neq; si quis ex mortuis resur-
rexerit credent: quia eũ prænunciauerunt
Moyses & Prophetæ qui surrexit à mor-
tuis, hocipsum etiam de illo quod resurre-
cturus esset à mortuis, quibus non creden-
do vtique nec Christo volunt credere. Mul-
to minus ergo cuilibet possunt credere qui
à mortuis resurgeret, quando ei non cre-
dunt,cuius resurrectionem Moyses & Pro-
phetæ prædicauerunt, quibus credere no-
lunt. Aliter etiam intelligi potest ista nar- Alia ex-
ratio,vt Lazarum,dominum significare ac- positio.
cipiamus,iacentem ad ianuam illius diuitis:
quia se ad aures superbissimas Iudæorum A
incarnationis humilitate deiecit,cupiens sa-
turari de micis quæ cadebant de mensa di-
uitis. Et quærens ab eis vel minima opera
iustitiæ, quæ suæ mensæ, hoc est suæ pote-
stati per superbiam non vsurparent: quæ
opera misericordiæ atque humilitatis, quã-
uis minima, etsi non disciplina & perseue-
rantia vitæ bonæ, saltem interdum vel casu
facerent,sicut micæ de mensa cadere solent.
Vlcera passiones sunt domini ex infirmita-
te carnis, quam pro nobis suscipere digna-
tus est. Canes ergo qui ea lingebant gentes
sunt, quos homines peccatores & immun-
dos dicebant Iudæi: & tamen passiones do-
mini in sacramentis corporis & sanguinis
eius per totum iam orbem suauitate lambũt
deuotissima. Sinus Abrahæ intelligitur se-
cretum patris,quò post passionem resurgẽs
assumptus est dominus:quò eum portatum
ab angelis ideo dictum puto,quia ipsam re-
ceptionem qua in secretum patris abscessit,
angeli annunciauerunt discipulis intuenti-
bus. Dicendo enim quid statis aspicientes
in cœlum: quid aliud dixerunt, nisi nullo
modo posse oculos hominum vsque in illud
penetrare secretum quò ibat dominus,cum
in

B in conspectu discipulorum ferretur in cœlum? Iam cætera secundum superiorem expositionem accipi possunt: quia secretum patris bene intelligitur, vbi etiam ante resurrectionem iustorum animæ viuunt eũ deo: tanto enim verius vbiq; est deus, quãto nullo continetur loco, sicut & latroni dictum
Luc.23. est, Hodie mecum eris in paradiso: vnde nũ quam recessit dei filius, quamuis ab hominibus per susceptam carnem in ciuitate Iu-
39 dæorũ tanta pateretur. Quod dixerunt
Luc.17 discipuli, Dñe adauge nobis fidẽ: potest quidem intelligi hanc fidem sibi eos augeri postulasse, qua creduntur ea quæ non vidẽtur: sed tamen dicitur etiam fides rerũ, quando non verbis sed rebus ipsis præsentibus creditur quod futurum est, cum iam per speciẽ manifestam se contemplandã præbebit san-
Ps.103. ctis ipsa dei sapientia, per qua facta sunt omnia. De quã fide rerum luciso; illius præsen-
Rom.1. tatæ forsitan Paulus Apostolus dicit, Iusti-
2.Co.3. tia enim dei reuelatur ex fide in fidem. Dicit enim & alio loco, Nos autem reuelata facie gloriam dñi speculantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam tanquam à dñi spiritu. Sicut enim hic ait, de gloria in gloriam, ita & ibi, de fide in fidem.

C De gloria scilicet Euangelij quo nunc credentes illuminantur, in gloriam ipsius incõmutabilis & manifestæ veritatis, qua tunc commutati perfruentur: ita ex fide verborum quibus nunc credimus quod nondum videmus: in fidem rerum qua in æternum quod nunc credimus, obtinebimus. Secundum sententiam hanc etiam illud est, quod dictum est à Iãnne in Epistola ad Parthos, Dilectissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus, Scimus quia cũ apparuerit similes ei erimus, qm̃ videbimus eum sicuti est. Vnde enim nunc filij dei sumus, nisi quia potestatem dedit nob. filios dei fieri, credentibus in nomine eius,
1.Ioã.3 vt videamus in ænigmate. Vnde autem tunc
Ioan. 1. similes ei erimus, nisi quoniam vt ipse ait, vi-
1.Co.3 debimus eum sicuti est? Quod etiam dictũ est, Tunc autem facie ad faciem. Illam ergo fidem præsentissimæ veritatis plerisque non intelligentibus, videri potest dominus
Luc.17. noster discipulis suis, non ad id quod petierant respondisse. Cum enim dixissent, domine adauge nobis fidem: ait illis, Si habueritis fidem tanquam granum sinapis, dicetis huic arbori moro, eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis. Deinde se-

D quitur, Quis autẽm vestrum habens seruũ arantem aut pascentem boues, cui regresso de agro dicit illi statim, Transi, recumbe, & non dicit ei, Para quod cœnem, & præcinge te & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ sibi imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæcunq; præcepta sunt vobis, dicite, serui superuacui sumus, quod debuimus facere fecimus. Quid hæc pertineant ad id quod dictum est, Domine adauge nobis fidem: difficile apparet, intelligamus ex fide in fidem, idest ex fide ista qua ministratur deo, in illam fidem eos significasse transferendos vbi fruantur deo. Augebitur enim fides, cum primo verbis prædicantibus, deinde rebus apparentibus creditur. Sed illa contemplatio summã quietem habet, quæ in æterno dei regno tribuitur. Summa vero quies illa, præmium est iustorum laborum qui in Ecclesię ministratione peraguntur: & ideo quamuis in agro aret seruus aut pascat boues, hoc est, in vita seculari vel terrena verset negocia, vel stultis hominibus tanquam pecoribus seruiat: opus est vt post illos labores domum veniat, hoc est, Ecclesiæ societur: laboret etiam E ibi ministrans domino suo donec manducet & bibat. Nam & esuriens ille quæsiuit Matt.
poma in arbore, & à Samaritana aquam si- Ioan.4.
tiens postulauit. Manducet ergo & bibat cõ
fessionem & fidem gẽtium, ministrantibus, hoc est, euangelizantibus seruis suis. Quò pertinet etiam illud quod de grano sinapis eis primo respondit: prius illos fidem habere debere præsenti vitæ necessariam, quæ minima videtur quandiu thesaurus est in vasis fictilibus, sed vi maxima efferuet & germinat. Dominus noster Iesus Christus, qui vult pasci ministerio seruorum suorũ: hoc est in corpus suum quasi mactatos & manducatos transferre credentes, etiam hic pascit eos sacramento passionis suæ & verbo fidei. Non enim venit ministrari sed Matt.2
ministrare. Dicant ergo illi serui per sinapis granum huic arbori moro: hoc est, ipsi Euangelio crucis dominicæ, per poma Luc.
sanguinea, tanquam vulnera in ligno pendentia, victum populis præbituræ. Dicant ergo illi vt eradicetur de perfidia Iudæorum, & in mare gentium transferatur atque plantetur: hac enim domestica seruitute esurienti & sitienti domino ministrabit. Tunc demum

F demum quærant escis incorruptibilibus in
2.Ti.4. æternum diuinæ sapientiæ perfrui, cum dixerint, Serui superuacui sumus, quod debuimus facere fecimus, nihil in nobis operis restat: cursum cõsummauimus, agonem perfecimus, superest nobis corona iustitiæ. Omnia.n. dici possunt de illa ineffabili perfruitione veritatis: & tanto magis omnia dici possunt, quanto minus aliquid digne dici potest. Nam & lux est illuminatorum, & requies exercitatorum, & patria redeuntiũ, & esca indigentium, & corona vincentium: & quæcunque bona temporaliter transeuntia, per creaturarum partes error appetit infidelium, verora & inæternum manentia in creatore omnium simul inuẽtura est pie-
40 tas filiorum. In decem leprosis quos do
Luc.17. minus ita mundauit, cum ait, Ite ostendite vos sacerdotibus: multa quæri possunt que merito quærentes mouent, Non solum de numero quid sibi velit q decem sunt, & q vnus ex illis solus gratias egit: hæc.n. libere quæruntur, vt etiam non inuestigata, vel nihil vel non multum impediant intẽtionem legentis: sed illa potius cur eos ad sacerdotes miserit vt cum irent mundarentur. Nul
G lum enim eorum quibus hæc corporalia beneficia præstitit, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos. Nam & illum à lepra
Luc.5. mundauerat cui dixit, Vade & ostende te
Leu.14. sacerdotibus, & offer pro te sacrificiũ, quod præcepit Moyses in testimoniũ illis. Deinde (intuendum,) qualis mundatio spiritalis possit intelligi eorum quos ingratos extitisse redarguit. Secundum corpus enim facile est videre posse hominem nõ habere leprã, & tamen animi esse non boni. Secundum significationem autem huius miraculi, conturbat considerantem, quomodo mundus dici possit ingratus. Quærendum igitur est quid ipsa lepra significet. Non enim sanati sed mundati dicuntur qui ea caruerunt. Coloris quippe vitium est, non valetudinis aut integritatis sensuum atq; membrorum. Leprosi ergo non absurde intelligi possunt, qui scientiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim vel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & iactantia sermonis ostentant. Nulla porrò falsa doctrina est, quæ nõ aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta, in vna disputatione vel narratione hominis, tãquã in vnius corporis colore apparentia, significant lepram, tanquã veris falsisq; colorũ fu H
cis humana corpora variantẽ atq; maculantem. Hi aũt tam vitandi sunt Ecclesiæ, vt si fieri potest, longius remoti magno clamore Christum interpellent: sicut illi decem steterunt à longe, & leuauerunt vocem dicentes, Iesu præceptor miserere nostri. Nam & Luc.17.
q præceptorem vocant, quo nomine nescio vtrũ quisquã dũm interpellauerit pro medicina corporali, satis puto significare, lepram falsam esse doctrinã, quã bonus præceptor abstergit. Sacerdotũ vero Iudæorũ nemo ferè fidelium dubitat figurã fuisse futuri sacerdotij regalis quod est in Ecclesia, quo conse
crantur oẽs pertinentes ad corpus Christi, summi & veri principis sacerdotum. Nam nunc & omnes vnguntur, qđ tunc regibus tm̃ & sacerdotibus fiebat. Et quod ait Pe- 1.Pet.2.
trus ad Christianum populum scribẽs, Regale sacerdotium: vtrunq; nomẽ illi populo conuenire declarauit, quò illa vnctio pertinebat. Cætera itaq; vitia tanquam valetudinis & quasi membrorũ animæ atque sensuum, per seipsum interius & conscientia & intellectu dñs sanat & corrigit: doctrina vero vel imbuendi per sacramenta, vel catechizandi per sermonem sonantem atq; lectionem, vbi color quidam intelligitur verus at I
que syncerus, quia in promptu est & foris eminentissimus. Non.n. in occultis cogitationibus, sed in manifestis operationibus hæc quæ aguntur Ecclesiæ proprie contributa sunt. Itaque & Paulus voce domini au Acto. 9.
dita, Quid me persequeris? &, Ego sum Iesus quem tu persequeris: ad Ananiã tamen missus est, vt illo sacerdotio quod in Ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinæ fidei perciperet, & verus eius approbaretur color. Non quia nõ potest per seipsum dominus omnia facere, nam quis alius hæc fecit etiam in Ecclesia sed vt ipsa societas congregatorum fidelium approbando inuicem atque communicando veræ fidei doctrinam in omnibus quæ dicuntur verbis vel signãtur sacramentis, tãquam vnam speciem veri coloris obducat. Ad hoc etiã pertinet quod idem dicit Apostolus, Deinde post annos Gal. 2.
quatuordecim ascendi Hierosolymam cum Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & exposui cum eis Euangelium quod prædico in gentibus. Seorsum autem ijs qui videbantur esse aliquid, ne forte inuacuum curro aut cucurri. Et paulopost, Cum cognouissent, inquit, K
gratiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratiam quæ data est mihi, Iacobus, Petrus & Ioannes, qui videbantur columnæ esse dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Ipsa enim collatio vnam doctrinæ speciem, exclusa omni varietate monstrabat, quod salubriter etiam Corinthios monet di-
1.Co.1. cens, Obsecro autem vos fratres per nomen
Act.10. domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes. Cornelius etiam cum eleemosynæ eius acceptæ & preces eius auditæ, illi ab angelo nunciarentur: propter doctrinæ tamen sacramentorumq; vnitatem ad Petrū iubetur mittere, tanquam illi & suis dicere-
Luc.17. tur, Ite ostendite vos sacerdotibus. Nam & cum irent mundati sunt, Iam.n.ad eos venerat Petrus, sed tamen ipsi nondum accepto baptismatis sacramento, nondum spiritaliter ad sacerdotes peruenerunt: & tamen infusione spiritussancti, & admiratione linguarum eorum mundatio declarata est. Quæ cum ita se habeant, iam facile est etiam illud videre, fieri posse vt quisquis in Ecclesiæ societate doctrinam integram veramq; assequatur, & omnia secundum catholicæ fidei regulam edisserat, distinguat à creatore creaturam eoq; manifestetur varietate mendaciorum tanquam lepra caruisse: & tamen
L ingratus sit domino deo mundatori suo, qui elatus superbia, gratiarum agēdarum pia hu
mi l tate non subditur, similisq; efficitur illis
Rom.1. de quibus dicit Apostolus, Qui cum cognouissent deum, non vt deum magnificauerūt aut gratias egerunt. Quod enim dicit eos deum cognouisse, ostendit quidem à lepra fuisse mundatos, sed tamē statim accusat ingratos. Ideoq; tales ingrati, in nouenario numero tanquam imperfecti remanebūt. Vnū enim si addatur ad nouem, quædam effigies vnitatis impletur: quo fit tanta completio, vt vltra iam nō progrediatur numerus, nec rursus ad vnum redeatur, & hæc per infinitatem numeri regula custodiatur. Nouem itaque indigent vno, vt quadam vnitatis forma coagulentur, vt decem sint: vnum autē non eis indiget, vt custodiat vnitatē. Quam obrem vt illi nouem qui gratias non egerūt, reprobi effecti à consortio vnitatis exclusi sunt: ita vnus ille qui gratias egit, vnicę Ecclesiæ significatione approbatus atque laudatus est. Et quia illi erant Iudæi, amisisse per superbiam declarati sunt regnum cœlorū, vbi maxime vnitas custoditur, iste vero qui erat Samaritanus, quod interpretatē custos, illi à quo accepit tribuens quod accepit, & quodammodo cantans illud è Psalmo, Fortitudinem meam ad te custodiam: per gratiarum actionem regi subiectus, humilitatē regni humili deuotione seruauit. Quid
est quod dicit dominus, Qui fuerit in te-
Luc.17. cto, & vasa eius in domo, non descendat tollere illa. In tecto est, qui excedēs carnalia, tanquam in aura libera spiritaliter viuit. Vasa eius in domo, sunt sensus carnales, quibus ad inuestigandam veritatem quæ intellectu capitur, multi vtentes penitus errauerunt. Huius ergo spiritalis viri iam vasa ista vacant in domo, quia mente corpori superemineno per aciem intelligentię tanquam in tecto positus, perspicuitate sapiētię veluti cœlo apertissimo fruitur. Caueat ergo ille, ne in die tribulationis rursus vita carnali: quæ per sensus corporis pascitur, delectatus, ad vasa huiusmodi tollenda descendat. Quid 42
est quod dictum est, Et qui in agro fuerit, si- Luc.
militer non redeat retro? Qui operatur in 1.Co.
Ecclesia, sicut Paulus & Apollo, plantat & rigat, non respiciat spem secularem cui re- 43
nunciauit. Quid significauit vxor Loth? Luc.
Eos qui in tribulatione retro aspiciunt, & A
se à spe diuinæ promissionis auertunt: & ideo statua salis facta est, vt admonendo homines ne hoc faciant, tanquam condiat cor eorum ne sint fatui. Qui sunt in illa no- 44
cte duo in illo lecto, & duæ molentes in v- Luc.
num, & duo in agro, de quibus omnibus binis singuli assumentur, & singuli relinquentur? Tria genera hominum hic videntur significari. Vnum eorū qui ocium & quietem eligunt, neque negocijs secularibus, neque negocijs Ecclesiasticis occupati, quæ illorum quies lecti nomine significata est. Alterum eorum qui in plebibus constituti reguntur à doctioribus, agētes ea quæ sunt huius seculi: quos & fœminarum nomine significauit, quia cōsilijs, vt dixi, peritorum, regi eis expedit: & molentes dixit, propter temporalium negociorum orbem atque circuitum: quas tamen in vno molentes dixit, inquantum de ipsis rebus & negocijs suis præbent vsibus Ecclesiæ. Tertium eorum qui operantur in Ecclesiæ ministerio tāquā 1.Co
in agro dei: de qua agricultura Apostolus loquitur, (Dei sumus adiutores, dei agricultura, dei ædificatio estis.) In his ergo tribus generibus bina sunt rursus genera hominū in singulis, & pro robore suarum viarum discernuntur. Cum enim omnes ad Ecclesiæ membra pertinere videantur, aduenīēte tamen

tamen tēctatione tribulationis, & ex illis qui sunt in ocio, & ex illis qui sunt in negocijs seculi, & ex illis qui deo ministrant in Ecclesia, aliqui permanent, aliqui cadunt. Qui permanent assumuntur, qui cadunt relinquuntur. Ergo vnus assumetur, & vnus relinquetur, non quasi de duobus hominibus dictum est, sed de duobus generibus affectionum, in singulis generibus trium professionum. In illa ergo nocte dixit, in illa tribulatione. Ad ipsa tria genera quæ assumuntur, pertinere arbitror etiā tria illa nomina virorum sanctorum, quos solos liberandos Eze-
Ezec.14 chiel prophēta pronunciat, Noe, Daniel, &
Gene.7 Iob. Videtur .n. Noe pertinere ad eos, per quos Ecclesia regitur, sicut per illū in aquis
arca gubernata est, quæ figurā gestabat Ec-
Dani.1. clesiæ. Daniel autē qui elegit cœlibem vitā,
ideſt nuptias terrenas contēpsit, vt sicut di-
1.Co.7. cit Apostolus, sine solicitudine viueret, cogitans q̄ sunt dei, genus eorū significat qui
sunt in ocio, sed tamen fortissimi in tentatio-
Iob.1. nibus, vt possint assumi. Iob autē quia vxorem & filios habuit & amplas terrenarum
C rerū copias, ad illud genus pertinet cui molendinū deputatum est. Sed tñ vt sint fortissimi in tentationibus sicut ille fuit, Non .n.
aliter assumi potuerunt. Nec puto esse alia
genera hominū quibus constat Ecclesia, q̄
ista tria, habentia binas differentias, ppter
assumptionē & relictionem, quāuis in singulis multę studiorū voluntatumq; diuersitates ad concordiā tū vnitatemq; concurrētes possunt inueniri. Quid est q̄ ad sem-
per orandū & non deficiendum, & de iudice
iniquo voluit parabolam ponere: Qui cum
deū non timeret & hominē non reuereret, viduæ tū assiduis interpretationibus cessit, vt eam vindicaret, ne sibi ab illa tædium fieret? Nam hoc est quod ait, ne veniens sug-
Luc.18 gillet me. Qm̄ parabolas dns aut secundū
similitudinem aliquam ponit, sicut de seruo
Mat.18. illo cui dns dimisit quod ratione reddita de-
Luc.7. bere inuentus est, & ipse conseruo suo dilationem saltem dare noluit: & de fœneratore
qui cum duobus debitoribus donasset quod
debebant, ab eo plus dilectus cui plus dona-
Luc.15. uit: & de homine qui habebat filios, maiorē
in agro sibi propinquantem, minorem autem in longinquo luxuriantem, & innumerabilia huiusmodi. De his enim inquantum
similia sunt, ducitur intellectus eius rei cui
D adhibentur, ad mysterium insinuandæ aut requirēdę veritatis. Aut ex ipsa dissimilitu-
dine aliquid ꝓbat, veluti est illud, Quod si Matt. 6.
fœnū agri quod hodie est, & cras in clibanū mittitur, deus sic vestit, quāto magis vos modicæ fidei? An hoc genus pertinet etiam illud quod de seruo ait, cui dns denunciauerat vt à villicatu remoueretur: fraudē ꝙp- Luc.16.
pe ille fecit domino suo, vt falsatis chirographis, debitoribus eius quantū commodum visum est, relaxaret. Neque vllo modo nos dns vt sibi fraudem faciamus hortatur: sed si qui fraudando sibi præuidit in posterū laudatum eum dicit à dño, quanto maiore alacritate sibi prouidere debent in æternam vitam, quibus vt iuste operentur iubetur de mammona iniquitatis, quod suo loco expositum est. Ad hoc genus pertinet & ille, qui
non propter amicitiam, sed vt tædio careret Luc.11
iam dormiens excitatur, vt tres panes commodet amico suo. Sicut.n.ille molestia compulsus dedit, quanto magis deus qui seruos suos diligēs, vt petamus hortatur, dabit bona petētibus se? Itaq; illud superius genus his verbis adiungi potest. sicut illud, ita & illud. Hoc autem posterius his verbis: si illud Luc.18.
quanto magis illud: aut si non illud, quanto E
minus illud: sed alicubi obscure, alicubi apte ista ponuntur. Hic ergo iniquus iudex nō ex similitudine, sed ex dissimilitudine adhibitus est: vt ostenderet dns quanto certiores esse debeant qui deum perseueranter rogāt fontem iustitiæ atq; misericordiæ, vel si qd excellentius dici aut audiri potest, cum apud iniquissimum iudicem vsq; ad effectū implendi desiderij valuerit perseuerantia deprecantis. Ipsa vero vidua potest habere similitudinem Ecclesiæ, quæ desolata videtur donec veniat dns, qui tamen in secreto etiā nunc curam eius gerit. Si autem mouet cur electi dei se vindicari deprecentur, quod ēt Apoc.6
in Apocalypsi Ioannis de martyribus dicitur, cum apertissime moneamur, vt pro nostris inimicis & persecutoribus oremus, Intelligendam est eam vindictam esse iustorum, vt omnes mali pereant. Pereunt autē duobus modis, aut conuersione ad iustitiā, aut amissa per suppliciū potestate qua nunc aduersus bonos quandiu hoc ipsum bonis expedit, vel temporaliter aliquid valent. Itaq; etiam si omnes homines conuerterenF
tur ad deum, inter quos sunt etiam inimici pro quibus iubemur orare: diabolus tamen qui operatur in filijs diffidentiæ, remaneret in seculi fine damnandus. Quem finem iusti cū venire desiderant, quāuis pro inimi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis suis orent, tũ non absurde vindictam de
45 siderare dicuntur. Homo quidam nobi-
Luc. 19. lis abijt in regionem longinquam accipere
sibi regnum & reuerti. Ipse dominus noster
Iesus Christus intelligitur. Regio longin-
qua, Ecclesia gentium vsque ad fines terrę.
Reuerti se tũ dicit. Abijt. n. vt plenitudo
Rom. 11. gentium intraret: reuertetur, vt omnis Is-
rael saluus fiat. Per decem mnas, legẽ signi-
ficat propter decalogum. Decem autẽ ser-
uos, quibus sub illa positis gratia prædicata
est. Sic enim intelligendum est eis datas
mnas ad vsum, cũ intellexerint eam ipsam
legẽ remoto velamine ad Euangelium per-
tinere. Ciues eius qui post eum miserunt le
gationem, dicentes se nolle ut reguet sibi.
Iudæi sunt qui etiã post resurrectionẽ eius
miserunt persecutores Apostolis, & præ-
dicationem Euangelij respuerunt. Redit ãt
accepto regno, qa in manifestissima & emi-
nentissima claritate venturus est, qui eis
humilis apparuit, cum diceret, Regnũ meũ
Ioã. 18. non est de hoc mundo. Quòd autem ser-
ui reddentes rationem, ex eo quod acceper-
ant laudantur quia lucrati sunt: significat
G eos bonã reddere rationẽ qui bene vsi sunt
eo quod acceperunt ad augendas diuitias do
mini per eos qui credunt in eum. Quod
qui facere nolunt, in illo significati sunt q̃
mnam suam in sudario seruauit. Sunt enim
homines hac sibi peruersitate blandientes
vt dicant, Sufficit vt de se vnusquisq; ratio-
nem reddat. Quid opus est alijs prædica-
re aut ministrare, vt etiam de ipsis reddete
rationem quisque cogetur: cum apud domi
num etiam illi sint inexcusabiles qbus lex
data non est, neque audito Euangelio dor-
mierunt: quia per creaturam poterant co-
gnoscere creatorem, cuius inuisibilia à con-
stitutione mundi per ea, quæ facta sunt
Rom. 1. intellecta conspiciuntur? Hoc est enim qua-
si metere vbi non seminauit, id est, etiam
eos impietatis reos tenere, quibus verbum
legis aut Euãgelij non ministratũ est. Hoc
aũt veluti periculũ iudicij deuitãtes, pigri
languore à verbi ministratione conquie-
scunt, & hoc est quasi in sudario ligare quod
acceperunt. Mensam quò dãda erat pecu-
nia, professionẽ ipsam religionis accipimus,
q̃ tanquã publice proponit ad vsum neces-
rium saluti. Quod aũt vnus eorum qui be
ne vsi sunt acquisiuit, & alter quinq; signifi
H cat eos esse acquisitos in gregem dei, a qui-
bus ipsa lex per gratiam intellecta est: siue
quia decalogo continetur, siue quiã ille per
quẽ lata est, libros quinq; cõscripsit: ad hoc
pertinent & decẽ & quinq; ciuitates quibus
eos præponit. Multiplicatio. n. intelligentię
in ipsa veritate, q̃ de vnoquoq; præcepto vel
de vnoquoq; libro pullulat, ad vnum reda-
cta, quasi ciuitatem facit viuentium ratio-
num æternarum. Est. n. ciuitas nõ quorũli-
bet animantium, sed rõnalium multitudo,
legis vnius societate deuincta. Q̃d aũt ab il
lo qui vti noluit, auferẽ quod acceperat, &
ei datur qui decem habebat: significatur &
illum posse amittere munus ei qui habens
non habet, id est, non vtitur, & in eo au-
geri qui habens habet: hoc est, bene vtitur.
Inimicos ergo suos quos iubet coram se in-
terfici, significat impietatem Iudæorum,
qui ad eum conuerti noluerunt. Quid 47
est quod ait, Facilius est camelum per fora- Luc. 18
men acus transire q̃ diuitem intrare in re-
gnũ dei? Diuitem hic appellat cupidum re-
rum tẽporalium, & de talibus superbientẽ. Matt. 5
His diuitibus contrarij sunt pauperes spiri
tu, quorum est regnum cœlorum. Nam eo
manifestatur omnes cupidos, ẽt si facultati-
bus huius mundi careant, ad hoc genus di-
uitum quod est reprehensum pertinere, qui
postea dixerunt qui audiebant, Et quis pò- I
terit saluus fieri? cum incomparabiliter ma
ior turba sit pauperum: videlicet intelligen
tes in eo numero deputari etiam illos qui
quanquã talia non habeant, tamen habendi
cupiditate rapiunt̃. Sensus est aũt, facilius
Christum pati pro dilectoribus seculi, q̃ di
lectores seculi ad Christum posse conuer-
ti. Cameli autem nomine se intelligi voluit
qa humiliatus onera sustulit. In quo enim
manifestius intelligitur q̃ in ipso quod scri
ptum est, Quanto magnus es, humilia te in Eccles.
omnibus. Per acũ ãt punctiones significat, stici. 3
per punctiones dolores in passione suscep-
tos. Foramẽ ergo acus dicit angustias pas-
sionis. Quod ãt air, Quæ impossibilia sunt
apud homines, possibilia sunt apud deum:
non ita accipiendum est, q̃ cupidi & super-
bi, qui nomine illius diuitis significati sunt,
in regnum cœlorum sint intraturi cũ suis
cupiditatibus & superbia: sed possibile est
deo, vt per verbum eius, sicut & iam factũ
esse, & etiam quotidie fieri videmus, à cupi
ditate temporalium ad charitatem æternoꝝ
rum, & à pernicioſa superbia ad humilita-
tem saluberrimam conuertantur. Pos- K
sumus appropinquantibus ad Hiericho sic
intel-

48 intelligere, vt iam inde egressi, prope tũ ad-
Luc. 18. huc essent ad eam ciuitatem: quod quidẽ mi
nus vsitate dicitur, sed tamen videri possit
Mat. 20. hoc dictum, q̃n Matthæus egredientibus
eis ab Hiericho dicit illuminatos duos cæ-
cos qui iuxta viã sedebant. De numero quip
pe nulla esset quæstio, si alter Euangelista-
Marc. 10 rum de vno tacuisset vnius reminiscens. Nã
etiam Marcus vnum commemorat, cum &
ipsis egredientibus eis ab Hiericho dicat il-
luminatum, cuius & nomen dixit & patrẽ:
vt intelligamus eum fuisse notissimum, al-
terum ignotum, vt merito ille notus etiam
solus decenter commemoraretur. Sed q̃n
quæ consequuntur in Euangelio secundum
Lucam, apertissime ostendunt illud quod
ipse narrat adhuc venientibus eis Hiericho
factum esse, nihil aliud restat intelligere nisi
bis esse factum hoc miraculũ, semel in vno
cęco dum adhuc veniret in illam ciuitatem,
& iterum in duobus cum inde egrederetur,
vt illud vnum Lucas, illud alterum Mat-
thæus enarraret. Neq; hoc sine aliquo sacra
mento. Si enim Hiericho lunam & ob hoc
mortalitatem interpretatur, morti propin-
L quans dñs, Iudæis solis lumen Euangelij
iusserat prædicari, quod significauit ille v-
nus cæcus quem Lucas commemorat. A
te autem resurgens atq; discedens, & Iudęis
& gentibus, quos duos populos significare
videtur duo cæci cõmemorati à Matthæo.
Templum in Euangelio ipsum deum homi
nem factum intelliges, vel etiam adiuncto
Ioan. 2. corpore eius quod est Ecclesia. Secundum
autem illud quod est caput Ecclesiæ dictum
est, Soluite templum hoc, & in triduo susci-
Mat. 21. tabo illud. Secundum id vero quòd etiam
Esa. 56. adiuncta Ecclesia intelligitur templum, vi-
Marc. 11 detur dixisse, Auferte ista hinc: scriptum
Hier. 7. est enim, Domus mea domus orationis vo-
Ioan. 2. cabitur, vos autem fecistis eam domum ne-
gotiationis vel speluncam latronum. Signi-
ficauit enim futuros in Ecclesia, qui sua ne
gocia potius agerent, vel receptaculum ibi
haberent ad occultanda scelera sua, quàm vt
charitatem Christi sequerentur, & pecca-
torum confessione accepta venia corrige-
49 rentur. Ad illud quod dixit, Non. n. vl-
Luc. 20. tra incipiunt mori: dicẽdum, quia connubia
propter filios, filij propter successionẽ, suc-
cessio propter mortem. Vbi ergo mors non
est, neq; connubia. Sicut. n. nunc sermo nõ
descẽdẽtibus & succedẽtibus syllabis pera-
gitur atq; pficitur: ita & ipsi homines quo-
rum sermo est, decedendo ac succẽdẽdo per M
agunt atq; perficiunt ordinẽ huius seculi,
qui temporalium rerum pulchritudine con-
texitur. In illa aũt vita q̃n verbum dei est
quo fruemur, nulla decessione & successio-
ne syllabarũ cõpletur, sed omnia quæ habet
semper manendo simul habet: ita participes
eius, quibus ipsum solũ erit vita, neq; moriẽ
do sibi decedent, neq; nascendo succedent.

Quod dixit dñs discipulis, Orate ne in- 50
tretis in tentationẽ, & ipse auulsus est ab eis Luc. 12.
quantum iactus est lapidis: tanquã hoc eos
admonuerit, vt in eum dirigerent lapidem,
id est, vsq; ad eum perducerent intentionem
legis quæ scripta erat in lapide: vsq; ad illũ
enim potest peruenire ille lapis: q̃n finis le Deut. 9.
gis est Christus ad iustitiam omni credẽti. Rom. 10

Quod scriptum est de dũo, Finxit se lon- 51
gius ire: non ad mendacium pertinet. Non Luc. 24.
enim omne quod fingimus mendacium est,
sed quando id fingimus quod nihil signifi-
cat, tunc est mendacium. Cum autem fi-
ctio nostra refertur ad aliquam significa-
tionem, non est mendacium, sed aliqua fi-
gura veritatis. Alioquin omnia quæ à sapiẽ- A
tibus & sanctis viris, vel etiam ab ipso do-
mino figurate dicta sunt, mendacia depu-
tabuntur, quia secundum vsitatum intelle-
ctum non subsistit veritas in talibus dictis.
Non enim homo qui habuit duos filios,
quorum iunior accepta parte patrimonij
sui profectus est in regionem longinquam, Luc. 15.
& cætera quæ in illa narratione contexun-
tur, ita dicuntur tanquam verè fuerit quis-
quam homo qui hoc in filijs suis duobus
aut passus sit, aut fecerit. Ficta sunt ergo
ista ad rem quandam significandam, tam
longe lateq̃ maiorem, & tam incompa-
rabiliter differentem, vt per illum fictum
hominem deus verus intelligatur. Sicut au-
tem dicta: ita etiam facta finguntur sine men
dacio ad aliquam rem significandam. Vn- Mat. 21.
de est etiam illud eiusdem domini, quòd in
fici arbore quæsiuit fructum eo tempore
quo illa poma nondum essent. Nõ enim du
bium est illam inquisitionem non fuisse ve-
ram: quiuis enim hominum sciret, si non
diuinitate, illo tempore poma illam arbo-
rem non habere. Fictio igitur quæ ad ali-
quam veritatem refertur, figura est: quæ
non refertur, mendacium est. Quid ergo Luc. 24.
significat quòd se ire longius dominus fin- B
xit, cum comitaretur discipulis, exponens
eis sanctas scripturas, vtrum ipse esset,

ignorantibus? Quid putamus, nisi quia hospitalitatis officio ad suã cognitionem peruenire posse homines intimauit, vt cum longius ipse ab hominibus absceſſerit super omnes cœlos, tamen ita cum eis sit qui hæc exhibẽt seruis eius, vt cum dicere cœperint. Domine quãdo te vidimus hospitem & adduximus, tanquam eum scilicet qui longe
Mat.25. abscesserat, Respondeat ille, Cum vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Tenet ergo
Gal.6. Christum ne lõgius ab illo eat, quisquis catechizatus verbo, in omnibus bonis ei qui se catechizat communicat, sicut Apostolus dicit, Communicet qui catechizatur verbo
Rom.12 ei q̃ se catechizat in omnibus bonis. Et alio loco cum dixisset, Necessitatibus sanctorum communicantes: statim subiecit, hospitalitatem sectantes. Et isti enim catechizati erant verbo cum eis exponeret scripturas. Et quia hospitalitatem sectati sunt, eum quem in ipsa expositione scripturarum nõ cognouerunt, in panis fractione cognoscunt. Non
Rom.2. C .n. auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. (Quòd dominum in passione exuerunt veste propria, & induerunt fucata, significati sunt hi hæretici qui eum negant non verum corpus habuisse sed fictum.)

Quæstionum Euangeliorum, libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Liber Quæstionum Euangelicarum, secundum Matthæum.

D 1 Matt.2. QVod dictum est, occisos infantes à bimatu & infra: significatum est, humiles habentes geminam charitatem, tanquam paruulos bimos posse mori pro Chri-
2 sto. Quod dico vobis in tenebris, id est,
Mat.10. quum adhuc in timore carnali estis, quia in tenebris est timor, dicite in lumine: hoc est in fiducia veritatis, accepto spiritu sancto. Et quod in aure auditis, prædicate super tecta. i. quod in secreto auditis, calcato carnis
3 domicilio prædicate. Nolite arbitrari qa
Mat.10. venerim pacem mittere in terram, Nõ veni pacem mittere sed gladium: Veni.n. separare hominem aduersus patrem suum. Quia renunciat quis diabolo qui fuit pater eius. Et filiam aduersus matrem suam: Plebem dei aduersus mundanam ciuitatem, hoc est, aduersus pernicioſam generis humani societatem, quam nunc Babylonia, nũc Aegypto, nunc Sodoma, nunc alijs atque alijs nominibus scriptura significat. Nurum aduersus socrum, Ecclesiam aduersus synagogã, quæ secundum carnem Christum peperit spon- E
sum Ecclesiæ. Diuiduntur autem gladio spiritus, quod est verbum dei: & inimici hominis domestici eius: cum quibus antea cõ-
4 suetudine implicatus erat. Quòd autem Mat.4
descendens de monte posteaquam præcepta illic discipulis & multitudini dedit, lebrosum statim extendens manum suam curat, significat eos qui de illis implendis dubitant suo auxilio ab huiusmodi varietate mundari. Quod dominus dixit Scribæ qui eum
5 sequi voluit, Vulpes foueas habent & volu- Mat.8
cres cœli tabernacula, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Intelligitur miraculo dñi commotus propter inanem iactantiam eum sequi voluisse, quam significant aues. Finxisse aũt discipuli obsequium, quæ fictio vulpium nomine sanctificata est. Reclinatione vero capitis humilitatem suam significauit, quæ in illo simulatore ac superbo non habebat locum. Dimit
6 te mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos Mat.8
hic non credentes dixit, Mortuos aũt suos, q̃ nihilominus sine fide de corpore exirẽt.
7 Excutite puluerem de pedibus vestris. Mat.10
Aut ad contestationem laboris terreni quẽ F
pro illis inaniter susceperitis, aut vt ostenderent vsque adeo se ab ipsis nihil terrenum quærere, vt etiam puluerem de terra eorũ sibi non paterentur adhærere. Estote er-
8 go prudentes sicut serpentes: Ad cauendũ Ibidem
malum in capite custodiẽdo, quod est Christus. Nam serpens totum corpus pro capite Serpens
obijcit persequenti. Vel q̃p per angustias se natura
coarctans veteri tunica exutus innouetur. Matt.7
Quod imitantur quibus dictum est, Intrate per angustam portam, cum vetere homi Mat.10
ne exuuntur. Nam si cauendum malum ita moneret, vt violenter resistendum esset malis, non supra dixisset, Mitto vos sicut oues in medio luporum. Simplices autem sicut columbas esse volu[it], ad nulli nocendum. Nam hoc genus auis nullum omnino animalium necat, non solum grandium contra Columba
quæ vires non habet, sed etiam minutisi- natura
morum,

morum, quibus ẽt perparui passeres alunt. Est aũt omnibus irrationalibus animãtibus vna quędã inter se societas, sicut etiam rationalibus sua, id est, hominibus, non solum secum, sed etiam cum angelis. Discunt ergo ex similitudine columbarum nulli prorsus
9 nocere ad societatem suam pertinenti par-
Mat.11. ticipatione rationis. Cõfiteor tibi domi-
G ne pater cœli & terræ. Notandum confessionem poni in laudem dei. Nõ.n. peccata dominus confitebatur, quæ nulla habebat, præsertim quia eum exultantem hoc dixisse alius Euangelista commemorat, quã quã & verba ipsa quæ dicit non habeant dubitationem, q̃p in laudem dei dicãtur. Ergo cõfessionem vocat scripturа generaliter quic-
Mat.10. quid manifeste, sicut cernitur, enunciatur. Nam & illud quod ait, Si quis me confessus fuerit coram omnibus, cõfitebor & ego
Luc.12. eum corã patre meo: vel sicut alibi est, corã angelis dei: Nõ vtiq; peccata cõfitetur qui Christum cõfitetur. Quod si propterea putant aliqui confessionem vocari, quia q̃p crimine obijciebatur Christi nomen q̃pe persecutionis: nunquid ita etiam Chr̃s corã patre vel corã angelis eius hominẽ qui se cõ-
Ecclesia fessus fuerit confitetur? Est etiã in Eccle-
stici.39. siastico ita positũ. Et hęc dicetis in cõfessione, opera dñi vniuersa qm̃ bona valde. Quo in loco indubitanter dei laudes exaggerantur. Hæc dicta sunt propter imperitiam fratrũ, qui cum legente lectore audiunt hoc verbũ pectora statim tundunt, non attendentes
10 quo loco dicatur, quasi non possit nisi pec-
Mat.12. catorum esse confessio. Notandum de eo quod illicite factum videretur Iudęis, q̃p di-
H scipuli sabbato spicas euulsissent, vnum exẽplum datum regiæ potestatis de Dauid, alterum sacerdotalis, de ijs qui ministerium tẽpli sabbatum violant, vt multo minus ad ipsum euulsarum sabbato spicarum crimen pertineat, qui verus rex & verus sacerdos
11 est, & ideo dominus sabbati. Cum autem
Mat.13 dormirent homines, venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum negligentius agerent præpositi Ecclesię, aut cum dormitionem mortis acciperent Apostoli, venit diabolus & superseminauit eos quos malos filios dominus interpretatur. Sed recte quæritur, vtrum hæretici sint, aut male viuentes Catholici? Possunt enim dici filij mali etiam hęretici, quia ex eodem Euangelij semine & Christi nomine pereati, prauis opinionibus ad falsa dogmata conuertunt. Sed q̃p dicit eos in medio tritici seminatos, quasi videtur illi significari qui vnius cõmunionis sunt. Verũtamen qm̃ dominus agrũ ipsum, nõ Ecclesiã, sed hunc mundũ interpretatus est, bene intelligunt hęretici: quia non societate vnius Ecclesiæ vel vnius fidei, sed societate solius nominis Christiani in hoc mũdo permiscẽtur bonis: at illi qui in eadem fide mali sunt palea potius q̃ zizania deputantur: quia palea etiam fundamentum ipsum habet cũ I frumento, radicemq; communem. In illa Mat.13.
planè sagena, qua concluduntur & mali & boni pisces, non absurde mali Catholici intelliguntur. Aliud est enim mare, quod magis mundũ iustum significat: aliud sagena, quæ vnius fidei, vel vnius Ecclesiæ communionem videtur ostendere. Inter hæreticos & malos catholicos hoc interest, quòd hæretici falsa credunt, illi autem vera credentes non viuunt ita vt credunt. Solet autem etiam quæri, schismatici quid ab hæreticis distent, & hoc inueniri, quòd schismaticos non fides diuersa faciat, sed comunionis dirupta societas. Sed vtrum inter zizania numerandi sint, dubitari potest. Magis autem videntur spicis corruptis esse similiores, sicut scriptum est. Vento aũt corrumpetur filius iniquus: vel paleis aristarũ fractis vel scissis & de segete abruptis. Quo enim altiores, id est, superbiores, eo fragiliores leuioresq; sunt. Nec tamẽ consequens est, vt omnis hæreticus vel schismaticus corporaliter ab Ecclesia separetur. Si.n. falsa de deo credit, vel de aliqua parte doctrinæ quæ ad fidei pertinet ædificationem, ita vt nõ quærentis cunctatione tentatus sit, sed incon- K
cussę credentis, nec omnino scientis opinione atque errore discordans, hæreticus est & foris est animo, quamuis corporaliter intus videaẽ. Multos enim tales portat Ecclesia, quia non ita defendunt falsitatem sententię suæ, vt intentã multitudinem faciant, qđ si fecerint, tunc pellantur. Item quicunque inuident bonis, ita vt quærant occasiones excludendi eos, aut degradandi: vel crimina sua sic defendere parati sunt, si obiecta vel prodita fuerint, vt etiam conuenticulorum segregationes, vel Ecclesię perturbationes cogitent excitare, iam schismatici sunt, & ab vnitate corde discisi, etiam si non inuẽtis occasionibus, aut occultatis factis suis sacro Ecclesiæ corporali conuersatione socientur. Quapropter illi soli catholici mali

Universidad de Deusto
Biblioteca

recte deputantur, qui quãuis vera credant, quæ ad verã fidei doctrinã pertinent, & si quid forte neſciunt, q̃rendũ exiſtiment, & ſalua pietate diſcutiant ſine aliquo præiudicio ipſius veritatis, & bonos, vel quos bonos putãt ament atq; honorent quãtũ pñt, tñ flagitioſe atq; facinoroſe uiuunt contra q̃ viuendũ eſſe credũt. Tales.n.etiam ſi ꝓ-
L dãtur aut accuſentur, ꝓ diſciplina Eccleſiæ ſalutiſq; ſuæ cauſa correpti, vel à cõione ſuſpenſi, nullo modo ſibi recedendum eſſe a cõione catholicę fidei exiſtimant, quomodo cunq; permiſi fuerint ſatisfactionis quærẽtes locũ: & aliq̃n per pœnitentiam in frumẽta mutantur, ſiue correpti, ſiue remoti, ſiue etiam verbo dei nullo nominatim accuſante aut increpante perterriti. Aliq̃n autem ẽt ſub nomine pœnitentium ita viuunt vt ſolent, aut non multo minus, quidam etiam amplius, nullo modo tñ a catholica vnitate diſcedunt. Quibus ita viuentibus ſi mors obrepſerit, paleæ deputantur vſq; in finem. Hoc etiam ipſi credunt. Nã ſi aliter credũt & inconcuſſe tenent, iam inter hæreticos numerandi ſunt: putantes omnibus deum, etiam in magna iniquitate vſq; in fine vitæ perſeuerantibus, tantum quia Eccleſiæ vnitatem non ſyncera dilectione, niſi vt bene viuerẽt, ſed magis pœnarum timore tenuerunt, veniam daturum. Iſti ergo nõ hoc credunt, vel non firmiter opinantur, & ſi adhuc forſitan quærunt. Sed magis eos decipit ſpes dilationis, dum ſe diutius victuros putant, & perditos mores aliq̃n in melius mutaturos. Contra quos dicitur, Ne tardes cõuerti ad deum, neq; differas de die in diẽ:
Eccleſiaſtes. 5.
M Subito enim veniet ira eius, & in tempore vindictæ diſperdet te: Illi enim conuertuntur qui recte viuere incipiunt: hoc eſt enim ad deum redire. Qui autem concupiſcẽtias ſuas perſeueranter ſequuntur, dorſum quodammodo habent ad deum, quanuis in vnitate conſtituti ſæpe illum retorto collo conentur aſpicere. Ergo & iſti, vt ait Propheta, caro ſunt & ſpiritus ambulans & non reuertẽs. Sed tñ vt dictum eſt, propter eandẽ fidem atque vnitatem Eccleſiæ, neque inter zizania, quoniã illa extra radicata ſunt, neque inter ariſtarũ paleã quæ ſe etiã frumentis audet aſpera diſſenſione, & fragili elatione ſuperimponere, ſed quanuis ſubiectam frumentis, tñ inter paleam quæ vltima ventilatione ſeparanda eſt numerãtur. Boni autem catholici ſunt, qui & fidem integram ſequuntur & mores bonos. Quod autem ad fidei doctrinam pertinet, ita quærunt ſi quid quęrendum habẽt, vt abſit cõcertatio periculoſa, vel quærenti, vel ei cum quo quæritur, vel ei qui diſſerentes audiũt. Ita aũt docent ſi quid docendum habent, vt viſitata & confirmata ſecuriſsime & fidentiſsime & leniſsime vt poſſunt inſinuẽt. Inuſitata vero etiam ſi veritatis manifeſtatione
A liquidiſsima perceperunt, quærendi potius quam præcipiendi aut affirmandi modo, ꝓpter audientis infirmitatem. Si autem tantum habet pondus aliquod verum, vt vires diſcentis excedat: ſuſpendendum eſt vt extendat creſcentem, non imponẽdum vt obterat paruulũ. Inde eſt.n. illud domini, Sed Luc. 18
filius hominis cum venerit putas inueniet fidẽ in terra? Aliq̃n aũt & occultandum eſt, ſed cũ ſpe hortatoria, vt non faciat deſperatio frigidiores, ſed deſideriũ capaciores. Inde eſt illud eiuſdem domini, Multa habeo Ioã. 16
vobis dicere, ſed nõ poteſtis portare modo. Quod ergo ad mores pertinet, hoc bene, & breuiter dicitur: aut confligendum eſt cum amore temporaliũ bonorum, ut nõ uincat: aut ẽt edomitus ſubditusq; eſſe debet, ut cũ ſurgere cœperit, facile reprimatur: aut ita extinctus, vt ſe omnino nulla parte commoueat. Ex quo fit vt etiam ipſam mortẽ propter ueritatẽ alij fortiter obeant, alij æquanimiter, alij libenter. Quæ tria etiã genera fructus ſunt fertilis terræ, triceni & ſexageni & centeni. In horum aliquo genere inueniendus eſt tempore mortis ſuæ, ſi quis de hac uita recte cogitat emigrare. Toleranda ſunt autem non ſolum zizania uſque ad meſſem: quæ cum diabolus aſperſis prauis erroribus falſiſq; opinionibus ſuperſeminaſſet, hoc eſt, præcedẽte nomine Chri-
B ſti hæreſes ſuperieciſſet, magis ipſe latuit atque occultiſsimus factus eſt, hoc eſt enim & abijt: ſed etiam palea uſque ad uentilationem. Nec probatur fortius grauitas frumentorũ, niſi paleæ perturbationibus, quas cum premere non potuerit ueritate defenſa, ceſſerit falſitas unitate. Quanquam in hac parabola dominus ſicut in ceteris expoſitione concluſit, non quædam, ſed omnia ſcãdala, & eos qui faciũt iniquitatem zizaniorum nomine ſignificaſſe intelligitur. Cũ 12
autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet, 1. Cor. 3
tunc apparuerunt & zizania. Cum.n. ſpiritalis hõ eſſe cœperit dijudicans omnia, tũc Mat. 13
ei errores incipiũt apparere. Serui ãt dixerunt

runt ei, Vis imus & colligimus ea? Vtrum & ipſi ſint ſerui quos paulopoſt meſſores appellat? an quia in expoſitione parabolæ meſſores dixit eſſe angelos nec quiſquam facile dicere auſus fuit angelos neſciſſe quia zizania ſuperſeminauerit, & ea tunc apparuiſſe angelis cum herba fructum feciſſet: magis
C oportet intelligi homines ipſos fideles ſeruorum nomine hoc loco ſignificatos, quos ẽt bonum ſemen dicit? Nec mirum ſi & bonũ ſemen ipſi dicuntur, & ſerui patrisfamilias: ſicut & de ſe ait, q̃ ipſe ſit ianua, & q̃ ip-
Ioã. 10. ſe ſit paſtor. Ex diuerſis.n. ſignificationibus vna res etiã plures & diuerſas ſimilitudines recipit: præſertim quia cum ad ſeruos loqueretur non ait, In tempore meſsis dicam vobis, Colligite primum zizania: ſed dicam, inquit, meſſoribus. Vnde intelligitur colligendorum zizaniorum ad comburendum alia eſſe miniſteria, nec quenquam Eccleſię filium debere arbitrari ad ſe hoc officium ptinere. Cũ igitur eſſe quiſq; ſpiritalis cœperit, cognoſcit errores hæreticorũ, & omnino dijudicat atq; diſcernit, quicquid audierit aut legerit abhorrere à regula veritatis: ſed donec quis in eiſdẽ ſpiritalibus perficiaẽ, & quodãmodo matureſcat in fructũ quem herba dedit, poteſt eum mouere, quare ſub nomine Chriſtiano tam multæ hæreticorũ extiterunt falſitates. Inde etiam eſt quod ſerui dicunt, Nonne bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Deinde cum cognouerit hanc excogitaſſe fraudem diabolum, cũ contra tanti nominis authoritatẽ nihil ſe valere ſentiret, ut fallacias ſuas eodẽ nomine obtegeret: poteſt ei ſubori-
D ri voluntas, vt tales homines de rebus humanis auferat, ſi aliquam temporis habeat facultatem: ſed vtrum facere debeat, iuſtitiam dei cõſulit, vtrum hoc ei præcipiat, vel permittat, & hoc officium eſſe hominum vel. Hinc eſt q̃ ſerui dicunt, Vis imus & colligimus ea? Quibus veritas ipſa reſpondet, Nõ ita hominem conſtitutum eſſe in hac vita, vt certus eſſe poſsit qualis quiſq; futurus ſ poſtea, cuius in præſentia cernit errorẽ: vel quid etiam error eius conferat ad profectũ bonorum, non eſſe tales auferendos de hac vita, ne cum malos conatur interficere, bonos interficiat, quod forte futuri ſunt: aut bonis obſit quibus & inuiti forte vtiles ſunt: ſed tunc opportune ueri, cum iam in fine non reſtat vel tempus commutandæ vitæ, vel proficiendi ad veritatẽ ex occaſione atq; comparatione alieni erroris. Tunc autem hoc nõ ab hominibus ſed ab angelis fieri. Inde eſt quod rñdet paterfamilias, Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul & triticum: ſed in tempore meſsis dicam meſſoribus: &c. Atq; hoc modo eos patiẽtiſsimos & tranquiliſsimos reddidit. Quæri aũt poteſt quod ait, Alligate faſciculos ad combu- E
rendum: cur non vnum faſcem, aut non vnũ aceruum zizaniorum fieri dixit? Niſi forte propter varietatẽ hæreticorum, & non ſolũ à tritico, verumetiã à ſeipſis diſcrepantiũ, ipſa vniuſcuiuſq; hæreſeos propria conuenticula, in quibus ſingulatim ſua cõmunione deuinctꝰ ſunt, nomine faſciculorũ deſignauit, Vt iam tunc incipiant alligari ad comburendum, cũm à catholica cõmunione ſegregati ſuas proprias quaſi Eccleſias habere cœperint: vt combuſtio earum ſit in fine ſeculi, modo alligatio faſciculorum. Sed ſi ita eſſet, non iam multi reſipiſcendo, & in catholica remeando ab errore deſciſcerent. Quapꝓpter & alligatio faſciculorũ in fine futura eſt, vt non confuſe, ſed pro modo peruerſitatis ſuæ vniuſcuiuſq; erroris pertinacia puniatur. Ne forte colligẽtes zizania eradicetis ſimul & triticũ. Vtrũ quia etiam boni cum adhuc infirmi ſunt, opus habent in quibuſdam malorum permixtione: ſiue vt per eos exerceãtur, ſiue vt eorũ cõparatione magna illis exhortatio fiat vt vitantur ad melius, q̃bus ſublatis altitudo charitatis quaſi euulſa marceſcat, quod eſt eradicari? Nam ſic ait Ephe. 3.
Apoſtolus, Vt in charitate radicati & funda Colo. 2.
ti poſsitis cõprehẽdere. An forte ideo ſimul R
eradicatur triticum cũ auferuntur zizania, quia multi primo zizania ſunt, & poſtea tritic ſiunt? Qui niſi ſapienter cũ mali ſunt tolerentur, ad laudabilẽ mutationẽ nõ perueniunt: itaq; ſi euulſi fuerint, ſimul eradicabitur & triticũ quod futuri eſſent, ſi eis parceretur. Simile eſt regnũ cœlorũ homini 13
negociatori quærenti bonas margaritas, In- Mat. 13.
uenta aũt vna precioſa margarita, abijt & vendidit oĩa q̃ habuit & emit eã. Quæſtio eſt, cur à numero plurali ad ſingularẽ trãſierit, vt cũ q̃rat homo bonas margaritas, vnã inueniat precioſam, quã vẽditis omnibus q̃ habet, emat. Aut ergo negociator iſte bonos homines q̃rens, cũ quibus vtiliter viuat, inuenit vnũ præ omnibus ſine peccato, mediatorẽ dei & hominũ hominẽ Chriſtũ Ieſum. Aut præcepta iuſtitiæ quærens, quibus ſeruatis cũ hominibus recte conuerſaẽ, innenit

Rom.13 Exo.20. dilectionẽ proximi, in quo vno dicit Apostolus omnia contineri: Vt non occides,nõ mœchaberis,non furaberis,non falsum testimoniũ dices,& si quod est aliud mandatũ, singulæ.n.margaritæ sint,quæ in hoc sermone recapitulantur,Diliges proximum tuum tanquã teipsum. Aut bonos intellectus hõ
Ioan. 1. quærit,& inuenit vnũ illũ quo cuncti con-
G tinentur, In principio erat verbum,& uerbũ erat apud deum. Est.n.verbũ dñi lucidum candore veritatis, & solidum firmitate æternitatis, & vndiq; sui simile pulchritudine diuinitatis, qui deus penetrata carnis testudine intelligendus est. Ille.n.ad margaritam ipsam iam peruenerat, quæ in tegumentis mortalitatis,quasi concharum obstaculo,inter profunda huius seculi, atq; inter duritias faxeas Iudæorum aliqñ latuerat. Ille ergo ad ipsam margaritam iam peru-
1.Co.5. nerat,qui ait, Et si noueramus Chrm secm carnem,sed nunc iam non nouimus:Nec vllus omnino intellectus margaritæ nomine dignus est,nisi ad quẽ discussis omnibus carnalibus tegminibus peruenitur,quibus siue per verba humana,siue per similitudines circumpositas operitur, vt purus & solidus,& nusquã à se dissonãs,certa rõne cernebatur. Quos tũ oẽs veros & firmos & perfectos intellectus vnus ille continet, per quem facta sunt omnia,quod est verbũ dei. Quodlibet autem horum trium sit, vel si aliquid aliud occurrere potuerit, quod margaritæ vnius & precioſę nomine bene significetur, præciũ eius est,nosipsi:qui ad eam possidendam non sumus liberi, nisi omnibus pro no
H stra liberatione contemptis,quæ temporaliter possidẽtur: venditis.n.rebus nostris,nullum earum maius accipimus preciũ, q̃ nosipsos, quia talibus implicati nostri non eramus, Vt rursus nosipsos pro illa margarita
14 demus, non quia tanti valeamus, sed quia plus dare non possumus. Et oculos suos
Mat.13. clauserunt ne qñ oculis videatur, id est,ipsi causa fuerunt, vt deus eis oculos clauderet. Alius enim Euangelista dicit, Excæcauit
Ioã. 12. oculos eorum. Sed vtrum vt nunquam videant quærendum: an vero ne vel sic aliqñ videant, cæcitate sua sibi displicentes, & se dolentes,& ex hoc humiliati atque commoti ad confitenda peccata sua, & pie quæren-
Marc.4. dum dominum, Sic enim Marcus hoc dicit, Nequando conuertantur & dimittantur eis peccata, vbi intelliguntur peccatis suis meruisse,vt non intelligerent:& tamen hoc ipsum misericorditer eis factum, vt peccata sua cognoscerent,& conuersi veniam merentur. Quòd autem Ioannes hunc locum ita dicit, Propterea non poterant credere, Ioã.12.
quia iterum dixit Esaias, Ex cæcauit oculos Esa.6.
eorum, & indurauit cor eorum,vt non videant oculis,& intelligant corde,& conuertantur & sanem eos. Aduersari videtur huic
I sententiæ,& omnino cogere,vt quod hic dictum est,ne qñ oculis videant: non accipiatur ne vel sic aliqñ, oculis videant,sed prorsus vt non videant. Quandoquidem aperte ita dicit, vt oculis non videant. Et quod ait, Propterea non poterant credere: satis ostendit non ideo factam illam excæcationem, vt ea commoti & dolentes se non intelligere,conuerterentur aliquando per pœnitentiam. Non enim possent hoc facere ni si prius crederent,vt credendo conuerterentur,conuersione sanarentur, sanitate intelligerent. Sed ideo potius excæcatos, ut non crederent. Dicit enim apertissime, Propterea non poterant credere. Quod si ita est, quis non exurgat in defensionem Iudæorũ, vt eos extra culpam fuisse proclamet, q̃ nõ crediderunt? Propterea enim non poterant credere, quia excæcauit oculos eorum. Sed quoniam potius deus extra culpam debet intelligi,cogimur fateri alijs quibusdam peccatis ita eos excæcari meruisse, qua tamen excæcatione non potuerunt credere. Verba enim Ioannis ista sunt, Propterea non poterant credere,quia iterum dixit Esaias,Excæcauit oculos eorum. Fruſtra itaque conamur intelligere, ideo fuisse cæcatos, vt
K non conuerterentur, cum ideo conuerti nõ poterant,quia non credebant:& ideo credere non poterant,quia excæcati erãt. An forte non absurde dicimus, quosdam Iudæorũ fuisse sanabiles:sed tãto tũ superbiæ tumore periclitatos, vt eis expedierit primo nõ credere:& ad hoc fuisse cæcatos,vt non intelligerent dñm loquentem per parabolas, quibus non intellectis, non in eum crederent, non credentes autem cum cæteris desperatis crucifigerent eum: atq; ita posteà eius resurrectionem reuertentur, quando iam de reatu mortis domini amplius humiliati uehementius diligerent à quo sibi tantũ scelus dimissum esse gauderent. Qm̃ tanta erat eorum superbia vt tali humiliatione esset deijcienda. Quod incongrue dictum esse quilibet arbitretur, si non ita contigisse in Actibus Apostolorũ manifestissime legerit. Nõ ergo

Ioan.12 ergo abhorret quod ait Ioannes, Propterea non poterãt credere, quia excæcauit oculos eorum vt non videant: ab ea sententia qua intelligimus ideo excæcatos vt conuerterentur: hoc est, ideo eis per obscuritates parabolarum occultatas sententias domini, vt
L post eius resurrectionem salubriore pœnitentia resipiscerent: quia per obscuritatem sermonis excæcati, dicta domini non recte intellexerunt,& ea non intelligendo,non in eum crediderunt, non credendo crucifixerunt: atque ita post eius resurrectionem miraculis quæ in eius nomine fiebant exterriti,maiore criminis reatu compuncti sunt,& prostrati ad pœnitẽtiam, deinde accepta indulgentia ad obedientiam flagrantissima dilectione conuersi. Nam quibus non profuit illa cæcitas ad cõuersiõnem, quæ per linguã
1.Co.14 parabolarũ fiebat, ita de illis Propheta alio
Esa. 28. loco dicit, quod etiam Apostolus commemorauit cum de obscuritate linguarum ageret, In alijs linguis, & in alijs labijs loquar populo huic: & nec sic me exaudient dicit dominus. Non.n.diceretur,nec sic me exaudient: nisi ad hoc fieret, vt vel sic exaudirẽt .i.vt eis ad humilem confessionem & solicitam inquisitionem & obedientem conuersionem & feruentem dilectionem valeret. Est vero etiam ista ratio medicinæ corporalis. Nam & pleraque medicamenta prius affligunt vt sanẽt,& ipsa collyria quæ ad ocu-
M los pertinent,si ea opus est intrinsecus infundi,nisi sensum videndi prius claudãt & per-
turbent,prodesse non possunt. Nec moueat
Esa.7. quod idem Propheta dicit,Nisi crediderit is non intelligetis: quasi contrarium sit quod Ioannes ait, Propterea non poterant credere,quia excæcauit oculos eorum.i.quia illæ parabolæ ita dicebantur, vt ab eis non possent intelligi. Dicet enim aliquis,Si vt intelligerent credere debebant, quo propter non poterant credere,quia nõ intelligebãt? Hoc est,quia excæcauit oculos eorum. Sed quod ait Esaias, Nisi crediderit is,non intelligetis: de illa intelligentia dictum est,in q semper manebitur,rerum ineffabilium. Cui autem dicitur quod credatur,nisi quod dicitur intelligatur,credi non potest. Intelligẽda sunt ergo dicta vt credantur quæ dici potuerunt: credenda autem quæ dici potuerunt,vt intelligantur quæ dici non possunt.
15 Et sine parabolis non loquebatur eis. Non quia nihil proprie locutus est,sed quia nullum ferè sermonem explicauit, vbi non aliquid per parabolam significauit: quanuis in eo aliqua & proprie dixerit: ita vt sæpe inueniatur totus sermo eius parabolis explicatus,totus autem proprie dictus nullus inueniatur. Explicatos autem sermones dico, quando ex aliqua occasione rerum incipit loqui quousq; terminet quicquid ad ipsam A
rem pertinet,& transeat ad aliud. Nonnun quam sanè alius Euangelista contexit,quod alius diuersis temporibus dictum indicat. Non enim omnimodo secundum rerum gestarum ordinem,sed secundum suæ quisque recordationis facultatem narrationẽ quam exorsus est ordinauit. (Intellexistis hæc 16
omnia?) Dicunt ei,etiam: ait illis,Ideo om Mat.13.
nis Scriba doctus in regno cœlorum,similis est homini patrisfamilias,qui profert de thesauro suo noua & vetera. Vtrum ista cõclusione exponere voluit quem dixerit thesaurum in agro absconditum? Quoniam sanctæ scripturæ intelliguntur, q̃ nomine duorum testamentorum noui & veteris conclu duntur. Quemadmodum apud alium Euãgelistam gladium bis acutum tali conclusione videtur exponere. An quia in parabolis ista locutus est? Et quum quæsisset ab eis, vtrum intellexissent,responderunt se intelle xisse. Fortasse ista similitudine vltima patrisfamilias proferentis de thesauro suo noua & vetera, ostendere voluit eum doctum habendum esse in ecclesia,qui etiam scriptu
ras veteres parabolis explicatas intellexerit,ab istis nouis accipiens regulas: quia & B
ista dñs per parabolas enunciauit, quanuis ipse Christus esset finis illorum.i.vt in eo illa vetera complerentur:vt si ipse in quo illa complentur & manifestãtur, per parabolas adhuc loquitur,donec eius passio velum discindat,vt nihil sit occultum quod non reueletur: multo magis illa quæ ad commendãdam tantam eius salutem tam longe de illo scripta sunt, parabolis operta esse nouerimus: quæ cum Iudæi ad literam acciperẽt, noluerunt esse docti in regno cœlorum, neque transire ad Christum,vt auferretur velamen quod supra cor eorum positum est.
Fratres eius Iacobus,& Ioseph,& Simon 17
& Iudas,& sorores eius, nonne omnes apud Mat.13.
nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? & scandalizabantur in eo. Fratres apud Iudæos dici solere cognatos vsque adeo probatur,vt non solum ex propinquo generationis gradu sicut sunt filij fratrum & sororũ, qui etiam apud nos vsitatissime fratres dicuntur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

euntur, sed etiã auunculus & sororis filius, sicut sibi erant Iacob & Laban fratres appellati inueniantur. Non ergo mirum est dictos esse fratres domini ex materno genere quoscunque cognatos, cum etiam ex cognatione Ioseph dici potuerint fratres eius, ab C eis qui illum patrem domini esse arbitraban

Sequẽtia tur. (Generalem iustitiam nõ violat quis vsque ad nisi libidine transgressus fuerit placitum so finem in cietatis humanæ: sicut est furtum, rapina, trib. an adulterium, incestus, & huiusmodi: aut natiquisi- turam, sicut est contumelia, cædes, homicimis exẽ- dium, concubitus masculorum vel pecorũ: plaribus aut modum in concessis, sicut est superbum inuenimus. amplius verberare q̃ oportet, vel superfluũ edere vel bibere amplius q̃ oportet, cũ ipsa Videtur coniuge concumbere amplius q̃ oportet: & esse epi- similia. Bene intelligit̃ spiritussanctus ideo logus diprimum linguarum donum dedisse homictorum. nibus, quæ pacto & placito hominum institutæ sunt, & forinsecus per sensus corporis consuetudine audiendi discuntur, vt eis ostẽderet q̃ facile posset sapientes facere per sapientiam dei, quæ eis interna est. Item voluntas verbi sempiterni stabilis est semper, quia simul habet omnia: Nostra autem voluntas ideo non stat, quia non habet simul omnia, ideo modo hoc mõ illud volumus. Item sic fuerunt in illo verbo omnia quæ facta sunt & ipsa susceptio hominis sic ab eo præcognita est, quomodo si pictor velit pingere totam domum, & cogitet vel nouerit D locum vbi etiam se pingere debeat: totum in arte habet, & in præparatione, & in voluntate, quanuis certis & suis quæque temporibus explicet? Sic omnis creatura & ipse homo qui eiusdem sapientiæ personam mystice & inenarrabili susceptione gestaturus erat, in ipsa sapientia tãquam dei arte sempiterna semper erat, quanuis suis quæque temporibus efficiat, quæ prætendit à fine vsque ad finem fortiter & disponit omnia suauiter, atque in se manens innouat omnia. Item quomodo quis velit velle mori si sic velle mori peruenerat, qui iam habet sanam fidem & videt quò sibi perueniendum sit, ad hoc iam proficit, vt libenter de hac vita discedat. Non enim hoc est videre quò ipsi perueniendum sit, quod est etiam amare illud, & ibi iam esse desiderare, quod in cuius animo effectum fuerit, necesse est vt libenter moriatur. Frustra itaq; dicunt quidam, qui sanam fidẽ tenent, ideo se nolle mori vt proficiant, cum ipse profectus eorum in eo profectu sit, vt mori velint. Si ergo verum loqui, volunt, non dicant, ideo mori nolo vt proficiam: sed ideo mori nolo quia parum profeci. Itaque mori nolle fidelibus non consilium est vt proficiant, sed indicium quod parum profecerint. Proinde quod nolunt vt perfecti sint, E velint & perfecti sunt.)

Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI de consensu Euangelistarum, Liber primus.

De Euangelij excellentia, & de quatuor Euangelistarum authoritate. Cap. I.

INter omnes diuinas authoritates quæ sanctis literis continentur, Euangelium merito excellit. Quod.n. lex & Prophetæ futurum prænunciauerunt: hoc redditum atq; completum in Euangelio demõstratur. Cuius primi ꝓdicatores Apostoli fuerunt, qui dñm ipsum & saluatorem nostrum Iesum Christum etiam prẽsentem in carne viderunt. Cuius non solum ea quę ex F ore eius audita vel ab illo sub oculis suis operata, dicta & facta memmerant: verumetiam quę priusquam illi per discipulatum adhæserant, in eius natiuitate, vel infantia, vel pueritia, diuinitus gesta & digna memoria, siue ab ipso, siue à parentibus eius, siue à quibuslibet alijs certissimis indicijs & fidelissimis testimonijs requirere & cognoscere potuerunt: impositio sibi euangelizandi munere, generi humano annunciare curarunt. Quorũ quidam: hoc est, Matthæus, & Ioannes, etiam scripta de illo quæ scribẽda visa sunt, libris singulis ædiderunt. At ne putaretur, quod attinet ad percipiendum & prædicandum Euangeliũ, interesse aliquid, verum illi annuncient, qui eũdem dominũ hic in carne apparentem discipulatu famulante secuti sunt, an ij qui ex illis fideliter comperta crediderunt, diuina prouidentia procuratum est per spiritum sanctũ, vt quibusdam etiam ex illis qui primos Apostolos sequebantur, non solum annunciandi, verumetiam scribendi Euangelium tribueretur

tur authoritas, Hi sunt Marcus & Lucas: Cæteri autem homines qui de domini, vel de apostolorum actibus aliqua scribere coG nati vel auti sunt, non tales vel suis temporibus extiterunt, vt eis fidem haberet ecclesia, atq; in authoritatem canonicã sanctorũ librorum, eorũ scripta reciperet. Nec solum quia illi non tales erant, quibus narrantibus credi oporteret, sed etiam quia scriptis suis quædam fallaciter indiderunt, quæ catholica atque apostolica regula fidei & sana doctrina condemnat.

De numero Euangelistarum, & eorum ordine scribendi, & de lingua in qua scripserunt, & de materia circa quam principaliter scripserunt. Cap. II.

ISti igitur quatuor Euangelistæ vniuerso terrarum orbe notissimi, & ob hoc fortasse quatuor, quoniam quatuor sunt partes orbis terræ, per cuius vniuersitatem Christi ecclesiam dilatari, ipso sui numeri sacramento quodãmodo declararunt, hoc ordine scripsisse perhibentur. Primũ Matthæus, deinde Marcus, tertio Lucas, vltimo Ioannes. Vnde alius eis fuit ordo cognoscendi atque prædicandi, alius autem scribẽdi. Ad cognoscendum quippe atque prædicandum, primi vtiq; fuerunt qui secuti dominum, in carne præsentem dicentem audierunt, facientemq; viderunt, atq; ex eius ore ad euangelizandũ missi sunt. Sed in conscribendo euangelio, H quod diuinitus ordinatum esse credendum est, ex numero eorum quos ante passionem dominus elegit, primum atque vltimum locum duo tenuerunt. Primum Matthæus, vltimum Ioannes, vt reliqui duo qui ex illo numero non erant, sed tamen Christum in illis loquentem secuti erant, tanquam filij amplectendi, ac per hoc in loco medio constituti, vtroque ab eis latere munirentur. Horum sanè quatuor solus Matthæus Hebræo scripsisse perhibetur eloquio, cæteri Græco. Et quamuis singuli suum quendam narrandi ordinem tenuisse videãtur: non tamen vnusquisq; eorum velut alterius præcedẽtis ignarus voluisse scribere reperitur, vel ignorata prætermisisse, quæ scripsisse alius inuenitur: sed sicut vnicuique inspiratum est, non superfluam cooperationem sui laboris adiunxit. Nam Matthæus suscepisse intelligitur incarnationẽ domini scđm stirpem regiam, & pleraq; secundum hominum præsentẽ vitã & facta & dicta eius. Marcus eũ subsecutus tanquam pedissequus, & breuiator eius videtur. Cum solo quippe Ioãne nihil dixit, solus ipse perpauca, cum solo Luca pauciora, cum Matthæo vero plurima, & multa penè totidem atque ipsis ver I bis, siue cum solo, siue cum cæteris conso- Luc. 3. nante. Lucas autem circa sacerdotalem domini stirpem atque personam, magis occupatus apparet. Nam & ad ipsum Dauid nõ regium stemma secutus ascendit, sed per eos qui reges non fuerunt, exijt ad Nathan filium Dauid, qui nec ipse rex fuit. Non Matt. 1. sicut Matthæus qui per Salomonem regem descendens, cæteros etiam reges ex ordine prosecutus est, seruans in eis de quo postea loquemur mysticum numerum.

Quõ Christum & regiam & sacerdotalem personam gesturum esse prophetatum erat, & cur Matthæus eius regiam dignitatem prosequens, Marcum habuerit comitem, & Lucas sacerdotalem prosequẽs socio subsequente caruerit. Cap. III.

DOminus enim Iesus Christus vnus verus rex & vnus verus sacerdos, illud ad regendos nos, istud ad expiandos has duas personas apud antiquos patres singillatim commendatas, suam figuram egisse declarauit, Siue titulo illo qui cruci ei eius superfixus erat, Rex Iudæorum: vnde arcano in- Ioã. 19. stinctu Pilatus respondit, Quod scripsi scripsi: Prædictum quippe erat in Psalmis, Ne corrumpas tituli inscriptionem. Siue quod K ad personam sacerdotis attinet in eo quod Psal. 74. nos offerre atque accipere docuit: vnde prophetiam de se præmisit dicentem, Tu es sa- Ps. 109. sacerdos in ęternum secundum ordinẽ Melchisedech. Multisq; alijs documentis diuinarũ scripturarũ, rex & sacerdos Christus apparet: Hinc & ipse Dauid cuius non frustra crebrius filius dictus est quàm filius Abrahæ, & quem cõmuniter tenuerũt Mat Matt. 1. thæus & Lucas, ille à quo per Salomonem Luc. 3. descenderet, ille ad quem per Nathan ascen 1. Re. 21 deret, quanquam aperte rex fuit, figurauit Mat. 12. tamen & sacerdotis personam, quando panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus. Huc accedit quòd solus etiam Lucas Mariam commemorat ab angelo manifeste co- Luc. 1. gnatã fuisse Elizabet, quæ vxor erat Zachariæ sacerdotis. De quo idem scripsit ꝙ eam

de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de filiabus Aaron: hoc est, de tribu sacerdotum habebat vxorem. Cum ergo Matthæus circa regis, Lucas circa sacerdotis personam gereret intentionem, vtique humanitatem Christi maxime commendarunt. Secundũ hominem quippe Christus & rex sacerdos
Ibidem. L effectus est, cui dedit deus sedem Dauid patris sui, vt regni eius non esset finis, & esset ad interpellandum pro nobis mediator dei
1. Ti. 2. & hominum homo Christus Iesus. Non autem habuit tanquam breuiatorem coniũctum Lucas, sicut Marcum Matthæus. Et hoc fortasse non sine aliquo sacramento, quia regum est non esse sine comitum obsequio: Vnde ille qui regiam personam Christi narrandam susceperat, habuit sibi tanquam comitem adiunctum, qui sua vestigia quodammodo sequeretur. Sacerdos autem quoniã in sanctasanctorum solus intrabat, propterea Lucas, cuius circa sacerdotium Christi erat intentio, non habuit tanquam socium subsequentem, qui suam narrationẽ quodammodo breuiaret.

Quomodo Ioannes circa Christi diuinitatem versatus multa de ea recitatis à tribus alijs humanitatem eius consideranti bus prætermissa. Cap. IIII.

TRes tamen isti Euangelistæ in his rebus maxime diuersati sunt, quas Christus p humanam ¦ carnem temporaliter gesit. Porrò autem Ioannes ipsam maxime diuinitatem domini qua patri est æqualis inten
M dit eamque præcipue suo Euangelio, quantum inter homines sufficere credidit, commendare curauit. Itaque longe à tribus istis superius fertur, ita vt hos videas quodámodo in terra cum Christo homine conuersari: illum autem transcendisse nebulam qua tegitur omnis terra, & peruenisse ad liquidum cœlum: vnde acie mentis acutisima at
Ioan. 1. que firmisima videret. In principio verbũ deum apud deum, per quod facta sunt omnia, & ipsum agnosceret carnem factum, vt habitaret in nobis, & quòd acceperit carnem, non quòd fuerit mutatus in carnem. Nisi enim carnis assumptio seruata incommutabili diuinitate facta esset, non diceretur, Ego & pater vnum sumus. Neq; enim pater & caro vnum sunt. Et hoc de seipso
Ioã. 10. domini testimonium solus idem Ioannes
Ioã. 14. commemorauit, Et qui me videt, videt &
Ioã. 17. patrem: Et ego in patre, & pater in me est: Et, Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Et, quæcunque pater facit, hæc eadem & filius facit similiter: & si qua alia sunt quæ Christi diuinitatem in qua æqualis est patri, recte intelligentibus intiment, penè solus Ioannes in Euangelio suo posuit: tanIoã. 13. quam de pectore ipsius domini super quod discumbere in eius conuiuio solitus erat secretum diuinitatis eius vberius & quodam A modo familiarius biberit.

Quomodo iuxta duas viuendi virtutes, actiuam scilicet & contemplatiuam, Ioannes ad contemplatiuam, cęteri potius ad actiuam respexerint. Cap. V.

PRoinde cũ duæ virtutes propositæ sint animę humanæ, Vna actiua, altera contemplatiua. Illa qua itur, ista quæ peruenitur. Illa qua laboratur vt cor mundetur ad videndum deum, ista qua vacatur & videtur deus. Illa est in præceptis exercendæ vitæ huius temporalis, ista in doctrina vitæ illius sempiternæ. Ac per hoc illa operatur, ista requiescit: quia illa est in purgatione peccatorum, ista in lumine purgatorum. Ac per hoc in hac vita mortali, illa est in opere bonæ conuersationis: ista vero magis in fide, 1. Cor. 13.
& apud perpaucos per speculum in ænigma Gen. ad
te, & ex parte in aliqua visione incommu- Contra
tabilis veritatis. Hæ duæ virtutes in duabus Faustũ
vxoribus Iacob figuratæ intelliguntur. De lib. 22.
quibus aduersus Faustum Manichæum pro cap. 32.
modulo meo, quantum illi operi sufficere B
videbatur, disserui. Lia quippe interpreta- Lib. 22.
tur laborans Rachel autem visus princi- cap. 25.
pium. Ex quo intelligi datur, si diligenter & se-
aduertas, tres Euãgelistas temporalia facta quen.
domini & dicta, quæad informandos mores vitæ præsentis maxime valerent, copiosius prosecutos circa illam actiuam virtutem fuisse versatos: Ioannem vero facta domini multo pauciora narrantem, dicta vero eius, ea præsertim quę trinitatis vnitatem, & vitę æternę fœlicitatem insinuarent, diligentius & vberius conscribentem, in virtute contemplatiua commendanda, suam intentionem prædicationemq; tenuisse.

Quomodo

Quomodo quatuor Euangelistæ quatuor animalibus à Ioãne in Apocalypsi descriptis figurati sint, cõtra quorundã opinionem, Marcus homine, Lucas boue, Matthęus leone, & Ioãnes aquila. Cap. VI.

VNde mihi videntur, qui ex Apocalypsi illa quatuor animalia, ad intelligendos
Apoc. 4. Ezec. 1. quatuor euangelistas interpretati sunt probabilius aliquid attendisse, illi qui leonem in Matthæo, hominem in Marco, vitulum in Luca, aquilam in Ioanne intellexerunt:
Super Ioan. tract. 16 quàm illi qui hominem Matthæo, aquilam Marco, bouem Lucę, leonem Ioanni tribuerunt. De principijs enim librorum quandam coniecturam capere voluerunt, non de tota intentione Euangelistarum, quæ magis fuerat perseruanda. Multo enim congruen-
Apoc. 5. Matt. 2. tius ille qui regiam Christi personam maC xime commendauit, per Leonem significatus accipitur: vnde & in Apocalypsi cum ipsa tribu regia leo commemoratus est, vbi dictum est, Vicit leo de tribu Iuda. Secundum Matthæum enim & magi narrantur venisse ab Oriente ad regem quærendum & adorandum, qui eis per stellam natus apparuit. Et ipse rex Herodes regem Christum formidat infantem, atque vt cum possit occidere, tot paruulos necat. Quòd autem p vitulum Lucas significatus sit, propter maximam victimam sacerdotis, neutri dubitauerunt. Ibi enim à sacerdote Zacharia inci-
Luc. 1. pit sermo narrantis. Ibi cognatio Mariæ & Elizabet commemoratur. Ibi sacramenta primi sacerdotij in infante Christo impleta narrantur. Et quæcunque alia possunt diligenter aduerti, quibus appareat Lucas intentionem circa sacerdotis personam habuis-
Marc. 1. se. Marcus ergo, qui neque stirpem regiam neque sacerdotalem, vel cognationem vel consecrationem narrare voluit, & tamen in eis versatus ostenditur quę homo Christus operatus est, tantum hominis figura in illis quatuor animalibus significatus videtur.
D Hæc autem animalia tria, siue leo, siue homo, siue vitulus in terra gradiuntur: vnde isti tres Euangelistæ in his maxime occupati sunt, quæ Christus in carne operatus est, & quæ præcepta mortalis vitæ exercendæ carnem portantibus tradidit. At vero Ioãnes super nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat, & lucem incommutabilis veritatis acutisimis atque firmisimis oculis cordis intuetur.

Post execrationem eorũ qui Euangelistas tanquam inter se minus quadrantes criminantur, operis huius à se susceptí causam recitat, simul explanans cur ipse dñs noster Iesus Christus nihil scripserit per se, sed per discipulos, præmittens quid de ipso pagani sentiant, deinde Pytagoram & Socratem nihil de seipsis scripsisse docet. Cap. VII.

HAs dñi sanctas quadrigas, quibus per orbẽ vectus subigit populos leni suo iugo, & sarcina leui quidam vel impia vanitate vel imperita temeritate calumnijs appetunt, vt eis veracis narrationis derogent fidẽ, per quos Christiana religio disseminata, per mũdum tanta fertilitate prouenit, vt homines infideles iã inter seipsos calumnias suas musitare vix audeant: compressi fide gentium & omnium deuotione populorũ. E
Veruntamẽ quia nonnullos adhuc calumniosis disputationibus suis, vel retardant à fide ne credant, vel iam credentes quantum potuerint agitando perturbant: nonnulli autem fratres salua fide nosse desiderãt quid tãbus respondeant quæstionibus, vel ad profectum scientiæ suæ, vel ad illorum vaniloquia repellenda: inspirante atque adiuuante domino deo nostro, quod vtinam & ipsorum saluti prosit, hoc opere demonstrare suscepimus errorem vel temeritatem eorum qui contra Euangelij quatuor libros, quos Euangelistæ quatuor singulos conscripserunt, satis argutas criminationes se proferre arbitrantur: quod vt fiat, qua non sibi aduersantur ijdem scriptores quatuor, ostendendum est. Hoc enim solent quasi palmam suæ vanitatis objcere, quod ipsi Euangelistæ inter seipsos dissentiant. Sed illud prius discutiendum est, quod solet nõnullos mouere, cur ipse dominus nihil scripserit, vt alijs de illo scribentibus necesse sit credere. Hoc enim dicunt illi vel maxime Pagani qui dũm ipsum Iesum Christum vulpare aut blasphemare non audẽt: eiq; at- F
tribuunt excellẽtissimam sapiẽtiam, sed tñ 2. Retr.
tanquã hominẽ discipulos vero eius dicunt cap. 16.
magistro suo amplius tribuisse q̃ erat, vt eũ filium dei dicerent, & verbũ dei per qđ facta sunt omnia, & ipsum ac deũ patrem vnũ esse: ac si qua similia sunt in Apostolicis literis, quibus eum cum patre vnũ deum colendum esse didicimus. Honorandũ. n. tanquam sapiẽtissimum virũ putant, colendũ

autem

autem tanq̃ deum negant. Cum ergo quærunt quare ipse non scripserit, videntur parati fuisse hoc de illo credere, quod de se ipse scripsisset, non quod alij de illo pro suo arbitrio prædicassent. A quibus quæro cur
De ciui. dei lib. 8. ca. 2. de quibusdã nobilissimis Philosophis suis hoc crediderunt, quod de illis eorũ discipuli scriptum memoriæ reliquerunt, cũ de se ipsi nihil scripsissent? Nã Pythagoras, quo in illa contemplatiua virtute nihil tunc habuit
De ciui. dei lib. 8. cap. 3. Græcia clarius, non tm̃ de se, sed nec de vlla re aliquid scripsisse prohibetur. Socrates ãt, quem rursus in actiua, qua mores informãtur, omnibus prætulerunt, ita vt testimonio quoq; dei sui Apollinis omniũ sapientissimum pronunciatũ esse non taceant, Aesopi fabulas pauculis versibus ꝓsecutus est, verba & numeros suos adhibẽs rebus alterius: G vsq; adeo nihil scribere voluit, vt hoc se coactum imperio sui dæmonis fecisse dixerit, sicut nobilissimus discipulorum eius Plato commemorat. In quo tamen opere maluit alienas quam suas exornare sententias.

Quid igitur causæ est, cur de istis hoc credant, quod de illis discipuli eorum literis cõmendarunt, & de Christo nolunt credere quod eius de illo discipuli conscripserunt? præsertim cum ab eo cæteros homines sapientia superatos esse fateantur, quãuis eum fateri deum nolint. An vero illi quos isto multo inferiores fuisse non dubitant, veraces de se discipulos facere potuerunt, & iste non potuit? Quod si absurdissime dicitur, credant de illo quem sapientem fatentur, non quod ipsi volunt, sed quod apud eos legunt, qui ea quæ scripserunt ab illo sapiente didicerunt.

Acrius contra infideles insurgit, eo quod Euangelistis non credentes famæ adhærent, nõ quidem veriori nec ampliori, sed eorum peruersitati magis consonæ. Cap. VIII.

H DEinde dicant, vnde saltem quod sapientissimus fuerit? nosse vel audire potuerunt. Si fama disseminante, certior ne de illo fama nuncia est, quam discipuli eius, quibus eum prædicantibus ipsa per totum mundum fama fragrauit? Postremo famam præferant famæ, & ei famæ de illo credant quæ maior est. Ea quippe fama quæ de catholica Ecclesia, quam stupent toto orbe diffusam, mirabili claritate dispergitur tenues istorum rumores incõparabiliter vincit. Ea porro fama tam magna, tam celebris est vt eam timendo isti trepidas & tepidas contradictiuncu las in sinu suo rodant, iam plus metuentes audiri, quam nolentes credi filiũ dei vnigenitũ, & deũ prædicari Christum, per quem facta sunt omnia. Si ergo famam eligunt testem, cur non hanc eligunt quæ tanta claritate præfulget? Si scripturã, cur non Euangelicã, quæ tanta authoritate præpollet? Nos certe hæc de dijs eorũ credimus, quæ habet scriptura eorũ antiquior, & fama celebrior. Quę si adoranda sunt, cur ea ridẽt in theatris? Si aũt ridenda sunt, plus ridendum est cum adorantur in templis. Restat vt ipsi velint testes esse de Christo, qui sibi auferunt meritum sciendi quid loquãtur, loquẽdo qđ nesciunt. Aut si aliquos libros se habere dicunt, quos eũ scripsisse asserunt, prodãt eos nobis. Profecto enim vtilissimi & saluberrimi sunt, quos, vt ipsi fatentur, vir sapientissimus scripsit. Si autem timent eos proferre, vtiq; mali sunt. Porrò si mali sunt, non eos sapientissimus scripsit. Sapientissimum autem Christum fatentur. Non ergo Christus tale aliquid scripsit. I

Contra eos qui se Christi libros legisse, & in eis magicam artem descriptam inuenisse mentiuntur. Cap. IX.

I TA vero isti desipiunt, vt in illis libris, quos eum scripsisse existimant, dicant cõtineri eas artes quibus eum putant illa fecisse miracula, quorum fama vbiq; percrebruit, quod existimando seipsos produnt quid diligant & quid affectant. Quandoquidem Christum propterea sapientissimum putant fuisse, quia nescio quæ illicita nouerat, quæ non solum disciplina Christiana, sed etiam ipsa terrenæ reipublicæ administratio iure condemnat. Et certe qui tales Christi libros legisse se affirmant, cur ipsi nulla talia faciunt, qualia illum de libris talibus fecisse mirantur?

Christum ad Petrum & Paulam eos libros quorum iam meminit scripsisse dicentes in quo deluſi sint ostendit. Cap. X.

Q Vid qđ etiã diuino iudicio sic errant K quidã eorũ, qui talia Chꝛm scripsisse vel credũt vel credi volunt, vt eosdẽ libros ad Petrũ & Paulũ dicãt tanquã Epistolari titulo prænotatos? Et fieri potest, vt siue inimici nominis Christi, siue qui eiusmodi execrabilibus artibus de tam glorioso nomine põdus authoritatis dare se posse putauerunt, talia sub Christi & Apostolorũ nomine scripserint: in qua fallacissima audacia sic excæcati sunt, vt ét à pueris, qui adhuc pueriliter in gradu lectorũ Christianas literas norunt merito rideantur. Cũ.n. vellẽt tale aliquid fingere Christũ scripsisse ad discipulos suos, cogitauerunt, ad quos posissimum scribere potuisse facile crederetur, tanquã ad illos qui ei familiarius adhæsissent: quibus illud quasi secretum digne cõmitteretur, & occurrit eis Petrus & Paulus. Credo q̃ pluribus locis simul eos cũ illo pictos viderunt, quia merita Petri & Pauli ét propter eundem passionis diem celebrius & solenniter Roma commendat. Sic omnino errare meruerunt, qui Christũ & Apostolos eius nõ in sanctis codicibus, sed in pictis pa
L rietibus quæsierũt. Nec mirũ si à pingenti bus fingẽtes decepti sunt. Toto.n.tempore, quo Christus in carne mortali cũ suis discipulis vixit, nondum erat Paulus discipulus eius, quẽ post passionẽ suã, post resurrectionẽ, post ascensionem, post missum de cœlis spiritum sanctũ, post multorũ Iudæorũ cõuersionẽ & mirabilẽ fidem, post lapidationẽ Stephani diaconi, & martyris, cũ adhuc Saulus appellaretur, & eos qui in Christũ crediderant, grauiter persequeretur, de cœlo vocauit, & suũ discipulum atque Apostolũ fecit. Quomodo igit̃ potuit libros quos antequam moreretur eum scripsisse putari volunt ad discipulos, tanquam familiarissimos, Petrum & Paulum scribere, cum Paulus nondum fuerit discipulus eius?

Acto. 9.

Contra eorundem errorem ostendit Christum non effecisse magicis artibus, quòd nunc colitur. Cap. XI.

I LLud quoq; attendãt qui magicis artibus tanta potuisse, & nomen suũ ad populos in se conuertendos arte ipsa consecrasse delirant, vtrum potuerit magicis artibus tantos Prophetas diuino spũ, antequam in terra nasceretur, implere, qui de illo talia futura prælocuti sunt qualia iam præterita in
M Contra Faustũ. lib. 12. Ca. 45. rum præsentia nunc videmus. Neq; enim si magicis artibus fecit vt coleretur & mortuus magnus erat antequã esset natus, cui prophetando venturo gẽs vna deputata est, cuius reipublicæ tota administratio prophetia esset illius regis venturi, & ciuitatem cœlestem ex omnibus condituri.

Contra eorundẽ errorem & Romanorum superstitionem procedit, ostendens etiã cur Romani Iudæorum dũtaxat deum non susceperunt. Cap. XII.

P ROinde illius Hebreę gentis ad prophetandum Christum, sicut dixi, deputatæ nullus alius Deus erat nisi Deus vnus, deus verus, qui fecit cœlum & terrã, & omnia quæ in eis sunt, quo offenso sæpe suis hostibus subdebãtur. Nunc etiam pro grauissimo scelere occisi Chꝛi, ex ipsa Hierosolyma, quærat regni eorum caput, penitus eradicati, & Romano imperio subiugati sunt. Solebant autem Romani deos gentium quas subiugabant colendos propiciare, & eorum sacra suscipere. Hoc de deo gentis Hebreæ, cum eam vel oppugnauerunt vel vicerunt, facere noluerunt. Credo quòd videbant, si eius dei sacra reciperent, qui se solũ delectis etiam simulachris, coli iuberet: dimittenda esse omnia, quæ prius A colẽda susceperãt, quorum religionibus imperium suum creuisse arbitrabantur. In quo eos plurimum fallacia dæmonum decipiebat: nam vtiq; intelligere debebãt, occulta dei veri voluntate, penes quem rerũ summa potestas est, sibi datum & auctũ regnũ, nõ illorũ deorũ fauore: qui si aliquid in hac re potestatis habuissent, suos potius prexissent, ne à Romanis superarent, aut ipsos eis Romanos edomitos subiugassent. Neq; n. pñt dicere pietatẽ ac mores suos à dijs gentium quas viderunt dilectos & electos. Nũ quã hoc dicẽt, si primordia sua recolãt, facinorosorũ asylũ & Romuli fratricidiũ. Neque.n. quãdo asylũ cõstituerunt Remus & Romulus, vt q̃squis cuiuslibet sceleris reus eò cõfugisset, inultum haberet commissum, prẽcepto pœnitentiæ dederunt ad sanandas animas miserorum: ac nõ potius collectam timentium manum contra suas ciuitates, quarum leges timebant, mercede impunitatis armarunt. Aut qñ Romulus fratrẽ, qui nihil in eum mali perpetrarat, occidit, iusti tiã uindicandi, ac non principatum dominãdi cogitauit? Itane istos mores dilexerũt B dij hostes suarũ ciuitatũ, fauendo hostibus

ipſe diceret,alios ſibi colendos non eſſe cernebãt,quos ille coli prohibebat. Ac per hoc reſpuerunt unius ueri dei cultũ, ne multos falſos offenderent:magis arbitrantes ſibi ob futuram ſuiſſe iſtorum iracundiam, quàm illius beneuolentiam profuturam.

Contra eorundem errorem iterum inſurgit. Caput. XIX.

K SEd fuerit iſta vana neceſsitas, & ridenda timiditas. Nunc quærimus,quid de iſto deo ſentiant homines,quibus placet omnes deos colẽdos eſſe. Si.n. iſte colendus nõ eſt, qũo coluntur oẽs cum iſte non colitur? Si aũt colendus eſt,non oẽs colendi ſunt:quia niſi ſolus colatur, iſte nõ colitur. An forte dicturi ſunt iſtum non eſſe deum, cũ illos deos dicant,q̃ ſicut nos credimus nihil poſſunt, niſi quod illius iudicio permittuntur: nõ vt alicui proſint, ſed ut nec lædere valeant,niſi eos quos ita lædendos eſſe ille iudicat qui oĩa poteſt? Sicut aũt ipſi coguntur fateri,minora certe q̃ ille potuerunt. Si.n. dij ſunt quorũ vates conſulti ab hominibus ut non dicam,feſellerunt,proxima tñ priuatis negocijs reſponderunt,qũo nõ eſt deus, cuius vates non ſolum ea,quæ ad tẽpus cõſulebantur congrue reſponderũt, uerũctiã vnde non conſulebantur de vniuerſo genere humano, atque omnibus gentibus ea tanto ante prædixerunt,q̃ nunc & legimus, & videmus? Si.n. deum dicunt quo impleta Sibylla fata cecinit Romanorum, qũo nõ eſt deus qui & Romanos & omnes nationes, L in ſe vnum deum p Chriſti euangeliũ credituras,& omnia patrum ſuorũ ſimulachra euerſuraras,ſicut pnunciauit exhibuit? Poſtremo ſi illos deos dicunt,qui nunquam aſi ſunt per uates ſuos contra iſtum deũ aliquid dicere,qũo non eſt deus qui per uates ſuos iſtorum ſimulachra non ſolum euerti iuſſit, verumetiam in omnibus gẽtibus euerſum iri prædixit,ab eis,quis illis deſertis ſe unum colere iuberentur, & iuſſi famularentur.

Eandem rem proſequitur ex vatum, & Sibyllarum teſtimonijs. Caput. XX.

AVt legant ſi poſſunt, vel aliquã Sibyllarum,uel quemlibet aliorũ vatũ ſuorum prędixiſſe hoc futurũ,ut deus ait Hebræorũ, deus Iſrael ab omnibus gẽtibus colere-

tur:& q̃ eum cultores aliorum deorum recte antea reſpuiſſent:futuras etiã literas prophetarum eius in authoritate ita ſublimi,vt his obtemperans ẽt imperium Romanorũ iuberet delere ſimulachra: monuiſſe ẽt ne talibus præceptis obtemperaretur:legant iſta, ſi poſſunt,ex aliquibus libris vatum ſuorũ. Omitto.n.dicere, q̃ ea q̃ in illorum libris leguntur,pro noſtra hoc eſt Chriſtiana religione teſtimonium dicunt, quod a ſanctis angelis,& ab ipſis noſtris Prophetis audire M potuerunt:ſicut & præſentẽ in carne Chriſtum ẽt dæmonia coacta ſunt confiteri, Sed hæc omitto,quæ cum proferimus, à noſtris ficta eſſe contendunt. Ipſi omnino, ipſi urgendi ſunt, ut proferant à uatibus deorum ſuorũ contra deum Hebræorũ aliquid prophetatum: ſicut nos tot & tãta de libris Prophetarum noſtrorũ contra deos eorum, & iuſſa obſeruamus, & prædicta recitamus,& facta mõſtramus, Quæ illi iã perpauci qui remanſerunt,malunt dolere completa,q̃ illũ deũ agnoſcere, qui potuit prænunciare complenda,cum in ſuis diis falſis, quæ ſunt vera dæmonia,nihil aliud pro magno appetant,q̃ cum aliquid eorum reſponſis ſibi futurum eſſe didicerint.

Idem ratione quædam proſequitur. Cap. XXI. V

QVæ cum ita ſint,cur non potius miſeri intelligunt illum eſſe deũ uerũ, quẽ ſic uident a ſuorum deorum ſocietate ſeiunctum,vt quem deum fateri coguntur. qui omnes deos colendos eſſe profitentur cum cæteris colere non ſinantur. Cum ergo ſimul coli non poſſunt, cur non ille eligitur, qui iſtos coli uetat,relictis iſtis qui illũ coli nõ uetant? Aut,ſi uetant,legat. Quid.n.magis populis eorũ in tẽplis eorũ debuit recitari,vbi nihil vnq̃ tale pſonuit? Et utiq; A prohibitio tã multorũ contra unũ: q̃ unius contra tam multos notior, & potentior eſſe deberet. Nam ſi huius dei cultus eſt impius, inutiles ſunt dii,qui homines ab impietate non prohibent. Si vero pius eſt huius cultus qm̃ in illo ꝓcipitur ne iſti colant, impius eſt cultus eorum. Si aũt tam diffidentes iſtum coli prohibent,ut plus audere timeant, quã prohibere audeant,hoc ipſo quis nõ ſapiat, quis non ſentiat,illum eſſe potius eligendũ, qui iſtos coli tam publice prohibet, qui ei cum ſimulachra euerti iuſſit prædixit,euertit,quam iſtos,quos ut ille non colaſ,iuſſiſſe

ſe neſcimus,prædixiſſe non legimus, valuiſſe aliquid non videmus? Rogo reſpondeant quis eſt deus iſte, qui omnes deos gentium ſic proſequitur,qui omnia eorum ſacra ſic prodit, ſic extinguit?

Reprehendit eos præcipuè qui Varronẽ ſecuti, Iouem quem ſummum deorum putant, Iudæorum deum cenſuerunt, cum deus Iudæorum nullum, Iupiter autem B etiam Saturnum q̃ expolit ſecum, coli permittat. Cap. XXII.

HQVid interrogẽ homines, qui euanuerunt cogitando quis iſte ſit? Alij dicunt,Saturnus eſt,credo propter ſabbati ſanctificationẽ,quia iſti eum diem Saturno tribuerunt. Varro autem ipſorum,quo doctiorẽ apud ſe neminẽ inueniunt,deum Iudęorum Iouẽ putauit,nihil intereſſe cẽſens quo nomine nuncupetur, dum eadẽ res intelligatur,credo illius ſummitate deterritus. Nã quia nihil ſuperius ſolent colere Romani De ciui. quàm Iouẽ,quod Capitoliũ eorum ſatis a- Dei. lib. perteq; teſtatur,eumq; regem omniũ deo- 6. cap. 6. rum arbitrantur: cum animaduerteret Iu- & lib. 7. dæos ſummum deum colere, nihil aliud po- cap. 5. tuit ſuſpicari q̃ Iouẽ. Sed ſiue qui Saturnũ, ſiue qui Iouẽ deum Iudæorum putant, dicant qñ Saturnus prohibere auſus eſt coli alterum deum,nec ipſum Iouem, qui eũ regno expuliſſe perhibetur,patrẽ filius? Qui Iouis in ſi tanq̃ potentior & victor placuit cultoribus ſuis,Saturnum victum expulſumq; nõ nomina tiuo anti colant. Sed neq; iſtũ coli Iouis prohibuit:& quo, ubi quẽ uincere potuit, deum tũ eſſe permiſit. nunc Iupiter dicitur.

Vanam ſuperſtitionem eorũ qui quos mortuos eſſe & ſepultos hiſtoria docet,& quorum ſepulchra à doctioribus monſtrari perhibentur pro deis colunt, acriter impugnat,primum eorum qui Iouem,deinde qui Saturnum. Cap. XXIII. C

ISta,inquiunt,fabulæ ſunt, aut interpretandæ à ſapientibus,aut ridendæ. Nos ãt Iouem colimus,de quo ait Maro, Iouis omAegl. 3. mnia plena.i.omnia viuificantem ſpiritum. Merito ergo & Varro Iouẽ opinatus eſt coHie. 23. li à Iudæis,quia dicit per Prophetã, Cœlũ De ciui. & terrã ego impleo. Quid illud quod idẽ Dei. lib. poeta dicit,æthera qũo accipiunt? Sic.n.ait, 4. c. 9. & Tũ pater eps fœcũdis imbribus æther, Cõ- 10. iugis, in gremiũ lætæ deſcendit. Aetherẽ q̃p

pe nõ ſpiritum, ſed corpus eſſe dñt ſublime, Geor. 2 quo cœlũ ſuper aerẽ diſtenditur. An poetæ cõceditur nunc ſecundũ Platonicos, ut non corpus ſed ſpiritus,nunc ſecundũ Stoicos loqui,vt corpus ſit deus? Quid igitur in Capitolio colunt? Si ſpiritum deniq; ipſum cœlũ corporeum,quid illic facit ſcutum illud Iouis,quod appellant Aegida? Nẽpe origo nominis huius ita redditur, quia Iouem a matre occultatum capra nutriuit:an & hoc poetæ mentiuntur? Nunquid & Capitolia Romanorum,opera ſunt poetarum? Quid ſibi autem uult iſta non poetica, ſed plane mimica varietas,deos ſecũm Philoſophos in libris quærere, ſecundum poetas in templis D adorare? Sed nunquid ẽt ille Euhemerus poeta fuit,qui & ipſum Iouẽ & Saturnũ patrẽ eius, & Plutonẽ atq; Neptunũ fratres eius ita planiſsime homines fuiſſe prodit,ut eorum cultores gratias magis poetis agere debeant, quia non ad eos dehoneſtandos, ſed potius ad exornandos multa finxerunt? Quanuis & ipſum Euhemerum ab Ennio poeta in Latinã linguã eſſe conuerſum Cicero cõmemoret. Nũquid & ipſe Cicero poeta fuit,qui eum,cum quo in Tuſculanis diſputat,tanq̃ ſecretorum cõſcium admonet, dicens,Si vero ſcrutari vetera, & ex eis quæ ſcriptores Græciæ prodiderunt, eruere coner,ipſi illi maiorũ gentium dij qui habentur,hinc à nobis profecti in cœlum reperiẽtur. Quære quorum demonſtrentur ſepulchra in Græcia: reminiſcere, qm̃ es initiatus,quæ tradantur myſterijs, tum denique q̃ hoc late pateat intelliges. Hic certe iſtorum deos homines fuiſſe ſatis confitetur, in cœlum autem perueniſſe, beneuole ſuſpicatur: quanquam & hunc honorem opinionis ab hominibus eis eſſe delatum, non dubitauit publice dicere, cũ de Romulo loqueretE ad deos immortales beneuolentia famaq; De ciui. ſuſtulimus. Quid igitur mirum eſt, ſi hoc Dei. lib. fecerũt antiquiores homines de Ioue & Sa- 2. ca. 15. turno & cæteris, quod Romani de Romulo,quod deniq; iam recentioribus temporibus etiã de Cęſare facere voluerunt? Quibus & Virgilius adulationẽ carminis addidit,dicens, Ecce Dionei proceſsit Cæſaris aſtrum. Videant ergo ne forte hiſtorica veritas ſepulchra falſorum deorum oſtendat in terra: uanitas autem poetica ſtellas eorum non figat,ſed fingat in cœlo. Neq; enim reuera ſtella illa Iouis eſt, aut illa Saturni:

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed post eorũ mortẽ ſyderibus ab initio mũ di conditis hæc nomina impoſuerunt homi nes,qui illos mortuos quaſi deos habere vo luerunt. De quibus q̃d tm̃ mali caſtitas, aut quid tm̃ boni voluptas commeruit, vt inter aſtra quæ cũ ſole & luna circumeũt, Venus habeat ſtellã, & Minerua non habeat? Sed fuerit & Cicero Academicus incertior q̃ poetæ qui ſepulchra deorum cõmemorare auſus eſt, literisq; mandare: q̃uis hoc nõ ex opinione propria præſumpſerit, ſed ex ipſo-
F rum ſacrorum traditione commemoraue-
rit. Nunquid & Varro uel tanquã poeta fin git, vel tanq̃ Academicus dubie ponit, q̃ di cit talium deorũ ſacra ex cuiuſq; eorũ vita vel morte, qua inter homines uixerunt uel obierunt, eſſe cõpoſita? Nunquid & Leon ille ſacerdos Aegyptius, poeta vel Academi cus fuit, qui Macedoni Alexandro, diuer- ſam quidẽ à Græcorum opinione iſtorum deorum originem, veruntamen ita prodit, vt eos homines fuiſſe declaret? Sed quid ad nos, ſi dicant ſe Iouem, non hominem mortuum colere, nec homini mortuo Ca- pitolium dedicaſſe, ſed ſpiritui viuificanti omnia quo mundus impletur, & ſcutũ eius in honorem nutricis eius factũ de pelle ca- prina, interpretentur, vt volunt? Quid di- cunt de Saturno, qui Saturnum colunt? Nonne ille eſt qui primus ab Olympo ve- nit, Arma Iouis fugiens, & regnis exul adẽ-
Aen. 8. ptis: Qui genus indocile & diſperſum mon tibus altis, Cõpoſuit, legesq́; dedit, Latiũq́; vocari Maluit, his q̃m latuiſſet tutus in oris? Nonne ipſum eius ſimulachrum, quod coo- perto capite fingitur, quaſi latẽtem indicat? Nonne ipſe Italis oſtendit agriculturam, quod facile demonſtrat? Non, inquiunt: nã tametſi fuerit ille homo & rex quidam, de
G quo iſta narrãtur, nos tamen Saturnũ inter prætamur vniuerſum tps quod Græcũ eti vocabulũ eius oſtendit: vocatur.n. χρόνος, quod aſpiratione addita, etiam tẽporis no- men eſt: unde & Latine Saturnus appella- tur, quaſi ſaturetur annis. Quid iã cum iſti agendum ſit neſcio, qui conantes in me- lius interpretari nomina & ſimulachra deo rũ ſuorũ, fatentur maiorẽ deũ ſuũ & patrẽ cæterorũ tpis eſſe? Quid.n. aliud indicãt q̃ oẽs deos ſuos tpales eſſe, quorũ patrẽ ipsũ tps cõſtituunt? Erubuerũt hinc Philoſophi eorũ recentiores, Platonici, qui iã Chriſtia nis tpib. fuerunt, & Saturnũ aliter interpre tari conati ſunt, dicentes appellatũ χρόνον,
velut à ſatietate intellectus, eo q̃ Græce ſa- tietas κόρος, intellectus ãt ſiue mens νοῦς di citur. Cui vr̃ ſuffragari & Latinũ nomen, quaſi ex prima Latina parte & Græca poſte riore cõpoſitũ, vt diceret Saturnus, tanq̃ ſa tur, & νοῦς. Viderunt.n. q̃ eſſet abſurdũ, ſi ſi lius tpis Iupiter hẽret quẽ deũ æternũ uel putabãt uel putari volebant. At uero ſcm iſtã nouellã interptationẽ, q̃ ueteres eorũ ſi habuiſſẽt, mirũ ſi Ciceronẽ Varronẽq́; la tuiſſet, Saturni filiũ Iouẽ dũt, tanq̃ ab illa ſumma mẽte, pfluentẽ ſpm̃, quẽ volunt eſ- ſe velut animã mũdi huius, omnia cœleſtia & terrena corpora implẽtẽ. Vñ illud Maro- nis eſt, q̃d paulo aũ cõmemoraui. Iouis oſa plena. Nunq̃d nõ, ſi poſſent iſti ſicut ipſam interptationẽ, ita ẽt ſuperſtitionẽ hominũ cõmutarẽt: & aut nulla ſimulachra, aut cer te Saturno potius q̃ Ioui Capitolia cõſtituе rent? Neq; n. vllã animã rationalẽ ſapiẽtẽ fieri diſputãt, niſi participatione ſummæ il- lius ẽõmutabilis q̃; ſapiẽtiæ: n. õſolũ cuiusq̃ hominis animã, ſed ipſius & mũdi, quẽ dũt Iouẽ. Nos uero, eſſe quãdã ſummã dei ſapiẽ- tiã, cuius participatione ſit ſapiẽs q̃cũq; ſit vere ſapiẽs; nõ tm̃ cõcedimus, verumetiã maxime pdicamus. Verũ ãt vniuerſa iſta cor poralis moles, q̃ mundus appellatur, habeat quãdã animã, uel quaſi animã ſuã li rationa- lẽ vitã, qua ita regatur, ſicut vnumquodq; animal, magna atq; abdita qõ eſt: nec affir- mari debet iſta opinio, niſi cõperto q̃ vera ſit: nec refelli, niſi cõperto q̃ falſa ſit. Quid ãt hoc ad homines: etiam ſi ſemper eos la- teat? Quandoquidẽ nulla anima ſit ſapiẽs uel beata ex alia quacunq; anima, ſed ex illa ſola ſumma atq; incõmutabili dei ſapientia. Romani tamen, qui non Saturno, ſed Iouи Capitolium cõdiderunt: vel aliæ nationes, q̃ Iouẽ præcipue ſupra cæteros deos colen- dum eſſe putauerunt, nõ hoc quod iſti ſen- ſerunt: qui ſecundum iſtã ſuã nouã opinio- nem, & ſummas artes, ſi quicq̃ in his rebus poteſtatis habuiſſent, Saturno potius dedica rẽt: & Mathematicos uel Genethliacos ma xime delerent, qui Saturnum, quẽ ſapien- tum effectorẽ iſti dicerent, maleficum deum inter alia ſydera cõſtituerunt. Quæ opinio tm̃ contra illos in animis hmanis præua- luit, ut nec nominare illum velint, ſenẽ po- tius quàm Saturnum appellãtes, tã timida ſuperſtitione, ut ẽt Carthaginenſes penè vi- co ſuo nomen mutauerint, uicum ſenis cre- brius, quàm vicum Saturni appellantes.

Contra

Contra eos qui Saturnum colunt inſurgit, eo quòd inſipienter eum colentes deum Iſrael reſpuerint. Cap. XXIIII.

NOtum eſt ergo quid colere conuineant & q̃d colere conentur adoratores ſimu lachrorũ. Verũ & ab iſtis nouitijs Saturni interpretatoribus req rendũ eſt quid de deo ſentiãt Hebræorum. Etiam ipſis. n. placuit oẽs deos cum gentibus colere, cũ eos ſu pbos puderet pro peccatorũ ſuorũ remiſſio- ne humiliari ſub Chriſto. Quid ergo ſen- tiunt de deo Iſrael? Quẽ ſi non colũt, non oẽs deos colunt, ſi aũt colũt, non colũt ſicut ſe coli iuſsit, quia & alios colunt, quos coli ille prohibuit. Per eorum. n. vates iſta pro-
K hibuit, p̃ quos hæc ipſa, quæ nunc à Chri ſtianis eorũ ſimulachra patiũtur, futura p̃- dixit. Siue. n. angeli ad illos Prophetas miſſi ſunt qui eis deũ omniũ creatorẽ vnũ verbũ deum, cui vniuerſa ſubiecta ſunt, & per ſen- ſibilium rerũ cõgruã ſpeciem figurate oſtẽ- derent, & quemadmodum ſe coli p̃ciperet, indicarent, ſiue aliquorũ in eis mentes per ſpiritum ſanctum ita ſublimatæ ſint, vt eo ui ſu ea viderent, quo & ipſi angeli vident, con ſtat tm̃ eos illi deo ſeruiſſe, qui alios deos co li prohibuit. Seruiſſe autem fide pietatis in regno & ſacerdotio reipublicæ ſuæ, & Chri ſtum venturũ verum regem ac ſacerdotem ſignificantibus ſacris.

Eãdẽ rẽ latius p̃ſequtur oſtẽdẽs ſtultũ eſſe quod aſſerunt deos inter ſe cõſentire, ita quòd alius alium coli nõ vetet, cùm deus Iſrael quem verum deum eſſe probat cũ alijs coli non poſsit. Cap. XXV.

POrrò autem in dijs gentiũ, quos iſti dũ colere volunt, illũ qui cũ iſtis coli non põt, colere nolunt, dicant quid cãæ eſt vt nullus eorũ inueniatur qui alterũ coli p̃hi beat, cũ eos in diuerſis officijs muneribusq́; cõſtituãt, & rebus ad quẽq; p̃prie p̃tinẽti- bus p̃ſides eẽ velint. Si. n. Iupiter nõ prohi- bet Saturnum coli, quia non eſt ille homo q̃
L illum hominem patrem de regno expulit, ſed aut cœli corpus, aut ſpiritus implens, cœlum & terram, & ideo non põt prohibe- re coli mentẽ ſupernã ex qua dicitur ema- naſſe, Si ea rõne nec Saturnus Iouẽ coli p̃- hibet, quia non ab eo rebellante ſupatus eſt, ſicut ille à Ioue neſcio, q̃ o cuius arma fugi- ens venit in Italiã, ſed fauet prima mẽs ani- mæ à ſe genitæ: ſaltẽ Vulcanus prohiberet coli Martẽ vxoris adulterũ, Hercules Iu-
nonẽ p̃ſecutricem ſuam. Quæ iſta inter eos eſt tã fœda conſenſio, vt nec Diana virgo caſta coli prohibeat, non dicã Venerem ſed Priapũ? Nam ſi vnus homo & venator & agricola eſſe voluerit, ſeruus erit amborũ, q̃bus tũ vel vicina tẽpla fabricare erubeſcit. Sed interpretentur Dianã virtutẽ q̃ volũt, interpretentur & Priapũ fœcunditatis deũ, ita ſanè vt in fœtandis fœminis pudeat Iu- nonẽ talẽ habere adiutorẽ: dicãt quod pla- cet, interpretẽtur quod ſapiũt, dũ tũ omnia eorũ argumenta pturbet deus Iſrael. Qui cũ illos oẽs coli prohibuerit, & à nullo eo- rũ coli prohibitus ſit, eorũ q̃; ſimulachris & ſacris euerſionẽ præceperit, p̃dixerit, & fe- cerit, ſatis oſtẽdit illos falſos atq; fallaces, & ſe eſſe verũ ac veracẽ deũ. Iſtos aũt iã pau- cos deorũ multorũ, falſorũq́; cultores, quis non miretur nolle obtemperare illi, de quo M cũ ab eis quæritur, quiſnam ſit deus, quodli- bet opinãdo rñdẽt, deũ tũ eẽ negare nõ au- dẽt: qa ſi negẽt, opibus eius & p̃dictis atq; cõpletis facillime cõuincẽtur? Neq; n. ea di eo, q̃ liberũ ſibi putãt eẽ nõ credere, qa ipſe Gen. 1. in principio fecit cœlũ & terrã, & omnia q̃ Gen. 5. in eis ſunt. Neq; illa nimis ãtiqua, q̃ Enoch & .7. trãſtulit, q̃ impios diluuio deleuit, q̃ Noe iuſtũ domũq́; eius per lignũ inde liberauit, Ab Abrahã in hominibus facta eius exor- dior. Hinc enim facta eſt per angelicum ora culum manifeſta promiſsio, q̃ nũc videmus impleri. Huic q̃ppe dictũ eſt, In ſemine tuo bñdicẽtur oẽs gẽtes, ex cuius ſemine popu- Gen. 22. lus Iſrael, vnde virgo Maria q̃ pepit Xp̃m: in quo bñdici oẽs gẽtes, audeãt iã negare ſi poſſunt. Hæc promiſsio facta eſt ẽt ad Iſaac filiũ Abrahæ. Hæc ad Iacob nepotẽ Abra- Gen. 26 hæ, q̃ ẽt Iſrael appellatus eſt: ex quo vniuer Gen. 28 ſus ille populus & propagatus & nominatus eſt, vt huius populi deus, appellaretur deus Iſrael: non q̃ ipſe non ſit deus omnium gẽ- tium, ſiue neſcientium, ſiue iam ſcientium: ſed quia in iſto populo voluit manifeſtius apparere virtutẽ promiſſorũ ſuorũ. Ille. n. A populus primo in Aegypto multiplicatus, Exod. 1. & illa de ſeruitute per Moyſen in multis ſi- gnis portentisq́; liberatis plurimis gẽtibus terram etiam promiſsionis accepit, in qua regnauit per reges ſuos de tribu Iuda exor- tans. Qui Iudas unus fuit ex duodecim fi- lijs Iſrael nepotis Abrahæ: arq́; inde Iudæi cognominati, multa ipſo deo adiuuante fe- cerunt, multa pro peccatis ſuis ipſo deo fla- gellante perpeſsi ſunt: donec ueniret ſemen

eni promissum est, in quo benedicerentur omnes gentes & patrũ suorum simulachra sponte confringerent.

Deum Israel uerũ & ueridicum deum esse iterum probat, eundemq; esse quẽ Christiani colunt ex prophetarum oraculis ostendit. Cap. XXVI.

NEq; n. temporibus Chr̃ianis sed tanto ante p̃dictũ est, quid per Christianos impletur: ipsi Iudei q̃ remanserunt inimici nois Christi, de quorũ ẽt futura pfidia in illis ꝓphẽticis literis tacitũ nõ est, ipsi hñt & legũt Prophetã dicẽtẽ, Dñe deus meus & refugiũ meũ in die malorũ ad te gẽtes ueniẽt ab extremo terrę & dicẽt, uere mẽdacia coluerunt pres nr̃i, simulachra, & nõ est in illis vtilitas. Ecce nũc fit, ecce nũc gentes ab extremo terræ ueniunt ad Christum ista dicentes, & simulachra frãgẽtes. Et hoc. n. magnũ est, q̃ deus pstitit ecclesiæ suæ; ubiq; diffusæ, vt gens Iudæa merito debellata, & dispersa p terras, ne a nobis hæc cõposita putarent codices Prophetarũ nr̃orũ ubiq; portaret, & inimica fidei nr̃æ, testis fieret veritatis nr̃æ. Quo ergo discipuli Chr̃i docuerũt, q̃ a Chr̃o nõ didicerũt, sicut stulti desipiendo iactitãt, vt deorũ gentiliũ & simulachrorũ superstitio delereť? Nunqd & illas prophetias, q̃ nunc legunt in codicibus inimicorũ Chr̃i, pũt dici finxisse discipuli Chr̃isti? Quis. n. hæc euertit nisi deus Israel? Ip si. n. populo dictũ est per diuinas uoces factas ad Moysen. Audi Israel, dñs deus tuus deus vnus est: nõ facies tibi idolũ, neq; cuiusq̃ similitudinẽ neq; in cœlo sursum, neq; in terra deorsum. Vt aũt ẽt euertat ista, ubi ptãtẽ acceperit, sic ei p̃cipit. Non adorabis deos illorũ, sed neq; seruies eis nõ: facias secũdũ opera ipsorũ, sed deponẽdo deponesq; cõfringẽdo confringes simulachra eorum. Quis aũt dicat Xp̃m atq; Xp̃ianos nõ ptinere ad Israel, cũ Israel nepos fuerit Abrahæ, cui primo, & deinde Isaac filio eius & deinde ipsi Israel nepoti eius dictũ est, q̃ iã commemoraui, In semine tuo bñdicent oẽs gẽtes? Qd̃ fieri iã videmus i Xp̃o, cũ inde exorta sit illa uirgo de qua Propheta populi Israel, & dei Israel cecinit dicẽs, Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ, & uocabũt nomẽ eius Emanuel. Interp̃tat aũt Emanuel nobiscũ deus. Deus ergo Israel, q̃ ꝓbibuit alios deos coli, q̃ prohibuit idola fabricari, q̃ peciit euerti, q̃ p Prophetã p̃dixit gẽtes ab extremo terræ dicturas, Vere mendacia coluerũt pres nr̃i, simulachra in quibus nõ est utilitas, ipsi p Xp̃i nomẽ & Xp̃ianorũ finẽ ista rũ oium superstitionũ euersionẽ iussit, ꝑmisit, exhibuit. Frustra ergo miseri q̃ blasphemare Xp̃m ẽt à dijs suis, hoc est à dęmonibus nomẽ Chr̃i metuẽtib. ꝓhibiti sunt, volũt ab eo doctrinã istã facere alienã quã Chr̃iani cõtra idola disputãt, easq; oẽs falsas religiones vbi potuerint eradicant.

Quòd deus Israel verus sit deus, & stultè Iupiter, aut Saturnus ab eis appellatus, qui eum neutro modo colunt quo hunc vel illum. Cap. XXVII.

DE deo Israel rñdeãt, quẽ docere ista, & iubere nõ tm̃ Chr̃ianorũ, sed Iudæorũ libri testant: de ipso consulãt deos suos: qui Xp̃m blasphemare ꝓhibuerũt: de deo Israel si audẽt, aliqua cõtumelioſa respõdeãt. Sed quos cõsulãt aut ubi iã cõsulãt? libros suorũ legãt, Si deũ Israel Iouẽ putãt, sicut Varro scripsit, vt interim, scd̃m eorũ opinionẽ loquar, cur ergo Ioui nõ credũt idola eẽ de lẽda? Si Saturnũ deũ putãt, cur eũ ñ colũt? Aut cur nõ sic colũt quẽadmodũ se coli p eos vates p̃cepit, p quos ea q̃ p̃dixit impleuit? Cur ei nõ credũt simulachra euertẽda eẽ, & alios deos colẽdos non esse? Si nec Iouis, nec Saturnus est, quia si vnus eorũ esset cõtra sacra Iouis & Saturni tãta nõ diceret: quis ergo est q̃ pp deos alios solus ab istis nõ colit, & euersis dijs alijs, tã euidẽter effecit, vt solus colať humiliata oi superba altitudine, q̃ se aduersus Xp̃m erexerat ꝓ idolis, psequens interficiensq; Xp̃ianos? Nũc certe q̃runt vbi se abscõdant, cũ sacrificare uolunt: vel vbi deos ipsos suos recludant, ne a Xp̃ianis inueniãt atq; frangantur. Vnde. n. hoc, nisi a timore legũ, atq; regum, p quos deus Israel suam erexit potestatem, iam sub ditos Christi nomini: sicut lõge ante promisit, dicẽs p prophetam, & adorabũt eum oẽs reges terræ, omnes gentes seruiunt illi.

Quomodo prophetatũ fuerat deum Israel euersurum idola, & gentem suam impiã relicturum. Cap. XXVIII.

NEmpe iã implet̃ q̃ p Prophetã identidẽ canit̃, q̃ remissurus esset impiã plebẽ suã nõ qdẽ totã, q̃a multi ex Israelitis tradiderunt in Christũ, nã inde erãt & Apostoli eius: & humiliaturus oẽm superbum atq; iniuriosum, vt ipse solus exaltaretur. i. solus & altus & potens hominibus manifestaretur. donec proijcerentur à credentibus idola, & a nõ credentibus abscõderẽtur, cũ eius timore terra confringitur. i. terreni frãguntur, timẽdo legem vel ipsius, vel eorũ, q̃ credentes in eum, gentibusq; regnantes talia sacrilegia prohiberent. Hæc. n. q̃ vt facilius intelligerẽt, breuiter ꝓlocutus sum Prophe
Esa. 2. ta sic dicit, Et nunc tu domus Iacob, venite & ambulemus in lucẽ dñi. Remisit. n. plebẽ suã domus Israel, q̃m repleta est, sicut ab initio, regio eorũ augurijs, sicut alienigenarũ, & filij multi alienigenæ nati sũt illis. Repleta est. n. regio eorũ argento & auro, nec erat numerus thesaurorũ illorũ. Et repleta est terra eq̃s nec erat numerus curruũ illorũ. Et repleta est terra abominationib. opũ manuũ ipsorũ, & adorauerũt ea q̃ fecerũt digiti eorũ. Et inclinauit se hõ, & humiliauit se vir, & nõ remittã illis. Et nũc intrate in petras, & absc̃odite vos in terra à facie timoris dñi & à maiestate virtutis eius, cũ surrexerit
F cõfringere terrã. Oculi. n. dñi excelsi, hõ ãt humilis & humiliabit̃ altitudo hoim & exaltabit̃ dñs solus i illa die. Dies. n. dñi sabaoth in oẽm iniuriosum & supbũ, & supra oẽm altũ & humiliatũ q̃ humiliabunt̃, & supra oẽm cedrũ Libani excelsã & elatã, & supra oẽm arborẽ Libani Basã & sup oẽm mõtẽ & sup oẽm collẽ altũ, & sup oẽm nauẽ maris, & sup oẽ spectaculũ nauiũ decoris. Et humiliabit̃ & cadet cõtumelia hoim: & exaltabit̃ dñs solus in illa die. Et mani. b. fabricata oia abscõdent in speluncis & in scissuris petrarũ & in cauernis terræ à facie timoris dñi & à maiestate virtutis eius cũ exurrexerit confringere terrã. Illa. n. die prouciet hõ abominationes aureas & argẽteas, q̃ fecerũt vt adorarẽt supuacanea & noxia: ut intrent in foramina solidę petrę, & in scissuras petrarũ a facie timoris dñi, & à maiestate virtutis eius, cũ exurrexerit cõminuere terram.

Qd̃ de deo sabaoth frustra & inaniter sentiũt, q̃ eũ elemẽtorũ omniũ ꝓpositũ affirmant, nec tm̃ potius q̃ singulorum elemẽtorum deos colunt. Cap. XXIX.

QVid dñt de isto deo sabaoth, q̃ interp̃tatur deus virtutũ vel exercituũ q̃a illi seruiunt virtutes & exercitus angelorũ? Quid dñt de isto deo Israel, quia deus est illius populi de quo uenit semen in quo benedicerentur oẽs gentes? Cur solũ non colunt qui oẽs deos colendos esse contendunt? Cur ei non credunt qui alios deos falsos & ostẽdit & euertit? Audiui quendã eorum dicere, se legisse apud nescio quem Philosophum, q̃ ex ijs quæ Iudæi in suis sacramentis agerent, intellexisset quem deum colerent, Prę positum, inquit, istorum elementorum, quibus iste visibilis & corporeus mũdus extructus est, Cũ in scripturis sanctis Prophetarum eius aperte ostendatur, illum deum colendum præceptum esse populo Israel, qui fecit cœlum & terrã, & à quo est omnis uera sapientia. Sed quid opus est hinc diutius disputare, cum ad id quod ago sufficiat, quod illi qualibet præsumptione opinantur de illo deo, quem deum esse negare non possunt? Si. n. præpositus est elementorum quibus mundus iste consistit, cur non ipse potius colitur, quã Neptunus qui solius maris præpositus est? Quã deniq; Syluanus qui solorum agrorum atq; syluarum? Quã sol qui solius diei vel etiam vniuersi cœlestis caloris? Quam luna, qui solius noctis, uel etiam humoris potestate præfulget? Quam Iuno, quæ solum aerem tenere prohibetur? Certe in. isti partium præpositi, quicunq; sunt, necesse est ut sub illo sint qui omnium elemẽtorum & vniuersæ huius molis præpositurã gerit. At iste illos oẽs coli prohibet, Cur ergo isti contra præceptum maioris illorũ, non solũ eos colere uolunt, sed propter istos illum nolunt? Adhuc non inueniunt quid de isto deo Israel constanter liquidoq; pronuncient. Nec vnq̃ inuenient, donec eum inueniant deum solum uerum à quo creata sunt omnia.

Gen. 22
Gen. 1.
H

Ostendit Lucanum rectius dubitasse quàm si falso pronunciasset deum Israel, cum tamen nunc meritò non sit qui se abscondat à calore eius. Cap. XXX.

PRoinde quidã Lucanus magnus eorum in carmine declamator, credo & ipse dinquerens, siue per suas cogitationes, siue per suorũ libros, quisnã esset Iudæorũ deus, & quia nõ pie quærebat, nõ inueniens, maluit tũ incertũ deum qué nõ inueniebat, q̃ nullũ deũ dicere, cùius tã magna documẽta sentiebat. Ait. n. Et dedita sacris incerti Iudæa dei. Et nondum deus iste sanctus & uerus deus Israel, nondum per Christi nomẽ tã a

Universidad de Deusto Biblioteca

in omnibus gentibus fecerat, quãta vsq; in hodierũ diẽ post Lucani tpa cõsecuta sunt. Nũc vero quis tã durus nõ flectatur? q̃s tã tepidus nõ ignescat, cũ impletur qđ̃ scriptũ est, Quia nõ est q̃ se abscõdat à calore eius, I qñ iã clarissima luce manifestantur q̃ in eo- Psal. 18. dẽ Psalmo vñ versiculũ istũ commemoraui tanto añ prædicta sunt? Cœlorũ.n. nomine Apostoli Christi significati, q̃p in eis deus p̃sideraret, vt Euãgeliũ annũciaréc. Iã ergo cœli enarrauerunt gloriã dei, & opa manuũ eius annũciauit firmamẽtũ, Dies diei eructauit verbũ & nox nocti annũciauit sciẽtiam. Iã nõ sunt loq̃læ neq; sermones quorũ non audiãtur voces eorũ. Iã in oẽm terrã exiuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ. Iã in sole hoc est in manifestatiõe posuit tabernaculũ suũ, qđ̃ est ecclesia ipsius. Quia vt hoc faceret, ipse sicut ibi sequitur, Tanq̃ sponsus processit de thalamo suo. i. cõiugatu verbũ carni hũanæ ꝓcessit de vtero virginali. Iã exultauit vt gigas & cucurrit viam. Iã à sũmo cœli facta est egressio eius, & recursus eius vsq; ad sũmũ cœli. Et iõ rectissime seq̃tur versus quẽ pauloañ cõmemorauí, & nõ est qui se abscõdat à calore eius. Et adhuc isti fragiles cõtradictiũculas garrientes, eliigũt magis isto igne sicut stipula in cinerẽ verti, q̃ sicut aurũ à sorde purgari, cũ & deorum falsorum iam fallacia mõumenta frustrata sint, & illius incerti dei veracia promissa certa iam facta sint.

K Quod falsò dicant nonnulli Christum nõ constituisse, nec præcepisse vt idola confringantur, cum ipse sit de quo per Esaiã prophetatum sit, quã prophetiã late recitat, & Christo accommodat. Cap. 31.

DEsinant ergo dicere mali laudatores Christi, q̃ nolũt eẽ Christiani, q̃p Christus non docuerit deos eorũ deseri, & simulachra cõfringi. Deus.n. Israel, de quo prædictũ est, q̃p deus vniuersę terræ vocabitur, Deut. 7. et deus vniuersæ terræ iã vocatur: hoc pe- Esa. 54. Propheras futurũ prædixit, hoc p Christũ cõgruo tpe impleuit. Certe.n. si iam deus vniuersæ terræ vocatur, necesse est vt fiat quod iusserit, qñ qui iusserit innotuit. Quia vero p Christũ & in Christo innotuit, vt ecclesia eius p orbẽ diffunderetur, & p ipsam deus Israel vniuersæ terrę vocaretur, paulo supius apud eũdẽ prophetã legant, qui volũt, immò & à me cõmemoretur. Neq;.n. ita longũ est, vt oporteat ꝑtermitti. Dñr.n. de multa præsentia & humilitate & passione Christi, & corpe eius cui caput est. i. de ecclesia eius, cum appellatur tanq̃ sterilis q̃ non pariebat. Per multos.n. annos ecclesia, q̃ futura erat, in omnibus gentibus in filijs suis, hoc est, in sanctis suis, nõ apparuit, nondũ Christo annũciato p Euãgelistas, eis q̃bus nõ est annũciatus p Prophetas: & dicL tur, plures filios desertæ futuros, q̃ eius quæ habet virũ, cum uiri nomine significata est lex vel rex quẽ accepit primus populus Israel: nec acceperant gentes legẽ eo tpe, quo Propheta loquebatur: neq; rex Christianorum apparuerat adhuc gẽtibus, ex quibus tã gẽtibus lõge fertilior & numerosior sctõrũ multitudo prouenit. Ita ergo dicit Esaias, incipiẽs ab humanitate Christi, & se posteã cõuertẽs ad alloquẽdũ ecclesiã, vsq; ad eum uersum quẽ cõmemorauimus, ubi ait, Et qui eruit te, ipse deus Israel uniuersę terræ uocabitur. Ecce, inquit, in intellectu erit puer meus, & exaltabitur & honorificabitur uehemẽter. Quo multi mirabũtur sup te, sictñ & inhonesta videbitur ab omnibus speties tua, & honor tuus ab hominibus. Ita. mirabũtur gẽtes multæ sup eũ, & cõtinebũt reges os suũ. Qm̃ quibus nõ est nũciatũ de illo, uidebũt: & qui nõ audierũt, intelligẽt. Dñe quis credidit auditui nostro, & brachiũ dñi cui reuelatũ est? Nunciauimus corã illo ut puer ut radix in terra sitiẽti: nõ est species illi neq; honor. Et uidimus illũ, & nõ habuit specié neq; decorẽ: sed ultus eius abiectus & deformis, positio eius ab omnibus hominibus hõ in flagella, & qui sciat ferre infirmitates. p̃p quod & auertit se: facies eius iniuriata est, nec magni æstimata est. Hic infirmitates nostras portat, & pro nobis in doloribus est. Et nos existimauimus illum in doloribus eẽ, & in plaga & in pœna. Ipse aũt uulneratus est p̃p pctã nostra, & infirmatus est p̃p iniqtates nostras. Eruditio pacis nostræ in eũ, liuore eius sanati sumus. Oẽs ut oues errauimus, & dñs tradidit illum pro pctis nostris. Et ipse qm̃ male tractatus est, non aperuit os: ut ouis ad immolãdũ ductus est, & ut agnus añ eũ qui se tõderet, fuit sine uoce, sic nõ aperuit os suũ. In humilitate sublatũ est iudiciũ eius. Generationẽ eius qu enarrabit? Qm̃ tolletur de terra uita eius, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortẽ. Dabo ergo malos p̃p sepulturã eius, & diuites p̃p mortẽ eius, ob

ob hoc q̃ iniquitatẽ non fecerit, nec dolum in ore suo. Dñs vult purgare illũ de plaga. Si dederitis vos ob delicta vestra animam vestrã, videbitis semen lõgissimæ vitę. Et vult dñs auferre à doloribus animã eius, ostendere illi lucẽ, & figurare p̃ sensum. Iustificare iustum bñ seruientem pluribus, & peccata illorũ ipse sustinebit. Propterea ipse A hæreditabit complures, & fortiũ partietur spolia. Propter qđ̃ tradita est ad mortẽ anima eius, & inter iniquos æstimata est: & ipse pctã multorũ sustinuit, & p̃p iniquitates eorũ traditus est. Delectare quæ non paris, exulta & clama quæ nõ parturis, quia multi filij desertæ magis q̃ eius quę habet virũ. Dixit.n. dominus, Dilata locum tabernaculi tui, & caulas tuas confige, non est, quod parcas: porrige lõgius funiculos, & palos ualidos cõstitue. Etiam atq; ẽt in dexteram atque sinistram partem extende. Semen enim tuum hæreditabit gentes, & ciuitates quæ desertæ erant, inhabitabis: non est quod metuas. Prevalebis enim, ne erubescas q̃p detestabilis fueris. Confusionem in perpetuum obliuiscẽris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor: quoniam ego sum dominus qui facio te, dominus, nomen ei: & qui eruit te, ipse deus Israel, deus vniuersæ terræ vocabitur. Quid contra hãc euidentiam expressiõnemq̃, rerũ & prædictarum & impletarum dici potest? Si de Christi diuinitate discipulos eius putant esse mentitos, num quid de Christi passione dubitabunt? ResurreB xisse non solent credere. At illa omnia ab hominibus humana perpessum ẽt libenter Esa. 53. credunt, quia hominem tantummodo credi Mar. 15. volunt. Ille itaq; sicut ouis ad immolandum Luc. 22. ductus, ille inter iniquos deputatus, ille vulMat. 26. neratus propter pctã nostra: cuius liuore sãIoan. 19. nati sumus, cuius facies iniuriata est, nec magni æstimata, palmis cæsa, & sputis illusa, cuius deformis in cruce positio: ille ab iniquitatibus populi Israel ductus ad mortem: ille qui non habebat speciem neq; decorem, qñ colaphis pcutiebatur, qñ spinis coronabatur, qñ pedens irridebatur: ille qui sicut agnus corã tondente non habebat vocẽ, sic Mat. 26. nõ aperuit os suũ, cũ ei diceretur ab insultãtibus, Prophetiza nobis Christe, Nempe iam Esa. 52. exaltatus ẽ, iã honorificatus est vehemẽter. Nẽpe iã mirãtur gẽtes multæ sup eũ. Iã cõtinuerũt reges os suũ, q̃ aduersus ChristiaRom. 15 nos leges sæuissimas ꝓmulgabãt. Nẽpe q̃bus nõ est nũciatũ de illo, iã vidẽt, & qui nõ audierũt iã intelligũt. Qm̃ gẽtes quibus nõ nũciauerũt Prophetæ, magis ipsæ vident, q̃ vera nũciata sint p̃ Prophetas. Et qui non audierũt ipsum Esaiã loquẽtẽ, iam in literis Esa. 53. eius de quo ista sit locutus intelligũt. Nã & Rom. 10 in ipsa gẽte Judæorum quis credidit auditui Prophetarũ, aut brachiũ dñi, qđ̃ est Christus ipse qui p̃ eos annũciabatur, cui reuelatũ est, qñ manibus suis ea scelera in Christo admittebãt, quæ futura prędixerãt Prophetæ quos habebant? Nẽpe iam in hæreditate possidet multos, & fortiũ partiẽ spolia, cũ ea q̃ diabolus & dæmões possidebãt, p̃ ecclesiarũ suarũ fabricas, & quoslibet necessarios usus illis expulsis ꝓditisq; distribuit.

Contra eos qui Christũ peruerse laudant, & discipulos eius reprobant: contẽdit de ecclesia quoq; Christianorũ multa prædicta esse & euenisse, quibus probatur Christum nõ fuisse idolorũ cultorẽ, quorum nunc euersor est. Cap. 32.

QVid ergo ad hæc dicũt peruersi laudatores Christi & Christianorũ obtrectatores? Nũquid ut ista p̃ Prophetas tãto ante prædicerẽtur, Christus magicis artibus fecit, aut discipuli eius ista finxerũt? Nũ quid ut dilatetur ecclesia diffusa p̃ gentes quõdam sterilis, nũc in pluribus filijs q̃ illa synagoga quæ legẽ siue regẽ tanq̃ uirum ac Esa. 54. ceperat? Nũquid ut sic dilataret locũ tabernaculi sui omnes nationes & linguas occupans: ut longius q̃ Rom. imperij iura tẽdũtur, usq; in Persas & Indos aliasq; Barbaras gentes funiculos porrigat: ut in dexteram per ueros Christianos, & in sinistram per fictos Christianos in tam multis popuD lis nomen eius extendatur: ut semen eius hæreditet gentes: ut ciuitates quæ à uero dei cultu & à uera religione desertę fuerãt iam nũc inhabitet: ut non timuerit homniũ minas & furias, qñ in sanguine martyrũ tanq̃ honore purpureo vestiebatur: ut ꝓualeret tã multis tãq; uehemẽtibus & potẽtibus p̃secutoribus suis: ut ñ erubescęret q̃p detestabilis fuerat qñ magnũ erat crimen fieri vel esse Christianũ: ut cõfusionẽ in ꝑpetuũ o- Com. 5. bliuiscatur, quia ubi abũdauerat pctm̃, supabũdauit & gra: ut ignominiæ uiduitatis suæ memor nõ sit, quia paululũ derelicta & opprobrijs obiecta, tã eminenti gloria reflorescit? Nũqd postremo ut dñs qui fecit eã, & à dñatu diaboli & dęmonum eruit eam, ipse deus Israel uniuersæ terræ iam uocetur, discipuli

scipuli Xpi finxerũ, t qđ Prophetę quorum libri nũc in manibus inimicorũ Xpi habent tam lõge anteq̃ Christus filius hois fieret Prædixerunt? Hic ergo intelligant, quod ne tardissimis quidẽ atq; obtusissimis obscurũ dubiumve relinquit. Hinc inq̃ intelligant Christi puersi laudatores & Chriane religionis execratores, ẽt Xpi discipulos contra deos eorũ ea didicisse atq; docuisse q̃ doctri
E na cõtinet Christi: quia deus Israel qui hæc omnia q̃ isti colere volũt, abominãda atque euertẽda in libris Prophetarũ præcepisse in
Esa. 45. uenitur, ipse deus vniuersę terræ, sicut ante promisit, p Xpm, & Christi ecclesiã iã vocatur. Si.n. Christũ mirã demẽtia suspicantur deos eorũ coluisse ac p hos eũ tãta potuisse: nũquid & deus Israel deos eorum coluit, qui de se p oẽs gẽtes colendo & de illis abominãdis atq; euertẽdis p Christũ quod
Deu. 7. promisit impleuit? Vbi sunt dij eorũ: vbi va
Hica. 16 ticinia phanaticorũ, & diuinationes pythonum? vbi vel auspicia vel haruspicia vel oracula dęmonũ? Cur nõ, profertur ex isti usmodi antiquis libris admonitũ aliquid & p̃dictũ cõtra Christianã fidẽ, & cõtra Prophetarũ nr̃orũ expressam iã in omnibus gẽtibus tã perspicuã veritatẽ? Offendimus, inquiunt, deos nr̃os & deseruerunt nos. Ideo aduersus nos Christiani prævalue, & humanarũ rerũ fœlicitas defessa ac diminuta dilabitur. Hoc sibi certe per Christianos fuisse euẽturũ, legant ex libris vatũ suorũ. Sed ea legant, vbi si nõ Christus, quia eum deorũ suorũ volũt fuisse cultorẽ, saltẽ deus Israel improbatus & detestatus sit, quem cõ ster istorum euersorẽ. Sed nunquid hæc pro
P ferent, nisi quomodo forte confinxerint. Quod cum protulerint apparebit, eoipso, certe q̃ tãta res tam ignota profertur, quæ vtiq; debuit antequã hoc quod prędictum est accidisset, iudeorum tẽplis omnium gentium recitari vt præstruerentur & præmonerentur qui nunc nolunt esse Christiani.

Contra eos qui falso cõquerũtur per Christiana tpa rerũ fœlicitatẽ esse diminutã, cũ potius turpitudo morũ q̃ rerũ fœlicitas diminuta sit vñ in scenicorũ ludorũ turpitudinem duo affert Ciceronis testimonia. Cap. 33.

DEinde q̃ de fœlicitatis rerum humanarum diminutione per Christiana tempora cõquerũtur, si libros Philosophorum suorum legant, ea reprehendentium quæ nunc eis etiam recusantibus & murmurantibus subtrahuntur, tum vero magnam laudem reperient temporum Christianorum. Quid enim eis minuitur fœlicitatis, nisi quod pessime luxuri seq; abutebãtur in magnã creatoris iniuriam? Nisi forte hinc sint tpa mala, quia per oẽs penè ciuitates cadũt theatra, cauęæ turpitudinũ & publicę professiones flagitiosorũ, cadũt & fora vel mœnia in quibus dæmonia colebãtur. Vñ enim cadunt nisi inopia rerũ, quarũ lasciuo & sacrilego usu constructa sunt? Nõne Cicero eo rũ cũ Roscio quẽdã laudaret histrionẽ: ita peritum dixit, vt solus esset dignus, qui in scenam deberet intrare? ita virum bonum, vt solus esset dignus, qui eo non deberet accedere? quid aliud apertissime ostendens, uisi illam scenam esse tam turpẽ, vt tanto minus ibi esse homo debeat, quanto fuerit magis vir bonus? & tamen dij eorum tali decore placabantur, quale à viris bonis remouendum esse censebat. Et etiam hinc eiusdẽ ipsius Ciceronis aperta confessio, vbi ait sibi Floram matrem, Iudorum celebritate placandam. In quibus ludis tãta exhiberi turpitudo consuenit, vt in eorum comparatione cęteri honesti sint, à quibus tamen etiã ipsis agendis viri boni prohibentur. Quæ ista est Flora mater, qualis dea est, quam celebrior & habenis effusioribus laxata conciliat & propiciat turpitudo? Quanto iam honestius in scenã Roscius intrabat, quam Cicero deam talem colebat? Si diminuta rerũ copia quæ in hæc celebranda funduntur, dij gentium offendũtur, apparet quales sint qui talibus delectantur. Si autem ipsi irati ista minuunt, vtilius irascuntur quam placantur. Quapropter aut Philosophos suos arguant, qui talia in luxuriosis hominibus
H prehenderunt: aut deos suos frangant, qui talia de suis cultoribus exegerunt, si tamen iam inueniunt vel quos frangant vel quos abscondant: Christianorum vero temporibus defectum rerum secundarum quibus in turpia & noxia defluebant, blasphemando imputare desistãt, ne magis nos vnde amplius Christi potestas laudetur admoneant.

Epilo-

Roscius G

Epilogando reuersurus ad principale institutum suum ostendit Christum nihil scripsisse, & Euãgelistas de ipso vera scripsisse. Cep. 34.

MVlta hinc dicerem, nisi me iam librum iustum concludere, atque ad propositam intentionem redire suscepti operis necessitas cogeret. Cum.n. Euangelicas quæstiones, vbi vidẽtur quibusdã quatuor Euãgelistæ nõ inter se constare, soluere aggrederer, vt potui expositis intentionibus singulorũ, primo mihi discutiendum occurrit, q̃ nonnulli quęrere solent, cur ipsius Christi nulla scripta pferamus. Ita enim volunt & ipsum credi, nescio quid aliud scripsisse quo diligunt, nihilq; sensisse contra deos suos, sed eos potius magico ritu coluisse: & discipulos eius non solũ de illo fuisse mentitos, dicendo illum deũ per quem facta sunt omnia, cum aliud nihil q̃ hõ fuerit, quanuis excellentissimę sapientię: verumetiam de dijs
I eorum non hoc docuisse, quod ab illo didicissent. Vnde factum est vt eos de deo Israel potius vrgeremus, qui per ecclesiam Christianorũ ab omnibus gẽtibus colitur, & isto
Gen. 23 rũ sacrilegas vanitates vbiq; iam euertit, sicut per Prophetas suos tanto ante prędixit, & per Christi nomen in quo benedici oẽs gentes promiserat, ea quæ prædixit impleuit. Ex quo intelligere debent, nec Christũ aliud de dijs eorum vel nosse vel docere potuisse, q̃ deus Israel per Prophetas suos iussit atq; prædixit, per quos ipsum Christum promisit & misit. In cuius nomine secundũ pollicitationem quam patribus fecit cũ benedicerentur omnes gentes, factum est vt &
Esa. 54. ipse deus Israel, deus vniuersæ terræ vocaretur, Nec discipulos eius à sui magistri doctrina deuiasse, cum deos gentium coli prohibuerint, ne vel insensatis simulachris supplicaremus, vel societatem cum dęmonibus haberemus, vel creaturæ potius, quàm creatori religionis obsequio seruiremus.

Quomodo operæpreciũ fuit Christũ de pietiã, per quã creata sunt omnia ad illuminationẽ nostrã descẽdisse, de quo q̃cũque per Euangelistas scripta sunt tanquã ab ipso scripta sint amplectenda esse demonstrat, concordantiam eorundem in sequentibus libris ostensurus. Cap. 35.

KQVapropter cum sit ipse Christus sapientia dei p quem creata sunt omnia. Cumq; nullæ mentes rationales siue angelorum siue hominũ nisi participatione ipsius sapientes fiant cui per spiritum sanctũ, Rom. 1.
per quẽ charitas in cordibus nostris diffunditur inhæremus, q̃ trinitas vnus deus est: consultũ est diuina prouidẽtia mortalibus, quorũ tpalis vita in rebus orientibus & occidentibus occupata tenebatur, vt eadẽ ipsa dei sapientia ad vnitatem psonæ suę homine assumpto, in quo temporaliter nasceretur, viueret: moreretur, resurgeret: cõgrua saluti nostræ dicendo & faciendo, patiendo & sustinendo, fieret & deorsum hominibus exẽplo redeundi, & eis qui sursum sunt angelis exemplum manẽdi. Nisi.n. & in animæ rationalis natura tpaliter aliquid oriretur, id est, inciperet esse quod non erat, nunquã ex vita pessima & stulta ad sapientẽ atq; optimã pueniret. Ac per hoc cum rebus æternis, contẽplantium veritas pfruatur, rebus aũt ortis fides credentiũ debeatur, purgatur hõ per rerũ tpaliũ fidẽ, ut æternarũ percipiat veritatẽ. Nam & quidã eorũ nobilissimus Philosophus Plato in eo libro qui Ti
męũ uocant, sic ait, Quantũ ad id quod or- L
tũ est æternitas valet, tantũ ad fidem ueri- Plato in
tas. Duo illa sursum sunt, æternitas & ueri- Timæo.
tas, duo ista deorsum, quod ortũ est, & fides.
Vt ergo ab imis ad summa reuocemur, atq; id quod ortum est recipiat æternitatẽ, p fidẽ ueniendũ est ad veritatẽ. Et qa omnia quę in cõtrariũ pgũt, p aliqđ mediũ reducuntur, ab æterna iustitia tpalis iniquitas nos a- D
lienabat. Opus ergo erat media iustitia tpali, quæ medietas tpalis esset de imis mixta & sũmis, atq; ita se nec abrũpẽs à summis & cõtẽperãs imis, ima redderet summis. Ideo
Christus mediator dei & hominum dictus 1. Ti. 2.
est inter deũ immortalẽ & hominẽ mortalẽ, deus, & hõ, recõciliãs hominem deo, manẽs id qđ erat, factus qđ non erat. Ipse est nobis fides in rebus ortis, qui est veritas in æternis. Hoc magnũ & inenarrabile sacramẽtũ, hoc regnũ & sacerdotium aetiquis p prophetiã reuelabat, posteris eorum p Euãgelium pdicatur. Oportebat.n. ut aliquãdo in omnibus gentibus redderetur, qđ diu p
M unã gentẽ promittebatur. Proinde qui Pro
phetas ãte defecẽ sionẽ suã pmisit, ipse & Apostolos post ascensionẽ suã misit. Omnibus aũt discipulis suis per hominẽ quẽ assũpsit, tanq̃ mẽbris sui corporis caput est. Itaq; cũ illi scripserũt quæ ille ostẽdit & dixit, nequaq̃ dicendum est q̃ ipse non scripserit:

Universidad de Deusto
Biblioteca

pserit: quandoquidem membra eius id operata sunt,quod dictãte capite cognouerunt. Quicquid enim ille de suis factis & dictis nos legere voluit hoc scribendum illis tanq; suis manibus imperauit. Hoc vnitatis consortium & in diuersis officijs concordium, membrorum sub vno capite ministerium, quisquis intellexerit, non aliter accipiet qđ narrantibus discipulis Christi in Euangelio legent,q; si ipsam manũ dñi quam in (proprio) corpore gestabat scribentẽ conspexerit. Quamobrem illa potius iam uideamus qualia sint quę putant Euangelistas sibimet scripsisse contraria, quod parum intelligentibus uideri potest: vt his quæstionibus dissolutis,ex hoc quoq; appareat, illius capitis membra,non solum idem sentiendo,verum etiam conuenientia scribendo, in corporis ipsius unitate germanam seruasse concordiam.

A. D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De consensu Euangelistarum Liber secundus.

PROLOGVS.

QVoniam sermone non breui & admodum necessario, quem libro uno cõplexi sumus, refutauimus eorum vanitatem qui discipulos Christi Euangeliũ conscribentes, ideo contemnendos putant,quia ipsius Christi quem licet non ut deum, tñ ut hominẽ sapientia longe præ cæteris excellentem honorandũ esse nõ dubitant,nulla scripta proferuntur à nobis,& eum talia scripsisse videri volunt,qualia peruersi diligunt,nõ qualibus lectis & creditis à peruersitate corrigi possunt.Nunc iã uideamus ea quæ quatuor Euangelistæ de Christo scripserunt, quemadmodum sibi atq; inter se congruant: ne quid ex hoc in fide Christiana offendiculi patiantur, qui curiosiores quàm capaciores sunt, quòd non vtcunque perlectis, sed quasi diligentius perscrutatis Euangelicis libris, inconuenientia quædam & repugnantia se deprehendisse existimantes, magis ea contentiose obiectanda quàm prudenter considerãda esse arbitrantur.

Quare vsq; ad Ioseph generatores Christi commemorantur, cùm de illius semine Christus non sit natus, sed de virgine Maria. Cap. I.

MAtthæus Euangelista sic ordiMatt.1. sus est, Liber generationis Iesu Christi,filij Dauid,filij Abraham. Quo exordio suo satis ostendit generationem Christi secundum carnem se suscepisse narrandam. Secundum hanc enim Christus filius hominis est,quod etiam sæpissime appellat,cõmendans nobis quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nam illa superna & æterna generatio, secundum quam filius dei unigenitus est ante oẽm creaturã, qua omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est,vt de illa dictũ à propheta intelligatur, Generationem eius quis enarrabit? Exequitur ergo humanã generationẽ Christi Matthæus,ab Abrahã generatores cõmemorãs, quos perducit ad Ioseph virũ Mariæ de qua natus est Iesus. Neq; n.fas erat vt ob hoc eum à coniugio Mariæ separãdum putaret, q̃ non ex eius concubitu, sed uirgo peperit Christum. Hoc.n.exemplo magnifice insinuatur fidelibus coniugatis etiam seruata pari consensu continentia, posse permanere vocariq; coniugiũ, non permixto corporis sexu,sed custodito mẽtis affectu: præsertim quia nasci eis ẽt filius potuit sine ullo cõplexu carnali, qui pp̃ solos gignendos filios adhibendus est. Neq; enim propterea non erat appellandus Ioseph pater Christi,quia non eũ concumbendo genuerat, quandoquidem recte pater esset ẽt eius quẽ non ex sua coniuge procreatum aliunde adoptasset. Putabatur quidẽ Christus ẽt aliter filius Ioseph, tanq; ex eius omnino carne progenitus, sed ab eis hoc putabatur,quos Mariæ latebat uirginitas:Nam Lucas ait,Et ipse Ie- Lucæ.3. sus erat incipiens quasi annorũ triginta, vt putabatur filius Ioseph. Qui tamen Lucas Lucæ.3. non eius parentẽ solam Mariam, sed ambos parentes eius appellare minime dubitauit, ubi ait, Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo, Et ibant parentes eius per oẽs annos in Hierusalem in d̃ solenni Paschæ. Sed ne quisquam hic parentes consanguineos potius Mariæ cum ipsa matre eius intelligẽdos putet, quid ad illud respondebit, quòd ipse

ipse item Lucas superius dixit, Et erant pater eius & mater mirantes super ijs quæ dicebantur de illo? Cũ igitur ipse narret,non ex concubitu Ioseph, sed ex Maria virgine natũ Christũ, vnde eũ patrẽ eius appellat: nisi quia & virũ Mariæ recte intelligimus sine cõmixtione carnis, ipsa copulatione cõiugij:& ob hoc ẽt Christi patrẽ multo coniunctius qui ex eius coniuge natus sit, quã si ei esset aliunde adoptatus? Vnde manifestum est,illud quod ait, Vt putabatur filius Lucę.3. Ioseph: pp illos dixisse, q̃ eũ ex Ioseph,sicut alij homines nascũtur, natũ arbitrãtur.

Quomodo sit Christus filius Dauid, cùm ex Ioseph filij Dauid concubitu non sit natus. Cap .2.

AC per hoc si demonstrare aliquis posset Mariam ex Dauid nullã consanguinitatis originẽ ducere,sat erat secundũ illam rationem accipere Christum filium Dauid, qua ratione etiã Ioseph pater eius recte appellatus est. Quanto magis cũ euidenter dicat Apostolus Paulus, ex semine Dauid secundum carnem Christum, & ipsam quoq; Mariam de stirpe Dauid aliquam cõsanguinitatem duxisse, dubitare vtique non debemus. Cuius fœminę quoniam nec sacerdotale genus tacetur, insinuante Luca, q̃ cognata eius ẽt Elisabet, quã dicit de filiabus Aaron, firmissime tenendum est, carnem Christi ex vtroq; genere propagatam, & regium scilicet & sacerdotum, in quibus personis apud illum populũ Hebræorũ ẽt mystica vnctio figurabatur: id est chrisma,vnde Christi nomen elucet, tanto antè etiam istæ cuidẽtissima significatione prænũciatũ.

Rom.1.

Lucæ.1.

Quare alios progenitores Christi Matthæus enumerat, alios Lucas. Cap. 3

QVos autem mouet,quòd alios progenitores Matthęus enumerat, descendens à Dauid vsq; ad Ioseph, alios autem Lucas descendens à Ioseph vsque ad Dauid: facile est, vt aduertant duos patres habere potuisse Ioseph, vnum à quo genitus, alterum à quo fuerit adoptatus. Antiqua est enim consuetudo adoptandi etiam in illo populo dei, ut sibi filios facerent, quos non ipsi genuissent. Nam excepto quòd filia Pharaonis Moysen adoptauerat, illa quippe alienigena fuit, ipsa Iacob nepotes suos ex Ioseph natos, verbis manifestissimis adoptauit dicens. Nunc itaque filij tui duo qui nati sunt tibi priusquam ad te venirem, mei sunt, Ephraim & Manasses, tanquam Ruben & Simeon erunt mihi. Natos autem si genueris postea, tibi erunt. Vnde etiam factum est vt duodecim tribus essent Israel, excepta tribu Leui quę templo seruiebat, cum ea quippe tredecim fuerunt, cum duodecim fuissent filij Iacob. Vnde intelligitur Lucas patrem Ioseph, non à quo genitus, sed à quo fuerat adoptatus suscepisse in Euangelio suo,cuius progenitores sursum versus commemorat donec exiret ad Dauid. Cum enim necesse sit vtroq; Euãgelista vera narrante, & Matthæo scilicet & Luca, vt vnus eorum eius patris originẽ teneret qui genuerat, alter eius qui adoptauerat Ioseph, quem probabilius intelligimus adoptantis originem tenuisse, quam eum qui noluit Ioseph gentium dicere ab illo cuius eum filium esse narrabat? Commodius enim filius eius dictus est, à quo fuerat adoptatus, quàm diceretur ab illo genitus,cuius carne non erat. Matthæus autem dicens,Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob: atque ita in hoc uerbo quod est, genuit, perseuerans donec in ultimo diceret, Iacob autem genuit Ioseph: satis expresit ad eũ patrẽ se perduxisse originẽ generãtiũ, à quo Ioseph nõ adoptatus sed genitus erat. Quanq; si ẽt Lucas genitũ diceret Ioseph ab Heli, nec sic nos hoc uerbũ perturbare Lucæ.3. deberet, vt aliud crederemus q̃ ab uno Euãgelista gignẽtẽ, ab altero adoptantẽ patrem fuisse commemoratum. Neque.n. absurde quisq; dicitur,non carne,sed charitate genuisse,quem filiũ sibi adoptauerit. At uero ẽt nos quibus dedit deus potestatẽ filios eius fieri, de natura atq; substantia sua non nos genuit, sicut vnicum filium, sed vtiq; dilectione adoptauit. Quo uerbo Apostolus sæpe uti non ob aliud intelligitur, nisi ad discernendum unigenitũ ante omnẽ creaturam, per quem facta sunt omnia: qui solus de substantia patris natus est, secundum æqualitatẽ diuinitatis hoc omnino qđ pater: quẽ missum dicit ad suscipiẽdã carnẽ ex illo genere, quo & nos secundum naturam nostram sumus: ut illo participante mortalitatem nostram per dilectionem, nos efficeret participes diuinitatis suæ per adoptionẽ. Ita enim dicit,Cũ aũt uenit plenitudo tẽporis, misit deus filiũ suum factum ex muliere, factum

Fausti lib.3. & cap.3. & lib.28. cap.3. Exod.1. Gen.48 Lucę.3.

Contra Fausti lib.3. Cap. 5. Ioan. 1. Rom.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionē filiorū reciperemus. Et tū dicimur ēt nati ex deo: id est, accepta potestate vt filij eius efficiamur qui iā homines eramus. Efficimur autem per gratiā, non per naturam. Nā si per naturā filij esse mus, nunquā aliud fuissemus. Cum.n. dixis-
Ioan. 1. set Ioannes Dedit eis potestatem filios dei fieri ijs qui credunt in nomine eius: secutus ait, Qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex volūtate viri, sed ex deo nati sunt, Itaq; quos dixit accepta potestate factos dei filios, quod illa adoptio significat
Rom. 8. q̄ Paulus commemorat, eosdem dixit natos
Ioan. 1. ex deo. Atq; vt apertius ostēderet, qua gratia factum sit, Et verbum, inquit, caro factū est, & habitauit in nobis. Tanquā diceret, quid mirum si filij dei facti sunt cum caro essent, propter quos vnicus caro factus est cum verbum esset? Hac sanè magna distantia, quia nos effecti filij dei mutatur in melius, ille autem filius dei cum filius hominis
I factus esset, non est mutatus in deterius, sed assumpsit qđ erat inferius, dicit & Iacobus Voluntarie genuit nos verbo veritatis, vt si
Iacob. 1. mus initiū aliquod creaturæ eius. Ne scilicet in eo q̄ ait, genuit, hoc nos fieri putaremus quod ipse est, ideo principatum quendā in creatura nobis hac adoptione concessum satis ostendit. Non ergo alienū esset à veritate, ēt si Lucas ab illo esse Ioseph genitum diceret, a quo fuerat adoptatus, Etiam sic q̄ pe genuit eum, non vt hō esset, sed vt filius esset, sicut nos genuit deus, vt filius simus, quos fecerat vt homines essemus. Vnicū aūt genuit, non solū vt filius esset, qđ pater nō est, sed ēt vt deus esset quod & pater est. Sed planè si hoc verbo etiam Lucas vteretur, omnimodo esset ambiguum, quis eorū adoptantē, quis ex propria carne gignentē patrem commemorasset. qūo & si neuter eorum diceret genuit, sed & iste eum filium illius, & ille illius diceret, nihilominus esset
Matt. 1. ambiguum, quis eorū illum de quo natus,
Luc. 3. quis illum a quo adoptatus erat cōmemorasset. Nunc vero cum alter dicit, Iacob genuit Ioseph: alter, Ioseph qui fuit filius Heli; etiam ipsa verborum differentia quid singuli suscepissent eleganter intimauerūt. Sed hoc facile sanè, vt dixi, posset occurrere ho-
K mini religioso, qui quodlibet aliud quærendū potius iudicaret q̄ Euangelistā crederet esse mentitū. Facile, inquam, occurreret, vt videret quibus causis vnus homo duos patres habere potuerit: hoc & illis calūnijosis oc currereret, nisi litigare q̄ cōsiderare maluisset.

Quare quadraginta generationes excepto ipso Christo inueniūtur apud Matthæū, cum quatuordecim triplicet. Cap. 4.

ILlud autem quod deinceps insinuandum est, reuera vt aduerti & videri posset, lectorem attentissimum & diligentissimum requirebat. Acute q̄ppe animaduersum est, Matthæum qui regiam in Christo institutionem insinuare psonā, excepto ipso Christo, quadraginta homines in generationū serie nominasse. Numerus aūt iste illud tēpus significat, quo & in hoc seculo & in hac terra regi nos oportet a Christo secundum disciplinā laboriosam, qua flagellat deus, ut scriptū est, & oēm filium quem recipit: de qua dicit Apostolus, Per tribulationem oportet (nos) intrare in regnum dei, Quā significat ēt illa virga ferrea, de qua in Psalmo legitur: Reges eos in virga ferrea: cum superius dixisset, Ego aūt constitutus sum rex ab eo, super Sion mōtem sanctum eius. Reguntur enim etiam boni in virga ferrea, de quibus dicitur: Tempus est ut iudicium incipiat a domo dñi. Et si initium a nobis: qualis finis erit eis, qui non credunt dei Euangelio? Et si iustus vix saluus erit, pctōr & impij vbi parebunt? Ad quos pertinet qđ sequitur: Tanquam vas figuli conteres eos. Reguntur enim boni per hanc disciplinam, mali vero comminuuntur, qui tanquam ijdem ipsi commemorarentur propter una atque eadē sacramenta, quę habent communia mali cū bonis. Quia ergo numerus iste laborioſi huius temporis sacramētum est, quo sub disciplina regis Christi aduersus diabolū dimicamus, ēt illud declarat, quod quadraginta dierū reiunio, hoc, est: humilia-
tionē animę cōsecrauit & lex & Prophetæ, p Moysen & Heliam qui quadragenis diebus ieiunaueūt: & Euangeliū p ipsius dñi
Matt. 4 iunium: q bus diebus quadraginta ēt tentabatur a diabolo, qd aliud q̄ p oē huius seculi tēpus tētationē nostrā in carne sua quā de nostra mortalitate assumere dignatus est, præfigurans? Post resurrectionem quoque non amplius q̄ dies quadraginta cum discipulis suis in hac terra esse voluit, huic eorum vitæ adhuc humana conuersatione commixtus, & cum illis alimenta mortalia, quanuis iam non moriturus accipiens: ut
per

per ipsos quadraginta dies significaret, se occulta præsentia quod promiserat impletu-
Mat. 28. rum, quando ait, Ecce ego uobiscum sum vsq; ad consummationem seculi. Cur autē iste numerus hanc temporalem uitam terrenamq; significet, illa interim causa de proximo occurrit, quamuis sit alia fortasse secretior, q̄ & tempora annorum quadripartitis vicibus currūt, & mundus ipse quatuor partibus terminatur, quas aliquando uentorū nomine scriptura commemorat, ab Orien-
Zach. 2. te & Occidente & Aquilone & Meridie. Quadraginta autem quater habent decem. Porrò ipsa decem ab vno vsq; ad quatuor progrediente numero consummantur. Ad hunc igitur mundum, & ad istam terrenam mortalemq; vitam hominum, ad nos regendos in tentatione laborantes, uenientem regem Christum Matthæus suscipiens, exorsus est ab Abraham, & enumerauit quadra-
Gen. 12 ginta homines. Ab ipsa enim gente Hebręorum, quæ à cæteris gentibus ut distinguere
A tur, deus de terra sua & de cognatione sua separauit Abraham Christus uenit in carnem ut & hoc ad eum distinctius prophetādū & prænunciandū maxime pertineret, quòd promittebatur ex qua esset gente ueturus. Cum.n. quater denas generationes tribus di-
Mat. 11. stinxisset articulis, dicens, Ab Abrahā vsq; ad Dauid generationes esse quatuordecim & à Dauid vsq; ad transmigrationē Babylonis alias quatuordecim, totidemq; alias usq; ad natiuitatem Christi, non tamen eas duxit in summam vt diceret, fiunt omnes quadragintaduæ. Vnus quippe in illis progeneratoribus bis numeratur, id est Iechonias, à quo facta est quædam in extraneas gentes deflexio, quando in Babyloniam transmigratum est. Vbi autem ordo à rectitudine flectitur, atq; vt eat in diuersum tanquā angulum facit: illud quod in angulo est, bis numeratur, in fine scilicet prioris ordinis, & in capite ipsius deflexionis. Et hoc ipsum iam præfigurabat Christū a circumcisione ad pascha purium tanq̄ ab Hierusalem ad Babyloni quodāmodo migraturum, & hinc atq; hinc vtriusq; in se credentibus tanq̄ lapidē angu-
Ephe. 2. larē futurum. Hæc tunc in figura præparabat deus rebus in ueritate uenturis. Nā &
B ipse Iechonias ubi angulus iste p figuratus est, interpretatur præparatio dei. Sic ergo iam non quadragintaduæ quod faciunt ter quatuordecim, sed propter vnum bis numeratum, quadraginta vna generationes fiunt, si & ipsum Christū annumeremus qui huic regendæ vitæ nostræ tēporali atq; terrenæ, tanq̄ numero quadragenario regulariter præsidet, quem ad istā mortalitatē nobiscū participandam quia descendentem uoluit si
Matt. 1. gnificare Matthæus, ideo & ipsas generatio-
Contra nes ab Abraham vsq; ad Ioseph & vsq; ad Faustū. ipsius Christi natiuitatem, descendendo cō
li. 3. c. 4. memorauit ab initio Euangelii sui. Lucas
Lucæ 3. autem non ab initio Euangelii sui, sed à baptismo Christi generationes narrat, nec descendendo sed ascendendo, tanquam sacerdotē in expiandis peccatis magis assignans, vbi eum uox de cœlo declarauit, ubi testimonium Ioannes ipse perhibuit dicens, Ec-
Ioan. 1. ce qui tollit peccata mundi. Ascendendo āt transit ad Abrahā & peruenit ad deum, cui mundati & expiati recōciliamur. Merito & adoptionis originē ipse suscepit, quia per adoptionem efficimur filij dei, credendo in filium dei, Per carnalē vero generationē fi- C lius dei potius p̄p nos filius hominis factus est. Satis āt demōstrauit, non se ideo dixisse, Ioseph filium Heli q̄ de illo genitus, sed q̄ ab illo fuerit adoptatus, cum & ipsum Adā filium dei dixit, cū sit factus à deo, sed per gratiā quā postea peccando amisit, tanq̄ filius in paradiso cōstitutus sit. Quapropter in generationibus Matthæi, significatur no-
Matt. 1. strorū susceptio peccatorū à dño Christo, In generationibus āt Lucæ, significatur abolitio nostrorum peccatorum a dño Chri-
Lucæ 3. sto. Ideo eas ille descendens enarrat, iste ascendens. Quod.n. dicit Apostolus, Misit deus filium suū in similitudinē carnis pec-
Rom. 8. cati: hęc est susceptio peccatorum. Quod āt addidit, Vt de peccato dānaret peccatum in carne: hęc est expiatio peccatorum. Proinde Matthæus ab ipso Dauid per Salomonē descendit, in cuius matre ille peccauit: Lucas
Matt. 1. uero ad ipsum Dauid per Nathā ascendit,
1. Reg. per quē Prophetam deus peccatum illius
11. expiauit. Ipse quoq; numerus quem Lucas
Lucæ 3. exequitur, certissime prorsus abolitionem
2. Reg. indicat peccatorum. Quia .n. Christi ali-
12. qua iniquitas, qui nullā habuit, non est uti-
2. Retr. que cōiuncta iniquitatibus hominū, quas in
16. sua carne susceperit, ideo numerus penes Mat thæū excepto Christo est quadragenarius. D Quia uero iustitiæ suæ patrisq; nos expiatos ab omni pctō purgatosq; cōiūgit, ut fiat
1. Co. 6. quod ait Apostolus, Qui āt adhęret deo, vnus spiritus est: ideo in eo numero q̄ est penes Lucā, & ipse Christus a quo incipit enu-
Contra meratio,

meratio,& deus ad quē peruenit,connume-
Exo.38. 4. rantur, & fit numerus septuagintaseptem,
Mat. 18. quo significatur omniū prorsus remissio &
abolitio peccatorū. Quam etiam ipse dñs p
huius numeri mysterium euidenter expres
sit dicens remittendum esse peccanti, non
solum septies,sed etiā septuagiessepties. Nec
frustra iste numerus ad peccatorū omnium
pertinet mundationē,si diligentius inquira-
tur. Denarius quippe tanquam iustitiæ nu-
merus, in decem præceptis legis ostenditur.
Porrò peccatū est legis transgressio,Et vti-
que transgressio denarij numeri cōgruen-
Exo.26. ter vndenario figuratur,vnde & vela cilici-
na iubentur in tabernaculo vndecim fieri.
Quis autē dubitet ad peccati significationē
cilicium pertinere? Ac per hoc quia vniuer
sum tēpus septenario dierū numero volui-
E tur, conuenienter vndenario septies multi-
plicato ad numerū septuagesimum & septi-
mum cuncta peccata peruenium.in quo nu
mero etiā sit plena remissio peccatorū: ex-
piāte nos carne sacerdotis nostri,a quo nūc
iste numerus incipit: & recōciliāte nos deo,
ad quem nunc iste numerus peruenit per
spiritumsanctum, qui in columbæ specie in
hoc baptismo,vbi numerus iste commemo-
ratur apparuit.

Quomodo Matthæi ordini congruat or
do Lucæ in his quæ de conceptu, & de in-
fantia vel pueritia Christi alius prætermit-
tit,alius commemorat. Cap. 5.

POst enumeratas generatiōes Matthæus
ita sequitur: Christi autem generatio sic
Mat. 1. erat, Cum esset desponsata mater eius Ma-
ria Ioseph,antequam conuenirent, inuenta
est in vtero habens de spiritusctō. Hoc quē-
admodum factum sit, quod hic prætermisit
Lucas exposuit post cōmemoratum concep-
tū Ioannis, ita narrās, In mense autē sexto
Luc. 1. missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatē
Galileæ,cui nomen Nazareth ad virginem
desponsatā uiro,cui nomē erat Ioseph de do
mo Dauid, & nomen virginis Maria, Et in-
F gressus angelus ad eam dixit, Aue gratia
plena, dūs tecum, benedicta tu in mulieri-
bus. Quæ cū audisset,turbata est in sermo-
ne eius, & cogitabat qualis esset ista salutā-
tio. Et ait angelus ei,Ne timeas maria,inue-
nisti.n.gratiā apud deum. Ecce concipies in
vtero & paries filiū,& vocabis nomē eius Ie
sum. Hic erit magnus & filius altissimi vo-
cabitur. Et dabit illi dūs deus sedem Dauid
patris eius & regnabit in domo Iacob in
æternum,& regni eius non erit finis. Dixit
autē Maria ad angelū, Quomodo fiet istud,
quoniam virum non cognosco? Et respon-
dens angelus dixit ei,Spiritussanctus super-
ueniet in te,& virtus altissimi obūbrabit ti-
bi. Ideoq; & qđ nascetur ex te sanctum,vo
cabitur filius dei. Et cętera quæ ad id q̄ nūc
agitur non pertinent. Hoc ergo Matthæus
commemorauit dicens de Maria, Inuenta
est in vtero habens de spiritusancto. Nec
contrarium est, quia Lucas exposuit id qđ
Matthæus prætermisit cum de spiritusan-
cto Mariā concepisse vterq; testetur. Sicut
non est contrariū quia Matthæus deinceps
connectit quod Lucas prætermittit. Sequi-
tur.n.& dicit Matthæus. Ioseph autem vir
eius,cum esset iustus,& nollet eam traduce-
re,voluit occulte dimittere eā. Hæc autē eo
cogitante, ecce angelus dñi in somnis appa-
ruit ei dicens, Ioseph fili Dauid,noli timere
accipere Mariam coniugē tuā: Quod.n.in
ea natū est,de spiritusctō est. Pariet autē fi- G
liū, & vocabis nomē eius Iesum,ipse.n.sal-
uū faciet populū suū à peccatis eorum. Hoc
autē totū factū est, vt adimpleretur qđ dictū
est à dño per Prophetā dicentem, Ecce vir-
go in vtero habebit & pariet filium & vo-
cabitur nomen eius Emmanuel, qđ est inter
pretatum nobiscum deus. Exurgens autem
Ioseph a somno,fecit sicut precepit ei angelus
dñi. Et accepit coniugem suam, & non co-
gnoscebat eam donec peperit filiū suū pri-
mogenitū,& vocauit nomē eius Iesum. Cū
ergo natus esset Iesus in Bethleē Iudæ in
diebus Herodis regis: & cætera. De ciuitate
Bethleē Matthæus Lucasq; consentiūt, Sed
quomodo & qua causa ad eam venerint Ie-
seph & Maria, Lucas exponit: Matthęus pr-
termittit. Cōtra de Magis ab oriēte veniēti
bus Lucas tacet, Matthæus dicit ita' contē-
xens. Ecce Magi ab Oriente venerunt Hie
rosolymā dicentes, Vbi est qui natus est rex H
Iudæorū? Vidimus.n.stellam eius in Orie-
te,& venimus adorare eū. Audiens autē He-
rodes rex turbatus est:& cætera, vsq; ad eū
locum,vbi scriptū est de ipsis Magis, quòd
responso accepto in somnis, ne redirent ad
Herodem,per aliam viam reuersi sunt in re
gionem suam. Hęc totum Lucas prtermit-
tit, sicut Matthæus non narrauit q̄ Lucas
narrat,in præsepi positum dominum: & qđ
pastoribus eum natum angelus nunciaue-
rit,

rit, & quòd multitudo militiæ cœlestis fa-
cta est cum angelo laudantiū deū, & quod
venerūt pastores & viderunt uerū esse qđ
eis angelus nunciauerat: & q̄ die circunci-
sionis suæ nomen acceperit: & quæ post im
pletos die purgationis Mariæ idem Lucas
narrat, q̄ attulerint eū ad Hierusalē, & de
Simeon uel Anna, quæ dixerint de illo in
templo posteaquam cognouerunt eum im-
pleri spiritusancto. Omnia hæc tacet Mat-
thæus. Vnde merito quæritur,qñ facta sint,
siue quæ Matthæus prætermittit & Lucas
Matt. 2: dicit, siue quæ Lucas prætermittit & Mat-
thæus dicit. Quandoquidē Matthæus, re-
gressis in regionem suā magis qui venerāt
ab Oriēte,sequitur & narrat, Ioseph ab an
gelo admonitum, vt cum infante in Aegy-
ptum fugeret,ne ab Herode necaretur: de-
I inde Herodem illo non inuento, a bimatu
& infra pueros occidisse. Defuncto autē He
rode redisse ab Aegypto, & audito q̄ Ar-
chelaus in Iudęa regnaret, p Herode patre
suo, habitasse cum puero in Galilæa ciuita-
te Nazareth: quæ omnia Lucas tacet. Nec
ideo contrarium videri potest quod vel hic
dicit quæ ille prætermittit, vel ille cōmemo
rat quæ iste non dicit. Sed quæritur quādo
Matt. 2. fieri potuerint, quæ contexit Matthæus de
profectione in Aegyptum, atq; inde regres-
sione post Herodis mortem, vt iam in ciui-
Luc. 2. tate Nazareth habitarent, quò eos Lucas
posteaquam perfecerunt in templo circa
puerum omnia secūdum legem domini, re-
uersos esse commemorat. Hinc proinde co-
gnoscendum est quod deinceps ad cætera ta
lia valeat, ne similiter moueant animūque
conturbent sic vnumquēq; Euangelistam
contexere narrationem suam, vt tanquam
nihil prætermittētis series digesta videatur.
Tacitis enim, quæ non vult dicere, sic ea q̄
vult dicere, illis quæ dicebat adiungit, vt ip-
sa continuo sequi videantur. Sed cum alter
ea dicit quæ alter tacuit, diligenter ordo cō-
K sideratus indicat locū vbi ea potuerit a quo
prætermissa sunt transilire, vt ea quæ dice-
re intenderat, ita superioribus copularet,
tāquam ipsa nullis interpositis sequerētur.
Ac per hoc intelligit Matthæus vbi ait som
nio admonitos magos ne redirent ad Hero
dem, per aliam viam regressos in regionem
suam: illic prætermisisse quæ Lucas narra-
uit gesta circa dominum in templo, & di-
cta à Symeone, & Anna: ubi rursus Lucas
prætermittēs profectionem in Aegyptum,
quam narrat Matthæus, tāquam continuā
contexuit regressionem ad ciuitatem Na-
zareth. Si quis aūt velit vnam narrationem
ex omnibus, quæ de Christi natiuitate, &
infantia, vel pueritia in vtriusque narra-
tione ab alterutro seu dicuntur seu præter-
mittuntur ordinare, sic potest. Christi autē
generatio sic erat: Fuit in diebus Herodis Matt. 1.
regis Iudeæ, sacerdos quidam nomine Za- Luc. 1.
charias, de vice Abia: & vxor illi de filiabus
Aaron, & nomen eius Elisabet. Erant autē
iusti ambo ante deum, incedentes in omni-
bus mandatis & iustificationibus domini si-
ne querela. Et non erat illis filius eò quod
esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent
in diebus suis. Factum est autem cum sacer
dotio fungeretur Zacharias in ordine vicis
suæ ante deum secundum consuetudinem L
sacerdotij, forte exijt ut incensum poneret
in templum domini. Et omnis multitudo
populi erat orans foris hora incensi. Appa-
ruit autem illi angelus domini stans a dex-
teris altaris incēsi. Et Zacharias turbatus est
videns, timor irruit super eum. Ait autem
ad illū angelus, Ne timeas Zacharia, quo-
niam exaudita est deprecatio tua. Et vxor
Helisabeth pariet tibi filium & vocabis no-
men eius Ioannem, & erit gaudium tibi &
exultatio, & multi in natiuitate eius gaude-
bunt. Erit enim magnus coram domino: vi-
num & siceram non bibet, & spiritusancto
replebit adhuc ex vtero matris suæ, & mul-
tos filiorum Israel conuertet ad dūm deū
ipsorum. Et ipse præcedet ante illum in spi
ritu & virtute Helię, vt conuertat corda pa
trum in filios, & incredulos ad prudentiam
iustorum, parare domino plebem perfectā.
Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc
sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea
processit in diebus suis. Et respondens an-
gelus dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto an
te deum, & missus sum loqui ad te, & hæc
tibi euangelizare. Et ecce eris tacens & nō
poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant,
pro eo quòd non credidisti uerbis meis, q̄
implebuntur tpe suo. Et erat plebs expe-
ctans Zachariam, & mirabantur quòd tar- M
daret ipse in templo. Egressus autem nō po
terat loqui ad illos, & cognouerunt quòd ui
sionem vidisset in tēplo. Et ipse erat innuēs
illis, & permansit mutus. Et factum est vt
impleti sunt dies officij eius abijt in do-
mum suam. Post hos autem dies concepit
Elisabeth vxor eius, & occultabat se mensi-

bus quinque dicens, Quia sic mihi fecit dominus in diebus quinq; respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autē sexto missus est angelus Gabriel a deo in ciuitatem Galileæ, cui nomē Nazareth, ad virginem desponsatā viro, cui nomē erat Ioseph de domo Dauid, & nomen uirginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit, Aue gratia plena dñs tecum, benedicta tu inter mulieres. Quæ cum audisset turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis eēt ista salutatio. Et ait angelus ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiā apud deum, Ecce concipies in utero, & paries filiū, & vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus & filius altissimi vocabit: & dabit illi dñs deus sedē Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternū, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoq; & quod nascetur exte sanctum, vocabitur filius dei. Et ecce Elisabet cogna tua, & ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi quæ vocatur sterilis, quia nō erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Et discessit ab illa angelus, Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in montana cum festinatione in ciuitatem Iuda, & intrauit in domū Zachariæ & salutauit Elisabet. Et factum est vt audiuit salutationē Mariæ Elisabet, exultauit infans in utero eius. Et repleta est spiritusancto Elisabet, & exclamauit voce magna & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: & beata es, quæ credidisti, quoniam perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à domino. Et ait Maria, Magnificat anima mea dominum. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctū nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes implevit bonis, & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semim eius in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus, & reuersa est in domū suam, Matthæus dicit, Inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Ioseph aūt vir eius cum esset iustus & nōlluit eam traducere, voluit occultè dimittere eam. Hæc aūt eo cogitante, ecce angelus domini in somnis apparuit ei dicēs, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariā coniugem tuam, Quod enim in ea natum est, de spūsancto est. Pariet aūt filium, & vocabis nomē eius Iesum. Ipse.n. saluū faciet populum suum à peccatis eorum. Hoc autē totum factum est, vt adimpleretur quod dictum est à dño per Prophetam dicentē, Ecce virgo in utero habebit & pariet filiū, & vocabitur nomē eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscū deus. Exurgēs autē Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus domini, & accepit coniugem suam & nō cognoscebat eam. Lucas dicit, Elisabet autem impletum est tempus pariendi, & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est in die octauo, venerunt circuncidere puerum, & vocabant eū nomine patris eius Zachariam. Et respondens mater eius, dixit, Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quē vellet vocari eū. Et postulans pugillarem scripsit dicens, Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est aūt illico os eius & lingua eius, & loquebat benedicens deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorū, & super omnia mōtana Iudeæ diuulgabant omnia verba hęc. Et posuerunt oēs qui audierant in corde suo, dicentes, Quid putas puer iste erit? Etenim manus dñi erat cū illo. Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto & prophetauit dicens, Benedictus dñs deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu saluti nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum qui à seculo sunt Prophetarū eius. Salutē ex inimicis nostris, & de manu omniū q̄ oderūt nos. Ad faciēdā misericordiā cum

cum patribus nostris, & memorari testamēti sui sancti, Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrē nostrum, daturū se nobis, vt sine timore de manu inimicorū nostrorum liberati, seruiamus illi. In sanctitate & iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris. Et tu puer Propheta altissimi vocaberis, præibis. n. ante faciem dñi parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorū eorum. Per viscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Illuminare ijs qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis. Puer autē crescebat & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsq; in diem ostensionis suæ ad Israel. Factum est autem in diebus illis, exijt edictū à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis: Hæc descriptio prima facta est sub præsidæ Syriæ Cyrino, Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethleem, eo q̄ esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante. Factum est aūt cū essent ibi, impleti sunt dies vt pareret, & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in eadem regione vigilantes & custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Et ecce angelus dñi stetit iuxta illos, & charitas dei circumfulsit illos & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus, Nolite timere, Ecce enim euāgelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est dñs, in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signū, Inuenietis infantem pannis inuolutum & positū in præsepio. Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium deū & dicentiū, Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in cœlū, pastores loquebantur ad inuicē. Transeamus vsq; Bethleē, & videamus hoc verbum quod factū est, quod dñs ostendit nobis. Et venerunt festinantes, & inuenerunt Mariā & Ioseph & infantem positum in præsepio. Videntes aūt cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et oēs qui audierunt miranti sunt, de ijs quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificantes & laudantes deum in omnibus quæ audierant & viderāt, sicut dictum est ad illos. Et postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatū est nomen eius Iesus, quod vocatū est ab angelo, priusquam in vtero conciperetur. Matthæus dicit, Et ecce magi ab Oriente venerunt Hierosolymā dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorū? Vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Chrs nasceretur. At illi dixerunt ei, In Bethleem Iudæ, Sic enim scriptum est per Prophetam, Et tu Bethleē terra Iuda nequaquā minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clā uocatis magis, diligēter didicit ab eis tēpus stellę quæ apparuit eis. Et mittens eos in Bethleem dixit, Ite & interrogate diligenter de puero, & cum inueneritis renunciate mihi, vt & ego veniens, adorem eum. Qui cum audissent regē, abierunt. Et ecce stella quam viderant in Oriente antecedebat eos vsq; dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrātes domū inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum, & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus & mirrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem: per aliam viam regressi sunt in regionem suam. Qui cum recessissent, Lucas dicit. Posteaquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundum legem Moyli, tulerūt illum in Hierusalem ut sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini, Quia omne masculinum adaperiens uuluam, sanctum domino uocabitur. Et ut darent hostiam secundum quòd dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & spiritussanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritusancto non uisurum se mortem nisi prius uideret Christum dñi. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Iesum parētes

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, & ipse accepit eum in amplexus suos, & benedixit deum & dixit, Nunc dimittis seruum tuum dñe secundum uerbum tuum in pace, Quia uiderunt oculi mei salutare tuũ, Quod parasti ante faciem omniũ populorum, Lumen ad reuelationẽ gentium & gloriã plebis tuæ Israel. Et erat pater eius & mater mirantes sub his quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionẽ multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransiet gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel de tribu Aser: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc vidua erat vsq; ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiunijs & obse-
I crationibus seruiens nocte & die. Et hæc, ipsa hora superueniens, confitebatur dño, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Et ut perfecerunt omnia secundum legem dñi Matthæus dicit,
Matt. 2. Ecce angelus domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge & accipe puerũ & matrẽ eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi, Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum, Qui consurgens accepit puerum & matrẽ eius, & secessit in Aegyptũ. Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictũ est à domino per Prophetã dicentem, Ex Aegypto vocaui filium meum. Tunc
Ose. 11. Herodes videns qm illusus esset à magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, à bimatu & infra secundum tps quod exquisierat à magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam
Hi. 3. & 31. & Matt. 2. Prophetam dicentem. Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari quia nõ sunt. Defuncto autem Herode ecce apparuit angelus domini in somnis Ioseph in Ae-
K gypto dicens, Surge & accipe puerum & matrem eius & vade in terra Israel. Defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Qui surgens accepit puerum & matrẽ eius, & venit in terram Israel. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire. Et admonitus in somnis, secessit in partes Galileæ, & ueniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth, vt adimpleretur quod dictũ est per Prophetam, quoniam Nazareus vocabitur, Esaiæ Luc.
Lucas dicit, Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia dei erat in illo. Et ibant parẽtes eius per omnes annos
Luc. 3. in Hierusalem in die solenni Paschæ. Et cũ factus esset annorum duodecim, ascendentibus illis in Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi, cõsummatisq; diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalẽ, & nõ cognouerunt parentes eius. Existimãtes aũt illum esse in comitatu, uenerũt iter diei & requirebant eum inter cognatos & notos, & non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientẽ illos & interrogantem eos. Stupebãt autem omnes qui audiebant eum, super prudentia, L
& responsis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit mater eius ad illum, Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid est q̃ me quærebatis? Nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud deum & homines.

De ordine prædicationis Ioannis Baptistæ inter omnes quatuor. Cap. VI.

IAm hinc de prædicatione Ioãnis narrari incipit, quã omnes quatuor cõmemorant. Nam & Matthæus post illa verba quæ ulti- Esaiæ
ma eius posui, ubi commemorauit ex Pro- Matt.
pheta testimonium, Qm Nazaræus uocabitur sequitur & adiungit, In diebus autem illis uenit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ &c. Et Marcus qui nihil de natiuitate infantia uel pueritia dñi narrauit, hic Euãgelij sumpsit initium, id est, à Ioannis prædicatione. Sic enim exorsus est, Initium Euangelij Iesu Christi filij dei, sicut Mar.
scriptum est in Esaia Propheta. Ecce mitto Esa.
angelum meum ante faciem tuã, qui præparabit uiam tuam. Vox clamantis in deserto, Mal. Esa.
parate uiã domini, rectas facite semitas eius. Fuit Ioannes in deserto baptizans & prædicans

dicans baptismũ pœnitentiæ in remissionẽ peccatorum. &c. Et Lucas post verba ubi
Lucæ. 3. ait. Et Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia apud deũ, & homines, de Ioannis prædicatione iam sequitur dicens, Anno ãt
Lucæ. 3. quintodecimo imperij Tyberij Cæsaris, Procurante Põtio Pilato Iudææ tetrarcha autẽ Galileæ Herode, Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Iturææ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotũ Anna & Caipha, factum est verbũ dñi super Ioannẽ Zachariæ filiũ in deserto: & cætera. Ioãnes quoq; Apostolus in Euangelistis quatuor eminentissimus, posteaquã dixit de verbo dei, qui est ipse filius ante omnia secula creaturæ, quia omnia per ipsum facta sunt, intulit continuo de Ioannis pdicatione ac testimonio dicens. Fuit homo missus à deo cui nomẽ erat
Ioan. 1. Ioãnes. Vnde iam videndũ est de ipso Ioanne Baptista, quatuor Euangelistarũ narra-
A tiones, quemadmodũ inter se nõ discordẽt. Non vt hoc à nobis per omnia requiratur aut exigatur, qđ mõ fecimus de primordijs nati ex Maria Christi, quẽadmodũ inter se Matthæus Lucasq; consentiãt, vt ex utriusque narratione vnã faceremus: demonstrãtes tardioribus quemlibet eorum commemorando quod alter tacet, vel tacendo qđ alter commemorat, non impedire intellectum veracis narrationis alterius: ut hoc exemplo, siue vt a me factum est, siue alio modo commodius fieri posit, videat unusquisq; & in cæteris talibus locis fieri posse, quod hic factum esse perspexerit. Iam ergo,
Matt. 3. vt dixi, videamus quatuor Euangelistarum de Baptista Ioãne cõsensum. Matthęus ita sequitur, In diebus autem illis venit Ioan-
Marc. 1. nes Baptista prædicans in deserto Iudææ. Marcus non dixit, In diebus illis: quia nullã seriem rerum ante præmiserat, in quarũ rerũ diebus intelligeret dicere, si diceret, in illis diebus. Lucas aũt per potestates terrenas signantius ipsa tempora expressit prædi-
Lucæ. 3. cationis vel baptismi Ioannis dicẽs, Anno autẽ quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, procurante Pontio Pilato Iudææ: tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturææ & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilinæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna
B & Caipha, factum est verbum domini super Ioannẽ Zachariæ filium in deserto. Nec tamẽ intelligere debemus hos dies, id est, hoc tempus harũ ptãtum significasse Matthæũ cum diceret, In diebus illis: sed in multo longioris temporis spacio voluisse accipi, quod ait, in diebus illis. Mox. n. vt narrauit reuersum de Aegypto Christũ mortuo Herode quod vtiq; tẽpore infantię vel pueritię eius Marc. 2.
factũ est, vt possit constare quod Lucas de illo cũ duodecim annorum esset gestũ narrauit in templo Hierusalem. Cum ergo in- Lucæ. 2.
fantẽ vel puerũ ex Aegypto reuocatum cõmemorasset Matthæus, continuo intulit, In diebus aũt illis venit Ioannes Baptista, nõ vtiq; tm̃modo pueritię illius dies insinuãs, Matt. 3.
sed omnes dies ab eius natiuitate vsq; ad tẽpus quo prædicare ac baptizare cœpit Ioannes, quo iam tempore Christi ætas iuuenilis inuenitur, quia coæui erant ipse & Ioan-
Lucę. 3. nes, & triginta fermè annorum narratur fuisse cum ab illo baptizatus esset.

De duobus Herodibus. Cap 7.

SEd planè de Herode solet mouere nonnullos q̃ Lucas narrauit, in diebus baptismi Ioannis Herodẽ fuisse tetrarcham C
Galileæ, quando etiã dñs iuuenis baptizatus est: Matthæus aũt, mortuo Herode, dicit Lucæ. 3. Matt. 2.
puerũ Iesum ab Aegypto remeasse: quod verũq; verũ esse nõ põt, nisi duo fuisse intelligant Herodes. Quod cũ fieri potuisse nemo nesciat, qua cæcitate insaniũt qui pcliuiores sunt ad calũniãdũ Euãgelicæ veritati, q̃ paululũ cõsideratiores, vt duos homines eodem vocabulo appellatos intelligãt, cuius rei exẽplis plena sunt omnia, Nã iste posterior Herodes prioris Herodis filius fuisse perhibet: sicut Archelaus quem Matthæus in Iudææ regnum patri mortuo Matt. 2.
succesisse cõmemorat: sicut Philippus quẽ frater tetrarchæ Herodis & ipsum Iturææ tetrarchã Lucas insinuat. Rex. n. fuit Herodes illic qui quærebat animã pueri Chri- Lucæ. 3.
sti: Herodes autem alius filius eius, nõ rex, sed tetrarcha dictus est, quod nomen Græcum à parte regni quarta inditum resonat.

Quomodo Matthęus dicat timuisse Ioseph ire cum infante Christo in Hierusalem propter Archelaum, & non timuisse ire D
in Galilæã, ubi erat tetrarcha Herodes frater eius. Cap. 7.

NIsi fortè hinc rursus quispiã moueatur Matt. 2.
cum Matthæus dixerit ideo timuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioseph cum puero redeunte ire in Iudæã, quia pro patre suo Herode Archelaus filius eius ibi regnabat: quomodo potuerit ire in Galilæam ubi alius filius eius Herodes tetrarcha erat, sicut Lucas testatur. Quasi uero ipsa sint tempora quibus tunc puero timebatur, quæ nunc Lucas commemorauit, quæ usque adeo mutata erant, vt in ipsa Iudæa non iam rex esset Archelaus, sed Pontius Pilatus, qui nõ rex Iudæorum sed præses erat: cuius temporibus agentes sub Tyberio Cæsare filij maioris Herodis, non regnum habebant sed tetrarchiam. Quod vtique nondũ factum erat, quando Ioseph timens Archelaum in Iudea regnantem, se in Galilæam cum puero contulit, vbi & ciuitas eius erat Nazareth.

Luc. 3.

Matt. 2.

Quomodo dicat Matthæus ideo isse in Galilæã Ioseph cum infante Christo, quia timuit Archelaum pro suo patre regnantem in Hierusalem, cũ Lucas dicat ideo isse in Galilæã, quia illic erat Nazareth ciuitas eorum. Cap. 9.

E AN fortè & hoc mouet, quomodo dicat Matthæus, propterea cum puero Iesu parentes eius isse in Galilæam, quia metu Archelai in Iudæam ire noluerunt: cũ propterea magis isse in Galilæam videant, quia ciuitas eorum erat Nazareth Galilææ, sicut Lucas non tacuit. Sed intelligẽdum est, vbi angelus in somnis in Aegypto dixit ad Ioseph, Surge & accipe puerum & matrẽ eius, & vade in terram Israel: sic intellectum esse primo Ioseph, vt putaret iussum se esse pergere in Iudæam. Ipsa enim primitus intelligi potuit terra Israel. Porrò autem posteaquam comperit illic regnare filium Herodis Archelaum, noluit abijcere se illi periculo, cum posset terra Israel etiam sic intelligi, vt & Galilæa illic deputaretur, quia & ipsam populus Israel incolebat. Quanquam, & alio modo solui possit hæc quæstio, quia potuit videri parentibus Christi cum puero de quo talia per angelica responsa didicerant, non esse habitandum nisi in Hierusalem vbi erat templum domini: & propterea redeuntes ex Aegypto, illuc eos ituros fuisse, & illic habitaturos, nisi Archelai præsentia terrerentur. Neque enim diuinitus iubebantur ibi habitare, vt de Ar F chelao quod timebant deberent contemnere.

Luc. 2.

Matt. 2.

Quomodo Lucas dicit. Ibant parẽtes eius per oẽs annos in Hierusalẽ in die solẽni Paschæ, cũ illo puero, cũ dicat Matthæus, quòd metu Archelai timuerint illuc ire ab Aegypto redeuntes. Cap. X.

AN & hoc aliquis dicit: quo ergo sicut Lucas narrat, ibant parentes eius per omnes annos pueritiæ Christi in Hierusalem, si Archelai timore illuc prohibebant accedere? Hoc mihi dissoluere nõ esset difficile, nec si aliquis Euangelistarũ expressisset, quãdiu ibi regnaret Archelaus. Fieri.n. poterat, vt p̃ diem festũ inter tam ingentẽ turbam latenter ascenderent, mox reuersuri, vbi tamẽ alijs diebus habitare metuerẽt: vt nec solennitate prætermissa essent irreligiosi, nec continua mansione conspicui. Cũ vero etiam de regno Archelai q̃ fuerit diuturnum omnes tacuerint iste quoq; intellectus patet: vt quod Lucas dicit per oẽs annos eos ascendere solitos in Hierusalẽ, tũc accipiamus factitatum cum iam nõ timeretur Archelaus. Quòd si Archelai regnũ aliquanto diuturnius vlla præter Euangeliũ G historia prodit, cui fides adhibenda videat: illud quod superius dixi suffecerit, q̃ ita timebant parentes pueri habitationẽ in Hierusalem, vt tamen propter dei timorem festiuitatem solẽnem non ptermitterent, in qua latere facillimè possent, neque enim incredibile est captatis temporibus opportunis vel dierum vel horarum accedere homines ad ea loca in quibus esse formidant.

Luc.

Quomodo potuerint cõpletis diebus purgatiõis matris Christi, sicut Lucas dicit, ascẽdere cũ illo in templũ ad peragenda solennia, si scd̃m Matthæũ iã Herodi p magos notũ erat eũ natũ pro quo cũ eũ q̃reret tot occidit infantes. Cap. XI.

Matt.

HInc etiam illa soluitur quæstio, si aliquem mouet, cũ iam solicitus esset ille maior Herodes perculsus magorum nuncio, quòd rex Iudæorum natus fuisset, quo potuerint complẽtis diebus purgationis matris eius tuto cũ illo ascendere in templum, vt fierent circa eum secundum legem domini quæ Lucas commemorat. Quis enim nõ videat etiam illum vnum diem regem multis occupatũ latere potuisse? Si aũt illud verisimile non videtur, q̃ Herodes qui valde solicitus expectabat quid sibi magi de puero re-

Luc.

H renunciarent, post tam multos dies se sensit illusum, ut trãsacto tpe purgationis matris eius, & peracta circa infantem solennitate primogenitorum in templo Hierusalẽ, post etiam profectionẽ eorum in Aegyptum in mẽtem illi uenerit quærere animam pueri, & necare tot paruulos. Si hoc ergo mouet, omitto dicere quot & quantis occupationibus regia cura distẽdi potuerit, & per plurimos dies ab illa intẽtione uel auerti omnino uel impediri. Neq; enim enumerari possunt causæ q̃bus hoc potuerit accidere, quas tamẽ multas & magnas esse potuisse nemo ita rerum humanarum inexpertus est, ut aut neget, aut dubitet. Cuius enim cogitationi non occurrat, quam multa alia terribiliora regi nunciari potuerint seu uera seu falsa: ut qui regem infantem post aliquot annos sibi uel filijs suis aduersaturũ timuerat aliquorũ magis propinquantium periculorũ terroribus agitatus, ab illa aura mentem abreptam in alijs proxime cauendis potius occuparet? ut ergo hoc omittam, illud dico, posteaquam nihil Herodi magi renunciauerunt, eũ credere potuisse illos fallaci stellæ uisione deceptos, posteaquam non inuenerunt quem natum putauerant, I erubuisse ad se redire, atque ita eum timore depulso ab inquirendo ac persequendo puero quieuisse. Cum ergo post purgationem matris eius in Hierusalem cum illo uenissent, & ea gesta essent in templo quæ à Lucæ. 2. Luca narrantur, quia verba Simeonis & Annæ de illo prophetantium, cum cœpissent ab eis qui audieruut prædicari, ad pristinam intentionem reuocatura erant animam regis, admonitus per somnium Ioseph cum Matt. 2. infante & matre eius fugit in Aegyptum. Deinde vulgatis rebus quæ in templo factæ dictæq; fuerant, Herodes se à magis sensit illusum, ac deinde ad Christi mortem cupiens peruenire, multos infantes, sicut Matthæus narrat, occidit.

De verbis Ioannis Baptistæ inter omnes quatuor. Cap. XII.

Matt. 3. MAtthæus vero de Ioanne ita contexit. In diebus autem illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Hic est enim qui Esa. 40. dictus est p Esaiã prophetã dicẽtẽ. Vox clamantis in deserto parate viam dñi rectas facite semitas eius. Marcus quoq; & Lucas cõsentiũt hoc Esaiæ testimoniũ esse de Ioã- Marc. 1. ne. Nam plura verba etiã consequentia ex Lucæ. 3. eodem Propheta, Lucas commemorauit, K cum de Baptista Ioanne narraret. Ioannes Ioan. 1. autem Euangelista ipsum Ioannẽ Baptistã de seipso idem testimonium Esaiæ protulisse commemorat, sicut nunc Matthæus dixit Matt. 3. quædam Ioannis verba quæ alij non dixerunt, Prædicans, inquit, in deserto Iudææ & dicens, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum: hæc verba Ioannis alij prætermiserunt. Iam uero q̃ sequitur Matthæus & adiungit. Hic est enim qui dictus est per Prophetã Esaiam dicentẽ, Vox Esa. 40. clamantis in deserto, parate viam dñi, rectas facit semitas eius: ambigue positum est, nec elucet vtrũ ex persona sua idem Matthæus hoc commemorauerit, an adhuc verba eiusdem Ioannis secutus adiunxerit, vt totum hoc Ioannes dixisse intelligatur, Pœnitẽtiã agite appropinquabit enim regnũ cœlorũ. Hic est enim qui dictus est per Esaiã Prophetã: & cętera. Neq; enim hoc mouere debet, quia non ait, Ego sum enim qui dictus I sum per Esaiam Prophetam: sed ait, Hic est enim qui dictus est. Solet quippe esse quasi Matt. 9. de alijs locutio & ipsorum Euangelistarum Ioã. 21. Matthæi & Ioannis. Nam & Matthæus di- L. xit, Inuenit hominẽ sedentẽ in telonio: nec dixit, inuenit me. Et Ioannes, Hic est, inq̃t discipulus qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verũ est testimoniũ eius. Nõ dixit, ego sum: aut, verũ est testimoniũ meum. Dñs aũt ipse sæpissime dicit, Filius hominis, aut filius dei: & nõ di- Mat. 16. cit, ego. Et oportebat, inquit, Christũ pati & resurgere tertio die: non dixit, oportebat me Marc. 8. pati. Potuit ergo & Ioannes Baptista cum dixisset, Agite pœnitentiam appropinquabit enim regnum cœlorũ de seipso adiũgere Matt. 3. quæ sequuntur. Hic est enim qui dictus est per Esaiã prophetã: & cætera, vt post verba eius Matthæus ita narrationem contexat, Ipse aũt Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorũ: & cætera. Q̃d si ita est, nõ mirũ si & interrogatur q̃d diceret de seipso, sicut narrat Ioannes Euãgelista, Ego ait, vox clamantis in deserto: sicut iam dixerat, p̃cipiens vt agerent pœnitentiã. De vestimento Matt. 3. vero eius & victu ita Matthæus sequit, dicens, Ipse aũt Ioannes habebat vestimentũ de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca autem eius erat locu- Marc. 1.

Mista & miel syluestre edebat. Hoc & Marcus
Matt. 3. dicit penè totidem verbis, cæteri aũt duo tacent. Sequitur ergo Matthæus & dicit, Tũc exibat ad eum Hierosolyma & omnis Iudæa & omnis regio circa Iordanem, & baptizabantur in Iordane ab eo, confitentes peccata sua. Videns autẽ multos Pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismum suum, dixit eis, Progenies viperarum quis demonstrauit vobis fugere à futura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ, Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, qm̃ potest deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iã enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignẽ mittetur. Ego quidem vos baptizo in aqua in pœnitentiam, qui autem post venturus est fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritusancto & igni cuius vẽtilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem com-
Lucę. 3. buret igni inextinguibili. Hæc omnia dicit & Lucas, eadem penè uerba Ioannes exprimens, Et vbi aliquid varium est in verbis, ab eadem tamen sententia nõ receditur: velut cum dicit Matthæus Ioannem dixisse, Et
Matt. 3. ne velitis dicere intra vos, patrem habemus
Lucę. 3. Abraham: ille autem, Et ne cœperitis dicere
Matt. 3. patrem habemus Abraham: iste, Ego quidẽ
Lucę. 3. vos baptizo in aqua in pœnitentiam: ille interponit interrogationem turbarum quid facerent, & eis respondentem Ioannẽ de bonis operibus tanquam de fructibus pœnitẽtiæ, quòd Matthæus omisit. Deinde in cordibus suis cogitantibus de illo, vtrũ ipse esset
Lucę. 3. Christus: cum dicit respondisse, Ego quidem aqua baptizo vos: non dixit, in pœnitentiam, Deinde Matthæus, Qui autẽ, inquit, post me venturus est, fortior me est: ille vero, Venit aũt, inquit, fortior me. Item Mat-
Matt. 3. thæus, Cuius non sum, inquit, dignus calceamenta portare: ille autem, Cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum
Marc. 1. eius. Quod & Marcus dicit, cum cætera taceat. Nam post commemoratum habitum & victum eius, secutus, ait, Et prędicabat dicens, Venit fortior me post me, cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius. Ego baptizaui vos aqua, ille vero baptizabit vos spiritusancto. De calceamentis ergo hoc à Luca dictat, q̃

addidit, Procumbens. De baptismo autem hoc ab vtroq; quia non dixit, Et igni: sed tãtum, spũsancto. Sicut enim Matthæus ita & Lucas dixit, & eodem ordine, Ipse vero baptizauit in spiritu & igni: nisi quòd Lucas non addidit, sancto: sicut Matthæus dixit: in spiritusancto & igni. His tribus attestãt Ioannes Euãgelista, cum dicit, Ioannes testimonium perhibet de ipso & clamat dicẽs, Hic erat quem dixi, qui post me venit, ante me factus est, quia prior me erat. Sic.n. ostendit, tunc eum hoc dixisse quando eum illi dixisse cõmemorãt. Repetisse autem & commemorasse quod iam dixisset, cum ait. Hic erat quem dixi, qui post me uenit. Si ergo quæritur, quæ verba potius Ioannes Baptista dixerit, vtrum quæ Matthæus, an quæ Lucas eum dixisse cõmemorat: an quæ Marcus in ipsis paucis quæ illum dixisse posuit, tacens cætera: nullo modo hinc laborandũ esse iudicat, qui prudenter intelligit, ipsas sententias esse necessarias cognoscendæ veritati, quibuslibet verbis fuerint explicatæ. Quòd enim alius alium verborum ordine tenet, non est vtiq; contrarium. Neq; illud contrarium est, si alius dicit quod aliud prętermittit. Vt enim quisq; meminerat, & vt cuiq; cordi erat vel breuius vel prolixius, eandem tamen explicare sententiam, ita eos explicare manifestum est. Et in hoc satis apparet quod ad rem maxime pertinet, quoniam veritas Euangelij, verbo dei quod supra omnem creaturam ęternum atq; incommutabile permanet, per creaturam temporalibus signis & linguis hominum dispensato, summum culmen authoritatis obtinuit, non nos debere arbitrari mentiri quenquã, si pluribus rem quam audierunt vel viderunt reminiscentibus nõ eodem modo atq; eisdem verbis, eadem tamen res fuerit explicata: vt siue mutetur ordo verborum: siue alia pro alijs quę tamen idem ualeant uerba proferantur: siue aliquid uel quod recordanti non occurrit, uel quòd ex alijs quæ dicuntur possit intelligi, minus dicatur: siue aliorum quæ magis dicere statuit narrandorum gratia vt cõgruus temporis modus sufficiat, aliquid sibi non totum explicandum, sed ex parte tangendum quisque suscipiat: siue ad illuminandam declarandamque sententiam, nihil quidem rerum, verborum tamen aliquid addat, cui authoritas narrandi concessa est siue rem bene tenens non assequatur, quanuis id conetur, memoriter etiam

verba

Matt. 3. Luc. 3.
Ioan. 1.
Contra Faustũ li. 3. c. 5. C
Narratio quę tęnus patriat sine mendacio.

verba quæ audiuit ad integrum enunciare. Quisquis autem dicit Euangelistis certe per spiritumsancti potentiam id debuisse cõcedi, vt nec in genere verborum, nec in ordine, nec in numero discreparent: non intelligit, quãto amplius Euangelistarum excellit authoritas, tanto magis per eos fuisse firmãdam cæterorum hominum vera loquentiũ securitatem, vt pluribus eandem rem forte narrantibus, nullo modo quisquam eorum de mendacio recte arguatur, si ab altero ita discrepauerit, vt possit ẽt Euangelistarum exemplo præcedente defendi. Cum.n. phas non sit, Euangelistarum aliquem mentitum fuisse, vel existimare vel dicere: sic apparebit nec eum fuisse mentitum cui recordanti tale aliquid acciderit quale illis accidisse monstratur. Et quãto magis ad mores optimos pertinet cauere mendacium, tanto magis tã eminenti authoritate regi debeamus, ne putaremus esse mendacia cum sic inter se variare aliquorũ narrationes inueniremus, vt inter Euangelistas variatæ sunt. Simul et q̃ ad doctrinam fidelẽ maxime pertinet, intelligeremus, non tam verborum quam rerum quærendã vel amplectendam esse veritatem, qũ eos qui non eadẽ locutione vtũtur, cum rebus sententijsq; non discrepant, in eadem veritate constitisse approbamus.

E Quid ergo in his q̃ de narrationibus Euangelistarum collata proposui putandum est esse contrarium? An q̃ alius dixit. Cuius
Matt. 3. non sum dignus calciamenta portare: alij
Marc. 1. vero corrigiam calciamenti soluere? Non
Luc. 3. .n. verbis aut verborum ordine, aut aliquo
Ioan. 1. genere locutionis, sed etiam re ipsa videtur aliud esse calciamenta portare, aliud corrigiam calciamẽti soluere. Merito ergo quæri potest quid Ioannes dixerit non se dignum esse vtrum calciamenta portare, an corrigiã calciamenti soluere. Si enim alterum hõ dixit, ille verum videtur narrasse, qui hoc potuit narrare q̃ dixit, Qui autem aliud & si non est mentitus, certe vel oblitus, aliud pro alio dixisse putabitur. Omnem autẽ falsitatem abesse ab Euangelistis decet, non solum eam quæ mentiendo promitur, sed ẽt eam quæ obliuiscẽdo. Itaque si ad rem pertinet aliquid aliud intelligere ex eo quod dictum est calciamenta portare: aliquid aliud ex eo q̃ dictum est corrigiam calciamenti soluere: quid aliud accipiendum recte existimaueris, nisi Ioannem vtrunque dixisse, siue aliud alio tempore, siue contextim? Potuit enim sic dicere. Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere, nec calciamenta portare vt vnus Euãgelistarum hinc aliud, alij vero aliud, omnes tamen verum narrauerint. Si autem nihil intendit Ioannes cum de calciamentis domini diceret, nisi F excellentiam eius & humilitatẽ suã, quodlibet horum dixerit, siue de soluẽda corrigia calciamentorum, siue de portandis calciamẽtis, eandem tamen sentẽtiam tenuit quisquis etiam verbis suis per calciamentorum commemorationem eandem significationem humilitatis expresit, vnde ab eadem voluntate non aberrauit. Vtilis igitur modus & memoriæ maxime commendandus, cum de cõuenientia dicimus Euangelistarum, non esse mendacium. cum quisque etiam dicens aliquid aliud quod etiam ille non dixit de quo aliquid narrat, voluntatem tamen eius hãc explicat, quam etiam ille qui eius verba cõmemorat. Ita enim salubriter discimus, nihil aliud esse quærendum quàm quid velit ille qui loquitur.

Quòd Iesus veniebat à Galilæa in Iordanem ad Ioannem vt baptizaretur ab eo. Cap. XIII.

SEquitur ergo Matthæus & dicit, Tunc Matt. 3.
venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem vt baptizaretur ab eo. Ioannes aũt prohibebat eum dicens, Ego à te debeo baptizari & tu venis ad me? Respondes autẽ G
Iesus dixit ei, Sine modo: Sic.n. decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit Marc. 1.
eum. Attestantur & cęteri venisse Iesum ad Luc. 3.
Ioannem. Baptizatum autem tres commemorant, Ioan. 1.
sed tacent q̃d Matthæus ait, dixisse domino Ioannem, vel Ioanni dominum respondisse.

De verbis vocis quę facta est de cœlo super Christum baptizatum. Cap. XIIII.

DEinde sequitur Matthæus, Baptizatus autem confestim ascendit de aqua, Et ecce aperti sunt ei cœli, & vidit spiritũ dei Mat. 10.
descendentem sicut columbã & venientem super se: & ecce vox de cœlis dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi cõplacui. Hoc & alij duo Marcus & Lucas similiter narrant. Sed de verbis vocis q̃ de cœlo facta est variant locutionem, salua tñ sententia.

Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod .n. Matthæus ait dictũ, Hic est filius meus dilectus: & alij duo dicunt, Tu es filius meus dilectus, ad eandẽ sententiã explicandã valet, sicut superius tractatũ est, Vox .n. cœlestis vnum horũ dixit, sed Euangelista ostendere noluit ad id valere ꝙ dictum
H est, Hic est filius meus, vt illis potius ꝙ audiebãt indicaretur, ꝙ ipse esset filius dei: atque ita dictum referre voluit, Tu es filius meus: ac si diceret illis, Hic est filius meus. Non .n. Christo indicabatur ꝙ sciebat, sed audiebãt qui aderant, ꝓpter quos etiã ipsa vox facta est. Iam vero ꝙ alius dicit, in quo mihi cõplacui: alius, In te cõplacui: alius, In te cõplacuit mihi: si quęris quid horũ in illa voce sonuerit quodlibet accipe, dũmodo intelligas eos qui non eandẽ locutionẽ retulerunt, eandẽ retulisse sententiã. Quæ diuersitas locutionũ ad hoc ẽt vtilis est ne vno modo dictũ minus intelligaẽ, & aliter ꝙ res se habet interpretetur. Quod .n. dictũ est, In quo mihi cõplacui: si velit quis ita intellige re, vt deus in filio sibi placuisse videaẽ, admonetur ex eo ꝙ dictũ est, In te cõplacui, Si rursus ex hoc vno intelligat quisq; , in filio pr̃em placuisse hominibus, admoneẽ ex eo ꝙ dictum est, In te complacuit mihi. Ex quo satis apparet, ꝙ quilibet Euangelistarũ cœlestis vocis etiã verba tenuerit: alios ad eandẽ sententiã familiarius explicandã verba variasse: vt intelligatur hoc dictũ esse ab
I omnibus, tanquã diceret, In te placitum cõstitui: hoc est per te gerere ꝙ mihi placet.
Esa. 3. Esa. 2. Illud vero quod nonnulli codices habent secundum Lucã, hoc illa voce sonuisse ꝙ in Psalmo scriptum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te: quanquã in antiquioribus codicibus Græcis non inueniri perhibeatur, tamen si aliquibus fide dignis exemplaribus confirmari possit, quid aliud quàm vtrunque intelligendum est quolibet verborum ordine de cœlo sonuisse?

Quomodo secundum Ioannem Euangelistã dicat Ioannes Baptista, ego non noueram eum, cum secũdum alios inueniatur, quòd iã nouerat eum. Cap. XV.

QVod autem secundum Ioãnem de columba dicitur, non quando factum est narratur, sed verba Ioannis Baptistæ referuntur commemorantis quid viderit. In quo quæritur, quemadmodum dictum sit,
Ioan. 1. Et ego non noueram eum, sed qui misit me baptizare in aqua, illẽ mihi dixit. Super quẽ videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritusancto. Si enim tunc eum cognouit cũ columbam vidit descendentem super eum, quærendum est quomodo dixerit venienti vt baptizarentur, Ego magis a te debeo ba- Iocobus K
ptizari: hoc enim ei dixit antequam colum- Luc. 1.
ba descenderet. Ex quo apparet quamuis eum iam nosset: nam etiam & in vtero matris exultauit, cum ad Helisabet Maria venisset: aliquid tamen in eo quod nõdum nouerat columbæ descensione didicisse, quod ipse scilicet baptizaret in spiritusancto, propria quadam & diuina potestate: vt nullus homo qui accepisset a deo baptismum, etiã si aliquem baptizaret, posset dicere suum esse quod traderet, vel a se dari spiritumsanctum.

De tentato Iesu. Cap. XVI.

SEquitur Matthæus, & dicit, Tunc Iesus ductus est in desertũ a spũ vt tentaretur a diabolo. Et cũ ieiunasset quadraginta die- Matt. 4.
bus & quadraginta noctibus, postea esuriit. Deut. 8.
Et accedens tentator dixit ei, Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit, Scriptum est, Non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei: & cætera, vsq; ad id quod dictum est, Tunc reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. Totum hoc similiter Lucas narrat, & si Luc. 4.
nõ eodem ordine. Vnde incertum est quod
L prius factum sit, Vtrum regna terræ prius demonstrata sint ei, & postea in pinnam tẽpli leuatus sit: an hoc prius, & illud postea. Nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit: & quòd alijs verbis easdem sententias Lucas explicat non semper commendandum est cum nihil depereat veritati. Marcus aũt attestaẽ quidẽ eũ in deserto a Marc. 1.
diabolo esse tentatũ quadraginta diebus & noctibus, sed tacet quid ei dictum sit, quid- ue responderit. Itẽ quod Lucas ꝓtermisit, iste non tacuit, ꝙ angeli ministrabant illi: Ioannes vero totũ istum locũ prætermisit.

De vocatione discipulorum piscantium. Cap. XVII.

SEquitur narrans Matthæus. Cum autem Matt. 4.
audisset ꝙ Ioannes traditus esset, secessit in Galilęam, hoc & Marcus dicit, hoc & Lucas, sed Lucas de Ioanne tradito nihil hoc loco dicit. Ioannes autẽ Euangelista priusIoan. 1. quàm iret Iesus in Galilæam, dicit Petrum & Andreã mansisse cũ illo vno die, & tunc Petro nomen impositum, cũ antea Simon vocaret. Sequenti item die iã volentem exire in Galilæã, inuenisse Philippum, & ei di-Ioan. 2. xisse vt sequeretur eũ. Inde ventum est, vt ẽt de Nathanael narraret. Die aũt tertio in Galilæa constitutum fecisse illud in Chana de aquæ in vinum conuersione miraculũ.
M Quæ omnia cæteri Euangelistæ prætermisere runt, id contexentes narrationibus suis, ꝙ Iesus reuersus in Galilæã sit. vnde intelligitur fuisse interpositos aliquot dies quibus illa de discipulis gesta sunt, qui interponuntur a Ioanne. Non est aũt contrarium ei loco vbi Matthæus narrat dũm dixisse Petro,
Mat. 16 Tu es Petrus & super hanc petram ædifica
Infra. c. bo Ecclesiã meam. Neq; enim hoc nomen
43. & tunc accepisse intelligendus est, sed tunc po
lib. 4. tius, qñ ei Ioannes dictum esse cõmemorat,
cap. 3. Ioan. 1. Tu vocaberis Cephas, ꝙ interpretatur Petrus, vt eum hoc nomine appellaret postea dũs dicens, Tu es Petrus, Non enim ait, tu vocaberis Petrus, sed tu es Petrus, ꝙ ei iam dictum erat antea, tu vocaberis. Deinde cõ-
Matt. 4. texit narrationem Matthæus & dicit, Et re-
Matt. 8. licta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaum maritima in finibus Zabulon & Neptalim: & cætera, quoadusque sermo terminetur quem habuit in monte. In
Marc. 1 quo contextu narrationis attestatur ei Marcus de discipulorum vocatione Petri & Andreæ, & paulopost Iacobi & Ioannis. Sed cum Matthæus continuo coniungeret narrationem prolixi illius sermonis quẽ in mõte habuit, posteaquam multos curauit, & eũ
A multæ turbæ secutæ sunt, Marcus interpo-
Marc. 1. suit alia, quia docebat eos in synagoga & stupebant super doctrina eius. Tunc ipse di-
Matt. 7. xit, ꝙ & Matthæus post illũ prolixũ sermonẽ: quia erat docens eos quasi potestatẽ ha-
Marc. 1. bent & nõ sicut Scribæ. Narrauit etiam d homine à quo expulsus est immũdus spũs, deinde de socru Petri. In his autẽ Lucas ei consentit. Matthæus vero de isto dæmonio
Luc. 4. nihil narrauit, de socru aũt Petri nõ tacuit,
Matt. 8. sed postea. In hoc autem loco quem nunc consideramus, idem Matthæus post vocationẽ discipulorum, quibus piscãtibus iussit vt eũ sequerentur, narrat eũ circũisse Gali-
Matt. 4. læam, docentem in synagogis & prædicantem Euangeliũ, & sanantem oẽm languorem: & collectis ad eum turbis, ascendisse in montem, & vsum fuisse illo sermone proli- Matt. 5.
xo. Dat ergo locum intelligendi, tunc facta esse quæ Marcus post electionẽ earundem discipulorũ narrat, cũ circumiret Galilæã & doceret in synagogis eorũ: tunc etiam de socru Petri: sed eum postea commemorasse quod prætermiserat, quãuis nõ omnia præ- Ioan. 1.
termissa in narrationem reuocauerit. Sanè B potest mouere, quomodo Ioannes dicat, nõ in Galilæa, sed iuxta Iordanem primo Andream secutũ esse dñm, cum alio cuius nomen tacetur, deinde Petrum ab illo nomen accepisse, tertio Philippum vocatum vt eũ sequeretur. Cæteri aũt tres Euangelistæ de piscatione vocatos eos dicunt satis inter se conuenienter, maxime Matthæus & Mar- Matt. 4.
cus. Nã Lucas Andreã non nominat, qui Marc. 1.
tamen intelligitur in ea naui fuisse secundũ Luc. 5.
Matthæi & Marci narrationẽ qui breuiter hoc perstringunt quemadmodum gestum sit. Quod Lucas apertius explicauit, commemorans ibi etiam miraculũ super capturã piscium, & ꝙ ex ipsa naui dũs prius fuerit locutus ad turbas. Hoc etiã videtur distare, quòd tantum Petro à dño dictum commemorat, Ex hoc iam homines eris capiens: ꝙ illi, scilicet Matthæus & Marcus, ambobus fratribus dictum esse narrarunt. Sed potuit vtiq; prius hoc Petro dici, cum de capta ingenti multitudine piscium miraretur, ꝙ Lucas insinuauit: & ambobus postea, quod illi duo commemorauerunt. Illud ergo quod de Ioanne diximus, diligenter considerãdũ
C est. Non enim parua repugnantia putari potest, cum & locorum plurimum intersit, & temporis & ipsius vocationis. Nam si iuxta Iordanem antequã Iesus isset in Gali- Ioan. 1.
læam, ad testimonium Ioãnis Baptistæ secuti sunt eum duo, quorũ erat vnus Andreas qui fratrem suum Simonem cõtinuo adduxit ad Iesum, qñ & nomen vt Petrus vocaretur accepit, quomodo ab alijs Euangelistis dicitur quòd eos in Galilæa piscantes Matt. 4.
inuenerit atque ad discipulatum vocauerit: Marc. 1.
nisi quia intelligendum est, non sic eos vi- Luc. 5.
disse tunc dũm iuxta Iordanẽ, vt ei iam inse parabiliter cohærerent, sed tantũ cognouisse quis esset, eumq; miratos ad propria remeasse? Nã & in Chana Galileæ cũ feciſſet de aqua vinum, dicit idem Ioannes, ꝙ crediderint in eũ discipuli eius. Q d ita narrat, Ioan. 2.
Et die tertio nuptiæ factæ sunt in Chana Galileæ,

Galileæ,& erat mater Iesu ibi. Vocatus est aũt & Iesus & discipuli eius ad nuptias. Qui vtiq; si tunc in eum crediderunt, sicut paulopost dicit nondũ erant discipuli cum ad nuptias vocati sunt. Sed illo more locutionis hoc dictũ est, quo loquimur, cum dicimus Apostolum Paulũ in Tarso Ciliciæ natum. Neq; enim tunc iam erat Apostolus. Act. 22. Ita discipulos Christi inuitatos ad nuptias cum audimus, non iam discipulos, sed qui futuri erant discipuli intelligere debemus. D Iã enim vtiq; discipuli Christi erant, quando ista narrata atq; conscripta sunt. Et ideo sic de illis locutus est temporũ præteritorum narrator. Quod aũt dicit idem Ioannes, Post hæc descendit Capharnaũ ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius, & Ioan. 2. ibi manserunt non multis diebus: incertum est vtrum iam illi adhæserant etiam Petrus Matt. 4. & Andreas & filij Zebedæi. Matthæus .n. primo narrat q̃ venerit & habitauerit Capharnaũ: & postea q̃ eos de nauibus piscãtes vocauerit: ille aũté, q̃ cum illo Capharnaũ venerint discipuli eius. An forte Matt. 4. Matthæus quod prætermiserat recapitulauit, quia nõ ait ipse, Post hoc ambulãs iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres: sed sine vlla cõsequentis tẽporis differentia, Ambulans aũt, inquit, iuxta mare Galileæ, vidit duos fratres: & cætera? Proinde fieri potest, vt postea narrauerit, non q̃ postea factum erat, sed q̃ prius prætermiserat, vt cũ illo intelligantur venisse Capharnaũ, quò Ioannes dicit, & ipsum & matrẽ eius & discipulos venisse. An potius alij discipuli fuerunt, sicut Ioan. 1. E eum iã Philippus sequebatur, quem sic vocauerat, vt diceret ei, Sequere me? Quo .n. ordine vocati sint oẽs duodecim Apostoli, in Euangelistarũ narrationibus non apparet, quandoquidẽ non tantũ ordo vocationis, sed nec ipsa vocatio cõmemorata est omnium, sed tantum Philippi & Petri & Andreæ & filiorũ Zebedæi, & Matthæi publicani, qui etiã Leui vocabatur. Singillatim tamen ab eo nomẽ & primus & solus Petrus accepit. Nam filios Zebedæi nõ singillatim, sed simul ambos appellauit filios tonitrui. Sanè animaduertendũ est, q̃ scriptura Euangelica & Apostolica, non solũ illos duodecim appellat discipulos eius, sed oẽs qui in eum credentes, magisterio eius ad regnum cœlorum erudiebantur. Ex quorum multitudine elegit duodecim, quos & Apostolos nominauit, sicut Lucas cõmemorat. Luc. 6.

Ipse quippe paulopost ait, Et descendens cũ illis stetit in loco campestri & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis. Nõ vtiq; diceret turba discipulorum homines duodecim. Alijs quoque scripturarum locis hoc euidenter apparet discipulos eius oẽs appellatos qui ab eo discerent q̃ ad æternã vitam pertineret. Quæri aũt potest quomodo binos vocauerit de nauiculis piscatores, primo Petrum & Andream, deinde pgressus paululũ alios duos filios Zebedæi sicut narrant Matthæus & Marcus, cũ Lucas dicat ambas eorũ nauiculas impletas magna illa captura piscium, sociosq; Petri commemoret Iacobum & Ioannẽ filios Zebedæi vocatos ad adiuuandũ cum retia extrahere plena non possent, simulq; miratos tantam multitudinẽ piscium quæ capta erat: & eum Petro tantum dixisset, Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens: simul eum tamen subductis ad terram nauibus secutos fuisse. Vnde intelligẽdũ est hoc primo esse factũ qd̃ Lucas insinuat. Nec tũc eos a dño vocatos, sed tantum Petro fuisse prædictum q̃ homines esset capturus. Quod non ita dictum est, quasi iã pisces nunquam esset capturus. Nã & post resurrectionem dñi legimus eos esse piscatos. Dictum est ergo, q̃ deinceps capturus esset homines: nõ dictum est, q̃ iam non esset capturus pisces. Vnde datur locus intelligere eos ad capturam piscium ex more remeasse, vt postea fieret, qd̃ Matthæus & Marcus narrant: quando eos binos vocauit, & ipse iussit vt eum sequerentur, primo duobus Petro, & Andreæ, deinde alijs duobus filijs Zebedæi. Tunc enim non subductis ad terrã nauibus tãquã cursu redeundi, sed ita eum secuti sunt tanquã vocantem ac iubentem vt eũ sequerentur. G

De tempore secessionis eius Galilæam. Cap. XVIII.

ILlud etiam requirendũ est, quomodo Ioannes Euangelista antequã Ioannes Baptista missus esset in carcerem, dicit Iesum isse in Galilæã. Postea enim q̃ commemorauit, q̃ in Chana Galilææ fecit de aqua vinum & descendit Capharnaum cum matre & discipulis, & ibi manserunt non multis diebus, dicit eum deinde ascendisse Hierosolymam propter Pascha. Post hoc venisse in Iudæã terrã & discipulos eius, & illic demoratum cum eis & baptizantẽ. vbi secutus ait, Erat autem

autem & Ioannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant illic, & adueniebant & baptizabantur. Nondũ enim missus erat in carcerem Ioãnes. Matthæus Matt. 4. aũt dicit, Cum aũt audisset quòd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæã, Similiter Marc. 1. & Marcus, Posteaquã aũt traditus est, inqt, Ioannes, venit Iesus in Galilæam. Lucas au tẽ nihil dicit de tradito Ioanne, sed tamen & ipse post baptismum & tentationem Christi H dicit eum isse in Galilæam, sicut illi duo. Nã ita contexit narrationem suã. Et cõsummata omni tentatione, diabolus recessit ab Luc. 4. illo vsq; ad tempus. Et regressus est Iesus in virtute spũs in Galilæam, & fama exijt per vniuersam regionem de illo. Vnde intelligitur hos tres Euangelistas non Ioãni Euangelistæ contraria narrasse, sed prætermisisse primum dñi aduentũ in Galilæã posteaquã baptizatus est, quando illic aquam cõuerterit in vinũ. Tunc enim nondũ erat traditus Ioannes. Eum vero aduentũ eius in Galilæã contexuisse narrationibus suis qui post Ioannẽ traditum factus est, de quo eius reditu in Galilæã etiam ipse Ioannes Euange Ioan. 4. listæ sic loquit, Vt ergo cognouit Iesus, quia audierunt Pharisæi quia Iesus plures discipulos facit & baptizat q̃ Ioannes, quanquã Iesus non baptizaret, sed discipuli eius, reliquit Iudæam & abijt iterum in Galilæam. Tunc ergo intelligimus iam fuisse traditũ Ioannem, Iudæos vero audisse quòd plures discipulos faceret & baptizaret quàm fecerat & baptizauerat Ioannes.

De illo sermone prolixo quem secundum Matthæũ habuit in mõte. Cap. XIX.

IAm nunc de illo sermone prolixo quẽ secundum Matthæum in monte habuit dominus videamus vtrum ei cæteri Euangeli Matt. 5. stæ nihil aduersari videantur. Marcus quippe non eum cõmemorauit omnino, nec aliquid eius simile dixit, nisi quasdã sentẽtias, non contextim, sed sparsim, quas dñs locis alijs repetiuit: Reliquit tamen locum in textu narrationis suæ, vbi intelligamus hunc Marc. 1. dictum esse sermonem, sed ab eo prætermissum. Et erat inquit, prædicans in synagogis eorum, & omni Galilæa, & dæmonia eijciens. In hac prædicatione quam dicit eũ habuisse in omni Galilæa, intelligitur etiã sermo iste habitus in monte, cuius commemorationem facit Matthæus. Nanq; idem Marcus ita sequitur, Et venit ad eũ leprosus deprecans eum, & genu flexo dixit, Si vis potes me mundare: & cætera. De hoc leproso mundato talia connectit, vt ipse intelligatur quem Matthæus commemorat tũc esse mundatum, quãdo post illum sermonẽ dñs de monte descendit. Sic enim ait Mat- Matt. 8. thæus, Cum aũt descendisset de monte, secutę sunt eum turbæ multæ. Et ecce leprosus veniens adorabat eum dicens, Domine si vis potes me mundare: &c. Huius leprosi etiã Lucas meminit, non sanè hoc ordine, K sed vt solent prætermissa recordari, vel po- Luc. 5. sterius facta poccupari, sicut diuinitus suggerebantur, quæ antea cognita, postea recordando conscriberent. Veruntamẽ idem Lucas sermonẽ etiã ipse dñi prolixum narranit, vbi etiam sic exorsus est, vt in isto Matthæus. Hic .n. dixit, Beati pauperes spiritu quoniã ipsorum est regnũ cœlorum: & ille, Matt. 5. Beati pauperes, quia vestrum est regnũ dei. Deinde multa quæ sequuntur etiã in Lucæ Luc. 6. narratione similia sunt. Et ad extremũ sermonis ipsa conclusio prorsus eadem reperitur, de homine prudente, qui ædificat super Ibidem. petrã, & de stulto qui ædificat super arenã: nisi q̃ ibi flumẽ tantũ dicit illisum domui, non & pluuiam, & ventos, sicut Matthæus. Matt. 7. Posset ergo facillime credi, eundem etiã ipse domini interposuisse sermonem, aliquas aũt prætermisisse sententias quas Matthæus posuit. Item alias posuisse, quas iste non dixit, quasdam etiã non ijsdem verbis, custodita tamen veritatis integritate similiter explicasse: Posset hoc sicut dixi facillime credi, Matt. 5. nisi moueret q̃ Matthæus in monte dicit hunc habitum esse sermonem à domino sedente. Lucas autem in loco campestri à domino stante, Hæc itaq; diuersitas facit vi- Luc. 7. deri, alium fuisse illum, alium istum. Quid L enim prohiberet Christum alibi quædã repetere quæ in antea dixerat, aut iterũ quædam facere quę antea iam fecerat? Nõ sanè istos duos sermones, quorũ vnũ Matthæus alterum Lucas inseruit, longa temporis distantia separari, hinc probabiliter creditur, quòd & antea & postea quædam similia, vel eadem ambo narrarunt, vt non absurde sentiatur eorum narrationes hæc interponentiũ in eisdem locis & diebus esse versatas. Nam Matthęus hoc ita dicit, Et secutę sunt eum turbæ multæ de Galilæa & Decapoli & Hierosolymis & Iudæa & de transiordanem. Videns aũt turbas ascendit in montẽ, Matt. 4. &

& cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum docebat eos dicés,
Matt. 5. Beati pauperes spiritu, qm ipsorũ est regnũ cœlorum: &c. Hic pót videri multas turbas vitare voluisse, & ob hoc ascendisse in montem, tanquam secedẽdo à turbis, vt solis suis discipulis loqueretur. Cui rei videtur attestari etiam Lucas, ita narrans, Factum est autem in illis diebus, exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione dei. Et
Luc. 6. cũ dies factus esset, vocauit discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominauit, Simonẽ quẽ cognominauit
M Petrum & Andream fratrem eius, Iacobũ & Ioannem, Philippum & Bartolomæum, Matthæum & Thomam, Iacobum Alphei & Simonem qui vocatur Zelotes, Iudam Iacobi & Iudam Scarioth, qui fuit proditor. Et descendens cum illis stetit in loco campestri, & turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis, ab omni Iudæa & Hierusalẽ & maritima & Tyri & Sidonis, qui venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos, dicebat, Beati pauperes, quia vestrum est regnum dei: &c. Hic pót intelligi cum in monte duodecim discipulos elegit ex pluribus, quos Apostolos nominauit, quod Matthæus prætermisit, tunc illum habuisset sermonem quem Matthæus interposuit, & Lucas tacuit, hoc est in monte. Ac deinde cum descendisset, in loco campestri, habuisse alterum similẽ, de quo Matthæus tacet, Lucas non tacet, & vtrunq; sermonem eodem modo esse conclusum. Qđ
A autem Matthæus isto sermone terminato se-
Matt. 7. quitur & dicit, Et factum est cum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrina eius: potest videri discipulorum turbas dixisse, ex quibus duode-
Luc. 6. cim illos Apostolos elegerat. Quod vero
Matt. 8. mox ait. Cum autem descendisset de monte, secutæ sunt eum turbæ multæ, Et ecce leprosus veniens adorabat eum: potest intelligi post vtrunque sermonem factum fuisse, non solum quem Matthæus, verumetiam quẽ Lucas interponit. Neq; n. apparet post desensionẽ de mõte quantũ tpis fuerit interpositum, sed hoc solum voluit significare Matthæus, post illã desensionẽ multas turbas fuisse cum dño, qñ leprosum mundauit, non quantũ tẽporis interfuerit: præsertim cũ eundẽ leprosum Lucas iã in ciuitate posito dño, dicat esse mundatũ qđ Matthæus dicere nõ curauit. Quanquã etiã illud posset occurrere, in aliqua excelsiore parte mõtis primo cũ solis discipulis dñm fuisse, qñ ex eis illos duodecim elegit: deinde cũ eis descendisse non de mõte, sed de ipsa mõtis celsitudine in cãpestrẽ locum. i. in aliquã æqualitatem quæ in latere montis erat, & multas turbas capere poterat: atq; ibi stetisse donec ad eũ turbæ cõgregarentur. Ac postea cum B
sedisset accessisse ꝓpinquius discipulos eius, atq; ita illis cæterisq; turbis præsentibus, vnũ habuisse sermonẽ, quem Matthæus Lucasq; narrauerunt, diuerso narrandi modo: sed etiã veritate rerũ & sentẽtiarũ, quas ambo dixerunt. Iam. n. præmonuimus, qđ & nullo præmonẽte vnicuiq; spõte videndum fuit, si quis prætermittat aliquid qđ alius dicat, nõ esse cõtrarium, nec si alius alio modo aliqđ dicat, dũ eadẽ rerum sententiarũq; veritas explicetur: vt quod Matthæus ait,
Mat. 8. Cum autẽ descendisset de mõte, simul etiã
Marc. 1. de illo campestri loco qui in latere montis
Luc. 5. esse potuit intelligatur. Deinde Matthæus de leproso mundato narrat, quod etiã Marcus & Lucas similiter.

Quomodo dicat Matthæus cẽturionem ad Iesũ accessisse pro puero suo, cum Lucas dicat, ꝓ amicos ad eum misisse. Cap. XX.

POst hæc Matthæus sequitur & dicit, Cũ
Matt. 8. autẽ introisset Capharnaum, accessit ad illum Centurio rogans eum & dicens. Domine puer meus iacet in domo paralyticus & male torquetur, &c. vsq; ad eum locum vbi ait, Et sanatus est puer ex illa hora. Hoc
C
de puero Centurionis etiã Lucas cõmemorat: non sicut iste post leprosum mundatũ, quem ille postea recordatus commemorauit, sed post finem illius prolixioris sermonis, quod ita coniungit. Cum aũt implesset omnia verba sua in aures plebis, intrauit
Luc. 7. Capharnaũ. Centurionis aũt cuiusdã seruus male habens erat moriturus, qui illi erat preciosus: &c. vsq; in eũ locũ quo sanatus est. Hic intelligẽdũ est, cũ implesset quidẽ omnia verba sua in aures plebis intrasse Chfm Capharnaũ, hoc est, qa nõ antequã hæc verba terminasset intrauit: sed nõ esse expressum post quantũ tẽporis interuallũ, cum

cũ istos sermones terminasset intrauerit Capharnaum. Ipso quippe interuallo leprosus ille mundatus est, quẽ loco suo Matthæus interponit, iste aũt postea recordatur. Iam ergo videamus vtrum sibi de hoc seruo Cẽturionis Matthæus Lucasq; consentiant.
Matt. 8. Matthæus. n. dicit. Accessit ad eum Centurio, rogans eum & dicés, Puer meus iacet in domo paralyticus. Cui videt repugnare qđ
Lucæ. 7. ait Lucas, Et cum audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæorũ, rogans eum vt veniret & sanaret seruum eius. At illi cũ venissent ad Iesum rogabant eum solicite dicẽtes ei, Quia dignus est vt hoc illi præstes: Dili-
D git. n. gentẽ nram, & synagogã ipse ædificauit nobis. Iesus aũt ibat cũ illis. Et cũ iam non longe esset à domo, misit ad eum Centurio amicos dicens, Dñe noli vexari, Non
E dignus sum, vt sub tectum meum intres; Propter qđ & meipsum non sum dignũ arbitratus vt venirẽ ad te, sed dic verbo, & sanabit puer meus. Si. n hoc ita gestũ est, qũ
Matt. 8. erit verũ qđ Matthæus narrat, Accessit ad eum quidã Centurio, cũ ipse non accesserit, sed amicus miserit: nisi diligenter aduertentes intelligamus Matthæum nõ omnimodo deseruisse vsitatum morẽ loquendi. Nõ solum. n. dicere solemus, accessisse aliquem ẽt antequam peruenirẽt illuc quò dr accessisse? Vnde ẽt diximus, parũ accessisti vel multum accessit, eo quò appetit peruenire: verumetiã ipsam peruentionẽ ciuius adipiscẽdi causa acceditur, dicimus plerunq; factã: &si eum ad quẽ peruenit non videat ille q peruenit, cũ ꝓ amicum pueñit ad aliquem cuius ei fauor est necessarius. Quod ita tenuit cõsuetudo, Peruen- vt iam ẽt vulgo peruentores appellentur, q
tores. potẽtium quorũlibet tanquã inaccessibiles animos, p conuenientium psonarum interpositionem, ambitionis arte pertingunt. Si ergo ipsa peruentio vsitate dr ꝓ alios fieri, quanto magis accessus ꝓ alios fieri põt, qui plerunque infra peruẽtionẽ remanet, qñ pertuerit quisq; plurimum quidẽ accedere, sed tñ non potuerit peruenire? Non ergo absurde Matthæus, & quod vulgo posit intelligi, per alios facto accessũ Centurionis ad dñm, compendio dicere voluit, Accessit ad eum Centurio. Verumtamẽ non negligenter intuenda est ẽt sancti Euangelistæ altitudo mysticæ locutionis, secundum quam scriPsal. 33. ptum est in Psalmo, Accedite ad eum & illuminamini. Proinde quia fidem Centurionis, qua vere acceditur ad Iesum, ipse ita laudauit vt diceret, Non inueni tantam fidem in Israel, ipsum potius accessisse ad Christũ
Matt. 8. dicere voluit prudens Euangelista, q̃ illos per quos verba sua miserat. Porrò autem Lucas ideo totum quemadmodum gestum
Lucæ. 7. esset aperuit, vt ex hoc intelligere cogeremur, quẽadmodũ cũ accessisse dixerit alius qui mentiri non potuit. Sic. n. & illa mulier
Matt. 9. q̃ fluxum sanguinis patiebatur, quanuis fim
Marc. 5. briam vestimenti eius tenuerit, magis tũ te-
Lucę. 8. tigit dñm, q̃ illæ turbæ à quibus premebatur. Vt. n. hæc quo magis credidit, eo magis tetigit dñm, Ita & Centurio quo magis credidit, eo magis accessit ad hominem. Iam cætera in hoc capitulo quæ alter dicit & alter prætermittit, superfluo pertractantur, cum ex illa regula primitus commendata nihil inueniantur habere contrarium.

De socru Petri quo ordine narratum sit. Cap. XXI.

SEquitur Matthæus & dicit, & cũ venisset
Matt. 8. Iesus in domũ Petri, vidit socrũ eius iacentem & febricitantẽ, & tetigit manũ eius, & dimisit eam febris, & surrexit & ministrabat eis. Hoc qñ factũ sit. i. post quid vel ante quid, non expressit Matthæus. Non. n. post quod narratur, post hoc ẽt factũ necesse est intelligatur. Nimirum tñ iste hoc recoluisse intelligitur qđ prius omiserat. Nam id Mar
Marc. 1. cus narrat antequã illud de leproso mũdato commemoret, quod post sermonẽ in monte habitum, de quo ipse tacuit, videtur interposuisse, Itaque & Lucas post hoc factum
Lucæ. 4. narrat de socru Petri, post quod & Marcus. Ante sermonẽ ẽt ipse quẽ prolixum interposuit, q̃ pót idem videri quem dicit habitũ in monte Matthæus. Quid aũt interest quis quo loco ponat, siue quod ex ordine inserit, siue qđ oblitissum recolit, siue qđ postea factum ante præoccupat, dum tñ non aduersetur eadem vel alia narranti, nec sibi nec alG
teri? Quia. n. nullius in ptãte est quanuis optime fideliter q̃; res cognitas quo quisque ordine recordetur, quid prius posteriusve homini veniat in mẽtẽ, nõ est vt volumus, sed vt datur: satis probabile est ꝓ vnusquisque Euangelistarũ, eo se ordine credidit debuisse narrare, quo voluisset deus eaipsa q̃ narrabat eius recordationi suggerere, in eis dũtaxat rebus, quarũ ordo, siue ille, siue ille sit, nihil minuit authoritati veritatiq; Euan
1. Co. 1. gelicæ. Cur autem spiritus sanctus diuidens

propria

propria vnicuique prout vult, & ideo mentes quoque sanctorum propter libros in tanto authoritatis culmine collocandos, in recolendo quæ scriberent sine dubio gubernans & regens, alium sic alium vero sic narrationem suã ordinare permiserit, quisquis pia diligentia quæsierit, diuinitus adiutus poterit inuenire. Hoc tamen non est huius operis munus quod nunc suscepimus, tantũ vt demonstremus Euangelistas, neque sibi, neque inter se pugnare, quolibet ordine, vel easdem res, vel alias factorum dictorumq; Christi vnusquisque eorum potuerit voluerit ve narrare. Quapropter vbi ordo temporum non apparet, nihil nostra interesse debet quem narrandi ordinem quilibet eorum tenuerit: vbi autẽ apparet, si quid mouerit quod sibi aut alteri repugnare videatur, vtique considerãdum & euodandũ est.

H

De ordine rerum quas post hoc narrant vtrum nihil inter se dissentiant, Matthæus, Marcus, & Lucas. Cap. XXII.

Matt. 8. SEquitur ergo Matthæus dicens, Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes, & eijciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portauit. Hoc ad eiusdem dici tempus pertinere satis indicat, cum coniungit, Vespere autem facto. Sic Marc. 1. & Marcus cum de ipsa socru Petri sanata dixisset, Et ministrabat eis: hoc idem subiecit, Vespere autem facto cum occidisset Sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas cõgregata ad ianuam, & curauit multos qui vexabãtur varijs languoribus, & dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui, qm̃ sciebant eum, Et diluculo valde surgens, egressus est & abijt in desertum locum. Videtur hic ordinem tenuisse Marcus, vt post illud quod dictum est, Vespere autem facto, deinde diceret, & diluculo valde surgens.

I

Quanuis nec illud necesse sit, vbi dicitur. Vespere autem facto, eiusdem diei vesperũ accipere: nec vbi dicitur, diluculo: eiusdem noctis diluculum. Tamen vtcunque videri potest hic rerum gestarum ordo seruatus propter digestum ordinem temporum. Lu Luc. 4. cas quoque cum de socru Petri narrasset, non ait ipse, Vespere autem facto: sed tamẽ quod idem significaret, adiunxit dicens, Cũ Sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad eum: at ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant etiam dæmonia à multis, clamantia & dicentia, Quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facto autem die, egressus ibat in desertum locum. Et hic videmus eundem prorsus ordinem temporum custoditum, quem comperimus apud Marcum. Matthæus autem qui videtur non ordinem quo gestum est, sed quod prætermissum recolit, hoc de socru Petri commemorasse, posteaquã narrauit quod ipso die facto etiam vespere gestum sit, iam nõ subiungit, diluculum, sed ita narrat, Videns aũt Iesus turbas multas circũ se, iussit ire trans fretum. Iam hoc aliud est, non illud quod K Marcus & Lucas contexunt, qui post vesperum diluculum ponunt. Quod ergo hic dicitur factum est, Matt. 8. Vidẽs autem Iesus turbas multas circum se, iussit ire trans fretum: aliud eum recordatum interposuisse debemus accipere, quod die quodam cum vidisset Iesus turbas circum se iussit ire trans fretum.

De illo qui ait domino, sequar te quocunq; ieris, & alijs quæ iuxta sunt, quo ordine narrãtur à Matthæo & Luca. Cap. XXIII.

DEinde quod subiungit, Et accedẽs vnus Matt. 8. Scriba ait illi, Magister sequar te quocũque ieris: vsque ad illud vbi ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos: hoc similiter narrat & Lucas. Sed ille post plura, nec Luc. 9. ipse sanè expresso ordine temporum, sed recordantis modo: vtrum quod prius omissit, an quod posterius etiam factum & sunt ea quæ sequuntur, præoccupauit, incertum est. Ita enim dicit, Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocunque ieris. Et respondit ei prorsus eadem quæ Matthæus commemorat. Quod autem Matthæus dicit tũc istud gestum esse, qm̃ iussit vt irent trans fretum, Lucas vero ambulantibus illis in via, non est contrarium: quia in via vtique ambulabant, vt venirent ad fretum. Et de illo qui petit primum sepelire patrem suum, Matthæus & Lucas omnino cõsentiunt. Quod enim Matthæus primo eiusdẽ verba posuit, hoc

hoc est, patrem suum sepelire petentis, & deinde domini dicentis, Sequere me: Lucas autem primo domini dicentis, Sequere me: & deinde illius hoc petentis: ad sententiam Luc. 6. nihil interest. Commemorauit Lucas, & alium dixisse, Sequar te domine, sed primũ permitte mihi renũciare ijs quę domi sunt: de quo tacet Matthæus. Inde iam Lucas in aliud perrexit, non in illud quod ordine tẽporis sequebatur. Post hæc autem, inquit, Luc. 10. designauit dominus & alios septuaginta duos. Post hæc quidem manifeste, sed quanto temporis interuallo post hæc fecerit illud dominus non apparet. In ipso tamen interuallo fit, quod deinceps Matthæus subiungit: nam idem Matthæus ordinem temporum adhuc tenet, ita narrans.

De trãsfretatione eius vbi dormiuit in nauicula, & de expulsis dæmonibus, quos ire permisit in porcos, qũo ea quæ gesta vel dicta sunt cõueniant inter Matthæũ: Marcum, & Lucam. Cap. XXIIII.

Matt. 8. MEt ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius, & ecce motus magnus factus est in mari, vsq; ad illud vbi ait, Et venit in ciuitatem suam. Ist duo facta continuatim, quæ narrat Matthæus de tranquillato mari, posteaquã vẽtis imperauit Iesus à somno excitatus: & de his qui habebant fæuũ dæmoniũ, ruptisq; inculis agebant in desertũ: similiter narrãt Marcus Marc. 4. & Lucas: verbis alijs dictæ sunt ab vno atque alio quædã sententiæ, nõ tũ aliæ, velut Luc. 8. illud quod eũ dicit dixisse Matthæus, Quid Matt. 8. timidi estis modicæ fidei: Marcus itaicit, Marc. 4. Quid timidi estis, necdum habetis fem, id est, illam perfectã, velut granũ sinapis. Hoc ergo et illic ait, Modicę fidei. Lucas ãt, Luc. 8. Vbi est fides vestra. Et totũ quidẽ dipotuit, Quid timidi estis, Vbi est fides vtra, Modicæ fidei. Vnde aliud hic, aliud il cõmemorat, Et illud quod excitantes eu, dixerunt Matthæus sic, Domine salua n, perimus. Marcus. Magister non ad tertinet quia perimus? Lucas, Præceptor, perimus: vna eadẽq; sententia est excitari dominum, volentiumq; saluari: nec os est quærere quid horum potius Christi dictũ sit. Siue etenim aliquid horum triu dixerint, siue alia verba, quæ nullus Euangelistarum commemorauit, tantunderñ valentia ad eandem sententiæ veritat, quid ad rem interest? Quanquã & hoc fieri potuit, vt pluribus eũ simul excitãtibus, omnia hæc, aliud ab alio dicerent. Itẽ cp̃ sedata tempestate dixerũt secm Matthæũ. Qualis est hic, quia venti & mare obediũt ei? Se- Matt. 8. cundum Marcũ, Quis putas est iste, quia Marc. 4. ventus & mare obediunt ei? Secundũ Lu- Luc. 8. cam, Quis putas hic est, quia & vẽtis imperat & mari, & obediũt? ei quis nõ videat unã esse sniam? Tãtundẽ. n. prorsus valet, Quis putas est iste, & qualis est hic. Et vbi nõ est dictũ, Imperat: vtiq; cõsequẽter intelligiẽ, quia imperanti obediẽ. Quod uero Marc. 5. Matthæus duos dicit fuisse, qui legionẽ illã Luc. 8. dæmonum patiebantur, quæ in corpus ire permissa est: Marcus aũt & Lucas vnũ cõmemorant, intelligas, vnũ eorũ fuisse personæ alicuius clarioris & famosioris, quem regio illa maxime dolebat, & pro cuius salute plurimũ satagebat. Hoc uolentes significare duo Euangelistæ, solum commemorandũ iudicauerunt, de quo facti huius fama latius prælariusq; fragrauerat. Nec cp̃ verba dæ monũ diuerse ab Euãgelistis dicta sunt, habet aliquid scrupuli, cũ uel ad vnam redigi sententiã, vel omnia dicta posint intelligi. B Nec quia pluraliter apud Matthæũ apud illos autem singulariter loquiẽ, cum & ipsi narrent, cp̃ interrogatus quid uocaretur, legionem se esse respondit, eo cp̃ multa essent dæmonia, Nec cp̃ Marcus dixit circa montem fuisse gregem porcorum, Lucas autem in monte, quicquã repugnat. Grex. n. porcorũ tã magnus fuit, vt aliquid eius esset in mõte, aliq̃d circa montẽ. Erant. n. duo milia porcorum, sicut Marcus expresit.

De paralytico cui dixit dimittũtur tibi peccata tua, tolle grabatũ tuũ, maximè vtrũ locutus vbi hoc factũ est conueniat inter Matthæum & Marcum, quia Matthæus dicit in ciuitate sua, Marcus autem in Capharnaum. Cap. XXV.

HInc ergo sequitur Matthæus, adhuc tẽporum ordinem seruans, atq; ita narrationem contexit. Et ascẽdens in nauiculã, Matt. 9. transfretauit, & uenit in ciuitatẽ suam. Et ecce offerebant ei paralyticũ iacentem in lecto &c. vsq; ad illud quod ait, Videntes aũt turbæ, timuerunt & glorificauerunt deum, qui dedit potestatem talem hominibus. De hoc paralytico dixerunt etiam Marcus, & Lucas. Quod ergo Matthæus dicit domi- C

num dixisse, Cõfide fili, remittũtur tibi pec
Luc. 5. cata tua: Lucas aũt nõ dixit, Fili, sed homo,
ad sententiam domini expressius insinuan-
dam valet, quia homini dimittebantur pec-
cata, quia hoc ipso q̃ homo erat, non posset
dicere, Non peccaui: simul etiã vt ille, qui
homini dimittebat, intelligeret deus. Mar-
Matt. 2. cus aũt hoc dixit qđ & Matthæus, sed non
dixit, confide. Potuit quidem & ita dici, Cõ
fide homo, dimittuntur tibi peccata fili: aut,
Confide fili, dimittũtur tibi peccata homo:
Matt. 9. aut quolibet verborũ ordine congruenti.
Illud sane potest mouere, q̃ de isto paraly-
tico Matthęus ita narrat, Et ascendens in na
Marc. 2. uiculam transfretauit, & venit in ciuitatem
suam: & ecce offerebant ei paralyticum ia-
centem in lecto. Marcus aũt nõ hocin eius
ciuitate factũ dicit, quæ vtiq; Nazareth vo
cat, sed Capharnaum: qđ ita narrat, Et ite-
rum intrauit in Capharnaum post dies, &
auditũ est q̃ in domo esset, & conuenerunt
multi: ita vt non caperet neq; ad ianuam, &
loquebatur eis verbum. Et venerunt feren
tes ad eum paralyticũ, qui à quatuor por-
D tabatur. Et cũ non possent offerre eum illi
præ turba, nudauerunt tectum vbi erat, &
patefacientes submiserunt grabatũ, in quo
Luc. 5. paralyticus iacebat. Cum vidisset autem Ie
sus fidem illorũ &c. Lucas autẽ non cõme-
morat quo in loco factũ sit, sed ita dicit:
Et factum est in vna dierum, & ipse sede-
bat docens. Et erãt Pharisæi sedentes, & le-
gis doctores, qui venerant ex omni castello
Galilææ & Iudææ & Ierusalem: & virtus
erat dñi ad sanandos eos. Et ecce viri por-
tãtes in lecto hominẽ qui erat paralyticus,
& quærebant eũ inferre & ponere ante eũ.
Et non inuenientes quà parte illum infer-
rent præ turba, ascenderũt supra tectum, &
per tegulas submiserũt illum cum lecto in
medium ante Iesum. Quorũ fidẽ vt vi-
dixit: hõ remittunt tibi peccata tua &c. Re-
manet igit̃ q̃stio inter Marcũ & Matthæũ
quod Matthæus ita scribit tanquã in ciuita
te dñi factum sit. Marcus autẽ in Capha
naum. Quæ difficilius solueretur, si Mat-
thæus etiã Nazareth nominaret. Nũc uero
cũ potuerit ipsa Galilæa dici ciuitas Chri-
sti, quia in Galilæa erat Nazareth, sicut uni
uersum regnũ in tot ciuitatibus constitutũ,
dicitur Romana ciuitas: cuiq; in tot genti-
E bus constituta ciuitas sit, de qua scriptũ est,
Psal. 86. Gloriosissima dicta sunt de te ciuitas dei: &
cum ipse prior populus dei in tot ciuitati-
bus habitans, etiã vna domus dicta sit do-
mus Israel: quis dubitauerit in ciuitate sua
hoc fecisse Iesum, cũ hoc fecerit in Caphar
naum ciuitate Galilææ? quo transfretando
redierat de regione Gerasenorũ, vt veniens
in Galilæã, recte diceretur venisse in ciuita
tem suã, in quocunq; oppido esset Galilææ:
præsertim quia, & ipsa Capharnaũ ita ex-
cellebat in Galilæa, vt tanquã metropolis
haberetur. Quod si prorsus nõ liceret accip-
pere ciuitatem Christi vel ipsam Galilæam,
in qua erat Nazareth, vel ipsam Caphar-
naũ, q̃ sicut caput Galilææ ciuitatibus emi-
nebat diceremus Matthæum, prętermisisse
quæ gesta sunt, posteaquam venit Iesus in
ciuitatem suam, donec veniret Caphar-
naum, & hoc adiunxisse de sanato paralyti
co, sicut in multis ita faciunt prætermitten-
tes media, tanquam hoc continuo sequatur,
quod sine vlla prætermissionis suæ signifi-
catione subiungunt.

De uocatione quoq; Mattthæi vtrũ Mar-
co & Lucæ qui dicunt, Leui Alphei, idẽ
Mathæus congruat. Cap. XXVI.

H In ergo sequitur Matthæus, dicens, Et Matt. 9
cum transiret inde Iesus, vidit hominẽ F
sedentem in teloneo Matthæum nomine, Marc. 2
Et ait illi, Sequere me. Et surgens secutus
est eũ. Ioc Marcus ita narrat, eundẽ etiam
ipse ordinẽ tenens post illius paralytici sani
tatẽ. Et egressus est, inquit, ad mare, oisq;
turba veniebat ad eũ, & docebat eos. Et cũ,
præteriret, vidit Leui Alphei sedentẽ ad te- Luc. 5
lonem, & ait illi, Sequere me. Et surgens
secutus est eũ. Nihil hic repugnat: ipse est
enim Matthæus qui & Leui. Lucas ẽt post
eum paralyticũ sanatum ita subiungit, Et
posthæc exijt, & vidit publicanũ nomine
Leui sedentem ad teloneũ, & ait illi, Seque
re me. Et relictis omnibus, surgens secutus
est. Hinc autẽ probabilius videt q̃ hæc
prætermissa recordando Matthæus cõme-
morat: quia vtiq; ante illum sermonem ha-
bitum in monte, credendum est voca-
tum esse Matthæum. In eo quip
pe monte tunc Lucas cõ-
memorat oẽs duo-
decim ex pluri
bus disci-
pulis electos, quos &
Apostolos no-
minauit.

De

De conuiuio vbi obiectum est ei, quòd cum
peccatoribus manducarent, & quòd non
G ieiunarent discipuli eius, quod videtur
alius alio dicere, à quibus obiectum sit, &
de verbis eorum responsisque domini
vtrum Matthæus & Marcus Lucæ con-
gruant. Cap. XXVII.

Matt. 6. SEquitur itaq; Matthæus & dicit, Et fa-
ctum est discumbente eos in domo, ecce
multi publicani & peccatores venientes, di-
scumbebant cum Iesu & discipulis eius &c.
vtq; ad illud vbi ait, Sed vinum nouum in
vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur.
Hic Matthęus non expressit in cuius domo
discumbebat Iesus cum publicanis & pecca
toribus: vnde posset uideri non hoc ex ordi-
ne subiunxisse, sed quod alio tempore factũ
est, recordatus interposuisse, nisi Marcus &
Lucas, qui hoc omnino similiter narrat, ma
nifestarent in domo Leui, hoc est Matthæi
discubuisse Iesum & dicta illa omnia quę se
Marc. E. quuntur. Ita. n. Marcus hoc idem dicit, eun-
dem ordinẽ seruans, Et factum est, cum ac-
cumberet in domo illius, multi publicani &
peccatores simul discumbebant cum Iesu.
Cum ergo dicit, In domo illius: exprimit
vtiq; illum, de quo superius loquebatur. i.
Lucæ. 5. Leui. Sic & Lucas cũ dixisset, Ait illi, Seque
re me, & relictis omnibus, surgens, secutus
Matt. 8. est eum: continuo subiecit, Et fecit ei conui-
uium magnũ Leui in domo suo, & erat tur
H ba multa publicanorum & aliorum, qui cũ
illis erant discumbentes. Manifestum est ita
que in cuius domo ista gerebantur. Iam ip-
sa verba videamus: uel quæ à dño dicta, uel
Matt. 9. quæ ab illo responsa sunt, oẽs isti tres Euan
gelistæ posuerunt. Matthæus, Et videntes,
Marc. 2. inquit, Pharisæi, dicebant discipulis eius,
Quare cum publicanis & peccatoribus mã-
ducat magister vester? Totidẽ penè uerbis
hoc ait & Marcus. Quare cũ publicanis &
peccatoribus manducat & bibit magister ve
ster? Prætermissum est ergo à Matthæo qđ
Lucæ. 5. iste addidit, & bibit. Sed quid ad rem, cum
plena sit sententia, insinuans pariter conui-
uantes? Lucas autem aliquanto differentius
hoc videtur commemorasse. Et murmura-
bant, inquit, Pharisæi & Scribæ eorum, di-
centes ad discipulos eius, Quare cum publi
canis & peccatoribus manducatis & bibi-
tis? Non vtiq; magistrum eorum volens il-
lic inteligi, sed simul omnibus, & ipsi & di-
scipulis eius hoc obiectum insinuans: non
tantum ei dictum, sed illis, quod & de ipso
& de illis acciperetur. Nam vtiq; & ipse Lu
cas ita dicit dñm respondisse. Non ueni uo
care iustos, sed peccatores in pœnitentiam.
Quod non eis respondisset, nisi quod dixe-
rant, manducatis & bibitis, ad ipsum maxi-
me pertineret. Propterea etiã Matthæus & I
Marcus de illo discipulis eius hoc obiectũ
esse narrarunt: quia & cũ de discipulis dice-
batur, magistro magis objiciebatur, quem
sectando imitabant. Vna ergo sententia est,
& tanto melius insinuata, quanto quibusdã
verbis, manente veritate, variata. Item quod
Matthæus refert dñm respondisse, Non est Matt. 9.
opus valentibus medicus, sed male habenti-
bus. Euntes aũt discite quid est, Misericor-
diam volo & non sacrificium, Non. n. veni Oseæ. 6.
vocare iustos, sed peccatores: Marcus quoq; Lucæ, 5.
& Lucas eisdem penè verbis eãdem senten-
tiam tenuerunt, nisi q̃ ambo nõ interponũt
illud ex Propheta testimonium, Misericor-
diam uolo q̃ sacrificium. Lucas autem cum
dixisset, Non. n. veni uocare iustos, sed pec-
catores addidit, in pœnitentiam: quod ad ex-
planandam sententiam valet, ne quisquam
peccatores ob hoc ipsum, q̃ peccatores sunt,
diligi arbitretur à Christo: cũ & illi simili-
tudo de ægrotis bene intimet qđ velut deus
vocando peccatores, tanquã medicus, ægro-
tos, vtiq; vt ab iniquitate tanquam ab ægri-
tudine salui: fiat quod fit per pœnitentiam.
Item quod dicit Matthæus, Tunc accesse- Matt. 9.
runt ad eũ discipuli Ioannis dicẽtes. Quare K
nos & Pharisæi ieiunamus frequenter? Mar Marc. 2.
cus similiter intulit, dicens, Et erant discipu
li Ioannis & Pharisæi ieiunantes, & veniũt
dicunt illi, Cur discipuli Ioannis & Phari-
sæorum ieiunant, tui aũt discipuli non ieiu-
nant: nisi q̃ iste putari potest addidisse, Pha
risæorum, q̃ simul cum discipulis Ioannis
hoc dixerunt, cum Matthæus tantum disci-
pulis Ioannis hoc dixisse perhibeat. Sed uer
ba ipsa, quæ illos dixisse apud Marcum legi
tur, magis indicant alios hoc dixisse de alijs
id est, conuiuas qui aderãt uenisse ad Iesum,
quia ieiunabant discipuli Ioannis & Phari
sæi, & hoc ei de illis dixisse: ut quod ait, ue-
niunt, non de ipsis dixerit de quibus inter-
posuerat, Et erant discipuli Ioannis & Pha-
risæi ieiunantes: sed cum isti essent ieiunan-
tes, veniunt illi quos hoc mouet, & dicunt
illi, Cur discipuli Ioannis & Pharisæorũ ie
iunant, tui aũt nõ ieiuuant? Qđ Lucas eui-
dentius expressit, ita hoc idẽ intimans, cum Lucæ. 5.

t 2 dixisset,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixisset, quid eis rñderit dñs de vocatione peccatorum, tanquã ægrotorum. An illi, inquit dixerunt ad eũ, Quare discipuli Ioannis iciunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Pharisæorũ, tui aũt edunt
L & bibunt? Ergo & hic sicut Marcus alios de
Matt. 8. alijs hoc dixisse narrauit. Vñ ergo Matthęus Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis dicẽtes, Quare nos & Pharisæi iciunamus; nisi quia & ipsi aderant, & oẽs certatim, vt quisq; poterat, hoc obiecerunt. Quorũ sententia diuerso loquendi modo, sed tñ à veritate nõ alieno, à tribus Euangelistis insinuata est. Item illud de sponsi filijs, quia nõ iciunabunt quandiu cum eis est sponsus, simi-
Matt. 9. liter interposuerunt Matthæus & Marcus,
Marc. 2. nisi quod Marcus filios nuptiarum appellauit, quos ille sponsi: quod ad rem nihil interest. Filios quippe nuptiarum non tantum sponsi, sed etiam sponsæ intelligimus. Eadẽ ergo est aperta sententia, non altera aduersa. Lucas aũt non ait, Nunquid possunt filij sponsi iciunare, sed ait, Nunquid potestis filios sponsi, quandiu cum illis est sponsus,
Luc. 5. facere iciunare? In quo & ipse ad aliud quid dam insinuandum, eandem sententiam eleganter aperuit. Sic.n. intelligitur, eosdem ipsos qui loquebantur, fuisse facturos, ut lugẽtes iciunarent filij sponsi, qm̃ ipsi essent spõsum occisuri. Quod aũt dixit Matthæus, lugere: hoc Marcus & Lucas, iciunare: quia & illi postea tunc iciunabunt ait, non tunc lugebunt. Verum illo verbo significauit de tã-
M li iciunio dñm locutum, quod pertinet ad humilitatem tribulationis: vt illud alterum quod pertinet ad gaudium mentis, in spiritalia suspẽsæ, atq; ob hoc alienatæ quodammodo à corporalibus cibis, posterioribus similitudinibus dominus significasse intelligatur, de panno nouo & vino nouo: id ostẽdens quòd animalibus atq; carnalibus circa corpus occupatis, & ob hoc veterem adhuc sensum trahentibus, hoc genus iciunij non congruat, quas similitudines & alij duo similiter explicarunt. Iam enim satis in promptu esse, nihil cõtrarium, si quis alius dicit quod alius prætermittit, seu verbi, seu rei: dum vel ab eadem sententia non recedatur, vel quæ forte ab alio ponitur, alij non aduersatur.

De filia archisynagogi resuscitata, & muliere quæ tetigit fimbriam vestimenti eius, utrum ordo quo dicta sunt nihil cuiquã eorum aduersetur à quibus dicta sunt, & maxime de verbis ipsius archisynagogi quibus rogauit dñm. Cap. XXVIII.

S Equitur deinde Matthæus adhuc tempo rum ordinẽ seruans. Hæc illo loquẽte ad eos, ecce princeps unus accessit & adorabat A eum dicens, Filia mea modo defuncta est, sed ueni impone manum tuam super eam, & uiuet &c. usque ad illud ubi ait, Et surrexit puella, & exijt fama hæc in uniuersam terram illam. Dicunt hęc & alij duo, Marcus & Lucas, sed ab isto ordine iã recedunt. Alibi. n. hoc recordantur, atq; inserunt. i. eo loco ubi redit transfretando à regione Gerase norum, post expulsa, & in porcos permissa dæmonia. Nam hoc Marcus ita coniungit Marc. 5.
post illud apud Gerasenos factum. Et cum transcendisset, inquit, Iesus in naui rursus trans fretũ, conuenit turba multa ad illum, & erat circa mare. Et uenit q̃dam de archisynagogis, nomine Iairus, & uidens eũ procidit ad pedes eius: &c. Ac per hoc intelligẽdum est, hoc quidem de archisynagogi filia factum esse, cum transcendisset Iesus in naui rursus trans fretum, sed quanto post non apparet, Nisi enim fuisset interuallum, non esset quando fieret quod modo narrauit Matthęus in conuiuio domus suæ: tanquam Matt. 9.
de alio quippe narrauit, more Euangelistarum, quod de se ac domo sua gestum erat, post quod factum nihil aliud continuo sequitur q̃ hoc de archisynagogi filia. Sic. n. ipse contexit, ut ipse transitus aperte indicet hoc consequenter narrari, quod & cõsequẽter factum est. Quandoquidem cum superius commemorasset, quæ de panno nouo B
& de uino nouo Iesus dixerit, continuo subiecit: Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps unus accesit. Ac per hoc si hæc illo loquẽte accessit, nihil aliud factorũ dictorũq; eius interpositum est. In narratione autem Marci, patet locus ubi interponi alia potuerint, sicut iam ostendimus. Similiter & Lucas, cum post narratum apud Gerasenos miraculum, transijt ad narrandum de archisynagogi filia, non sic transijt ut renitaĩ Matthæo, qui post illas de panno & uino similitudines hoc gestum esse demonstrat: dicendo: Hoc illo loquente. Iste quippe cum terminasset qd̃ apud Gerasenos factũ narraue- Luc. 8.
rat,

rat, hoc modo transijt in aliud: Factum est aũt, inquit, cum rediisset Iesus, excepit illũ turba: Erant. n. omnes expectantes eum. Et ecce vir cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu &c. Et sic intelligitur qd̃ turba quidem illa cõtinuo exceperit dominũ, quippe quẽ rediturum expectabat. Quod vero adiunxit: Et ecce vir cui nomen Iairus, non continuo factum accipiendum est, sed prius illud de
Matt. 9. cõuiuio publicanorum, sicut narrat Mat-
C thæus. Cui rei sio cõiungit hoc, vt non possit aliud factũ cõsequẽter intelligi. In hac ergo narratione, quã nunc cõsiderandã suscepimus, de illa quidem q̃ fluxum sanguinis patiebatur, omnes isti tres Euangelistæ sine nulla quæstione concordant. Neq;. n. interest ad rei veritatem, q̃ ab alio aliquid
Marc. 5. tacitum, ab alio dicit: nec q̃ Marcus dicit,
Luc. 8. Quis tetigit vestimenta mea. Et Lucas, Quis me tetigit. Alter. n. dixit vsitate, alter proprie, eandẽ tñ vterque sententiam. Nã vsitatius dicimus, cõscindis me, q̃ conscindis
Matt. 9. vestimenta mea: cum tñ in aperto sit qd velimus intelligi. At uero cum Matthæus archisynagogum, non morituram vel morientem vel in extremo vitæ positam filiã suam narrat dño nunciasse, sed omnino defunctam: illi autem duo, morti iam proxi-
Marc. 5. mam, nondum tñ mortuã, vsqueadeo, vt di-
Luc. 8. cant uenisse postea qui mortuam nunciarent, & ob hoc iam non debere vexare magistrum: tanquã sic veniret, vt manum imponendo mori non sineret, non vt qui posset mortuã suscitare. Considerandum est ne repugnare videat, & intelligendum est, breuitatis causa Matthęum hoc potius dicere voluisse rogatum esse dominũ vt faceret,
D quod eum fecisse manifestum est, vt scilicet mortuũ suscitaret: attendit. n. non verba patris de filia sua, sed qd̃ est potissimum, ve luntatem: & talia verba posuit, qualis voluntas erat. Ita enim desperauerat, vt potius eã vellet reuiuiscere, non credens viuam posse inueniri, quam morientem reliquerat. Dei taque posuerunt quid dixerit Iairus: Matthæus autem quid voluerit atq; cogitauerit. Vtrunque ergo petitum est a domino, vt vel morientem saluam faceret, vel mortuã suscitaret. Sed cũ instituisset Matthæus totum breuiter dicere, hoc insinuauit patrẽ rogantem dixisse, quod & ipsum certum est noluisse, & Christũ fecisse. Sanè si illi duo vel quisquam eorum, patrem ipsum cõmemorasset dixisse, quod sui de domo venientes dixerant, vt iam nõ vexaretur Iesus, q̃ puella mortua fuisset, repugnarent eius cogitationi verba quæ posuit Matthæus. Núc vero & illud suis nunciantibus, & prohibentibus ne iam magister veniret, non legitur q̃ ille cõsenserit. Ac per hoc & illud quod Marc. 5.
ei dñs ait, Noli timere, crede tantum, & Luc. 8.
salua erit, non diffidentem reprehendit, sed Matt. 9.
credentẽ robustius confirmauit. Talis quip E
pe in illo fides erat, qualis & in illo qui ait, Credo domine, adiuua incredulitatẽ meã. Quæ cum ita sint, per huiusmodi Euangelistarum locutiones varias, sed non contrarias, rem planè vtilissimã discimus, & perne cessariam: nihil in cuiusque verbis nos debere inspicere, nisi voluntatem cui debent uerba seruire: nec mentiri quenquã, si alijs verbis dixerit quid ille voluerit, cuius verba non dicit: neq; miseri aucupes vocũ, apicibus quodãmodo literarũ putent ligandam esse veritatẽ, cũ vtiq; non in verbis tantũ, sed etiã in cæteris omnino signis animorũ nõ sit nisi ipse animus inquirẽdus: Quod aũt Matt. 9.
nõnulli codices habent scd̃m Matthæum, Marc. 5.
Nõ. n. mortua est mulier, sed dormit: cũ eã Esaiæ. 8.
Marcus & Lucas duodecim annorũ puellã fuisse testent, intelligas Hebræo more locutũ eẽ Matthæũ. Nã & alijs scripturarũ locis hoc inuenit, nõ eas tñ q̃ virũ passę fuerant, sed omnino fœminas etiam intactas atque integras, mulieres appellari: sicut de ip- Gen. 2.
sa Eua scriptum est, Formauit eam mulie- Nu. 13.
rem. Et illud in libro Numerorum, vbi iubentur custodiri mulieres, quæ nescierunt cubile masculi: id est, virgines ne interficiantur. Qua locutione etiam Paulus ip- F
sum Christum ait factum ex muliere. Hoc Gala. 4.
enim melius intelligimus quam vt illam duodecim annorum iam nuptam vel virũ expertam fuisse credamus.

De duobus cæcis & muto dæmonio, quæ solus Matthæus dicit. Cap. XXVIII.

S Equitur ergo Matthæus & dicit, Et tran seunte inde Iesu, secuti sunt eum duo cę Matt. 9.
ci, clamantes & dicentes. Miserere nostri fili Dauid: &c. vsque ad illud vbi ait, Pharisæi autem dicebant, In principe dæmoniorum eijcit dæmones. Hoc de duobus cæcis & de muto dæmonio, solus Matthæus po- Marc. 10.
nit. Illi enim duo cæci, de quibus & alij narrant, non sunt isti, sed tamen simile factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc. 18. Nat. 20. est: ait vt si ipse Matthæus non etiam illius facti meminisset, posset putari hoc, quod nunc narrat, dictum fuisse etiá ab alijs duobus. Quod cõmendare memoriæ diligẽter debemus, esse quædam facta similia, quod probatur, cum idem ipse Euãgelista vtrunque commemorat: vt si quando talia singula apud singulos inuenerimus, atque in eis contrarium, quod solui non posit: occurrat nobis non hoc esse factum, sed aliud simile, vel similiter factum.

G

Vbi turbarum misertus misit discipulos suos dans eis potestatẽ sanitatum præstãdarũ, & eis multa mãdauit ordinãs quẽ admodũ viuerẽt, vbi quærendũ est qũo Matthæus Marco, & Lucæ congruat, maximè de virga, quã secundum Matthæũ dicit nõ ferendam, secundũ Marcũ autẽ solam ferendam, & de habitu calciamentorum atq; vestium. Cap. XXX.

SAnè deinceps non apparet ordo rerum gestarum. Nam post hæc duo facta, de cæcis & muto dæmonio, ita sequitur: Et circũibat Iesus ciuitates omnes & castella, docẽs in synagogis eorũ, & prædicans Euangelium regni, & curans oẽm languorem, & oẽm infirmitatem. Videns aũt turbas misertus est eis, qui erãt vexati, & iacentes sicut oues nõ habentes pastorẽ. Tũc dicit discipulis suis, Messis quidem multa, operarij autẽ pauci. Rogate ergo dñm messis, vt mittat operarios in messem suã. Et cõuocatis duodecim discipulis suis dedit, illis potestatem spirituũ immundorũ: & cætera, vsque ad illud vbi ait, Amẽ, dico vobis, nõ perdet mercedẽ suam. In hoc toto loco, quẽ nunc commemorauimus, multa monuit discipulos suos, sed vtrum eum ex ordine Matthæus subiunxerit, an ei ordo narrandi recordatio sua fuerit, sicut dictum est, nõ apparet. Hũc locum breuiter videtur perstrinxisse Marcus, & eum sic ingressus est, dicens, Et circũibat castella in circuitu docens, & cõuocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatẽ spirituũ immundorum: &c. vsq; ad illud vbi ait, Excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. Sed antequam hoc narraret Marcus, prius post resuscitatã filiam archisynagogi, illud narrauit, vbi dominum in patria sua mirabantur, vnde illi esset tanta sapientia & virtutes, cum eius cognationem nossent,

Matt. 9.

Mat. 10.

H

Matt. 9.

quod Matthæus post admonitionem istam discipulorũ, & post alia multa cõmemorat. Itaq; incertum est, vtrũ hoc, quod agitur in eius patria, Matthæus omissum reuocauerit, an Marcus recordatũ anticipauerit: quisnam eorũ ordinẽ rei gestæ, & quis recordationis suæ tenuerit. Lucas aũt continuo post resurrectionem filiæ Iairi, subiungit hoc loco de potestate & admonitione discipulorum tam breuiter sanè q̃ Marcus: neq; ipse ita, vt hoc sequi etiam in rerũ gestarũ ordine appareat. In omnibus ergo discipulorum, Lucas, qui eos alios loco nominat, cum prius eliguntur in monte, à Matthæo nõ discrepat, nisi in nomine Iudæ Iacobi: quẽ Matthæus Thadeũ appellat, nonnulli autem codices habẽt Lebbeum. Quis autem unquam prohibuerit duobus vel tribus nominibus hominem vnum vocari? Solet itẽ quæri, qũo Matthæus & Lucas commemorauerit dixisse dñm discipulis, vt nec virgam ferrent, cum dicat Marcus, Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgã tãtum, Et sequatur etiam ipse, Non peram, non panem, neq; in zona æs, vt ostendat in eodem loco versari narrationem suam, in quo & illorum, qui dixerunt, nec virgam ferendam. Quod ita soluitur, vt intelligamus sub alia significatione dictam virgam, quæ secundum Marcum ferenda est: & sub alia illam, quæ secundum Matthæum, & Lucam non est ferenda: sicut sub alia significatione intelligitur tentatio, de qua dictũ est, Deus neminem tentat: & sub alia de qua dictum est. Tentat vos dominus deus uester, ut sciat si diligitis eum. Illa seductionis est, hæc probationis. Sicut iudicium aliter accipitur, de quo dictum est. Qui bene fecerunt, in resurrectionem uitæ: qui male fecerunt, in resurrectionem iudicij: aliter, de quo dictum est, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente nõ sancta. Illud enim iudicium dãnationis est, hoc discretionis. Et multa alia sunt uerba, q̃ non habent unam significationem, sed diuersis locis congruenter posita, diuerso modo intelliguntur, & aliquando cum expositione dicuntur: ut est illud. Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, ut sensibus perfecti sitis. Hoc enim breuiter clausa sententia dici potuit, Nolite esse pueri, sed estote pueri. Et illud, Si quis putat se sapientem esse in uobis, in hoc seculo stultus fiat, ut sit sapiens. Quid n. aliud

Mat. 13.

Luc. 9.

I Mar. 16.

Luc. 6. Mat. 10.

Mat. 10. Luc. 9. Marc. 6.

Iacob. 1. Deu. 13.

K Ioan. 5. Psa. 43.

1. Co. 14.

1. Co. 3.

dixit, q̃ non sit sapiens, vt sit sapiens? Aliqñ aũt clausæ ita dicuntur, ut exerceant inquirentem: vt est quod ait ad Galatas, Inuicẽ

Gala. 6. onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Qui. n. putat se esse aliquid cũ nihil sit, seipsum seducit. Opus autem suum probet vnusquisq;, & tunc in semetipso habebit gloriã, & non in altero. Vnusquisq;. n. proprium onus portabit. Nisi oneris nomẽ sub diuersis significationibus acceperis, proculdubio putabis eundem sibi in loquendo

L esse contrarium, & hoc in vna sententia tam vicine positis verbis. Qui cum pauloante diceret, Alter alterius onera portate: postea dixit, Vnusquisq; proprium onus portabit. Sed alia sunt onera participandæ infirmitatis, alia reddendæ rationis deo de actibus nostris. Illa cum fratribus sustinenda communicantur, hæc propria ab vnoquoq; portantur. Ita & uirga intelligitur spiritaliter,

1. Co. 4. de qua dicebat Apostolus, In virga veniam ad vos: & corporaliter, qua vtimur siue ad equum siue ad aliquid aliud opus fuerit, vt interim omittam & alias huius nominis figuratas significationes. Vtrunq; ergo accipiendum est à dño Apostolis dictum, Et ut

Mat. 10. nec uirgam ferrent, & non nisi virgam ferrent. Cum. n. secundum Matthæum diceret eis, Nolite possidere aurum, neq; argentũ, neq; pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calciamenta, neq; virgam: continuo subiecit, Dignus est enim operarius cibo suo. Vnde satis ostẽdit, cur eos hæc possidere ac ferre noluerit: non q̃ necessaria non sint sustentationi huius vitæ, sed quia sic eos mittebat, vt eis hæc deberi demonstraret ab illisipsis quibus Euangelium credentibus annunciarent: tanquam

M stipendia militantibus, tanquam fructum vineæ plantatoribus, tanquam lac gregis pastoribus. Vnde Paulus dicit, Quis militat

1. Co. 9. suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam & de fructu eius nõ edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis nõ percipit? Hinc enim loquebatur de ijs quæ necessaria sunt prædicatoribus Euangelij, vnde paulopost dicit, Si nos vobis spiritalia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus? Si alij potestatis vestræ participant, nonne magis nos? Sed non sumus vsi hac potestate. Vnde apparet hæc non ita præcepisse dñm tanquam Euangelistæ viuere aliunde non debeant q̃ eis præbentibus quibus annunciant Euangeliũ. Alioquin contra hoc præceptum fecit idem Apostolus, qui uictum de manuum suarum laboribus transigebat,

1. The. 6. ne cuiquam grauis esset: sed potestatem dedisse in qua scirent ista deberi. Cum autem à domino aliquid imperatur, nisi fiat, inobedientiæ culpa est: cum autem potestas datur, licet cuique non vti, & tanquam de suo iure recedere. Hæc ergo dominus loquens discipulis, id agebat quod iste Apostolus paulopost apertius ita explicat, Nescitis quoniam qui in templo operantur, quæ de templo sunt edunt. Qui altari deseruiũt altario compartiuntur. Sic & dñs ordinauit ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullius horum vsus sum. Cum itaq; dicit ita dñm ordinasse, se autem vsum non esse, vtiq; ostendit vtendi potestatem datam, non impositam seruiẽdi necessitatem. Hoc ergo ordinans dñs quod eũ ordinasse dicit Apostolus, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere: illa Apostolis loquebatur, vt securi non possiderent, neque portarent huic vitæ necessaria, nec magna, nec minima. Ideo posuit, nec virgam: ostendens à fidelibus suis omnia deberi ministris suis, nulla superflua requirentibus. Ac per hoc addendo, Dignus est enim operarius cibo suo: prorsus aperuit & illustrauit, vnde & quare hæc omnia loquerẽ.

De opere monachorũ. cap. 6.

Mat. 10.

A

1. Co. 9.

Mat. 10. Locæ. 9.

Marc. 6.

Hanc ergo potestatem uirgæ nomine significauit, cũ dixit, ne quid tollerent in uia nisi virgam tantum. Potuit. n. etiam sic breuiter dici, nihil necessariorum vobiscum feratis, nec virgam nisi uirgam tantum: vt illud q̃d dictum est, nec virgam: intelligatur, nec minimas quidem res. Quod vero adiunctum est, Nisi virgam tantum: intelligatur, quia per potestatem a dño acceptam quæ virgæ

B nomine significata est, etiam quæ non portantur non deerunt. Vtrunq; ergo dñs dixit, sed quia non vtrunq; vnus Euangelista cõmemorauit, putatur ille qui virgam sub alia significatione positam tollendam dixit, ei q uirgam rursus aliud significantem non tollendam dixit, esse contrarius: sed iam ratione reddita non putetur. Sic & calciamenta

Mat. 10. cum dicit Matthæus in via non esse portanda, curã prohibet, qua ideo portanda cogitãtur vt non desint. Hoc & de duabus tunicis intelligendum est, ne quisquam eorum præter eam quam esset indutus, aliam portandam putaret, solicitus ne opus esset, cum ex illa potestate posset accipere. Proinde Marcus dicendo calciari eos sandalijs vel soleis,

Marc. 6.

aliquid hoc calciamentum mysticę significationis habere admonet, vt pes neque tectus sit neque nudus ad terram.i.nec occultetur Euangelium,nec terrenis commodis innitatur. Et ꝙ non portari vel haberi duas tunicas,sed expresiius indui prohibet dicens: & ne induerentur duabus tunicis,quid eos monet,nisi non dupliciter, sed simpliciter ambulare? Ita dominum omnia dixisse, nullo modo dubitandum est, partim proprie,partim figurate: sed Euangelistas alia istum, alia illum inseruisse scriptis suis,quædam uero eodem vel duos vel tres eorum quoslibet uel omnes quatuor posuisse, nec sic tamen omnia esse conscripta, quæ ab illo seu dicta seu facta sunt. Quisquis autem putat non potuisse dñm in vno sermone quædam figurate,quædam proprie ponere eloquia,cætera eius inspiciat, & videbit q̃ hoc temere atque inerudite arbitretur. Potest enim iste, vt vnum aliquid dicam quod animo interim occurrit,quoniam monet, vt non sciat sinistra quid faciat dextra in eleemosynis,& ꝙc quid illic aliud præcipitur,figurate accipiendum putare. Sanè rursus admoneo, quod oportet meminisse lectorem, ne tali admonitione sæpissime indigeat, alijs atque alijs sermonum suorum locis, dominum multa iterare quæ alibi iam dixerat: ne forte ipsorum locorum ordo,cum vel ex alio Euangelista non conuenerit alicui eorum,hinc putet esse contrarium: cum intelligere debeat iterum alibi dici, quod iam alibi dictũ erat: nec tantum de dictis, verumetiam de factis obseruari debere. Nihil enim prohibet hoc idem iterum factum credere. Calumniari autem Euangelio, dum non credit iterum factum, quod iterum fieri nom potuisse nemo conuincit,sacrilegæ vanitatis est.

Matt. 6.

C

D

Vbi Ioannes Baptista misit ad Iesum de carcere discipulos suos, quod Matthæus & Lucas dicunt. Cap. XXXI.

Mat.11. SEquitur Matthæus & dicit, Et factũ est, cum cõsummasset Iesus,prȩcipiens duodecim discipulis suis, transijt inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum. Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui venturus es,an alium expectamus &c.vsq; ad illud vbi ait, Et iustificata est sapientia à filijs suis. Hunc totum locum de Ioanne Baptista, quòd miserit ad Iesum, & cuiusmodi responsum acceperint illi quos misit, & quicquid post eorum abscessum de Ioanne dominus dixit, interponit & Lucas: non quidem ipso ordine, sed quis eorum recordationis suæ, quis rerum ipsarum hic ordinem teneat, non apparet. Luc.7.

Vbi exprobrauit ciuitatibus quòd non agerent pœnitentiam, quod & Lucas dicit, vbi q̃rendum quemadmodũ illi Matthæus ipso ordine cõgruat. Cap. XXXII.

SEquitur Matthæus,& dicit: Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus,in quibus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, quia non egissent pœnitentiam: &c.vsq; ad illud vbi ait: Terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, q̃ tibi. Etiam hoc commemorat Lucas,continuato cuidam sermoni domini, etiam hæc ex ipsius ore coniungens: vnde magis videtur ipse hoc ordine illa commemorare, quo à domino dicta sunt. Matthæus autem suæ recordationis ordinem tenuisse: aut si illud quod idem Matthæus ait, Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus: sic accipiendum putatur, vt punctum ipsum temporis voluisse credatur exprimere in eo quod dictum est,tunc:non autem ipsum tempus aliquanto latius quo hæc multa gerebantur & dicebantur: quisquis hoc credit,credat etiam hoc esse bis dictum. Cum enim & apud vnũ Euangelistam inueniantur quædam quæ bis dixerit dominus: sicut & apud eundem Lucam de non tollenda pera in via & similiter cæteris,duobus locis dictum à domino inuenitur: quid mirum si & aliquid aliud bis dictum singillatim à singulis dicitur eodem ordine quo dictum est? Et ideo diuersus ordo apparet in singulis, quia & tunc quando ille, & tunc quando iste commemorat dictum est. Mat.11. Luc.10. Luc.9. & 10. E F

Vbi vocauit ad tollendum iugum & sarcinam suam,quemadmodum Matthæus à Luca non discrepat in narrandi ordine. Cap.XXXIII.

SEquitur Matthæus. In illo tempore respondens Iesus dixit: Confitebor tibi domine pater cœli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus: &c.vsque ad illud vbi ait: Iugum enim meum suaue est & onus meum leue. Huius loci & Lucas meminit, Mat.11. Luc.10.

meminit,sed ex parte. Non dicit enim ipse, Venite ad me omnes qui laboratis: & alia quæ sequuntur. Semel autem hoc dictum à domino, sed Lucam non tantum quod dictum est commemorasse,credibile est. Matthæus.n.dicit: In illo tempore respondens Iesus dixit: posteaquam exprobrauit ciuitatibus: Lucas autem post illam exprobrationem ciuitatum interponit quædam, non tamen multa: atq; hoc ita subiungit. In ipsa hora exultauit in spiritusancto,& dixit. Vnde etiam si Matthæus non in illo tempore diceret,sed in ipsa hora, tam pauca interponit Lucas in medio, vt etiam eadem hora dictum non absurde videatur.

G

Vbi discipuli spicas vellentes manducauerunt,quemadmodum inter se congruant Matthæus, Marcus & Lucas in narrandi ordine. Cap. XXXIIII.

Mat.12. SEquitur Matthæus & dicit, In illo tempore abijt Iesus sabbato per sata, discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas & manducare: & cætera, vsque ad illud vbi ait, Dominus est enim filius hominis ẽt sabbati. Hoc quoque sine vlla repugnantiæ
Marc.2. quæstione commemoratur & à Marco,& à
Luc.6. Luca, sed illi non dicunt, In illo tempore. Vnde fortasis magis Matthæus rei gestæ hic ordinem tenuit, illi autem recordationis suæ, nisi latius accipiatur quod dictum est, in illo tempore.i.in quo hæc multa & diuersa gerebantur.

De illo qui manum aridam cũ haberet,sabbato curatus est, quemadmodum narratio Matthæi concordet cũ Marco & Luca,vel rerũ ordine,vel domini & Iudæorum verbis. Cap. XXXV.

Mat.12. SEquitur ergo Matthæus ita narrans, Cum inde transisset, venit in synagogam eorum, Et ecce homo manum habens aridam:&c. vsque ad illud vbi ait, Et restituta est sanitati sicut altera. De isto sanato ꝙ manum habebat aridam,etiam Marcus & Lucas non tacent. Possent aũt putari, eo die factum & de spicis & de isto sanato,qm̃ & sabbatum hic commemoratur, nisi Lucas aperuisset alio sabbato factum esse de sanitate aridæ manus, proinde quod ait Matthæus, Et cum inde transisset venit in synagogam eorum: non quidẽ venit nisi cum inde trãsisset,Sed post quot dies in synagogam eorũ venerit, posteaquam p segetem illam transiuit,an recte cõtinuoq; illuc ierit nõ expressum est. Ac per hoc locus datur narrationi Lucæ, qui dicit alio sabbato huius manum sanatam.Sed potest mouere,qũo Matthæus dixerit,quod ipsi interrogauerint dñm, Si licet sabbato curare, volentes inuenire accusandi occasionem, Ipse vero illis de oue proposuerit similitudinem dicens, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam, & si ceciderit hæc sabbatis in foueam, nonne tenebit & leuabit eam? Quãto melior est homo oue. Itaq; licet sabbato benefacere. Cũ Marcus & Lucas illos potius à dño interrogatos esse perhibeant, Licet sabbato benefacere an male, animam saluam facere an perdere? Itaque intelligendum est ꝙ illi prius interrogauerint dominum, Si licet sabbato curare, deinde ꝙ intelligens cogitationes eorum, aditum accusandi quærentium, constituerit in medio eorum illum quem fuerat sanaturus,& interrogauerit quę Marcus & Lucas eum interrogasse commemorant, ac tunc illis tacentibus, proposuisse similitudinem de oue, concluseritq; ꝙ liceat sabbato benefacere. Postremo circunspectis eis cum ira, sicut Marcus dicit, contristatum super cæcitate cordis eorum dixisse homini, Extende manum tuam. Mat.12. Marc.3. Luc.6. I K

Considerandum, vtrũ ab isto cui arida manus sanata est, ita digrediantur hi Euangelistæ tres, vt in nullo sibi aduersentur ipso narrationis ordine. Cap. XXXVI.

SEquitur Matthæus ita contexens narrationem suam, Exeuntes autem Pharisæi consilium faciebant aduersus eum,qũo eum perderent: Iesus autem sciens recessit inde, & secuti sunt eum multi,& curauit eos omnes. Et præcepit eis ne manifestum eum facerent, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam dicentem: &c.vsque ad illud quod ait, Et in nomine eius gentes sperabunt. Hoc solus iste commemorat, illi duo in alia perrexerunt. Ordinem sane rei gestæ videtur Marcus aliquantulum tenuisse, qui dicit Iesum cognita maligna aduersum se dispositione Iudæorum, secessisse ad mare cum discipulis suis, & ad eum turbas confluxisse, & sanasse eum plurimos. Vnde autem cœperit in aliud ire,non ꝙ ordinem sequeretur,vix apparet: vtrum vbi dicit cõueniisse Mat.12. Esa. 42. Marc.3.

Universidad de Deusto Biblioteca

ueniſſe ad eum turbas: potuit.n.hoc iam & alio tempore,an vbi dicit, Aſcendit in mon-
Luc.11. tem. Quod & Lucas videtur commemoraſſe dicens, Factum eſt autem in illis diebus, exijt in montem orare. Dicendo enim, In illis diebus, ſatis oſtendit non continuo factum.

De muto & cæco qui dæmonium habebat, quomodo Matthæus Lucasq; conſentiant. Cap. XXXVII.

Mat.12. MAtthæus ergo ſequitur & dicit. Tunc oblatus eſt ei dæmonium habens cæcus & mutus, & curauit eum ita vt loqueretur & videret. Hoc nõ iſto ordine,ſed poſt alia
Luc.11. multa Lucas commemorat, & mutum dicit tantum,non etiam cæcum, ſed non ex eo q̃ aliquid tacet, ideo de alio dicere putandus eſt. Ea enim ſequentia etiam ipſe contexit, quæ Matthæus.

Vbi ei dictum eſt, q̃ in Beelzebub eijcit dæmonia, quicquid ex ipſa occaſione locutus eſt de blaſphemia aduerſus ſpiritum ſanctum,& de duabus arboribus, vtrum
L in nullo Matthæus à duobus alijs, maximè à Luca diſſentiat. Cap. XXXVIII.

Mat.12. SEquitur Matthæus dicens, Et ſtupebant omnes turbæ & dicebant, Nũquid hic eſt filius Dauid? Phariſæi autem audientes dixerunt,hic non eijcit dæmones niſi in Beelzebub principe dæmoniorum. Ieſus autem ſciens cogitationes eorum dixit eis, Omne regnum diuiſum contra ſe deſolabitur &c. vſque ad illud vbi ait, Ex verbis tuis iuſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Marc.3. Marcus non ex occaſione illius muti ſubijcit dictum de Ieſu,q̃ in Beelzebub eijceret dæmonia: ſed poſt alia quædam, quæ ſolus commemorat, hoc quoque ſubnectit: ſiue alio loco id recolens & adiungens, ſiue aliquid prætermittens,& deinde ad hunc ordinem rediens. Lucas autem penè totidẽ verbis hoc dicit,q̃ Matthæus: & quòd digitum dei appellat ſpiritum dei,ab eadem ſententia non recedit: quin potius & aliquid docet, vt nouerimus quemadmodũ intelligamus vbicunque in ſcriptura legerimus, digitum dei. In alijs autem,quæ non hic dicunt Marcus & Lucas, nulla controuerſia eſt: nec in his quæ aliquando aliter dicunt,quia eadem ſententia eſt.

Quod reſpondit petentibus ſignum de Io- M
na propheta,& de Niniuitis,& de regina Auſtri, & de ſpiritu immundo qui cum exierit ab homine redit, & inuenit domũ mundatam, quemadmodum Matthæus Lucæ congruat. Cap. XXXIX.

SEquitur Matthæus,& dicit, Tunc reſponderunt ei quidam de ſcribis & Phariſæis dicentes,Magiſter volumus à te ſignum videre: &c. vſque ad illud vbi ait, Sic erit & Mat.12.
generationi huic peſsimæ. Hęc etiam Lucas Luc.11.
narrat eo quidem loco, ſed aliquanto diſpari ordine. Nam illud quod petierunt ſignũ à dño de cœlo,ſupra commemorauit poſt illud de muto miraculum: & non ibi retulit quid eis ad hoc dñs reſpondiſſet, ſed poſtea cum turbæ concurriſſent,dicit hoc fuiſſe reſponſum eis, quos dat intelligi ſuperius à ſe commemoratos, q̃ de cœlo ſignum quærebant: & hoc annectit, poſteaquam interpoſuit de muliere,quæ dixit dño. Beatus vęter qui te portauit. Hanc autem mulierem interponit, cum de ſermone domini commemoraſſet, q̃ ſpiritus immundus exiens ab homine,redit,& inuenit mundatam domũ. Poſt mulierem ergo illam, cum diceret reſponſum eſſe turbis de ſigno, quod de cœlo quærebant, interpoſita ſimilitudine Ionæ A
prophetæ, deinde cõtinuato ſermone ipſius dñi, cõmemorat dictum de regina Auſtri, & de Niniuitis: ita aliquid potius commemorauit quod Matthæus tacuit, q̃ aliquid prætermiſit eorum, quæ hoc loco ille narrauit. Quis autem non videat ſuperfluo quæri, quo illa ordine dñs dixerit, cum & hoc diſcere debeamus per Euangeliſtarum excellentiſsimam authoritatẽ, non eſſe mendacium, ſi quiſquam non hoc ordine cuiuſquam ſermonem digeſſerit, quo ille, à quo proceſsit, cum ipſius ordinis nihil interſit ad rem, ſiue ita ſiue ita ſit. Et adhuc Lucas productiorem hunc domini ſermonem indicat, & in eo quædam commemorat, qualia Matthæus in ſermone illo,qui eſt habitus in Mat.5.
monte, quatibus dicta intelligimus: & ibi.ſi & hic. Terminato autem iſto ſermone, in aliud pergit Lucas, in quo vtrum ordinem rerum geſtarum ſeruauerit, incertum eſt. Ita enim connectit, Et cum loqueretur,ro- Luc.11.
gauit eum quidam Phariſæus vt prandere apud ſe. Non autem dixit, Cum hæc loqueretur: ſed, cum loqueretur. Nam ſi dixiſſet, Cum hæc loqueretur: neceſſario cogeret

ret intelligere hoc ordine non tantum à ſe fuiſſe narrata, verum & à domino geſta.

B Vbi ei nunciata eſt mater & fratres eius, vtrum à Marco & Luca ordo ipſe non diſcrepet. Cap. XL.

SEquitur ergo Matthæus & dicit, Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris,quærentes loqui ei: &c. vſque ad illud vbi ait, Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis eſt, ipſe meus frater & ſoror & mater eſt. Hoc ſine dubio conſequenter geſtum intelligere debemus: præmiſit enim cum ad hoc narrandum tranſiret, Adhuc eo loquente ad turbas. Quid eſt autem, adhuc: niſi illud quod loquebatur? Non enim dixit, Et eo loquẽte ad turbas,ecce mater eius & fratres, ſed, Adhuc eo loquente: quæ cum dicit,cogit intelligi,hæc loquẽte quæ ſuperius indicabat. Nam & Marcus poſt illud quod de blaſphemia ſpiritusſancti, quid dominus
Marc.3. dixerit, retulit. Et veniunt, inquit, mater eius & fratres: prætermiſsis quibuſdam, quæ in eodem textu ſermonis domini, & Matthæus prolixius Marco,& Lucas prolixius Matthæo poſuerunt. Lucas autem non huius rei geſtæ ordinem tenuit, ſed præoccupauit hoc, & recordatum ante narrauit. Denique hoc ſic interpoſuit,vt ſolutum appareat à nexu & ſuperiorum & inferiorũ.
C Poſt commemoratas enim quaſdam parabolas domini, ita hoc de matre & fratribus
Lucæ.8. eius recordatum interpoſuit. Venerunt autem ad illum, inquit, mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Non expreſsit quando ad eum venerint. Rurſus cum & hinc trãſijt,ita loquitur, Factum eſt autem, inquit, in vna dierum, & ipſe aſcendit in nauiculam, & diſcipuli eius. Et hic vtique cum dicit, Factum eſt autem in vna dierum: ſatis indicat, non neceſſe eſſe, vt hæc dies intelligatur,in qua hoc geſtum eſt, vel illa quæ continuo ſequitur. Nihil itaque habet repugnantiæ cum cæteris duobus,quod Matthæus de matre & fratribus domini narrat, neque in verbis domini, neque in ipſo ordine rerum geſtarum.

Quòd de nauicula turbis locutus eſt de illo,cuius ſemen in ſeminando, aliud cecidit in via, &c. & de illo cui ſuperſeminata ſunt zizania,& de grano ſinapis, & de fermento, & quòd in domo locutus eſt, & de theſauro abſcondito in agro, & de margarita,& de ſagena miſſa in mare, & de proferente de theſauro noua & vetera: quomodo Marco & Lucę Matthæus conſentiat, vel in his quæ cum illo dixerũt,vel de narrationis ordine. Ca. XLI.

SEquitur Matthæus. In illo die exiens Ie- D
ſus de domo,ſedebat ſecus mare: & cõgre Mat.13.
gatæ ſunt ad eũ turbæ multæ, ita vt in nauiculã aſcendẽs ſederet, & omnis turba ſtabat in litore, & locutus eſt eis multa in parabolis dicens: &c. vſq; ad illud vbi ait, Ideo omnis Scriba doctus in regno cœlorum ſimilis eſt homini patrifamilias,qui profert de theſauro ſuo noua & vetera. Poſt illud quod narratum eſt de matre & fratribus dñi, hoc cõtinuo geſtũ eſſe, & eũ ordinẽ Matthæum ẽt in narrando tenuiſſe,ea res inſinuat, quia cum illuc tranſiret,ita contexuit vt diceret, In illo die exiens Ieſus de domo ſedebat ſecus mare, & congregatæ ſunt ad eum turbæ multæ. Cum enim dicit, In illo die, niſi forte dies more ſcripturarum tẽpus ſignificet, ſatis indicat,aut hoc conſequenter geſtum, aut non multa interponi potuiſſe, maxime quia & Marcus eum ordinem tenet. Lucas Marc.4.
aũt poſt illud qđ narrat de matre & fratri- Lucę.8.
bus dñi,in aliud tranſit,nec eo tranſitu connexionem aliquam facit,qua huic ordini repugnare videatur. Omnium ergo horũ quę Matthæus dñm locutum eſſe narrauit, quæ cum illo dixerunt Marcus & Lucas, nõ habent repugnantiæ quæſtionem. Quæ autẽ ipſe ſolus dixit,multo magis ſine cõtrouer- E
ſia ſunt. Nec in ipſo ordine,quãuis aliquãto diuerſum alius alium teneat, partim geſtarum rerum,partim recordationis ſuæ, video quid vel cui quiſque aduerſetur.

Quòd venit in patriam ſuam & mirabãtur doctrinam,cum genus eius contemneret, quomodo conſentiat Marco & Lucę, Matthęus maximè vtrum narrandi ordo nihil alteri aduerſetur. Cap. XLII.

SEquitur ergo Matthæus. Et factum eſt Mat.13.
cum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas tranſijt inde, & veniens in patriam ſuam docebat

Universidad de Deusto
Biblioteca

docebat eos in synagogis eorum: &c. vsque ad illud vbi ait, Et non fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. A superiore sermone parabolarum sic transit, vt non ostendat consequentis ordinis necessitatem: præsertim quia Marcus ab istis parabolis, non in quod iste, sed in aliud tendens, in quod & Lucas, ita contexuit narrationē, vt credibilius ostendatur hoc esse potius cō sequenter gestum, quod ipsi duo continuanter adiungunt: de naui scilicet qua dormiebat Iesus, & de illo miraculo expulsorum
Marc. 4. dæmoniorum apud Gerasenos, quæ duo
Luc. 8. Matthæus iam superius recolens interpo-
F suit. Nunc ergo quæ in patria sua dominus
Ioan. 6. dixerit vel ei dicta sint, videamus vtrum cū alijs duobus Marco & Luca concordent. Nam Ioannes longe in diuersis & dissimilibus narrationis suæ locis, vel dicta esse domino talia, vel eum dixisse commemorat, qualia hoc loco tres cæteri meminerunt. Et Marcus quidem eadem propè cōmemorat hic omnia quæ Matthæus, nisi quòd dominum fabrum & Mariæ filium dicit à ciuiMarc. 6. bus suis dictum, non sicut Matthæus, fabri filium. Nec mirandum est, cum vtrunq; dici potuerit. Eo enim & fabrum credebant,
Mat. 13. quo fabri filium. Lucas autem eandem rem gestam latius indicat, & plura ibi commemo
Luc. 4. rat. Nec longe post baptismum & tentationem eius hæc inserit, sine dubio præoccupans quod multis rebus interpositis postea gestum est. Vnde quisque possit aduertere: quod huic tam magnæ quæstioni quam de consensu Euangelistarum enodandam deo adiuuante suscepimus, plurimum necessarium est, non nescientes aliquid eos prætermisisse, aut nescientes quemadmodum se ordo rerum gestarum haberet, alium potius ordinem suæ recordationis tenuisse. Quod hinc euidentissime intelligi potest, quia Lucas antequam narraret dominum fecisse Ca
G pharnaum, præoccupauit hunc locum quē nunc consideramus, vbi ciues eius & potentiam virtutis in eo stupebant, & ignobilitatem generis contemnebant. Nam & hoc eū dicit eis dixisse. Vtique dicetis mihi, medice cura teipsum, quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua: cum secundum eiusdem ipsius narrationem nihil adhuc legatur fecisse Capharnaum. Quod quia longum non est, & facillimum est & perneccessarium, totum inseruimus, vnde ad hoc narrādum & qūo venerit. Posteaquam baptizatum & tentatum dñm indicauit: ita
Luc. 4. sequitur. Et consummata omni tentatione diabolus recessit ab illo vsq; ad tempus. Et regressus est inde Iesus in virtute spiritus in Galilæam, & fama exijt per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorū & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutritus, & intrauit secundū consuetudinem suā die sabbati in synagogā, & surrexit legere. Et traditus est
Esa. 61. ei liber Prophetæ Esaiæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptū erat, Spūs dñi super me, propter quod vnxit me: Euāgelizare pauperibus misit me, prędicare captiuis remissionē, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annū H dñi acceptum, & diem retributionis. Et cum plicasset librum, reddidit ministro & sedit. Et omniū in synagoga oculi erāt intendentes in eū. Cœpit aūt dicere ad illos, quia ho die impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et oēs testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebāt de ore ipsius, & dicebant, Nonne hic est filius Ioseph? Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice cura teipsum. Quāta audiuimus facta in Capharnaū, fac & hic in patria tua: & cætera, donec peragat totum ipsum narrationis suæ locum. Quid est ergo euidentius quàm hoc eum scientē præoccupasse narrandum, cum vtique iam magna ab illo in Capharnaum facta fuisse & ipse nouerit, & ipse commemoraret, quæ se nondum narrasse vtiq; scit? Neque enim tantum ab eius baptismo progressus est, vt oblitus putetur nondum se aliquid commemorasse de ijs quæ in Capharnaum gesta fuerant. Modo enim cœpit post baptismum aliquid narrare de domino.

Quemadmodū inter se cōueniat Matthęus Marcus & Lucas de verbis Herodis cū I audisset de mirabilibus domini, vel de ipso narrationis ordine. Cap. XLIII.

SEquitur Matthæus, In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu, & ait pueris suis, Hic est Ioannes Baptista. Ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operantur in eo. Marcus hoc idem & eodem modo dicit, sed non eodem ordine. Nam posteaquam discipulos domini misit, dicēs eis, Ne quid in via ferrent nisi virgam tantum, terminato eo sermone, quantū ab illo commemoratum est, etiam hoc subiecit, nulla tamen facta necessitate, qua hoc etiam cō sequenter gestū esse intelligere cogeremur: sicut nec Matthæus, In illo tempore dixit: non illo die vel hora: nisi quòd Marcus nō quòd Herodes dixerit, sed dicebant, inquit, quia Ioannes Baptista surrexit à mortuis. Matthæus vero de ipso Herode, ait, inquit, pueris suis. Lucas etiā eum narrandi ordinem, quem Marcus tenens, nec ipse sanè ēt rerum gestarum eundem ordinē fuisse credi cogens, ita hoc idem cōmemorat. Audiuit
Luc. 9. aūt, inquit, Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat ab eo q̄ diceretur à quibusdam, Quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam vero, quia Helias appaK ruit: ab alijs autem, quia Propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait, Herodes, Ioannem ego decollaui: quis est autem iste, de quo ego audio talia? Et quærebat videre eū. In his verbis Lucas quoque Marco attestatur, ad hoc duntaxat, quòd alij dixerint non Herodes, Ioannem à moatuis surrexisse. Sed quia hæsitantem commemorauit Herodem, verbaque eius ita postea posuit dicentis, Ioannem ego decollaui, quis est aūt iste, de quo audio ego talia? Intelligendū est autem post hanc hæsitationem confirmasse in animo suo, quod ab alijs dicebatur, cum ait pueris suis, sicut Matthæus narrat, Et
Mat. 14. ait, pueris suis, Hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & ideo virtutes operā tur in eo. Aut ita pronūcianda sunt hæc verba, vt hæsitantem adhuc indicent. Si enim diceret, Nunquidnam hic est, aut nunquid forte hic est Ioannes Baptista, non opus esset admonere aliquid, de pronunciatione, qua dubitans atque hæsitans intelligatur. Nunc quia illa verba desunt, vtroque modo pronunciari potest, vt aut confirmatum eū ex aliorum verbis, credentem dixisse acci
Luc. 9. piamus: aut adhuc, sicut Lucas commemo-
Marc. 6. rat, hęsitantem: præsertim quia & Marcus, L qui superius dixerat, ab alijs fuisse dictum, quod Ioānes à mortuis resurrexit, in extremo tamen ipsum Herodē dixisse non tacet. Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit. Quæ item verba duobus modis pronunciari pñt, vt aut confirmantis, aut dubitantis intelligantur. Cum autē Lucas posteaquam hoc commemorauit in aliud transeat, duo isti Matthæus & Marcus ex hac occasione narrant, quemadmodum sit ab Herode Ioannes occisus.

De Ioanne incluso vel etiā occiso, quo ordine ab his tribus narret. Ca. XLIIII.

SEquitur ergo Matthæus, & dicit, Hero- Mat. 14.
des. n. tenuit Ioannē, & alligauit eū, & po Marc. 6.
suit in carcerem propter Herodiadem vxorē fratris sui: & cætera. vsq; ad eum locum, vbi ait, Et accedentes discipuli eius, tulerūt corpus eius, & sepelierunt illlud: & venientes nunciauerunt Iesu. Marcus hoc similiter narrat, Lucas aūt non eodem ordine id recordatur, sed circa ipsum baptismū, quo dñs baptizatus est. Vnde hoc præoccupasse intelligitur & ipse ex occasione, vt ibi narraret, quod multo post factum est. Cum. n. commemorasset Ioannis verba de domino, M quòd ventilabrum in manu eius, & munda bit aream suam: frumenta recondet in horreū suum, paleas aūt comburet igni inextinguibili: continuo subiecit, quod non continuo factum esse Ioannes euangelista apertisIoan. 10
me exponit, cum cōmemorat, posteaquam &. 5.
baptizatus est Iesus isse illum in Galilæā, quando fecit de aqua vinū: & inde post pau corū dierum in Capharnaum habitationē, redijsse ad Iudæam terram & ibi baptizasse multos circa Iordanem, antequam missus esset Ioannes in carcerē. Quis aūt non putēt, nisi qui minus in his literis eruditus est, tanquam post illa verba de ventilabro & de area mundata, continuo sit à Ioanne ostē sus Herodes, vt eum in carcerē miserit? Nō Supra. c.
aūt hoc ordine ista narrata quo gesta sunt, 17. & 18
& alibi iam probauimus, & hoc ipso loco non quilibet alius, sed idem Lucas hoc probat. Si enim potest verba illa continuo Ioānes in carcerem missus est, qūo post ipsam commemorationem Ioannis in carcerē missi baptizatus est Iesus secundū ipsius Lucæ narrationem? Proinde manifestū est, ex occasione recordatum præoccupasse, & antè multa quæ priusquam Ioanni hoc fieret gesta narraturus erat, hoc præoccupatū in sua narratione præmisisse. Sed nec illi duo Mat- A
thæus & Marcus eo rerum ordine de Ioanne in carcerem misso in sua narratione posuerunt, quod factum apparet etiā in eorum scriptis. Nam & ipsi dixerunt, tradito Ioan Matt. 4.
ne dñm isse in Galilæam, & post multa quę Marc. 1.
fecit in Galilæa veniunt ad Herod s admo Mat. 14.
nitionem vel hæsitationem, q̄ Ioannes quē Marc. 6.
decollauit, à mortuis resurrexit, & ex hac Luc. 9.
occasione narrant omnia, quæ de Ioanne contigerunt incluso & occiso.

Ad

Ad miraculum de quinque panibus quo ordine ab omnibus, & quemadmodum vētum sit. Cap. XLV.

SEquitur ergo Matthæus, cū dixisset nunciatū esse Christo q̄ Ioānes occisus sit, & ita narrationē contexit. Quod cū audisset, inquit, Iesus, secessit inde in nauicula in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbæ, secutæ sunt eū pedestres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbā multam & misertus est eis, & curauit languidos eorū. Hoc continuo post Ioannis passionem factum esse commemorat. Vnde post hæc facta sunt illa quæ primo narrata sunt, quibus motus Herodes dixit, Ioannem ego decollaui. Illa in. posteriora debent intelligi, quæ ad Herodem pertulit fama, vt moueretur & hæsitaret quisnam iste esse posset de quo audiret talia, cum Ioānem ipse occidisset. Marcus autem posteaquā passionem Ioannis narrauit, commemorat discipulos missos rediisse ad Iesum & renunciasse illi omnia q̄ egerāt & docuerant: & dīm eis, quod ipse solus cōmemorat, dixisse vt requiescerent pusillum in deserto, & ascēdisse cum eis in nauē & ipse. Et turbas hoc videntes præueniisse eos illuc: quarum misertum dīm docuisse multa: & hora iam progrediente factum esse, vt de quinque panibus & duobus piscibus oēs qui aderant pascerentur. Quod miraculū omnes quatuor Euangelistæ cōmemorauerunt. Lucas etiā qui iam longe supra de Ioānis passione narrauerat, ex occasione qua diximus, nunc posteaquam cōmemorauit illā Herodis hæsitationem de dño quisnā esset: hoc continuo subiungit quod Marcus .i. rediisse ad illū Apostolos & narrasse illi quecunq; illi fecerant. Et assumptis eis recessisse in locum desertum, atque eos secutas turbas, & locutum esse de regno dei, & eos qui cura indigebant sanasse: atq; inde ēt ipso die declinante commemorat miraculū de quinque panibus factū. At vero Ioānes qui multū ab eis tribus Euangelistis eo distat, quia magis in sermonibus quos dīs habuit immoratur, q̄ in factis quę mirabiliter fecit, posteaquā commemorauit eum relictā Iudea abiisse iterum in Galilæā, quod tunc intelligitur factū, cū & alij Euangelistæ dicunt eū Ioanne tradito isse in Galilæā. Posteaquā ergo id, commemorauit Ioannes in transitu eius per Samariam, multa q̄ locutus est ex occasione illius Samaritanæ q̄ inuenit ad puteum, cōtexit narrationi suæ & post duos dies dicit eū inde exisse in Galilæam, deinde venisse in Chanam Galilææ, vbi fecerat de aqua vinum, & sanasse filium reguli cuiusdā. Alia vero quæ illū an Galilæa fecisse atque dixisse alij dixerunt, Ioannes tacet. Sed sane quod illi tacuerunt, dicit ascendisse eū in die festo Hierosolymis, & fecisse ibi miraculū de homine qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, nec habebat hominē à quo in piscinā deponeretur, in qua varijs valetudinibus affecti sanabantur: & ex hac occasione multa eum locutum fuisse commemorat. Post hæc eū dicit abijsse trās mare Galilææ, quod est Tyberiadis, & secutam multitudinem magnam. Deinde abijsse in mōtem & ibi sedisse cū discipulis suis proximo Pascha die festo Iudæorū. Tunc leuatis oculis & visa multitudine maxima, pauisse ea de quinque panibus & duobus piscibus: quod & cæteri Euangelistæ dicunt. Ac per hoc prætermisisse illū, quæ illi narrando ad huius miraculi cōmemorationem venerunt, certū est. Veruntū tanquā ex alia narrationis via, cū & illi tacuissent quæ iste dixisset, ad hoc miraculum de quinq; panibus occurrerunt sibi & illi tres, qui penè pariter ambulant, & iste, qui sermonum dīm altā cōsectans, per alia q̄ illi tacuerunt circūuolauit quodammodo, & eis ad miraculum de quinque panibus pariter commemorādum, non multo post ab eis rursus in altiora reuolaturus occurrit.

Mat. 14. Luc. 6. Ioan. 6. Luc. 9. C Ioan. 4. Matt. 4. Marc. 1. Ioan. 4.

In ipso de quinque panibus miraculo, quēadmodum inter se omnes quatuor conueniant. Cap. XLVI.

SEquitur ergo Matthæus, & ad ipsum de quinque panibus factum narrationē suā suo ordine ita perducit, Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius dicentes, Desertus est locus, & hora iam prætercurrit, dimitte turbas vt euntes in castella emant sibi escas. Iesus autem dixit eis, Non habent necesse ire, date illis vos manducare: & cætera, vsque ad illud vbi ait, Manducantium autem fuit numerus quinq; milia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. Hoc ergo miraculū quod oēs quatuor Euāgelistæ cōmemorant & putantur inter se aliquid discrepare, considerandum atque tractandum est, vt ex hoc etiam ad cætera similia regulæ locutionum discantur, quibus tā diuersis eadem tū sīa retinetur, & eadem rerum veritas custoditur. Et inchoanda quidem est consideratio nō a Matthæo secundū ordinem Euangelistarum, sed a Ioanne potius a quo ita expressa est ista narratio, vt etiam nomina discipulorū diceret, cum quibus de hac re locutus est dūs. Ita n. dicit. Cum subleuasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima uenit ad eum, dicit ad Philippū, Vnde ememus panes, vt manducent hi? Hoc aūt dicebat tentās eū, & ipse. p. sciebat quid esset facturus. Respondit ei Philippus. Duorum denariorū panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex discipulis eius, Andreas frater Simonis Petri, Est puer unus hic qui habet quinq; panes hordeaceos, & duos pisces, sed hæc q̄d sunt inter tantos? Dixit ergo Iesus, Facite homines discumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Discubuerūt aūt viri numero quasi quinq; milia. Accepit ergo panes Iesus, & cū gratias egisset distribuit discumbentibus. Similiter & ex piscibus quātum volebant, Vt aūt impleti sunt, dixit discipulis suis, Colligite q̄ superauerūt fragmenta, ne pereant. Collegerunt aūt & impleuerunt duodecim cophinos fragmentorū ex quinq; panibus hordeaceis, q̄ superfuerunt his qui manducauerunt. Non hic quæritur q̄d iste dixit, cuiusmodi essent panes, hordeaceos. n. fuisse non tacuit, q̄d cæteri tacuerunt. Neq; hoc quæritur, q̄d iste non dixit, fuisse ibi etiam p̄ter quinq; milia virorum, mulieres, & paruulos, q̄d dixit Matthæus. Et omnino iam certū esse debet, & regulariter teneri in talibus quæstionibus, neminem mouere oportere, cū ab alio dr, quod ab alio prætermittitur. Sed quæritur quū ea quæ dixerūt vera sint omnia, ne narrationem alterius, narrans aliud alter excludat. Si. n. dominus secundum narrationem Ioannis, prospectis turbis quæsiuit a Philippo tentans eum, unde illis escæ dari possent, potest mouere, quomodo sit verum, q̄d alij narrauerunt, prius dixisse domino discipulos, ut dimitteret turbas quo possent sibi alimenta emere de proximis locis. Quibus ille respondit secundum Matthæum. Non habent necesse ire, date eis vos manducare. Cui etiam Marcus Lucasq; consentiunt, tantum hoc prætermittentes quod ait, Nō habent necesse ire. Intelligitur ergo post hæc verba dominum inspexisse multitudinem, & dixisse Philippo quod Ioannes cōmemorat, isti autem prætermiserunt. Deinde q̄ Philippus apud Ioannem respondit, hoc Marcus a discipulis responsum esse cōmemorat, uolens intelligi hoc ex ore cæterorum Philippum respondisse, quanquā & pluralem numerum pro singulari usitatissime ponere potuerunt. Quod ergo ait Philippus, Ducentorum denariorum panes nō sufficiunt eis, vt vnusquisque modicū quid accipiat: hoc est dicere quod ait Marcus, Euntes ememus ducentis denarijs panes, & dabimus eis manducare. Quod autem commemorat idem Marcus dixisse dominum, Quot panes habetis: prætermiserūt cæteri. Quod autem Andreas apud Ioannem de quinque panibus & duobus piscibus suggessit, hoc cæteri pluralem numerum pro singulari ponēres, ex discipulorum persona retulerunt. Et Lucas quidem responsionem Philippi & respōsionem Andreæ in vnam sententiam cōstrinxit. Quod enim ait, Non sunt nobis pluspquam quinque panes & duo pisces, ad Andreæ retulit responsionem. Quod vero adiunxit, Nisi forte nos eamus & emamus in omnem hanc turbam escas, videtur ad responsionem Philippi pertinere, nisi quod de ducentis denarijs tacuit, qui nquam & in ipsius Andreæ sententia potest hoc intelligi. Cum n. dixisset, Est puer vnus hic qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces: adiunxit et ipse, Sed hęc quid sunt inter tantos? Hoc est dicere, nisi forte nos eamus & emamus in omnē hanc turbā escas. Ex qua vniuersa varietate verborum, rerum aūt sententiarumq; concordia, satis apparet, salubriter nos doceri, nihil quærendum in verbis nisi loquentium voluntatem: cui demonstrandæ intuigilare debent omnes veridici narratores, cum de homine vel de angelo vel de deo aliquid narrant: horum enim voluntas verbi promi potest, ne de ipsa inter se aliquid discrepent. Sane prætermittere non oportet, hoc loco intenti & ad cætera q̄ talia forte occurrerint facere lectorem, quia Lucas dixit quinquagenos iussos esse discumbere, Marcus vero & quinquagenos & centenos, Qui hic ideo non mouet, quia vnus partem dicit, alter totum. Qui n. et de centenis retulit, hoc retulit quod ille prætermisit. Nihil itaq; contrariū est. Veruntamen si alius de quinquagenis tm commemoraret, alius tantō de centenis, valde videretur esse contrarium: nec facile

Ioan. 6. Matt. 14. Marc. 6. Luc. 6. D E F G H I K L M

Ioan. 6. Matt. 6. Ioan. 6. Infra c. 66. & 79. Luc. 9. Marc. 6.

le dignosceretur vtrunq; dictum esse, vnũ autem ab altero, alterum ab altero esse commemoratum, & tamen attentius consideratum inueniri debuisse quis non fateatur? Hoc ideo dixit, quia exsistunt sæpe aliqua eiusmodi, quæ parum intendentibus & temere iudicantibus contraria videantur & non sint.

Quòd ambulauit super aquas, quomõ qui hoc dixerunt inter se omnes quatuor cõueniant, & quomodo ab illo loco digrediantur, vbi turbas de quinque panibus pauit. Cap. XLVII.

Mat.14. SEquitur Matthæus & dicit, Et dimissa turba ascẽdit in montem solus orare. Vespere aũt facto, solus erat ibi. Nauicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus. Erat enim
K contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare. Et videntes eum super mare ambulantem turbati sunt dicentes, Quia phantasma est: & cætera. vsque ad illud vbi ait, Venerunt & adorauerunt eum dicentes, Vere filius
Marc.6. dei es. Marcus quoque hoc idem post narratum de quinq; panibus miraculũ ita sequitur, Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando, erat enim ventus contrarius eis: & cætera. similiter, nisi quòd de Petro super aquas ambulante nihil dixit. Hoc autẽ ne moueat præcauendum est, q̃ Marcus dixit de dño cum ambularet super aquas, & volebat præterire eos. Q̃o enim hoc intelligere potuerunt, nisi quia in diuersum ibat, eos volens tanquã alienos pterire, à quibus ita nõ agnoscebatur, vt phantasma putaretur. Quod ad mysticam significationẽ referri quis vsque adeo tardus est vt nolit aduertere? Sed tamẽ turbatis & exclamãtibus subuenit dicens, Confidite ego sum, nolite timere. Q̃o ergo eos volebat prætererire quos pauentes ita confirmat, nisi quia illa voluntas prætereundi ad eliciendum illum
Ioan. 6. clamorem valebat cui subueniri oportebat?
L Ioannes etiam adhuc cum istis aliquantum immoratur. Nam post narratum de quinq; panibus miraculum, ipse quoque hoc de laborante nauicula, & de ambulatione dñi super aquas non tacet, ita contexens, Iesus ergo cum cognouisset quia venturi essent vt raperent eum & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Vt autem sero factum est, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauem, venerũt trans mare in Capharnaum, Et tenebræ iã factæ erant & non venerat ad eos Iesus. Mare autem vento magno flante exurgebat: & cætera. Nihil hic contrarium videri potest, nisi quòd Matthæus dimisis turbis eũ dicit ascendisse in montem, vt illic solus oraret. Ioannes autem in montem fugisse, eum easdem turbas de quinq; panibus pauit. Sed cum & ipse Ioannes dicat post illud miraculum fugisse eum in montem, ne à turbis teneretur quę eum volebant regem facere: vtique manifestum est, quòd de monte in planiora descenderant quando illi panes turbis ministrati sunt. Et ideo non est contrarium q̃ ascendit rursus in montem, sicut & Matthæus & Ioannes dicunt: nisi q̃ Matthæus dicit, & ascendit. Ioannes autem fugit: quod M
esset contrarium, si fugiens non ascenderet. Mat.14.
Nec illud repugnat quod Matthæus dixit, Ioan.6.
Ascendit in montem solus orare: Ioannes autem, Cum cognouisset, inquit, quia venturi essent vt facerent eum regem, fugit iterum in mõtem ipse solus. Neque enim cau Phil.3.
sæ orãdi contraria est causa fugiendi: quandoquidem & hinc dominus trasfigurans in se corpus humilitatis nostræ, vt conforme faceret corpori gloriæ suæ, per id quoque Mat.17.
docebat hanc esse nobis magnam causam orandi, quando est causa fugiendi. Nec illud aduersum est quòd Matthæus prius eũ dixit iussisse discipulos ascendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas, ac deinde dimisis turbis ascendisse in montem solum orare: Ioannes vero prius eum fugisse commemorat solum in montem: ac deinde, Vt autem sero Ioan.6.
factũ est, inquit, descenderunt discipuli eius ad mare, & cum ascendissent nauem: & cætera. Quis enim non videat hoc recapitulando Ioannem postea dixisse factum à discipulis, quod iam Iesus iusserat antequam fugisset in montem sicut solet in sermone ad aliquid prætermissum redire quodammodo, Sed quia ipse reditus maxime in breuitate ac puncto temporis factus non commemoratur, putant plerunque qui audiunt, hoc postea factum esse quod postea dicitur. Sic etiam quos dixerat ascendisse nauem, & venisse trans mare in Capharnaum, dicit ad eos in mari laborantes venisse dominum ambulãtem super aquas, quod vtique prius in ipsa nauigatione factum est, qua veniebant

bant Capharnaum. Lucas aũt post narratũ
Luc. 9. de quinque panibus miraculum pergit in aliud, & ab ordine isto digreditur. Neque enim aliquid de nauicula illa commemorat & de via domini super aquas: sed cum dixisset, Et manducauerunt omnes, & saturati sunt, & sublatũ est quod superfuit illis fragmentorum cophini duodecim: deinde subiunxit, Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli, & interrogauit illos dicens. Quem me dicunt esse turbæ? Iam deinceps aliud narrans, & non quod illi tres qui dominũ ambulantẽ super aquas venisse ad nauigantes discipulos retulerun.
Mat.14. & 16. Nec ideo putari debet in illo monte quo eũ dixit Matthæus ascendisse ut solus oraret, dixisse discipulis, quem me dicunt turbæ. Lucas.n.uidet in hoc congruere Matthæo,
B quia dixit, Cum solus esset orans: cum ille
Luc. 9. Marc.15. dixisset, Ascendit in montẽ solus orare: sed omnino alibi cum solus oraret, & essent cũ illo discipuli hoc interrogauit. Solum quippe Lucas fuisse dixit, nõ sine discipulis sicut Matthæus & Ioannes, quãdo ab illo discesserunt ut præcederent eum trans mare. Iste nanque apertissime adiunxit, Erant cum illo, & discipuli. Proinde solum dixit, sine turbis, quæ cum illo non habitabant.

Quõ Matthæus & Marcus Ioanni non aduersentur, in eo quòd ab eis tribus narratur quod posteaquam transfretauerunt factum sit. Cap. XLVIII.

Mat.14. SEquitur Matthæus dicens, Et cum trãsfretassent uenerunt in terram Genesar, Et cum cognouissent eũ uiri loci illius, misserunt in uniuersam regionẽ illã, & obMat.15. tulerũt oẽs male habẽtes, & rogabãt eũ, vt fimbriã uestimenti eius tangeret. Et quicũque tetigerunt, salui facti sunt. Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scribæ, & Pharisæi dicentes, Quare discipuli transgrediuntur traditiones seniorum? Non.n. lauant manus suas cum panem manducant:
C & cætera. usque ad aliud ubi ait, Nõ lotis
Marc.6. Ioan.6. aũt manibus manducare, non coinquinat hominem. Hæc & Marcus cõmemorat sine aliqua repugnantiæ quæstione. Quicquid .n. diuerso modo ab a..o dicitur, ab eadẽ sententia nõ recedit. Ioãnes aũt ab illa nauicula ad quam dñs super mare ambulãs uenit, posteaquam exierunt in terram, more suo in sermone dñi intentus, eum ex occasione panis multa præcipueq; diuina locutum esse commemorat: postque ipsum sermonem rursus in aliud atq; aliud eius narratio subli miter fertur. Nec tñ in eo quòd ab istis digreditur, aliquid ordini istorũ, illius in alia transitus aduersatur. Quid enim prohibet intelligere & illos esse sanatos à domino de quibus narrant Matthæus & Marcus, & illis qui eum secuti sunt trans mare, hæc eum locutum esse quæ prædicat Ioannes? Quan doquidem Capharnaum quo dicuntur secundum Ioannem transfretasse, iuxta stagnum est Genesar, ad quam terram secundum Matthæum dicuntur exisse.

De muliere Chananæa quæ dixit: Et canes edunt de micis cadentibus de mensa dominorũ suorum, q̃o inter se Matthæus Lucasq; consentiant. Cap. XLIX.

SEquitur itaq; Matthæus post illum sermonem dñi, vbi de non lotis manibus cũ D
Pharisæis egit, atq; ita conserit narrationis Mat.15.
ordinem, quantum ipse transitus indicat, rerum etiam quæ consecutæ sunt ordinem seruans. Et egressus, inquit, inde Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit dicens ei, Miserere mei dñe fili Dauid, filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbum: & cætera. vsq; ad illud vbi ait, O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut petisti. Et sanata est filia illius ex illa hora. Hoc de muliere Cananæa et Mar- Marc.7.
cus commemorat, eundem rerum gestarum ordinem seruans, nec afferens aliquam repugnantiæ quæstionem, nisi q̃ in domo dicit fuisse dñm cum ad illum venit eadẽ mulier pro filia sua rogans. Matthęus autem posset quidẽ facile intelligi de domo tacuisse eandem tamen rem commemorasse, sed q̃n dicit discipulos domino ita suggessisse, dimitte illam quoniã clamat post nos: nihil videtur aliud significare q̃ post ambulantem dñm mulierem illam deprecatorias voces emisisse. Q̃o ergo in domo, nisi quia intelligendum est dixisse quidem Marcum q̃ intrauerit vbi erat Iesus, cum eum prædixisset fuisE
se in domo? Sed quia Matthęus ait, Non respondit ei verbum: dedit agnoscere q̃ ambo tacuerunt: in eo silentio egressum fuisse Iesum de domo illa: atque ita cætera contexuntur quæ iam in nullo discordant. Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim marcus commemorat ei dominum respondisse de pane filiorum non mittendo canibus: illis interpositis dicta sunt, q̃ matthæus dicta non tacuit. i. quia discipuli rogauerunt eum pro illa, & quia respondit nõ se esse missum nisi ad oues quæ perierunt domus Israel: & quia illa venit, id est, illa cõsecuta est, & adorauit eum dicens, Domine adiua me: tunc deinde dictum est quod Euangelistæ ambo commemorant.

Cùm de septem panibus pauit turbas, utrum inter se Matthæus marcusq; conueniant. Capito. L.

Mat.15. SEquitur matthæus ita narrans. Et cum transisset inde Iesus, venit secus, mare Galileæ, & ascendens in montem sedebat ibi: Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secũ mutos, claudos, cæcos, debiles & alios multos, & proiecerũt eos ad pedes eius: F & curauit eos, ita vt turbę mirarent, uidętes mutos loquẽtes, claudos ambulantes, cęcos uidẽtes, & magnificabant deũ Israel. Iesus aũt cũuocatis discipulis suis dixit, misereor turbę, quia triduo iam perseuerant mecum & non habent quod manducent: & cætera. usque ad illud vbi ait, Erant autem qui manducauerunt quatuor milia hominum extra paruulos & mulieres. Hoc aliud miraculũ de septẽ panibus & paucis pisciculis

Marc.8. et marcus cõmemorat eodẽ pene ordine, nisi qa interponit qđ nullus alius dicit, de surdo cui dominus aures aperuit, spuens & dicens, effeta quod est aperire. Hoc sane non

Marc.7. ab re fuerit admonere in hoc miraculo de septẽ panibus quod duo Euangelistę matthęus Marcusque posuerũt, qa si aliqs eorũ

Mat.14. Marc.6. Luc. 9. Ioã. 20. id dixisset, qui de illis q̃nque panibus nõ dixisset, cõtrarius cæteris putaret. Quis.n.nẽ existimaret vnũ ideoque factũ esse? Nõ aũt integre & veraciter, siue ab illo, siue ab alijs siue ab oibus fuisse narratũ: sed aut illũ pro quinque panibus septẽ dũ falleret cõmemorasse, aut illos, p septẽ quinque, aut vtrosq; mentitos vel oblitione deceptos. Hoc & de duodecim cophinis, & de septem sportis opi- G naretur quasi contrarium. Hoc de quinque milibus & quatuor millibus eorum qui pascerentur. Sed quia illi qui miraculũ de septẽ panibus narrauerũt, nec illud de quinque panibus tacuerũt, neminẽ mouet, & vtrũq; actũ nos intelligũt. Hoc ideo diximus vt si cubi simile inuenitur factum à domino, qđ in aliquo alteri Euangelistæ ita repugnare videatur vt oino solui no possit, nihil aliud intelligatur q̃ vtrũq; factũ esse, & aliud ab alio commemoratum, sicut de centenis, & quinquagenis discũbentibus commemorauimus. Quia si non etiam illud vtrunque apud vnum inueniremus, contraria singulos dixisse putaremus.

Quod dicit matthæus inde eum venisse in fines magedan, quomodo congruat Marco, & in eo quòd petentibus signum respondit iterum de Iona. Cap. LI.

SEquit matthęus & dicit, Et dimissa turba ascendit in nauiculam, & venit in fi- Mat. 15 nes: magedan: & cętera. vsque ad illud vbi ait, Generatio mala & adultera signum quærit, & signũ non dabitur ei nisi signũ Ionæ pphetę. Hoc ẽt & alibi dixit idẽ matthęus, Mat. 12 Vnde etiam atque etiam retinendum est, sæpius dominum eadem dixisse, vt quod exi stente contrario solui non potuerit, bis di- H ctũ intelligat. Hunc sane ordinẽ ẽt Marcus Marc. 8 tenẽs post illud de septẽ panibus miraculũ, hoc idẽ subijcit quod Matthęus, nisi q̃ Dalmanutha quod in quibusdam codicibus legitur, non dixit Matthęus, sed Magedan. Non autem dubitandum est eundem locũ esse sub vtroque noie. Nã plerique codices nõ habẽt ẽt scđm Marcũ nisi Magedã. Nec illud moueat, q̃ marcus nõ dicit respõsum esse quærentibus signum de cœlo idem qđ matthęus de Iona, sed ait dominum respõ disse, signum non dabitur ei. Intelligendum est enim quale petebant, hoc est de cœlo, prætermisit autẽ dicere de Iona quod Matthæus commemorauit.

De fermento Pharisæorum, quomodo cum Marco conueniant Matthæus & Lucas, vel re, vel ordine. Capitolo. LII.

SEquit Matthęus, & relictis illis abijt, Et Mat. 16 cum venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermento Pharisęorũ & Sadducęorum & cætera vsque ad illud I ubi ait, Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendum à f-mento panum, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducęorum. Hæc eadem etiam Marcus & eodem ordine digerit.

Dum

Dum interrogauit discipulos quem illum dicerent homines, vtrum nihil inter se repugnent matthæus marcus, & Lucas, rebus aut ordine. Capi. LIII.

Mar.16. SEquitur matthæus, Venit autem Iesus in partes Cęsareæ Philippi, & interrogabat discipulos suos dicens, Quem dixit homines esse filium hominis? At illi dixerunt, alij Ioannẽ Baptistã, alij autẽ Heliam, alii uero Hieremiam, aut vnum ex Prophetis: & cætera. usq; ad illud ubi ait, Et quodcunque solueritis super terram erit solutum & in cœlis. Hoc eodẽ penẽ ordine marcus narrat, sed interposuit primo de cæco illumina-

Marc.8. Lucæ 9. to, quod solus ipse commemorat, de illo qui dixit domino, Video homines sicut arbores ambulantes. Lucas autem post miraculum illud de quinq; panibus hoc recordatur atque inserit. Cuius recordationis ordo, sicut supra iam ostendimus, nihil repugnat ordini istorũ. Sed potest illud mouere,

Lucæ 9. q̃ Lucas dũm interrogasse discipulos suos, quem illum dicerent homines, tunc dixit, cum esset solus orans & adessent ẽt ipsi. Porrò autem marcus in uia dicit illos hoc ab K eodem interrogatos, Sed eum mouet qui pu-

Marc.8. Supra c. 17. tat q̃ nunquam orauit in uia. Iam etiam ipse me recolo dixisse, ne quis arbitretur q̃ hic Petrus nomen acceperit, ubi illi ait, Tu

Mat.16. Ioan.1. es Petrus & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Non enim accepit hoc nomen, nisi ubi Ioannes commemorat ei dictũ esse. Tu uocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Vnde nec illo loco, ubi mar-

marc.3. cus duodecim discipulos nominatim cõmemorans, dixit appellatos Iacobũ Ioannem filios tonitrui, arbitrandum est nomen accepisse Petrum, quia dixit illic q̃ imposuerit ei nomen vt vocaretur Petrus: hoc.n. recolendo dixit, non quod tunc factum sit.

Vbi prænunciauit discipulis passionem suã quæ sit inter matthæum, marcum & Lucam conuenientia. Cap. LIIII.

Mat.16. SEquitur Matthæus & dicit, Tunc pcepit discipulis suis vt nemini dicerent, quia ipse esset Iesus Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis, quia oporteret eũ ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis: & cætera vsq; ad illud ubi ait,

Marc.8. Lucæ 9. Nõ sapis ea quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. Hæc eodem ordine subnectuunt Narcus & Lucas, sed Lucas de Petro q̃ passioni L. Christi contradixerit tacet.

Vbi subiungunt ijdem tres quomodo præceperit dns vt post eum qui voluerit ueniat, quo secum concordent. Cap. LV.

SEquitur Matthæus, Tunc Iesus dixit di- Mat. 16. scipulis suis, Si quis vult post me venire abneget semetipsum, & tollat crucem suã & sequatur me: & cætera. usq; ad illud ubi ait, Et tunc reddet unicuiq; secundũ opus eius. Luc. 20. Hoc & Marcus subiungit eundẽ ordinẽ seruans, sed ipse non dicit de filio hominis uẽturo cũ angelis suis, ut reddat unicuiq; secm opus suum. Commemorat tñ etiã illud dixisse dominum, Qui.n.me confessus fuerit & mea verba in generatione ista adultera & peccatrice, & filius hominis confitebitur eum cũ uenerit in gloria sua cũ angelis sanctis. Quod intelligi potest ad eandem sententiam pertinere qua dixit Matthæus, vt reddat unicuiq; secundũ opus suum. Lucas quoq; eadem eodemq; ordine annectit, non Lucæ 9. multum diuerso verborum modo, eadem tamen sententiarum veritate simillimus.

Quod se dominus tribus discipulis in mõte ostendit cũ Moyse & Helia, quomodo inter se congruant tres isti ordine & re- M bus, & maximè propter numerum dierũ, quia Matthæus & Marcus dicunt post sex dies factum quod Lucas post octo dies. Cap. LVI.

SEquitur Matthęus, Amen dico uobis, Mat. 16. sunt quidã de hic stantibus, qui nõ gusta- Mat. 17. bunt mortẽ donec uideant filiũ hominis uenientẽ in regno suo. Et post dies sex, assumpsit Iesus Petrum & Iacobũ & Ioannẽ fratrem eius, & duxit illos in montẽ excelsum seorsum & transfiguratus est: & cætera. usq; ad illud vbi ait, Nemini dixeritis uisionẽ, donec filius hois à mortuis resurgat. Hęc visio dñi in monte corã trib. discipulis, Petro, Iacobo & Ioãne, vbi ẽt de cœlo illi testimoniũ paternæ uocis perhibitum est, à tribus Euangelistis eodem ordine cõmemoratur & ad easdẽ omnino sententias: sed cætera secundũ ea genera locutionum diuersa, sine vlla sententiarum diuersitate, quæ multis locis superius demonstrauimus uideri à legẽtibus possunt. Quòd autẽ Marcus post sex dies factũ dicit, sicut Matthæus, Lucas autẽ post octo, non contemnendi sunt si quos Marc. 8. mouet,

Mat.17. Luc. 9. A mouet, sed ratione reddità instruendi. Dies enim quando enunciamus dicentes, post tot dies, aliquando non annumeramus eũ in quo loquimur, & eum quo res ipsa futura est quam prænunciamus vel pollicemur, sed medios post quos reuera plenos atque integros illud futurum est. Hoc fecit Matthæus & Marcus: excepto eo die quo hæc loquebatur Iesus, & illo quo exhibuit memoratam in monte uisionem, medios dies intuentes dixerunt, post sex dies quod ille annumeratis sinalibus, id est primo atque ultimo, dixit, post octo dies, eo loquendi modo quo pars pro toto commemoratur. Item quo Lucas ait de Moyse

Lucæ 9. & Helia, & Factum est dum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Præceptor bonum est nos hic esse: & cætera, non debet putari contrarium ei quod Matthæus Marcusq; ita coniunxerunt, Petrum hoc

Mat.17. suggessisse, quasi adhuc Moyses & Helias

Mar.9. cum domino loquerentur. Non enim expressserunt, quod tunc: sed tacuerunt potius, quod iste addidit, illis descendentibus hoc Petrum de tribus tabernaculis faciendis domino suggessisse. Addidit etiam Lucas, intrantibus illis in nubem, factam esse vocem de nube, quod illi non dixerunt, sed nec contradixerunt.

B Vbi de aduentu Heliæ locutus est eis, quæsit conuenientia inter Matthæum & Marcum. Cap. LVII.

Mat.17. SEquitur Matthæus: Et interrogauerunt eum discipuli eius dicentes, Quid ergo scribæ dicunt, quòd Heliam oporteat primum uenire? At ille respondens ait eis. Helias quidem venturus est & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Helias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eum quæcunq; voluerunt: sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Hoc idem Marcus etiam hunc ordinem seruans commemorauit, &

Marc.9. in nonnulla diuersitate uerborum, nusquam tamen ab eiusdem sententiæ veritate discessit. Sed ipse non addidit, intellexisse discipulos, quòd Ioannem dominus significasset dicendo quòd Helias iam venerit.

De illo qui ei obtulit filium suum, quem discipuli sanare non potuerunt: quemadmodum tres isti consentiant etiam ordine narrationis. Cap. LVIII.

SEquitur Matthæus & dicit, Et cum uenisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus prouolutis ante eum dicens, Domine Mat.17. miserere filij mei, quia lunaticus est, & male patitur: & cætera usq; ad illud vbi ait, C Hoc autem genus non eiicietur nisi per orationem & ieiunium. Hoc & Marcus & Lucas eodem etiam ordine memorant sine ulla Marc.9. repugnantię quæstione. Lucæ9.

Vbi de passione sua cum eis dixisset contristati sunt, quod tres ipsi eodem ordine commemorant. Cap. LIX.

SEquitur Matthæus dicens, Conuersanti Mat.17. bus at eis in Galilæa dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus est in manus hominum, & occident eum & tertia die resurget: Et contristati sunt uehementer. Hoc eodẽ ordine Marcus Lucasq; commemorant.

Vbi de ore piscis soluit tributum, quod etiã Marc.9. Matthæus solus dicit. Cap. LX. Lucæ9.

SEquitur Matthæus. Et cum uenissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma Mat.17. accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei, Magister uester non soluit didrachma. Ait, etiã: & cætera usq; ad illud ubi ait, Inuenies staterem, illum sumens da eis pro me & te. Hoc solus iste commemorat, quo interposito eundem ordinem sequitur in quo cum eo etiam Marcus & Lucas pariter ambulant.

De puero paruulo quem proposuit imitandum: &c. Cap. LXI.

SEquitur ergo idem Matthæus & dicit, In D illa hora accesserunt discipuli, ad Iesum Mat.18. dicentes, Quis putas maior est in regno cœlorũ? Et aduocans Iesus paruulum statuit eũ in medio eorũ & dixit, Amẽ dico uobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut parnuli, non intrabitis in regnum cœlorum, vsque ad illud vbi ait. Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Ex isto aliquanto prolixiore domini sermone, non omnia

Marc.9. oĩa sed quædã Marcus eundẽ sequens ordinẽ posuit, quædam & ipse q̃ Matthæus non dicit, inserit. Totus aũt sermo quousq; eũ considerandũ suscepimus a Petro solo interpellatã quærente quotiens fratri debeat ignosci. Talia.n.dñs loquebatur, vt satis elucear, & hoc qd Petrus interrogauit, eiq; respõsum

Luc.9. est, ad eũdẽ pertinere sermonem. Lucas aũt nisi illud de paruulo quẽ cõstituit ante discipulos imitandum, cũ de sua magnitudine cogitarent, nihil hoc ordine seruato cõmemorat. Si qua.n.alia similiter dixit, q̃ & in isto

Ioã.10. sermone sunt posita, alibi & ex alijs occasiõnibus dicta recoluit. Sicut Ioannes de remissione peccatorũ, qd tenebuntur si cui remiserint, & dimittent si cui dimiserint, post E resurrectionẽ a dño dictũ cõmemorat, cum

Mat.18. Matthæus in hoc sermone dñm hoc dixisse

Mat.16. meminerit, quod & Petro ante dictũ fuisse idẽ ipse testat. Eadẽ itaque sæpe ac pluribus locis Iesum dixisse, nec vbi moueamur, si ordo dictorum quibusdã repugnare putabit sicut iam totiens commendauimus, meminisse debemus, ne hoc semper admonere necesse sit.

Quando interrogatus est, vtrũ liceat dimittere vxorem quemadmodũ inter se consentiant Matthæus & Marcus, maxime de ipsis interrogationibus uel dñi, uel Iudæorũ, atq; responsis, in quibus videtur aliquantulum uariare. Cap. LXII.

Mat.19. SEquitur Matthæus ita narrans: Et factũ est cum consummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanẽ, & secutæ sunt eũ turbæ multæ, & curauit eos ibi. Et accesserũt ad eũ Pharisæi, tentantes eũ & dicẽtes, Si licet homini dimittere vxorẽ suã quacunque ex causa: & cætera, usque ad illud vbi ait, Qui potest capere capiat. Hoc & Marcus cõmemorat eundẽ ordinẽ tenens. Sane videndũ

Mar.10. est, ne repugnare videat, qd idem Marcus à F dño dicit interrogatos Pharisæos, quid eis Moyses pceperit, atq; ita illos interroganti respondisse de permisso sibi libello repudij: cũ Matthæus dixerit uerbis dñi, q̃bus ostẽderat ex lege deũ cõiunxisse masculũ & fœminã, & propterea nõ eos debere ab homine separari retulisse responsionẽ. Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij & dimittere? Quibus iterum ait, Q̃n Moyses ad duritiã cordis uestri permisit vobis dimittere vxores uestras, ab initio aũt non sic fuit. Nã & Marcus hanc domini responsionem nõ tacet, sed posteaquã ei rñderunt, interrogãti de libello repudij. In quo ordine vel modo verborũ hoc intelligere debemus ad rei ueritatem nihil interesse, utrũ domino separationem, prohibenti & snĩam suam de lege firmanti, ipsi intulerint quæstionem de libello repudij, p eundẽ Moysen sibi permisso, per quẽ & illud scriptũ est, q̃p deus cõiunxerit masculũ & fœminã: an hoc illi idẽ de præcepto, Moysi eos interrogãti responderunt. Nã & uoluntas eius ita se habebat, vt nõ eis redderet rationẽ, cur illud Moyses permiserit, nisi prius ipsi hoc commemorassent, quæ voluntas eius, ea q̃ Marcus po- G suit, interrogatione significata est, & illorũ voluntas ipsa erat, vt de authoritate Moysi q̃m mandauit dari libellũ repudij, tanq̃ concluderet, eũ separationẽ sine dubio uetaturũ. Hoc.n.dicturi ẽt tentantes accesserant: q̃ voluntas eorum sic expressa est p Matthæũ vt nõ eos esse commemoraret interrogatos, sed vltro intulisse de mandato Moysi, quo velut cõuincerent dñm separationem cõiugum prohibentẽ. Cũ ergo uoluntas loquentiũ, cui debẽt uerba seruire, ab Euangelista vtroq; monstrata sit, nihil interest q̃ diuersus inter ambos fuerit narrãdi modus, dũ ab eadẽ ueritate neuter abscederet. Potest etiã hoc intelligi, q̃ sicut dicit Marcus prius eos de vxore dimittẽda interrogãtes, dñs uicissim interrogaret, qd eis præceperit Moyses. Qui cũ respondissent, Moysen permisisse libellũ repudij scribere & dimittere, respondit eis de ipsa lege per Moysen data, quomodo deus instituerit cõiugium masculi & fœminæ, dicens ea quæ ponit Matthæus, Non Mat.19. legistis, quia qui fecit ab initio, masculum, & Gene.1. fœminam fecit eos, &c. Quibus auditis illi d quid ei primo interrogãti responderant: repetierunt dicentes, Quid ergo Moyses H mãdauit dari libellum repudij & dimittere? Tũc Iesum causam ostendisse duritiæ cordis ipsorum, quam Marcus breuitatis causa prius ponit, tanquam illi priori quã Matthæus intermisit eorũ responsioni reddita: nihil deperire iudicans ueritati quocunq; loco eisdẽ ipsis uerbis quę bis dixerant redderetur, quoniam ipsis uerbis eam reddiderat dominus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

De paruulis quibus manus imposuit, de diuite cui dicit vende omnia tua: & de vinea in qua conducti sunt operarij per horas diuersas, quemadmodum Matthæus duobus alijs non repugnet. Cap. 63.

Mat.19. S Equitur Matthæus, Tunc oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Discipuli aũt increpabant eos &c. usq; ad illud vbi ait. Multi.n. sunt uocati pauci
Mar.10 aũt electi, Hunc cũ Matthæo Marcus ordinẽ tenuit, sed de cõductis operarijs ad uineã
Lucæ 9. solus Matthæus interponit. Lucas aũt cũ cõmemorasset illud quod eis dixit quærentibus inter se quis nã maior esset, adiũxit de illo quẽ uiderũt ei scientẽ dæmonia, cũ eũ nõ sequeret. Inde iã digredit ab istis duobus, ubi ait eũ firmasse faciẽ suã ut iret in Hierusalẽ. Ac post multa interposita occurrit eis rursus ad commemorandum istum diuitem
I cui dicitur, Vende omnia q̃ hẽs, quẽ nũc isti commemorant ex ordine quo pariter eunt.
Luc.18. Nam ibi ẽt Lucas de istis paruulis anteq̃
Mar.10. diuitis faciat mẽtionẽ, quẽadmodum & isti nõ ptermittit. De illo ergo diuite q̃rit, quid boni faciat vt uitam eternã consequat, põt uideri distare aliquid quod scdm Matthæum dicitur, Quid me interrogas de bono? Scdm illos autem, Quid mẽ dicis bonũ?
Mat.19. Mar.10. Nam quid me interrogas de bono, ad illud
Luc.18. magis referri potest quod ait ille quęrens, quid boni faciam? Ibi.n. & bonum noiauit, & interrogatio est: Magister autem bone, nondum est interrogatio. Commodissime ergo intelligitur utrunque dictum quid me bonum, & interrogas me de bono.

Vbi secreto duodecim discipulis de passione sua prædixit, & mater filiorum Zebedæi cum filijs suis petijt vt vnus eorum ad dexterã eius, alter ad sinistram sederet quõ non repugnet Matthæus alijs duobus. Cap. LXIIII.

Mat.20. S Equitur Matthęus & dicit, Et ascendens Iesus Hierosolimam assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tra-
K detur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad deludendum, & flagellandum, & crucifigẽdum, & tertia die resurget. Tũc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cũ filijs suis, adorans & petens aliquid ab eo. &c. vsque ad illud vbi ait, Sicut filius hominis nõ uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam in redẽptionem pro multis. Hunc cum illo ordinem etiam Marcus tenet, filios Zebedæi perhibens dixisse qd Mar.10.
ab eis non p eosipsos, sed p matrem dictum esse Matthæus expresit, cum illa eorum uoluntatem attulisset ad dominum. Vnde magis ipsos, quam illam dixisse, quod dictũ est, Marcus breuiter intimauit. Deniq; & dominus, & secundum Matthæum, & secundũ Marcum ipsis potius, quam matri respõdit.
Luc.18. Lucas autem posteaquam ex eodem ordine commemorauit, quæ de passione & resurrectione sua duodecim discipulis prædixerit, prætermittit ea q̃ isti commemorant, post quæ interposita occurrunt ei ad Hierico. Quod aũtem dixerũt Matthæus, & Mat.20.
Marcus de principibus gentium, qui dominantur subiectis, non ita futurum inter illos, sed eum qui erit maior, etiam seruum Mar.10.
aliorum futurum, dicit tale aliquid & Lucas, sed non eo loco: & ordo ipse indicat, Luc.22.
iterum esse eandem sententiam a domino dictam.

L

De cæcis Hierico illuminatis, quemadmodum non aduersetur Matthæus, uel Marco, uel Lucæ. Cap. LXV.

S Equitur Matthæus, & Egredientibus eis ab Mat.20.
Hierico, secuta est eũ turba multa. Et ecce duo cæci sedentes secus uiã audierunt q̃a Marcus
Iesus transiret, & clamauerunt dicẽtes, dñe miserere nostri fili Dauid, &c. usq; ad illud Matt.9.
ubi ait, Et confestim uiderũt, & secuti sunt Marc.10.
eũ, Hoc & Marcus cõmemorat, sed de uno Luc.18.
cæco factum. Quæ ita soluitur quæstio, ut illa soluta est de duobus qui legionẽ dæmonum patiebantur in regione Gerasenorum. Nam duorum ẽt cæcorũ quos modo interfuit vnum fuisse notissimum, & in illa ciuitate famosissimum, ex hoc etiam satis apparet, quòd & nomen eius & patris eius Marcus commemorauit. Quod in tot superius sanatis à dño non facile occurrit, nisi cũ Iai- Marc.5.
rum archisynagogũ etiã nomine expresit, Luc.8.
cuius filiã resuscitauit Iesus. In quo ẽt magis iste sensus apparet, quia & ille archisynagogus vtiq; in loco illo nobilis fuit. Proculdubio itaq; Bartimæus iste Timæi filius ex ali qua magna fœlicitate deiectus: notissimæ & famosissimæ miseriæ fuit, quòd non solum cæcus,

cæcus, verumetiam mendicus sedebat. Hinc est ergo q̃ ipsum solum uoluit comemoraM re Marcus, cuius illuminatio tam elaram famam huic miraculo comparauit, q̃ erat illius nota calamitas: Lucas vero quamuis omnino eodem modo factum, tamẽ in alio cæco intelligendus est par cõmemorare miraculum, & eiusdem miraculi parem modum. Ille quippe hoc factum dicit, cum appropinquaret Hiericho, at isti cum egrederetur ab Hiericho. Sed nomen ciuitatis & facti similitudo putari suadet semel esse factum: sed Euangelistas in hoc sibi aduersari, q̃ alius dicat, cũ appropinquaret Hiericho, alii cum egrederetur ab Hiericho, non sanè hoc persuadet, nisi eis qui procliuius credi uolunt mentiri Euangelium, q̃ duo similia similiterq; miracula fecisse Iesum. Quid autẽ sit credibilius, & quid potius uerum, & omnis fidelis filius Euangelij facillime uidet, & omnis contentiosus saltẽ cum admonitus fuerit, uel tacendo, uel etiam si tacere noluerit, cogitando sibi ipse respondet.

De asina & pullo quomodo Matthæus cæteris congruat, qui solum pullum commemorant. Cap. LXVI.

A S Equitur Matthæus & dicit, Et cũ appropinquasset Hierosolymis, & venisset Bethphage ad montem Oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos dicens eis, Ite in castellum quod contra uos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: &c. usq; ad eum locum ubi ait, Benedictus qui venit in nomine dñi, Osanna in altissimis. Hoc etiam Marcus narrat eodem ordine custodi
Mar.11. to. Lucas autẽ in Hiericho immoratur, quę
Luc.19. dam cõmemorans quæ isti prætermiserunt, de Zachæo principe publicanorum, & q̃dã in parabolis dicta. Post hæc & ipse occurrit ei ad huius pulli commemorationẽ in quo
Marc.6. sedit Iesus. Nec moueat q̃ Matthæus asi-
Lucæ 9. nam dicit & pullum, cæteri autem de asina
Supra tacent. Immo ẽt recordanda est illa regula
cap.46. quam de quinquagenis & centenis discũbentibus, cũ quinq; panibus turbæ pascerentur,
Mar.21. supra insinuauimus. Qua insinuata, non de-
Mar.11. beret hoc iã permouere lectorẽ, nec si Mat-
Luc.19. thæus ita de pullo tacuisset, quẽadmodum illi de asina tacuerunt, ut maxime contrariũ putaretur, q̃ vnus asinã dixit, alij pullum asinæ, quanto minus moueri oportet, quia vnus ita cõmemorauit asinã de qua cæteri tacuerunt. ut tñ pullum non taceret, de quo illi dixerunt. Vbi ergo vtrunq; factum põt B
intelligi, nulla repugnantia est, nec si alius aliud, & aliud alius cõmemoraret: quanto minus vbi alius vnũ, alius utrunq;. Ioãnes quoq; cum taceat quemadmodum dominus discipulos suos ad hæc animalia sibi adducenda miserit: interponit tamen breuiter hoc de pullo cum testimonio etiam Prophe
tæ, quod Matthæus adhibet. In quo etiam te Ioan.12.
stimonio propheticõ aliquantum diuersa Zach.9.
Euangelistarum locutio ab ea quidem sententia non recedit. Sed potest mouere q̃ hoc Matthæus sic adhibet, vt asinam dicat Mat.21.
commemorasse Prophetam: non autem ita se habet, vel quod Ioannes interponit, uel codices ecclesiastici interpretationis vsitatę. Cuius rei causa illa mihi uidetur, q̃ Matthæus Hebræa lingua perhibetur Euangelium conscripsisse. Manifestum est autem interpretationem illam quæ dicitur septuaginta, in nonnullis se aliter habere quàm inueniunt in Hebræo, qui eam linguam noQuare
uerunt, & qui interpretati sunt, singuli eosdem libros Hebræos. Huius item distantiæ causa si quæratur, cur tanta authoritas interpretationis septuaginta multis in locis di
stet ab ea veritate quæ in Hebræis codicibus inuenitur: nihil occurrere probabilius existimo, quàm illos septuaginta eo spiC
ritu interpretatos, quo & illa quæ interpretabantur dicta fuerant, quod ex ipsa eorũ mirabili quæ prædicatur consensione firmatum est. Ergo & ipsi nonnulla in eloquio narrando, & ab eadem voluntate dei cuius illa dicta erant, & cui uerba seruire debebant non recedendo, nihil aliud demonstrare voluerunt quàm hoc ipsum quod nunc in Euangelistarum quatuor concordi quadam diuersitate miramur: qua nobis ostenditur non esse mendacium si quisquam ita diuerso modo aliquid narrat, ut ab eius voluntate cui consonandum & consentiendum est non recedat. Quod nosse & moribus vtile est propter cauenda & iudicanda mendacia: & ipsi fidei, ne putemus quasi consecratis sonis, ita muniri ueritatem, tanquã deus nobis quemadmodum ipsam rem, sic verba quæ propter illã sunt dicenda, cõmendet: cum potius ita res quę dicenda est, sermonibus per quos dicenda est præferatur, ut istos omnino quærere non deberemus, si eam sine his nosse possemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Demus sicut illam nouit deus, & in ipso angeli eius.

De expulsis è templo vendentibus & ementibus, quemadmodum tres isti non repugnent Ioanni, qui hoc idem longè alibi dicit. Cap. LXVII.

Mat. 21. SEquitur Matthæus & dicit, Et cum intrasset Hierosolymam commota est vniuersa ciuitas dicens: Quis est hic? Populi autẽ dicebant, Hic est Iesus Propheta à Nazaret Galilææ. Et intrauit Iesus in templum dei, & eiiciebat omnes ementes & uendentes in templo: &c. vsq; ad eũ locum ubi ait, Vos aũt
Mar. 11. feciſtis illam ſpeluncam latrónum. Hoc de
Luc. 19. turbis uendentium eiectis de templo, ẽẽs cõ
Ioan. 1. memorant, ſed Ioannes longe diuerſo ordi-
& 2. ne. Nam poſt teſtimonium Baptiſtæ Ioannis de Ieſu, cum cum cõmemoraſſet iſſe in Galilæam quando aquam conuertit in vinum, deinde poſt commorationem pau-
Ioan. 2. corum in Capharnaum dierum, dicit eum aſcendiſſe in Hieroſolymam, cum eſſet Paſcha Iudæorum, & facto flagello de reſticulis, expuliſſe de templo uendentes. Vnde manifeſtum eſt, non ſemel, ſed iterum hoc eſſe à domino factum. Sed illud primum commemoratur à Ioanne, hoc ultimum à cæteris tribus.

E De arte facta arbore ficulnea, & quæ iuxta narrata ſunt, quemadmodum non repugnet Matthæus cæteris & maximè Marco de ordine narrationis. Ca. LXVIII.

Mat. 21. SEquitur Matthæus, Et acceſſerunt ad eũ cæci & claudi in templo, & ſanauit eos. Videntes aũt principes ſacerdotum & ſcribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes, Oſanna filio Dauid: indignati ſunt, & dixerunt ei, Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dicit eis, Vtiq;: nunq̃
Pſal. 8. legiſtis, quia ex ore infantium & lactẽtium perfeciſti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatem in Bethaniã, ibiq; manſit. Mane autem reuertens in ciuitatem eſuriit. Et videns ſici arborem vnam ſecus viã, uenit ad eam & nihil inuenit in ea niſi folia tantum. Et ait illi, Nunquam ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et arefacta eſt ficulnea continuo. Et uidentes diſcipuli, mirati ſunt dicentes, Quomodo continuo aruit. Reſpõdens aũt Ieſus, ait eis, Amen dico vobis, ſi habueritis fidem & nõ hæſitaueritis, non ſolum de ficulnea facietis, ſed etiam monti huic dixeritis, tolle, & iacta te in mare, fiet. Et omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis. Hoc & Marcus conſequenter dicit, ſed non eundem ordinem tenet. Primo.n. q̃ cum Matthæus in F templum dixit intraſſe, & eiecisſe uendentes & ementes non commemorat Marcus, ſed circunſpectis omnibus cum iam veſpera eſ- Mar. 11.
ſet exiſſe dicit in Bethaniã cum duodecim; & alia die cum exirent à Bethania eſuriſſe, & arbori ſici maledixiſſe, q̃d. & Matthæus commemorat. Et ſubiungit idem Marcus, q̃ venerit Hieroſolymam, & cum introiſſet in templum eiecit uendentes & ementes, quaſi altero die, non primo factũ eſſet. Sed quia Matthæus ita connectit. Et relictis illis abiit foras extra ciuitatem, in Bethaniam: vnde mane reuertentem in ciuitatem arbori maledixiſſe commemorat: probabilius creditur ipſe potius tenuiſſe ordinem temporis de vendentibus & ementibus eiectis de templo. Cum.n. dicit, Et relictis illis abijt foras, quibus relictis intelligi poterit, niſi cum quibus ſuperius loquebatur, indignãtibus q̃ pueri clamarent, Oſanna filio Dauid? Prætermiſit ergo Marcus quod primo die factum eſt cum intrauit in templum, & recordatum interpoſuit, cum G
diſſet, q̃ nõ inuenerit aliq̃d in ficulnea p̃ter folia, q̃d ſecundo die factũ eſt, ſicut ambo teſtantur. Miratos aũt eſſe diſcipulos q̃ arbor aruerit, & eis dñm reſpõdiſſe, de fide & de monte in mare transferendo, nõ ipſo ſecundo die quo dixit arbori, Iã non amplius in æternum quiſquam ex te fructum manducet, ſed tertio die dicit. Ipſo quippe die ſecundo cõmemorauit idem Marcus de templo eiectos uendentes, quod primo die factum prætermiſerat. Ipſo ergo ſecundo die dicit facta veſpera egreſſum de ciuitate, & cum mane tranſirent, uidiſſe diſcipulos ſicum aridam factam à radicibus, & recordatum Petrum dixiſſe ei, Rabbi ecce ficus cui maledixiſti aruit, Tunc cum de potentia fidei reſpondiſſe: Matthæus autem tanquam Mat. 21.
ſecundo die hoc totum factum ſit. i. dictum arbori, Nunq̃ ex te fructus naſcatur in ſempiternum, & arefactam eſſe continuo, & videntibus hoc diſcipulis atque mirantibus illud de virtute fidei fuiſſe reſponſum. Vnde intelligitur Marcum quidem ſecundo die commemoraſſe, quod primo die

die factũ prætermiſerat, de templo. ſ. eiectos vendentes & ementes. Matthæus vero cum commemoraſſet, quod altero die factũ eſt,
H de arbore maledicta quando mane reuertebatur à Bethania in ciuitatem, prætermiſit ea quæ Marcus cõmemorauit, veniſſe illum in ciuitatẽ, & veſpere exijſſe, & mane cum tranſierunt, diſcipulos arborẽ aridam fuiſſet miratos: & ei quod ſecundo die geſtũ erat quo arbor maledicta eſt, adiunxit illud quod tertio die geſtum eſt, eius ariditatem miratos eſſe diſcipulos, & de potentia fidei à domino audiſſe, ſic ea coniungens, vt niſi ex Marci narratione cogamur intẽdere vbi & quid Matthæus prætermiſit, nõ poſsit agnoſci. Cum ergo dixiſſet Matthæus, Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam ibiq; manſit, Mane aũt reuertens in ciuitatem eſurijt. Et videns ſibi arborem
I vnã ſecus viã, venit ad eam, & nihil inuenit in ea niſi folia tantum, & ait, illi, Nunq̃ abs te fructus naſcatur in ſempiternum, & arefacta eſt continuo ficulnea, prætermiſsis cæteris ad eundẽ diem pertinentibus, adiũxit ſtatim, Et videntes diſcipuli mirati ſunt dicentes, quomodo cõtinuo aruit quod alio die uiderunt, admirati ſunt. Intelligitur aũt non tunc aruiſſe, quando viderunt, ſed continuo quando maledicta eſt. Neq;.n. arefactam ſcentem, ſed penitus arefactam uiderunt, ac ſic eam continuo in uerbo domini, aruiſſe intellexerunt.

Cum dominum interrogauerunt Iudæi in qua poteſtate iſta faceret, quomodo inter ſe conſentiant iſti tres Cap. 69.

Mat. 21. SEquitur Matthæus & dicit, Et cum ueniſſet in templum, acceſſerunt ad eum docentem principes ſacerdotum, & ſeniores populi dicentes. In qua poteſtate hæc faci & quis dedit tibi hanc ptãtem? Reſpondens Ieſus dixit illis, Interrogabo uos et ego unum ſermonem, quẽ ſi dixeritis mihi, & ego uobis dicam in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus Ioannis unde erat, &c. uſq; ad illud ubi ait: Nec ego uobis dico in qua ptãte
Mar. 11. hęc facio. Hoc totum & alij duo Marcus &
Luc. 19. Lucas totidem penè uerbis explicauerũt: nec in ordine inter ſe uidentur aliquid diſcrepare, niſi unde ſuperius locutus ſum: q̃ prætermiſsis quibuſdam Matthæus ad alterum diem pertinentibus, ita contexit narrationem, ut niſi aduertatur poſsit putari ipſum in ſecundo die adhuc uerſari, Marcũ autem in tertio: Lucas uero non quaſi ex ordine dies proſequens hoc ſubiungit, ſed cum commemoraſſet eiectos de templo emẽtes & uendentes, prætermiſit q̃ exibat in K
Bethaniam & regrediebatur in ciuitatem, & quod de ficulnea factum eſt, & quod mirãtibus diſcipulis de fidei uirtute reſponſum eſt. Atq; his prætermiſsis intulit dicens, Et erat docens quotidie in tẽplo, Principes aũt ſacerdotum & ſcribæ & principes plebis quærebant illum perdere, & non inueniebãt quid facerent illi, Omnis.n. populus ſuſpẽ- Luc. 19.
ſus erat audiens illum. Et factum eſt in una &. 20.
dierum docente illo populum in templo & euangelizante, conuenerunt principes ſacerdotum & ſcribæ cum ſenioribus, & aiunt dicentes ad illum, Dic nobis in qua poteſtate hæc facis, &c. quæ etiã duo illi cõmemorant. Vnde apparet, nihil eis etiam ipſo ordine repugnare, quando id quod dicit factum in una dierum, ea dies intelligatur in qua id geſtum illi etiam retulerunt.

De duobus filijs quibus imperauit pater ut irent in uiam, & de uinea quæ locata eſt aliis agricolis, quomodo non aduerſetur Matthæus alijs duobus, cum quibus eũdem ordinem tenet, & maximè in hac parabola quam omnes tres dicunt de uinea locata propter reſponſionem eorum quibus dicebatur, ubi aliquantum uidentur uariari. Cap. 70.

Mat. 21. SEquitur Matthæus, Quid autem uobis L
uidetur? Homo quidam habebat duos fi-
lios, & accedens ad primum dixit illi, Vade hodie operari in uineam meam. Ille autem reſpondens ait: Nolo, Poſtea autem pœnitẽtia motus, abijt. Accedẽs autem ad alterũ dixit ſimiliter. At ille reſpondens ait, Eo domine. Et non ijt: &c. uſq; ad illud tibi ait, L
Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum confringetur; ſuper quem uero ceciderit conteret eum. Marcus & Lucas non commemorant de duobus iſtis filijs, quibus imperatum eſt ut irent atque operarentur in uinea. Sed quod poſt hoc narrat Matthæus de uinea quæ locata eſt agricolis, Mat. 21.
qui perſecuti ſunt ſeruos miſſos ad ſe & poſtea dilectum filium occiderunt & eiecerunt extra uineam, etiam illi ambo non tacent eodem ordine cuſtodiio, id eſt, poſteaquam de baptiſmo Ioannis interrogati

Iudæi

Mar.12. Iudæi se nescire dixerunt', & respondit eis,
Luc.20. Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Nullius ergo hic repugnantię quæstio nascitur, nisi q̃ Matthæus cũ dixisset q̃ dñs
Mat.21. interrogauerit Iudæos, Cum venerit dominus vineę quid faciet agricolis illis? Illos respondisse subiungit atq; dixisse, Malos male perdet, & vineam locabit alijs agricolis q̃ reddant ei fructum temporibus suis. quod
Mar.12. Marcus non ab ipsis responsum esse cõmemorat, sed dominum hoc consequenter locutũ post interrogationem suam, ipsum sibi quodammodo respondisse. Ita.n.dicit, Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet & pdet colonos, & dabit vineam alijs. Sed facile põt intelligi vel illorum vocem ita subiunctam, vt non interponeretur, illi dixerunt, aut illi responderunt, sed tamen intelligeretur: aut ideo responsionem illam dño potius attributam, quia cum verum dixerunt, etiam de illis hoc ipse respondit qui veritas est. Sed illud magis mouet, q̃ Lucas non solum eos hoc respondisse non dicit, hæc etiam verba ipse quoq; sicut Marcus domino attribuẽs,
Luc.20. verumetiam contrariam retulisse responsionem, dicentes: Absit. Ita.n. narrat. Quid ergo faciet illis dominus vineæ? Veniet & perdet colonos istos, & dabit vineã alijs. Quo audito dixerunt illi, Absit, Ille autem aspici-
Psal.14. ens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptũ est, Lapidem quem reprobauerunt ędificãtes, hic factus est in caput anguli? Quomõ ergo secundum Matthæum illi quibus hæc
Mat.21. loquebatur dixerunt, Malos male perdet & vineam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis, cum secundum Lucam talibus verbis contradixerunt dicentes, Absit. Et reuera quod secutus dñs ait de lapide reprobato ab ędificantibus, & facto in caput anguli, ita illatum est, vt hoc testimonio conuincerentur illi parabolæ contradicentes. Nam & ipse Matthęus hoc sic commemorat dictum, tanq̃ cõtradicẽtibus cum ait, Nunq̃ legistis in scripturis, Lapidẽ quem reprobauerunt ædificantes, hic factus
Mar.12. est in caput anguli? Quid est enim? Nunq̃ legistis, nisi quia hoc rũderant quod esset cõtrarium. Hoc & Marcus significat q̃ hæc ipsa verba ita refert, Nec scripturam hanc legistis, Lapidem quem reprobauerunt ędificantes, hic factus est in caput anguli?
Luc.20. Quæ sententia secundum Lucam magis apparet loco suo dicta, post illorum contradictionem qua dixerunt, Absit. Tantundem enim valet, sicut hoc etiam ipse. Quid est ergo hoc quod scriptum est, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Hanc enim sententiæ voluntatem intimat, siue nunquam legistis, siue nec hoc legistis, siue quid est ergo hoc quod scriptum est. Restat ergo vt intelligamus in plebe quæ audiebat, quosdam respondisse quod Matthæus commemorat dicens, Aiunt illi, Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis: quosdam vero illud quod Lucas non tacuit, hoc est, Absit. Ijs ergo qui illud domino responderant, illi alij responderunt, absit. sed illorum responsio quibus isti retulerunt, absit, propterea domino tributa est & à Marco & à Luca, quia sicut dixi, per eos veritas ipsa locuta est: siue per nescientes si mali erant, sicut per Ioã. 11.
Caipham, qui nesciens quid diceret, cum esset pontifex prophetauit: siue per scientes ac iam intelligentes atque credentes. Ibi enim erat etiam illa multitudo, per quam iam erat impleta illa prophetia, cum venienti magna celebritate occurrentes acclamarent, Benedictus qui venit in nomine Mat. 21.
domini. Nec moueat quòd idem Matthæus principes sacerdotum & seniores populi dixit accessisse ad dominum, & quæsiuisse in qua potestate hæc faceret, & quis ei dedisset hanc potestatem, q̃ eos de baptismo Ioannis vicissim interrogauit vnde esset, de cœlo an ex hominibus? quibus rñdẽtibus q̃ nescirent, ait: Nec ego vobis dico in qua põ testate hæc facio. Inde enim secutus est contextim loquendo & ait, Quid autem vobis videtur: hõ quidam habebat duos filios: &c. sine vlla cuiusquam rei vel personæ interpositione, secundum Matthæum sermo contexitur, vsque ad hoc quod de locata agricolis vinea commemoratur. Potest enim putari omnia cum principibus sacerdotum & senioribus populi locutum fuisse, à quibus fuerat de sua potestate interrogatus. Qui quoque si tentantes & inimici quæsierant, non in eis possunt intelligi qui crediderant, atq; illud clarum ex Prophetæ testimonium domino perhibuerant: qui etiam modo respondere potuissent, non nescientes, sed credentes, Malos male perdet, & vineam suam locabit alijs agricolis. Hoc omnino mouere nõ debet, vt iõ putemus nõ fuisse credentes in illa multitudine q̃ tunc dñi parabolas audiebat. Tacuit nãq; idẽ Matthæus breuitatis causa

causa, quod Lucas non tacet, parabolã istã scilicet, non ad eos solos dictam, qui de po-
D testate interrogauerunt, sed ad plebem. Sic
Luc.20. enim ait, Cœpit autem dicere ad plebem parabolam hanc, Homo plãtauit vineã: &c. In hac ergo plebe intelligendum est etiam illos esse potuisse qui sic eum audirent, qũo cui dixerant, Benedictus qui venit in nomine domini: & ipsos vel ex ipsis fuisse qui rũderunt, Malos male perdet & vineam suam
Mat.21. locabit alijs agricolis. Quorum responsionem non solum propterea dño tribuerunt
Mar.12. Marcus & Lucas, q̃ hoc ipse dixisset quia
Luc.20. veritas est, qui etiam per malos atq; nescientes sæpe loquitur, occulto quodam instinctu mentem hominis mouens, non sanctitatis illius merito, sed iure propriæ potestatis: verumetiam quia tales esse potuerunt, vt non frustrain ipso corpore domini iam sicut membra deputarentur, vt merito eorũ
Ioan. 4. vox illi tribueretur cuius mẽbra erant: qui iam baptizauerat plures q̃ Ioannes, & habebat turbas discipulorum, sicut ipsi Euangelistæ sæpe testantur, & vnde erant etiam illi quingenti fratres quibus eum Apostolus Paulus post resurrectionem præsentatũ,
1.Co.15. esse commemorat. Præsertim quia & secun-
Mat.21. dum eundem Matthæum non ita dictũ est,
E Aiunt illi, malos male perdet: ut in eo quod positum est, illi, pluralis numerus accipiendus sit, tanquam eorum fuerit ista respõsio, qui eum de sua potestate dolose interrogauerant: sed aiunt illi, dictum est. i. ipsi domino, singulari pronomine non plurali, quod in codicibus Græcis sine ullo scrupulo ambiguitatis apparet. Est quidam sermo domini apud Euangelistam Ioannem ubi hoc quod dico facilius possit intelligi. Dicebat ergo, inquit, Iesus ad eos qui crediderunt ei Iudęos, Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Et responderunt ei, Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquam. Quomodo tu dicis liberi eritis? Respondit eis Iesus, Amen amen
Ioan.8. dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum, Filius autem manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Scio q̃a filij Abrahæ estis, sed q̃ritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Non vtiq; illis diceret, Quæritis me interficere, qui in eum iam crediderant, quibus dixerat, Si vos in so-
F eritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: sed quia hoc ad eos dixerat, qui iam in eum crediderant, ea vero multitudo pśens erat quæ plures habebat inimicos, etiã non expeimente Euangelista qui essent qui responderunt, ex loci ipso quod responderunt, & quod deinde ab illo audire meruerunt, satis apparet quę verba quibus sint tribuenda personis. Sicut ergo in hac multitudine secundum Ioannem erant qui iam crediderant in Iesum, erant etiam qui eum occidere quærebant ifi in illa de qua nunc loquimur erant qui dolose dominum interrogauerant, In qua potestate illa faceret, e-
Mat.21. rant etiam qui nõ dolose, sed fideliter acclamauerant, Benedictus qui venit in nomine domini. Ac per hoc erant qui dicerent: Malos male perdet & vineam suam locabit alijs. Quæ nox recte etiam ipsius domini fuisse intelligitur, siue propter veritatem quæ ipse est, siue propter membrorum eius
Luc.20. cum suo capite vnitatem. Erant etiam qui talia respondentibus dicerent, Absit, quia intelligebant in seipsos esse parabolam dictam.

De nuptijs filij regis ad quas turbæ inuitatæ sunt, quem Matthæus ordinem tenuerit propter Lucam qui tale quiddam alibi dicit. Cap. 71.

G Sequitur Matthæus, Et cum audissent
Mat.21 principes sacerdotum & Pharisæi parabolas eius, cognouerunt quòd de ipsis diceret, & quærentes eum tenere, timuerunt turbas, quoniam sicut Prophetam eum habebant. Et respondens Iesus dixit iterum in parabolis eis dicens, Simile
Mat.22. factum est regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire: &c. vsque ad illud vbi ait, Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Parabolam istam de inuitatis ad nuptias, solus Matthæus narrat. Simile quiddam
Luc.14. etiam Lucas commemorat, sed non est hoc, sicut & ordo ipse indicat, quamuis & illud nonnullam similitudinem gerat. Quod vero post illam parabolam de vinea & occiso filio patrisfamilias subiecit Matthęus, cognouisse Iudæos, quòd in eos totum dictum fuerit, & mundius cepisse mo-
Mar. lirí: hoc etiam Marcus Lucasque testantur
Luc.20. eundem eos dare pœnitentiæ, sed inde ipsi pergunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

pergunt in aliud, ex hoc subiungẽtes quod & Matthæus post istam quam solus inter-
H posuit de nuptiis parabolam ex ordine inseruit.

De numero Cæsari reddendo, cuius habebat imaginem, & de muliere quæ septem fratribus nupserat, quemadmodum tres isti concordant. Cap. LXXII.

Mat. 21. S Equitur ergo Matthæus, Tunc abeuntes Pharisæi consilium inierunt ut caperent Iesum in sermone, Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicẽtes, Magister scimus quia verax es, & viam dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo, non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis, quid tibi videtur, licet censum dari Cæsari aut non: &c. vsq; ad illud ubi ait, Et audientes turbæ mirabantur in doctrina eius. Hæc duo domini responsa, vnum de nummo propter tributum reddendum Cæsari, alterum de resurrectione, propter illam mulierem quæ septem sibimet succedentib. fratribus nupserat: Marcus & Lucas similiter narrant, nec in ordine aliquid discrepant. Post parabolam quippe illam de conductoribus vineæ, & de Iudæis præparantibus insidias in quos dicta est, quam omnes tres commemorauerunt, prætermittunt hi duo Marcus & Lucas parabolam de inuita-
Mar. 12 tis ad nuptias, quam solus Matthæus inter-
Luc. 20 posuit: & cum illo iam sequuntur, narrantes
I hæc duo, de tributo Cæsaris & de muliere septem singillatim uirorum, eodem prorsus ordine sine aliqua repugnantiæ quæstione,

De illo cui commendata sunt duo præcepta dilectionis dei & proximi, q ordo sit narrantium Matthæi & Marci, ne à Luca discrepare videantur, qui tale aliquid alibi dicit. Cap. LXXIII.

Mat. 22 S Equitur ergo Matthæus & dicit, Phari-
Deut. 6. sæi autem audientes q silentium imposuisset Sadducæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit eum vnus ex eis legislator tentans eum, Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus, Diliges dominum deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua: hoc est maximum & primum mandatum. Secun-
Luc. 12 dum autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Prophetæ. Mar. 12.
Hoc & Marcus commemorat eundem ordinem seruans. Nec moueat q Matthæus dicit tentantem fuisse illum à quo dominus interrogatus est, Lucas autem hoc tacet. Et in fine Marcus ita concludit, q ei dominus sapienter respondenti dixerit. Non longe es à regno dei. Fieri enim potuit ut quamuis tentans accesserit, domini tamen respon
K sione correctus sit. Aut certe ipsam tentatio nem non accipimus malam, tanquam decipere volentis inimicum, sed cautam potius tanquã experiri amplius uolentis ignotum. Neq; enim frustra scriptum est, Qui facile Eccl. 19.
credit, leuis corde est, & minorabitur. Lucas autem non hoc ordine, sed longe alibi tale aliquid interponit. Vtrum autem hoc recordetur, an alius ille sit cum quo similiter de duobus istis præceptis dominus egerit, prorsus incertum est. Hic autem etiam recte videtur alius esse, non solum propter ordinis multam differentiam, sed quia etiam ipse dicitur respondisse domino interroganti, & in sua responsione commemorasse duo ista præcepta. Et cum ei dixisset dominus, Hoc Luc. 10.
fac & uiues: ut illud faceret quod magnum esse in lege ipse responderat, secutus Euangelista ait, Ille autem volens se iustificare dixit, Et quis est meus proximus? Tunc dominus narrauit de illo qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Vnde quia & tentans prædictus est, & duo præcepta ipse respondit: & post admonitionem domini, dicentis: Hoc fac & viues: non bonus commendatur cum dicitur de eo, Ille autem uolens se iustificare: Iste autem quem pari ordine Matthæus Marcusq; commemorant, tam bene commenda
L tus est, ut ei diceret dominus, Non longe es à regno dei: probabilius creditur hunc alium esse, non illum.

Quod Iudæi interrogantur de Christo, cuius eis filius videatur, vtrum nõ repugnet Matthæus alijs duobus, quia secundum istum dixerunt, quid vobis videtur de Christo, cuius est filius? cui responderunt Dauid, secundum eos autem, quomodo dicunt scribæ Christum filium esse Dauid? Cap. LXXIIII.

S Equitur Matthæus, Congregatis autem Mat. 22.
Pharisæis interrogauit eos Iesus dicens, Quid uobis uidetur de Christo, cuius filius

lius est? Dicunt ei, Dauid. Ait illis, Quomõ ergo Dauid in spiritu vocat eum dominum dicens, Dixit dominus domino meo, sede à
Psa. 109. dextris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ? Si ergo Dauid vocat eum dominum, quomodo filius eius est? Et nemo poterat ei respondere verbum, neque ausus fuit quisquam ex illa die eum am-
M plius interrogare. Hoc consequenter & eo-
Mar. 12. dem ordine Marcus quoq; commemorat.
Luc. 20. Lucas etiam tantummodo de illo tacet, qui interrogauit dominum, quod esset mandatum primum in lege, Hoc autem prętermisso, eũdem etiam ipse ordinem seruat, & hoc de Christo, quomodo sit filius Dauid quæ-
Mat. 22. sisse à Iudæis dominum pariter narrat. Nec inter est ad sententiam, q secundum Matthæum cum interrogasset Iesus, quid eis videatur de Christo, cuius esset filius, Illi responderunt, Dauid. Tunc demum intulit,
Mar. 12. quo eum Dauid diceret dominum. Secun-
Luc. 20. dum illos autem duos, Marcum & Lucam, nec interrogati esse, nec respondisse inueniuntur. Intelligere enim debemus post corũ responsionem sententiam ipsius domini à duobus Euangelistis insinuatam, quomodo ab illo dicta sit, his audientibus quos volebat suo magisterio vtilitẽr formare, & ab scribarũ alienare doctrina: qui de Christo illud solum sapiebant, q secundum carnem factus erat ex semine Dauid, nõ cum autem intelligebant deum, propter quod erat dñs ipsius Dauid. Ideo tanquam de illis errantibus, dominus ad istos sermonem faciens quos volebat ab illorum errore liberari, secundum hos duos Euangelistas commemoratur: vt quod illis dictum est, quomodo dicitis, sicut Matthæus narrat: sic accipiatur,
A non tanquam ad illos, sed tanquam de illis ad eos potius dictum sit quos uolebat instruere.

De Pharisæis sedentibus super cathedram Moysi & dicentibus quæ non faciunt, cæterisq; in eosdem Pharisæos à domino dictis, utrum sermo Matthæi congruat alijs duobus, & maximè Lucæ, qui non hoc ordine, sed alibi simile commemorat. Cap. LXXV.

Mat. 23 S Equitur Mathæus ita narrationis ordinem texens, Tunc Iesus locutus est ad turbas & discipulos suos dicens, Super cathedrã Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi,

Omnia ergo quæcunq; dixerint uobis seruate & facite, secundum vero opera eorum nolite facere. Dicunt. n. & non faciunt: &c. vsque ad illud vbi ait, Non me videbitis amodo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini. Similem sermonem habuisse dominum aduersus Pharisæos & scribas legisque doctores, Lucas quoque commemorat, sed in domo cuiusdam Pharisæi qui eum vocauerat ad conuiuium. Luc. 11.
Quod vt narraret digressus erat à Mat- Mat. 12.
thæo, circa illum locum, vbi ambo commemorauerant quod dictum est à domino, de signo Ionæ trium dierum & noctium, & de regina Austri, & de Niniuitis, & de spiritu immundo qui redit & inuenit mun-
B datam domum. Post quem sermonem di- Ibidem.
cit Matthæus, Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Lucas autem in eo sermone domini, commemoratis etiam quibusdam quę Matthæus dixisse dominum Luc. 11.
prætermisit, ab ordine quem cum Matthæo tenuerat ita digreditur, Et cum loqueretur, inquit, rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se: & ingressus domum recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait dominus ad illum, Nunc vos Pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis. Atque hinc iam cetera in eosdem Pharisæos & scribas & le- Mat. 23
gis doctores talia dicit, qualia Matthæus hoc loco, quem nunc consyderandum suscepimus. Quanquam ergo ita ista Matthæus commemoret, quamuis domum illius Pharisæi non nominet, non tamen locum exprimat vbi dicta sint, quo repugnet aliquid illi domui: tamen quia iam venerat dominus in Hierusalem à Galilæa, & post eius aduentum ita superiora vsque ad hunc sermonem contexuntur, vt probabiliter accipiantur in Hierusalem gesta, Lucas autem
C illud narrat, cum adhuc dominus iter age- Mat. 23
ret in Hierusalem, videntur mihi similes duo esse sermones, quorum ille alterum, alterum iste narrauit. Sanè consyderãdum est quomodo hic dictum sit. Non me videbitis amodo donec dicatis Benedictus qui venit in nomine domini: cum secundum eũ Mat. 21
dem Matthæum iam hoc dixerint. Lucas. n. dicit hoc esse responsum à domino illis qui eum monuerant vt inde iret, quoniam vellet eum Herodes occidere, Ibi etiam ad-

uersus

Universidad de Deusto
Biblioteca

uersus ipsam Hierusalem ea prorsus verba ab illo esse dicta cõmemorat, quæ hic Matthæus. Sic enim narratur secundum Lucam, In ipsa die accesserunt quidam Pharisæorum dicentes illi, Exi & vade hinc, quia
Luc.13. Herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite dicite vulpi illi, ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die consummor: veruntamen oportet me hodie & cras & sequenti ambulare, quia non capit Prophetam perire extra Hierusalem. Hierusalem Hierusalem quæ occidis Prophetas & lapidas eos qui mittuntur ad te, quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennis & no luisti: Ecce relinquetur vobis domus vestra
D deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me donec veniat cum dicetis, Benedictus qui venit in nomine domini. Narrationi quidem huic Lucæ non videtur aduersari & turbæ dixerunt domino venien-
Mat. 21. ti ad Hierusalem, Benedictus qui venit in
&.23. nomine domini, Secundum quippe Lucæ
Luc. 13. ordinem nondum illuc venerat, & nõdũ dictum erat. Sed quia non dicit quò inde tũc abscesserit, vt non veniret, nisi eo tempore qui iam illud diceretur, persuerat quippe in itinere suo, donec veniat Hierusalem, atque illud quod ait, Ecce ego eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras & tertio die consummor: mystice ab illo & figurate dicta intelliguntur. Neq; enim eo die passus est, qui ab hoc die tertius, cum continuo dicat, Oportet me hodie & cras & sequenti ambulare. Cogit profecto etiam illud mystice intelligi quod ait. Non videbitis me donec veniat cum dicetis, Benedictus qui venit in nomine domini: de illo suo aduentu, quo in claritate venturus est, hoc significans, vt illud quod ait, Eijcio dæmonia & sanitates perficio hodie & cras, & tertio die consummor: referatur ad corpus eius quod est Ecclesia. Expelluntur. n. dæmonia,
E cum relictis paternis superstitionibus credunt in eum gentes. Et perficiuntur sanitates, cum secundum eius præcepta viuitur, posteaquam fuerit diabolo & huic seculo renunciatum, vsque in finem resurrectionis, qua tanquam tertia consummabitur: hoc est, ad plenitudinem angelicam per corporis etiam immortalitatem perficietur Ecclesia. Quapropter ordo iste Matthæi nequaquã putandus est in aliquid aliud esse digressus. Sed Lucas magis intelligẽdus est, vel præoccupasse quæ gesta sunt in Hierusalem, & recordando interposuisse, antequam eius narratio dominum perduceret Hierusalem: aut eidem ciuitati iam propinquantem talia, respondisse monentibus, vt caueret Herodem, qualia Matthæus eum dicit etiam turbis locutum, cum iam peruenisset in Hierusalem, atque illa omnia peracta essent quæ supra narrata sunt.

Cùm prænunciauit templi euersionem, quomodo Matthæus alijs duobus narrãdi ordine congruat. Cap. LXXVI.

SEquitur Matthæus & dicit, Et egressus Iesus de templo ibat. Et accesserunt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens dixit illis. Videtis hæc omnia? Amen dico vobis non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Marcus etiam commemorat hoc eodem penè ordine, post aliquantam digressionem ad hoc factam vt commemoraret de vidua quę misit duo minuta in gazophilacium, quod cum eo Lucas solus commemorat. Nam etiam secundum Marcum, posteaquam illud dominus egit cum Iudæis, quomodo acciperent Christum filium Dauid, ea narrantur quæ dicit de cauendis Pharisæis & hypocrisi eoruni. Quẽ locum Matthæus latissime prosecutus est, & plura ibi dicta narrauit: atque ideo post eundem locum quem breuiter perstrinxit Marcus, & copiose digessit Matthęus, nihil amplius Marcus intulit, sicut dixi, quam de illa vidua pauperrima & vberrima: ac deinde subiunxit ea quibus matthæo iterum cohæreret, dicens de templi futura euersione. Lucas quoque post illud de Christo quomodo esset filius Dauid, pauca de cauenda hypocrisi Phariſæorum commemorat. Inde sicut marcus pergit ad viduam quæ duo minuta in gazophilacium misit, Deinde subiungit de templi futura euersione, quod & matthæus & marcus.

De sermone quem habuit in monte Oliueti quærentibus discipulis quando erit consummatio, quemadmodum tres isti inter se congruant. Cap. LXXVII.

SEquitur matthæus dicens, Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreto dicentes, Dic nobis

nobis quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? Et respondens Iesus dixit eis, Videte ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo dicentes, Ego sum Christus, & multos
Mat.25. seducent: &c. vsq; ad illud vbi ait, Et ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Nunc iam istum prolixum
Mat.24. sermonem domini secundum tres Euange-
Mar.13. listas, matthæum, marcũ & Lucam consy-
Luc.21. deremus. Eundem quippe tenentes ordinẽ pariter ista contexunt. Dicunt quidam hic etiam aliqua singuli propria, in quibus nulla est repugnantiæ metuenda suspitio. De his autem quæ pariter dicunt, necubi sibimet aduersari putentur, videndum est. Neque. n. dici potest si aliquid tale occurrerit, aliud esse aiq; alibi à domino similiter dictum, quando eodem loco rerum ac temporum, omnium trium versatur narratio. Sanè & earundem sententiarum à domino di-
H ctarum, non eundem omnes ordinem seruant, nihil ad rem pertinet vel intelligendam vel insinuandam, dum ea quæ ab illo dicta referuntur non sibimet aduersentur.
mat.24. Quod ergo matthæus ait, Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio, Et marcus eodem ordi-
mar.13. ne ita commemorat, In omnes gentes primum oportet prædicari Euangelium: non dixit, Et tunc veniet consummatio: sed hoc significat quod ait, primum. i. in omnes gẽtes primum oportet prædicari Euangeliũ: quia illi de fine interrogauerant. Cum ergo dicit, primum oportet in omnes gentes prædicari Euangelium: significat vtiq;, primũ,
Mat.24. ante quam veniat consummatio. Item quod
mar.13. matthæus ait, Cum ergo videritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto, qui legit intelligat. Hoc marcus dicit ita, Cum autem videritis abominationem desolationis stantem vbi non debet, qui legit intelligat. in qua mutatione verbi, expoluit eandẽ sententiam: ideo quippe vbi non debet, quia in loco sancto non debet. Lucas autem non ait, Cum autem videritis abominationem
I desolationis, stantem in loco sancto: aut, vbi non debet: sed ait, Cum aũt videritis circũ-
Luc.21. dari ab exercitu Hierusalem, tunc scitote, quia appropinquabit desolatio eius. Tunc erit ergo abominatio desolationis in loco
mat.24. sancto. Quod Matthęus autem ait, Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes: & qui in tecto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Totidem penè verbis hoc etiam marcus commemorat. Lucas autem, mar.13
Tunc qui in Iudæa sunt, inquit, fugiant in Luc.21.
montes: hoc sicut illi duo, cætera vero aliter. Sequitur enim & dicit, Et qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies vltionis hi sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt. Satis diuersum videtur quod illi dixerunt, Et qui super tectum, non descendat tollere aliquid de domo sua? & quod iste dicit, Et qui in medio eius, discedant: nisi forte quia tunc perturbatio magna erit, tam magno instante periculo illis quos inclusisset obsidio, quod significat dicendo, qui in medio eius, in tecto erunt attoniti & volentes videre quid impendeat, vel quà euadendũ sit. Sed quomodo ait, discedant: quando supra dixit, K
Cum autem videritis circundari ab exercitu Hierusalem? Nam illud quod sequitur, Qui in regionibus, non intrent in eam: videtur ad congruam pertinere admonitionẽ. Et potest obseruari, vt qui extra sunt non in eam intrent: qui autem in medio sunt quomodo discedant, ab exercitu iam ciuitate circundata? An hoc est esse in medio eius, quãdo iam ita periculum vrgebit vt temporaliter ad præsentem vitam tuendam non possit euadi? Et quoniam tunc parata debet esse anima ac libera, nec carnalibus desiderijs occupata & oppressa, hoc significat quod ab alijs duobus dictum est, in tecto vel super tectum: vt quod iste ait, discedant. i. non iam huius vitæ desiderio capiantur, sed in aliam vitam migrare parati sint: hoc illi dixerint, non descendat tollere aliquid de domo, id est, nullo affectu inclinetur ad carnem tanquam aliquid inde commodi percepturus. Et quod iste ait, Qui in regionibus, non intrent in eam, id est, qui iam bono cordis proposito extra illam facti sunt, non eam rursus carnali cupiditate desiderent: hoc illi dixerunt, Et qui in agro est non reuertatur retro tollere vestimentum suum: tanquam iterum inuolui curis quibus erat exutus. Quod vero ait matthæus, Orate autem vt non fiat fuga vestra L
hyeme vel sabbato: hinc marcus partem di- mat.24.
xit, partẽ tacuit. Orate vero, inquit, vt hye- mar.13.
me non fiant. Lucas autẽ hoc non dixit, sed tamẽ dixit aliquid solus, qđ mihi videtur hãc

ipsam quæ ab istis obscure posita est illu-
Luc.21. strasse sententiam. Ita.n.ait, Attendite autē vobis ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa: tanq̄ laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem orbis terræ. Vigilate itaq; omni tempore, orantes ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt. Hæc in-
Mat.24. telligitur fuga quam Matthæus commemo
Fuga in rat, quæ non debet fieri hyeme uel sabbato.
hyeme, Ad hyemē autem pertinent curę huius ui-
& sabba- tæ, quas Lucas aperte posuit, Ad sabbatum
to quid. uero crapula & ebrietas. Curæ quippe tristes sunt uelut hyemes. Crapula uero & ebrietas, carnali lætitia luxuriaq; cor subinergit atq; obruit. Quod malum sabbati nomine propterea significatum est, quia hæc erat sicuti & nunc est Iudæorum pessima consuetudo, illo die delitijs affluere dum spiritale sabbatum ignorant. Aut si aliquid aliud in illis secundum Matthæum & Marcum uerbis intelligendum est, aliquid aliud etiā Lucas dixerit, dum tamen nulla repugnan-
M tiæ quæstio moueatur. Neq; n.nunc Euangelia exponenda suscepimus, sed à falsitatis vel fallaciæ calumnijs defendenda. Alia uero quæ in hoc sermone Matthæus posuit communia cum Marco, nihil habent q̄ntis. Quæ autem cum Luca, non in hoc sermone Lucas ea posuit, cuius huic ordo concordat: sed alibi talia vel recordatur atq; inserit præoccupando, ut prius commemoret quæ postea à domino dicta sunt: vel bis a domino dicta facit intelligi, & nunc secundum Matthæum, & tunc secundum ipsum.

Quod commemorant Matthæus & Marcus ante biduum futuri paschæ, & postea dicunt quòd in Bethania fuit, quomodo non repugnet Ioanni, qui cum ipsis narrat, hoc idē quod factū est in Betania, & dicit ante sex dies paschæ. Cap. 78.

Mat.26. SEquitur Matthęus, Et factum est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis, Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Huic attestantur alij duo Marcus & Lucas, ab eodem ordine non recedentes, Neque hoc tanq̄ a domino dictū
A insinuat: hoc enim intimare ptermiserunt,
Mar.14. Ex sua tamē persona & Marcus dicit, Erat
Luc. 22. autem Pascha & azima post biduum. Et Lucas, Appropinquabat autem dies festus azymorum quæ dicitur Pascha. Sic ergo appropinquabat, vt esset post biduum, sicut alij duo apertius consonant. Ioānes vero tribus Ioan.11
quidē locis cōmemorauit eiusdem diei festi & 12.
propinquitatē cum alia q̄dā duobus superio
tribus locis narraret. Tertio autem loco ap- Ioan.13
paret eius narratio circa ipsa versari tēpora,
vbi hoc etiam illi tres intimant. i. impendēte iam dominicæ passionis die. Sed hoc vide
ri potest parum diligenter intuentibus esse
contrarium, quod Matthæus & Marcus po
steaquam dixerunt Pascha post biduum futurum, deinde commemorauerunt quod erat Iesus in Bethania vbi de vnguento illo
precioso dicitur. Ioannes autē ante sex dies Ioan.12
Paschæ dicit Iesum venisse in Betaniam, de
vnguēto eadē narraturus. Quo ergo secundum illos duos, post biduum futurum erat
Pascha: cum posteaquam id dixerunt, insinuantur cum Ioanne in Bethania illud de
vnguento quod ipse, narrantes: cum autem
ipse dicat, post sex dies futurū Pascha? Sed
qui ita mouentur non intelligunt Matthæū
& Marcum illud quod in Bethania de vn- B
guento factum erat recapitulando posuisse,
non post illam de biduo prędicationem suam: sed ante iam factum cum adhuc sex dies
essent ad Pascha. Non.n. quisquam eorum
cum dixisset, post biduum futurum Pascha,
sic adiunxit de illo facto in Bethania, vt di-
ceret, post hæc cū esset in Bethania: sed Mat.26.
thæus quidem, Cum autem esset, inquit, Ie- Mar.14.
sus in Bethania: Marcus autem, Cum esset
Bethaniæ. Quod vtique intelligitur & antequam illa dicerentur quæ ante biduū Pas
chæ dicta sunt. Sicut ergo ex Ioannis narra Ioan.12
tione colligitur, Ante sex dies Paschę venit
in Bethaniam: ibi factum est illud conuiuiū
ubi de vnguento precioso fit cōmemoratio.
Inde venit Hierosolymam sedens super asel
lum. Deinde postea geruntur ea quę narrant post hunc aduentum eius Hierosolymis gesta. Ex illo ergo die quo venit in Bethaniam, atque illud de vnguento factum
est, vsque ad diem quo ista omnia gesta atque dicta sunt, intelligimus, etiam Euangelistis non commemorantibus, cosumptum
fuisse quatriduum, vt occurreret dies quem C
ante biduum Paschæ duo definierunt. Lu- Luc.22.
cas autem cum ait, Appropinquabat autem
dies festus azymorum: non expresit biduum, sed hanc propinquitatem quam commemorauit, in ipso interuallo bidui debemus

Ioan.11. & 12. mus intelligere. Ioannes vero cum dicit, Proximum erat Pascha Iudæorum, nō hoc biduum vult intelligi, sed sex dies ante Pascha. Proinde cum quædam post hoc dictū commemorasset, tunc iam volens ostendere quàm proximum fuisse Pascha dixisset: Iesus ergo ante sex dies, inquit, Paschæ, venit in Bethaniam vbi fuerat Lazarus mortuus, quem suscitauit Iesus. Fecerūt autem ei cœnam ibi. Hoc illud est quod commemorant recapitulantes Matthæus, & Marcus, cum iam dixissent, post biduum futurum Pascha. Recapitulando ergo ad illum diem redeunt in Bethaniam, qui erat ante sex dies Paschæ, & narrant quod & Ioannes de cœna, & unguento: vnde venturus erat Hierosolymā, & peractis illic quæ narrata sunt, puenturus ad diem qui erat ante biduum Paschæ: vnde isti digressi sunt: vt recapitulando commemorarent quod ante in Bethania de vnguēto gestum est, Cuius rei peracta narratione, illuc iterum redeunt unde digressi fuerant, id est, vt iam sermo
D domini narretur, quem habuit ante biduū Paschæ. Nam si tollamus de medio quod gestum in Bethania digredientes ab ordine recolendo, & recapitulando narrarunt, & ipsum ordinem contexamus, ita sermo dirigitur secundum Matthęum dicente domi-
Mat.26. no, Scitis quia post biduum Pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigat. Tunc congregati sunt principes sacerdotum, & seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Caiphas, & cōsilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Tunc abijt vnus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth ad principes sacerdotum: &c. Inter illud enim quod dictum est, Ne tumultus fieret in populo, & illud quod dictū est, Tunc abiit vnus de duodecim qui dicitur Iudas: interpositum est illud de Bethania, quod recapitulando dixerunt. Quo nos p̄termisso contexuimus narrationem, ut insinuaremus non repugnare ordinem temporum. Secundum autem Marcum, de Bethaniæ conuiuio, quod recapitulando & ipse interposuit, similiter prætermisso, ita se ordo
Mar.14. narrationis tenet: Erat autē Pascha & azy-
E ma post biduum, & quærebant summi sacerdotes, & scribę quomodo eum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant enim, Non in die festo, ne forte tumultus fieret populi. Et Iudas Scariothis vnus ex duodecim, abijt ad summos sacerdotes, ut proderet eū: &c. Etiam hic inter illud, quod dictum est, Ne forte tumultus fieret populi: & illud quod adiunximus. Et Iudas Schariotis vnus ex duodecim: positum est illud de Bethania, quod recapitulando dixerunt. Lucas sanè ipsam rem gestam in Bethania prętermisit. Hæc diximus propter sex dies ante Pascha, Ioā. 13. quod dixit Ioannes, cum in Bethania rem mat. 26. gestam narraret, Et biduum ante Pascha, Marc.14 quod matthæus & marcus dixerunt, cum post hoc a se dictum illud in Bethania, qd Ioannes commemorarent.

De cœna in Bethania facta, vbi mulier vnguento precioso dominū perfudit, quomodo inter se congruant matthæus, marcus, & Ioannes, & quō Lucæ non aduersentur, tale aliquid alio tempore commemorati. Cap. 79.

SEquitur ergo Matthæus ab eo loco ubi mat.26. finē feceramus cōsyderādæ narrationis, F & dicit, Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atrium principis sacerdotū qui dicebatur Caiphas, & consiliū fecerunt ut Iesum dolo tenerēt & occiderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cū autem esset Iesus in Bethania, in domo Simonis leprosi, accesit ad eum mulier habens alabastrum unguenti precioſi, & effudit super caput ipsius recumbentis. &c. vsque ad illud vbi ait, Dicetur & q̄ hæc fecit in memoriam eius. Nunc iam de muliere, atque unguento precioso quod in Bethania gestū est, consyderemus. Lucas.n.quanuis Luc.7. simile factum commemoret, nomenq; conueniat eius apud quem conuiuabatur dominus, Nam & ipsum Simonem dicit: tamen, quia non est contra naturam vel contra morem hominum, vt si potest vnus homo habere nomina duo, multo magis possint & vnum nomen habere homines duo, potius credibile est alium fuisse illum Simonem nō leprosum, in cuius domo hoc in Bethania gerebatur. Nam nec Lucas in Bethania rē gestam dicit quam narrat. Et quanuis non commemoret ciuitatem aut castellum vbi factum sit, tamen non uidetur in eodem loco uersari eius narratio. Nihil itaque aliud intelligendum arbitror, nisi non quidem aliā

G fuisse mulierem, quæ peccatrix tũc accesit ad pedes Iesu,& osculata est,& lauit lachrymis, & terſit capillis, & vnxit vnguento. Cui dñs adhibita ſimilitudine de duobus debitoribus ait, dimiſſa eſſe peccata multa, quoniam dilexit multum. Sed eandem Mariam bis hoc feciſſe: ſemel ſcilicet quod Lucas narrauit, cum primo accedens cum illa humilitate, & lachrymis meruit peccatorũ remiſſionem. Nam hoc & Ioannes,quãuis non ſicut Lucas quemadmodum factum eſſet narrauerit, tñ ipſam Mariam cõmendãs commemorauerit, cum iam de Lazaro reſuſcitando cœpiſſet loqui, antequam veniret in Bethaniam. Quod ita ibi narrat, Erat autem quidam, inquit, languens Lazarus à
Ioã. 11. Bethania de caſtello Mariæ & Marthæ ſororis eius. Maria autem erat quæ vnxit dominum vnguento & exterſit pedes eius capillis ſuis,cuius frater Lazarus infirmabat. Hoc dicens Ioannes atteſtatur Lucæ qui hoc in domo Phariſæi cuiuſdam Simonis factum eſſe narrauit. Iam itaq; hoc Maria fecerat. Quod autẽ in Bethania rurſus fecit, aliud eſt, quod ad Lucæ narrationem non
H pertinet,ſed pariter narratur à tribus, Ioan-
Mat.26. ne ſcilicet, Matthæo & marco. Inter iſtos
Mar.14. igitur tres, matthæum marcum & Ioan-
Ioã. 11. nem, quemadmodum hoc conueniat attendamus, de quibus non eſt dubium q̃ eandem rem narrent geſtam in Bethania, vbi etiam diſcipuli, quod omnes tres commemorant, murmurauerunt aduerſus mulierem tanquam de perditione precioſiſsimi vnguenti. Quod ergo matthæus & marcus caput domini vnguento illo perfuſum dicunt, Ioannes autem pedes, regula illa oſtenditur non eſſe contrarium quam demõſtra-
Suc.66. uimus, cum de quinq; panibus paſceret turbas. Ibi.n.quia non defuit qui & quinquagenos & centenos diſcubuiſſe commemoret, cum alius quinquagenos tantum dixerit, non potuit videri contrarium, Potuiſſet
Marc.6. autem ſi alius centenos tantum poſuiſſet, ſi-
Lucę.9. cut alius quinquagenos, & tamen debuit i veniri vtrunque factum eſſe Quo exemplo informari nos oportuit, ſicut illic admonui, etiam vbi ſinguli Euangeliſtæ ſingula commemorant, vtrunque factum intelligere: Proinde & hic non ſolum caput, ſed & pedes domini accipiamus perfudiſſe mulierem. Niſi forte quoniam marcus fracto ala-
Mar.14. baſtro perfuſum caput commemorat, tam
I quiſque abſurdus & calumnioſus eſt, vt aliquid in uaſe fracto neget remanere potuiſſe vnde etiam pedes perfunderet. Sed cum iſte contenderit ſic eſſe fractum, vt nihil ibi reſidui fieret, nitens aduerſus veritatem Euãgelij: quanto melius & religioſius contendit alius non eſſe ita fractum vt totum effunderet, nitẽs pro veritate Euangelij. Ille autem calumniator ſi tam pertinaciter cæcus eſt, vt Euangeliſtarum concordiam de alabaſtro fracto frangere conetur, prius accipiat perfuſos pedes antequam illud fractum eſſet, vt in integro remaneret, vnde etiam caput perfunderetur, vbi fractura illa totum effunderet. A capite quippe nobis ordinate conſuli agnoſcimus, ſed ordinate etiam nos à pedibus ad caput aſcendimus. Cætera facti huius nullam mihi videntur habere quæſtionem. Quod enim alij dicunt diſcipulos murmuraſſe de vnguenti effuſione precioſi, Ioannes autem Iudam commemorat, & ideo quia fur erat, manifeſtum puto eſſe diſcipulorum nomine eundem Iudam ſignificatum, locutione illa quã de Philippo in quinque panibus inſinuauimus plurali numero pro ſingulari vſurpato. Poteſt etiam intelligi q̃ & alij diſcipuli aut ſenſerint hoc, aut dixerint, aut eis Iuda dicente perſuaſum ſit, atque omnium voluntatem Matthæus & Marcus etiam verbis K
expreſſerint: ſed Iudas propterea dixerit, quia fur erat, cæteri vero propter pauperem curam. Ioannem autem de ſolo illo id commemorare voluiſſe, cuius ex hac occaſione furandi conſuetudinem credidit intimandam.

Mat.26. Mar.14. Ioã.12.

Ioan.6.

Vbi mittit diſcipulos vt præparent ei manducare paſcha, quomodo inter ſe matthæus, marcus & Lucas congrue videantur. Cap. 80.

S Equitur Matthæus, tunc abijt vnus de duodecim qui dicitur Iudas Scarioth, ad principes ſacerdotum, & ait illis, Quid uultis mihi dare & ego vobis eum tradam? At illi conſtituerunt ei triginta argenteos &c. vſque ad illud vbi ait, Et fecerunt diſcipuli ſicut conſtituit illis Ieſus, & parauerunt Paſcha. Nihil in hoc capitulo contrarium putari poteſt marco & Lucæ, qui hoc idẽ ſimiliter narrant. Quod enim dicit matheus, Ite in ciuitatem ad quendam & dicite ei, Magiſter dicit, tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha cũ diſcipulis meis, eũ

mat.26. mar.14. Luc.22.

ſignificat quem marcus & Lucas dicunt patrẽfamilias uel dominum, in qua eis cœna
L culum demonſtratum eſt, ubi pararent Pa-
Hoc in græcis non hẽt locum. ſcha. Quod ergo interpoſuit Matthæus, ad quædam: tanquam ex perſona ſua ſtudio breuitatis illud compendio uoluit inſinuare. Si enim diceret dixiſſe dominum, Ite in ciuitatem,& dicite ei, Magiſter dicit, tempus meum prope eſt, apud te facio Paſcha: tanquam ciuitati dicẽdum eſſet, acciperetur. Ac per hoc non ex domini cuius mandatũ narrabat, ſed ex ſua pſona interpoſuit, ad quendam iuſſiſſet dominum vt irent, ne haberet neceſſe totum dicere, cum hoc illi ad inſinuandam iubentis ſententiam ſufficere videretur. Nam neminem ſic loqui, vt dicat, Ite ad quẽdam: quis neſciat? Si enim diceret, Ite ad quencunq;: aut, ad quemlibet: poſſet eſſe integra locutio: ſed non eſſet certus homo ad quẽ mitterentur, cum eum certum oſtendant, quanuis tacito eius nomine, marcus & Lucas. Sciebat quippe dñs ad quem mitteret. Et vt eum etiam illi quos mittebat inuenire poſſent, præmonuit quod iudicium ſequerentur, de homine geſtante aquæ lagenã uel amphoram, vt eum ſecuti ad domum
M quam volebant venirent. Cum itaque non hic poſſet dici, Ite ad quemlibet: quod integritas quidem locutionis admittit: ſed hoc loco rei huius quæ inſinuabatur veritas nõ admittit: quanto minus hic dici potuit, Ite ad quendam: quod omnino nunquam recta locutione dici poteſt? Sed planè diſcipulos à domino, non ad quemlibet, ſed ad quendam hominem, id eſt, ad certum aliquẽ miſſos eſſe manifeſtum eſt. Quod nobis ex perſona ſua recte potuit Euangeliſta narrare, vt diceret, Miſit eos ad quendam, vt diceret ei, Apud te facio Paſcha. Potuit etiam ſic, Miſit eos ad quendam dicens, Ite dicite ei, apud te facio Paſcha. Ac per hoc cum verba domini Matthæus poſuiſſet dicentis, Ite in ciuitatem: interpoſuit ipſe, ad quendam: nõ quia hoc dominus dixerit, ſed vt ipſe nobis inſinuaret tacito nomine fuiſſe quendam in ciuitate ad quem domini diſcipuli mittebantur, vt præpararent Paſcha. Ac ſic poſt hanc ex perſona ſua interpoſitionem duorum verborum, ſequeretur ordinem verborum domini dicentis, Et dicite ei, Magiſter dicit. Iam enim ſi quæras cui, recte reſpondetur, illi cuidam homini ad quem miſſiſſe inſinuauit Euangeliſta, cum ex perſona ſua interpoſuiſſet, ad quendam: minus quidem vſitata locutio, ſed tamen ſic intellecta integerrima eſt. Aut ſi habet aliquid proprietatis Hebræa lingua, qua perhibetur ſcripſiſſe matthæus, ut etiam totum ex A
perſona domini dictum locutionis integri- matthę
tate non careat, uiderint qui nouerunt. Sa- Hebræa
nè ita poſſet etiam Latine dici, ſi diceretur, lingua
Ite in ciuitatem ad quendam quem vobis ſcripſit. demonſtrauerit homo, qui vobis occurrerit lagenam aquæ portans: hoc modo iubenti ſine ambiguitate poſſet obtemperari. Velut etiam ſi diceret, Ite in ciuitatem ad quendam qui manet illo aut illo loco, in tali vel tali domo, cum expreſsione loci & deſignatione domus, poſſet intelligi, poſſet fieri. His autem atque huiuſmodi cæteris tacitis indicijs qui dicit, Ite ad quendam & dicite ei, ideo non poteſt audiri, quia certum aliquem vult intelligi, cum dicit, ad quendam: & non exprimit quomõ dignoſcatur. Quòd ſi ex perſona Euangeliſtæ dictum illud interpobtum acceperimus, erit quidem neceſſitate breuitatis ſubobſcura locutio, ſed tamen integra. Quod vero marcus lagenam Mar.14.
dicit, quod Lucas amphoram, ille vaſis ge- Luc.22.
nus, ille modum ſignificauit, vterque tamen veritatem ſententiæ cuſtodiuit. Sequitur Mat.26.
Matthæus, Veſpere autem facto diſcumbebat cum duodecim diſcipulis. Et edentibus illis dixit, Amen dico vobis, quia vnus veſtrum me traditurus eſt. Et contriſtati ual- B
de, cœperunt ſinguli dicere, Nunquid ego ſum domine? & cætera, vſque ad illud vbi ait, Reſpondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego ſum rabbi? Ait illi, Tu dixiſti, In his quæ conſyderanda nunc propoſuimus, nihil afferunt quæſtionis etiam cæteri Euangeliſtę qui talia commemorant.

Eiuſdem ſancti Auguſtini epiſcopi in tertium librum de conſenſu Euangeliſtarum.

PROLOGVS.

IAm qm̃ omnium quatuor narratio in eo uerſatur loco, in quo neceſſe eſt eos vſq; i finẽ pariter ambulare, nec multũ digredi ab inuicẽ, ſicubi forte alius aliud cõmemorat, qđ alius ꝓtermittit, videt mihi expeditius nos demonſtrare poſſe omniũ Euangeliſtarũ conuenientiam, ſi ab hoc iam loco omnium omnia contexamus, & in vnã narrationem

Universidad de Deusto Biblioteca

rationem feriemque digeramus. Sic ergo arbitror commodius faciliusque id quod
C suscepimus explicari, vt aggrediamur narrationem omnia commemorantes cum eorundem Euangelistarum attestatione, quid ex his omnibus quisque quod potuit aut quod voluit commemorauit: vt tamen ab omnibus hæc omnia dicerentur, quæ demonstranda sunt in nullo esse sibi contraria.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI de consensu Euangelistarū Liber Tertius.

De cœna domini, & de expresso traditore eius, quemadmodum inter se quatuor conueniant. Cap. I.

Mat.26. HInc igitur incipiamus secūdum Matthæum. Cœnantibus aūt eis, accepit Iesus panē & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis & ait, Accipite & comedite,
Mar.14. hoc est corpus meum. Hæc & Marcus Lu-
Luc.22. casq; commemorant. Quod.n. Lucas de ca
D lice bis cōmemorauit, prius antequā panem daret, deinde posteaquā panem dedit, Illud quod superius dixit, præoccupauit vt solet, illud vero quod ordine suo posuit, nō commemorauerat superius, vtrunq; aūt cōiunctū hanc sententiā facit, quæ & illorum est.
Ioan. 6. Ioannes aūt de corpore & sanguine dñi hoc loco nihil dixit, sed plane alibi multo vberius hinc dūm locutum esse testatur. Nunc
Ioā.13. vero cum dūm à cœna surrexisse & pedes discipulorum lauisse commemorasset, reddita etiam ratione, cur eis hoc fecerit, in qua dñs adhuc clausæ significauerat per testimonium scripturæ, ab eo se tradi qui manducaret eius panem, venit ad hunc locum quē tres cæteri pariter insinuant. Cum hæc dixisset, inquit, Iesus turbatus est spiritu & protestatus est, & dixit, Amen amen dico uobis, quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo, sicut idē ipse Ioannes subnectit, adinuicem discipuli hæsitantes de quo dice-
Mat.26. ret, Et cōtristati, sicut Matthæus & Marcus
Mar.14. dicunt, cœperunt ei singillatim dicere, Nūquid ego sum? At ipse rūdens ait, sicut Matthæus sequitur, Qui intingit mecum manū
Mat.26. in paropside, hic me tradet. Et sequitur idē Matthæus ita subnectens, Filius quidem ho-
minis vadit sicut scriptum est de illo, Væ āt E
homini illi per quē filius hominis tradetur, Bonū erat ei si natus non fuisset homo ille. In his & Marcus hoc etiā ordine consonat. Mar.14.
Deinde Matthæus subiunxit, Rūdens aūté Mat.26.
Iudas qui tradidit eum dixit. Nunquid ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti. Etiam hic nō expressum est, vtrū ipse esset. Potest.n. adhuc intelligi tanquam dixerit, Tu dixisti nō ego dixi. Potuit etiā hoc dici sic à Iuda, & à dño responderi, vt non omnes aduerterent. Deinde sequitur Matthæus & inserit mysterium corporis & sanguinis à dño discipulis datum, sicut & Marcus & Lucas. Sed cum tradidisset calicem rursus de traditore suo locutus est, quod Lucas prosequitur dicens. Veruntū ecce manus tradentis me, mecū est
in mensa. Et quidē filius hominis sc̄dm qđ Luc.22.
definitum est vadit, Veruntamē uæ homini illi per quem tradetur. Hic iam intelligēdū est illud consequi quod Ioannes narrat, illi aūt prætermiserunt, sicut Ioannes quædam prætermisit, quæ illi dixerunt. Cum ergo post traditum calicem dixisset dūs, quod à Luc.22.
Luca positum est, Veruntū ecce manus tradentis me mecū est in mensa: & cætera, cōiungitur illud sc̄dm Ioannem. Erat ergo re- F
cumbens vnus ex discipulis eius in sinu Ie- Ioā.13.
su, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus & dicit ei, Quis est de quo dicit? Itaq; cum recubuisset ille supra pectus Iesu dicit ei, Dñe quis est? Respondit Iesus, Ille cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis. Et post buccellam tunc introiuit
in illum satanas. Hic videndum est ne non Luc.22.
solum Lucæ qui iam dixerat intrasse satanā in cor Iudę, quando pactus est tunc cum iudæis: vt eum accepta pecunia traderet, sed etiam sibiipsi Ioannes repugnare uideatur, quia iam dixerat superius, antequam istam buccellam acciperet, Et cœna facta cum iā Ioā.13.
diabolus immisisset in cor vt traderet eum Iudas. Quo enim intrat in cor, nisi immittendo iniquas persuasiones cogitationum iniquarum? Sed nunc intelligere debemus à diabolo Iudam plenius esse possessum: sicut contra in bono, illi qui iam acceperant spiritumsanctum, quando eis post resurrectionem insufflauit dicens, Accipite spiri- Ioā.20.
tumsanctum, post.. eum cum desuper mis- Actor.2.
sus esset die pentecostes, vtique p eum is acceperunt. Post buccellam ergo tunc introiuit

troiuit in eum satanas. Et sicut contextim Ioannes ipse commemorat, dicit ei Iesus,
G Qđ facis, fac citius. Hoc autē nemo sciuit
Ioā.13. discumbentium ad quid dixerit ei. Quidā .n. putabāt, quia loculos habebat Iudas, qa dixit ei Iesus. Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festū, aut egenis vt aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellā exijt cōtinuo. Erat aūt nox. Cum ergo exisset dicit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis & deus clarificatus est in eo. Et si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum. Filioli adhuc modicum uobiscū sum, Quęretis me, & sicut dixi Iudæis, Quò ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscēt omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus, Dñe
H quò vadis? Respondit ei Iesus, Quò ego vado non potes me modo sequi, sequeris autem postea. Dicit ei Simon Petrus, Quare non possum te sequi modo? Animam meā pro te ponam. Respondit Iesus, Animam tuam pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus donec ter me neges.

De prædicta negatione Petri quemadmodum ostendantur nihil inter se repugnare. Cap. II.

HOc de prædicta negatione sua Petro, non solus Ioannes ex cuius euangelio
Ioā.13. modo ista interposui, sed & cæteri tres cōmemorant. Non sanè omnes ex vna eadēque occasione sermonis ad eam commemorandā veniūt. Nam Matthæus & marcus
mat.26. pari prorsus ordine, & eodē narrationis sue
mat.14. loco eā subnectunt ambo, posteaquam dominus egressus est ex illa domo, vbi mandu-
Luc.22. caverant Pascha. Lucas vero & Ioannes, an-
Ioā.13. tequam inde esset egressus. Sed facile possemus intelligere, aut illos duos ea recapitulādo posuisse, aut istos præoccupando, nisi magis moueret qp tam diuersa, non tm verba, sed etiam sententias dñi præmittūt, quibus permotus Petrus illam præsumptionē proferret, vel cum domino vel pro domino moriendi: vt magis cogant intelligi ter eū expressisse præsumptionem suam diuersis locis sermonis Christi, & ter illi à domino responsum quod eum esset ante gallicantū ter negaturus. Neq; enim incredibile est aliquantum disiunctis interuallis temporis Petrum commotum esse ad præsumendū, I
sicut ad negandum: vel ei dūm aliquid ter similiter respondisse: quandoquidem etiam cōtextim, nullis alijs interpositis rebus aut verbis, post resurrectionem ter illum interrogauerit, vtrum eū amet, & ei ter hoc idē respondenti, etiam ipse mandatum de pascē
dis ouibus suis vnum idemque ter præcepe- Ioā. 21.
rit. Hoc autē esse credibilius quòd ter ostēderit præsumptionem suam Petrus, & de trina sua negatione ter à domino audierit, ex ipsis Euangelistarum verbis, quæ à domino dicta diuerse ac diuersa commemorant, sic probatur. Ecce meminerimus quod nūc
interposui ex euangelio Ioannis, hoc certe Ioā. 13.
dixerat, Filioli, adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quo ego vado vos non potestis venire. Et vobis dico modo, Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionē habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus, Domine quò vadis? Nempe hic manifestum est ex illis verbis motum esse Petrum vt diceret, Domine quò vadis, quia K
dicentem audierat, quò ego vado vos non potestis venire. Respondit Iesus eidem Petro, Quò ego vado non potes me sequi modo, sequeris autem postea. Tunc ille quare non possum, inquit, sequi te modo? Ani- Luc.22.
mam meam pro te ponam. Huic præsumptioni respondit dominus futuram eius negationem. Lucas autem cum commemorasset dixisse dominum, Simon ecce satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticū, ego autem rogaui pro te vt non deficiat fides tua: Et tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Tūc subiecit Petrum respondisse, Domine tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Quàm hoc aliud sit, aliud illud vnde Petrus ad præsumendū permotus sit, quis non videat? At vero Matthæus. Et hymno dicto, inquit, exierunt in montem Oliueti. Tunc dicit illis Iesus, Omnes vos scandalum patiemini in
me in ista nocte: Scriptum est enim Per- mat.26
cutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam uos in Galilæam. Sic prorsus, &

Marcus qui habet etiam hæc uerba, uel sen-
mar. 14. tentiam similé illius, vel quibus sed in Ioan-
mat. 26. nem, vel quibus sedm Lucam, Petrus retu-
L lit præsumptionem suam. Et hic ergo ita
sequitur, Respondens autem Petrus ait illi,
Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego
nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus, Amē
dico tibi, quia in hac nocte antequam gal-
lus cantet ter me negabis. Ajt illi Petrus,
etiam si oportuerit me moxi tecum non te
negabo. Similiter & omnes discipuli dixe-
mar. 14. runt. Hæc penè ipsis verbis, etiam marcus
commemorat, nisi q̄ non generaliter, sed
distinctius, quemadmodum futurum esset,
expressit dictum à domino, Amen dico ti-
bi quia tu hodie in nocte hac, priusquā bis
gallus vocem dederit, ter me es negaturus.
Cum itaq; omnes dicant, prædixisse domi-
num q̄ eum Petrus esset negaturus ante-
quam gallus cantaret, non autē omnes di-
mar. 14. cant quoties gallus cantaret, marcus hoc so
lus narrauit expressius, Vnde nonnullis ui-
detur non congruere cæteris, quia parum at
tendunt, & maxime eorum obnubilatur in-
tentio, cum aduersus Euāgelium animo in-
duuntur hostili. Tota enim Petri negatio,
trina negatio est. In eadem nanq; perman
M sit trepidatione animi, propositoque men-
mat. 26. daci, donec admonitus quid ei prædictum
sit, amaro fletu & cordis dolore sanaretur.
Hæc autem tota, id est, trina negatio si post
primum galli cantum inciperet, falsum di-
xisse viderentur tres, quorum matthæus di
Ibidem. xit, Amē dico tibi, quia in hac nocte anteq̄
Luc. 22. gallus cantet ter me negabis. Lucas autem,
Ioā. 13. Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus
donec ter abneges nosse me. Ioannes au-
tem, Amen amen dico tibi non cantabit
gallus donec ter me neges. Diuersis enim
verbis & uerborum ordine eandem expli-
cauerunt sententiam dixisse dominum, q̄
antequam gallus cantare, ter eum Petrus
esset negaturus. Rursus si totam trinam
negationem ante peregisset quàm cantare
gallus inciperet, superfluo dixisse Marcus
deprehēderetur ex persona domini. Amē
dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam gallus bis vocem dederit, ter me negaturus es. Quid enim attinebat dicere, priusquam bis, quando si ante primum gallicantum tota illa trina negatio compleretur, simul, & ante secundum, & ante tertium, & ante omnes gallicantus eiusdem noctis completa inueniretur, quę ante ipsum primum impleta probaretur. Sed quia atne primum galli cantum cœpta est illa trina negatio, attenderunt illi tres, non quando eam completurus esset A Petrus, sed quanta futura esset, & quando cœprura, id est, quia trina, & quia ante galli cantum: quanquam in animo eius, & ante primum galli cantum tota posit intelligi. Quāuis enim verbis negantis ante primum cœpta, ante secundum autē galli cantum peracta sit tota illa trina negatio: tamē affectione animi, & timore Petri ante primum tota cœpta est. Nec interest quantis morarum interuallis trina voce enunciata sit, cum cor eius etiam ante primū galli cantum tota posset derit: tam magna scilicet formidine imbibita, vt posset dominum, non solum semel, sed & iterum & tertio interrogatus negare, Et rectis diligentiusque atten matt. 5.
dentibus, quo iam mœchatus est mulierem in corde suo qui eam viderit ad concupiscē dum: sic Petrus quandocunq; verbis ædere timorem, quem tam uehementē animo conceperat, vt perdurare posset, vsq; ad tertiam domini negationem, tota trina negatio ei tempori deputanda est, quando eū trinæ negationi sufficiens timor inuasit. Ex quo etiam, si post primum galli cantum inciperet pulsato interrogationibus pectore verba illa negationis erumpere, nec sic ab- B surde atq; mendaciter ante galli cātum ter negasse diceretur, quando ante galli cantum tantus timor obsederat mentem, qui eam posset vsque ad tertiam negationem perducere. multo minus igitur mouere debet, quia trina negatio etiam trinis negantis vocibus ante galli cantum cœpta, & si non ante primum galli cantum peracta est. Tan quam si alicui diceretur, hac nocte antequam gallus canter, ad me scribes epistolam, in qua mihi ter conuitiaberis: non vtique si eam ante omnem galli cantum mar. 14
scribere inciperet, & post primum galli cantum finire, ideo dicendum erat falsum fuisse prædictum. Marcus ergo de ipsarum vocum interuallis planius elocutus est, qui dixit ex persona domini, Priusquam bis gallus vocem dederit, ter me negaturus est. Ita gestum esse apparebit, cum ad eundem locum narrationis Euangelicæ venerimus, vt etiam illic ostendatur Euangelistas sibi congruere. Si autem quærūtur ipsa omnino verba, quæ Petro dominus dixerit, neq; inuenire pūr, & superfluo quæ-

gruntur, cum sententia eius pp quam cognoscendā verba proferuntur, etiam in diuersis Euāgelistarum verbis posit esse notissima. Siue ergo diuersis sermonum dñi locis commotus Petrus singillatim ter enunciauerit præsumptionē suā, & ter ei dās suam negaC tionem prædixerit, sicut probabilius indagatur: siue aliquo narrandi ordine possint omnium Euangelistarum commemorationes in vnum redigi, quibus demonstretur semel dominū prædixisse Petro præsumenti quòd cum negaturus esset: nulla hic Euangelistarum repugnantia deprehendi poterit, sicut nulla est.

De his quæ dicta sunt à domino donec exiret de domo ubi cœnauerant, quemadmodum nihil discrepare monstrentur.
Caput. III.

Ioā. 14. NVnc ergo quantum possumus, ipsum ex omnibus ordinem iam sequamur. Cum ita secundum Ioannē hoc Petro prædictum esset, sequitur idem Ioannes, & conserit domini sermonem, dicentis, Non turbetur cor vestrū, Creditis in deum, & in me credite: in domo patris mei mansiones multæ sunt, &c. Sermonis eius præclara maximeq; sublimia diu narrat, donec contextim veniat ad illum locum vbi ait dñs, Pater iuIoan. 7. ste, mundus te non cognouit, ego aūt te cognoui: & ij cognouerunt quia tu me misisti,
D & notum eis feci nomen tuum: & notum faciam, vt dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit,
Luc. 22. & ego in ipsis. Cum aūt facta esset contentio inter eos, quis eorum uideretur esse maior, sicut Lucas cōmemorat, dixit eis, Reges gentiū dominantur eorum, & qui potestatē habent super eos, benefici vocantur. Vos át non sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est qui recumbit an q̄ ministrat? Nonne qui recumbit: Ego aūt in medio vestrum sum sicut q̄ ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono uobis, si cut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mēsam meā in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Ait aūt dñs Simoni, sicut Lucas ipse subiungit, Simon, ecce Sātanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego aūt rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. Et tu aliqū conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei, Dñe, tecū paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille E
dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis, Q̄n misi vos sine sacculo & pera & calceamentis, nunquid aliud de fuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nūc qui habet sacculum, tollat similiter & perā: Esa. 53.
& qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Dico enim vobis, q̄m adhuc hoc quod scriptum est, oportet impleri in me, Et q̄ cū iniustis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt, Domine, ecce gladij duo hic. At ille Mat. 26.
dixit eis. Satis est. Et hymno dicto, sicut Mat Mar. 14.
thæus Marcusq; commemorant, exierunt in montem Oliueti. Tunc dixit illis Iesus, Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptum est enim. Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquā autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi, Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Hæc secundum Matthęum inseruimus. Sed & marci penè ipsa & totidem verba sunt, ni si quia distat illud quod de galli cantu iam supra enodauimus.

De his quæ gesta sunt in illo prædio vel F
horto, quo ex illa domo post cœnam venerunt, quomodo trium, id est, matthæi, marci, & Lucæ consonantia demonstretur, quoniam Ioannes de hoc tacet. mat. 26.
Cap. IIII. mar. 14.

Contexit igitur narrationem matthæus, & dicit, Tunc venit Iesus cum illis in uillam, quæ dicitur Gethsemani. Hoc dicit Luc. 12.
& marcus. Hoc & Lucas, non expresse nominato prædio, cum ait, Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem Oliuarum. Secuti sunt aūt illum & discipuli. Et cum peruenisset ad locum, dixit illis, Orate ne intretis in tentationem. Iste locus est, cuius nomen illi dixerunt Gethsemani. Ibi fuisse intelligimus hortum, quem cōmemo Ioā. 12.
rat Ioannes, ita narrans, Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrētem Cedron, vbi erat hortus, in quem

Universidad de Deusto Biblioteca

Mat.22. introiuit ipse & discipuli eius. Deinde secun
dum Matthæum dixit discipulis suis, Sedete
hic, donec vadam illuc & orem. Et assum-
pto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit
contristari & mœstus esse. Tunc ait illis,
Tristis est anima mea vsque ad mortem: fu-
G stinete hic & vigilate mecum. Et progressus
pusillum, procidit in faciem suam, orans &
dicés, Mi pater, si posibile est, transeat à me
calix iste. Veruntamen non sicut ego volo,
sed sicut tu. Et uenit ad discipulos suos, &
inuenit eos dormientes, & dicit Petro, Sic
non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundo abijt & orauit, dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Et venit iterum, & inuenit eos dormiẽtes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt, & orauit tertio, eundem sermonem dicens, Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iam & requiescite, Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite eamus, ecce appropinquauit qui me
Marc.14 tradet. Hæc etiam marcus eoq; prorsus mo
do atq; ordine conserit, aliquanto breuius quasdam constringens sententias, & aliquid magis aperiens. Nam vester hic sermo se-
Mat.16. cundum matthæum tanquam sibiipsi con-
trarius, quòd post tertiam orationem venit
H ad discipulos suos, & dixit illis, Dormite iã, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum, Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Quomodo enim supra dixit, Dormite iam, & requiescite cum connectat, Ecce appropinquabit hora? & ideo dicat, Surgite, eamus? Qua velut repugnantia commoti qui legunt conantur ita pronunciare quod dictũ est, Dormite iam & requiscite: tanquam ab exprobrãte, non à permittente sit dictum. Quod recte fieret, si esset necesse. Cum vero marcus ita hoc comme
Mar.14. morauerit, vt cum dixisset, Dormite iam & requiescite: adiungeret, Sufficit: & deinde inferret, Venit hora, ecce tradetur filius hominis: vtiq; intelligatur post illud quod eis dictum est, Dormite iam, & requiescite: siluisse dominum aliquantulum, vt hoc fieret quod permiserat: & tunc intulisse, Ecce appropinquauit hora. Ideo post illa verba secundum marcum positũ est, Sufficit. i. q requieuistis iam sufficit. Sed qa cõmemorata non est ipsa interpositio silentij dñi, propterea coarctat intellectũ, vt in illis uerbis alia pronunciatio requiratur. Lucas autem prætermisit quoties orauerit: dixit sanè q isti tacuerunt, & orantem ab angelo confor Luc.22.
tatum, & prolixius orantis sudorem fuisse I
sanguinem, & guttas decurrentes in terrã. Cum ergo dicit, Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, non expresit quota oratione: in nihilo tamen illis duobus repugnat. Ioannes vero posteaquã in hortum ingressum dicit cum discipu Ioã.18.
lis suis, non commemorat quid illic egerit, donec eius traditor cum Iudæis ad eum cõprehendendum veniret. Tres igitur isti eandem rem ita narrauerunt, sicut etiam vnus homo ter posset loqui, cum aliquanta uarietate, nulla tamen aduersitate. Lucas enim Luc.22.
quantũ ab eis progressus, id est, auulsus fuerit vt oraret, manifestius aperuit, dicens quantum iactus est lapidis. Porro aũt marcus primo ex verbis suis idem narrauit rogasse dominum vt si fieri posset, transiret ab marc.14
eo illa hora, id est, passionis, quam calicis nomine mox significauit. Deinde verba ipsa domini sic enunciauit, Abba pater, omnia tibi posibilia sunt, transfer calicem hunc à me. Quibus verbis si adiungas quod illi duo dixerunt, & quod ipse etiam marcus ex persona sua pariter suprapositi, ita sentẽtia manifestatur. Pater si fieri potest, Omnia enim tibi posibilia sunt, transfer calicem istum à me: ne quis eum putaret patris K
minuisse potestatem, cum ait, Si fieri potest: non enim dixit, Si facere potes: sed, si fieri potest. Fieri autẽ potest quod ille noluerit. Sic itaq; dictum est, Si fieri potest: ac si diceretur, Si uis. manifestauit enim marcus quo intellectu accipiendum sit, Si fieri potest: qñ ait, Omnia tibi posibilia sunt, Et quod commemorauerunt eum dixisse, Verum nõ quod ego uolo, sed quod tu: tantundem valet, quantum si & ita dicatur, Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat: satis ostendit non ex impossibilitate, sed ex voluntate patris dictum esse, Si fieri potest, præsertim quia Lucas & hoc ipsum planius intimauit. Luc.22.
Non enim ait, Si fieri potest: sed, Si uis, Cui apertiori sententiæ apertius iungitur quod marcus posuit: vt ita dicatur, Si vis, omnia enim tibi posibilia sunt, transfer à me calicem istum! Quod autem ipse marcus, non solum pater, sed Abba pater eum dixisse mar.14
com-

commemorat, hoc est abba Hebraice, quod est Latine pater. Et fortasse dominus ꝓpter aliquod sacramentum vtrunq; dixerit, nolens ostẽdere illam se tristitiam in persona
Ephes.2 sui corporis. i. Ecclesiæ susceptisse: cui factus
L est angularis lapis, venientibus ad eum partim ex Hebræis, ad quos pertinet, qđ ait abba, partim ex gentibus ad quas pertinet, qđ
Rom.8. ait pater. Etiam Paulus Apostolus nõ prętermittens hoc sacramentum in quo clamamus, inquit, abba pater. Et iterũ ait, Misit
Gal.4. deus spiritum suum in corda vestra, clamantem abba pater. Oportuit.n. vt bonus magister & verus saluator infirmioribus compatiens, in seipso demõstraret, nõ debere suos martyres desperare, si qua forte cordibus eorum irreperet sub tempus passionis ex humana fragilitate tristitia: cum eã vincerent voluntati suæ ꝓponendo volũtatem dei: qa ille scit quid expediat, quibus consuluit. De qua tota re non nunc tempus est vt vberius disseratur: agitur.n. modo de conuenientia Euãgelistarũ, in quorum diuersitate verborum salubriter discimus, non aliud in verbis ad audiendam veritatem, q̃ sententiam loquentis esse requirendam. Hoc est.n. Pater, quod abba pater: sed ad sacramentum intimandum, planius est abba pater: ad vnitatem significandam sufficit, pater. Et dũm quidẽ abba pater dixisse credendum est, sed tñ non eluceret sententia, nisi alijs dicentibus tñ pater demonstraretur sic esse illas
M duas Ecclesias ex Iudæis & Græcis, vt etiã
Ioã.10. vna sit. Ex illo ergo intellectu dictum est, Abba pater: quo idem dñs alibi ait, Habeo alias oues, quæ non sunt ex hoc ouili: gentes vtiq; significans, cum haberet oues ẽt in populo Israel. Sed quia secutus adiecit, Oportet me & eas adducere, vt sit vnus grex & vnus pastor, quantum valet ad Israelitas & gentes, abba pater, tantum ad vnum gregem, solum pater.

De his quæ in eius apprehensione facta & dicta omnes commemorant, quomodo eos inter se nihil appareat dissentire. Cap. V.

ADhuc ergo ipso loquente, sicut dicunt Matthæus & Marcus, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibꝰ, missi à principibus
Mat.20. sacerdotum, & senioribus populi. Qui autẽ
Marc.14 tradidit eum, dedit illis signum, dicẽs, Quẽ-

cunque osculatus fuero, ipse est, tenete eũ. Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabi. Et osculatus est eum, Dixitq; illi primo, quod ait Lucas, Iuda osculo filium hominis tradis? Deinde quod Matthæus, Ami Luc.22.
ce ad quid venisti? Deinde dixit, quod Ioan Mat.26.
nes commemorat, Quem quæritis? Respon A
derunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Ie- Ioa.18.
sus. Ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Iterum ergo eos interrogauit, Quẽ quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, Dixi vobis quia Ioã.17.
ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abi- Luc.22.
re: vt impleretur sermo quem dixit, quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quenquam. Videntes autem, sicut Lucas dicit, ij qui circa ipsum erant, quod futurũ erat, dixerunt ei, Dñe si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex ipsis, quod oẽs quatuor dicunt, seruum principis sacerdotum, & amputauit auriculam eius, sicut Lucas & Ioannes dicunt, dexteram. Qui aũt percussit, secundum Ioannem, Petrus erat: quem percussit aũt, Malchus vocabaꝫ. Deinde quod Lucas dicit, Rñdens Iesus, ait, Sinite vsque huc: & adiunxit quod Matthæus cõmemorat, Cõ- Mat.26.
uerte gladium tuum in locum suum: Oẽs .n. qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum? Quo ergo implebuntur scripturæ: quia sic oportet fieri? His verbis adiungi põt, quod illũ eo lo- B
co dixisse Ioannes commemorat, Calicem Ioã.18.
quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum? Tunc, sicut Lucas dicit, tetigit auricu- Luc.22.
lam illius qui percussus erat, & sanauit eũ. Nec moueat quasi contrarium sit, quod Lucas dixit, interrogantibus discipulis, si percuterent in gladio, dominum respõdisse, Sinite vsque huc: quasi post illam percussionem ita dictum fuerit, vt placuerit ei vsque huc factum, sed amplius fieri noluerit: cum in verbis quæ Matthæus posuit, intelligatur potius totum factum, quo vsus est gladio Petrus, dño displicuisse. Illud.n. verius est, q̃ cum eum interrogassent, dicentes: Domine si percutimus in gladio, tunc respõdit, Sinite vsque huc. i. non vos moueat quod futurum est, permittendi sunt hucusque progredi: hoc est, vt me apprehendant, & impleantur q̃ de me scripta sunt. Sed inter moras

ras verborum interrogãtium dñm, & illius respondentis, Petrus defensionis auiditate, & maiori pro domino commotione percussit: sed non potuerunt etiam simul dici, quæ simul fieri potuerunt. Non enim diceret, Respondens autẽ Iesus, nisi illorum interC rogationi responderet, non facto Petri. Nã de facto Petri quid iudicauerit, Matthæus solus dixit. Vbi etiam non dixit Matthæus,
Mat.26. Respondit Iesus Petro, Conuerte gladium tuum: sed dixit, Tunc ait illi Iesus, Cõuerte gladium tuum: quod post factum apparet
Luc.22. dixisse dominum. Illud vero quod Lucas posuit, Respondens autem Iesus ait, Sinite vsq; huc: illis qui interrogauerant responsum esse accipiendum est. Sed quia, vt diximus inter verba interrogantium, & respondentis domini, facta est vno ictu percussio, hoc ordine iudicauit esse narrandum, vt etiam inter verba interrogationis & responsionis eam insereret. Non est ergo contra-
Mat.26. rium hoc ei quod dixit Matthæus, Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, ideſt qui vsi fuerint gladio. Videri autem posset contrarium, si dominus ex illa responsione, Sinite vsque huc, prohibuisse letale vulnus, vsum tamen gladij spontaneum approbasse demonstretur. Quanquam etiam Petro dictum totum congruenter intelligi possit, vt sic connectatur, & qđ Lucas, & quod Matthæus retulit, quẽadmodum supra commemoraui. Sinite vsq; huc: & conuerte gladium in locum suum.
D Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, &c. Quomodo autẽ sit intelligendum, Sinite vsque huc, iam expositũ: & si alter melius potest, ita sit dum tamen Euãgelistarum veritas constet. Postea sequitur
Mat.26. Matthæus, & commemorat eum in illa hora dixisse turbis: Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in
Luc.22. templo, & non me tenuistis. Tunc addidit etiam verba quæ Lucas ponit. Sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Hoc
Mat.26. autem totum factum est, sicut Matthæus dicit, vt implerentur scripturæ Prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt, sicut & Marcus dicit. Sequebatur autem illum vnus adolescens amictus sindo-
Marc.14 ne, sicut idem Marcus commemorat. Et cũ tenuissent eum, reiecta sindone nudus profugit ab eis.

De his quæ gesta sunt cum duceretur dominus ad domum principis sacerdotum, & quæ in ipsa domo cum nocte perductus esset, & maximè de Petri negatione, quẽadmodum inter se omnes congruant. Cap. VI.

AT illi tenentes Iesum duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, vbi scribæ & seniores conuenerant, sicut Matthæus E
dicit. Sed primum ad Annam ductus est so- matt. 7.
cerum Caiphę, sicut Ioannes dicit. Marcus Ioã. 18.
autem & Lucas nomen non dicunt pontifici. Ductus est autem ligatus, eum adessent marc.14
in illa turba Tribunus & cohors, & minis- Luc.22.
tri Iudæorum sicut Ioannes commemo- Ioã. 18.
rat. Petrus autem sequebatur eum à longe mat.26.
vsque in atrium principis sacerdotum. Et marc.14
ingressus intrò, sedebat cum ministris, vt vi- Luc.22.
deret finem, sicut dicit Matthæus. Et calefaciebat se ad ignem, sicut in eo loco narrationis dicit Marcus, Hoc & Lucas commemorat, quòd Petrus sequebatur à longe. Accẽso autem igne in medio atrio, & circumsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Et Ioannes dicit, quòd sequebatur Simon Ioã. 18.
Petrus, & alius discipulus. Discipulus autẽ
ille alius erat notus pontifici, & introiuit cũ
Iesu in atrium pontificis, sicut Ioannes di-
cit: Petrus autem stabat ad ostium foris, se- mat.26.
cundum eundem Ioannem. Exiit ergo discipulus alius qui erat notus pontifici, & dixit marc.14
ostiariæ, & introduxit Petrum, sicut idem Luc.22.
Ioannes dicit: Sic enim factum est, vt intus mat.26.
esset & Petrus in atrio, sicut & alij dicunt. F
Principes autem sacerdotum & omne concilium, sicut Matthæus dicit, quærebant falsum testimoniũ contra Iesum vt eum mor-
ti traderent, & non inuenerunt cũ multi fal-
si testes accessissent. Conuenientia enim te-
stimonia non erant, sicut Marcus dicit, cum marc.14
endem locum commemoraret. Nouissime mat.26.
autem venerunt duo falsi testes, sicut dicit
in atthæus, & dixerunt: Hic dixit, Possum
destruere tẽplum dei, & post triduum reædificare illud. Alios etiam marcus commemorat dixisse, Nos audiuimus eum dicentẽ. marc.14
Ego dissoluam templum hoc manufactum,
& post triduum aliud non manufactum ędi-
ficabo: & ideo non erat conueniens testimo- mat.26.
nium illorum: sicut idem marcus ibidem dicit. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi: Nihil respondens ad ea quæ isti aduersum te iuste testificantur? Iesus autem tacebat: Et princeps

princeps sacerdotum ait illi, Adiuro te per deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Chri-
stus filius dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti.
Hæc matthæus. marcus autem eadem alijs
verbis dicit, nisi quòd tacet qđ eum adiura-
uerit princeps sacerdotum: sed tantum va-
lere ostendit, quod ei dicit Iesus, Tu dixisti:
Marc.14 quãtum si diceret, Ego sum. Sequitur enim,
G vt ait idem marcus, Iesus autem dixit illi,
Ego sum. Et videbitis filium hominis à dex-
tris sedentem virtutis, & venientem cũ nu-
mat.26. bibus cœli. Hoc dicit etiam matthæus: sed
non dicit respondisse Iesum, Ego sum. Tũc
princeps sacerdotum scidit vestimenta sua,
dicens, Blasphemauit. Quid adhuc egemus
testibus? quod matthæus commemorat. Et
sequitur, Ecce nunc audistis blasphemiam,
marc.14 Quid vobis videtur? At illi respondentes
dixerunt, Reus est mortis. Hoc etiam testa-
tur & marcus. Et sequitur matthæus, Tũc
mat.26. expuerunt in faciem eius, & colaphis eum
ceciderunt. Alij autem palmas in faciem ei
dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Chri
ste, quis est qui te percussit? Hoc dicit &
marcus. Commemorat etiam qđ dei faciem
marc.14 velauerunt. De his quoque Lucas attesta-
Luc.22. tur. Hæc intelligitur passus dñs vsq; ad ma-
ne in domo principis sacerdotũ, quò prius
adductus est, vbi etiam Petrus tentatus est.
Sed de Petri tentatione, quæ inter has domi
ni contumelias facta est, non eodem ordine
omnes narrant: nam ipsas primo comme-
mat.26. morant matthæus & marcus, deinde Petri
marc.14 tentationem. Lucas vero explicat prius ten
Luc.22. tationem Petri, tum demum has domini
Ioã.18. contumelias. Ioannes autem incipit Petri
H tentationem dicere, & interponit quædam
de contumelijs domini, & adiungit qđ inde
missus est ad Caipham pontificem: & inde
recapitulat, vt explicet quam cœperat ten-
tationem Petri in domo quò primo adduc-
tus est, & redit ad ordinem, vt ostendat
quemadmodum ductus sit dominus ad Cai-
pham. Sic ergo matthæus sequitur, Petrus
mat.26. vero sedebat foris in atrio, & accessit ad eũ
vna ancilla, dicens: Et tu cum Iesu Gal-
læo eras? Et ille negauit coram omnibus
dicens: Nescio quid dicis. Exeunte autem
illo ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait ijs
qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazare-
no. Et iterum negauit cum iuramento,
quia non noui hominem. Et post pusillum
accesserunt, qui stabant, & dixerunt Petro,
Vere & tu ex illis es, nam & loquela tua ma-
nifestum te facit. Tunc cœpit detestari &
iurare, quia non nouisset hominem: & con-
tinuo gallus cantauit. Hoc dicit matthæus.
Intelligitur autem qđ postcaquam exijt fo-
ras, cum iam semel negasset, gallus cantauit
primus, quod matthæus tacet, & marcus di-
cit. Non autem foris ante ianuam iterum
negauit, sed cum redijsset ad focum. Quan-
do autem redierit, non opus erat commemo-
rare. marcus ergo sic illud narrat, Et exijt I
foras ante atrium, & gallus cantauit. Rur- marc.14
sus autem cum vidisset illum ancilla, cœpit
dicere circunstantibus, quia hic ex illis est.
At ille iterum negauit. Hæc vero ancilla
non eadem, sed alia est, sicut dicit matthęus.
Sanè hoc quoque intelligitur, quia in secun
da negatione à duobus compellatus est, &
ab ancilla scilicet, quam commemorãt mat-
thæus & marcus, & ab alio quem comme-
morat Lucas. Sic enim hoc narrat Lucas, Luc.22.
Petrus vero sequebatur eum à longe. Ac-
censo autem igne in medio atrio, & circun-
sedentibus illis, erat Petrus in medio eorũ.
Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit,
Et hic cum illo erat, At ille negauit eum, di-
cens: mulier non noui illum. Et post pu-
sillum alius videns eum, dixit, Et tu de illis
es? Hoc ergo quod Lucas ait: Et post pu-
sillum: iam egressus erat Petrus ianuam, &
primus gallus cantauerat. Iamq; redierat,
vt quemadmodum dicit Ioannes, ad focum
stans iterum negaret: Ioannes enim in pri-
ma negatione, non solum de primo galli can
tu tacet, sicut cæteri, excepto marco, sed
etiam quòd sedentem ad ignem cognouerit K
ancilla, non commemorat. Hoc enim tan-
tum ait, Dicit ergo Petro ancilla ostiaria,
Nunquid ergo & tu de discipulis es homi- Ioã. 18.
nis istius? Dicit ille, Non sum. Deinde
interponit quæ gesta sunt cum Iesu in ea-
dem domo, quæ commemoranda arbitra-
tus est, ita narrans, Stabant autem serui &
ministri ad prunas, quia frigus erat, & ca-
defaciebant se. Erat autem cum eis & Pe-
trus, stans & calefaciens se. Hic ergo in-
telligitur, iam exisse foras Petrum, & re-
disse. Primo enim sedebat ad ignem, po-
stea iam rediens, stare cœperat. Sed forte
ait aliquis, Nondum exierat, surrexerat au-
tem exiturus. Hoc potest dicere, qui putat
foris ante ianuam secundo interrogatum
negasse. Videamus ergo Ioannis sequentia, Ioã. 18.
Pontifex ergo, inquit, interrogauit Ie-
sum

sum de discipulis suis,& doctrina eius. Respondit ei Iesus, Ego palàm locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, & in templo quò omnes Iudæi cõueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis. Ecce ij sciunt quę dixerim ego. Hæc aũt cum dixisset, vnus assistẽs ministrorum dedit alapam Iesu,dicens: Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus,Si male locutus sum,testimonium perhibe de malo:sin aũt bene, quid me cædis? Et misit eũ Annas ligatum ad Caipham pontificem. Hic sanè ostenditur q̃ Annas põtifex erat: nondum enim missus erat ad Caipham, cũ iam illi diceretur, Sic respondes pontifici. Et hos duos, Annam & Caipham pontifices,cõmemorat etiam Lucas in initio Euãgelij sui. His dictis Ioannes redit ad quod cœperat de negatione Petri: id est,ad eandẽ domum, vbi gesta sunt quæ narrauit,& vnde ad Caipham missus est Iesus, ad quem ab initio ducebatur, sicut dicit matthæus. Commemorauit autem ista Ioannes quæ interposuit recapitulans de Petro, & ad eã narrationem rediens, ita dicit, vt compleat trinam negationem. Erat autem Simon Petrus stans,& calefaciens se. Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit, Non sum. Hoc igitur loco inuenimus,non ante ianuam,sed ad focũ stantem,secundo negasse Petrum: quod fieri non posset,nisi iam redijsset, posteaquam foras exierat. Neq; enim iam exierat,& foris eum vidit altera ancilla: sed cum exierat,eum vidit.i. cum surgeret vt exiret,animaduertit eum, & dixit ijs qui erant ibi,id est,qui simul erant ad ignem intus in atrio, Et hic erat cum Iesu Nazareno. Ille autẽ qui foras exierat, hoc audito, rediens iurauit illis contranitentibus,quia non nouit hominem. Nam & Marcus sic ait de eadẽ ancilla, Et cœpit dicere circunstantibus, quia hic ex illis est. Dicebat enim non illi,sed ijs qui illo exeunte ibi remanserant, sic tamen vt ille audiret. Vnde rediens, & rursus ad ignem stans, resistebat negando verbis eorum. Deinde in eo quod Ioannes ait, Dixerunt, nunquid & tu ex discipulis eius es,q̃d redeunti & stanti dictum intelligimus, hoc quoq; confirmatur,non illam tantum alteram ancillam, quam commemorant in hac secũda negatione matthæus & marcus, sed & alium,quem commemorat Lucas,cũ Petro id egisse. Vnde & Ioannes dicit. Dixerunt ergo ei, Quapropter siue posteaquam illo exeunte dixit ancilla his, qui secũ erãt in atrio, quia hic ex illis est, hoc audito ille, regressus est,vt se quasi purgaret negando: siue quod est credibilius, non audiuit quid de illo dictum fuerit, cũ foras exiret, & posteaquam redijt, dixerunt ei ancilla & ille alius,quem Lucas commemorat, Nunquid & tu ex discipulis eius es? & dixit,Nõ sum, pertinacius insistente illo,de quo Lucas ait, atq; dicente, Et tu de illis es:cui Petrus ait, O homo,non sum. Liquido tũ colligitur, collatis de hac re omnibus Euangelistarum testimonijs, non ante ianuã secundo Petrũ negasse,sed intus in atrio ad ignẽ: matthæũ autem,& marcum, qui commemorauerunt exisse eum foras, regressum eius breuitatis causa tacuisse. Nunc iam de tertia negatione inspiciamus eorum congruentiam, quam matthæum solum iam explicasse meminerimus. Sequitur ergo marcus,& dicit, Et post pusillum rursus qui astabant, dicebant Petro, Vere & tu ex illis es, nam & Galilæus es. Ille aũt cœpit anathematizare & iurarè, Quia nescio hominem istũ quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Lucas autẽ ita secutus,hoc idem narrat, Et interuallo facto quasi horæ vnius,alius quidã affirmabat,dicẽs: Vere & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petrus, Homo nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquente,cantauit gallus. Ioannes secutus de tertia Petri negatione, ita explicat, Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus,& statim gallus cantauit. Quod igitur matthęus & marcus dicunt, post pusillum,quantum esset hoc temporis,manifestat Lucas dicendo, Et interuallo facto quasi horæ vnius. De hoc aũt interuallo tacet Ioannes. Item quod matthæus & marcus non singulari,sed plurali numero enunciãt eos,qui cũ Petro agebant, cum Lucas vnũ dicat, Ioannes quoq; vnum,eumq; cognatũ eius,cui abscidit Petrus auriculam: facile est intelligere,aut pluralem numerum pro singulari,vsitata locutione vsurpasse matthęũ & marcum: aut q̃ vnus maxime tanquam sciens,& qui eum viderat, affirmabat,cæteri aũt secuti eius fidem, Petrum simul vrgebant. Vnde duos Euangelistas cõpendio pluralem numerum posuisse: alios autem duos eum

eũ solum significare voluisse,qui præcipuus in hoc erat. Iã vero illud q̃d Matthæus ipsi Petro dictum fuisse asserit, Vere & tu ex illis es nam & loquela tua manifestum te facit: sicut Ioannes eidem Petro dictum asserat, Nõne ego te vidi in horto cũ illo? Marcus autem inter se illos de Petro locutos dicit,Vere ex illis est,nam & Galilæus est: sicut q̃ Lucas, non Petro, sed de Petro dicit, Alius quidam affirmabat dicens: Verè & hic cum illo erat,nam & Galilæus est: Aut sententiã intelligimus tenuisse eos qui compellatum dicunt Petrum:tantundẽ enim valuit quod de illo coram illo dicebatur,quantũ si illi diceretur: aut vtroque modo actũ vel dictum,& alios illo,alios alio modo cõmemorasse. Galli autem eantum post tertiam negationem secundum intelligimus, sicut Marcus expressit. Sequitur ergo Matthæus dicens: Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat, Priusquã gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amare. Marcus autem ita dicit, Recordatus est Petrus verbi quod dixit ei Iesus, Priusquã gallus cantet bis,ter me negabis:& cœpit flere. Lucas autem sic ait: Et conuersus dñs respexit Petrum, Et recordatus est Petrus verbi domini sicut dixit, quia priusquam gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Ioannes de recordatione & fletu Petri tacet. Sanè in eo quod ait Lucas,quòd cõuersus dominus respexit Petrum: quomodo accipiendum sit,diligẽtius considerandum est. Quamuis enim dicãtur etiã interiora atria, tamen in exteriore atrio fuit Petrus inter seruos qui simul se ad ignẽ calefaciebant. Nõ est autem credibile quod vbi audiebatur dominus à Iudæis,vt corporalis fieret illa respectio. Nanque cum dixisset Matthæus. Tunc expuerunt in faciẽ eius & colaphis eum cæciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes: Prophetiza nobis Christe quis est qui te percusit: secutus est dicens,Petrus vero sedebat foris in atrio. Quod non diceret, nisi illa cum domino intus agerentur:& quãtum colligitur in narratione Marci, non solum in interioribus, sed etiam in superioribus domus agebantur. Nam posteaquã Marcus talia narrauit, secutus ait, Et cum esset Petrus in atrio deorsum, Sicut ergo eo q̃ Matthæus ait, Petrus vero sedebat foris in atrio: ostendit quòd illa intus agerentur: sic eo quòd dicit Marcus, Et cum esset Petrus in atrio deorsum, ostendit non solum in interioribus,sed etiam in superioribus gesta quæ dixerat. Quomodo ergo respexit Petrum dominus facie corporali? Quapropter mihi videtur illa respectio diuinitus facta, vt ei veniret in mentem quoties iam negasset,& quid ei dominus prædixisset,atque ita misericorditer domino respiciente pœniteret eũ & salubriter fleret, sicut quotidie dicimus,Domine respice me. Et respexit eũ dominus, qui de aliquo periculo vel labore diuina misericordia liberatus est. Et sicut dictum est, Respice & exaudi me, & conuertere domine & libera animã meã: Ita dictum arbitror, Conuersus dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi domini. Denique cum frequentius soleant Euangelistæ in narrationibus suis ponere Iesum quàm dominum, modo Lucas domiñum posuit dicens,Conuersus dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi domini. Matthæus autem & Marcus, quia de ista respectione tacuerũt, nõ verbi domini, sed verbi Iesu,eum recordatum esse dixerunt: vt etiam ex hoc intelligamus illam respectionem à Iesu, non humanis oculis,sed diuinitus factam.

De his quæ mane gesta sint priusquam Pilato traderetur quomodo Euangelistæ inter se non discrepẽt,& testimonio Hieremiæ, quod Matthæus propter domini precium interposuit, cum hoc in eiusdẽ Prophetæ scriptura non inueniatur. Cap. VII.

SEquitur ergo Matthæus & dicit, Mane autem facto, consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum vt eum morti traderent: Et vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi,Marcus similiter, Et confestim mane,inquit,consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & vniuerso concilio vincientes Iesum duxerunt & tradiderunt Pilato. Lucas autem posteaquam compleuit narrando Petri negationem recapitulauit quæ cum domino gesta sunt,iam vt apparet circa mane,atque ita contexuit narrationem. Et viri qui tenebant illum illudebant ei cædentes, & velauerunt eum & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum dicentes, Prophetiza, quis est qui te percusit? Et alia multa blasphemantes

Universidad de Deusto Biblioteca

sphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, cõuenerunt seniores plebis & principes sacerdotum & scribæ & duxerunt illũ in concilium suum dicentes: Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, G non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respõdebitis mihi neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis dei. Dixerunt autẽ omnes, Tu ergo es filius dei? Qui ait, Vos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc Luc.23. desideramus testimonium? Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et surgens omnis multitudo eorũ duxerunt eum ad Pilatum. Hęc omnia narrauit Lucas, vbi intelligitur qđ Mat.26. etiam Matthæus & Marcus narrauerunt, qꝑ Marc.14 interrogatus sit dominus, vtrum ipse esset filius dei, & quòd dixerit, Dico vobis, amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis dei & veniẽtem in nubibus cœli, iam lucescente die gestum: quando Lucas Luc.22. dicit, Et vt factus est dies: atque ita narrat similia, & si quid etiam ipse commemorat quod illi tacuerunt. Nocte autem intelligimus per falsos testes actum esse cum domino, quod breuiter commemorauerunt Matthæus & marcus, Lucas tacuit, qui enarrauit quæ circa mane sunt gesta. Nam & illi, idest Matthæus & marcus contexerunt narrationem in ijs, quæ cum domino acta sunt vsque ad mane: sed postea redierunt ad narrandam Petri negationem: qua terminata H redierunt ad mane, vt inde cætera contexerent, quousque perducerent quæ cum domino acta erant, sed nondum commemorauerant quod mane factũ esset. Ioannes quoque cum ea quæ cum domino gesta sunt, ex quanta parte visum est, & Petri negatio- Ioã. 18. nem totam commemorasset, Adducunt ergo, inquit, Iesum ad Caipham in prætoriũ. Et erat autem mane, vbi intelligimus aut aliquam fuisse causam, quæ coegerit Caipham esse in prætorio, nec esse præsentem, cum alij principes sacerdotum haberent de domino quæstionem, aut in domo eius fuisse prætorium: tamen ad ipsum ab initio ducebatur, ad quem in extremo perductus est. Sed quia iam tanquam conuictum reum ad ducebant, Caiphæ aũt iam antea visum fuerat vt Iesus moreretur, nulla mora interposita est, quin occidendus Pilato traderetur. Quæ igitur per Pilatum cum domino gesta sunt, ita Matthæus narrat: Ac primũ excurrit inde, vt commemoret exitum Iudæ traditoris, quem solus narrauit, ita dicens: Mat.27 Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quia damnatus esset, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus dicens, Peccaui tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argẽteis in templo, I recessit, & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbonam, quia precium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum: propter hoc vocatus est ager ille Acheldemach, hoc est ager sanguinis, vsque ad hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est ꝑ Hieremiam Prophetam dicentem, Et acceperũt triginta argenteos precium appreciati, quẽ appreciauerunt filij Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Si quis autem mouetur quòd hoc testimonium non inuenitur in scriptura Hieremiæ Prophetæ, & ideo putat fidei Euangelistæ aliquid derogandum, primo nouerit nõ omnes codices Euangeliorũ habere, qꝑ per Hieremiam dictũ sit, sed tantummodo per Prophetam. Possemus ergo dicere his potius codicibus esse credendum, qui Hieremiæ nomen non habent. Dictum est enim hoc per Prophetam, sed Zachariam: vnde Zac. 11. putatur codices esse mendosos qui habent nomen Hieremiæ, quia vel Zachariæ habere debuerunt: vel nullius, sicut quidam, sed tm̃ per Prophetã dicentem, qui vtique intel K ligitur Zacharias. Sed vtatur ista defensione, cui placet: mihi autẽ cur non placeat, hęc causa est, quia & plures codices habent Hieremiæ nomen: & qui diligentius in Græcis exemplaribus Euangeliũ cõsideraueruṫ, in antiquioribus Græcis ita se perhibẽt inueniſſe: & nulla fuit causa cur adderet hoc nomen, vt mendositas fieret. Cur autem de nonnullis codicibus toleretur, fuit vtique causa, vt hoc audax imperitia faceret, cum turbaretur quæstione, qꝑ hoc testimonium apud Hieremiam nõ inueniretur. Quid ergo intelligendum est, nisi hoc actum esse secretiore consilio prouidentiæ dei qua mentes Euangelistarum sunt gubernatæ? Potuit enim fieri, vt animo Matthæi Euangelium conscribentis pro Zacharia Hieremias occurrerit, vt fieri solet, quòd tũ sine vlla dubitatione emendaret, saltẽ ab alijs admonitus, qꝑ ipso adhuc in carne viuente, hoc legere

re potuerũt, nisi cogitaret recordationi suę, quæ sancto spiritu regebatur, non frustra occurrisse aliud pro alio nomen Prophetæ, nisi quia ita dominus hoc scribi cõstituit. Cur autem ita constituerit dñs, prima illa causa vtilissima debet facillime cogitari: etiam sic esse insinuatum, ita omnes sanctos Prophetas vno spiritu locutos mirabili inter se cõsensione cõstare, vt hoc multo amplius sit, L q̃ si omnia Prophetarum vno vnius ore dicerentur: & ideo indubitanter accipi debere quæcunque per eos spiritussanctus dixit, & singula esse omnium, & omnia singulorum. Cur igitur & quæ dicta sunt per Hieremiam, tam sint Zachariæ quã Hieremiæ: & quæ dicta sunt per Zachariam, tam sint Hieremiæ q̃ Zachariæ: quid opus erat vt emendaret Matthæus, cũ aliud pro alio sibi nomen occurrens, à se scriptum relegisset? Ac non potius sequens authoritatem spiritussancti, à quo mentem suam regi plus nobis ille vtique sentiebat, ita hoc scriptum relinqueret, sicut eum admonendo constituerat ei dñs: ad informandos nos, tantam verborum suorum inter Prophetas esse cõcordiam, vt non absurde, immò congruentissime etiam Hieremiæ deputaremus quod per Zachariam dictum reperiremus. Si enim hodie quisquam volens alicuius verba indicare, dicat nomen alterius à quo dicta non sint qui tamen sit amicissimus & familiaritate coniunctissimus illi cuius verba dicere voluit: & continuo recordatus aliũ pro alio se dixisse, ita se colligat atque corrigat, vt ta- M men dicat, bene dixi, quid aliud intuens nisi tantam inter ambos esse concordiam, inter illum scilicet cuius verba dicere voluit, & alium cuius ei nomen pro illius nomine occurrit, vt tale sit hoc istum dixisse, quale si ille dixisset, quanto magis hoc de Prophetis sanctis intelligendum & maxime commendandum fuit, vt omnium libros tanquam vnius vnum librum acciperemus: in quo nulla rerum discrepantia crederetur, sicut nulla inueniretur, & in quo maior esset cõstantia veritatis, q̃ si omnia illa vnus homo quamlibet doctissimus loqueretur? Quod ergo hinc argumentum sumere conantur vel infideles vel imperiti homines, quasi ad ostendendam dissonantiam sanctorum Euãgelistarum, hæc potius debent assumere fideles & docti ad ostendendam vnitatem sanctorum Prophetarum. Est & alia causa quæ mihi videtur alio tempore diligentius pertractanda, ne amplius sermonem protendamus quàm huius operis terminandi necessitas flagitat, cur hoc nomen Hieremiæ in testimonio Zachariæ sic manere permissum vel potius sanctissimus authoritate præceptum sit. Est apud Hieremiam quòd A emerit agrum à filio fratris sui, & dederit ei Hier.32 argentum, non quidem sub hoc nomine precij quod positum est apud Zachariam, triginta argenteis, veruntamen agri emptio non est apud Zachariam. Quod autem per prophetiam de triginta argenteis ad hoc interpretatus sit Euangelista, quod modo de domino completum est, vt hoc esset preciũ eius manifestum est: sed ad hoc pertinere ét illud de agro empto quod Hieremias dicit, hinc potuit mystice significari: vt non hic Zachariæ nomen poneretur qui dicit triginta argenteis, sed Hieremiæ qui dicit de agro empto: vt lecto Euangelio atque inuento nomine Hieremiæ, lecto autem Hieremia & non inuento testimonio de triginta argenteis, inuento tamen de agro empto, admoneatur lector vtrunq; conferre, & inde sensum enodare prophetiæ, quomõ pertineat ad hoc quod in domino impletum est. Nã Mat.27 illud quod subiecit huic testimonio Matthæus cum ait, Quem appreciauerunt filij Israel, & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus, nec apud Zachariam nec apud Hieremiam reperitur, Vnde magis ex persona ipsius Euangelistæ accipiendum est, eleganter & mystice insertum, B quia hoc ex domini reuelatione cognouerat ad hanc rem quæ de Christi precio facta ẽ huiusmodi pertinere prophetiã. Liber ꝙp- Hier.32 pe empti agri apud Hieremiam iubetur mitti in vas fictile, & emitur hic de precio domini ager figuli, & hoc ad sepulturam peregrinorum, tanquam ad permansionem quies eorum qui in hoc seculo peregrinantes consepeliuntur Christo per baptismum. Nã & illã emptionem agri hoc significare Hieremiæ dicit dominus, quia erit permansio e captiuitate liberatorum in illa terra. Hęc tanquam delinianda arbitratus sum, cum admonerem quid in his propheticis testimonijs in vnum redactis, & Euangelicæ narrationi collatis, diligentius attentiusq́ue requiratur.

Hæc interposuit Matthæus de Iuda traditore.

De his quæ apud Pilatum gesta sunt, quomodo inter se nihil dissentiant. Cap. VIII.

Mat.27. DEinde sequitur & dicit. Iesus autem stetit ante præsidem, & interrogauit eum præsens dicens, Tu es rex Iudeorum? Dicit ei Iesus, Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei vllum verbum, ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autem solennem consueuerat præses dimittere populo unum vinctum quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem qui dicebatur Barrabas. Congregatis ergo illis dixit Pilatus, Quem vultis dimittam vobis, Barrabam an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum vxor eius dicens, Nihil tibi & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores persuaserunt populis vt peterent Barrabam, Iesum vero perderent. Respondens autem præses ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerũt, Barrabã. Dixit illis Pilatus, Quid ergo faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicũt oẽs, crucifigatur. Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus q̃ nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barrabam, Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Hæc narrauit Matthæus per Pilatum gesta de dño. Marcus quoque penè ijsdem verbis & rebus concinit. Verba autem Pilati, quibus respondit populo petenti, vt solenniter vnus vinctus dimitteretur, ita refert. Pilatus autem respondit eis, & dixit, Vultis dimittam vobis regem Iudeorum? Matthæus autem sic ait, Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittam vobis, Barrabam an Iesum, qui dicitur Christus? Nulla quæstio est, q̃ tacet ipsos petisse ut aliquis eis dimitteretur. Sed quæri potest quæ verba Pilatus dixerit, vtrũ quæ à Matthæo, an q̃ à Marco referuntur. Aliud enim videtur esse, Quem vultis dimittam uobis, Barrabã an Iesum qui dr Christus: aliud, Vultis dimittam vobis regem Iudæorum? Sed quia Christos, reges dicebant, & q̃ dixit illum an illum, manifestum est eum quæsisse an vellent sibi dimitti regem Iudeorum: id est Christum, nihil interest sententiæ, quod hic tacuit Marcus de Barraba, hoc solum volens dicere quod ad Iesum pertinebat, q̃quidem in eorum responsione satis et ipse ostendit, quem sibi dimitti voluerint. Pontifices, inquit, concitauerunt turbam, vt magis Barrabam dimitteret eis. Sequitur autem & dicit, Pilatus aũt iterum respondens, ait illis, Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? Vnde iam satis apparet q̃ id Marcus velit ostendere, dicendo, regem Iudæorum, quod Matthæus dicendo, Christũ. Nõ enim dicebantur Christi, reges, nisi Iudæorum: nã in eo etiam loco Matthæus ait, Dicit illis Pilatus. Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Ergo sequit̃ Marcus, At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum. Quod ille ait, Dicũt omnes, Crucifigatur. Et, sequit̃ marcus, Pilatus vero dicebat eis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabãt, Crucifige eum. Hoc Matthæus, non dicit, sed quoniam dixit, Videṡ autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: dixit etiam eum lauisse manus coram populo, ut innocentem se à sanguine iusti significaret: quod itẽ & Marcus & alij tacẽt. Satis ostendit etiam Matthæus egisse præsidem cum populo, vt dimitteretur. Quod breuiter significauit Marcus in eo, q̃ refert Pilatum dixisse. Quid enim mali fecit? Deinde sic etiã ipse concludit, quæ per Pilatum cum dño gesta sunt. Pilatus autem, inquit, volens populo satisfacere, dimisit illis Barrabam, & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. Hæc apud præsidem gesta narrauit marcus, Lucas apud Pilatum gesta sic narrat: Cœperunt autem accusare illum, dicentes, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Hoc illi duo Euangelistæ nõ dixerunt, cum tamen dicerent q̃ eum accusabant. Ergo iste et ipsa crimina quæ falso obiecerũt, aperuit. Tacuit autem q̃d ei dixit Pilatus, Non respondes quicquam. Vides in quãtis te accusant. Sed planè sequitur, & dicit quod etiam illi dixerunt, Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum?

At

At ille respondens ait, Tu dicis. Hoc autem Mattheus & marcus commemorauerunt antequã dicerent compellatum Iesum, quòd eis accusantibus non responderet. Nihil autem interest veritatis, quo ordine Lucas ista retulerit: quemadmodum nihil interest si alius aliquid tacet, quod alius commemorat: quemadmodum in consequentibus dicit, Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas, Nihil inuenio causę in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes, Cõmouet populum docens per vniuersam Iudæam, & incipiens à Galilæa usque huc. Pilatus autem audiens Galilæam, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quod de Herodis potestate esset, remisit eũ ad Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat in illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valde: erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quod audierat multa de illo, & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri, Interrogabat autem illum multis sermonibus. At ipse nihil respondebat. Stabant etiam principes sacerdotum & scribæ constantes accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die: Nam antea inimici erant adinuicem. Hæc omnia, id est, quod à Pilato ad Herodem dominus missus est, & quę ibi gesta sunt, Lucas solus indicat. etiam si aliquid ibi ait simile quod in alijs varrationum locis etiam apud alios possit inueniri. Cæteri autem ea tantum dicere voluerunt quæ apud Pilatum gesta sunt, quousque dominus crucifigendus traderetur. Rediens ergo Lucas ad ea quę apud præsidem gerebantur, vnde digressus erat vt narraret quod apud Herodẽ actum est, ita sequitur, Ilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos, Obtulisti mihi hunc hominẽ quasi auertentem populum, & ecce ego coram vobis interrogans nullam causam inueni in homines isto, ex ijs in quibus eum accusatis. Hic intelligimus eum prętermisisse quemadmodum a domino quæsierit, quod accusatoribus respõderet. Sed neque Herodes, inquit, Nam remisi vos ad illum, & ecce nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittam. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens. Tolle hũc & dimitte nobis Barrabã, q̃ erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad illos volens dimittere Iesum. At illi succlamabant dicentes, Crucifige eum. Ille autem tertio dixit ad illos, Quid .n. mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo. Corripiã ergo illum & dimittam. At illi instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeret, & inualescebant voces eorum. Matthæus huic conatui Pilati, quo sæpius cum eis egit, uolens vt dimitteret Iesus, paucissimis ver bis satis attestatus est, vbi ait, Videns autem Pilatus quod nihil proficeret, sed magis tumultus fieret. quod non diceret nisi multũ ille nisus esset: quanuis tacuerit, quotics hoc efficere tentauerit, vt erueret Iesum furori eorum. Et Lucas ita concludit quod actum est apud prędsidem. Et Pilatus inquit, adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autẽ illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem quem petebant, Iesum vero tradidit voluntati eorũ. Nunc eadem secundum Ioannem considerem us: id est, quæ per Pilatum facta sunt. Et ipsi, inquit, non introierunt in prętoriũ, ut non contaminarentur, sed manducarent Pascha. Exiit ergo Pilatus ad eos foras & dixit, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Respondерunt & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Hic videndum est, ne contrarium sit ei, quod Lucas dicit, certa in eũ dicta esse crimina, Et dicit quæ dicta sunt. Cœperũt autem, inquit, accusare illum dicentes, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Quod vero nunc secundum Ioannem commemoraui, videntur Iudei noluisse dicere crimina, cum dixisset eis Pilatus, Quã accusationem affertis aduersus hominem hunc, responderunt ei, Si non esset hic malefactor, nõ tibi tradidissemus eum. Videlicet vt eorum authoritatem secutus, quid ei obiiceretur desineret quærere: sed ob hoc tãtum nocentem crederet, quod sibi ab eis tradi meruisset. Ergo intelligere debemus, & hoc dictum esse, & illud quod Lucas cõmemorauit. Multa .n. dicta, & multa respõsa sunt. Vnde vnicuique eorum quantũ visum est decerpsit, & in narratione sua posuit quod satis esse iudicauit. Nam etiam ipse

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioannes dicit quędam quę obiecta sunt,quæ suis locis videbimus.Itaque sequitur. Dixit
Ioā. 18. ergo eis Pilatus,Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerūt ergo ei Iudæi,Nobis non licet interficere quęquam. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit,significans qua morte esset moriturus. Introijt ergo iterū in prętorium Pilatus,& vocauit Iesum & dixit ei,Tu es rex Iudæo-
Mat.17. rum? Et respondit Iesus. A temetipso hoc
Mar.15. dicis, an alij tibi dixerunt de me? Et hoc
Lu. 23. non videtur conuenire illi quod ab alijs cōmemoratum est.Respondit Iesus, tu dicis, nisi in consequentibus ostenderet & illud
L dictum esse. Vnde ostendit ea quæ nunc dicit,a cæteris potius Euangelistis tacita quā à domino dicta nō esse. Attēde ergo cætera. Respondit,inquit, Pilatus. Nunquid ego
Ioā. 18. Iudæus sum? Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Quid feci sti? Respondit Iesus,Regnū meum non est de mundo hoc: Si ex hoc mundo esset regnum meū, ministri mei vtique decertarent vt non traderet Iudæis, Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis, quia rex sum ego. Ecce quando ventum est ad id, q̄ alij Euangelistæ commemorauerunt. Sequitur ergo idem, dicente adhuc dño,q̄ cęteri tacuerūt,Ego ī hoc natus sum,& ad hoc uem in mundum,vt testimonium perhibeā ueritati. Omnis qui est ex veritate audit vocem meam, Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et cū hoc dixisset,ita iterū exijt ad Iudęos,& dicit eis: Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, vt vnum dimittā vobis in Pascha. Vultis ergo, dimittam vobis regem Iudæorum? Clamauerūt rursum omnes, dicentes, Nō hūc sed Barrabā. Erat autē Barrabas latro. Tūc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagella-
Ioā. 19. uit. Et milites plectentes coronā de spinis,
M imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circundederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebāt,Aue rex Iudæorū,& dabāt ei alapas. Exijt iterum Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exijt ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum, & dicit eis, Ecce homo. Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri, clamabant dicentes, Crucifige crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos,et crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Respondent ei Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Hoc potest congruere ei, quod Lucas commemo- Lu. 23.
rat in accusatione Iudæorum dictum,Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, vt adiungatur, Quia filium dei se fecit. Sequitur ergo Ioannes & dicit. Cum ergo Ioā. 19.
audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit: Et ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te: & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi A
tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi,maius peccatū habet: Et exinde querebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant,dicentes,Si hunc dimittis, non es amicus Cęsaris. Omnis enim qui se regem facit,contradicit Cæsari. Huic potest congruere,quod Lucas in eadem accusatione Iudæorum ita narrat: cum dixissent, Inuenimus eum subuertentem gentem nostram:adiecit, Et prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum regem esse. Ex quo soluitur illa quæstio, qua putari poterat Ioannem dixisse, nullum à Iudæis domino crimen obiectum, quando respon- Ioā. 18.
derunt & dixerunt ei,Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Sequitur ergo Ioannes & dicit, Pilatus autem cū Ioā. 19.
audisset hos sermones,adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur Lithostratos, Hebraice autem Gabatha. Erat autem parasceue Paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis, Ecce rex vester. illi autem clamabant, Tolle tolle crucifige eum. Dicit eis Pilatus,Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis B
illum vt crucifigeretur. Hæc narrauit Ioannes per Pilatum gesta.

De illusione qua illusus est à cohorte Pilati, quomodo non dissonent tres qui hoc dicunt Matthæus, Marcus, & Ioannes. Cap. 9.

Consequens est etiam, vt ipsam domini Mat.17.
passionem secundum quatuor Euāgelistarum testimonia videamus, quam Matthæus

thæus sic incipit, Tunc milites prædis suscipientes Iesum in prætorium,congregaue runt ad eum uniuersam cohortem:& exuentes eum,chlamidem coccineam circundederunt ei,& plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinē in dextera eius:& genuflexo ante eum,illudebāt,
Mar. 15. dicentes,Aue rex Iudæorum. Hoc Marcus in eodem loco narrationis ita dicit, Milites autem duxerunt eum intro in atrium prætorij,& conuocant totam cohortē:& induunt eum purpura,& imponunt ei plectentes spineam coronam: & cœperunt salutare eum, Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine, & conspuebant eum: & ponentes genua, adorabant eum. Intelligitur itaq; quod Matthæus ait, Chlamydem coccineam circundederunt ei: hoc Marcum dixisse, indutum purpura. Pro regia.n.purpura,chlamys illa coccinea ab illudētibus adhi
C bita erat: & est rubra quædam purpura coco simillima. Potest etiam fieri, vt purpurā etiam Marcus commemorauerit, quā
Ioā. 19. chlamys habebat, quamuis esset coccinea. Lucas hoc prætermisit. Ioannes autem antequam diceret, quòd eum Pilatus crucifigendum tradiderit, commemorauit hoc dicens, Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum,& flagellauit: & milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & ueste purpurea circundederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant, Aue rex Iudæorum: & dabant ei alapas: Vnde apparet Matthæum & Marcum, recapitulando istud commemorasse, non quo tunc factum sit, cum eum Pilatus iam crucifigendum tradidisset. Ioannes enim apud Pilatū dicit hæc gesta satis euidenter,unde isti qđ
Mat.27. prætereierant recoluerunt. Ad hoc pertinet etiam quod consequenter dicit Matthæus, Et expuentes eum acceperunt arundinē & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei,exuerunt eum chlamydē & induerunt eū uestimentis eius, & duxerunt eum vt crucifigerent. Hoc quod exuerunt chlamydē, & induerunt eum vestimentis eius, in fine factum intelligitur cum iā duceretur. Marcus hoc ita dicit, Et
D Mar.15 postquā illuserunt ei, exuerunt illum purpuram, & induerunt eum vestimentis suis.

Quomodo non repugnet quod Matthæus, Marcus,& Lucas angariatum dicunt qui portaret eius crucē, cum Ioānes dicat q̄ eam Iesus ipse portauerit. Cap. X.

SEquitur ergo Matthæus & dicit,Exeun- Mat.27
tes autem inuenerunt hominē Cyrenęū nomine Simonem, hunc angariauerunt ut tolleret crucem eius. Marcus quoque, Et educunt illum,inquit,ut crucifigerēt eum: Mar.15.
Et angariauerunt prætereuntem quempiā Simonem Cyrenæum uenientem de uilla, patrem Alexandri & Rufi,vt tolleret crucē eius. Hoc Lucas ita dicit, Et cum ducerent Luc.23
eum, apprehenderunt Simonem quendam Cirenensem uenientem de uilla, & imposuerunt illi crucē portare post Iesum. Ioannes autem sic narrat. Susceperunt autem Iesum & eduxerunt eum, & baiulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur Caluariæ locum,Hebraicè autem golgotha,ubi eū crucifixerunt. Vnde intelligitur q̄ ipse sibi portabat crucem, cum exiret in locum memoratum. Simon autem ille in itinere angariatus est, de quo tres commemorant, cui postea data est crux portanda usq; ad lo- E
cum. Ita utrunq; factum inuenimus, primo id quod Ioannes dicit, deinde quod cæteri tres.

De potu quem dederunt ei priusquàm cōmemorata esset eius crucifixio, quomodo conueniat inter Matthæum & Marcum. Cap. XI.

SEquitur itaq; Matthæus,Et uenerunt, in Mat.27
quit, in locū qui dicitur Golgotha,quod Mar.15.
est Caluariæ locus. De hoc loco apertisi- Luc.23.
me consentiunt. Deinde adiungit idē Mat- Ioā.19.
thæus, Et dederunt ei uinum bibere cum felle mixtum. Et cū gustasset noluit bibere. Hoc Marcus ita narrat,Et dabant ei bibere vinum myrrhatum,& non accepit. Hoc intelligendū est Matthæum dixisse, cum felle mixtū. Fel quippe pro amaritudine posuit, Myrrhatum.n. uinum amarissimum est. Quanquam fieri possit ut fel & myrrha vinum amarissimum redderent. Quod ergo ait Marcus,Non accepit:intelligitur non accepit ut biberet. Gustauit autem sicut Matthæus testis est: ut quod idem Matthæus ait,Noluit bibere:hoc Marcus dixit, non accepit: tacuit autem quòd gustauerit.

Universidad de Deusto Biblioteca

De diuisione vestimentorum eius, quemadmodum inter se omnes consentiant. Cap. XII.

Mat.27. Marc.12 Luc.23. Ioã. 19. Psal.21.

SEquitur matthæus. Postquam autẽ crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes, & sedentes seruabãt eum, Hoc idem marcus sic, Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortẽ super eis, quis quid tolleret. Hoc Lucas sic ait, diuidentes vero vestimenta eius, miserunt sortes, & stabat populus expectãs, Breuiter à tribus dictum est. Ioannes autẽ distinctius hoc explicat quemadmodum gestum sit. Milites ergo, inquit, cum crucifixissent eum acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes, vnicuiq; militi, partem & tunicã. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit, vt scriptura impleretur dicens, Partiti sunt vestimẽta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem.

De hora dominicæ passionis, quemadmodum inter se non cõsentiant Marcus, & Ioannes propter tertiam & sextam. Cap. XIII.

Mat.27. Mar.15. Luc.23. Ioã. 19.

SEquitur matthæus, Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam: est Iesus rex Iudæorum. marcus aũt priusquã hoc dixisset, Erat aũt, inquit, hora tertia, & crucifixerunt eum: hoc enim subiungit cum de vestium diuisione dixisset. Quæ res diligentissime consideranda est, ne magnũ faciat errorem. Sunt enim qui arbitrentur hora quidem tertia dominum crucifixum. A sexta autem hora tenebras factas vsq; ad nonam, vt consummatæ intelligantur tres horæ ex quo crucifixus est, vsque ad tenebras factas. Et posset quidem hoc rectissime intelligi, nisi Ioannes diceret, hora quasi sexta Pilatum sedisse pro tribunali in loco qui dicitur Lithostratos, Hebraicè autem gabatha. Sequitur enim, Erat autem parasceue Paschæ hora quasi sexta, & dicit Iudæis, Ecce rex vester. Illi autem clamabant, Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Respondẽrũt pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeretur. Si igitur hora quasi sexta Pilato sedente pro tribunali traditus est crucifigẽdus Iudeis, quomõ hora tertia crucifixus est, sicut verba marci non intelligentes quidem putauerunt? prius enim qua hora crucifigi potuerit videamus, deinde videbimus cur hora tertia crucifixum dixerit marcus. Hora erat quasi sexta cum traditus est crucifigendus à Pilato sedente, vt dictum est, pro tribunali. Non enim iam plena sexta erat, sed quasi sexta: id est, peracta quinta, & aliquid etiam de sexta esse cœperat. Nunquam autem isti dicerent quinta & quadrans, aut quinta & triens, aut quinta & semis, aut aliquid huiusmodi. Habent enim istum morem scripturę, vt à parte totum ponant, maxime in temporibus. Sicut de octo illis diebus post quos eum dicunt ascendisse in montem, quorum medios intuentes matthæus & marcus dixerunt, post dies sex: præsertim quia tam moderate idem Ioannes locutus est, vt non diceret sexta, sed quasi sexta. Quod si ita non diceret, sed tantummodo sextam diceret, possemus nos ita intelligere quemadmodum loqui solent, sicut dixi, à parte totum: vt peracta quinta & inchoata sexta gererentur hęc quæ narrata sunt in crucifixione domini nostri, donec completa sexta illo pendente fierent tenebræ, quibus tres Euangelistæ attestantur matthæus marcus & Lucas. Quæramus iam consequenter, cur marcus cum commemorasset ꝙ crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius mittentes sortes super eis quis quid tolleret: secutus adiunxerit, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum. Iam certe dixerat, Et crucifigentes eum dimiserunt vestimenta eius. Sicut etiam & cæteri attestantur, ꝙ eo crucifixo vestimenta diuisa sunt. Si ergo eius rei gestæ tẽpus voluit commemorare marcus, sufficeret dicere, Erat autem hora tertia. Vt quid adiunxit, & crucifixerunt eũ: nisi quia voluit aliquid recapitulando significare qđ quæsitum inueniretur: cum scriptura ipsa illis temporibus legeretur, quibus vniuersæ Ecclesiæ notum erat qua hora dñs ligno suspensus sit, vnde posset vel huiusmodi error corrigi vel mendacium refutari? Sed quia sciebat à militibus suspensum dominum, non à Iudæis, sicut Ioannes apertissime dicit occulte, ostendere voluit eos magis crucifixisse qui clamauerunt vt crucifigeretur, quam illos qui ministeriũ principi suo secundũ suũ officium præbuerunt. Intelligitur ergo fuisse hora tertia cum clamauerunt

mauerunt Iudęi vt dominus crucifigeret, & veracissime demonstratur tunc eos crucifixisse quando clamauerunt: maxime quia nolebant videri se hoc fecisse, & propterea cum Pilato tradiderant, quod eorum verba satis indicant, secundum Ioannem. Cum enim dixisset eis Pilatus, Quam accusationẽ affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor nõ tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerũt ergo Iudęi, Nobis non licet interficere quẽquam. Quod ergo maxime videri fecisse nolebant, hoc eos hora fecisse tertia Marcus ostendit, verissime indicans magis fuisse domini necatricem linguam Iudæorum, quam militum manus. Quisquis autem dixerit, non fuisse horã tertiam, cum hoc Iudęi primitus clamauerũt, insanissime se ostẽdit inimicum Euangelij. Nisi forte aliter potuerit eandem dissoluere quæstionem. Non enim habet unde conuincant nõ fuisse tunc horã tertiã, & ideo veridico Euangelistæ potius credẽdũ quã cõtentiosis suspitionibus hominum. Vnde inquis, probas horam tertiam fuisse? Respondeo quia credo Euangelistis. Quibus & tu si credis ostende quemadmodũ & hora sexta & hora tertia potuerit dominus crucifigi. De sexta .n. vt fateamur, narratione Ioannis vrgemur: tertiam Marcus commemorat, quibus si vterque nostrum credit, ostende tu aliter quemadmodũ fieri vtrũq; potuerit, & libẽtissime acqẽscã. non .n. sententiã meam, sed Euangelij diligo veritatem. Atque vtinam etiam plures ab alijs inueniantur huius exitus qstiones. Quod donec fiat, vtere mecum isto si placet. Si .n. nullus alius exitus potuerit inueniri, solus iste sufficiet. Si autem potuerit, cum demonstratus fuerit, eligemus. Tantũ nõ potest cõsequẽs esse, vt qlibet oium quatuor Euãgelistarũ mẽtitus sit aut in tãto & tã sctõ culmine authoritatis errauerit. Si aũt quis dixerit, se inde cõuincere nõ fuisse horã tertiam, cũ illud Iudęi clamauerunt, qa posteaquam dixit idem Marcus, Pilatus autem iterum respondens ait illis, Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum: non interponitur aliquid moratum ab eodem Marco in eius narratione, & continuo ad id peruenitur, vt traderetur ad crucem dominus a Pilato, quod Ioannes hora quasi sexta factum esse commemorat. Intelligat qui hoc dicit, multa pretermissa esse quæ in medio gesta sunt, cum Pilatus ageret quærens quomodo eũ a Iudæis eriperet, & aduersus eorũ insanissimã volũtatẽ, quibuscũq; modis potuit instãtissime niteretur. Matthæus enim ait. Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigat. Tũc fuisse dicimus horam tertiam. Quod autem Matthęus sequitur & narrat, Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, & in conatibus Pilati ad eripiendum dominum Iesum & in tumultu Iudęorum contra nitentium consumptum tempus duarum horarum intelligimus, & cœptam fuisse sextam qua non dũ terminata gesta sunt quæ ab eo tempore quo Pilatus dominum tradidit vsque ad tenebras factas narrantur. Quod autem Matthæus supra commemorat. Sedente autem illo ꝓ tribunali, misit ad illum vxor eius dicens, Nihil tibi & iusto illi, multa enim passa sum hodie per visum propter eum: postea sederat pro tribunali Pilatus, sed inter illa, quæ prius gesta narrabat, recordatus Matthæus quod de Pilati vxore dixit, voluit hoc ibi interponere, vt præstrueret qua maxime causa Pilatus nec nouissime volebat eũ tradere Iudæis, Lucas autem narrat cum dixisset Pilatus, Emendatum ergo illum dimittam: exclamasse vniuersam turbam, Tolle hunc & dimitte nobis Barrabam. Sed fortasse non dum dixerunt, crucifige. Iterum autem Pilatus secũdum eundẽ Lucam locutus est ad illos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant dicentes, Crucifige, crucifige illum. Tunc intelligitur fuisse hora tertia. Quod autem sequitur Lucas & dicit, Ille autem tertio dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? Nullam causam mortis inuenio in eo, corripiam ergo illum & dimittam. At illi instabant vocibus magnis, postulantes vt crucifigeretur, & inualescebant voces eorum. Satis etiam ipse significat magnum tumultum fuisse: & post quantum morarum spatium illis tertio dixerit, Quid enim mali fecit? licet intelligere quantum indagandæ veritati satis est: & postea quod ait, Instabant vocibus magnis, & inualescebant voces eorum: quis non videat ideo factum, quia videbant Pilatum nolle eis tradere dominum? Et quia hoc magnopere nolebat, non vtique in momento temporis cessit, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel duæ horę & aliquid amplius in illa contatione transierunt. Ioannem quoque interroga, & vide quanta fuerit Pilati illa contatio & recusatio tam fœdi ministerij. Idem namque multo explicatius ea narrat, quanuis nec ipse vtique dicat omnia, in quibus scilicet duæ horæ & de sexta aliquid præterfluxit, Tum cum flagellasset Iesum & à militibus veste illusoria, multisque illusionibus male tractari permisisset: credo vt hoc modo saltem eorum furorem mitigaret, ne vs-
B que ad mortem sæuire pertenderent. Exijt
Ioã. 19 iterum Pilatus foras & dicit eis, Ecce adduco eum vobis foras vt cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exijt ergo Iesus portans spineam coronam & purpureum vestimentum. Et dicit eis, Ecce homo: vt illa velut ignominiosa specie visa placarent. Sed adiungit & dicit, Cum ergo vidissent eũ põtifices & ministri clamabãt dicentes, Crucifige crucifige eum. Tunc horam tertiam fuisse dicimus. Attende quæ sequantur: Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos & crucifigite, Ego .n. non inuenio in eo causam. Respõderũt ei Iudæi, Nos legẽ habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem, magis timuit. Et ingressus est prætorium iterum, & dicit ad Iesum. Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus, Non haberes potestatem aduersus me vllam nisi tibi datum esset desuper. Propterea qui tradidit me tibi, maius peccatũ habet. Exinde Pilatus quærebat dimittere eũ.
C In hoc igitur quod quærebat Pilatus dimittere eum, quantum temporis putamus esse consumptum, quanta prætermissa, quæ vel à Pilato dicebantur, vel a Iudęis contradicbantur, quousque dicerent Iudæi vnde ille commoneretur & cederet? Ita .n. sequitur, Iudæi autem clamabant dicentes, Si hunc di-
Ioã. 19. mittis non es amicus Cæsaris. Omnis q se regem facit contradicit Cæsari. Pilatus ergo cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostratos, Hebraice autem gabatha. Erat autem parasceue Paschæ hora quasi sexta, Ab illa ergo voce Iudæorum qua primum dixerunt, Crucifige, cum es-
Mar. 15. set hora tertia diei, vsque ad hoc quod sedit pro tribunali, per medias moras contationis Pilati & tumultuãtium Iudæorum, duæ horę preterierant, & peracta quinta iam de sexta aliquid cœperat. Dicit ergo Iudæis, Ecce rex vester: illi autem clamabant, Tolle tol- Ioã. 19.
le crucifige eum. Sed neque iam commotus Pilatus timore calumniæ facile cedebat. Tunc .n. vxor eius ad eum miserat sedente Mat. 27.
pro tribunali. quod præoccupauit Matthęus qui hoc solus commemorauit antequam ad eum locum narrationis veniret, vt ibi hoc poneret vbi oportunum iudicauit. Tentans itaque adhuc eos Pilatus, ne quid profice- Ioã. 19.
ret, dixit eis, Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis D
illum vt crucifigeretur. Et dum pergit, & dum crucifigitur cum duobus latronibus, dum vestes eius diuidũtur, & in sortem illa tunica mittit atq; inter hæc varijs cõuicijs illuditur. Simul .n. cum illa gererentur & conuitia iaciebantur: completa est hora sexta, & factæ sunt tenebræ, quas Matthæus & Mat. 27.
Marcus & Lucas commemorant. Iã itaque Mar. 15.
corruat impia pertinacia, & credat dominum Iesum Christum, & tertia hora crucifixum, lingua Iudæorum, & sexta manibus militum: quia in tumultu Iudæorum & Luc. 23.
Pilati æstibus, duę atque amplius horę præterierunt à voce qua dixerunt, crucifige. Sed ipse Marcus qui maxime breuitatis sectator est, breuiter voluit intimare Pilati voluntatem & conatum pro domini vita. Cũ enim dixisset, At illi iterum clamauerunt, Mar. 15.
Crucifige eum: vbi ostendit quod iam clamauerant, cum vellent sibi dimitti Barrabam: adiunxit, Pilatus. vero dicebat eis, Quid enim mali fecit? Hoc modo breuiter insinuauit quod diu gestum est. Memor tamen etiam ipse quid vellet intelligi, in eo quod non ait, Pilatus vero dixit eis: sed ait, Pilatus vero dicebat eis, Quid enim mali fecit: quia si diceret, dixit: quasi semel dic- E
tum intelligeremus. quia vero ait, dicebat: satis intimauit intelligentibus, multis modis & sępe dictum esse, quousque inciperet hora sexta. Cogitemus ergo quam breuiter hoc dixerit Marcus in comparatione Matthei, quam breuiter Matthæus in comparatione Lucæ, quam breuiter Lucas in cõparatione Ioannis, cum tamen alia atque alia quisque commemoraret, quam deniq; breuiter ipse Ioannes in comparatione rerum quæ gestæ sunt, & morarum cum illa gererentur, & sine insania resistẽdi credamus duas

duas horas & quidem in illo interuallo transire potuisse. Quisquis autem dixerit, potuisse Marcum si ita esset, eo tempore dicere fuisse horam tertiam, quo erat hora tertia, cum uox Iudæorum de crucifigendo domino sonuisset dicere etiam quòd eum tunc ipsi crucifixerunt, nimis superbè leges narratoribus ueritatis imponit. Sic enim potest dicere, si hæc ipse narraret, eo modo eodemque ordine ab omnibus debuisse narrari quo ipse narrauit. Dignetur ergo consilio Marci Euangelistæ superari consilium suum, qui eo loco id ponendum iudicauit, quo loco diuina inspiratione suggestum est. Recordationes enim eorum eius manu gubernatæ sunt, qui gubernat
F aquam, sicut scriptum est, qualiter illi placuerit. Fluitat enim humana memoria per uarias cogitationes, nec in cuiusquam potestate est quid & quando ueniat in men
Supra li. 2. ca. 21. tem. Cum ergo illi sancti & ueraces viri quasi fortuita recordationum suarum propter narrationis ordinem occultæ Dei potestati, cui nihil fortuitum est, commisissent, non oportet quenquam hominum dicere longe abiectum ab oculis Dei & longe
2. Co. 4. peregrinantem, hoc loco poni debuit, quod ualde ignorat, cur eo loco deus poni voluerit. Quia & si obuelatum est Euangelium
2. Co. 2. nostrum, ut ait Apostolus, in ijs qui pereũt obuelatum est: Et cum dixisset, Alijs quidẽ sumus odor uitæ in vitam, alijs odor mortis in mortem: subiecit statim, Et ad hæc quis idoneus? id est, quis idoneus intelligere quàm iuste fiat. Quod idem dominus dicit, Ego ueni, vt qui non uident ui-
Ioan. 9. deant, & qui uident cæci fiant. Ipsa est enim altitudo diuitiarum scientiæ & sapientiæ Dei, qua fit ex eadem massa, aliud
Rom. 11. vas in honorem, aliud in contumeliam.
Rom. 9. Et dicitur carni & sanguini, O homo tu
Rom. 11. quis es qui respondeas deo? Quis ergo & in hac re cognoscit intellectum domini, aut quis consiliarius illi fuit? ubi sic gubernauit corda reminiscentium Euangelistarum & in Ecclesiæ fastigio tanto authoritatis
G culmine sublimauit, ut per hæc ipsa quæ in eis contraria uideri possunt, multi excæcarentur digne traditi in concupiscentias cordis sui, & in reprobum sensum, & multi exercerentur ad elimandum pium intellectum secundum occultam omnipotentis iustitiam. Dicit .n. propheta domino,
Psal. 91. Nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ: vir imprudens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Peto autem & admoneo eos, qui hæc legunt per nos adiuuante domino elaborata, vt huius sermonis quem hoc loco interponendum arbitratus sum, in omni simili quæstionum difficultate meminerint, ne sæpius eadem repetenda sint. Facile autem videbit qui sine impietatis duritia voluerint attendere, q̃ opportuno loco marcus hoc de tertia hora posuerit: vt quisq; ibi recordetur qua hora Iudæi crucifixerunt dominum, qui volebant in Romanos vel principes vel milites transferre ipsum facinus, vbi factum ministrorum militum commemoratum est. Ait e- mar. 15.
nim, Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis
quis quid tolleret. Qui hoc fecerunt nisi Ioan. 16.
milites, sicut Ioannes manifestat? Ergo ne quisquam cogitationem tanti criminis auer H
sus à Iudæis in milites illos conuerteret. mar. 15.
Erat autem, inquit, hora tertia & crucifixerunt eum: vt illi eum potius crucifixisse inueniantur, quos hora tertia ut crucifigeretur clamare potuisse, diligens inquisitor inueniet, cum aduerterit hoc quod à militibus factũ est, hora sexta factum esse. Quan- Ioã. 19.
quam non desint qui parasceuen quã Ioannes cõmemorauit dicens, Erat autem parasceue Paschæ, hora ferè sexta, horam dici tertiam uelint intelligi, qua sedit Pilatus p tribunali: vt eadem tertia completa videatur, qñ crucifixus est: atq; illo iam pendente in ligno, aliæ tres horæ peractæ sint, & reddiderit spiritũ: ut ab ea hora qua defunctus est, id est, dici sexta tenebræ fierent usque ad nonam. Dicũt enim die quidem il Ibidem.
lo quem dies sabbati sequebatur parasce- Mat. 27
ueo fuisse Paschæ Iudæorum q̃ ab eodem Mar. 15.
sabbato iam inciperent azyma: sed tamen Luc. 23.
verum Pascha quod iam in passione domini gerebatur, non Iudæorum, sed Christianorum, cœpisse præparari: id est, parasceuẽ habere, ab hora noctis nona, in eo q̃ dominus à Iudæis occidendus præparabatur. Parasceue quippe interpretatur præparatio. Ab illa ergo nona noctis hora usque ad eius crucifixionem occurrit hora parasceues, sexta, secundum Ioannem, & horã I
diei tertia, secundum Marcum: ut non Marcus horam illam recordatam recapitulando commemorauerit, qua clamarunt Iudæi, Crucifige crucifige, sed eam prorsus horam tertiam dixerit, qua dominus est fixus

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ligno. Quis fidelis non huic faueat solutioni quæstionis si modo possit aliquis articulus conijci ab hora nona noctis, vnde cœpisse parasceuem Paschæ nostri: id est, præparationem mortis Christi congruenter intelligamus? Si enim dicamus eam cœpisse quando a Iudæis apprehensus est dominus, adhuc noctis primæ partes erant. Si quando ad domum perductus est soceri Caiphæ, vbi & auditus est a principibus sacerdotum, adhuc gallus non cantauerat, quod ex Petri negatione colligimus, quæ cum iam audiretur facta est. Si autem quando Pilato traditus est, iam mane fuisse apertissime scriptum est. Restat ergo vt intelligamus tunc cœpisse istam parasceuem Paschæ: id est, præparationem mortis domini, quando responderunt omnes principes sacerdotum apud quos primum audiebatur & dixerunt, Reus est mortis: quod apud Matthæum & Marcum in-
Mat.26. uenitur: vt recapitulando intelligantur de
Mar.18 Petri negatione postea dixisse, quod antea factum erat. Non enim absurde coniicitur,
K tempore eo quando vt dixi reum mortis pronunciauerunt, horam nonam noctis esse potuisse: ex qua hora vsque ad horam quàm sedit Pilatus pro tribunali, quasi hora sexta fuit, non diei, sed parasceues: id est, præparationis immolationis domini, quod verum Pascha est: vt plena sexta eiusdem parasceues, quæ plena diei tertia occurrebat dominus suspenderetur in ligno. Siue ergo hoc potius intelligendum eligatur, siue quòd Marcus etiam horam recoluerit, eamque maxime ad condemnationem Iudæorum in domini crucifixione cõmemorare voluerit, qua intelliguntur clamare potuisse vt crucifigeretur: vt ipsos potius crucifixisse acciperemus quàm eos quorum manibus in ligno suspensus est. Sicut
Matt.8. ille Centurio magis accessit ad dominum
Lucę.7. quàm illi amici quos misit: proculdubio quæstio soluta est de hora dominicæ passionis, quæ maxime solet & contentiosorum concitare impudentiam, & infirmorum imperitiam perturbare.

De duobus latronibus cum illo crucifixis, quõ omnes concordent. Cap. XIIII.

Mat.27. L S Equitur Matthæus & dicit, Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus a dextris, & vnus a sinistris. Et Marcus similiter & Lucas. Nec Ioannes aliquid facit Mar.15.
quæstionis, quamuis latrones eos non di- Luc.23.
xerit. Ait enim, Et cum eo alios duos, hinc Ioã.19.
& hinc, medium autem Iesum. Esset autẽ contrarium, si cum illi dixissent, latrones, iste diceret innocentes.

De his qui domino insultauerunt, quomodo inter se consonẽt Matthæus, Marcus, & Lucas. Cap. XV.

S Equitur Matthæus & dicit, Prætereun- Mat.27.
tes autem blasphemabant eum, mouentes capita sua & dicentes, Vah qui destruis templum, & in triduo illud reædificas. Salua temetipsum, si filius dei es descende de Mar.15.
cruce. Huic Marcus penè ad eadem verba Mat.27.
consonat. Sequitur deinde Matthæus & dicit, Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus dicebant, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Irsael est, descendat nunc de cruce & credimus ei. Confidit in Mar.15.
deum, liberet nunc eum si vult. Dixit e- Luc.23
nim, quia filius dei sum. Marcus & Lucas quamuis alia verba dicant, ad eandem tamen sententiam concinunt, cum alius prætermittit quod alius commemorat. De principibus enim sacerdotum quod insultauerint domino crucifixo pariter non tacent, quamuis seniores tacuit Marcus, Lucas M
autem quia principes dixit, nec addidit sacerdotum, magis nomine generali omnes primates complexus est, vt ibi possint intelligi & Scribæ & Seniores.

De latronum insultatione, quomodo non repugnent Matthæus & Marcus Lucæ, qui dicit vnum eorum insultasse alium credidisse. Cap. XVI. Mat.27
Mar.15
Luc.23

S Equitur matthęus & dicit, Idipsum autem & latrones qui crucifixi erãt cum eo improperabant ei. Nec marcus discre-
pat, hoc idem dicens alijs verbis. Lucas autem potest putari repugnare, nisi genus locutionis satis vsitatum non obliuiscamur. Ait enim Lucas, Vnus autem de ijs qui pendebant latronibus blasphemabat eum dicens, Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos. Et sequitur idem ipse atq; ita contexit. Respondens autem alter increpabat illũ dicẽs, Neq; tu times deũ, q̃ in eadẽ damnatione es. Et nos quidẽ iuste, nã digna

digna factis recipimus, hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine memẽto mei cum veneris in regnum tuum. Et dicit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quomodo ergo sicut
Mat.27. Matthæus dicit Latrones qui crucifixi erãt
A cum eo improperabant ei. Vel sicut Marcus dicit, Et qui cum eo crucifixi erant,
mar.15. conuitiabantur ei: quandoquidem vnus eorum conuitiatus est, secundum Lucæ testimonium, alter & compescuit eum, &
Luc.23. in dominũ credidit, nisi intelligamus Matthæum & Marcum breuiter perstringentes hunc locum pluralem numerum pro singu-
Heb.11. lari posuisse. Sicut & in epistola ad He-
Dani.6. bræos legimus, pluraliter dictum, Clausé-
&.14. runt ora leonum: cum solus Daniel significari intelligatur: Et pluraliter dictum,
Secti sunt: cum de solo Esaia tradatur. In
Psal.2. Psalmo etiam quod dictum est, Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum: &c. pluralem numerum pro singu-
Acto.4. lari positum, in Actibus Apostolorum exponitur. Nam reges propter Herodem, principes propter Pilatum intellexerunt, qui testimonium eiusdem Psalmi adhibuerunt. Sed quia & Pagani solent calumniari Euangelio, videant quemadmodum locuti sint authores eorum, Phædras, Medæas & Clytẽestras cum singulę fuerint. Quid autem vsitatius, verbi gratia, quàm vt dicat aliquis & rustici mihi insultant, etiam si vnus insultet? Tunc enim esset contrarium quod Lucas de vno manifestauit, si illi dixissent ambos latrones conuitiatos do-
B mino. Ita.n. non posset sub numero plurali vnus intelligi. Cũ vero dictum est, latrones: vel qui cũ eo crucifixi erãt, nec additum est ãbo, nõ solũ si ãbo fecissent posset hoc dici, sed ẽt q̃a vnus hoc fecit, potuit vsitato locutiõis mõ p pluralẽ nũerũ singularis signari.

De potu aceti quomodo inter se omnes cõsentiant. Cap. XVII.

Mat.27. S Equitur Matthæus & dicit. A sexta au-
Mar.15. tem hora tenebrę factæ sunt super vni-
Luc.23. uersam terram vsq; ad horam nonam. Hoc & duo alij contestantur. Addidit autem Lucas etiam vnde factæ sint tenebræ: id est, solem obscuratum. Sequitur Matthæus. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens, Eli, eli, lammaazabtani: hoc est, deus meus, deus meus, vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes & audientes dicebant, Heliam vocat iste. Mar
cus penè ad eadem verba, ad eandem tamen sententiam, non penè sed omnino consentit. Sequitur Matthæus. Et continuo cur- Mat.27.
rens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit aceto & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Sic & Marcus dicit, Currens au- Mat.15.
tem vnus & implens spongiam aceto circumponensque calamo, potum dabat ei dicens, Sinite videamus si veniat Helias ad deponendum eum. Quod quidem de Helia, non ipsum qui obtulit spongiam cum C
aceto, sed cæteros dixisse Matthæus nar- Mat.27.
rauit. Ait enim, Cæteri vero dicebant, Sine videamus an veniat Helias, liberans eum: vnde intelligimus & illum & cæteros hoc dixisse. Lucas autem antequam de latronis insultatione narraret, hoc de aceto Luc.23.
ita commemorauit. Illudebant autem ei & milites accedentes & acetum offerentes illi dicentes, Si tu es rex Iudæorum saluum te fac. Semel complecti voluit quod à militibus factum & dictum est. Vbi mouere non debet, quod nisi vnum eorum dicit acetum obtulisse. Genus enim locutionis tenuit, de quo supra tractauimus, pluralem pro singulari ponens. Hoc autem de aceto etiam Ioannes commemorauit, vbi ait, Postea sciens Iesus, quia iam omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura dixit, Scio. Vas autem positum erat aceto Ioan.19.
plenum. Illi autem spongiam plenam aceto hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius. Sed quòd apud eundem Ioannem inuenitur dixisse, Sitio: & q̃a vas ibi erat aceto plenum, non mirum est si cæteri tacuerunt.

De vocibus domini quas continuo morituras emisit, quomodo non repugnent Matthæus & Marcus Lucæ, & ipli tres Ioanni. Cap. XVIII.

S Equitur Matthæus. Iesus autem iterum D
clamans voce magna emisit spiritum. Mat.27.
Marcus similiter, Iesus autem emissa uoce Mar.15.
magna expirauit. Lucas autem quid ipsa Luc.23.
uoce magna dixerit, declarauit. Dixit enim, Et exclamans uoce magna Iesus ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & hæc dicens, expirauit. Ioannes uero sicut tacuit illam vocẽ primam, Eli, eli, quã Matthæus & Marcus retulerũt, tacuit ẽt istam quã Lucas solus cõmemorauit, illi autem

autem duo nomine vocis magnæ significauerunt: id est, pater in manus tuas commendo spiritum meum: quod eum voce magna dixisse & ipse Lucas similiter attestatus est, vt intelligeremus hanc fuisse vocem magnam quam Matthæus & Marcus commemorauerunt. Sed dicit Ioannes ꝙ
Ioā.19. nullus illorum trium dicit eum dixisse, Cōsummatu est: cum acetum accepisset, quod eum ante ipsam vocem magnam dixisse intelligimus, Hæc sunt enim verba Ioannis,
Ioā.19. Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est: Et inclinato capite tradidit spiritum. Inter illud quod ait, consummatum est: & illud quod ait, Et inclinato capite tradidit spiritum: emissa est illa vox magna quam tacuit iste, cæteri autem
E tres commemorauerunt. Hoc enim apparet esse ordinis, vt ante diceret, Consummatum est: cum pfectum in illo esset quod de illo prophetarum erat: & tanquam ad hoc expectaret, qui vtiq; cum vellet moreretur, deinde commendans tradidit spiritū. Sed quouis ordine quilibet arbitretur dici potuisse, hoc magnopere cauendum est, ne cui videatur quisquam Euangelistarum alteri repugnare, si vel tacuit quod alius dixit, aut dixit quod alius tacuit.

De scissione veli, quomodo non dissentiant Matthæus & Marcus à Luca quo ordine factum sit. Cap. XVIIII.

Mat.29. Mar.15. Luc.23. SEquitur Matthæus, Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsum. Et Marcus sic, Et velum templi scissum est in duo, à sursum vsque deorsum. Lucas aūt similiter hoc ait, Et velū tēpli scissum est medium: sed non eodem ordine. Volens enim miraculum miraculo adiungere, cū dixisset, Sol obscuratus est: cōtinuo subiungendū existimauit, Et velum tēpli scissum est mediū: præoccupans videlicet ꝙ expirante dño factum est, vt deinde
F recapitulans exequeretur & de potu aceti, & de illa voce magna, & de ipsa morte, quæ ante scisionem veli post tenebras facta intelliguntur. Matthæus enim qui cū dixisset,
Mat.27. Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spūm, continuo subiecit. Et ecce velū templi scissum est: satis expresit tunc esse scissum, cum Iesus emisisset spiritum. Si autem non addidisset, Et ecce: sed simpliciter dixisset, Et velum templi scissum est: incertum esset vtrum ipse & Marcus hoc recapitulando commemorassent, Lucas autem ordinem tenuisset: an Lucas recapitulasset quod illi ordine posuissent.

De admiratione Centurionis & eorum qui cum illo erant, quomodo inter se consentiant Matthæus, Marcus, & Lucas. Cap. XX.

Mat.27. SEquitur matthæus, Et terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum qui dormierant surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius venerunt in sanctā ciuitatē & apparuerūt multis. Hęc q̄ solus dixit non est metuendū ne cuiquam cæterorum repugnare videantur. Sequitur idem ipse, Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu & ijs quæ fiebāt, timuerunt valde, dicentes: Vere filius dei erat iste. marcus sic, Videns autem Centurio qui ex aduerso stabat, ꝙa G
Luc.23. sic clamans expirasset, ait, Vere homo hic filius dei erat. Lucas sic, Videns autē Centurio quod factū fuerat, glorificauit deū dicēs, Vere hic hō iustus erat. Nō est cōtrariū quod matthæus viso terræmotu dicit admiratum Centurionem, & eos qui cum illo erant, cū Lucas dicat hoc eum admiratū, ꝙ emissa illa voce expirasset, ostēdens q̄ in potestate habuerit qñ moreretur. In eo quippe quod idem matthæus non solū dixit, viso terræmotu: sed ēt addidit, & ijs quæ facta erant: integrum locum fuisse demonstrauit Lucæ, vt diceret Centurionem ipsam domini mortē fuisse miratū, quia & hęc inter illa est q̄ tunc mirabiliter facta erant. Quāquam & si matthæus illuc non addidisset, intelligendum erat, cum multa miranda facta fuerint, & omnia Centurio, & qui cum eo erant mirari potuerint, liberum fuisse: narrantibus quid quisq; illū miratū comme morare voluisset. Nec eos sibi repugnare
mat.27. mar.15. H cum alius illud, alius illud diceret fuisse miratū, quādo omnia fuerat ille miratus. Qđ autem alius ait, Centurionem dixisse, Vere filius dei erat iste: alius autem, Vere hō hic filius dei erat: non mouebit eū cui non excid derunt tam multa superius, similiter dicta et exposita. Ad vnam quippe sententiā utraq; uerba cōcurrunt, nec quod alius tacuit, hō, alius dixit, ullo modo contrarium est magis quòd Lucas non ait, Centurionem dixisse, filius

filius dei erat: sed, iustus erat: potest putari diuersum: sed vel vtrunq; dictum à Centurione intelligere debemus, & aliud illos, aliud istum commemorasse: vel fortasse Lucā exprimere voluisse sententiā Centurionis, qūo dixerit Iesum filium dei. Forte. n. non eum vnigenitum æqualem patri Centurio intellexerat, sed ideo filiū dei dixerat, quia iustū crediderat, sicut multi iusti dicti sunt filij dei. Quod autem etiam ipse Lucas di-
Luc.23. cit, Videns autem Cēturio quod factū erat: in eo genere includit omnia quæ in illa hora mirabiliter facta erant, tanquā vnū mirabile factum commemorans, cuius quasi mem-
Mat.27. bra & partes erant omnia illa miranda: Iam vero quod Matthæus addidit, eos qui cum Centurione erant: alij autem hoc tacuerūt, cui non appareat ex notissima regula non esse contrarium, cum alius dicit qđ alius ta-
I cet? Et quod Matthæus dixit, timuerūt valde: Lucas autem non dixit, timuit: sed, glo-
Mat.27. Luc.23. rificauit deum: quis non eum intelligat timendo glorificasse?

De mulieribus quæ ibi stabant, quomodo Matthæus, Marcus, & Lucas, qui dixerunt eas longè stetisse, non repugnent Ioanni qui nominauit vnam earum stetisse iuxta crucem. Cap. XXI.

Mat.27. SEquitur Matthæus, Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erāt Iesum a Galilæa ministrantes ei: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi.
Mar.15. Marcus sic, Erant autem mulieres de longe aspicientes, inter quas erat Maria Magdalene & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome, & cū esset in Galilæa sequebātur eū, & ministrabant ei, & alię multæ q̄ simul cū eo ascenderāt Hierosolymam. In-
ter hos nihil video quod contrarium posse putari. Quid enim interest ad veritatem ꝙ quasdā mulieres pariter, quasdā singuli
Luc.23. nominauerunt? Lucas quoq; ita narrationē contexit, Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabāt aūt omnes noti eius a lōge, & mulieres, quæ secutæ erāt eum a Galilęa hæc videntes. Vnde superioribus duobus de
K mulierum præsentia satis consentit, quamuis nullam earum nominatim exprimat. De turba etiā, q̄ simul aderat, & videntes quæ fiebant, tundebant pectora sua & reuertebantur: consentit matthæus, quamuis seor- mat.27.
sum adnexuerit, Centurio autem & qui cū eo erant. Quapropter tantummodo de notis eius q̄ stabāt a lōge solus inuenitur dixisse, Nam & Ioannes commemorauit de præsentia fœminarum antequam dūs emisisset Ioā.19.
spiritum, ita narrans, Stabat aūt iuxta crucē Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophę, & Maria Magdalene. Cū vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suæ, mulier ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in suā. Qua in re nisi apertissime matthæus quoque & marcus Mariā Magdalenam nominassent, possemus dicere, alias a longe, alias iuxta crucem fuisse. Nullus. n. eorum præter Ioannem matrem dñi commemorauit. Nunc ergo qūo intelligitur eadem Maria Magdalene, & a longe stetisse cum alijs mulieribus, sicut matthæus & mar
L cus dicunt, & iuxta crucem fuisse, sicut Io annes dicit: nisi quia in tanto interuallo erant, vt & iuxta dici possent, quia in conspectu eius præsto aderant, & a longe in comparatione turbæ propinquius circunstantis cum Centurione & militibus. Possumus ēt intelligere, ꝙ illæ quæ simul aderant cum matre domini, postq̄ eā discipulo cōmēdauit, abire iam cœperant, vt a densitate turbæ se exuerent & cætera, quæ facta sunt lōgius intuerentur: vt cæteri Euāgelistæ qui post mortem domini eas commemorauerunt, iam longe stantes commemorarent.

De Ioseph qui corpus domini petiuit à Pilato, quomodo omnes consentiant, & quomodo a se ipso Ioannes non dissentiat. Cap. XXII.

Mat.27. SEquitur matthæus. Cum sero autem factum esset, venit quidam homo dives ab Arimathia nomine Ioseph, qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus Iesu Marcus sic, Et cum iam sero esset factum, quia erat Parasceue, quod mar.15.
est ante sabbatum, venit Ioseph ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum dei, Et audacter introiuit ad Pilatum & petijt corpus Iesu. Pilatus aūt mirabatur si iam obisset. Et accersito Cen- M
turione interrogauit eū si iam mortuus esset.

Et

Et cum cognouisset à Centurione, donauit corpus Ioseph. Lucas sic, Et ecce vir nomi
Luc.23. ne Ioseph qui erat decurio, vir bonus & iustus, hic nõ consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei, hic accessit ad
Ioã.19. Pilatum & petiit corpus Iesu. Ioannes autẽ posteaquam narrauit de cruribus fractis eorum qui cum domino crucifixi erant, & de latere domini lancea percussо, quod totum solus dixit, sic iungit ẽt Ioseph consentiens cæteris ita narrans. Post hæc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia eo q̃ esset discipulus Iesu, occultus autem propter metũ Iudæorum, ut tolleret corpus Iesu: Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. In hoc nihil extat in quo aliquis eorum alicui repugnare videatur. Sed aliquis forsitan quærat, quomodo a semetipso Ioannes
Ioã.19. ipse non discrepet, contestans cum cæteris q̃ Ioseph petierit corpus Iesu, & solus dicens, q̃ occultus fuisset discipulus dñi propter metum Iudæorum. Merito enim mouet, cur ille qui propter timorem occultus discipulus erat, ausus sit petere corpus eius, quod nullus eorũ qui eum palam sequebantur auderet. Sed intelligendum est, istum
A fiducia dignitatis hoc fecisse, qua præditus poterat familiariter intrare ad Pilatum. In extremo autem illo officio funeri exhibendo minus curasse de Iudæis, quamuis soleret in domino audiendo eorum inimicitias deuitare.

De sepultura eius, quomodo tres a Ioanne non dissentiant. Cap. XXIII.

mat.27. S Equitur Matthæus. Et accepto corpore Ioseph, inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumẽto suo nouo q̃d excauerat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad hostium monumenti, & abiit.
marc.15. Marcus sic, Ioseph autẽ mercatus sindonẽ, & deponẽs eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad hostiũ monumenti. Lucas sic, Et depositum inuoluit in
Luc.23. sindone, & posuit eum in monumento excisо in quo nondum quisquam positus fuerat. Ex his tribus nulla quæstio dissensionis oriri potest. Ioannes autem sepulturam domini, non à solo Ioseph, sed à Nicodemo quoq; curatam fuisse commemorat. Consequenter enim à Nicodemo incipiens, ita narrat, Venit autem & Nicodemus qui ve-
Ioã.19. nerat ad Iesum nocte primum, ferens mix- B turam myrrhæ & aloes quasi libras centũ. Deinde sequitur adiũgens ipsum Ioseph & dicit, Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos Iudæis est sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est hortus, & in horto monumentũ nouũ in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo ꝓpter parasceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum. Neq; hic aliquid repugnat recte intelligentibus. Neq; enim illi qui de Nicodemo tacuerunt, affirmauerunt à solo Ioseph dñm sepultum, quamuis solius cõ memorationem fecerint: aut quia illi vna sindone a Ioseph inuolutum dixerunt, propterea prohibuerunt intelligi & alia linteа potuisse afferri à Nicodemo & superaddi: vt uerum narraret Ioannes, quod non uno linteo, sed linteis inuolutus sit: quamuis & propter sudarium quod capiti adhibebatur, & institas quibus totum corpus alligatum est, quia omnia de lino erant, etiam si una sindon ibi fuit, uerissime dici potuit, ligauerunt eum linteis. Lintea quippe generaliter dicuntur quæ lino texuntur.

De his quæ circa tempus resurrectionis domini facta sunt quemadmodum omnes non inter se dissentiant. Cap. XXIIII. C

S Equitur Matthæus, Erat ãt Maria Magdalene & altera Maria sedentes contra
Mat.27. sepulchrum. Quod Marcus ita dicit, Ma-
Mar.15. ria autem Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur. Vnde nihil eos ex hoc dissentire manifestum est. Sequitur Matthæus, Altera autem die quæ est post
mat.27. parasceuen, conuenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum dicentes. Dñe recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc uiuens, Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usq; ad diem tertium, ne forte veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi, surrexit à mortuis, & erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autẽ abeuntes munierunt sepulchrum signãtes lapidem cum custodibus. Hoc solus Matthæus narrat, nullo aliorum narrante aliquid quod huic videatur esse contrarium. Deinde sequitur idem Matthæus & dicit, Vespere autem sabbati

Mat.28. sabbati quæ lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrũ. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de
D cœlo, & accedens reuoluit lapidem & sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur, & vestimẽta eius sicut nix. Præ timore autẽ eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus, dixit mulieribus, Nolite timere vos. Scio enim quòd Iesum qui crucifixus est quæritis. Non est hic, surrexit enim sicut dixit, Venite & videte locum vbi positus erat dominus. Et cito euntes dicite discipulis eius, quia surrexit, & ecce præcedit vos in Galilæam, Ibi eum videbitis: ecce
Mar.16. prædixi vobis. Huic Marcus consonat. Sed
Mat.28. potest mouere quomodo secundum Mat-
Mar.16. thæum, angelus super lapidem sedebat reuolutum a monumento. Marcus enim introeuntes eas in monumẽtũ dicit vidisse iuuenem sedentem in dextris coopertum stola cãdida, & obstupuisse. nisi intelligamus aut Matthæum tacuisse de illo angelo quem intrantes viderunt: Marcus vero de illo tacuisse quem foris viderunt sedentem super lapidem: vt duos viderint, & a duobus singillatim audierint quæ dixerunt angeli de Iesu: prius ab illo quem foris viderunt sedentem super lapidem, deinde ab illo quem
E viderunt intrantes in monumentum sedentem a dextris, quò vt intrarent, illius qui foris sedebat verbis exhortatæ sunt dicentis, Venite & videte locum vbi positus erat dominus. Quò venientes vt dictum est, & intrantes viderunt eum. de quo Matthæus tacet, Marcus autem loquitur, sedentem a dextris, a quo talia similiter audierunt. Aut certe intrantes in monumentum in aliqua septa maceriæ debemus accipere qua communitũ locũ tunc fuisse credibile est in aliquo spacio ante petram, qua excisa locus factus fuerat sepulturæ: vt ipsum viderint in eodẽ spacio sedentẽ a dextris, quẽ dicit Matthæus sedentẽ super lapidem quẽ terræmotus ab ostio monumenti reuoluerat: id est, a loco sepulchri, quod effossum erat in petra.
Mar.16 Item quæri potest quemadmodum Marcus dicat, At illæ exeuntes fugerunt de monumẽto: inuaserat enim eas timor & pauor, & nemini quicquã dixerunt, timebant. n. cum
Mat.28. dicat Matthæus, Et exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius: nisi intelligamus ipsorum angelorũ nemini ausas fuisse aliquid dicere: id est, respondere ad ea quæ ab illis audierant, aut certe custodibus quos iacentes viderunt. Nam illud gaudiũ F q̃d matthæus commemorat, non repugnat timori de quo marcus dicit, Debuimus. n. vtrunq; in illarum animo factum intelligere, etiam si ipse matthæus de timore non di-
ceret. Cum vero & ipse dicat, Exierũt cito Mat.28. de monumẽto cũ timore & gaudio magno: nihil ex hac re quæstionis remanere ꝓmittit. De hora quoq; ipsa qua venerunt mulieres ad monumentum, non contemnenda exoritur quæstio. Cum enim matthæus dicat, Vespere autẽ sabbati quę lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene & altera Maria videre sepulchrum: Quid est q̃d
dicit Marcus, Et valde mane vna sabbato- Mar.16 rum ueniunt ad monumentum oriente iam sole? In quo quidem a cæteris duobus, id
est, Luca & Ioanne non discrepat. Quid. n. Luc.24.
dicit Lucas, Valde diluculo: & Ioannes, ma- Ioã.20. ne cum adhuc tenebræ essent: hoc intelligitur Marcus dicere, valde mane oriente iam sole: id est, cum cœlum ab Orientis parte iam albescceret, quod nõ fit vtique nisi solis orientis vicinitate. Eius enim est ille fulgor qui nomine auroræ appellari solet, Ideo nõ repugnat illi qui ait, Cum adhuc tenebræ essent. Die quippe surgente aliquæ reliquiæ tenebrarum, tanto magis extenuantur, quãto magis oritur lux. Nec sic accipiendum G est quod ait. Valde mane: tanquam sol ipse videretur iam super terras: sed potius sicut dicere solemus eis quibus volumus significare temporius aliquid faciendum: Cum. n. dixerimus, mane, ne putent iam sole supra terram conspicuo nos dicere, ad hoc plerunque addimus, valde mane: vt illud quod etiam albescente vocantur intelligant: quanquam & hoc vsitatum sit, vt post gallicantum sæpe repetitum cum coniectari homines cœperint diem iam propinquare, dicãt, iam mane est: Et cum post hoc verbum attenderint, & iam oriente, id est, iam de proximo aduenient in has partes sole, cœlum rubescere vel albescere viderint, addant qui dicebant, mane est, & dicant, ualde mane est. Quid autem interest dum siue illo siue isto modo nihil aliud intelligamus a Marco appellatum, mane, nisi quod Lucas appellauit, diluculum: & hoc valde mane, quod ille ualde diluculo, & quod Ioannes, mane, cum adhuc tenebrę essent, sole autem

iam

iam oriente:id est,ortu suo iam cœlum illuminare incipiente. Quomodo ergo his tribus congruat Matthæus, qui nec diluculo, nec mane, sed vespere ait sabbati q̃ lucescit
H in prima sabbati:attentius indagandum est.
A parte quippe prima noctis quæ est vespera,ipsam noctẽ voluit significare Matthęus, cuius noctis fine venerunt mulieres ad monumentum. Ea vero causa intelligitur eandem noctem sic appellasse,quia iam a vespere licebat afferre aromata, transacto vtiq; sabbato. Ergo quoniam sabbato impediebantur,vt non ante facerent,ab eo tempore nominauit noctem, ex quo eis licere cœpit vt facerẽt qđcũq; vellent tpe eiusdẽ noctis.Sic itaq; dictum est,vespere sabbati:ac si diceretur,nocte sabbati: id est nocte quæ sequitur diem sabbati:quod ipsa verba eius satis indicant. Sic enim ait, Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati: quod fieri nõ potest si tantummodo primam noctis particulam,id est solum initium noctis intelleximus dicto vespere significatum, Neq; enim ipsum initium lucescit in prima sabbati, sed ipsa nox quæ luce incipit terminari. Nam terminus primæ partis noctis, secundæ partis initium est, lux autem terminus totius noctis est. Vnde non potest dici uesp luce scens in prima sabbati, nisi nomine uespi nox ipsa intelligatur quã lux terminat.
I Et vsitatus loquendi modus diuinæ scriptu re est, a parte totum significare. A vespere ergo noctem significauit, cuius extremum est diluculum. Diluculo enim venerunt illæ mulieres ad monumẽtũ. Ac p hoc ea nocte venerũt quæ significata est nomine vesperi. Tota enim significata est eo nomine, vt dixi, & ideo quacunq; eius noctis parte venissent,ea vtiq; nocte venissent. Cũ ergo venerunt parte eius noctis extrema, ea procul dubio nocte venerunt. Vespere autem q̃ lucescit in prima sabbati,non potest nisi tota ipsa nox intelligi. Eo igitur vespere venerunt,quæ ipsa nocte venerunt. Ipsa autem nocte venerunt quæ noctis ipsius quamuis extrema parte venerunt. Nam & ipsum triduum quo dominus mortuus est & resurrexit, nisi isto loquendi modo, quo à parte totum dici solet, recte intelligi non potest. Hinc magna redditur ratio verbi domini,
Mat.12. Ipse quippe ait, Sicut enim Ionas fuit in ventre Ceti tribus diebus & tribus noctibus:sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Cõputentur autem tempora, siue ex quo tradidit spũm, siue ex quo sepultus est, & non occurrit ad liquidum nisi ad medium diem, hoc est vt sabbatum totum diem accipiamus. id est cũ sua nocte:illos autem qui eum in medio posuerunt,id est parasceuem, & primam sab- K
bati,quem diem dominicũ dicimus, à parte totũ intelligamus. Quid.n.iuuat q̃ quidã his angustijs coarctati,& istũ locutiõis modũ, id est a parte totũ in sctãrum scripturarũ soluẽdis quæstionibus plurimum valere nesciẽtes,noctẽ voluerũt anumerare tres illas horas a sexta vsq; ad nonam, quibus sol obscuratus est,& diẽ tres horas alias,quibus itetum terris est redditus,id est a nona vsq; ad eius occasum? Sequitur.n.nox futuri sabbati,quia cum suo die computata,erunt iam duæ noctes & duo dies. Porrò autem post sabbatum sequitur nox primi sabbati, id est illucescentis diei dominicæ, in qua tunc dominus resurrexit. Erunt ergo duæ noctes & duo dies,& vna nox:etiam si tota posset intelligi, nec ostenderemus quod illud diluculũ pars eius extrema sit. Quapropter nec anumeratis illis sex horis quarum tribus sol contenebratus est & tribus eluxit, constabit ratio trium dierum & trium noctium. Restat ergo vt illo scripturarum vsitatissimo loquendi modo, quo a parte totũ intelligit, inueniamus extremũ diẽ tẽpus parasceues quo crucifixus & sepultus est dominus, & ex ipsa extrema parte totum diem cum sua nocte, qui iam peractus fuerat aceipiamus: L
medium vero,id est sabbati diẽ,non a parte, sed integre totum: tertium rursus a parte sua prima, id est a nocte totũ cũ suo diurno tpe:ac sic erit triduum, quemadmodum illi octo dies post quos ascendit in montẽ, quorum medios integros attendẽtes Matthæus & Marcus,dixerunt, Post sex dies:quod Lucas dixerit, Post octo dies. Nũc iam cætera videamus,quẽadmodũ Matthæo cõgruant. Lucas enim apertissime duos angelos dicit visos fuisse a mulieribus quæ venerunt ad monumentum,quorũ singulos intellexeramus commemoratos a duobus:vnũ a Matthæo, id est illum qui extra monumentum sedebat in lapide, alterum a Marco, id est illũ qui intra monumẽtũ sedebat a dextris. Sed Lucas ita narrat, Et dies parasceues,& sabbatum illucescebat. Subsecutæ autẽ mulieres quæ cum ipso venerant de Galilæa viderunt monumentum,& quemadmodum positũ erat corpus eius,& reuertentes paraMat.17. Marc.9. Luc.9. Luc.24. Mat.28. Mar.16. Luc.23.

uerunt

uerunt aromata & vnguenta: sed sabbato quidem siluerunt secũdm mandatum, Vna aũt
Luc.24. sabbati, valde diluculo, venerunt ad monuM mentũ portantes quæ parauerant aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum a monumento, & ingressæ non inuenerunt corpus domini Iesu. Et factum est dum mente consternatę essent de isto,ecce duo viri steterũt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autẽ & declinarent vultũ in terrã,dixerunt ad illas, Quid quæritis,viuẽtẽ cũ mortuis? Non est hic,sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cum adhuc in Galilęa esset,dicens, Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorũ,& crucifigi,& die tertia resurgere. Et recordatæ sunt,verborum eius,& regressæ a monumento nunciauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Quomodo ergo singuli nisi sunt sedentes, vnus secundum
Mat.28. Matthæum,foris super lapidem: & alter se-
Mar.16. cundum marcum intus a dextris:cum secũdm
Luc.24. Lucam duo steterunt secus illas, quãuis similia dixerint? Possumus quidem adhuc intelligere vnum angelum visum a mulieribus,& secundum Matthæum, & secundum Marcum,sicut supra diximus:vt eas ingressas in monumentum sic accipiamus, in aliquod scilicet spacium quod erat in aliqua maceria communitũ, vt intrari posset ante illum saxeũ sepulchri locum,atq; ibi vidisse
A angelum sedentem supra lapidem reuolutũ à monumento,sicut dicit Matthæus, vt hoc sit sedentem à dextris, quod dicit Marcus: deinde intus ab eis dum inspicerent locum in quo iacebat corpus domini, visos alios duos angelos stantes sicut dicit Lucas,similia locutos ad eatum exhortandum animum & ædificandam fidem. Sed uideamus & illa
Ioã. 20. quæ Ioannes dicit,utrum uel quemadmodum his congruant. Sic ergo narrat Ioãnes, Vna autem sabbati Maria Magdalene uenit mane cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, & uidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit ergo & uenit ad Simonem Petrum,& ad alium discipulum quem amabat Iesus & dicit eis, Tulerunt dominũ de monumento, & nescimus ubi posuerunt eum. Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus,& uenerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus, præcucurrit citius Petro, & uenit primus ad monumẽtum. Et cum se inclinasset, uidit posita linteamina,nõ tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumẽtũ,& uidit linteamina posita & sudarium quod fuerat super caput eius non cum linteaminibus positum,sed separatim inuolutum in uno loco. Tunc ergo B introiuit & ille discipulus qui uenerat primus ad monumentum & uidit & credidit. Nondũ enim sciebat scripturas, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterũ ad semetipsos discipuli. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dũ ergo fleret inclinauit se,& prospexit in monumentũ, & uidit duos angelos in albis sedentes,unũ ad caput, & unũ ad pedes,ubi positum fuerat corpus Iesu, Dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis, Quia tulerũt dominum meum & nescio ubi posuerunt eum. Hæc cum dixisset,conuersa est retrorsum,& uidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier quid ploras? quem quæris? Illa existimans,quia hortulanus esset,dicit ei, Domine si tu sustulisti eum dicito mihi, ubi posuisti eum, & ego eum tollam. Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei, Rabboni: quod dicitur magister. Dicit ei Iesus. Noli me tangere:nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade aũt ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad pr̃em meũ & patrẽ uestrum, deum meũ & deum uestrum. Venit Maria Magdalene annũcians discipulis,quia uidi dñm,& hæc di- C
xit mihi. In hac Ioannis narratione dies uel tempus quo uentum est ad monumentum cum cæteris conuenit. Illud etiam q̃ duo angeli uisi sunt concordat cum Luca. Sed quòd ille stantes dicit angelos uisos, iste Luc.24.
autem sedentes, &c. quæ illi non dicunt, quomodo hinc possint intelligi non discrepare à cæteris,& quo ordine gesta sint, nisi diligenter considerentur, repugnantia possunt uideri. Quapropter hæc omnia quæ circa tempus resurrectionis domini facta sunt, secundum omnium Euangelistarum testimonia in unam quandam narrationem, quantum nos dominus aduuerit, quemadmodum geri potuerint ordinemus. Prima sabbati diluculo, sicut omnes consentiunt, uentum est ad monumentum. Iam factum erat quod solus matthæus commemorat de terræmotu & lapide reuoluto conterritisque custodibus, ita ut in parte aliqua uelut mortui iacerent. Venit autem, sicut Ioannes dicit, maria magdalene sine dubio cum cæteris mulieribus,

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ domino miniſtrauerant plurimum di
lectione feruentior, vt non immerito Ioan-
nes ſolam commemoraret, tacitis eis quæ
cum illa fuerunt, ſicut alij teſtantur. Venit
ergo & vt vidit lapidem ſublatum à monu-
mento, antequam aliquid diligentius inſpi-
D ceret, non dubitans ablatum inde eſſe cor-
pus Ieſu, cucurrit, ſicut dicit idem Ioannes,
& nunciauit Petro atq; ipſi Ioanni. Ipſe eſt
enim diſcipulus quem amabat Ieſus. At illi
currere cœperunt ad monumentum, & præ
ueniens Ioannes inclinauit ſe & vidit poſi-
ta linteamina, nec intrauit. Petrus autē cō-
ſecutus intrauit in monumentum, & vidit
linteamina poſita, & ſudarium quod fuerat
ſuper caput eius, nō cum linteaminibus po-
ſitum ſed ſeparatim inuolutum. Deinde &
Ioannes intrauit, & vidit ſimiliter, & credi-
dit quod maria dixerat ſublatum eſſe dñm
de monumēto. Nondū. n. ſciebat, ſcripturā,
quia oportebat eum à mortuis reſurgere.
Abierunt ergo iterum ad ſemetipſos diſci-
puli. Maria autem ſtabat ad monumentum
foris plorans: id eſt, ante illum ſaxei ſepul-
chri locum, ſed tamen intra illud ſpaciū qđ
iam ingreſſæ fuerat. hortus quippe illic erat
Ioan.19. ſicut idē Ioannes cōmemorat. Tunc vide-
runt angelum ſedentem a dextris ſuper la-
pidē reuolutū à monumento, de quo ange-
lo narrant mtthæus & marcus. Tūc eis di-
Mat.28 xit, Nolite timere vos, ſcio. n. q̄ Ieſum qui
crucifixus eſt q̄ritis, Nō eſt hic, ſurrexit. n.
ſicut dixit, venite & videte locū vbi poſitus
E erat dñs. Et cito euntes dicite diſcipulis eius
quia ſurrexit, & ecce præcedit vos in Gali-
læā: ibi eum videbitis, ecce prædixi vobis.
Quibus ſimilia Marcus quoq; non tacuit.
Mar.16. Ad hæc verba Maria dū fieret inclinauit ſe
Ioā. 20. & proſpexit in monumentum, & vidit duos
angelos, ſicut dicit Ioannes, in albis ſeden-
tes: vnū ad caput, & vnū ad pedes, vbi poſ
tum fuerat corpus Ieſu. Dicunt ei illi, mulier
q̄d ploras? Dicit eis, Quia tulerunt dominū
meū & neſcio vbi poſuerunt eum. Hinc in-
telligendi ſunt ſurrexiſſe angeli, vt ēt ſtāt
Luc.23. viderētur, ſicut eos Lucas viſos fuiſſe cōme
morat, & dixiſſe ſcđm eundē Luca, timenti-
bus mulieribus & vultum in terrā declināti
bus, Quic quæritis, viuentem cū mortuis?
Non eſt hic: ſed ſurrexit. Recordamini qua
liter locutus eſt vobis, cum adhuc in Gali-
læa eſſet, dicens, Quia oport. t filium ho-
minis tradi in manus hominum peccato-
rum, & crucifixi, & die tertia reſurgere à
mortuis. Et recordatæ ſunt verborum eius.
Poſt hæc conuerſa eſt retrorſum Maria, &
vidit Ieſum ſtantem, ſicut dicit Ioannes, &
non ſciebat, quia Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus, Ioā. 20
Mulier quid ploras? quem quæris? Illa exi- F
ſtimās quia hortulanus eſſet, dicit ei, Domi-
ne ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi po-
ſuiſti eum, & ego eū tollam. Dicit ei Ieſus,
Maria. Conuerſa illa dicit ei, Rabboni,
quod dicitur magiſter. Dicit ei Ieſus, Noli
me tangere, nondum enim aſcendi ad pa-
trem meum. Vade autem ad fratres meos, &
dic eis, Aſcendo ad patrem meum & patrē
veſtrum, deum meum & deum veſtrum.
Tunc egreſſa eſt à monumento: hoc eſt, ab
illo loco vbi erat horti ſpatium ante lapidē
effoſſum. Et cum illa aliæ, quas ſecundum
Marcum inuaſerat tremor & pauor, & ne-
mini quicquam dicebant. Tunc iam ſecun- Mar.16.
dum Matthęum, Ecce Ieſus occurrit illis Mat.28.
dicens, auete. Illæ autem acceſſerunt & te-
nuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Sic
enim colligimus, & angelorum allocutio-
nem bis numero eas habuiſſe, venientes ad
monumentum, & ipſius domini: ſemel, ſcili-
cet illic quādo Maria hortulanum putauit:
& nunc iterum cum eis occurrit in uia vt
eas ipſa repetitione firmaret atq; à timore
recrearet. Tunc ergo ait illis. Nolite timere Ioā. 20
re, Ite nunciate fratribus meis, vt eant in Luc.24
Galilæam, ibi me videbunt. Venit ergo
Maria Magdalene annuncians diſcipulis,
quia vidi dominum, & hæc ei dixit. Non
ſolum ipſa, ſed & aliæ quas Lucas comme-
morat, quæ nunciauerunt hæc diſcipulis un G
decim, & cæteris omnibus. Et uiſa ſunt
ante illos ſicut deliramentum uerba iſta, &
non credebant illis. His & Marcus atteſta-
tur, Nā & poſteaq̄ cōmemorauit eas tremē mar.16
tes & pauētes exiſſe à monumēto, & nemini
q̄q̄ dixiſſe, adiūxit, q̄ reſurgēs dñs appar-
uerit mane prima ſabbati, primo Mariæ ma
gdalenæ de qua eiecerat ſeptem dæmonia: &
q̄a illa uadēs nūciauit ijs q̄ cū eo fuerāt lu-
gētibus & flētibus: & q̄a illi audiētes q̄ uiue
ret & uiſus eſſet ab ea, non crediderūt. Sanè mat.28.
Matthęus ēt illud inſeruit, abſcedētibus mu
lieribus q̄ illa omnia uiderāt & audierāt, ue
niſſe ēt quoſdā in ciuitatē de illis cuſtodibus
q̄ iacuerāt uelut mortui, & nūciaſſe princi
pibus ſacerdotū omnia q̄ facta erāt, hoc eſt,
q̄ ēt illi ſentire potuerūt. Illos uero cōg rega
tos cū ſenioribus cōſilio accepto, pecuniā co
pioſam dediſſe militibus ut dicerent q̄ diſci-
puli

puli eius veniſſent, eumq̄; furati eſſent il-
lis dormientibus: pollicentes ēt ſecuritatē
a præſide qui eos cuſtodes dederat: & illos
H accepta pecunia feciſſe, ſicut erant edocti, di-
uulgatumq̄; eſſe verbū, iſtud apud Iudæos
uſq; in hodiernum diem.

In eo q̄ ſe poſtea diſcipulis manifeſtauit,
qūo ſibi omnes Euangeliſtæ non aduer-
ſentur, collatis teſtimonijs, & de Apoſto
lo Paulo, & de actibus Apoſtolorum.
Cap. XXV.

IAm poſt reſurrectionem, quemadmodum
apparuerit dominus diſcipulis, conſi-
derandum eſt, non ſolum ut eluceſcat etiā
ex hac re conuenientia quatuor Euangeli-
1.Co.15 ſtarum, uerumetiam ut cū Paulo Apoſtolo
conſonet, qui de hac re in prima ad Corin-
thios Epiſtola ita loquitur, Tradidi enim
uobis imprimis quod & accepi, quia Chri-
ſtus mortuus eſt p̄ peccatis noſtris, ſecūdū
ſcripturas, & q̄a ſepultus eſt, & q̄a reſurre
xit tertia die ſecundum ſcripturas, & quia
apparuit Cephę, & poſtea duodecim: dein-
de apparuit pluſquā quingentis fratribus ſi-
mul, ex quibus plures manent uſq; adhuc,
quidam autem dormierunt. poſtea apparuit
Iacobo, deinde Apoſtolis omnibus: Nouiſ-
ſime autem omnium, tanquam abortiuo
apparuit & mihi. Hunc autem ordinem nul
lus Euāgeliſtarum tenuit. Vnde cōſiderādū
eſt utrum ordo quem illi tenuerunt huic
I non aduerſetur. Nā nec illæ oīa, nec iſti oīa
dixerunt. Quæ aūt dixerūt oēs, utrum nihil
Luc.24. inter ſe pugnent tm̄ uidēdū eſt. Lucas enim
ſolus quatuor Euangeliſtarum, non dicit à
mulieribus uiſum dominum, ſed tantum-
Mat.28. modo angelos. Matthæus autem dicit quod
Mar.16. eis occurrerit redeuntibus à monumento.
Marcus quoq; dicit primo uiſum eſſe Ma-
riæ Magdalenę, ſicut & Ioannes: ſed quo-
modo ab eis ſit uiſus non dicit, quod expli-
Ioan.20 catur à Ioanne. Lucas autem non ſolum ta
cet, ut dixi, eum apparuiſſe mulieribus, ſed
etiam duos quorum vnus fuit Cleophas, t-
lia dicit locutos cum illo antequā agnoſce-
rent eū, tanquā mulieres nihil ſe aliud q̄ an
gelos uidiſſe nunciauerint, qui dicebant eū
Luc.24. uiuere. Ita enim narrat, Ecce duo ex illis
ibant ipſa die in caſtellū quod erat in ſpacio
ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalē, nomine
Emaus: & ipſi loquebant ad inuicē, de his
omnibus quæ acciderant. Et factum eſt dū
loquereī, & ſecū quærerent, & ipſe Ieſus ap
propinquās ibat cū illis. Oculi autē illorū
tenebant ne eū agnoſcerent. Et ait ad illos,
Qui ſunt hi ſermones quos cōfertis adinui-
cē ambulantes & eſtis triſtes? Et reſpōdens
vnus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu ſo- K
lus peregrinus es in Hieruſalē, & nō cogno
uiſti q̄ facta ſunt in illa his diebus, Quibus
ille dixit, Quæ? Et dixerunt: de Ieſu Na-
zareno qui fuit uir Propheta, potens in ope
re & ſermone coram deo & omni populo.
Et quomō eū tradiderūt ſummi ſacerdotes
& principes noſtri in dānationē mortis &
crucifixerunt eū. Nos autem ſperabamus
quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Et nunc
ſup hæc omnia tertia dies eſt hodie q̄ hęc
facta ſunt. Sed & mulieres quędam ex no-
ſtris terruerūt nos quæ ante lucē fuerunt
ad monumentum, & non inuento corpore
eius, uenerunt dicentes ſe ēt uiſionem ange
lorum uidiſſe, qui dicunt eum uiuere. Et
abierunt q̄dā ex noſtris ad monumentū, &
ita inuenerūt, ſicut mulieres dixerunt, ip-
ſum vero nō inuenerunt. Hæc ſcđm Lucā
ita narrant, vt meminiſſe, ac recolere potue-
runt, qđ a mulieribus dictū erat, vel a diſci
pulis, q̄ cucurrerūt ad monumentū, qñ eis
nunciatū eſt, qđ ablatū inde ſit corpus eius.
Et ipſe quidē Lucas Petrū tm̄ dicit cucur- Luc.24.
riſſe ad monumentū, & p̄cumbentē uidiſſe
linteamina ſola poſita, & abiſſe ſecum mirā
tē, qđ factū fuerat. Hoc aūt de Petro cōme
morat, priusq̄ narraret de his duobus quos
inuenit in via, poſteaq̄ narrauit de mulieri- L.
bus, q̄ viderant angelos, & ab eis audierant,
q̄ reſurrexiſſet Ieſus: tanq̄ tunc Petrus ad
monumentū cucurrerit. Sed intelligit hoc Ioan.20
Lucas recapitulādo poſuiſſe de Petro. Tūc
.n. cucurrit Petrus ad monumentū, qñ &
Ioannes, cū tantū modo a mulieribus præci
pue a Maria Magdalena nunciatū eis fuerat
de corpore ablato. Tunc aūt illa nūciauerat
qñ vidit lapidem auulſum a monumēto: &
poſtea facta ſunt hęc de viſione angelorum,
atque ipſius dñi, q̄ bis numero apparuerat
mulieribus, ſemel ad monumētū, & iterum
occurrēs reuertentibus a monumēto. Hoc Ioan.20
aūt antequam duobus illis in via viſus fuiſ- Mat.28.
ſet, quorū erat vnus Cleophas. Nanque &
Cleophas loquens cū dño quē nōdū agno
ſcebat, non Petrum dixit iſſe ad monumen-
tum, ſed abierunt quidā ex noſtris, inquit, Luc.24.
ad monumentū, & ita inuenerunt ſicut mu
lieres dixerunt. Quod & ipſe recapitulan-

M do intelligit dixisse,illud scilicet,qđ primo mulieres nunciauerãt Petro, & Ioanni de ablato corpore dñi. Ac per hoc cũ ipse Lucas Petrum dixerit cucurrisse ad monumẽtum,& Cleopham dixisse ipse retulerit, ꝙ quidam eorum ierant ad monumentũ, intelligitur attestari Ioanni, ꝙ duo ierint ad
Ioã. 20. monumẽtum: sed Petrum solum primo cõ memorauerit,quia illi primitus Maria nunciauerat. Item põt mouere ꝙ Petrum non
Ibidem. intrantem,sed ꝓcumbentẽ dixit idem Lucas vidisse sola linteamina & discessisse mirantem,cũ Ioannes dicat se potius ita vidisse,hoc est,discipulum illum quem diligebat Iesus, non intrasse in monumentum, quo prior venerat, sed cum se inclinasset vidisse posita linteamina:sed & seipsum postea dicit intrasse. Ita & Petrus intelligendus est
Luc.24. primo procumbens vidisse,quod Lucas cõmemorat, Ioannes tacet:post autem ingressus,sed ingressus tamen antequam Ioannes intraret,vt oẽs verum dixisse sine vlla repugnantia reperiantur. Ordo ergo rerũ qui esse potuit,quemadmodum dominus excepto,quòd iam mulieribus locutus erat, etiã maribus discipulis visus fuerit, secundum testimonia non solum quatuor Euangelistarum,sed etiam Pauli Apostoli contexendus,& demonstrandus est. Omnium ergo
A uirorũ primo apparuisse intelligit Petro ex his dũtaxat omnibus quos Euangelistæ quatuor,& Paulus apostolus cõmemorauerunt. Cæterum si apparuerit alicui eorum priusq̃ Petro,quod omnes tacuerunt,quis vel dicere audeat vel negare? Neq; enim &
1.Co.15 Paulus dixit,apparuit primo Cephæ:sed apparuit,inquit Cephæ, postea duodecim,deinde apparuit plusquã quingentis fratribus simul. Sic aũt non apparet q̃bus duodecim, quemadmodum nec quibus q̃ngentis. Fieri enim potest de turba discipulorum fuerint isti duodecim nescio qui. Nam illos quos Apostolos nominauit,nõ iam duodecim,sed undecim diceret,sicut nõnulli ẽt codices habent. Quod credo perturbatos homines emendasse, putantes de illis duodecim Apostolis dictũ, qui iã Iuda extincto undecim erãt. Sed siue illi codices uerius habeant qui undecim habent,siue alios quosdam duodecim discipulos Paulus uelit intelligi, siue sacratum illum numerum etiã in undecim stare uoluerint,quia duodenarius in eis nume-
Acto.1. rus ita mysticus erat,vt nõ ponet in locum
B Iudæ nisi alius,id est,Matthias ad conseruãdũ sacramentũ eiusdẽ numeri subrogari: Quodlibet ergo eorũ sit, nihil inde existit quod ueritati vel istorũ alicui ueracissimo narratori repugnare uideatur: probabiliter tamen creditur posteaquã Petro apparuit, deinde apparuisse istis duobus, quorũ erat vnus Cleophas,de quibus Lucas totũ narrat. Marcus aũt breuiter ita pstringit, Post hæc aũt,inquit,duobus ex eis ambulãtibus ostensus est in alia effigie euntibus in uillã. Castellum quippe illud non absurde accipimus ẽt uillã potuisse appellari, qđ nunc iam appellatur ipsa Bethleem, q̃ ciuitas antea vocitata est:quanuis nũc sit honoris amplioris,nomine dñi,qui in illa natus est, sic ꝙ Ecclesias omniũ gentium diffamato: & in codicibus quidem Græcis magis agrum inuenimus quam uillam. Agri autem nomine non castella tantum,verumetiam municipia & coloniæ solent vocari extra ciuitatem,quæ caput,& quasi mater est cæterarũ, vnde metropolis appellatur. Quod autem ait Marcus,eis in alia effigie dũm apparuisse:hoc Lucas dicit,ꝙ eorum oculi tenebantur ne agnoscerent eum. Oculis quippe eorum acciderat aliquid,quod ita manere permissum est,usque ad fractionem panis, certi mysterij causa,vt eis in illo alia ostenderetur effigies,& sic eum non nisi in fractio
C ne panis agnoscerent, sicut Luca narrante monstratur. Pro merito quippe mentis eorum adhuc ignorantis, ꝙ oportebat Christum mori, & resurgere, simile aliquid eorũ oculi passi sunt:non ueritate fallente,sed ipsis ueritatẽ percipere nõ ualẽtibus, & aliud q̃ res est opinantibus, ne quisquam se Christũ agnouisse arbitret, si eius corporis particeps,non est. i. Ecclesiæ, Cuius unitatẽ in sacramento panis commendat Apostolus dicens, Vnus panis,vnũ corpus multi sumus,ut cũ eis benedictũ panẽ porrigeret aperirentur oculi eorũ & agnoscerent eũ. Aperirentur vtiq; ad eius cognitionem,remoto scilicet impedimento quo tenebãtur ne eum agnoscerent. Neque.n. clausis oculis ambulabant, sed inerat aliquid,quo non sinerentur agnoscere,quod uidebant, quod scilicet caligo & aliquis humor efficere solet. Non quia dominus non poterat transformare carnem suam, vt alia reuera esset effigies,quã solebant illi contueri, quandoquidem & ante passionem suam transformatus est in monte, ut facies eius clarescceret sicut sol:quale vult .n. admirabile corpus

pus de qualicunq; corpore,verũ de vero fa-
D cit,qui de aqua vera verum vinum fecit:sed non ita fecerat cum apparuit illis duobus in alia effigie. Nõ.n. aliter q̃ erat,sed sicut erat apparuit eis, quorum oculi tenebantur ne agnoscerent eũ. Non aũt incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorũ à Satana factũ fuisse ne agnosceretur Iesus, sed tamen à Christo est facta permissio vsque ad sacramentum panis: vt vnitate corporis eius participata,remoneri intelligatur
Luc.24. impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci. Nam ipsos esse istos de quibus & Lucas narrat, credendũ est,quia dicit ipsos euntes nunciasse cæteris sicut Lucas dicit eos surgentes eadem hora,regressos esse Hierusalem, & inuenisse congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant,dicentes ꝙ surrexit dñs vere,& apparuit Simoni: & tunc ẽt ipsos narrasse quæ gesta erãt in via, & quomodo eum cognouerunt in fractione panis. Iã ergo erat fama quod resurrexerat Iesus ab illis mulieribus facta, & à Simone Petro cui iam apparuerat. Hoc enim isti duo inuenerunt loquentes ad quos in Hierusalẽ venerunt: fieri itaq; potuit vt timore prius in via noluerint dicere, ꝙ cum audierant re-
E surrexisse,quando tantummodo angelos dixerunt visos esse mulieribus. Ignorantes.n. cum quo loquerentur,merito possent esse soliciti ne quid passim de Christi resurrectione iactantes in manus inciderent Iudæorũ.
Mar.16. Quod aũt ait Marcus, Annunciauerunt eę
Luc.24. teris,nec illis crediderunt:cum Lucas dicat, ꝙ iam inde loquebantur uere resurrexisse dñm & Simoni apparuisse: quid intelligendum est, nisi aliquos ibi fuisse qui hoc nollent credere? Cui aũt non eluceat prætermisisse Marcum quæ Lucas narrando explicauit:hoc est,quæ cum illis locutus fuerit Iesus antequam agnoscerent eum, & quomodo eum in fractione panis agnouerint. Q̃quidem mox vt dixit eis apparuisse in alia effigie euntibus in villam:continuo coniunxit, Et illi euntes nunciauerunt cæteris,nec illis crediderunt. Quasi possent nunciare quem non agnouerant:aut possent agnoscere,q̃bus alia effigies eius apparuerat. Quomodo ergo eum agnouerint, vt nunciare possent,marcus sine dubio prætermisit. Qđ ideo memorię commendandum est,ut assuescamus aduertere Euangelistarum morem
F ita prætermittentium quæ non commemo-
Luc.24. rant, & coniungentium quæ cõmemorant, vt eis qui vsum in hac consideratione non habent, non aliunde maxime error oriatur quo putent eos nõ sibi congruere. Lucas ergo sequitur & dicit, Dũ hæc aũt loquũtur, Iesus stetit in medio eorũ & dixit eis, Pax vobis: ego sum nolite timere. Conturbati vero & conterriti existimabant se spiritum videre. Et dixit eis, Quid turbati estis & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes meos. quia ipse ego sum. Palpate & uidete,q̃a spiritus carnẽ & ossa non habet sicut me videtis habere. Et cũ hęc dixisset,ostendit eis manus & pedes. Hanc ostensionẽ dñi post resurrectionem intelligitur & Ioannes cõmemorare sic loquens. Cum esset ergo sero die illo una sabbatorum, & fores essent clausæ ubi erant di- Ioã. 20.
scipuli congregati propter metũ Iudæorũ, uenit Iesus & stetit in medio, & dixit eis, pax uobis. Et hoc cũ dixisset,ostẽdit eis manus & latus. Ac per hoc his uerbis Ioannis possunt coniungi ea quæ Lucas dicit, idem autẽ Ioannes prætermittit. Ita enim Lucas
sequitur, Adhuc autem illis non credẽtibus Luc.24.
& mirantibus prægaudio dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi & fauum mellis.
Et cum manducasset coram eis,sumens reli- G
quias dedit eis. His item uerbis possunt adiungi quæ Lucas tacet. Dicit aũt Ioannes, Ioã. 20.
Gauisi sunt ergo discipuli uiso dño. Dixit ergo eis iterum. Pax uobis:sicut misit me pater & ego mitto vos. Hoc cum dixisset,insufflauit & dixit eis. Accipite spũm sanctum, quorum remiseritis peccata remittũtur eis, & quorum detinueritis detenta sunt. His
rursus adiungamus quæ Ioannes prætermisit, Lucas cõmemorat: Et dixit ad eos, Hæc Luc.24.
sunt verba quæ locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum, q̃m necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit eis, Q̃m sic scriptum est,& sic oportebat Christum pati & resurgere a mortuis die tertia,& prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorũ in omnes gentes,incipientibus ab Hierusalem. Vos autem estis testes horum. Et ego mittam promissum patris mei in vos,uos aũtẽ sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtute ex alto.
Ecce qũo commemorauit & Lucas promis-
sionẽ spirituſſancti,quam non inuenimus, à domino factam nisi in Euangelio Ioãnis. H

Quod non prætereunter aduertẽdũ est, vt meminerimus quemadmodum sibi Euangelistæ inuicem attestantur: de quibusdam etiam quæ ipsi non dicunt, & tñ dicta noue runt. Post hæc Lucas quæ gesta sunt omnia prætermittit, nec omnino cõmemorat, nisi quando Iesus ascendit in cœlum: atq; id tñ ita coniungit quasi hoc sequantur hæc verba quę dixit: cum hoc gestum sit vna sabbatorum, quo die dominus resurrexit, illud autem quadragesimo die, sicut idem ipse Lucas in Apostolorum actibus narrat. Quòd autem Ioannes, non cum illis fuisse tunc Apostolum Thomam, cum secundũ Lucã duo illi, quorum erat vnus Cleophas regressi Hierusalem inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum ipsis erant, proculdubio intelligendum est quod inde Thomas exierit, antequam eis dñs hæc loquentibus appareret. Hinc iam Ioannes aliã cõmemorat sui demonstrationẽ a dño discipulis factam post dies octo, vbi erat & Thomas qui prius eũ non viderat. Et post dies octo, inquit, iterũ erant discipuli eius intus & Thomas cũ eis: venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax uobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuũ huc, & vide manus meas, & affer manũ tuã & mitte in latus meum, & noli esse incredulus sed fidelis. Respõdit Thomas & dixit ei, Dominus meus & deus meus, Dixit ei Iesus, Quia uidisti me credidisti, Beati qui non viderunt & crediderunt. Hanc secundam dñi visionẽ erga discipulos factam, id est quam secundo loco Ioannes commemorat, apud Marcum possemus agnoscere, breuiter eam sicuti assolet perstringentem, nisi moueret quod ibi ait, Nouissime recumbentibus illis vndecim apparuit: non ideo quia Ioannes tacuit recumbentes, potuit.n.hoc prætermittere, sed quia iste dixit, Nouissime, quasi vltra iã nõ eis apparuerit, cum adhuc Ioannes tertiã sit eius narraturus demonstrationem ad Mare Tyberiadis, Deinde quod dicit idẽ marcus, Exprobrans illis incredulitatẽ illorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eũ, resurrexisse non crediderant: illis videlicet duobus quibus euntibus in villã apparuit, posteaquam resurrexit, & Petro cui primitus eum apparuisse apud Lucam vestigatũ est: fortasse & Mariæ Magdalenæ & alijs mulieribus quæ cum illa erant, quando eis K & ad monumentũ apparuit, & inde redeuntibus in itinere occurrit. Nam ita contexit narrationem idem marcus, cum commemorasset breuiter de duobus illis quibus apparuit in uillã euntibus & nunciassent cæteris, nec illis creditũ esset. Nouissime, inquit, recumbentibus illis vndecim apparuit exprobrans incredulitatem eorũ & duritiã cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse non crediderant. Quo ergo nouissime quasi iam vltra eum non viderint? Nouissimum quippe illud est, quod dominum Apostoli in terra viderunt qñ ascendit in cœlum, quòd factum est quadragesimo die post eius resurrectionem. Nunquidnam tunc exprobaturus erat & non credidissent eis qui eum viderant resurrexisse, qñ iam & ipsi post resurrectionem totiens eum viderant, & maxime ipso die resurrectionis eius, id est, vna sabbati iam circa noctem sicut Lucas Ioannesq; commemorant? Remanet igitur vt intelligamus eundẽ diem resurrectionis eius, id est vnam sabbati, qñ eum post diluculũ vidit Maria & aliæ cum illa mulieres: qñ etiam Petrus, quando & illi duo quorum vnus erat Cleophas, quod videtur etiam idẽ Marcus commemorare: qñ apparuit iam circa noctem illis vndecim, præter Thomam, & qui cum eis erant, qñ eis & isti quod viderant narrauerunt: nunc etiam Marcum more suo breuiter commemorare voluisse: & ideo dixisse, nouissime: quia ipso die hoc nouissimum fuit, iam incipiente nocturno tpe, posteaquam illi de castello vbi eum in fractione panis agnouerant redierunt in Hierusalem, & inuenerunt, sicut dicit Lucas, illos vndecim, & eos qui cum illis erant, iam colloquentes de resurrectione domini, & quod visus fuerit Petro: quibus & ipsi narrauerunt quod in via gestũ erat, & quomodo eum cognouerint in fractione panis. Sed erant ibi vtiq; non credentes: vnde uerum est & Marcus dicit, nec illis crediderunt. His ergo iam sicut Marcus dicit discumbentibus, & adhuc inde sicut Lucas dicit loquentibus, stetit in medio eorum dñs, & ait illis, Pax vobis: sicut dicunt Lucas & Ioannes. Fores aũt clausæ erant cum ad eos intrauit, & solus Ioannes cõmemorat. Verbis itaq; dñi quæ tunc eum locutum esse discipulis, Lucas Ioannesq; dixerunt interponitur & illa exprobratio de qua Marcus dicit, qui non crediderint eum resurrexisse quos viderant. Sed hoc rursus mouet, quomodo M discumbentibus vndecim, dicit apparuisse Marcus, si illud tempus est diei dominici iã noctis

Actio. 1. Ioã. 20. Luc. 24. Ioã. 20. Mar. 16. L Luc. 24 Mar. 16. Ioã. 20. Luc. 24 Ibidem.

noctis initio, quod Lucas Ioannesq; memi nerunt. Aperte quippe Ioannes dicit, non cum eis tunc fuisse Apostolũ Thomã, quẽ credimus exijsse inde antequam dominus ad eos intraret, posteaquam illi duo redeũtes de castello, cum ipsis vndecim collocuti sunt, sicut apud Lucã inuenitur. Sed Lucas in sua narratione dat locum, quo possit intelligi dum hæc loquerentur prius inde exisse Thomã, & postea dñm intrasse. Marcus aũt qui dicit. Nouissime recumbentibus illis undecim apparuit, etiam Thomã illic fuisse cogit fateri. Nisi forte quanuis uno absente, vndecim tamen voluit appellare, quia eadẽ tunc Apostolica societas hoc numero nũcupabatur, antequam Matthias in locum Iudæ subrogaret. Aut si hoc durũ est sic accipere, illud ergo accipiamus, post multas demõstrationes eius quibus p dies quadraginta discipulis præsentatus est, cum etiam nouissime recumbentibus illis vndecim apparuisse, id est, ipso quadragesimo die: & quoniam iam erat ab eis ascensurus in cœlũ, hoc eis illo die maxime exprobrare voluisse, quia his qui uiderant eum resurrexisse non crediderant, antequã ipsi eũ viderent: cum utiq; post ascensionem suam prædicantibus illis Euangelium, etiam gentes, quod non uiderunt fuerant credituræ. Post illam quippe exprobrationẽ, secutus ait idem Marcus, Et dixit eis, Eũtes in mũdum uniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit condemnabitur. Hoc ergo prædicaturi, qm̃ qui non crediderit condemnabit̃, cum id utique non crediderit, quod nõ viderat, nonne ipsi primitus fuerant obiurgandi, q̃ antequam dñm vidissent, non crediderunt eis quibus prius apparuisset? Hanc autem nouissimam fuisse corporaliter in terra repræsentationem domini Apostolis, etiam illud admonet, ut credamus, quod ita sequitur idem Marcus, Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur, In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Deinde subiungit, Et dominus quidem Iesus postquã locutus est eis, assumptus est in cœlum, & sedit a dextris dei. Illi aũt profecti, prædicauerunt vbique dño cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis. Cum ergo dicit, Et dñs quidem postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum: satis uidetur ostendere nouissimum cum illis in terra hunc eum habuisse sermonem, quanuis non omnimodo ad id coarctare uideatur. Non enim ait, Postquam hæc locutus est eis: sed, postquam locutus est eis: unde admittit si necessitas cogeret non istam fuisse nouissimam locutionem, nec istum fuisse nouissimum diem, quo eis in terra pśens fuit, sed ad omnia quæ cum eis omnibus illis diebus locutus est posse pertinere, quod dictum est, Postquam locutus est eis, assumptus est in cœlum. Sed quia ea quæ supra diximus, magis suadent hunc nouissimũ die fuisse, quam ut intelligantur undecim, qui Thoma absente decẽ fuerũt: ideo post hãc locutionem, quam Marcus commemorat, adiunctis etiam consequenter illis verbis, vel discipulorum vel ipsius, quæ cõmemorantur in actibus Apostolorum, credendũ est assumptum dominum in cœlũ, quadragesimo scilicet die post diem resurrectionis eius. Ioannes autem quanuis fateatur multa se prætermisisse quæ fecit Iesus, uoluit C tamen etiam tertiam eius repræsentationem discipulis post resurrectionem factam commemorare ad mare Tyberiadis, septem scilicet discipulis, Petro, Thomæ, Nathanaeli, filijs Zebedæi & alijs duobus quos nominatim non expresit cum piscarentur: quando iussu eius retia mittentes in dextram partẽ, extraxerunt magnos pisces, cẽtum quinquagintatres: quando etiam Petrum ter interrogauit vtrum ab illo amaretur, & ei pascendas commendauit oues suas, & de eiusipsius passione prædixit, & de ipso Ioanne ait, Sic eum uolo manere donec ueniam. Ad hoc Ioannes Euangelium suum terminauit. Iam nunc quærendum est, quando primũ uisus sit à discipulis in Galilæa, quia & hoc quid tertio narrat Ioannes, in Galilæa factum est ad mare Tyberiadis: quod facile uidet qui recolit illud miraculum de quinque panibus, quod ita narrare incipit idem Ioannes. Post hæc abijt Iesus trans mare Galilæę quod est Tyberiadis: vbi autem putari potest primũ à discipulis post resurrectionem uideri debuisse, nisi in Galilæa, si recolantur uerba illius angeli, qui secundum Matthæum uenientibus ad monumentũ mulieribus, ita loquitur. Nolite timere uos, scio enim, quòd Iesum qui crucifixus est quæritis, non est hic, surrexit enim, sicut dixit, Venite & ui-

Ioã. 21. Ioan. 6. Ioan. 21. mat. 28. D

dete locum vbi positus erat dominus. Et cito eũtes dicite discipulis eius quia surrexit, & ecce pcedit vos in Galilæam, Ibi eum videbitis, ecce pdixi vobis. Ité secundũ Marcum siue ipse sit angelus siue alius, Nolite, inquit, expauescere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit non est hic, Ecce locus vbi posuerunt eũ, Sed ite dicite discipulis eius & Petro, quia pcedit vos in Galilæam, Ibi eũ videbitis, sicut dixit vobis. Hæc verba ita vidẽtur consonare, qp Iesus non erat se demonstraturus post resurrectionẽ discipulis suis nisi in Galilæa. Quã demonstrationẽ discipulis nec ipse marcus cõmemorauit, qui eũ dixit mane prima sabbati apparuisse, primo Mariæ Magdalenæ, & illã nunciasse discipulis ijs qui cũ eo fuerant lugentibus & flentibus, illos ãt nõ credidisse. Post hæc deinde duobus ex his apparuisse eũtibus in villã, & illos cæteris nũciasse quod factum est, sicut Lucas & Ioannes coattestantur in Hierusalem, eodẽ ipso die resurrectionis, iam noctis initio. Deinde venit ad illam eius manifestationem, q̃ nouissimam dicit, recumbentibus illis undecim. Post hanc dicit eum assumptum in cœlum, quod factum scimus in monte Oliueti, non longe ab Hierusalem. Nusquam igitur commemorat Marcus completum, quod ab angelo prænunciatum esse testatur. Matthęus vero nihil aliud dicit, nec vllum alium locum omnino commemorat, uel antea uel postea, ubi discipuli posteaquã resurrexit, viderint dominum, nisi in Galilæa secundum angeli prædictionẽ. Deniq; cũ insinuasset quid ab angelo mulieribus dictum sit, & illis abeuntibus subiecisset, quid de corruptis ad mẽtiendum custodibus gestum sit: continuo tanquam nihil aliud sequereꝛ, quia & reuera sic erat dictũ ab angelo, Surrexit, & ecce prẽcedit uos in Galilæam, ibi eum videbitis: ut nihil aliud sequi debuisse videatur, Vndecim autem, inquit, discipuli abierunt in Galilæã in mõtem vbi constituerat illis Iesus, & uidentes eum, adorauerunt: quidam aũt dubitauerũt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicẽs. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui uobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Ita Matthæus clausit Euangelium suum. Ac per hoc si aliorum consideratæ narrationes ad diligentiorẽ inquisitionẽ nõ cõpellerent, nihil aliud arbitraremur nisi dũm post resurrectionẽ nusquam pter in Galilæa primum esse a discipulis uisum. Item si Marcus de illa prænunciatione angeli tacuisset, posset cuiquã putari Matthæus, ideo dixisse discipulos abijsse in Galilæã in montem, atq; ibi adorasse dũm, ut impletum videretur, qd̃ ipse p angelum mandatum, ac prænunciatũ esse narrauerat. Nunc aũt & Lucas & Ioannes satis dilucide manifestantes ipso die resurrectionis eius uisum esse dũm in Hierusalẽ a discipulis suis, unde ita longe est Galilæa, vt vno die ab eis vtroq; loco videri nõ posset: & Marcus iliã quidẽ prædictionẽ angeli similiter narrans, in Galilæa uero visum a discipulis dũm post resurrectionẽ nusquã cõmemorans: vehementer cogunt quærere quemadmodum dictum sit, Ecce præcedit uos in Galilæam, ibi eum uidebitis. Nam & ipse Matthæus si omnino nõ diceret, undecim discipulos abijsse in montem in Galilæam vbi constituerat eis Iesus, & illic eũ vidisse, atque adorasse nihil ex hac prædictione completum ad literam putaremus, sed totum figurata significatione prædictũ, Sicut illud secundum Lucam, Ecce hodie, & eras eijcio dęmonia, & sanitates perficio, & tertia die consummor, quod ad literam certum est non esse completum. Item si angelus dixisset, præcedet uos in Galilæam, ibi primum eum uidebitis: aut, ibi tantum eum videbitis: aut, non nisi ibi eum videbitis: cæteris Euangelistis Matthæus sine dubio repugnaret. Cum vero dictum est, Ecce præcedet uos in Galilæam, ibi eum videbitis: nec expressum est, quando id futurum esset, vtrum primum antequam alibi ab eis uisus esset: an posteaquam eum alicubi etiã præterquam in Galilæa uidissent: idq; ipsum quòd discipulos Matthæus dicit isse in Galilæam in montem, non exprimit diem, nec narrandi ordinem, ita contexit, ut necessitatem ingerat nihil aliud intelligendi, quam hoc primitus factum: non aduersatur quidem narrationibus cæterorum, & dat eis intelligendis, atque accipiendis locum. Veruntamen quòd dominus non vbi primum se demonstraturus erat, sed in Galilęa, vbi necessario postea visus est, se uidendum mandauit, & per angelum dicẽtem. Ecce præcedet uos in Galilæã, ibi eum

eum uidebitis: & per seipsum dicens, Ite nũciate fratribus meis ut eant in Galilęam, ibi me uidebunt: quenuis fidelem facit intentũ ad quærendum in quo mysterio dictum intelligatur. Sed prius considerãdum est quando etiam corporaliter in Galilæa videri potuerit dicente matthæo, Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam in montẽ ubi constituerat illis Iesus, & uidentes eum adorauerunt: quidam autẽ dubitauerunt. Quia enim non ipso die quo resurrexit manifestum est, nam in Hierusalem visum esse eo die initio noctis Lucas & Ioannes apertissime consonant, Marcus autem non aperte. Quando ergo uiderunt dũm in Galilæa? non secundum id quod dicit Ioannes ad mare Tyberiadis: tunc enim septẽ fuerunt, & piscantes inuenti sunt: sed secundum id quod dicit Matthæus, ubi erant undecim in monte, quo eos secundum prædictionem angeli Iesus præcesserat. Nam ita narrare appareꝛ, quod illic eum repererint, quia utiq; secundum constituꝛum præcesserat. Non ergo ipso die quo resurrexit, neq; consequentibus octo diebus, post quos dicit Ioannes I discipulis apparuisse dũm ubi eum primo uidit Thomas, qui eum non uiderat die resurrectionis eius. Nam utiq; si intra eosdem octo dies eum in monte Galilææ iam illi undecim uiderant, quo post octo dies eum primum uidit Thomas, qui in illis undecim fuerat? Nisi quis dicat, non illos vndecim qui iam tunc Apostoli uocabantur, sed discipulos illic undecim fuisse, ex multo numero discipulorum? Soli quippe adhuc uocabantur Apostoli, illi undecim, sed non soli erant discipuli. Potest ergo fieri ut non omnes, sed aliqui eorum ibi fuerint: alij uero discipuli cum eis, ita ut undecim complerẽtur: ac sic non ibi fuisse Thomam, qui post illos dies octo primo dũm uidit. Marcus quippe quando illos undecim memorauit, non utcunque undecim, sed illis, inquit, undecim apparuit. Lucas etiam, Regressi sunt, inquit, Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erãt, Et iste ostendit, illos vndecim, hoc est, Apostolos fuisse: Nam cum adiunxit, Et eos qui cum ipsis erant: satis utique declarauit eminentius illos undecim appellatos cum quibus erant cæteri, ac per hoc illi intelliguntur qui iam uocabantur Apostoli. Hoc proinde fieri potuit, ut ex numero Apostolorum & aliorũ discipulorũ, & undecim discipuli complerentur qui viderant intra illos octo dies in Galilææ monte Iesum. Sed occurrit aliud qp obsistat. Ioannes enim quando commemorauit non in monte ab vndecim, sed ad mare Tyberiadis à septem piscantibus visum esse dũm, Hoc iam tertio, inquit manifestatus est Iesus discipulis cum resurrexisset à mortuis. Si autem acceperimus intra illos octo dies antequam Thomas eum vidisset ab vndecim quibusq; discipulis dũm visum, non erit hoc ad mare Tyberiadis tertio manifestatum esse, sed quarto. Quod quidem cauendum est, ne quis existimet tertio Ioannem dixisse, tanquam tres solæ factæ fuerint manifestationes eius. Sed hoc intelligendus est ad numerum retulisse dierum, non ad numerum ipsarum manifestationum, nec continuorum, sed per interualla, sicut idem ipse testatur. Nam primo ipso die resurrectionis suæ, excepto quòd à mulieribus visus est, id est, quòd in Euangelio claret, ter se manifestauerit semel Petro, iterum duobus illis quorum vnus erat Cleophas, tertio plurimis iam inde colloquentibus noctis exordio. Sed hoc totum Ioannes ad vnum diem referens semel com putat: iterum autem, hoc est, alio die, quãdo eum vidit & Thomas: tertio vero ad mare Tyberiadis, hoc est, tertio die manifestationis eius, non tertia manifestatione. Ac per hoc post hæc omnia cogimur intelligere factum esse, quòd eum in monte Galilææ secundum Matthæum discipuli vndecim viderunt, quo eos secundum constitutum præcesserat, ut impleretur etiam ad literã quod & per angelum & per seipsum dixerat. Inuenimus itaq; apud quatuor Euangelistas decies commemoratum dominum visum esse ab hominibus post resurrectionem. Semel ad monumentum mulieribus. Iterum eisdem regredientibus à monumento in itinere. Tertio Petro. Quarto duobus euntibus in castellum. Quinto pluribus in Hierusalem vbi non erat Thomas. Sexto ubi eum vidit Thomas. Septimo ad mare Tyberiadis. Octauo in monte Galilææ secundum Matthæum. Nono quòd dicit Marcus, Nouissime recumbentibus, quia iam nõ erant in terra cum illo conuiuaturi. Decimo in ipso die, non iã in terra, sed eleuatum in nube, cum in cœlum ascenderet, quod marcus & Lucas commemorant. Marcus quidem post illud, quòd eis discumbẽtibus apparuit, ita continuãs vt diceret, Et dominus quidẽ post-

Mar.16. Luc.24. Ioã. 20. Mat.28. Ibidem. Mar.16. Luc.24. Ioã. 20. Ioã. 21. Mat.28. Luc.13. Mat.28. Mat.28. Mar.16. Luc.24. Ioã. 20. Ioã. 21. Ioã. 20. Mat.28. Luc.24. Ioã. 20. Ioa. 21. Mat.28. Mar.16. Mar.16.

Universidad de Deusto Biblioteca

Acto.1. postquam locutus est eis, assumptus est in
cœlum. Lucas autem prætermissis omnibus
quæ per quadraginta dies agi ab illo cũ di-
scipulis potuerunt, illi primo diei resurre-
ctionis eius quando in Hierusalem pluri-
bus apparuit, coniungit tacite nouissimum
diem quo ascendit in cœlum, ita narrans,
Luc.14. Eduxit autem illos foras in Bethaniam, &
eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factũ
est cum benediceret eis, recessit ab eis, & fe-
rebatur in cœlum. Viderunt ergo eũ præter
quod in terra viderant, etiam cum ferretur
in cœlum. Totiẽs ergo in Euangelicis libris
commemoratus est ab hominibus visus an-
tequam ascendisset in cœlũ, in terra scilicet
nonies, & in aere semel ascendens. Sed non
omnia scriptr sunt, sicut Ioannes fatetur.
Ioã. 21. Crebra enim erat eius cum illis cõuersatio
per dies quadraginta priusquam ascenderet
in cœlum, non tamen eis per omnia quadra-
Acto.1. ginta dies continuos apparuerat. Nam post
diem primum resurrectionis eius, alios octo
dies interuenisse dicit Ioãnes, post quos eis
Ioã. 20. rursus apparuit. Tertio autem ad mare Ty
Ioã. 21. beriadis, fortasis continuo consequenti die,
A nihil enim repugnat: & deinde quando vo-
luit constituens eis, quod & ante prædixe-
rat, vt eos in Galilææ montem præcederet:
atq; omnino p illos quadraginta dies quo-
tiens voluit, quibus voluit, quemadmodum
Act.Fo. voluit, Sicut Petrus dicit, quando eũ Cor-
nelio, & ijs qui cum illo fuerant prædicabat,
Qui simul, inquit, manducauimus & bibi-
mus cum illo posteaquam resurrexit à mor
tuis per dies quadraginta, non quòd quoti-
die per dies quadraginta cum illo mandu-
cassent & bibissent, nam erit contrarium
Ioanni, qui octo illos dies interposuit qui-
bus eis visus non est, vt tertio manifestare-
tur ad mare Tyberiadis, Inde iam etiam si
quotidie illis visus & cum illis conuiuatus
est, nihil repugnat. Et fortasse ideo dictum
est, p quadraginta dies, qui quater deni sunt
in mysterio vel totius mundi vel totius tẽ-
poralis seculi, quia & illi primi decem dies
in quibus erant illi octo dies, à parte totum
possunt more scripturarum non difficile
1.Co.15 computari. Conferatur ergo, & quod ait
Apostolus Paulus, vtrum nihil afferat quæ-
stionis, Resurrexit, inquit, tertio die secun-
dum scripturas, & apparuit Cephæ: non
dixit primo apparuit Cephæ: nam esset cõ-
Mat.28. trarium, quod primo mulieribus apparuisse
1.Co.15. in Euangelio legitur, Postea, inquit, duo-
decim quibuslibet qua hora libet: ipso ta- B
men resurrectionis die: deinde apparuit
plusquam quingentis fratribus simul. Siue
isti cum illis vndecim erant congregati clau Ioã. 20.
sis ostijs propter metum iudæorum, vnde
cum exisset Thomas, uenit ad eos Iesus: siue
post octo illos dies quantolibet, nihil habet
aduersi. Postea, inquit, apparuit Iacob, Non 1.Co.15
tunc autem primo accipere debemus visum
esse Iacobo, sed aliqua propria manifesta-
tione singulariter. Deinde Apostolis omni-
bus, Nec illis tunc primum, sed iam vt fa- Acto.1.
miliarius conuersaretur cum eis vsque ad &.22.
diem ascensionis suę. Nouissimo autem om
nium, inquit, quasi abortiuo apparuit & mi-
hi, Sed hoc iam de cœlo post non paruum
tempus ascensionis suæ. Nũc iam videamus
quod distuleramus, cuius mysterij gratia
secundum Matthæum & marcum resurgẽs Mat.28.
ita mandauerit: Præcedam vos in Galilæã, Mar.16.
ibi me videbitis. Quod etsi completum est,
tamen post multa completum est, cum sic
mandatum sit, q̃q̃ sine præiudicio necessita
tis, vt aut hoc solum, aut hoc primum expe-
ctaret fieri debuisse. Proculdubio ergo qm̃
vox est ista non Euangelistę narrantis, quod C
ita factum sit, sed angeli ex mandato dñi, &
ipsius postea dñi, Euangelistæ autem nar-
rantis, sed quòd ita ab angelo & à dño di-
ctum sit, Prophetice dictum accipiendum
est. Galilæa nanq; interpretatur vel transmi
gratio uel reuelatio. Prius itaque secundum
trãsmigrationis significationem, quid aliud
occurrit intelligendum:, Præcedet vos in
Galilæam, ibi eum videbitis: nisi quia Chri
sti gratia de populo Israel transmigratura
erat, ad gentes? Quibus Apostoli prædican-
tes Euangelium nullo modo crederetur, ni-
si eis ipse dominus viam in cordibus homi-
num præpararet. Et hoc intelligitur, præ-
cedet vos in Galilæam. Quod autem gau-
dentes mirarentur diruptis & euictis diffi-
cultatibus, aperiri sibi ostium in domino
per illuminationem fidelium, hoc intelligi-
tur, ibi eum videbitis, id est, ibi eius mem-
bra inuenietis, ibi uiuum corpus eius in ijs
qui vos susceperint agnoscetis. Secundum Phili.2.
illud autem q̃ Galilæa interpretatur, reue-
latio, non iam in forma serui intelligendus
est, sed in illa in qua æqualis est patri: quam
promisit apud Ioannem dilectoribus suis: Ioã.14
cum diceret, Et ego diligam eum, & ostẽ-
dam meipsum illi: Non utiq; secundum id
quod iam videbant, & quod etiam resurgẽs Luc.24
cum

Deum cicatricibus, non solum videndum, sed
Ioan. 1. etiam tangendum post modum ostendit: sed
secundum illam ineffabilem lucem qua illu
minat omnẽ hominem venientem in hunc
mundum, secũm quam lucet in tenebris, &
tenebræ eum non comprehenderunt. Illuc
nos præcesit, vnde ad nos veniens non re-
cesit, & quò nos præcedens non deseruit.
1.Ioã.9. Illa erit reuelatio tanquã vera Galilæa. Cõ
similes ei erimus, ibi eum videbimus sicuti
est. Ipsa erit etiam beatior transmigratio ex
isto seculo in illam æternitatem, si eius præ-
cepta sic amplectamur, vt ad eius dexteram
Mat.25. segregari mereamur. Tunc enim ibunt fini-
stri in combustionem æternam, iusti autem
in vitam æternam. Hinc illuc transmigra-
bunt, & ibi eum videbunt, quomodo nõ vi-
Esa. 26. dent impij. Tolletur enim impius, vt nõ vi
deat claritatem domini: & impij lumen nõ
Ioã. 16. videbunt. Hæc est autem inquit, vita æter-
na, vt cognoscant te vnum verum deum, &
quem misisti Iesum Christum, sicut in illa
æternitate cognoscetur, quo seruos perduc-
et per formam serui, vt liberi contemplẽ-
tur formam domini.

EIVSDEM SANCTI AVGV-
stini Episcopi in quartum librum de
E consensu Euangelistarum.
Prologus.

NVnc iam quoniam Matthæi narrationẽ
contextim considerantes, & ei tres alios
conferentes, vsque in finem in nullo eos
vel sibi vel inter se repugnare docuimus,
Marcum similiter videamus, vt exceptis
ijs quæ cum Matthæo dixit, de quibus iam
quod differendum videbatur absoluimus, cætera eius inspecta atque collata, nulli eorum repugnare monstrentur, vsque ad cœnam domini. Nam inde iam omnia omnium quatuor quemadmodum sibi conueniant vsque in finem considerata tractauimus.

D. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
de consensu Euangelistarũ
Liber quartus.

In Euangelio Marci exceptis his quæ cum
Matthæo dixit, quomodo nulla repugnã
tia demonstretur ab initio vsq; ad illud
vbi ait. Et ingrediuntur Capernaum, &
statim sabbatis docebat eos, quod cũ Lu-
ca dicit. Cap. I.

SIC ergo incipit Marcus: Ini- F
tium Euangelij Iesu Christi si- Marc.1.
lij dei, sicut scriptũ est in Esaia
Propheta &c. vsq; ad illud vbi
ait, & ingrediũtur Capharnaum, & statim
Sabbatis ingressus synagogam docebat eos.
In hac tota cõtextione omnia superiora cũ
Matthæo considerata sunt. Hoc autem Mar
cus, quia ingressus Capharnaum in synago
gam eorum docebat eos Sabbatis., cum Lu- Luc. 4.
ca dixit: sed nihil habet quæstionis.

De homine à quo spiritus immundus eie-
ctus est conuexans eum, quomodo Lu-
cas qui hoc cum eo dixit non repugnet.
Cap. II.

SEquitur Marcus & dicit, Et stupebant su- Marc.2.
per doctrina eius: Erat enim docens eos
quasi potestatem habens, & non sicut Scri-
bæ. Et erat in synagoga eorum homo in spi
ritu immundo, & exclamauit dicens, Quid
nobis & tibi Iesu Nazareno? venisti perde-
re nos & cætera, vsque ad eum locum vbi
ait, Et erat prædicans in synagogis eorum,
& omni Galilæa, & dæmonia eijciens. Et
in hoc loco quamuis sint quædam quæ cũ
Luca dixit, tamen iam tractata sunt cũ Mat G
thæi narrationem continuam teneremus,
quia in ipsum ordinem sic incurrerant, vt
ea prætermittenda non arbitrarer. Sed Lu- Luc.4.
cas de spiritu immundo ait, quòd sic exierit
ab homine, vt nihil ei noceret: Marcus au-
tem, Et discerpens eum, inquit, spiritus im- Marc.1.
mundus, exclamãs voce magna exijt ab eo.
Potest ergo videri contrarium, quomodo
eum discerpens, vel sicut aliqui codices ha-
bent, conuexans eum, cui nihil nocuit secũ-
dum Lucam. Sed & ipse Lucas, Et cum ꝓ-
iecisset illum, inquit, dæmonium in mediũ,
exiuit ab illo, nihilque ei nocuit: Vnde intel
ligitur hoc dixisse Marcum, conuexans eũ, Luc. 4.
quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod Lucas, cum proiecisset eum in mediũ: nihilque ei nocuit: hoc intelligitur, quia illa iactatio membrorum atque vexatio non debilitauit, sicut solent exire dæmonia, etiã quibusdã membris amota vexatione elisis.

De nomine Petri quo etiam atq; etiã commendetur, non repugnare Ioanni, qui dicit quãdo hoc nomẽ acceperit. Ca. III.

marc.1. SEquitur idem Marcus. Et venit ad eum leprosus deprecans eum, & genuflexo dixit, Si vis potes me mundare &c. vsque ad
H illud vbi ait, Et clamabant dicentes, Tu es
marc.3. filius dei: & vehementer comminabatur eis
Luc.4. ne manifestarent illum. Huic quod vlti-
marc.1. mum posuimus simile aliquid & Lucas dicit, sed sine aliqua repugnantiæ quæstione. Sequitur Marcus, Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse, & venerunt ad eum, & fecit vt essent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia. Et imposuit Simoni nomẽ Petrus &c. vsque ad illud vbi ait, & abijt
marc.5. & cœpit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus, & omnes mirabantur. De nominibus discipulorũ iam & antea me lo-
Suprali. cutũ scio, cũ Matthæi sequerer ordinem: &
2.ca.17. hic rursus admoneo, ne quisquã putet nunc
& 53. accepisse nomen Simonem, vt Petrus voca
Ioan. 1. retur, & sit cõtrarium Ioanni qui longe ante illi dictum esse commemorat, Tu vocaberis Cephas: qd̃ interpretatur Petrus. Ipsa.n. verba dñi cõmemorauit quibus ei no-
marc. 5. men imposuit. Marcus autẽ hoc loco id recapitulando cõmemorauit, cum ait, Et imposuit Simoni nomen Petrus. Cum enim vellet nomina duodecim Apostolorũ enu-
I merare, & necesse haberet Petrũ dicere, breuiter insinuare voluit q̃ non hoc antea vocaretur, sed hoc ei dominus nomen imposuerit: non tunc, sed quando Ioannes ipsa verba domini posuit. Cætera nihil cuiquam repugnant & antea iam pertractata sunt.

Quòd dixit, Quanto magis eis præcipiebat vt tacerent, tãto magis plus illi dicebant, quomodo non repugnet præscientiæ ipsius quæ in Euangelio commendatur. Cap. IIII.

marc.5. SEquitur Marcus. Et cum transcendisset Iesus in naui rursus trans fretum, conue-
nit turba multa ad illum, & erat circa mare marc.6.
&c. vsque ad illud vbi ait. Et conuenientes
Apostoli ad Iesum renunciauerũt illi omnia quæ egerant & docuerant. Hoc vltimũ
dixit cũ Luca, in nihilo discordans, cætera Luc.8,
iã antea tractata sunt. Sequitur Marcus. Et marc.6.
ait illis, Venite seorsum in desertum locũ, &
requiescite pusillũ &c. vsq; ad illud vbi ait,
Quanto autẽ eis præcipiebat, tanto magis marc.7.
plus prædicabãt, & eo amplius admirabanr̃,
dicẽtes, Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui. In his cum Luca Marcus nihil est quod repugnare videatur omnibus. Et superiora omnia iã considerauimus, qñ eos Matthæo cõferebamus. Sed ca-
uendum est ne quisquam arbitretur, hoc qd̃ K
in vltimo ex Euangelio Marci posui, repugnare omnibus, qui cũ alijs eius plerisque factis & dictis ostendunt scisse quid ageretur in hominibus. i. q̃ eum cogitationes & voluntates eorum latere non poterant: sicut apertissime Ioannes dicit, Ipse aũt Ie- Ioan. 2.
sus non credebat semetipsum eis, eo q̃ ipse nosset omnes quia opus ei non erat, vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse.n. sciebat quid esset in homine. Sed quid mirũ mat.26.
si præsentes hominum voluntates videbat, qui ẽt futuram negationem Petro prænunciauit, quam tunc vtique non habebat, qñ pro illo vel cum illo paratum se mori præsumebat? Quæ cum ita sint, qũo huic eius tantæ scientiæ & præscientiæ non est cõtrarium quod Marcus dicit, Præcepit illis ne marc.7.
cui dicerent: Quanto aũt eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant. Si.n. sciebat eos, sicut ille qui notas habebat & presentes & futuras hominum voluntates, tanto magis prædicaturos, quanto magis ne prædicarent eis præcipiebat: vt quid hoc præcipiebat, nisi quia pigris volebat ostendere, quãto studiosius quantoq; feruentius eum præ-
dicare debeant, quibus iubet vt prædicent, quando illi qui prohibebantur, tacere non L
poterant.

De eo quod suggessit Ioannes q̃ in nomine eius ejecerit dæmonia non sociatus discipulis, & dixit, nolite prohibere, qui enim contra vos non est, pro vobis est: quomodo nõ repugnet illi sentẽtiæ, vbi ait. Qui nõ est mecũ, aduersum me est. Cap. V.

marc.9. SEquitur marcus. In illis diebus iterum cum turba multa esset cũ Iesu, nec habe-
rent

rent quod manducarent &c. vsque ad illud
marc. 9. vbi ait, Respondit illi Ioannes dicens, Magister, vidimus quendam in nomine tuo eijcientẽ dæmonia, qui non sequitur nobiscũ, & prohibuimus eum, Iesus autem ait, Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Qui.n.nõ est aduersum
Luc.9. vos, pro vobis est. Hoc Lucas similiter narrat, nisi q̃ ipse non dicit, Nemo est.n. qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Nulla est ergo inter eos quæstio cuiusquam repugnantiæ. Sed viden dum est ne hoc illi sententiæ dñi putetur cõ
mat.12. trarium vbi ait, Qui mecum non est, aduer
Luc.11. sum me est: & qui mecum nõ colligit, spar
M git. Qũo.n. iste non erat aduersus eum qui cum illo non erat, de quo Ioannes suggessit, q̃ cum illis eum nõ sequebatur, si aduersus illum est qui non est cum illo: aut si aduersus illum erat, qũo dicit discipulis, Nolite prohibere, qui.n. non est aduersus vos, pro vobis est. An hoc interesse aliquis dicet, qa hic discipulis ait, Qui nõ est aduersus vos, pro vobis est. Ibi aũt de seipso locutus est, qui mecum non est, aduersus me est: quasi vero possit cum illo non esse qui discipulis eius tanquam membris eius sociatur? alio-
mat.10. quin qũo verum erit, Qui vos recipit, me
mat.25. recipit: Et, quando vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis? Aut potest etiam non esse aduersus eum, qui fuerit aduersus discipu-
Luc.10. los eius? Nam vbi erit illud, Qui vos spernit me spernit: & qñ vni ex minimis meis
Acto.9. non feciſtis, neque mihi feciſtis. Et Saule Saule quid me persequeris: cum discipulos eius persequeretur? Sed nimirum hoc vult intelligi, intantum cum illo nõ esse aliquẽ, inquantum est aduersus illum: & intantum aduersus illum non esse, inquantum cum illo est. Exempli gratia, sicut iste ipse qui in nomine Christi virtutes faciebat, & in societate discipulorum Christi non erat, inquantum operabatur virtutes in illo nomi
A ne, intantum cum ipsis erat, & aduersus eos non erat: inquantum vero eorum societati non adhærebat, intantum cum ipsis non erat, & aduersus eos erat. Sed quia illi hoc cũ facere prohibuerant in quo cum ipsis erat, dixit eis dominus, Nolite prohibere. Illud enim prohibere debuerunt quod extra eorum erat societatem, vt illi vnitatem Ecclesiæ suaderent, nõ illud in quo cum illis erat, nomẽ scilicet magistri & domini eorum in
dæmoniorum expulsione commendans. Sicut catholica Ecclesia facit, non improbans in hæreticis sacramenta communia in his in quibus nobiscum sunt, & aduersus nos non sunt: sed improbat & prohibet diuisionem ac separationem vel aliquam aduersam paci veritatiq; sententiam: in hoc enim aduersus nos sunt, quia in hoc nobiscum non sunt, & nobiscũ nõ colligunt, & ideo spargunt.

Quod occasione huius qui in nomine Christi ejiciebat dæmonia quanuis cum discipulis non sequeretur, Marcus amplius quàm Lucas dominum dixisse narrauit, quomodo ostendatur ad hoc ipsum pertinere quod illum in nomine suo virtutes facientem vetuit prohiberi. Ca. VI.

marc.9. SEquitur Marcus & dicit, Quisquis enim potum dederit vobis calicem aquæ in no B
mine meo, quia Christi estis, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizauerit vnũ ex his pusillis credentibus in me, bonum est ei magis si circundaretur mola asinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et si scandalizauerit te manus tua, abscide illam, Bonum est tibi debilem introire in vitam, q̃ duas manus habentem ire in gehennam, ignem inextinguibilem, vbi vermis eorum nõ moritur, & ignis non extinguitur: &c. vsque ad illud vbi ait, Habete in vobis salem, & pacẽ habete inter vos. Hæc Marcus dñm locutum, posteaquã illum qui in nomine eius ejiciebat dæmonia, & cum discipulis non eum sequebatur vetuit prohiberi, contextim commemorat, aliqua ponens quæ nullus alius Euangelistarum posuit: aliqua vero quæ Matthæus
mat.18. quoque posuit, & aliqua itidem quæ & Mat
Luc.17. thæus & Lucas. Sed illi ex alijs occasioni-
bus, & in alio ordine rerum, non hoc loco vbi de illo suggestum est, qui cum discipulis Christi non eum sequebatur, & dæmonia in eius nomine ejiciebat. Vnde mihi videtur etiam hoc loco dñs secundum Marci fidem ideo dixisse quæ alijs etiam locis dixit, quia satis pertinebant ad hãc ipsam eius sentẽtiam, qua vetuit prohiberi virtutes in no- C
mine suo fieri, ẽt ab illo q̃ cũ discipulis eum
marc. 9. non sequebatur. Sic n. contexit, Qui enim non est aduersum vos, pro vobis est: Quisquis enim potum dederit vobis, calicem aquę in nomine meo, quia Christi estis, amẽ dico vobis non perdet mercedem suam.

Vnde

Universidad de Deusto Biblioteca

Vnde ostendit etiam illum de quo Ioannes suggesserat,& vnde iste eius sermo exortus est, quòd non ita separabatur à societate discipulorum, vt eā tanquā hæreticus improbaret: sed sicut solent homines nondum audere Christi susc ipere sacramenta,& tamen nomini fauere Christiano, ita vt Christianos etiam susc ipiant,& non ob aliud eis,nisi quia Christiani sunt obsequantur,de quibus dixit,quòd non perdunt mercedem suā. Non quia iam tuti atque securi sibi debent videri ex hac beneuolentia quā erga Christianos habent, etiam si Christi baptismo non abluantur, nec vnitati eius incorporentur: sed qua ita iam dei misericordia gubernentur vt ad eam quoque perueniant, atq; ita securi de hoc seculo abscedant. Qui ꝓfecto & priusquam Christianorum numero socientur vtiliores sunt, quàm ij qui cū iam Christiani appellentur, & Christianis
D sacramentis imbuti sint,talia suadent vt eos quibus ea persuaserint secum in æternam illam pœnam pertrahant. Quos membrorū corporalium nomine tanquam manum vel oculum scandalizantem iubet erui & abscindi à corpore:hoc est, ab ipsa vnitatis societate, vt sine his potius veniatur ad vitā quàm cum eis eatur in gehennam. Hoc ipso autē separantur à quibus separātur,quòd eis mala suadentibus, hoc est scandalizantibus nō consentitur. Et si quidem omnibus bonis cum quibus eis societas est, etiā de hac peruersitate innotescunt, ab omniū penitus societate, atque ab ipsa diuinorum sacramentorum participatione separantur. Si autem quibusdam ita noti sunt', pluribus autē ista
Matt. 3. eorum est ignota peruersitas, ita toleraudi sunt, sicut ante ventilationem palex tolerā tur in area: vt neque illis ad iniquitatis cōmunionem consentiatur, neque propter illos bonorum societas deseratur:hoc faciunt
Marc.9. qui habent in seipsis salem & pacem habent inter se.

Hinc vsque ad cœnam domini vnde omnia omnium considerari cœperunt, nullam de Marco quæstionem esse tractatam. Cap. VII.

Marc.10 E SEquitur Marcus, Et inde surgens venit in fines Iudææ vltra iordanem,& conueniunt iterum turbæ ad eum,& sicut consueuerat, iterum docebat illos &c. vsque ad il-
Marc.12 lud vbi ait, Omnes enim ex eo quod abundabat illis miserunt, hæc verò de penuria sua, omnia quæ habuit misit, totum victum suum. In hac tota contextione omnia superiora considerata sunt, ne quid viderentur habere contrarium, qū cum Matthæi ordine cæteros conferebamus. Hoc autem de vi
Luc.21. dua paupercula quæ duo minuta misit in gazophylacium, duo soli dicunt Marcus & Lucas, sed sine vlla quæstione concordant. Hinc iam vsq; ad cœnam dñi, vnde omniū omnia considerata tractauimus,non dicit & Marcus quod cogat eum alicui cōparari ad Marc.14 inquirendū, ne quid repugnare videatur.

De Lucæ Euangelio quomodo principium eius congruat principio libri Actuū Apostolorum. Cap. VIII.

NVnc ergo deinceps Lucæ Euangelium ex ordine pertractemus, exceptis q̄ habet cum Matthæo Marcoq̄; communia,qm̄ illa iam omnia pertractata sunt.Sic ergo incipit Lucas, Qm̄ quidem multi conati sunt In prolo
go. ordinare narrationem quę in nobis completæ sunt rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis:visum est & mihi assecuto à prin- F
cipio omnibus diligenter ex ordine tibi scribere optime Theophile, vt cognoscas eorū verborum de quibus eruditus es veritatem. Hoc principiū ad Euangelij narrationem nondum pertinet. Admonet aūt vt noueri-
mus eundē Lucā etiam illum librū scripsisse,qui actus Apostolorū vocatur:nō solum quia Theophili nomen etiā illic inest, nam posset fieri,vt & alius aliquis Theophilus esset,& si idē ipse esset ab alio ad illum aliquid scriberet, sicut à Luca Euāgelium,sed quia & ibi ita exorsus est,vt diceret, Primū quidem sermonem feci de omnibus ò Theophi Actor.1.
le, q̄ cœpit Iesus facere & docere, vsque in diem quo Apostolos elegit per spm̄sanctū, mandans iussit prædicare Euāgelium: dedit intelligi q̄ iam scripserit Euangelij librum unum ex quatuor, quorum est in Ecclesia sublimis authoritas. Nec ideo quia dixit,de omnibus se feciss̄e sermonem,quæ cœpit Iesus facere & docere vsq; in diem quo mandauit Apostolis,putari debet omnia scripsisse in Euangelio suo, quæ Iesus cum Apostolis in terra versatus fecit & dixit, ne sit
Ioā. 21. contrarium Ioanni, qui ait,multa alia fecisse Iesum, quæ si scriberentur mundū totum G
non potuisse capere illos libros: Cur etiam constet

constet ab alijs Euangelistis non pauca narrata, quæ Lucas ipse narrando non attigit. De omnibus ergo fecit sermonem,eligendo de omnibus vnde faceret sermonē, quæ iudicauit apta & congrua sufficere officio dispensationis suæ. Et ꝙ dicit, multos conatos In prologo. ordinare narrationem,q̄ in nobis completæ sunt rerum: videtur significare nonnullos qui non potuerunt hoc susceptum munus implere. Ideo autem dicit sibi visum ex ordine diligenter scribere, quoniam multi conati sunt: sed eos debemus accipere quorū in Ecclesia nulla extat authoritas, quia id quod conati sunt, implere minime potuerunt. Iste autem non solum vsque ad resurrectionem ascensionemq̄; domini perduxit narrationem suam, vt in quatuor authoribus Euangelicæ scripturæ dignum labore suo haberet locum, verumetiam deinceps q̄ per Apostolos gesta sunt, quæ sufficere credidit ad ædificandam fidem legentium vel audientium, ita scripsit, vt solus eius liber fide dignus haberetur in Ecclesia de Apostolorum actibus narrantis, reprobatis omnibus qui non ea fide qua oportuit,facta di-
H ctaq̄; Apostolorum ausi sunt scribere. Eo quippe tempore scripserunt Marcus & Lucas,quo non solum ab Ecclesia Christi, verumetiam ab ipsis adhuc in carne manentibus Apostolis probari potuerunt.

Quomodo ostendatur quod de piscibus captis Lucas commemorauit, non pertinere ad illud quod videtur simile Ioannes narrasse post domini resurrectionem,atque inde iam vsque ad cœnam domini, vnde omnium omnia vsque in finē considerata sunt,nullam etiam ex Euangelio Lucæ tractatam esse qōnem. Ca. IX.

Luc.1. SIc ergo narrare Lucas incipit Euāgeliū. Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia,& vxor illi de filiabus Aaron, & nomen eius Elisabet &c.vsque ad eum locum,
Luc.5. vbi ait,vt cessauit aūt loqui, dixit ad Simonem,Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Hoc totum non habet vllam repugnantiæ quæstionem. Ioannes quidem videtur simile aliquid dicere,sed illud longe
Ioā. 21. aliud est,quod factum est post resurrectionem domini ad mare Tyberiadis: Ibi.n. non solum ipsum tempus valde diuersum est,sed etiam res ipsa plurimum distat. Nā retia illic in dexteram partem missa, cētum quinquagintatres pisces ceperunt, magnos I
quidem. Sed pertinuit ad Euangelistam dicere,ꝙ cum tam magni essent, retia nō sunt dirupta, respicientem.s.ad hoc factū,quod Lucas commemorat, vbi præ multitudine piscium retia rumpebantur. Iam cætera similia Ioanni Lucas non dixit, nisi circa domini passionem & resurrectionem, qui totus locus à cœna ipsius vsq; ad finē,sic à nobis tractatus est, vt omnium collatis testimonijs nihil eos dissentire doceremus.

De Ioanne Euangelista quid à tribus cæteris distet. Cap. X.

IOannes est reliquus,qui iam nō restat cui conferatur. Quicquid.n.singuli dixerunt, quæ ab alijs nō dicta sunt,difficile est vt habeant aliquam repugnantiæ quæstionē. Ac per hoc liquido constat tres istos, Matthæū .s.Marcum & Lucam maxime circa humanitatem dñi nostri Iesu Christi esse versatos,secundum quam & rex & sacerdos est. Et ideo Marcus, qui in illo mysterio qua- Supra li.
tuor animalium, hominis videtur demon- 1.cap.3.
strare personam, vel Matthæi magis comes & 6.
videtur, quia cū illo plura dicit propter regiam personam quæ incomitata esse non solet, quod in primo libro cōmemoraui, vel quod probabilius intelligitur cū ambobus K
incedit. Nam quāuis Matthæo in pluribus, tñ in alijs nonnullis Lucæ magis congruit: vt hocipso demōstraretur,ad Leonem & ad vitulum, hoc est, & ad regalem quam Mat- Matt. 1.
thæus, & ad sacerdotalem quam Lucas insi Luc.3.
nuat personam, id quod Christus homo est pertinere,quam figuram Marcus gerit pertinens ad vtrunque. Diuinitas vero Christi qua æqualis est patri, secundum ꝙ verbum est & deus apud deum, & verbum caro fa- Ioan. 1.
ctum est vt habitaret in nobis secūdū quod Ioā. 10.
ipse & pater vnum sunt, à Ioanne maxime commendanda susc epta est, qui sicut aquila in his quæ Christus sublimius locutus est immoratur, nec in terrā quodammodo nisi raro descendit. Denique quanuis matrem Christi se nosse plane testetur, tamē nec in eius natiuitate cum Matthæo & Luca aliquid dicit, nec eius baptismum cum tribus commemorat,sed tantummodo ibi testimo- Ioan. 1.
nium Ioannis alte sublimiterq̄; commen- & 2.
dans, reliquis eis pergit cum illo ad nuptias in Chanam Galilææ: vbi quanuis ipse Euā

gelista

Universidad de Deusto Biblioteca

gelista matrem eius fuisse commemoret, ille tamen dicit, Quid mihi & tibi est mulier? non repellens de qua susceptit carnem, sed
L suam tunc maxime insinuans diuinitatem, aquam conuersurus in vinum, quæ diuinitas illam etiam fœminam fecerat, non in illa facta erat. Inde post paucos dies factos in Capharnaum, redijt ad templum, vbi eum cõmemorat dixisse de templo corporis sui: Soluite tẽplum hoc & in tribus diebus excitabo illud: ubi maxime insinuat, non solum quia Deus erat in templo verbum caro factum, verumetiam quia eãdem carnem ipse resuscitauit, non vtique nisi secundum id quod unum est cum patre, nec separabiliter operatur: Cum cæteris locis fortasis omnibus scriptura non dicat, nisi ꝙ Deus illũ suscitauerit: nec alicubi sic expressum est ꝙ cum Deus resuscitarit Christum, etiam ipse se resuscitauit, quia cum patre vnus Deus
Ioan. 3. est, sicut hoc loco vbi ait: Soluite templum hoc & in tribus diebus resuscitabo illud. Inde cum illo Nicodemo q̃ magna q̃ diuina
Ibidem. locutus est. Inde rursus pergit ad testimonium Ioannis, & commẽdat amicum sponsi non gaudere nisi propter vocem sponsi. Vbi admonet animam humanam non de seipsa sibi lucere nec beari, nisi incõmutabilis par-
Ioan. 4. ticipatione sapientiæ. Inde ad mulierem Samaritanam, vbi commemoratur aqua, vnde
M qui biberit non sitiet in æternum. Inde rursus in Chanam Galilææ vbi fecerat de aqua vinum: ibi eum commemorat dixisse regulo, cuius filius infirmabatur, Nisi signa & prodigia videritis non creditis: vsqueadeo super omnia mutabilia volens mentem credentis attollere, vt nec ipsa miracula, quæ quanuis diuinitus de mutabilitate corporũ fiunt, à fidelibus quæri velit. Inde Hierosolymam redit, fit sanus triginta octo annorũ languidus. Ex hac occasione quæ dicuntur quandiu dicuntur: ibi dictum est, quærebant eum Iudæi interficere, quia non solum
Ioan. 5. soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, æqualem se faciens deo: vbi satis ostenditur q̃ non vsitate sicut solent sancti homines dicere, dixerit patrem suũ Deum, sed ꝙ ei sit æqualis insinuans: quippe paulo superius dixerat eis de sabbato calumniantibus, Pater meus vsque modo operatur & ego operor: ibi exarserunt, non quia patrẽ suum diceret Deum, sed ꝙ ei æqualis vellet intelligi, dicendo, Pater meus vsque modo operatur & ego operor: Consequens esse ostẽdens, vt q̃m pater operatur & filius operetur, quia pater sine filio non operatur. Ibi .n. & paulopost ait, iam illis ob hoc irascentibus. Quæcunque. n. ille fecerit, hæc & fi- A
lius similiter facit. Inde tandem descendit Mat. 14.
Ioannes ad illos tres cum eodem dño in ter Marc. 6.
ra gradientes, vt quinque panibus quinque Luc. 9.
milia pascantur, vbi tñ solus commemorat, Ioan. 6.
ꝙ cum vellent eum regem facere, solus fugit in montem. Qua in re nihil mihi aliud videtur animam rationalem cõmonere voluisse, nisi eo se nostræ menti rationiq; regnare quo est in excelsis, nulla cum hominibus cõmunione naturæ solus, quia vnicus patri. Hoc aũt mysterium deorsum repẽtes carnales homines fugit, quia valde sublime est: vnde illos & ipse fugit in montem, quia regnum eius terreno animo requirebant: vnde & alibi dicit, Regnũ meum nõ est de Ioã. 18.
hoc mundo. Neq; ẽt hoc nisi Ioannes commemorat, uolatu quodammodo æthereo supereminens terris, & gaudens luce solis iustitiæ. Ab illo itidẽ monte post miraculum de quinq; panibus factũ, cum ijsdem tribus paululũ remoratus, donec mare transissent q̃n ambulauit super aquas, continuo rursus se in uerbum domini attollit, q̃ magnum, q̃ prolixum, q̃ diuinum, supernum & excelsum, & ex occasione panis exortum, cum di
xisset turbis. Amen amen dico vobis, quæri- Ioan. 6.
tis me, non quia signa vidistis, sed quia edi- B
stis de panibus & satiati estis: operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam: & inde iam talia diutissime atq; excellentissime. Tunc ab ista verbi celsitudine ceciderunt, qui post eum deinceps non ambulauerunt, cui sane inhæserunt qui potuerunt intelligere: Spiritus est qui uiuificat, caro autem nihil prodest: quia utique & carni spiritus prodest, & solus spiritus prodest, Caro autem sine spiritu nihil prodest. Deinde suis fratribus. i. cognatis carnis
suæ suggerentibus vt ascendat ad diem festum quo posset innotescere multitudini, quanta altitudine respondit, Tempus meũ Ioan. 7.
nondum aduenit, tempus aũt uestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse uos, me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Hoc est ergo, tẽpus uestrũ semper est paratum: quia uos diem istũ cõcupiscitis, de quo Propheta dicit, Ego autẽ non laboraui sub- Hier. 17.
sequens te dñe, & diẽ hominis nõ cõcupiui tu scis: hoc est, uolare ad lucem uerbi, & cõcupiscere

cupiscere illum diem quem videre concupi
Ioan. 8. uit Abraham, vidit & gauisus est. Inde iam
Ioan. 7. C ad diem festum cum ascendisset in templũ, quæ illum Ioannes locutum esse commemorat, q̃ mirabilia quàm diuina quàm excelsa: ꝙ ipsi venire non possent quò esset iturus: ꝙ & ipsum nossent & vnde esset scirent, & esset verus qui eum miserit quem illi nescirent: tanquã diceret, & vnde sim scitis, & vnde sim nescitis. Quo quid aliud voluit intelligi, nisi secundum carnem notum se illis esse potuisse & gente & patria, secundum diuinitatem autem incognitum? Ibi etiam de dono spiritussancti locutus, ostendit quis es-
Ioan. 8. set. Rursus illuc de Oliueti monte regrediẽtem, quæ & quanta narrat locutum, post veniam illi adulteræ datam, quæ velut lapidãda oblata illi à tentatoribus fuerat, quando digito scribebat in terra: tanquã illos tales in terra scribendos significaret non in cœlo, vbi monuit discipulos se scriptos esse gaudere. Aut quòd se humiliando quòd capitis inclinatione monstrabat, signa in terra faceret: aut quòd iam tempus esset vt in terra quæ fructum daret: & non in lapide sterili sicut antea lex eius cõscriberetur. Ergo post hæc lucem mundi se dixit, & qui eum sequeretur non ambulaturum in tenebris, sed habiturum lucem vitæ. Dixit etiã se esse principium, quod & loqueretur eis. Quo nomi-
D ne vtique se distinxit ab illa luce quam fecit, tanquam lux per quã facta sunt omnia: vt illud quod se dixerat lucem mundi, non sic acciperetur, quẽadmodum discipulis ait,
Matt. 5. Vos estis lux mundi. Illi enim tanquam lucerna quæ non est ponenda sub modo sed super candelabrum: sicut & de Ioanne Ba-
Ioan. 5. ptista, Ille erat, inquit, lucerna lucens & ardens: sed ipse sicut principium, de quo dictũ
Ioan. 1. est, Nos omnes de plenitudine eius accepi-
Ioan. 8. mus. Ibi dixit se filium esse veritatem, quæ
Ioan. 9. nisi liberauerit, nemo erit liber. Inde posteaquam illuminauerit à natiuitate cæcum, ex ipsa occasione in prolixo eius sermone de-
Ioã. 10. moratur Ioannes, de ouibus & pastore, & ianua, & potestate ponendi animam suam & iterum sumendi eam, in quo excellentissimam potestatẽ suæ diuinitatis ostendit. Inde cum encænia in Hierosolymis fierent, commemorat ei dixisse Iudæos, quousq; animã nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Atq; inde sumpta opportunitate sermonis quæ etiã sublimia dixerit, narrat. Ibi dixit, Ego & pater vnum sumus. Inde iam Ioã. 11.
resuscitatum ab eo Lazarum prædicat, vbi dixit, Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: Et omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. In quibus verbis quid nisi alti- E
tudinẽ diuinitatis eius cognoscimus, cuius in æternum participatione viuemus? Inde iterum Ioannes occurrit in Bethania Mat- Ioã. 12.
thæo & Marco, vbi factum est illud de vnguento precioso, quo pedes eius à Maria ca- Mat. 19.
putq; perfusum est: atque hinc deinceps vs- Marc. 14
que ad passionẽ & resurrectionem dñi cum Luc. 12.
tribus Euangelistis Ioannes graditur, in locis eisdẽ narratione versante. Cæterum q̃d ad sermones domini attinet, non cessat se attollere in ea quæ ille abhinc etiam sublimiter diuturneque locutus est. Nam & quan-
do eum voluerunt videre gentiles per Phi Ioã. 12.
lippum & Andream, habuit excelsum sermonem, quẽ aliorum Euangelistarum nullus inseruit. Ibi præclara iterum de luce illuminante & lucis filios faciente commemorat. Deinde in ipsa cœna, de qua Euangelistarũ nullus tacuit, quàm multa & quàm excelsa verba eius Ioannes commemorat q̃ Ioã. 13.
alij tacuerunt: non solũ de commendatione humilitatis q̃n pedes discipulorum lauit, sed cũ expressius per bucellã traditor eius exijsset, remanentibus cũ illo vndecim in sermone ipsius mirabiliter stupendo, maximeque diuturno, idem Ioannes immoratus est, vbi Ioã. 14.
dixit, Qui videt me videt & patrem: vbi F
multa locutus est de spiritusancto paracleto Ioã. 17.
quem missurus eis erat: & de sua clarificatione quam habuit apud patrẽ priusquam mũdus esset: & ꝙ vnum nos faceret in se, sicut ipse & pater vnum sunt: non vt ipse & pater & nos vnum, sed nos vnum sicut ipsi vnũ. Multaque alia mireq; sublimia, de quibus disserere sicut dignũ est, etiã si iam essemus idonei, in hoc tamen opere non id nos suscepisse quis nõ aduertat? Quod alibi fortasse reddendũ est, hic certe nõ est expetẽdũ. Cõmẽdare quippe volumus amatoribus verbi dei, & studiosis sanctæ veritatis, quãuis eiusdem Christi, qui verus & verax est, annunciator atque prædicator Ioannes in Euangelio suo fuerit, cuius & cæteri tres qui scripserunt Euangeliũ, & cæteri Apostoli, qui nõ quidẽ ipsam narrationem scribendã suscepe-
runt, in examen prædicatione sui officij munus impleuerũt: longe tñ hunc in Christi altiora subuectum, ab ipso initio libri sui Ioan. 1.

raro

raro fuisse cæteris.i. primo circa Iordanem
Ioan. 6. ꝓpter testimonium Ioānis Baptistæ: inde
trans mare Tyberiadis, quando turbas de
quinq; panibus pauit & super aquas ambu-
Ioā. 12. lauit:tertio in Bethania, vbi vnguento pre
cioso fidelis fœminę deuotione pfusus est:
G donec inde illis occurreret ad pasionis tē-
Mat. 26. pus: quod cum eis erat: necessario narratu-
Marc. 4. rus: vbi tamen ipsam dominicam cœnam,
Luc. 22. de qua nullus eorū tacuit, multo opulen-
Ioā. 13. tius tanquam de cellario dominici pectoris
vbi discumbere solebat, exhibuit. Ipsum
deinde Pilatum verbis altioribus percutit,
Ioā. 18. dicens, regnum suum non esse de hoc mun-
do, regemque se natum, & ad hoc venisse in
hunc mundum vt testimonium perhibeat
veritati. Mariam quoque post resurrectio-
nem mystica altitudine visitans, Noli me,
Ioā. 20. inquit, tangere: nondum enim ascendi ad pa
trem. Discipulis etiam insufflando dedit spi
ritum sanctum, ne ipse spiritus qui trinitati
consubstantialis & coæternus est, tantum-
Ioā. 21. modo patris esse, non etiam filij spiritus pu
taretur. Postremo suas oues Petro se aman
ti, eumque amorem ter confitenti commen-
dans, dicit eundem Ioannem sic se velle ma
nere donec veniat: vbi etiam mihi videtur
alto docuisse mysterio, istam ipsam Ioan-
nis Euangelicam dispensationem qua in lu
cem liquidissimam verbi sublimiter fertur,
vbi trinitatis æqualitas & incommutabili-
tas videri potest, & qua maxime proprieta-
te distat à cæteris homo, cuius susceptione
verbum caro factum est, perspicue cerni co
H gnosciq́ue non posse, nisi cum ipse dominus
venerit: ideo sic manebit donec veniat, ma-
1. Co. 13 nebit autem nunc in fide credentium, tunc
Col. 3. autem facie ad faciem contemplandum erit,
cum apparuerit vita nostra, & nos cum ip-
so apparebimus in gloria. Quisquis autem
arbitratur, homini vitam istam mortale
adhuc agenti posse contingere, vt amoto at-
que discusso omni nubilo phantasiarū cor-
poralium atque carnalium serenissima in-
commutabilis veritatis luce potiatur, & m
te penitus à consuetudine vitæ huius alie
nata illi constanter, & indeclinabiliter hæ-
2. Co. 5. reat, nec quid quærat, nec quis quærat intel
ligit. Credat ergo potius sublimi authori-
tati minimeq́; fallaci, quandiu sumus in cor
pore peregrinari nos à domino, & ambula
re per fidem nondum per speciem: ac si per-
Ioā. 16. seueranter retinens atque custodiens fidem,
Rom. 8. spem & charitatem, intendat in speciem ex
pignore quod accepimus sancti spiritus, q̃
nos docebit omnem veritatem, cum deus
qui suscitauit Iesum Christum à mortuis,
viuificabit & mortalia corpora nostra per
inhabitantem spiritum tiur in nobis. Prius
autem q̃ viuificetur hoc quod mortuum est
propter peccatū, proculdubio corruptibile Sapiē.
est & aggrauat animam, & si qñ adiuta exce I
dit hanc nebulam qua tegitur omnis terra,
idest hanc carnalem caliginem, qua tegitur
omnis vita terrena, tanquā rapida coruscatione perstringitur, & in suā infirmitatem
redit, viuēte desiderio quo rursus erigatur,
nec sufficiēte munditia qua figatur. Et quā-
to quisq; hoc magis potest, tanto maior est:
quanto autem minus, tanto minor. Si autē
nihil adhuc tale mens hominis experta est
in qua tamen habitat Christus per fidē, in-
stare debet minuendis finiendisque cupidi-
tatibus huius seculi, moralis virtutis actione
tanquam in comitatu trium illorum Euan
gelistarum cum mediatore Christo ambu-
lans: Eumque qui filius dei semper est, ꝓ-
pter nos filium hominis factum vt sempiter
na virtus eius & diuinitas nostræ infirmita
ti & mortalitati contemperata de nostro no
bis in se, atque ad se faceret viam cum ma-
gna spei lætitia fideliter teneat. Ne peccet à
rege Christo regatur. Si forte peccauerit,
ab eodem sacerdote Christo expietur, atque
ita in actione bonæ conuersationis & vitæ
nutritus, pennis geminæ dilectionis tanquā
duabus alis validis euectus à terris, ab eodē
ipso Christo verbo illuminentur, verbo qđ K
in principio erat, & verbum apud deū erat, Ioan. 1.
& deus erat verbum: Et si per speculum &
in ænigmate, longe tamen sublimius ab om
ni similitudine corporali. Quapropter quā 1. Co. 13
uis in illis tribus actiuæ, in Ioannis autem
Euangelio dona contemplatiuæ virtutis elu
ceant eis qui hæc dignoscere sunt idonei, ta-
men & hoc Ioannis, quoniam ex parte est,
sic manebit donec veniat quod perfectum 1. Co. 13
est. Et alij quidem datum per spiritum ser Ro. 14
mo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundū 2. Co. 12
eundem spiritum, alius diem domino sapit, 2. Co. 5.
alius de pectore domini liquidius aliquid bi Ioā. 14
bit, alius leuatus vsque ad tertium cœlum
ineffabilia verba audit, omnes tamen quan-
diu sunt in corpore peregrinantur à domi-
no, & omnibus bonæ spei fidelibus in libro
vitæ scriptis seruatur quod dictum est. Et
ego diligam eum & ostendam meipsum. illi
veruntamen in hac peregrinatione quantū
in

in rei huius intelligentia vel scientia quisq;
profecerit, tanto magis caueat diabolica ui-
tia, superbiam & inuidentiam. Meminerit
hoc ipsum Euangelium Ioannis quam mul
to amplius erigit ad contemplationem veri
L tatis, tam multo amplius præcipere de dul-
Eccle. 3. cedine charitatis. Et quia illud præceptū ue-
risimū, ac saluberrimū est, quāto magnus
es, tanto humilia te in omnibus, qui Euan-
gelista Christum longe cæteris altius cōmē
dat, apud eum discipulis pedes lauat.

MD. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
Liber de diuersis quæstionibus octogintatribus.

Vtrū a-
nima a
seipsa sit
q. 1. 1.
sen. dist.
46. c. Iā.

OMne uerum a veritate verū est, & omnis anima eo anima quo vera aia est. Omnis igitur anima a ueritate hēt, vt omnino anima sit. Aliud autē anima est aliud
Ioan. 14. ueritas. Nam veritas falsitatem nunquam patitur, anima vero sæpe fallitur. Non igitur cum a veritate anima est, a seipsa est. Est autem veritas deus, deum igitur habet authorem, ut sit anima. Omne quod fit, ei a
De libero arbitrio q. 2. quo fit par esse non potest. Alioquin iustitia, quæ sua cuiq; tribuere debet, de rebus au feratur necesse est. Hominem ergo deus cū fecit quanquam optimum fecerit, non tamē id fecit, quod erat ipse. Melior autem homo
A est, qui voluntate quam qui necessitate bo-
Vtrū deo nus est. Voluntas igitur libera danda homi-
authore ni fuit. Nullo sapiente homine authore fit
sit hō de homo deterior. Non. n. parua ista culpa est,
terior. q. immo tanta est, quæ in sapientem quāuis ho
3. 1. sen. minem cadere nequeat. Est autē deus omni
di. 46. c. homine sapiente præstantior. Multo minus
si quis. igitur deo authore fit homo deterior. Mul-
2. sen. di. to. n. præstantior dei uoluntas quā hominis
37. c. ex sapientis est. Illo autem authore cum dici-
quo. tur, illo uolente dicitur. Est ergo vitium
2. sen. di- voluntatis quo est homo deterior, quod vi-
37. c. ex tium si longe abest à dei uoluntate, vt ratio
pdictis docet, in quo sit querendum est. Vt sit homo
Quæ sit deterior, aut in ipso causa est, aut in alio ali-
causa, vt quo, aut i nihilo. Si in nihilo, nulla causa est.
hō sit de Aut si ita accipitur in nihilo, ꝙ homo ex
terior. nihilo factus est vel ex ijs q̃ ex nihilo facta
q. 4. sunt, rursum in ipso erit causa, ꝙ eius quasi
materies est nihilum. Si in alio aliquo, utrū
in deo, an in quolibet alio homine, an in eo
quod neque deus, neque homo sit. Sed non
in deo, bonorum enim deus causa est. Si er-
go i homine, aut vi, aut suasione. Sed ui nul
lo modo, ne sit deo ualentior. Siquidē deus
ita optime hominem fecit, vt si vellet ma-
nere optimus nullo resistente impediretur.
Suasione autem alterius hominis si conce-
dimus hominem deprauari, rursum quæren-
dum erit, suasor ipse a quo deprauatus sit: B
Non. n. potest prauus non esse taliū suasor. 2. sen. di.
Restat nescio quid ꝙ nec deus, nec homo 35. c. qđ
sit, sed etiam hoc quicquid est, aut vim intu autem.
lit, aut suasit. De ui hoc respōdetur ꝙ supra.
De suasione autem, quicquid est, quia suasio
non cogit inuitum, ad eiusdem hominis vo
luntatem causa deprauationis eius redit, siue aliquo, siue nullo suadēte deprauatus sit.
Animal quod caret ratione, caret scientia. vtrū aīal
Nullum aūt animal qđ scientia caret beatū irratio-
esse potest. Non igitur cadit in animalia rō- nale bea
nis expertia, vt beata sint. Omne quod est, tū eē pos
aut est corporeū, aut incorporeum. Corpo- sit. q. 5.
reum sensibili, incorporeum āt intelligibili De ma-
specie continetur. Omne igitur quod est, si- lo. q. 6.
ne aliqua specie non est. Vbi aūt aliqua spe- 2. sen. di.
cies, necessario est aliquis modus, & modus 35. cap.
aliquid boni est. Summum ergo malum nul quo cir-
lum modum habet, caret enim omni bono. ca.
Non est igitur, quia nulla specie cōtinetur,
totumq́; hoc nomē mali de speciei priuatio-
ne repertum est. Anima aliquando ita di C
citur, vt cum mente intelligatur, veluti cum Quæ ꝙ
dicimus hominem ex anima & corpore con prie i a-
stare: Aliquando ita ut excepta mente dica- nimante
tur. Sed cum excepta mente dr̃, ex ijs operi aía dicaē
bus intelligitur q̃ habemus cum bestijs com q. 7.
munia. Bestiæ nanque carent ratione, quæ Vtrū ꝑ
mentis, semper, est propria. Moueri per se anima
se animam sentit, qui sentit in se esse volun- moueaē.
tem. Nam si uolumus, non alius de nobis q. 8.
vult. Et iste motus animæ spontaneus est,
hoc. n. ei tributum est à deo: Qui tamen mo
tus, non de loco in locum est, tanquam cor-
poris. Localiter. n. moueri, corporis propriū
est. Et cum anima uoluntate i. illo motu qui
localis non est, corpus suum tñ localiter mo
uet, non ex eodem monstratur & ipsa locali
ter moueri. Sicut videmus a cardine moueri
aliquid per magnum spacium loci, & tamen
ipsum cardinem, non moueri loco. Oē quod vtrū cor
corporeus f sus attingit, quod & sensibile poreis,
dicitur, sine ulla intermissione temporis cō sensibus
mutatur: uel ut cū capilli nostri crescūt, vel ueritas

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpus uegit in senectutem, aut in iuuenta
efflorescit, perpetuo id fit, nec oino intermittit fieri. Quod autem non manet, percipi nõ põt: illud .n. pcipitur qđ sciẽtia cõprehendit. Cõprehendi aũt non põt quod sine intermisione mutatur. Non est igitur expectanda synceritas ueritatis à sensibus corpo
D ris. Sed ne quis dicat esse aliqua sensibilia eodem modo semper manentia, & quæstionẽ nobis de sole atque stellis afferat, in quibus facile conuinci non potest, illud certe nemo est qui non cogatur fateri, nihil esse sensibile quod non habeat simile falso, ita vt internosci non possit. Nam vt alia prætermittã, oia q̃ p corpus sentimus, ẽt cũ ea nõ assunt sensibus, imagines tñ eorum patimur tan quam prorsus asint, vel in somno, uel in furore. Quo d cum patimur oino utrũ ea ipsis sensibus sentiamus, an imagines sensibilium sint, discernere non ualemus. Si igitur sunt imagines sensibilium falsæ, quæ discerni ipsis sensibus nequeunt, & nihil percipi potest, nisi quod à falso discernitur, non est constitutum iudicium ueritatis in sensibus. Quamobrem saluberrime admonemur auerti ab hoc mundo, qui perfecto corporeus est & sensibilis, & ad deum. i. ueritatem, quæ intellectu & interiore mente capitur, q̃ semper manet, & eiusdem modi est, quæ non habet imaginem falsi, a qua discerni non pos-
vt rũ cor sit, tota alacritate conuerti. Omne bonum a
p⁹ a deo deo. Omne speciosum bonum, inquantũ spe
fit. q. 10. ciosum est. Et omne quod species continet,
E speciosum est. Oẽ aũt corpus, ut corpus sit,
Quare specie aliqua cõtinetur. Omne igi corpus,
Xps de a deo. Deus cum liberat, non partẽ aliquã
fœmina liberat, sed totum liberat, quod forte in peri
natus sit culo est. Sapientia ergo & uirtus dei, qui di-
q. 11. citur unigenitus filius, hoie suscepto libera-
3. sen. di- tionem hominis indicauit. Hominis autem
12. c. ult. liberatio in utroq; sexu debuit apparere. E
Sẽtentia go quia uirum oportebat suscipere, q̃ sexus
cuiusdã honorabilior est, cõsequens erat vt fœminei
sapientis sexus liberatio hinc appareret, q̃ ille uir de
q. 12. fœmina natus est. Agite ò inquit miseri
Fonte. mortales, hoc agite ne unquam polluat hoc domicilium malignus spũs, ne sensibus immixtus incestet animę sanctitatem, lucemq; mentis obnubilet. Serpit hoc malum per omnes aditus sensuales, dat se figuris, accommodat coloribus, adhæret sonis, latet in ira, in fallacia sermonis, odoribus s̃ subijcit, infundit saporibus. ac turbidi motus illuuie te
nebrosis ẽ affectibus tenebrat sensus, qui-
busdam nebulis implet omnes meatus intelligentiæ, per quos expandere lumen rõnis radius mentis solet. Et quia radius ætereæ lucis est, in eoq; speculũ diuinæ præsentiæ, in hoc. n. deus, in hoc voluntas innoxia, in hoc recte facti meritum, relucet deus vbiq; præsens est. Tunc autem unicuiq; nostrum F
simul est, cum mentis nostræ illibata puritas Quado
in eius præsentia patuerit. Vt. n. uisus oculo- cuncte
rum si fuerit uitiatus, quicquid uidere non constet
potuerit, adesse non putat. Frustra. n. circun hoies de
stat oculos præsens imago rerum, si oculis stiis ac
integritas desit: Ita etiam deus qui nusquã tecellere
deest, frustra pollutis animis pſens est, quẽ q. 13.
uidere mentis cæcitas non potest. Inter Nõ fuit.
multa quibus ostendi potest, hominem rõ- se cor-
ne bestiis antecellere, hoc omnibus manife- pus dis
stum est, q̃ beluæ ab hominibus domari & nostri se
mansuefieri possunt, homines a beluis nullo su Xpi
modo. Si phantasma fuit corpus Christi, phantas-
fefellit Christus. Et si fallit, veritas non est. ma.
Est aũt ueritas Christus: Non igitur phan- q. 14.
tasma fuit corpus eius. Omne quod se in Ioan. 14.
telligit, comprehendit se. Quod aũt se com- De intel-
prehendit, finitum est sibi. Et intellectus in- lectu.
telligit se: Ergo finitus est sibi. Nec infinitus q. 15.
esse uult quanuis possit, qa notus sibi esse De filio
vult, amat. n. se. Deus oium q̃ sunt, causa dei. q.
est. Quod aũt oium rerũ causa est, ẽt sapien- De scien
tiæ suæ causa est. Nec unquam deus sine sa- tia dei.
pientia sua: Igitur sempiternæ sapientiæ suę q. 7.
causa est sempiterna, nec tempore prior est, G
quã sua sapiẽtia. Deinde si patrem sempiter
nũ esse ineſt deo, nec fuit aliquãdo pater,
nunquam sine filio fuit. Omne pteritum
iam non est. Omne futurum nondum est.
Oẽ igitur & pteritum & futurum deest: Apud deum aũt nihil deest, nec præteritum
igitur nec futurum, sed omne præsens est, De trini
apud deum. Omne quod est, aliud est quo tate. q. 6
constat, aliud quo discernitur, aliud quo cõgruit. Vniuersa igitur creatura, si & est quo quo modo, & ab eo quod omnino nihil est, plurimum distat, & suis partibus sibimet congruit, causam quoque eius trinam esse oportet, qua sit, qua hoc sit, quæ sibi amica sit. Creaturæ autem causam. i. authorem deum dicimus. Oportet ergo esse trinitatem qua nihil præstantius, intelligentius & beatius inuenire pfecta ratio potest. Ideoq; etiam cum ueritas quæritur, plusquam tria genera quæstionum esse non possunt, utrũ omnino sit, utrum hoc an aliud sit, vtrum approbandũ improbandumve sit. Quod im-

De Deo & creatura. q. 19.

incommutabile est, æternum est, semper. n. eiusdem modi est. Quod autem commutabile est, tempori obnoxium est: Non enim semper eiusdem modi est, & ideo æternum non recte dicitur, Quod. n. mutatur, non manet: quod non manet, non est æternum. Idq; inter immortale & æternum interest, q̃ omne æternum immortale est, nõ omne immortale satis subtiliter æternum dicitur:
H quia etsi semper aliquid viuat, tñ si mutabilitatem patiatur, non proprie æternum appellatur, quia non semper eiusdẽ modi est: quamuis immortale, quia semper viuit, recte dici possit. Vocatur autem æternum interdum etiam quod immortale est. Illud uero quod & mutationem patitur & animæ præsentia cum anima nõ sit viuere dicitur, neq; immortale vllo modo & multo minus æternum intelligi potest. Aeternum. n. cũ proprie dicitur, neq; quieq̃ præteritũ quasi transierit, neq; quicquam futurũ quasi nondum sit, sed quicquid est, tantummodo est,

De loco dei. q. 20 i. sen. dis. 37. c. Fateamur. lib. 8. de Gene. ad literam. cap. 26. 2. sen. distin. 35. c. Ab eo.

Deus non alicubi est. Quod. n. alicubi est. continetur loco: Quod continetur loco, corpus est. Deus autem non est corpus: Non igitur alicubi est: & tũ quia est, & in loco non est, in illo sunt potius omnia q̃ ipse alicubi: nec tamen ita in illo ut ipse sit locus. Locus enim in spacio est quod longitudine & latitudine & altitudine corporis occupatur, nec deus tale aliquid est. Et omnia igitur in ipso sunt, & locus non est: Locus tamen dei abusiue dicitur templum dei, non q̃ eo contineatur, sed q̃ ei præsens sit. Id aũt

I nihil melius quàm anima mũda intelligit.
Vtrum Deus au thor ma li nõ sit. q. 21.

Quisquis omnium quæ sunt author est, & ad cuius bonitatem id tantum pertinet vt sit omne quod est, non esse ad eum pertinere nullo pacto potest. Omne autem quod deficit, ab eo quod est esse deficit, & tendit in non esse. Esse autẽ & in nullo deficere bonum est, & malum est deficere. At ille ad quem non esse non pertinet, non est causa deficiendi. i. tendendi ad non esse: quia vt
1. Retra. ca. 26. 2. sen. dist. 36. cap. Qđ aũ. Et dist. 37. cap. Cũ igit.

ita dicam, essendi causa est. Boni igitur tantummodo causa est, & propterea ipse summum bonum est. Quo circa mali author non est, qui omnium quæ sunt author est, quia inquantum sunt, intantum bona sunt. Vbi nulla indigentia, nulla necessitas: Vbi nullus defectus, nulla indigentia. Nullus aũt defectus in Deo, nulla ergo necessitas. Omne castum castitate castum est, & omne æternum æternitate æternum est, & omne pulchrum pulchritudine, & omne bonum Deũ nõ bonitate: ergo & omne sapiens sapientia pati ne- & omne simile similitudine. Sed duobus cesitatẽ modis castum castitate dicitur, vel quod eã q. 22. signat, vt ea sit castum castitate quam gi- De patre gnit, & cui principium atque causa est vt & filio. sit. Aliter autem vt participatione castita- q. 23. tis quidq; castum est, quod potest aliquando esse non castum, atque ita de cæteris intelligendum est. Nam & anima æternita- K tem vel intelligitur vel creditur consequi, sed æterna æternitatis participatione fit. Non autem ita æternus Deus, sed quòd ipsius æternitatis est author. Hoc & de pulchritudine & de bonitate licet intelligi. Quamobrem cum sapiens Deus dicitur, & ea sapientia sapiens dicitur, sine qua eum vel fuisse aliquando, vel esse posse nephas est credere, non participatione sapientiæ sapiens dicitur, sicuti anima, quæ & esse, & non esse sapiens potest, sed quòd ipse eam genuerit qua sapiens dicitur sapientiam. Item illa quæ participatione sunt, vel casta, vel æterna, vel pulchra, uel 1. Retra. bona, vel sapientia, recipiunt, vt dictum ca. 26. li. est, vt possint nec casta esse, nec æterna, 6. De tri. nec pulchra, nec bona, nec sapientia. At cap. 2. ipsa castitas, æternitas, pulchritudo, bonitas, sapientia nullo modo recipiunt aut corruptionem, aut ut ita dicam temporalitatem, aut turpitudinem, aut malitiam. Ergo etiã illa quæ participatione similia sunt, recipiunt dissimilitudinem. At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest es- 2. sen. dise dissimilis. Vnde fit, vt cum similitudo pa- stin. 35. tris filius dicitur, quia eius participatione c. Ab eo. similia sunt quæcunq; sunt uel inter se uel deo similia, ipsa est enim species prima, qua sunt vt ita dicam speciata & formata quæ formata sunt omnia, ex nulla parte L. patri potest esse dissimilis. Idem igitur quod pater: ita vt iste filius sit, ille pater, id est iste similitudo, ille cuius similitudo est: iste substantia, ille substantia, ex quo vna substantia. Nam si non vna est, recipit dissimilitudinem similitudo, quod fieri pos Vtrum se omnis verissima negat ratio. Quic- peccatũ quid casu fit, temere fit. Quicquid temere & recte fit non fit prouidentia. Si ergo casu aliqua factũ in fiunt in mundo, non prouidentia vniuer- libero sit sus mundus administratur. Si non prouvoluntadentia uniuersus mundus administratur, tis arbi- est ergo a.. qua natura atque substantia quæ trio. ad opus prouidentiæ non pertinet. Omne q. 24.

autem quod est, inquantum est, bonum est. Summe enim est illud bonum cuius participatione, sunt bona cætera. Et omne quod mutabile est, non per seipsum, sed boni immutabilis participatione inquantum est, bonum est. Porrò illud bonum cuius participatione sunt bona cætera quæcunque sunt, non per aliud, sed per seipsum bonum est, quam diuinam etiam prouidentiam vocamus. Nihil igitur casu fit in mundo. Hoc constituto, consequens videtur, vt quicquid in mundo geritur, partim diuinitus geratur, partim nostra voluntate. Deus enim quouis homine optimo & iustissimo longe atque incomparabiliter
M melior & iustior est. Iustus autem regens & gubernans vniuersa, nullam pœnam cui quam sinit immerito infligi, nullum præmium immerito dari. Meritum autem pœnæ, peccatum: & meritum præmij, recte factum est. Nec peccatum autem nec recte factum imputari cuiquam iuste potest, qui nihil fecerit propria voluntate. Est igitur & peccatum & recte factum in libero voDe cru- luntatis arbitrio. Sapientia dei hominem,
ce Chri- ad exemplum quo recte viueremus, susce-
sti.q.25. pit. Pertinet autem ad vitam rectam, ea quæ non sunt metuenda non metuere. Mors autem metuenda non est: Oportuit ergo idipsum illius hominis, quem dei sapientia susce pit, morte monstrari. Sunt autem homines qui quamuis mortem ipsam non timeant, genus tamen aliquod ipsius mortis horrescunt. Nihilominus autem ut ipsa mors metuenda non est, ita etiam nullum genus mortis bene & recte uicenti homini metuendum est. Nihilominus igitur hoc quoque illius hominis cruDe diffe ce ostendendum fuit. Nihil enim erat inrētia pec ter omnia genera mortis illo genere execatorum crabilius & formidolosius. Alia sunt pecq.26. cata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas contraria est virtuti, im
A peritia contraria est sapientiæ, malitia contraria est bonitati. Quisquis igitur nouit quid sit virtus & sapientia dei, potest existimare quæ sint peccata venialia. Et quisquis nouit quid sit bonitas dei, potest existimare quibus peccatis certa pœna debeatur & hic & in futuro seculo. Quibus bene tractatis, probabiliter iudicari potest, qui nō sint cogēdi ad penitentiā luctuosam & lamētabilem, q̄ quis peccata fateā...r: & q̄bus nulla omnino sperāda sit, salus, nisi sacrificiū obtulerint deo, spm̄ cōtribulātum per penitentiam. Fieri potest vt per malum homi- De pro nem diuina prouidentia, & puniat, & opi- uidētia. q.27. tuletur. Nam Iudæorum impietas, Iudam supplantauit, & gentibus saluti fuit. Item fieri potest vt diuina prouidentia per hominem bonum & damnet & adiuuet, sicut ait Apostolus, Alijs sumus odor vitæ in vitā, 1.Co. alijs autem odor mortis in mortem. Sed cū li. 11. omnis tribulatio, aut pœna impiorum sit, Gen. ad aut exercitatio iustorum, quia eadem tribu- liter. c. 4 la & paleas concidit & frumenta à paleis exuit, vnde tribulatio nomen accepit: rursus cum pax & quies à molestijs temporalibus, & bonos lucretur, & corrumpat malos: omnia hæc diuina prouidentia pro meritis moderatur animarum: sed tamen non sibi eligunt boni ministerium tribulationis, nec mali amant pacem. Quare ipsi quoque per B quos id agit quod ignorant, non iustitiæ q̄ refertur ad deum, sed maleuolentiæ suæ mercedem accipiunt. Quemadmodum nec nobis imputatur, quòd ipsis prodesse volentibus nocetur alicui, sed bono animo beneuolentiæ præmium tribuitur. Ita etiam cætera creatura pro meritis animarum rationalium vel sentitur vel latet, vel molesta vel commoda est. Summo enim deo cuncta bene administrante quę fecit, nihil inordinatum in vniuerso, nihilq̄; iniustum est, siue scientibus siue nescientibus nobis: sed in parte offenditur anima peccatrix, tamen quia pro meritis ibi est, vbi talem esse decet, & ea patitur quæ talem pati æquum est, vniuersum regnum dei nulla sui fœditate deformat. Quamobrem quoniam non omnia nouimus quæ de nobis bene agit ordo diuinus in sola bona voluntate secundum rem agimus: in cæteris autem secundum legem agimus, cum lex ipsa incommutabilis maneat & omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderetur. Gloria igitur in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Qui quæ- Lucæ.2. rit quare voluerit deus mundum facere, 1.sē.d.45 causam quærit voluntatis dei. Sed omnis ca. Hæc causa efficiens est: Omne autem efficiens C itaq; maius est quàm id quod efficitur: Nihil Quare autem maius est voluntate dei: Non ergo deus mū eius causa quærenda est. Quæ sursum dū face sunt sapite. Ea quæ sursum sunt sapere iu- re volue bemur, spiritalia scilicet, quæ non locis & rit.q.28 partibus huius mundi sursum esse intelligēda sunt, sed merito excellentiæ suæ, ne in eius

Vtrū a- eius mundi parte figamus animum nostrū,
liquid sit quo vniuerso nos debemus exuere. Sursum
sursum .n. aut deorsum in huius mūdi partibus est.
aut deor- Nam vniuersus nec ipse habet sursum aut
sum in deorsum: Corporeus est n. quia oē uisibile
vniuer- corporeum est. Nihil autē in vniuerso cor-
so.q.29. pore sursum aut deorsum est. Cum.n.in sex
2.se.d.1 partes motus fieri videatur, qui rectus dr.i.
Col.3. qui circularis nō est, in anteriora & posteriora, in dexteriora & sinisteriora, in superiora & inferiora, nulla omnino ratio est, cur vniuerso corpori ante ac post nihil sit, & dextera ac leua, sit autem sursum ac deorsum. Sed eo cōsiderantes decipiuntur, quod sensibus, & consuetudini difficile obsistitur. Non enim tam facilis est nobis conuersio corporis, quę fit siquis capite deorsum moueri velit, quam facilis est à dextera in leuam, vel ab interiore in posteriorem partē. Qua
D mobrem remotis verbis secum animo sata-
vtrū om gendum est, vt hoc cernere valeat. Vt inter
nia i vti honestum & vtile interest, ita & inter fruē-
litatē ho dum & vtendum. Quanquam enim omne
minis. honestum vtile, & omne vtile honestum es-
creata. se, subtiliter defendi queat, tamen quia ma-
sint. gis proprie atque vsitatius honestum dici-
q. 30. tur, quod propter seipsum expetendum est, vtile autem quod ad aliud aliquid referendum est: secundum hanc differentiam nunc loquimur, illud sanè custodientes, vt honestum & vtile nullo modo sibimet aduersentur. Aduersari enim hæc sibi aliquando imperite ac vulgariter existimantur. Frui ergo dicimur ea re de qua capimus voluptatem: Vtimur ea quam referimus ad id vnde voluptas capienda est. Omnis itaque humana peruersio est, quod etiam vitium vocatur, fruendis vti velle, atque utendis frui. Et rursus omnis ordinatio, quę virtus etiam nominatur, fruēdis frui, & vtendis vti. Fruendum est autem honestis, vtendum vero vtilibus. Honestatem voco intelligibilem pulchritudinem, quam spiritalem nos proprie dicimus, vtilitatem autem diuinam prouidentiam. Quapropter quanquam sint multa pulchra visibilia quę minus proprie honesta appellantur, ipsa tamen pulchritudo ex qua pulchra sunt quæcunque pulchra
E sunt, nullo modo est visibilis. Item multa
vtilia visibilia, sed ipsa vtilitas ex qua nobis prosunt quæcunque prosunt, quam diuinam prouidentiam dicimus, visibilis non est. Notum sanè sit visibilium nomine omnia corporalia contineri. Oportet ergo frui pulchris inuisibilibus, idest honestis: Vtrū autem omnibus, alia quæstio est, quanquam fortasse honesta non nisi quibus fruendum est, dici deceat: Vtilibus autem vtendum est omnibus, vt quoquo eorū opus est. Et frui quidem cibo & qualibet corporali voluptate non adeo absurde existimantur & bestiæ: vti autem aliqua re non potest nisi animal quod rationis est particeps. Scire nanque quò quidque referendum sit, non datum est rationis expertibus, sed neque ipsis rationalibus stultis. Nec vti quisque potest ea re quę quò referenda sit nescit, nec quisque potest scire nisi sapiens. Quare abuti rectius dici solent qui non bene vtuntur. Non.n. cuiquā prodest id quo male vtitur, & quod nō prodest, nō vtiq; vtile est. Vtile aūt quic qu id est, utēdo est vtile, ita nemo vtitur nisi vtili. Non ergo vtitur, quisquis male vtitur. Perfecta igitur omnis ratio, quæ virtus vocatur, vtitur primo seipsa ad intelligendum F deum, vt eo fruatur, à quo etiam facta est. Vtitur autem cęteris rationalibus animantibus ad societatem, irrationalibus ad eminentiam. Vitam etiam suam ad id refert vt fruatur deo, ita enim beata est. Ergo & seipsa vtitur, quæ profecto inchoat miseriam p superbiam, si ad seipsam, non ad deum referatur. Vtitur etiam corporibus quibusdam viuificandis ad beneficentiam, sic enim vtitur suo corpore: quibusdam assumendis vel respuendis ad valetudinem, quibusdam tolerandis ad patientiam, quibusdam ordinandis ad iustitiam, quibusdam considerandis ad aliquod veritatis documentum. Vtitur etiam iis à quibus se abstinet ad temperantiam. Ita omnibus & sensis & non sensis vtitur, nec aliquid tertium est. Iudicat autem de omnibus quibus vtitur, de solo deo non iudicat, quia secundum deum de cæteris iudicat, nec eo vtitur, sed fruitur. Neque .n. ad aliquid aliud deus referendus est: quoniam omne quod ad aliud referendum est, inferius est q̄ id ad quod referendū est. Nec est aliquid deo supius, nō loco, sed excellentia subsitātię. Oīa ergo quę facta sunt ī usum hoīs facta sunt, quia oībus vtiē iudicādo ratio, q̄ homini data est. Et ante lapsum quidē nō vtebatur tolerādis, nec post lapsum vtiq;, nisi cōuersus, & quenquā ante mortē corpo G
ris, iā tñ quantum potest dei amicus, quia li virtus.
bēter seruus. Virtus est animi habitus natu- qd. Sīa
rę mō atq; ...tioni cōsentaneus. Quare oī Cice.
bus partibus eius cognitis tota vis erit sim- quemad

modum virtutes animi ab finitæ. Partes eius sint q. 31 Prudentia quam futurum actum est. Iustitia est habitus communibus. Iustitia & unicuique dignitatem. Eius initium est a natura profectum: Deinde quædam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt: Postea Natura ius quid. res & a natura profectas & consuetudine probatas, legum metus & religio sanxerunt. Natura ius est, quod non opinio genuit, sed quædam innata vis inseruit, vt religionem, pietatem, gratiam, vindicationem, obseruantiam, veritatem. Religio est quę superioris cuiusdam naturę, quam diuinam vocant, curam ceremoniamq; affert. Pietas per quā sanguine coniunctis patrięq; beneuolens officium, & diligens tribuitur cultus. Gratia in qua amicitiarum & officiorum alterius H memoria, & remunerandi voluntas continetur. Vindicatio per quam vis aut iniuria & omnino omne quod offuturum est, defendendo, aut vlciscendo propulsatur. Obseruātia per quam homines aliqua dignitate antecellentes, cultu quodam & honore dignamur. Veritas per quam immutata ea quæ Consuetudo ius sunt aut fuerunt aut futura sunt, dicuntur. quid. Consuetudine autem ius est quod aut leuiter natura tractū aluit, & maius fecit vsus, & religionem: & si quid eorum quæ ante diximus, à natura prouectū, maius factū pp cōsuetudinē videmus, aut qđ in morē venit vulgi approbatione productum. Qđ genus pactū est, par, lex, iudicatū. Pactū est qđ inter aliquos conuenit. Par qđ in oēs æquale est. Iudicatū de quo alicuius aut aliquorum iā sentētijs cōstitutum est. Lege ius est, qđ in eo scripto qđ populo expositū est vt obFortitudo quid seruet cōtinet. Fortitudo est cōsiderata pericolorū susceptio & laborū ppessio. Cuius sit. Partes, magnificētia, fidētia, patiētia, pseuetes fortitudinis. cellarū cū animi ampla quadā & splēdida p positiōe cogitatio atq; administratio. Fidētia est p q magnis & honestis i rebus multū I ipse alius in se fiducię cum certa spe collocauit. Patiētia est honestatis aut utilitatis causa rerū arduarū ac difficiliū volūtaria ac diuturna ppessio. Perseuerātia est in rōne bene cōsiderata stabilis & ppetua pmāsio. Tēperātia est rōnis in libidinē atq; alios nō tia quirectos ipetus animi firma & moderata dūnatio. Eius partes, continētia, clemētia, modestia. Cōtinētia est per quā cupiditas, cōsilij gubernatione regit. Clemētia per quā animi temere in odiū alicuius illecti cōcitatiq; comitate retinent. Modestia p q pudor honestus clarā & stabilē cōparat authoritatē, atque hęc omnia ppter se solū, vt nihil aduingatur emolumēti, petēda sunt. quod vt mōstretur, neq; ad hoc nostrū institutū pertinet, & à breuitate ꝓcipiēdi remotū est. Propter se aūt vitāda sunt, nō eo modo q ijs cōtraria sunt, vt fortitudini ignauia, & iustitię iniustitia: verūetiā illa quæ ppinqua videntur & finitima eē, absunt aūt lōgissimè: qđ genus fidentię contrarium, est diffidentia, & ea re vitium est audacia non contrarium, sed appositum ac propinquum, sed tamen vitium est. Sic vnicuique virtuti finitimum vitium reperiet, aut certo iā noīe appellatū, K vt audacia q fidētię, ptinacia, q pseuerātiæ finitima est, superstitio quæ ad religionem propinqua est: aut sine vllo certo nomine: quæ omnia vti contraria rerum bonarum in rebus vitandis reponentur. Ac de eo quidem genere honestatis quod omni ex parte propter se petitur satis dictum est. Nunc de eo in quo vtilitas quoque adiungitur, quod tamen honestum vocamus, dicendum uidetur. Sunt igitur multa quę nos cum dignitate, tum fructu quoque suo ducunt. Quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Dignitas, alicuius honestatis & cultu & honore & verecundia digna authoritas. Amplitudo est potentia, aut maiestas, aut aliquarum copiarum magna abūdātia. Amicitia, voluntas erga aliquem rerum bonarum, illiusipsius causa quē diligit, cū eius pari volūtate. Hic qa de ciuilibus causis loqmur, fructus ad amicitiā adiúgimus, ut eorū quoq; causa petēda videatur, ne forte qui nos de omni amicitia dicere existimarint, rephēdāt. Quāq sunt qui pp vtilitatē modo petēdā putēt amicitiā, sunt q pp se solū sunt, q & pp se & pp vtilitatē: Quorū qđ L verissime statuatur alius locus erit cōsiderādi. Quisquis vllā rē aliter q ea res est intel ligit, fallit. Et ois qui fallit, id i quo fallitur alius nō intelligit. Quisquis igitur vllā rē aliter q est intelligit, nō eā intelligit. Nō ergo pōt quicquam

gat atq; quicquam intelligi, nisi vt est: Nos autē alia eius- quid non ita vt est intelligimus, velut hocdē rei p ipsum nihil intelligi, quod non ita vt est inInfinitū telligitur. Quare nō est dubitādū esse perest intel fectā intelligētiā qua pstātior eē nō possit, ligentia. & ideo nō p infinitū ire, qa q; res intelligitur, nec eū posse aliū alio plus intelligere. q. 32. Demet. Nulli dubiū est non aliam metuendi esse q. 33. cām, nisi ne id qđ amamus, aut adeptū amittamus, aut nō adipiscamur speratū. Quare quisquis hoc ipsum non metuere amauerit atq; habuerit, qs metus est ne id possit amittere? Multa.n. quæ amamus & habemus, metuimus amittere, ita ea custodimus metu: nō metuere autem nemo potest custodire metuendo. Iterum quisquis amat non metuere atq; id nondum habet, speratq; se habiturū, non eum oportet metuere ne non adipiscatur. Hoc.n. metu nihil aliud metuitur q idē metus. Porrò metus omnis aliquid fugit, & nulla res seipsam fugit, non igitur metuitur metus. Sed si quis existimat nō recte dici, q metus aliquid metuat, cum anima potius ipso metu metuat: illud attendat: quod cognitu facile est, nullum metū esse nisi futuri & imminentis mali. Necesse est autem vt qui M metuit aliquid, fugiat. Quisq; itaq; metuere metuit, est profecto absurdissimus: quia fugiendo habet idipsum quod fugit. Nā qm non metuitur nisi ne aliquid mali accidat, metuere ne accidat metus, nihil aliud est nisi amplecti quod respuis. Quod si repugnās est, sicuti est, nullo prorsus modo metuit, quisquis nihil aliud amat q non metuere. Et propterea nemo potest hoc solū amare, & non habere. Vtrū aūt hoc solū amādum sit, alia quæstio est. Iam quem non exanimat metus, nec cupiditas eū vastat, nec ægritudo macerat, nec ventilat gestiens & vana lętitia. Si enim cupit, quia nihil aliud est cupiditas nisi amor rerum transeuntium, metuat necesse est, ne aut amittat eas cum adeptus fuerit, aut non adipiscatur: non autē metuit, nō ergo cupit. Item si angitur animi dolore, necesse est ēr metu agitetur: qm quo Vtrū nō aliud a- rū malorū psentiū est anxietudo, eorum est mādum imminentium metus: Metu aūt caret, ergo sit quam & anxietudine. Item si lætetur inaniter, de metu ca- ijs rebus lętatur quas potest amittere, quare metuat necesse est ne amittat: Sed nullo modo metuit, nullo modo igitur lætatur inaniter. Si vitium est non metuere, non est amandum. Sed nemo beatissimus metuit, &, nemo beatissimus in vitio est: Non est itaque vitium non metuere. At A audacia vitium est: Non ergo quisquis non metuit, audax est, quanquam omnis qui audet non metuat. Item cadauer omne non metuit. Quapropter cum cōmune sit non metuere beatissimo & audaci & cadaueri, sed beatissimus id habeat per tranquillitatem animi audax per temeritatem, cadauer quia omni sensu caret, neque non amandum est non metuere, quoniam beati esse volumus, neque solum amandum quoniam audaces & examines esse nolumus. Quoniam quicquid non viuit, non metuit, ne- Quid a- que vita carendum quisquam persuaserit, mādū sit vt metu etiam carere possimus, amandum q. 35. est sine metu viuere. Sed rursus, quia vita metu carens, etiam si intelligentia careat, non est appetenda, amandum est, sine metu cum intellectu viuere. Id ne solum amandum? an amor quoque ipse amandus est? Ita vero, quando sine hoc illa non amantur. Sed si propter alia quæ amanda sunt amor amatur, non recte amor dicitur: Nihil enim aliud est amare quàm propter seipsum rem aliquam appetere. Nunquid igitur per seipsum amor appetendus est, Amare cum qñ desit quod amatur, ea sit indubita- quid sit. ta miseria? Deinde cum amor motus quidam sit, neq; vllus sit motus nisi ad aliquid, cum quærimus, quid amandum sit, quid sit illud ad quod moueri oporteat, quærimus. Quare si amādus est amor nō vtiq; omnis amandus est. Est.n. & turpis, quo animus se B ipso inferiora sectatur, quæ magis proprie cupiditas dicitur, omnium scilicet malorum radix. Et ideo nō amādū est, quod manēti & fruēti amori auferri potest. Cuius ergo rei amor amandus est, nisi eius, quæ non potest deesse dū amatur? Id aūt est, quod ni Cupidihil est aliud habere q nosse. Porrò aurū & ta s. omne corpus non hoc est habere quod nosse, non itaq; amādum est. Et qñ potest ali- 1. Retr. quid amari nec haberi, non solū ex his quæ cap. 29. amanda non sunt, vt pulchrū aliqđ corpus, sed etiam eorum quę amāda sunt, vt beata vita: & rursus potest aliquid haberi, nec amari, vt compedes: iure quæritur vtrū possit quispiam id quod habere nihil est nisi nosse, non amare, cum habeat, id est nouerit. Sed cum videamus nonnullos, non ob aliud, verbi gratia, discere numeros, nisi vt eadem disciplina pecuniosi fiant, aut hominibus placeant: quam cum didicerint, ad eundem finem referūt, quē sibi cū discerēt, pro-

posuerant:neq; ullã disciplinam aliud sit habere quàm nosse: fieri potest,ut habeat quisque aliquid,quod habere, hoc sit quod nosse,neq; amet tũ: q̃q̃ bonũ quod nõ amatur nemo põt perfecte habere uel nosse. Quis enim potest nosse quantum sit bonum quo non fruitur? Non autẽ fruitur, si nõ amat: nec amat igitur quod amandum est, qui nõ amat: ẽt si amare posit,qui non habet. Nemo igitur beatam uitam nouit, & miser est: quoniã si amanda est,sicuti est, hoc est eam
i. Retra. nosse quod habere. Quæ cum ita sint quid
eap. 26. est aliud beate uiuere, nisi æternum aliquid cognoscendo habere? Aeternum est enim de quo solo recte fiditur, quod amanti auferri non potest: idq; ipsum est quod nihil sit aliud habere q̃ nosse. Omnium.n. rerum præstantissimum est quod æternum est: & propterea id habere non possumus, nisi ea re qua præstantiores sumus, id est, mente. Quicquid aũt mente habetur, noscendo habetur: nullumq; bonum perfecte noscitur, quod non perfecte amatur: neq; ut sola mens potest cognoscere,ita & amare sola potest. Nanq; amor appetitus quidam est. Et uidemus etiam cæteris animi partibus inesse appetitum qui si menti rationiq; consentiat,in tali pace & tranquillitate uacabit mente contemplari quod æternum est. Ergo etiam cæteris suis partibus amare animis debet hoc tam magnum, qđ mente cognoscendum est. Et quoniam id quod amatur, afficiat ex se amantem necesse est, fit vt sic amatum q̃ æternum est,
D æternitate animum afficiat: quocirca ea demum vita beata, quæ æterna est. Quid vero æternum est, & quod ærernitate animũ afficiat, nisi deus? Amor autem rerũ amãdarum,charitas uel dilectio melius dicitur. Quare omnibus cogitationum uiribus considerandum est saluberrimum illud præceptum, Diliges dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, &
Deu. 6. in tota mente tua: & illud quod ait dominus Iesus, Hæc est autem uita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, &
Ioã. 17. quem misisti Iesum Christum. Charitatem uoco motum animi, quo amantur
De nutrienda charitate.q.36. ea quæ non sunt præ ipso amante contemnenda, id est quod æternum est, & quod amare ipsum æternum potest. Deus igitur & animus quo amatur, charitas proprie dicitur purgatissima & consumma si nihil aliud amatur: hanc & dilectionem dici placeet. Sed cum deus magis diligitur q̃ animus, vt malit homo eius esse q̃ suus, tunc uere i. Retra. animo summeq; consulitur: cõsequenter & cap. 26. corpori,nobis id non curantibus, aliquo appetitu satagente,sed tãtum prompta & oblata sumentibus. Charitatis autem uenenum est, spes adipiscendorum aut retinendorũ temporalium. Nutrimentum eius est,imminutio cupiditatis. Perfectio, nulla cupiditas. Signum profectus eius, imminutio timoris, Signum perfectionis eius,nullus timor: quia & radix est omnium malorum cupiditas, & consummata dilectio foras mittit timorem. Quisquis igitur eam nutrire vult, instet minuendis cupiditatibus. Est autem cupiditas, amor adipiscendi aut obtinendi temporalia. Huius minuendæ initium est, Deum timere, qui solus timere sine amore non potest. Ad sapientiam enim tenditur, & nihil verius eo quod dictum est, initium sapientiæ, timor domini. Nemo est quippe qui non magis dolorem fugiat, quam appetat voluptatem:q̃quidem videmus ẽt immanissimas bestias à maximis volũptatibus abstterreri dolorum metu: quod cum in earundem consuetudinem uenerit, domitæ & mansuetæ vocantur. Quapropter quoniam inest homini ratio, quæ cum seruit cupiditati peruersione miserabili, vt homines non timeantur, suggerit latere posse commissa, & ad tegenda occulta peccata, astutissimas fallacias comparat: eo fit, ut homines, quos nondum delectat pulchritudo virtutis, nisi pœnis à peccando deterreantur, quæ uerissime per sanctos & diuinos uiros prædicantur, & quod celant hominibus, Deo celari non posse constituant, difficilius domentur quàm feræ. Vt autem timeatur Deus, diuina prouidentia regi vniuersa persuadendum est: non tam rationibus, quas qui potest inuenire, potest etiam & pulchritudinem sentire virtutis:q̃ exemplis vel recentibus, siqua occurrunt uel de historia, & ea maxime quæ ipsa diuina prouidentia procurante, siue in uetere, siue in nouo testamento excellentissimam authoritatem religionis recepit: simul augendum est & de pœnis peccatorum, & de præmijs recte factorum. Iam vero cum aliqua non peccandi consuetudo, quod onerosum putabatur, facile esse persuaserit: incipiat gustari dulcedo pietatis, & commendari pulchritudo

uirtutis,vt charitatis libertas præ seruitute timoris emineat tunc iam persuadendum est fidelibus,præcedentibus regenerationis sacramentis, quæ necesse est plurimum moueant, quod interfit inter duos homines,ueterem & nouum, exteriorem & interiorem, terrenum & cœlestem, id est inter eum qui bona carnalia & temporalia, & eum qui spiritalia & æterna sectatur: monendumq; ne peritura beneficia & transeuntia expectentur à Deo quibus & improbi homines abundare possunt, sed firma & sempiterna, pro quibus accipiendis
G omnia quæ in hoc mundo bona putantur & mala penitus contemnenda sunt. Hic præstantissimum illud & vnicum exemplum dominici hominis pręponendum est, qui cum se tot miraculis tantam rerum potestatem habere monstraret, & ea spreuit quæ magna bona, & ea sustinuit quæ magna mala imperiti putant. Quos mores & disciplinam, ne tanto minus quisquam aggredi audeat, quanto illud magis honorat, & de pollicitationibus atque hortationibus eius, & de imitantium multitudine Apostolorum, martyrum, sanctorumq; innumerabilium, quàm non sint illa desperanda ostendendum est. At vbi fuerint carnalium voluptatum illecebræ superatæ, cauendum est ne surrepat atque succedat cupiditas placendi hominibus: aut per aliqua facta mirabilia, aut per difficilem continentiam siue patientiam: aut per aliquam largitionem, aut nomine scientiæ vel eloquentię. In eo genere est & cupiditas honoris: contra quæ omnia proferantur ea, quæ scriptura sunt de laude charitatis, & de inanitate iactantiæ, doceaturq; quàm sit pudendum eis placere velle, quos
H nolis imitari. Aut enim boni non sunt, & nihil magnum est, à malis laudari: aut boni sunt, & eos oportet imitari. Sed qui boni sunt,virtute boni sunt: uirtus autem non appetit quod in aliorum hominum potestate est. Qui ergo imitatur bonos nullius hominis appetit laudem: qui malos,nõ dignus est laude. Si autem placere hominibus ideo vis,ut eis profis ad diligendum Deum, non iam hoc, sed aliud cupis. Qui autem placere cupit,necessarium adhuc habet timorem. Primum ne occulte peccando inter hypocritas à domino computetur. Deinde si benefactis placere appetit, ne hanc mercedem aucupans, perdat quod daturus est Deus. Sed deuicta ista cupiditate, cauenda superbia est: Difficile est enim vt dignetur consociari hominibus, qui eis placere iam non desiderat, & plenum se virtutibus putat. Itaque adhuc necessarius est timor, ne illud etiam q̃ videtur habere, auferatur ab eo: & manibus ac pedibus ligatis mittatur in tenebras exteriores. Quapropter dei Mat. 22. timor non solum inchoat, sed etiam perficit sapientem: Is est autem qui summe diligit deum,& proximum tanquam seipsum. Quæ autem in hoc itinere pericula difficultatesq; metuendæ sint, & quibus remedijs vti oporteat, alia quęstio est. Melior est I
semper natus, quàm qui semper nascitur, De semquia qui semper nascitur, nondum est na- p nato.
tus:& nunquam natus est, aut natus erit, si q. 37.
semper nascitur. Aliud est enim nasci,aliud natum esse. Ac per hoc nunquam filius, si nunq̃ natus: filius ãt quia natus,semper est filius: semper igitur natus. Cum aliud De cõfir
sit natura,aliud disciplina, aliud vsus,& hęc matione
in vna anima intelliguntur nulla diuersita- animæ.
te substantiæ. Item cum aliud sit ingeniũ, q. 38.
aliud virtus, aliud tranquillitas, similiter vnius eiusdemq; substantiæ. Et cum anima sit alterius substantiæ, quàm deus,quanquã ab illo facta: ipse autem Deus sit sacratissima illa & multis verbo, re paucis cognita trinitas: diligentissime inuestigandum est, quod ait dominus Iesus, Nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit: &, Nemo Ioan. 6. venit ad patrem, nisi per me: &, Ipse vos Ioã. 14. in omnem veritatem inducet. Quid est Ioã. 16. quod accipit eam rem quàm commutat? De alivt animal cibum. Quid est quod accipitur mentis.
& commutatur? vt idem cibus. Quid est q. 39.
quod accipitur, & non commutatur? vt oculis lux, & sonus auribus. Sed hæc per corpus accipit anima. Quid est autẽ quod per seipsam accipit, & commutat in se? vt aliam animam, quam recipiendo in amicitiam sui similem facit. Et quid est quod per seipsam accipit, & non commutat? ut K
veritatem. Quare cognoscendum est & quid sit Petro dictum, Macta & manduca: & quid in Euangelio, Et vita erat lux hominum. Ex diuersis visis diuersus appe- Act. 10.
titus animarum est, ex diuerso appetitu di- Ioan. 1.
uersus adipiscendi successus, ex diuerso suc Cũ anicessu diuersa consuetudo, ex diuersa con- marum
suetudine diuersa est voluntas. Diuersa natura
autem v[illegible]ordo rerum facit: occultus qui- vna sit,
dem, sed sub diuina prouidentia, certus vnde ho
tamen.

minũ di uersę vo lútates. q.40.

tamen. Non itaque ob hoc putandum est diuersas esse naturas animarum, quia diuersæ sunt voluntates, cum etiam vnius animę voluntas pro temporum diuersitate uarietur. Siquidem alio tempore diues esse cupit, alio tempore contemptis diuitijs sapiés esse desiderat. Et in ipso temporalium appetitu alio tempore vni homini negociatio, & alio tempore militia placet. Quia non

Cũ oĩa deus fece rit, quare non æqualia fecit. q.41.

essent omnia, si essent æqualia: non enim essent multa rerum genera, quibus conficitur vniuersitas, primas & secundas, & deinceps vsq; ad vltimas ordinatas habens creaturas: & hoc est quod dicitur, omnia. Quomodo uerbum hominis, quod & si multi audiunt,

L totum audiunt singuli. Quia ille venit vt

Quomodo Christus: iste vt donum ipsum, ad quod bene vsus & inuendo peruenitur, significaret apparuit.

exemplum viuendi demonstraret hominido Chri

vtero matris fue rit & in cœlis. q.42.

Vtrunque autem visibiliter factum est, propter carnales, ab ijs quæ oculis corporeis cernuntur, ad ea quæ mente intelliguntur, sacramentorum gradibus transferendos.

Nam & uerba sonant & transeunt, nec tamen ea quæ uerbis significantur, cum aliquid diuinum atque æternum loquendo

Quare filius dei homi- nis appa- ruit, & sanctus i cut ergo q.43.

exponitur, similiter transeunt. Quia omne pulchrũ à summa pulchritudine est, in homi- quod Deus est: temporalis autem pulchritudo rebus decedentibus succedentibusque peragitur. Habet autem decorem suum in singulis quibusq; hominibus, singula quęq; ætas ab infantia usque ad senectutem. Si absurdus est, qui iuuenilem tantũ ætatem vellet esse in homine temporibus subditos: inuideret enim cæteris pulchritudinibus, quæ cæteris ætatibus suas vices atque ordinem gerunt: sic absurdus est qui in ipso vniuerso genere humano vnam ætatem desiderat: nam & ipsum tanquam

Quare vnus homo ætates suas agit. Nec oportuit tãto post venire diuinitus magistrum, cuius imitatione in mores optimos formaretur, nisi temdo ne in pore iuuentutis, Ad hoc valet quod Apominus Ie Christus principio peccati hominis q.44.

stolus dicit, Sub lege tanquam sub pædagogo paruulos custoditos, donec veniret cui

M seruabatur, qui per Prophetas promissus erat. Aliud enim est quod diuina prouidentia quasi priuatim cum singulis agit: aliud quod generi vniuerso tanquam publicè consuluit: nam & quicunque singuli ad certam sapientiam peruenerunt non nisi ab eadem veritate suarum singulorum ætatum opportunitate illustrati sunt: à qua

ueritate vt populus sapiens fieret, ipsius generis humani opportuna ætate homo susceptus est. Non eos appellarunt Mathematicos veteres, qui nunc appellantur: sed illos qui temporum numeros motu cœli ac syderum peruestigarunt, de quibus rectissime dicitur in scripturis sanctis. Iterum nec his habet ignosci: si enim tantum themati- potuerunt scire, vt possent æstimare secu- lum, quomodo huius dominum nõ facilius inuenerunt? Mens enim humana de visibilibus iudicans, potest agnoscere omnibus ciuit. visibilibus seipsam esse meliorem. Quæ tamen cum etiam se propter defectum profectumq; in sapientia fatetur esse mutabilem, inuenit super se esse incommutabilem veritatem, atque ita adhærens post ipsam, sicut dictum est, Adhæsit anima mea post te: beata efficitur, intrinsecus inueniens etiam omnium visibilium creatorem atque dominum, non quærens extrinsecus visibilia, quamuis cœlestia, quæ aut non inueniuntur, aut cum magno labore frustra inueniuntur, nisi ex eorum, quæ foris sunt pulchritudine, inueniatur artifex qui intus est, & prius in anima superiores, deinde in corpore inferiores pulchritudines operatur, Aduersus eos autem qui nunc appellantur Mathematici, volentes actus nostros corporibus cœlestibus subdere, & nos vendere stellis, ipsumque precium, quo vendimur, à nobis accipere, nihil verius & breuius dici potest, quàm eos non respondere, nisi acceptis constellationibus. In constellationibus autem notari, partes æquales trecentas sexaginta dicunt habere signiferum circulum: motum autem cœli per vnam horam fieri in quindecim partibus, vt tanta mora quindecim partes oriantur, quantam tenet vna hora; quæ partes singulæ sexaginta minutas habere dicuntur. Minutas autem minutarum iam in constellationibus de quibus futura prædicere se dicunt, non inueniunt. Conceptus autem geminorum, quoniam vno concubitu efficitur, attestantibus medicis, quorum disciplina multo est certior atque manifestior, tam paruo puncto temporis contingit, ut in duas minutas minutarum non tendatur. Vnde ergo in geminis tanta diuersitas actionum & euentuum & voluntatum, quos necesse est eandem constellationem conceptionalem habere, & amborum unam constellationem

nem dare Mathematicos, tanquam vnius hominis? Si autem ad genitales constellationes se tenere voluerint, ab ipsis geminis excluduntur, qui plerunque ita post inuicem funduntur ex vtero, vt hoc temporis interuallum rursus ad minutas minutarum reuertatur, quas tractandas in constellationibus nunquam accipiunt, nec possunt tractare. Cum autem multa vera eos prædixisse dicatur, ideo fit, quia non tenent homines memoria falsitates erroresq; eorum: sed non intenti, nisi in ea quæ illorum responsis prouenerunt, ea quæ non prouenerunt, obliuiscuntur: & ea commemorant, quæ non arte illa, quæ nulla est, sed quadam obscura rerum sorte contingũt. Quod si peritiæ illorum volunt tribuere, dicant artificiosè diuinare etiam mortuas membranas scriptas quaslibet, de quibus plerunque pro voluntate sors exit. Quòd si non arte de codicibus exit sæpe versus futura prænuncians, quid mirum si etiam ex

C animo loquentis, non arte, sed sorte exit

De ideis q.46.l.7 de ciuita dei.c. 28

aliqua prædictio futurorum? Ideas Plato primus appellasse perhibetur: non tamen si hoc nomen, antequam ipse institueret, non erat, ideo, vel res ipsæ non erant, quas ideas vocauit, vel à nullo erant intellectæ: sed alio fortasse atque alio nomine ab alijs atque alijs nuncupatæ sunt. Licet enim cuique rei incognitæ, quæ nullum habeat vsitatum nomen, quodlibet nomen imponere. Nam non est verisimile, sapientes aut nullos fuisse ante Platonem: aut istas, quas Plato, vt dictum est, ideas vocat, quæcunque res sint, non intellexisse. Siquidem tanta in eis vis constituitur, vt nisi his intellectis, sapiens esse nemo possit. Credibile est etiam præter Græciam fuisse in alijs gentibus sapientes: quod etiam Plato ipse non solum peregrinando sapientiæ perficiendæ gratia satis testatus est, sed etiam in libris suis commemorat. Hos ergo si qui fuerunt, non existimandum est ideas ignorasse, quamuis alio fortasse eas nomine vocitauerint. Sed de nomine hactenus dictum sit, rem videamus, quæ maxime considerandа atq; noscenda est, in potestate constitutis vocabulis, vt quod volet quisque, appellet rem quam cognouerit. Ideas igitur Latine possumus uel formas, vel species dicere: vt uerbum ex uerbo transferre uidea

mur. Si autem rationes eas uocemus, ab interpretandi quidem proprietate discedi- D mus, Rationes enim Græce λόγοι appellantur non ideæ: sed tamen quisquis hoc uocabulo uti uoluerit, à re ipsa non errabit. Sunt nanq; ideæ principales formæ quædã, uel rationes rerum, stabiles atq; incommutabiles, quæ ipsæ formatę non sunt: ac per hoc ęternæ ac semper eodem modo sese habentes, quæ in diuina intelligentia continentur. Et cum ipsæ neque oriantur, neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri & interire potest, & omne quod oritur & interit. Anima uero negatur eas intueri posse, nisi rationalis, ea sui parte qua excellit. i. ipsa mente atque ratione, quasi quadam facie uel oculo suo interiore atq; intelligibili. Et ea quidem ipsa rationalis anima nõ omnis & quælibet, sed quæ sancta & pura fuerit, hæc asseritur illi uisioni esse idonea. i. quæ illum ipsum oculum quo uidentur ista, sanum & syncerum & serenum, & similem his rebus quas uidere intendit, habuerit. Quis autem religiosus & uera religione imbutus, quamuis nondum possit hæc intueri, negare tamen audeat, immò non etiam profiteatur: omnia quæ sunt, id est, quæcunque in suo genere propria quadam natura continentur, ut sint, Deo authore esse procreata, E eoque authore omnia quæ uiuunt uiuere: atque uniuersalem rerum incolumitatem, ordinemque ipsum, quo ea quæ mutantur, suos temporales cursus certo moderamine celebrant, summi dei legibus contineri & gubernari? Quo constituto atque concesso, quis audeat dicere, deum irrationabiliter omnia condidisse? Quòd si recte dici & credi non potest, restat ut omnia ratione sint condita: nec eadem ratione homo, qua equus: hoc enim absurdum est existimare. Singula igitur proprijs sunt creata rationibus. Has autem rationes, ubi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente creatoris? Non enim extra se quicquam positum intuebatur, ut secundum id constitueret quod constituebat: nam hoc opinari sacrilegum est. Quòd si hæc rerum omnium creandarum creatarumve rationes in diuina mente continentur, neque in diuina mente quicquam, nisi æternum atque incommutabile potest esse: atque has rerum rationes principales appellat ideas Plato. Nõ solũ sunt ideæ, sed ipsæ vere sunt, quia æternę sunt, & eiusmodi atque incommutabiles

mutabiles manent: quarum participatione fit, vt sit quicquid est, quo modo est. Sed anima rationalis inter eas res, quæ sunt à deo conditæ, omnia superat, & deo proxima est, quando pura est: eique inquantum charitate cohæserit, intantum ab eo lumine illo intelligibili perfusa quodammodo & illustrata cernit, non per corporeos oculos, sed per ipsius sui principale, quo excellit, id est, per intelligentiam suam, istas rationes, quarum visione fit beatissima. Quas rationes, vt dictum est, siue ideas, siue formas, siue spẽs, siue rationes licet vocare, & multis appellare conceditur nominibus, sed pauciſsimis videre quod verum est. Quæri solet quomodo post resurrectionem atque immutationem corporis, quæ sanctis promittitur, cogitationes nostras videre possimus. Coniectura itaque capienda est ex ea parte corporis nostri, quæ plus habet lucis: & quoniam angelica corpora, qualia nos habituros speramus lucidiſsima atque ætherea esse credendum est, & multi motus animi nostri nunc agnoscuntur in oculis, probabile est, quòd nullus motus animi latebit, cum motum fuerit corpus æthereum, in cuius comparatione isti oculi caro sunt. Credibilium tria sunt genera: alia sunt quæ semper creduntur & nunquam intelliguntur: sicut est omnis historia, temporalia, & humana gesta percurrens. Alia mox ut creduntur, intelliguntur: sicut sunt omnes rationes humanæ, vel de numeris, vel de quibuslibet disciplinis. Tertium, quæ primo creduntur, & postea intelliguntur: qualia sunt ea quæ de diuinis rebus non possunt intelligi, nisi ab his qui mundo sunt corde: quod fit præceptis seruatis, quæ bene viuendo accipiuntur. Quia sunt etiam sacra spiritalia, quorum imagines carnalem populum celebrare oportebat, vt præfiguratio noui populi, seruitute veteris fieret: quorum duorum populorum differentiam etiam in vnoquoque nostrum licet aduertere, cum quisque ab vtero matris veterem hominem necesse est agat, donec veniat ad iuuenilem ætatem: vbi iam non est necesse carnaliter sapere, sed potest ad spiritalia voluntate conuerti, & intrinsecus regenerari. Quod ergo in vno homine recte educato, ordine naturæ, disciplinaque contingit. hoc proportione in vniuerso genere humano fieri per diuinam prouidentiam, peragique pulcherrimum est. Deus quem genuit, quoniam meliorem se generare non potuit, nihil enim deo melius, generare debuit æqualem. Si enim voluit, & non potuit, infirmus est: si potuit, & non voluit, inuidus est. Ex quo conficitur æqualem genuisse filium. Cum exteriorem & interiorem hominem diuina scriptura commemoret, & intantum eos discernat, vt ab Apostolo dictum sit, Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, quæri potest, vtrum vnus horum factus sit ad imaginem & similitudinem dei. Nam illud stultum est quærere, si vnus, quis horum? Quis enim dubitat eum potius qui renouatur, q̃ eum qui corrumpitur, dicere? Vtrum autem ambo, magna quæstio est: nam si exterior homo est Adam, & interior Christus, bene ambo intelliguntur. Sed cum Adam, sicut à deo factus est, bonus non manserit, & diligendo carnalia, carnalis effectus sit, non absurde videri potest, hoc ipsum ei fuisse carere imagine dei, & similitudinem amittere: ac per hoc ipse renouatur, & ipse est etiam interior: quomodo ergo est ipse & exterior? An secundum corpus, vt interior sit secundum animam, & interior sit resurrectio & renouatio, quæ nunc fit secundum mortem prioris vitæ. i. peccati: & secundum regenerationem nouæ uitæ. i. iustitiæ? Quos item duos homines sic appellat, vt vnum ueterem, quem debemus exuere: alterum nouum, & eum induendum commemorat, quorum rursus illum appellat imaginem terreni hominis, quia secundum peccatum primi hominis geritur, qui est Adam, alterum imaginem cœlestis hominis, quia secundum iustitiam secundi hominis geritur, qui est Iesus Christus. Exterior autem homo, qui nunc corrumpit, natura resurrectione renouabitur, cum istã mortem persoluerit, quam naturæ debet, lege illa, quæ in paradiso per præceptum data est. Quomodo autem non sit inconcuum, q̃ dicitur etiam corpus factum ad similitudinem dei, facile intelligit, qui diligenter attendit quod dictum est, Et fecit deus omnia bona valde. Nemo enim dubitat quod sit ipse primitus bonus. Multis. modis dici res possunt similes deo: aliæ secundum virtutem & sapientiam factæ, quia in ipso est uirtus & sapientia non facta: aliæ inquantum solum uiuunt, quia ille summe

Vtrũ ali qñ cogitationes nostras uidere possimus. q. 47. 1. retra. c. 20.

De credibilib. quæ. 48.

Quare filij Isra el sacrificabãt uisibiliter peccorũ uictimas. q. 49. li. 10. de ciuit. dei. c. 5. et. 6.

G

I

L

K

ille summe & prime viuit: aliæ inquantum sunt, quia ille summe & primitus est. Et ideo quæ tantummodo sunt, nec tamen viuunt aut sapiunt, non perfecte, sed exigue sunt ad similitudinem eius: quia & ipsa bona sunt in ordine suo, cum sit ille super omnia bonus, à quo omnia bona procedunt. Omnia uero quæ viuunt & non sapiunt, paulo amplius participant similitudinem. Quod enim uiuit, etiam est: non autem quicquid est, etiam viuit. Iam porrò quæ sapiunt, ita illi similitudine proxima sunt, vt in creaturis nihil sit propinquius. Quod enim participat sapientiæ, & viuit & est: quod autem viuit, necesse est vt sit, non necesse est vt sapiat. Quare cum homo possit particeps esse sapientiæ secundum interiorem hominem, secundum seipsum ita est ad imaginem Dei, vt nulla natura interposita formetur, & ideo nihil sit Deo coniunctius. Et sapit enim & viuit & est, qua creatura nihil est melius.

lib. ii. de trin. c. 1.

Quòd si exterior homo vita illa accipitur, qua per corpus sentimus quinque notissimis sensibus, quos cum pecoribus habemus communes: nam & ipsa molestijs sensibilibus quæ persecutionibus ingeruntur, corrumpi potest: non immerito & ipse homo particeps dicitur similitudinis Dei: non solum quia viuit, quod etiam in bestijs apparet, sed amplius quòd ad mentem conuertitur se regentem, quem illustrat sapientia, quod in bestijs non potest ratione carentibus. Corpus quoq; hominis, quia solum inter animalium terrenorum corpora, non pronum in aluum prostratum est, cum sit visibile, & ad intuendum cœlum erectum, quod est principium visibilium: quanquam non sua, sed animæ præsentia viuere cognoscatur, tamen non modo quia est, & inquantum est, utique bonum est: sed etiam quia tale est, vt ad contemplandum cœlum sit aptius, magis hoc ad imaginem & similitudinem Dei, q̃ cætera corpora animalium factum iure videri potest. Tũ quia homo sine vita non recte appellatur, non corpus solũ homo exterior, neq; sola uita, quæ in sensu est corporis, sed utrunque simul rectius fortasse intelligitur. Neque inscite distinguitur, q̃ aliud sit imago & similitudo dei, qui etiam filius dicitur: aliud ad imaginem, & similitudinẽ dei, sicut hominem factum accipimus. Sunt etiam qui non frustra intelligant duo dicta esse, ad imaginem & similitudinem: cum si una res esset, vnum nomen sufficere potuisse asserunt. Sed ad imaginem mentem factam volunt, quæ nulla interposita substantia, ab ipsa ueritate formatur, qui etiam spiritus dicitur: non ille spiritussanctus, qui est eiusdem substantiæ, cuius & pater & filius, sed spiritus hominis. Nam ita hos discernit Apostolus, Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus hominis: & nemo scit quid agatur in deo, nisi spiritus dei. Item de spiritu hominis dicit, Saluum faciat spiritum uestrum, & animam & corpus. Et iste enim factus est à deo, sicut & cætera creatura. Scriptũ est. n. in puerbiis hoc modo, Scito quoniã dominus corda hominũ nouit, & qui finxit spiritum omnibus, ipse scit omnia. Ergo iste spiritus ad imaginem dei nullo dubitante factus accipitur, in quo est intelligentia ueritatis: hęret enim ueritati nulla interposita creatura. Cętera hominis ad similitudinem facta uideri uolunt: quia omnis quidem imago similis est, non autem omne quod simile est, etiam imago proprie, sed forte abusiue dici potest. Sed cauendum in talibus ne quid nimis asseueranter putetur, illa re sanè salubriter custodita, ne quoniam corpus quodlibet per locallia spatia porrectum est, aliquid tale creda tur esse substantia dei. Nam res quæ in parte minor est quàm in toto, nec dignitati animæ conuenit, quanto minus maiestati dei? Diuinæ scripturæ à terreno & humano sensu ad diuinum & cœlestem nos erigentes, vsque ad ea verba descenderunt, quibus inter se stultissimorum etiam vtitur consuetudo. Itaque earum etiam affectionum nomina quas animus noster patitur, quas longissime à deo esse seiunctas iam qui melius sapit intelligit, non dubitauerunt illi viri per quos locutus est spiritussanctus opportunissime in libris ponere. Vt verbi gratia quoniam difficillimum est vt homo aliquid vindicet sine ira, uindictam dei quæ omnino sine perturbatione fit, iram tamen uocandam iudicauerunt. Item quia coniugis castitatem zelando uiri custodire consueuerunt, illam dei prouidentiã per quã præcipitur atq; agitur ne anima corrũpatur & deos alienos sequens quẽadmodo meretricetur, zelũ dei appellauerũt. Sic & manum dei, uim qua operatur: & pedes dei, [illegible] qua in omnia custodienda & gubernanda pertendit: & aures dei uel oculos

1. Retr. cap. 26.

lib. 7. de tri. c. vl.

1. Co. 2. M 1. Th. 5.

Prou. 6 Psal. 32. Tale. li. quid est, alijs tã uerbis.

De eo quod dictũ est, Pœnitet me fecisse homi-nem. q. 52 li. 15 de ciuit. dei. c. 25

A

los dei,vim, qua omnia percipit atq; intelligit:& faciem dei,vim qua se manifestat atque dignoscitur:& cætera in hunc modum, propterea.s.quia nos ad quos sermo fit, & manibus solemus operari,& pedibus incedere & quò fert animus peruenire, & auribus atq; oculis cæterisq; sensibus corporis corporalia percipere, & facie innotescere, & si quid aliud ad hanc tanquam regulam pertinet. Hoc modo igitur quoniam mutare cœptum aliquod & in aliud transferre non facile solemus, nisi pœnitendo, quanquam
B diuina prouidentia serena mente intuentibus appareat cuncta certissimo ordine administrare:accommodatissime tamẽ ad humilem humanam intelligentiam ea quæ incipiunt esse, neq; perseuerant quantum perseueratura sperata sunt, quasi per pœnitẽtiã dei dicuntur ablata. Quisquis duorum te
De auro & argẽto quod ab ægyptijs filij Israel acceperunt. q.53. stamentorum dispensationes, pro temporũ congruentia,generis humani diligenter ætatibus distributas intuetur, satis quantum existimo intelligit quod proprie priori ætati generis humani, quid posteriori conueniat. Diuina.n.prouidentia pulchre omnia moderante, ita vniuersa generationum series ab Adam vsq; ad finem seculi administratur, tanquam vnius hominis à pueritia vsq; ad senectutem temporis sui tractũ ætatis gradibus terminantis. Et ideo virtutum etiam gradus in moribus donec veniatur ad summam hominis perfectamq; virtutem, oportet eum distinguere,qui diuinis lectionibus pie animum intendit: ne forte cum inueniret aliquando paruis parua,aliquãdo maiora maioribus imperari, reputans in cõparatione maiora peccata esse illa quæ minora sunt, non arbitretur decuisse vt talia deus hominibus imperaret. Sed nunc de
C virtutum gradibus nimis longum est disputare. Veruntamen quod ad præsentem quæstionem discutiendam satis est, quantum ad decipiendum attinet,summa & perfecta virtus est neminem decipere, atque illud exhibere quod dictum est, Sit in ore vestro
Matt.5. est, est: non, non: Sed quia hoc eis imperatum est quibus iam regnum cœlorum promissum est: magna autem virtus hęc implere maiora, quibus debetur hoc præmiũ.
Mat.11. Regnum enim cœlorum vim patitur, & qui vim faciunt, diripiunt illud: quærendum est quibus gradibus ad istã summitatẽ perfectionemq; veniatur:in quibus vtique gradibus inueniũtur illi, qbus adhuc terrenum regnum promittebatur, quo promisso tanquam paruuli præluderent, & ab vno deo abũdanter qui est omnium dñs interim terrenis gaudijs, quibus adhuc inhiabant, impetratis,inde proficiẽres & in spiritu succrescentes auderẽt etiam sperare cœlestia. Sicut ergo summa & propè diuina virtus est,neminem decipere: sic vltimum vitium est, quemlibet decipere. Ab hoc vltimo vitio ad illam summam virtutem tendentibus gradus est, neminem quidem, vel amicum, vel ignotum, sed tamen inimicum aliquando decipere. Vnde etiam illud à poeta dictum propriè iam prouerbij consue-D Aene.2.
tudinem obtinuit, Dolus an virtus quis in hoste requirat? Sed quoniam & ipse hostis potest plerunque iniuste decipi, veluti cum pactum aliquod fit de temporali pace, quas inducias vocant, & non seruatur fides, & cætera talia: multo est purgatior summeq; illi virtuti propinquior, qui tanquam velit hostem decipere, non eum tamen decipit nisi authoritate diuina. Deus enim nouit vel solus, vel certe longe excellẽtius quàm homines atque syncerius, qua quisque pœna præmiove sit dignus. Quapropter deus quidem per seipsum neminem decipit, Est enim pater veritatis, & veritas, & spiritus veritatis: dignis tamen digna distribuens, quoniam hoc quoque pertinet ad iustitiam & veritatem, vtitur animis pro meritis & dignitatibus, quæ sunt in gradibus earum, vt si quisquam dignus est decipi, non solum per seipsum eum non decipiat, sed neque per talem hominem, qui iam congruẽter diligit,& custodire persistit,Sit in ore ve- Matt.5.
stro est est,non non: neq; per angelum, cui non conuenit persona fallaciæ: sed aut per talem hominem,qui nondum se huiusmodi cupiditatibus exuit: aut per talem angelum, qui pro suæ voluntatis peruersitate vel ad vindictam peccatorum, vel ad exercitationem purgationemq; eorum, qui secundum E 3.Re.22
deum renascuntur, in infimis naturæ gradibus ordinatus est. Legimus enim deceptũ regem falso vaticinio pseudoprophetarum. Et ita legimus, ut neq; sine diuino iudicio factum inueniamus, quoniam dignus erat ille sic decipi: neque per eum angelum, quem deceptionis officium suscipere non deceret:sed per angelum erroris,qui sibi ultrò tales partes imponi cum lætitia postulauit. Quibusdam enim scripturarum locis apertius aliquid exponitur, quod diligẽs &

& pius lector etiam in alijs locis, in quibus minus aperitur, intelligat. Deus enim noster sic ad salutem animarum diuinos libros spiritusancto moderatus est, vt non solum manifestis pascere, sed etiam obscuris exercere nos vellet. Ex hac igitur ineffabili atque sublimi rerum administratione, quæ fit per diuinam prouidentiam, quasi transcripta est naturalis lex in animam rationalem, vt in ipsa vitæ huius conuersatione moribusque terrenis homines talium distributionum imagines seruent. Hinc est quòd iudex damnatum percutere indignum sua persona & nefarium iudicat, eius tamen iussu hoc facit carnifex, qui pro sua cupiditate sic ordinatus est in
F officio, vt percutiat legum moderatione damnatum, qui posset etiam innocentem sua crudelitate percutere. Nam neque per seipsum hoc iudex facit, neque per principem vel aduocatum, aut aliquem in offi-
lib.1.de Ciui.dei ca.21. & cio suo, cui tale ministerium non conuenienter imponitur. Hinc est etiam, quòd
26 irrationalibus animantibus vtimur ad eas res, quas per homines agi nefarium est. Nam,vtique dignus est lur morsu lacerari: id tamen homo non per seipsum agit, aut per filium, aut per domesticum, aut etiam per famulum suum, sed per carnificem bestiam, quam bestiam talia pro naturæ suæ gradibus decet facere. Cum igitur quosdam pati aliquid deceat, quod alios facere non deceat, ministeria quædam sunt media, quibus digna iniunguntur officia: vt eis vtens ipsa iustitia, non solum talia pati quemque imperet, qualia pati eum decet, sed iam ijs facientibus, quos talia facere non minus decet. Quapropter cum & Aegyptij deceptione digni essent, & populus Israel pro illa ætate generis humani in tali adhuc gradu morum constitutus esset, vt non indigne hostem deciperet: factum est
G vt iuberet deus, vel potius pro illorum cupiditate permitteret, vt vasa aurea & argentea, quibus adhuc terrenæ rei appetitores inhiabant: & peterent ab Aegyptijs non reddituri,& acciperent quasi reddituri.
3.se. dis. Quam & mercedem tam diuturni laboris
37.ca. si atque operis pro talium animarum gradu
vero. non iniustam deus esse voluit, & pœnam
Exod.3. illorum, quos digne f it amittere id, quod reddere debuerunt. Non itaque deus deceptor est, quod credere nefarium & impium est: quis non intelligat? sed meritorum & personarum iustissimus distributor, faciens quædam per seipsum, quæ illo solo digna sunt, eique soli conueniunt: sicuti est illuminare animas, & se ipsum eis ad perfruendum præbendo, sapientes beatasque præstare: alia per seruientem sibi creaturam, integerrimis legibus pro meritis ordinatam, quædam eorum iubens quædam permittens, vsque ad passerum ad- Mat.10.
ministrationem, sicut dominus in Euangelio dicit, & vsque ad fœni decorem, vsque ad numerum etiam capillorum nostrorum diuina prouidentia pertendente atque veniente. De qua etiam dictum est, Per- Sapiẽ.8.
tendit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Quòd autem per animarum ministeria suis legibus seruientia deus puniat, & digne digna supplicia retribuat cum ipse tranquillissimus maneat, apertissime scriptum est Ipsum quo- H
que qui puniri non dẽt, condemnas,& ex- Sapiẽ.12.
terum existimas à tua virtute. Virtus enim tua iustitiæ initium est, & ob hoc quòd omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim tu ostendis, qui non crederis esse in virtute consummatus,sed in ijs qui sciunt audaciam traducis. Tu autem dominus virtutem cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Item quòd primo in terrenis rebus sit gradus ad cœlestem iustitiam, qui iam infirmioribus imperatur,dominus ostendit,cum ait, Si in alieno fideles non fuistis, vestrum quis dabit vobis? Et quòd pro suis gradi- Luc.16.
bus animæ doceantur, & ipse dominus demonstrat dicens, Multa habeo vobis dicere,sed nunc non potestis portare illa. Et A- Ioã.16
postolus cum ait, Et ego fratres non potui 1.Co.3.
vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: lac vobis potum dedi non escam, neque enim poteratis, sed neque adhuc potestis. Adhuc enim estis carnales. Quod enim in istis secundum gradus suos actum est,hoc in vniuerso genere humano agi cognoscimus,vt alia carnali populo,alia spiritali pro temporum congruẽtia iuberentur. Non ergo mirum si hostem decipi dignũ, decipere iussi sunt, qui erant adhuc digni hostem decipere. Non enim iã erant idonei I
qbus diceret Diligite inimicos vestros: sed Luc.6
tales erant quibus tantummõ dicit poterat, Diliges proximũ tuũ,& oderis inimicũ tuũ. Adhuc.n.use proximus q̃ late intelligendus Matt.19
erẽ,nõ erat tẽporis tradere. Inchoatio ergo Deu. 3
quedam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quædã facta est sub pædagogo, vt magistro, perfectio seruaretur: cum tamen idem deus, & pædagogum paruulis dederit legem illã, scilicet per famulum suum, & magisterium grandioribus. i. Euangelium per vnicũ suũ.

De eo qđ scriptũ est, aut non. Omne quod est, aut eodẽ modo semper est, aut non. Et omnis anima omni corpore melior est: Melius est enim omne quod viuificat quàm id quod viuificatur. Corpus autẽ ab anima viuificari, non à corpore animam nemo ambigit. Quod autem corpus non est & tamen aliquid est, aut anima est, aut ea melius aliquid. Deterius enim omni corpore nihil est, quia & si materiam quis dixerit unde ipsum corpus fit, recte, quoniam caret omni specie, nihil dicitur. Rursus inter corpus & animam, quod melius sit corpore, deterius anima, non inuenitur. Si quid enim esset medium aut viuificaretur ab anima, aut viuificaret animam, aut neutrum, Aut uiuificaret corpus, aut viuificaretur à corpore, aut neutrum. At quicquid viuificatur ab anima corpus est, Si quid autem viuificat animam, melius est quàm anima. Rursum quo viuificatur corpus, anima est: quod viuificatur à corpore nihil est. Neutrum uero, id est nullius vitæ indigens, nullamq; vitam tribuens, aut omnino nihil est, aut aliquod corpus est, aut aliquid & corpore & anima melius. Sed utrum qud tale sit in rerum natura alia quæstio est. Nunc interim ratio comperit, nihil inter corpus & animam esse quod sit corpore melius, anima deterius. Quod autem est omni anima melius, id deum dicimus, cui quisquis eum intelligit iunctus est. Quod enim intelligitur uerum est, nec omne quod creditur verum est. Quicquid autem uerum est atq; à sensibus & a mente seiunctum est, credi tantum, non tamen sentiri aut intelligi potest. Deo igitur iunctum est quod intelligit deum. Intelligit autem rationalis anima deum. Nã intelligit quod semper eiusmodi est, neque vllam patitur mutationem. At & corpus per tempus & locos, & anima ipsa rationalis quòd aliquando sapiens, aliquando stulta est mutationẽ patitur. Quod autem semper eodem modo est, melius profecto est quàm id quod non ita est. Nec quicquam est melius rationali anima nisi deus. Cum igitur intelligit aliquid quod semper eodem modo se habet, ipsum sine dubio intelligit. Hæc autem est ipsa veritas, cui quia intelligendo anima rationalis iungitur, & hoc bonum est animæ, recte accipitur, id esse quod dictum est, Mihi autem adhærere Deo bonum est.

1. Retr. cap. 26.

q. 54.

K

L

Denarius numerus potest significare vniuersitatis scientiam. Quæ si ad interiora & intelligibilia referatur, quæ senario numero significatur, fit quasi decies sexies, ta quod est sexaginta. Si ad terrena & corruptibilia, quæ octonario numero significari possunt, fiunt decies octies, quod est octoginta. Reginæ ergo sunt animæ regnantes in intelligibilibus & spiritalibus. Concubinæ quæ mercedem accipiunt terrenorum, de quibus dictum est, Acceperunt mercedem suam. Adolescentulæ quarum non est numerus, quarum non est determinata scientia, & diuersis dogmatibus periclitari possunt: vt numerus, quod dictum est, significet certam & indubitatam confirmationem scientiæ. Sex, nouem, duodecim, decem & octo, hæc in vniuerso fiunt quadragintaquinque. Adde ergo ipsum vnum, fiunt quadragintasex: hoc sexies, fiunt ducenta septuagintasex. Dicitur autem conceptio humana sic procedere & perfici, vt primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequentibus nouem diebus conuertatur in sanguinem, deinde duodecim diebus solidetur, reliquis decem & octo diebus formetur usq; ad perfecta liniamenta omnium membrorum, & hinc iam reliquo tempore vsq; ad tempus partus, magnitudine augeatur. Quadraginta ergo quinq; diebus, addito uno, quod significat summã: quia sex & nouem & duodecim & decẽ & octo in vnũ coactis, fiunt quadragintaquinq;: addito ergo, vt dictum est, vno, fiunt quadragintasex. Qui cũ fuerint multiplicati per ipsum senarium numerũ, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducenti septuagintasex. i. nouem menses & sex dies, qui computantur ab octauo kalen. Aprilis, quo die conceptus dñs creditur, quia eodem die ẽt passus est, vsq; ad octauũ kalendas Ianuarias, quo die natus est. Non ergo absurde quadragintasex annis dicitur fabricatum esse templum, quod corpus eius significabat: ut quot anni fuerint in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis Dominici perfectione.

Psal. 72. De eo qđ scriptũ est, Sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinæ & adolescentularum non est numerus. q. 55.

Cant. 6. Matt. 6.

M

Omnia vestra, vos autem Christi: Christus aũt dei. Si à capite numerẽtur, inueniũtur vnũ, duo, tria, quatuor. Item. Caput mulieris vir, caput viri Christus, caput autem Christi

A

De cẽtũ quinquaginta tribus piscibus quę 1. Co. 13. 1. Co. 11.

Christi deus. Si eodem modo numerentur, inueniuntur similiter vnũ, duo, tria & quatuor. Porrò vnum & duo & tria & quatuor simul ducta, fiunt decẽ. Quapropter disciplinã quę insinuat conditorẽ deũ, & conditam creaturam, recte significat denarius numerus. Et cũ corpus perfectum atq; inextermi nabile subdat animæ perfectæ atq; inexterminabili, rursusq; ipsa subdatur Chro, & ille deo, non tanquã dissimilis aut alterius naturæ, sed tanquã patri filius, hoc totum eodẽ numero denario recte significatur, qđ post resurrectionẽ corporis speratur futurum in æternum. Et fortasse propterea qui conducuntur ad vineã, denarium accipiunt mercedis nomine. Sicut aũt vnũ & duo & tria & quatuor simul decem fiunt, sic vnum & duo & tria & quatuor quater ducta quadraginta fiunt. Si autem quaternarius numerus recte corpus significat, propter quatuor notissimas naturas, quibus constat: siccam & humidam, frigidam & calidam. & q̃ progressio à puncto ad longitudinem, à longitudine ad latitudinem, à latitudine ad altitudinem soliditatem corporis facit, quæ rursus quaternario numero continetur, non absurde intelligitur quadragenarius numerus tẽporalem dispensationem significare, quæ ꝓ salute nostra gesta est, cum dominus corpus assumpsit, & visibiliter hominibus apparere dignatus est. Vnum. n. duo & tria & quatuor, quæ significant creatorem & creaturã, quater ducta est. i. per corpus temporaliter demonstrata, fiunt quadraginta. Nã inter quatuor & quater hoc inter est, q̃ quatuor in statu sunt, quater in motu. Ergo vt quatuor referuntur ad corpus, ita quater refertur ad tempus, insinuaturq; sacramẽtum corporaliter & temporaliter gestũ, propter eos qui corporum amore implicati erant, & temporibus subditi. Quadragenarius ergo numerus, vt dictum est, temporalem ipsam dispensationem non incongrue significare creditur. Et fortasse hoc est quòd quadraginta dies dominus iciunauit, seculi huius quod motu corporum & temporibus agitur, ostẽdens inopiam: & quadraginta dies post resurrectionem cum discipulis fuit, hanc ipsam illis credo dispensationem temporalem, quam pro salute nostra, gesit, insinuans. Quadragenarius auteꝫ numerus, partibus suis, quæ illum metiuntur, computatis, vsq; ad quinquagenarium numerum peruenit:

B

lib. 7. de Genesi ad literã ca. 21.

Matt. 4.

Acto. 1.

C

idipsum commendans, quandoquidem ipsæ partes, quæ illum metiuntur, æquales inter se sunt, quia cum æquitate administrata, corporalis & visibilis temporaliter actio, perfectionem homini comparat. Quæ perfectio, sicut dictum est, denario numero significat: sicut quadragenarius numerus, ęqualibus suis partibus in summam redactis, denarium numerum parit, qm̃ ad quinquagenarium sicut supra scriptum est, peruenit: Vnum. n. quod habent quadraginta quadragies, & duo quod habent vicies, & quatuor quod habent decies, & quinque quod habent octies, & octo quod habẽt quinquies, & decem quod habent quater, & viginti quod habent bis, simul ducta fiunt quinquaginta. Nullus enim alius numerus metiri per partes æquales quadragenarium numerum potest, præter hos quos enumerauimus, & computatos ad quinquagenarium numerum duximus. Peractis ergo dominus quadraginta diebus post resurrectionem cũ discipulis suis, id est, commendans eis quod pro nobis temporaliter gestum est, ascendit in cœlum: & post alios decem dies misit spiritumsanctum, quo perficeretur spiritaliter ad inuisibilia capienda: qui visibilibus temporalibus crediderunt, Ipsis videlicet decẽ diebus post quos misit spiritumsanctum, eandem perfectionem quæ per spiritumsanctum confertur denario numero indicans. Quem quadragenarius, computatis æqualibus partibus suis ædit, & fit quinquagenarius: sicut temporali dispensatione cum ęqualitate administrata peruenit ad pfectionem, quam denarius numerus significat, qui denarius simul cum quadragenario quinquagenarium facit. Ergo quoniam perfectio quæ fit per spiritumsanctum, quandiu adhuc in carne ambulamus, quamuis non viamus carnaliter, cum ipsa dispensatione temporali copulatur, recte videtur quinquagenarius numerus ad ecclesiam pertinere, sed iam purgatam atque perfectam: quæ temporalis dispensationis fidem atque æternitatis futuræ spem charitate amplexatur, id est, quasi quadragenarium numerum denario numero copulans. Hæc autem Ecclesia ad quam pertinet quinquagenarius numerus, siue quia ex tribus generibus hominum eliquatus, Iudæis & gentibus & carnalibus Christiani siue quia sacramento trinitatis imbuitur, numero quo significatur ter du-

Acto. 1.

D

E

Universidad de Deusto
Biblioteca

cto,ad centenariũ, quinquagenariũ peruenit:quinquaginta enim ter ducta fiunt centum quinquaginta, quò cum addideris ipsa tria, quia insigne & eminens debet esse qđ in nomine patris & filij & spiritussancti lauacro regenerationis abluitur, fiunt centũ
Ioã. 21. quinquagintatres. Qui numerus piscium
Mat. 13. inuenitur, quia in dexteram partem missa sunt retia, & ideo magnos,id est,perfectos, & regno cœlorum aptos habet.Nã illa similitudo reticuli non in dexteram missi,simul cepit bonos & malos qui separantur in litore. Nunc enim intra retia præceptorum, & sacramentorum dei, in Ecclesia, quæ nunc est,simul boni maliq; versantur. Fiet autẽ separatio in fine seculi tanquam in fine maris, id est, in litore. cum regnant iusti pri-
Apo. 11. mo temporaliter, sicut in Apocalypsi scriptum est, deinde in æternum in illa ciuitate, quę ibi describitur, vbi iam conquiescente dispensatione temporali,quæ quadragenario numero significatur, denarius remanet,
Istud q̃- quam mercedem sancti qui operantur in vi
dam exẽ nea percepturi sunt. Potest etiam si nu-
plaria merus iste consyderetur, occurrere ad Ec-
non ha- clesiæ sanctitatem, quæ per dominum no-
bent hic strum Iesum Christum facta est: vt quo-
sed i fine niam septenario numero creatura constat;
operis. cum ternarius animæ & quaternarius cor-
F poris tribuitur, susceptio ipsa hominis ducatur ad tria septies: quia, & pater misit filium,& pater in filio est,& dono spiritussancti de virgine natus est: & sunt tria,pater & filius & spiritussanctus. Septies autem ipse homo temporali dispensatione susceptus est vt fieret sempiternus. Fit ergo summa numeri viginti vnum, id est, tria septies. Hęc autem hominis susceptio ad liberationem valuit Ecclesię,cui caput est Christus, At ipsa Ecclesia propter animam & corpus in eodem septenario numero reperitur. Dcuntur itaq; viginti vnum septies propter eos qui per diuinum hominem liberantur, & fiunt centum quadraginta septem. Cui additur senarius numerus signũ perfectionis, quia partibus suis, quæ illum metiuntur, constat, ita vt nihil minus nihilq; amplius inueniatur.Metitur quippe illum vnũ quod habet sexies, & duo quæ habet ter, & tria quæ bis habet: quæ simul ducta,vnum & duo & tria, sex fiunt. Quod fortasse ad illum etiam sacramentum pertinet, quòd deus sexta die perfecit omnia opera sua. Ad centum ergo & quadraginta septem cũ sex addideris, quod est signum perfectionis,fiũt G
centum quinquaginta tria. Qui numerus piscium inuenitur, posteaquam iussu domini in dexterã partẽ missa sunt retia, vbi peccatores qui ad ad sinistram pertinẽt nõ inueniuntur. Ioannes Baptista, considerata scriptura quæ de illo in Euangelio legi De scie
tur,multis probabilibus documentis nõ ab- ne Bapt
surde credatur prophetiæ gestare personã, ista.
& eo maxime quòd de illo dominus dicit, q.58.
Plusquam Propheta. Hic siquidem totius prophetiæ, quæ ab exordio generis humani vsq; ad aduentum dñi de domino facta est, Mat.11.
imaginẽ gestat.Est autem Euangelij persona in ipso domino quæ per prophetiam prę nunciabatur, cuius augetur prædicatio per vniuersum orbem terrarum ab ipso dñi aduentu. Prophetia aũt minuitur postquã id quod prænunciabat aduenit.Itaq; dominus dicit, Lex & Prophetæ ad Ioannem Baptistam,ab hinc regnũ dei prædicatur. Et Ioã Luc.16.
nes ipse,illum, inquit, oportet crescere, me Ioan.3.
autem minui. Quod & diebus quibus nati sunt, & mortibus quibus passi sunt figuratũ est. Nascitur nanq; Ioannes,ex quo dies incipiunt minui: nascitur dominus,ex quo dies incipiunt crescere. Capite ille minuit, dum occiditur:hic uero attollitur in crucẽ. Postquam ergo prophetia ipsa in Ioanne cõstituta, digito ostendit præsentem, quem H
venturum ab exordio generis humani,cetinerat, incipit minui,atq; inde crescere prædicatio regni dei. Et ideo baptizauit Ioannes in pœnitentiam: finitur enim vetus vita vsq; ad pœnitentiam, atque inde incipit noua. Non autem tantum in ijs qui ꝓ- Matt. 3.
prie prophetæ appellati sunt,sed in ipsa veteris testamenti historia prophetia non silere colligitur, ab eis qui pie quærunt,& ad hæc inuestiganda diuinitus adiuuantur. Maxime tamen euidentioribus rerum figuris apparet: quòd Abel iustus à fratre interficitur, & dominus à Iudæis: quòd arca Noe, Gene.4.
tanquam in diluuio seculi Ecclesia, guber- Gene.7.
natur: quòd Isaac immolandus deo dicitur, Ge. 22.
& aries pro illo in sentibus tanquam crucifixus agnoscitur: quod in duobus Abrahæ filijs,vno de ancilla,altero de libera,duo testamenta intelliguntur: ꝙ duo populi in Gala.4.
minis,Esau scilicet præmonstrantur: quòd Ioseph à fratribus persecutionem passus, ab alienis honorat: sicut dominus Iudęis per- Ge. 25.
sequen- Ge. 45.

sequentibus, apud gentes clarificatus est. Longum est cõmemorare singula, cum ita concludat Apostolus, & dicat. Hæc aũt in I
figura cõtingebant eis, scripta sunt aũt ꝓ 1.Co.10
nos,in quos fines seculorũ deuenit.Finis autem seculorũ tanquam senectus veteris hominis, cum totum genus humanum tanquã vnum hominem constituerit, sexta ætate signatur,qua dñs venit.Sunt enim ætates sex etiam in vno homine:infantia,pueritia,adolescentia,iuuentus,grauitas,& senectus.Pri- lib.de Genesi contra Manic. ca.23.
ma itaq; generis humani ætas est ab Adam vsque ad Noe. Secunda à Noe vsque ad Abrahã, qui articuli sunt euidentissimi & notissimi. Tertia ab Abraham vsq; ad Da- Matt. 1.
uid: sic enim Matthæus Euangelista partitur. Quarta à Dauid vsque ad transmigrationem in Babyloniam. Quinta à transmigratione in Babyloniam vsq; ad aduentum domini. Sexta ab aduentu dñi vsq; in finem
1.Co.4. seculi speranda est: qua exterior homo tanquam senectute corrumpitur, qui etiam vetus dicitur, & interior renouatur de die in diem. Inde requies sempiterna est, quæ significatur sabbato. Huic rei congruit quòd homo sexto die factus est ad imaginem & si- Gene.1.
militudinem dei. Nemo autem ignorat hominum vitam iam aliquid administrantem, K
cognitione & actione fulciri: nam & actio temeraria est sine cognitione, & sine actione ignaua cognitio. Sed prima vita hominis, cui nulla administratio recte creditur, quinque sensibus corporis dedita est: qui sunt visus,auditus, olfactus, gustus,tactus. Et ideo duæ primæ ætates generis humani denis generationibus definiuntur, tanquam infantia & pueritia: quinario,scilicet geminato,quoniam generatio vtroque sexu propagatur. Sunt ergo generationes decem ab Adam vsque ad Noe, & inde vsque ad Abraham aliæ decem,quas duas ætates infantiam & pueritiam generis humani esse diximus. Adolescentia vero & iuuentus & grauitas,id est,ab Abraham vsque ad Dauid,& inde vsq; ad transmigrationem in Babyloniam, & inde vlque ad aduentum dñi,quatuordenis generationibus figurantur:septenario geminato ad eandem generationem vtriusque sexus,cum quinario qui est in sensibus corporis,actio & cognitio addita fuerit.Senectus autem solet etiam tantum tene re temporis, quantũ reliquæ omnes ætates. Nam cum à sexagesimo anno senectus dicatur incipere, & possit humana vita usque ad centum viginti annos peruenire,manifestum est solã senectutẽ posse tam longã esse, q̃ omnes ætates cæteræ priores sunt. Aetas L
igitur vltima generis humani, quæ incipit à dñi aduentu, vsq; in finem seculi quibus generationibus computetur incertum est: & hoc vtiliter deus voluit latere, sicut in Euangelio scriptũ est,& Apostolus attesta- Mat.24.
tur dicens, dié dñi tanquã furẽ in nocte esse 1.The.5
venturum. Sed tũ sexta ętate visitatum esse genus humanum humili dñi aduentu,superius distinctis generationibus edocet. Qua visitatione incepit manifestari prophetia, quæ superioribus quinq; ætatibus latuit:cuius Prophetiæ personam quoniam Ioannes gestabat,vt supra dictum est,ideo ex senibus parentibus nascitur,tanquam senescente seculo prophetia illa innotescere incipiat: & quinq; mensibus se occultat mater eius, sicut scriptum est.Occultabat se Elizabet mẽ- Lucæ.2.
sibus quinq;. Sexto autem mense visitatur à Maria matre dñi,& exultans infans in vtero eius, tanquam primo aduentu dñi quo in humilitate apparere dignatus est,prophetia manifestari incipiat. Sed tanquam in vtero, id est nondum tam euidenter vt omnes sicut in lucem manifestum esse fateantur: quod futurum credimus secundo aduentu domini,quo in claritate venturus est: cuius aduentus præcursor speratur Helias, sicut huius Ioannes fuit. Et ideo dicitur à dño, Helias iam venit,& multa ei homines fece- M
runt, & si vultis scire ipse est Ioannes Ba- Mat.17.
ptista,qui venturus est. Quia in eodem spiritu & in eadem virtute,& tanquam præcedentis præconis officio & hic iam venit, & ille venturus est. Propterea & istum Ioannem per spiritum quo pater eius vates impletus est, dicitur præcursorem dñi futurũ in spiritu & virtute Heliæ. Peractis autem Maria cum Elizabet mensibus tribus,discedit. Quo numero mihi videtur significari Lucę.1.
fides trinitatis, & baptisma in nomine patris & filij & spiritussancti, quo per humilem dñi aduentum genus humanum imbuitur, & futuro aduentu claritatis eius excolitur. Inter parabolas à dño dictas solet De decẽ
quærentes multum exercere ista quæ de de- virginicem virginibus posita est. Et multi quidem bus.
hinc multa senserunt: quæ non sunt præter q.59.
fidem: sed quomodo partibus omnibus eius conueniat expositio id elaborandum est. Legi iam in quadam scriptura ex earum genere quæ apocryphæ nominantur,

non quòd sit contra catholicam fidem, sed huic loco mihi minus congruere visa est, A cōsideranti omnes huius similitudinis partes. De qua tū expositione temere nihil audeo iudicare, ne forte non eius inconueniētia mihi angustias fecerit, sed mea tarditas in ea conuenientiam non inuenerit. Quid autem mihi videatur non absurde hoc loco accipi, quantum potero breuiter & diligenter exponam. Interrogatus igitur dominus noster secreto à discipulis de consummatione seculi, inter multa alia quæ locutus est, Mat.25. hoc quoq; dixit, Tunc simile æstimabitur regnum cœlorum decem virginibus quæ acceperunt lampades suas & venerunt obuiam sponso. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus suis, non sumpserunt oleum secū, Prudentes aūt acceperunt oleū secum in vasis suis cum lampadibus. Tardāte autem sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, surgite obuiam ei: Tunc surrexerunt virgines illæ, & aptauerunt lampades suas. Et dixerunt illæ stultæ ad sapientes. Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Rūderunt autem sapientes dicentes, Ne forte nō sufficiat nobis & vobis, ite potius ad venden B tes, & emite uobis. Et dum irent emere, venit sponsus, & quæ paratæ erant intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissime aūt veniunt & reliquæ virgines dicentes, Dñe, dñe, aperi nobis. At ille respondens ait, Amen dico vobis, Nescio vos. Vigilate ergo, quia nescitis diem neq; horā. Decem vtiq; numerus virginum, quarum quinq; admittuntur, quinq; excluduntur, bonorum & malorum discretionem significat. Quapropter si uirginitatis nomen honorabile est, cur receptis exclusisq; commune est? Deinde quid sibi uult numerus in vtraq; parte quinarius? Quid autem significat oleum, mirum videtur. Item q̄ sapientes petentibus non cōmunicant: cum & inuidere fas non sit eas quæ ita perfectæ sunt, vt à sponso recipiantur, quo nomine nullo dubitāte dūs Iesus Christus significatur: & misericordes esse oporteat ad præstandum ex eo, quod habent, præscribente illa sententia eiusdem dñi dicentis, Omni pascenti te Luc.6. tribue. Quid est aūt quod posit dando non sufficere vtrisq;? Hæc maxime exigent quæstionis difficultatem, quanquam & cætera diligenter considerata, ut omnia in unam rationem concurrant, nihilq; in vnam partē dicatur quod impediat aliam, magna cautio C, adhibenda est. Videntur itaq; mihi quinq; virgines significare quinquepertitam continentiam à carnis illecebris. Continendus est enim animi appetitus à voluptate oculorum, à voluptate aurium, à voluptate olfaciendi, gustandi, tangendi. Sed ista continentia partim coram deo fit, vt illi placeatur in interiori gaudio conscientiæ, partim coram hominibus tantum, vt gloria humana capiatur, quinque dicuntur, sapientes, & quinque stultæ: vtræque tamen virgines, quia vtraque continentia est, quanuis diuerso fomite gaudeant. Lampades aūtem sunt quia manibus gestantur, opera quæ secundum continentiam istam fiunt. Dictum est Matt.5. autem, Luceant opera vestra coram hominibus: Omnes vero acceperunt lampades suas & venerunt obuiam sponso. Intelligendum est ergo Christi nomine cēseri de quibus agitur, Non enim possunt qui Christiani non sunt, spōso Christo venire obuiam. Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus suis, non sumpserunt oleū secum. Multa enim quanuis de Christi bonitate plurimum sperent, gaudium tamen non habent, dum continenter non viuunt, nisi in laudibus hominum. Non ergo habent oleum secum, Nam ipsam lætitiā oleo significari arbitror. Pro- D Psal.44. pterea vnxit, inquit, te deus deus tuus oleo exultationis. Qui autem non propterea gaudet quia deo intrinsecus placet, non habet oleum secum. Prudentes autem acceperunt secum oleum in uasis suis cum lampadibus, id est, lætitiam bonorum operum in corde atque conscientia posuerunt, Sicut Apostolus monet, Probet autem se homo, inquit, Gala.6. & tunc in semetipso habebit gloriā, & non in altero. Tardante vero sponso dormitauerunt omnes, quia ex utroque genere continentium hominum, siue eorum qui coram deo exultant, siue eorum qui in laudibus hominum acquiescunt, moriuntur hoc interuallo temporis, donec sub aduentu dñi fiat resurrectio mortuorum. Media autem nocte, i. nullo sciente aut sperante, quippe Mat.24. cum ipse dominus dicat, De die autem illa 1.Thes.5 & hora nemo scit: Et Apostolus, Dies domini tanquam fur in nocte ita ueniet: ex quo significatur eum penitus latere cum venerit: clamor factus est, Ecce spōsus uenit, fur- 1.Co.15. gite obuiam ei. In ictu oculi & in nouissima

ma turba oēs resurgemus. Ergo surrexerūt 1.Co.5. oēs virgines illæ, & aptauerūt lāpades suas, E id est, rationes reddendas operum suorum. Oportet.n.nos exhiberi ante tribunal Christi, vt illic recipiat vnusquisque quod gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Et dixerunt stultæ ad sapientes, Date nobis de oleo vestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Quorum.n.facta aliena laude fulciuntur, eadem subtracta deficiunt, & de consuetudine id semper inquirunt vnde gaudere animus solet. Itaq; hominum qui corda nō vident, testimonium volunt habere apud deum qui cordis inspector est. Sed quid respōderūt sapientes? Ne forte sufficiat nobis & vobis. Vnusquisq;.n.pro se rationem reddet, nec alieno testimonio quisquam adiuuatur apud deum, cui secreta cordis apparent, & vix sibi quisq; sufficit, vt ei testimonium Pro.20. perhibeat cōsciētia sua. Quis enim gloria- 1.Co.4. bitur mundum se habere cor? Inde est quod Apostolus ait. Mihi autem minimum est vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; memetipsum iudico. Quapropter cum de seipso quisq; aut non omnino aut uix possit ueram ferre sententiam, quo potest de alio iudicare, cum sciat nemo quid agatur in ho- 1.Co.2. mine nisi spiritus hominis? Ite magis ad vē- F dentes & emitte vobis. Non consilium dedisse putandę sunt, sed crimen earum ex obliquo commemorasse. Vendunt enim oleū adulatores, qui siue falsa, siue ignorata laudando, animas in errorem mittunt, & eis vana gaudia tanquam fatuis conciliando, aliquam de his mercedem, siue ciborum, siue pecuniæ, siue honoris, siue alicuius commodi temporalis accipiunt, non intelligentes Esa.3. quod dictum est, Qui vos fœlices dicunt, in errorem vos mittunt. Melius est autem ob- Ps.140. iurgari à iusto quàm à peccatore laudari. Emendabit me, inquit, iustus in misericordia & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ite ergo magis ad vendentes, & emite vobis, id est, videamus nunc quid vos adiuuant qui vobis laudes vendere consueuerunt & vos in errorem inducere, vt non coram deo, sed ab hominibus gloriam quæreretis. Euntibus autem illis emere, venit sponsus, id est, inclinātibus se illis in ea quæ foris sunt, & solitis gaudere quærentibus, quia gaudia interna non nouerant, venit ille qui iudicat. Et quæ paratæ erant, id est, quibus bonum coram deo testimonium conscientia perhibebat: intrauerunt cum eo ad nuptias, id est, vbi munda anima, puro & perfecto sempiternoq; dei uerbo fœcūdata copulatur. Et clausa est ianua, id est, receptis illis qui sunt in angelicam uitam immutandi. Omnes enim, G inquit, resurgemus, sed non omnes immu- 1.Co.15 tabimur: clausus est aditus ad regnum cœlorum. Non enim post iudicium patet precum, aut meritorū locus. Nouissime autem uentunt, & reliquæ virgines, dicentes, Domine, dñe aperi nobis. Non dictum est q̄ emerint oleum, & ideo intelligendæ sunt nullo iā remanente de alienis laudibus gaudio, in angustijs & magnis afflictionibus redire ad implorationem dei. Sed magna est eius seueritas post iudicium, cuius ante iudicium ineffabilis misericordia prærogata est. Itaq; respondens ait, Amen dico uobis, quòd nescio uos: Ex illa scilicet regula qua non habet ars dei, hoc est sapientia dei, ut intrent in gaudium eius, qui non corā deo, sed ut placerent hominibus, uisi sunt aliquid secundum præceptum eius operari. Atque ita concludit, Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam. Non modo illius ultimi temporis quo uenturus est sponsus, sed suæ quisque diem dormitionis & horam nescit. Quisquis autem paratus est vsque ad somnum: id est, usque ad mortem quæ omnibus debetur, paratus etiam inuenietur cū illa uox media nocte sonuerit qua omnes H euigilaturi sunt. Quod uero sponso dixit obuiam uenire uirgines: sic intelligendum puto ut ex ipsis uirginibus constet ea quæ dicitur sponsa: tanquā si omnibus Christianis in Ecclesiam concurrentibus filij ad matrem concurrere dicantur, cum ex ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater. Nunc enim desponsata est Ecclesia, & uirgo est ad nuptias perducenda: id est, cum se continet à corruptione seculari. Illo autem tempore nubet, cum vniuersa mortalitate in ea pereunte, immortali coniunctio- 1.Co.11 ne fruetur. Desponsaui, inquit, uos uni uiro uirginē castam exhibere Christo. Vos, inquit, uirginem à plurali ad singularē concludens, Ideo & uirgines dici possunt & uirgo. Cur autem quinq; dictæ sint, ut mihi uidetur expositum est. Sed uidemus nunc in 1.Co.13 ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Et nunc ex parte, tunc autē ex toto. Ipsum autem in ænigmate & ex parte nunc in scriptu ris aliqu cernere, quod tū sit secundum catholicam fidem ex illo pignore contingit,

quod accepit virgo Ecclesia humili aduen-
I tu sponsi sui. Quæ illi vltimo aduentu cum
2.Co.1. veniet in claritate nuptura est, cum iam facie
ad faciem contuebitur. Dedit enim nobis
pignus spiritum sanctum, sicut dicit Apo-
stolus. Et ideo ista exposititio nihil certum
De die intuetur, nisi vt secundum fidem sit, neque
autē illo alijs præiudicat qui eam nihilominus secun
& hora dum fidem exponere potuerint. Sicut sci-
nemo re deus dicitur etiam cum scientem facit, si-
scit neq; cut scriptum est, Tentat vos dñs deus vester
angeli vt sciat si diligatis eum. Non enim sic dictū
cœlorū est hoc, quasi nesciat deus, sed vt ipsi sciant
neq; fi- quantum in domini dilectione profecerint,
lius ho- quod nisi tentationibus quę accidunt, non
minis, ni plene ab hominibus agnoscitur. Et ipsum
si pr̄ so- tentat, pro eo positum est quòd tentari sinit.
lus.q.60 Sic & cum dicitur, nescire: aut pro eo dici-
Mat.25. tur, quod non approbat: id est in disciplina
De eo & doctrina sua non agnoscit, sicut dictum
qd̄ scri- est, Nescio vos: aut pro eo quòd utiliter ne-
ptū est, scientes facit, id quod scire inutile est. Ideo
in Euan- bene accipitur, id quod dictum est, solum
gelio, tur scire patrem: sic dictum esse, quia facit filium
bas dūm scire: Et quod dictum est, nescire filium: sic
in mōte dictum esse, quia facit nescire homines: id
pauisse est non prodit eis quod inutiliter scirent.
de quin- Quinq; panes hordeacei quibus in mon-
que pa- te dominus turbas pauit, significāt ueterem
nib.q.61 legem, Siue quia nondum spiritalibus, sed
K adhuc carnalibus data est: id est quinque
corporis sensibus deditis, nam & ipsæ tur-
bæ quinque milia hominum fuerunt, Siue
quia per Moysen lex data est, Moyses enim
quinq; libros scripsit. Et quòd hordeacei e-
rant panes, bene significant, vel ipsam legē,
quæ ita data erat, vt in ea vitale animæ ali-
mentum corporalibus sacramentis obtege-
retur: hordei enim medulla tenacissima pa-
lea tegitur. Vel ipsum populum nondum
expoliatum carnali desiderio, quòd tanquā
palea cordi eius inhærebat, id est, nondum
corde circuncisum, ita ut nec triturationē
tribulationem cum per deserta quadragin-
ta annis duceretur, intellectu reuelato car-
nalia integumenta deponeret, sicut nec hor
deum areæ tritura illo paleari tegmine exui
tur. Itaque illi populo congruenter lex ta-
3.Retra lis data est. Duo autem pisces qui saporem
26. suauem pani dabant, duas illas personas vi-
dentur significare quibus populus ille rege-
batur, vt per eas consiliorum moderamen
acciperet, regiam scilicet & sac dotalem,
ad quas etiam sacrosancta illa vnctio perti-
nebat. Quarum officium erat procellis ac
fluctibus popularibus nunquam frangi at-
que corrumpi, & violentas turbarum con- L
tradictiones tanquam aduersantes vndas
sæpe dirumpere, interdum eis custodita sua
integritate cedere, prorsus more piscium tā-
quam in procelloso mari, sic in turbulenta
populi administratione versari. Quæ ta-
men duæ personæ dominum nostrum præfi
gurabant. Ambas enim solus ille sustinuit,
& non figurate sed proprie solus impleuit.
Nam & rex noster est Iesus Christus qui
nobis pugnandi & vincendi demonstrauit
exemplum, in carne mortali peccata no-
stra suscipiens, tentationibus inimici, ne-
que illecebrosis, neque terribilibus cedens.
postremo exuens se carne, principatus & po
testates expolians fiducialiter, & triumphās Coloss.
eas in semetipso. Itaque ipso duce ab oneri-
bus & laboribus huius peregrinationis no-
stræ tanquā ab Aegypto liberamur, & per-
sequentia nos peccata sacramento baptismā-
tis nobis euadentibus obruuntur, & quan-
diu in spe sumus eius promissionis quam
nondum videmus, tanquam per deserta duci
mur, cōsolante nos in sanctis scripturis uer-
bo dei, sicut illos manna de cœlo. Et eodem
ipso duce in Hierusalem cœlestem, tanquā
in terram promissionis introduci nos posse
præsumimus, & in æternū ibi regnante ipso M
& custodiente seruari. Ita dūs noster Iesus Ps. 109.
Christus ostenditur rex noster. Ipse est
etiam sacerdos noster in æternum secundū
ordinem Melchisedech, qui seipsum obtulit
holocaustum pro peccatis nostris, & eius sa-
crificij similitudinem celebrandam in suæ
passionis memoriam commendauit, vt il-
lud quod Melchisedech obtulit deo iam per
totum orbem terrarum in Christi Ecclesia
videamus offerri. Ergo qm̄ rex noster pec-
cata nostra suscepit, vt nobis pugnādi & vin
cendi demonstraret exemplum, eorundem
peccatorum susceptionem regiamque per-
sonam Matthæus Euangelista significans, Matt. 1.
generationem eius quæ est secundum car-
nem ab Abraham suscipiens, qui pater est
populi fidelis, & successionem prolis deor-
sum uersus enumerans peruenit ad Dauid,
in quo regni stabilimentum manifestissi-
mum apparet: atque inde per Salomonem,
natum de illa in qua pater eius peccauerat,
stirpem regiam pr..ecutus vsque ad gene-
rationem domini perduxit. Lucas vero a- Luc. 3.
lius Euangelista, quoniam & ipse generā-
tionem

tionem domini, quæ secundum carnem est,
sed in sacerdotali persona explicādam suscē-
pit, ad quā personam pertinet mundatio, &
abolitio peccatorum, non à principio libri,
A sicut Matthæus, sed ab illo loco vbi baptiza-
tus est Iesus, vbi peccatorum nostrorū mū-
dationē præfiguravit, incipit parentum eius
originem gradatim prosequi, neq; deorsum
versus, sicut ille qui eum ad susceptionem
peccatorum tanquam descendentem osten-
debat, sed sursum versus tanquā is qui eum
post abolitionem peccatorū tanquam ascē-
dentem insinuabat, nec eos parentes quos il-
le nominans. Alia enim erat origo sacerdota
lis, quæ per vnum ex filijs Dauid, sicuti assō
let de tribu sacerdotali matrimonium sortiē
tem, effecerat, vt Maria de vtraque tribu,
Luc. 2. ideſt de regia & sacerdotali cognationē duceret. Nam & quādo censiti sunt Ioseph &
Maria, scriptū est eos fuisse de domo .i. de
Luc. 1. genere Dauid. Et Elizabeth quæ nihilomi-
Matt.1. nus cognata Mariæ scribitur, erat de tribu
1.Re.26 sacerdotali. Sicut autem Matthæus, tanquā
descendentem ad suscipienda peccata nostra
regem Christum insinuans, per Salomonē
à Dauid descendit, quia Salomon de illa in
qua Dauid peccauerat natus est: ita Lucas
qui tanquam ascendentem post abolitio-
nem peccatorum sacerdotem Christum in-
sinuat, per Nathan ascendit ad Dauid, quia
B Nathan Prophetā missus fuerat, cuius cor-
reptione Dauid ipsius peccati abolitionem
pœnitendo impetrauit. Itaque posteaquam
transijt Lucas personam Dauid, non dissō-
nat à Matthæo in nominibus generatorū.
Nam eos nominat ascendens à Dauid vsq;
ad Abraham, quos ille descendens ab Abra-
ham vsq; ad Dauid. A Dauid enim in duas
familias, regiam & sacerdotalem origo illa
distributa est: quarum duarum familiarum,
sicut dictum est, regiam descendens Mat-
thæus, sacerdotalem ascendens Lucas secu-
tus est: vt dominus noster Iesus Christus
rex & sacerdos noster & cognationem duce
ret de stirpe sacerdotali, & non esset tamen
de tribu sacerdotali, hoc est de tribu Leui,
sed esset de tribu Iuda, hoc est de tribu Da-
uid, ex qua tribu nemo intendit altari. Ideo
& filius Dauid maxime dicitur secundum
carnem, quia & Lucas ascendens & Mat-
thæus descendens, in Dauid sibi obuiam fa-
cti sunt. Oportebat enim vt euacuaturus sa-
crificia, quæ secundum ordinem Aaron in
Leuitico sacerdotio fiebant, non esset de tri-
bu Leui, ne ad ipsam tribum, & ad ipsum sa-
cerdotium quod temporaliter vmbra erat
futuri, pertinere videretur mundatio peccā-
torum: quā dominus oblatione holocausti
sui, quod in veteri sacerdotio figurabatur,
impleuit: & holocausti eius imaginē ad me- C
moriam passionis suæ in Ecclesia celebran-
dam dedit, vt esset sacerdos in æternum non Ps.109.
secūdum ordinem Aaron, sed secundum or-
dinem Melchisedech. Cuius rei sacramen-
tum diligentius adhuc considerari potest.
Sed propter duos pisces in quibus duas pso
nas regiam & sacerdotalem figuratas esse di
ximus, hactenus hinc tractatum esse suffi-
ciat. Quod autem super fœnum turba illa
discubuit, significat eos qui testamentum ve
tus acceperant, quia regnū eiusdem tempo-
rale & Hierusalē temporalis promittebat,
in spe carnali collocatos fuisse. Omnis enim
caro fœnum, & claritas hominis vt flos fœ- Esa. 40.
ni. Quod autē de reliquijs fragmentorum
duodecim cophini bucellarum repleti sunt,
significabat de ipsius legis adapertione & di
sputatione quam Iudæi reliquerant & defer
uerant repletos fuisse discipulos domini, in
quibus duodenarius numerus principatum
tenet. Nondum enim erat scriptura noui te
stamenti quando dominus quasi frangendo
& aperiendo quod durum & clausum erat
in lege discipulos impleuit, cum eis post re-
surrectionem aperuit scripturas veteres, in-
cipiens à Moyse & omnibus Prophetis, in- D
terpretans illis in omnibus scripturis quæ Luc.24.
de ipso erant. Nam & tunc eum duo illorū
in panis fractione cognouerunt. Et ideo se-
cunda pastio populi quæ de septem panibus
facta est, ad noui testamenti prædicationem
recte intelligitur pertinere. Nō enim ab ali-
quo Euangelista dictum est, quòd isti panes
hordeacei fuerint sicut de illis quinq; dixit
Ioannes. Hæc ergo pastio de panibus septē
ad gratiam pertinet Ecclesiæ, quæ notissima
illa septenaria sanctispiritus operatione co-
gnoscitur. Et ideo non hic duo pisces fuis-
se scribuntur, sicut in veteri lege vbi duo
soli vngebantur, rex & sacerdos: sed pau-
ci pisces, ideſt qui primi domino Iesu Chri
sto crediderunt, & in eius nomine vncti
sunt: & missi ad prædicationem Euangelij,
& ad sustinendum turbulentum mare hu-
ius seculi, vt pro ipso magno pisce, ideſt pro
Christo legatione fungerentur, sicut Pau-
lus Apo..lus dicit. Neque in ipsa turba 2.Co.5.
quinque milia hominum fuerunt, sicut illic

vbi carnales legem accipientes, ideſt quinq; ſenſibus carnis dediti ſignificantur, Sed quatuor milia potius, quo numero ſignificantur ſpiritales, propter quatuor animæ virtutes quibus in hac vita ſpiritaliter viuitur, prudẽ
E tiam, temperantiam, fortitudinem, & iuſtitiam. Quarũ prima eſt cognitio rerum appetendarum & fugiendarũ. Secunda refrenatio cupiditatis ab ijs quæ tẽporaliter delectant. Tertia firmitas animi aduerſus ea q̃ temporaliter moleſta ſunt. Quarta quæ p cęteras oẽs diffunditur, dilectio dei & proximi. Sanè & ibi quinq; milia hominũ, & hic quatuor milia exceptis mulieribus & pueris fuiſſe memorantur: quod mihi videtur ad hoc pertinere, vt intelligamus & in populo veteris teſtamenti fuiſſe quoſdam infirmos ad implendam iuſtitiam quæ ſecundum legẽ eſt, in qua iuſtitia Apoſtolus Paulus ſine querela ſe conuerſatum eſſe dicit. Fuiſſe item alios qui facile ſeducerentur in
Phil. 3. cultum idolorũ. Quæ duo genera, ideſt infirmitatis & erroris, mulierũ & puerorum nominibus figurata ſunt. Infirmus eſt. n. mulierũ ſexus ad actiones, & facilis ad luſum pueritia. Quid aũt luſui puerili tã ſimile eſt, q̃ idola colere? Quando & Apoſtolus ad hoc retulit hoc genus ſuperſtitionis cum
a.Co.10 ait, Neq; idolis ſeruientes quemadmodum
F quidã eorum ſicut ſcriptum eſt, Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt
Exo.32 ludere. Mulieribus ergo ſimiles erant, qui in laboribus expectationis quouſque ad promiſſã dei peruenirent, non viriliter perſeuerantes tentauerunt deũ: Pueris aũt, qui ſederunt manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere. Nõ ſolũ autem ibi, ſed etiã in populo noui teſtamenti qui non perdurant occurrere in virum perfectum, vel infirmitate
Heb. 3. viriũ, vel mentis leuitate mulieribus & pueris comparandi ſunt. Nam illis dicitur, Si tamen initium ſubſtantiæ eius vſque in finẽ
3.Co.14 firmum retineamus: illis autem, Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia infantes eſtote, vt ſenſibus perfecti ſitis. Et ideo neque in veteri neque in nouo teſtamento tales admittuntur ad numerum, ſed ſiue ibi quinq; milia, ſiue hic quatuor milia, exceptis mulieribus & pueris fuiſſe dicuntur. Quãuis vero & illic & hic propter ipſum Chriſtum qui aſſidue in ſcripturis mons appellatur, vt congruenter in monte vterque populus paſceretur, hic tamen non in fo[illegible]o diſcumbitur, ſed in terra. Ibi enim celſitudo Chriſti propter carnales homines, & Hieruſalẽ terrenam, carnali ſpe & deſiderio tegitur: hic autem remota omni cupiditate carnali, conuiuas noui teſtamenti, ſpei permanẽtis firmamentum, tanquã ipſius montis ſoliditas, nullo fœno interpoſito continebat. Et
G quoniã rectiſſime dicit Apoſtolus, Prius autem antequam veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur: Hoc ſignificare videtur & dñs cũ dicit de his quos quinque panibus paſturus erat. Non opus habent ire, ſed date illis vos manducare. Sub his autem verbis figuraliter tanquam cuſtodia detinentur, cum hoc admonuiſſent diſcipuli vt dimitteret eos. Huius vero turbæ quæ ad ſeptem panes pertinet, vltro ſe miſereri dixit, quòd iam tertius dies eſſet ex quo ei ieiuni adhæſiſſent. In toto enim ſeculo generis humani tertiũ tempus eſt quo fidei Chriſtianæ gra data eſt. Primum eſt ante legẽ, ſecundum ſub lege, tertium ſub gratia. & q̃n quartũ adhuc reſtat, quo ad plenisſimã pacem Hieruſalẽ cœleſtis venturi ſumus, quò tendit quiſquis recte credit in Chriſtum, propterea ſe dicit turbam illã reficere dñs ne deficiant in via. Iſta eſt enim diſpenſatio qua nobis dñs temporaliter & viſibiliter in homine apparere dignatus eſt, & dedit nobis pignus ſpũſanctũ, cuius operatione ſeptenaria vegetaremur, Apoſtolica authoritate quaſi paucorũ
2.Co.1. piſcium ſapore cõuicto. Hæc ergo diſpenſatio quid aliud agit, niſi vt ad palmam ſuper-
H næ vocationis ſine defectu virium peruenire poſſimus? Per fidem enim ambulamus
2.Co.5. & non per ſpeciem. Et ipſe Apoſtolus Paulus nondum ſe dicit comprehendiſſe regnũ
Phil. 3 dei, ſed ea quæ retro ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt extentus, ſecundum intentionem ſequor, inquit, ad palmam ſupernæ vocationis. Veruntamen in quod peruenimus in eo ambulemus, quia tertio die domino adhærentes & ab illo paſti, non deficiemus in via. Etiam hic ſanè peruenire ad comedendi finem turba non potuit, ſed relictæ ſunt eſcæ. Non enim fruſtra dictum eſt, Putas
Luc.18. ne veniens filius hominis inueniet fidem ſuper terram? Et credo ita futurum, propter mulieres & pueros, ſed tamen ſeptem ſportas reliquiæ fragmentorum impleuerunt, ad quas Eccleſia ſeptiformis quæ in
Apoc.1 Apocalypſi etiam deſcribitur pertinet, ideſt
Mat.14 omnis qui perſeuerauerit vſque in finem. Ille. n. qui dixit, Putasne veniẽs filius hominis, inueniet fidẽ ſuper terrã? ſignificauit q-

dem in extremo conuiuio relinqui poſſe & deſeri eſcas ſuas. Sed q̃n ipſe item dicit: Qui perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit: ſignificauit non defecturam Eccleſiam, quæ ſeptenario numero eoſdem ſeptem panes abundantius recipiat, & latitudinem cordis,
I quę ipſam perſeuerantiam in ſportis videtur ſignificare, contineat. Quæritur vtrũ
De eo q̃ ſcriptũ eſt in Euangelio q̃ baptizabat Ieſus plures q̃ Ioãnes: quãuis ipſe non baptizaret, ſed diſcipuli eius q. 62. 1.Retr. 26. Luc.23 Act.10. 1.Co.2 qui baptizati ſunt illo tempore quo ſcriptũ eſt dominum per diſcipulos ſuos baptizaſſe plures quàm Ioannes, acceperint ſpiritum ſanctum. Alio enim loco Euangelij ſic dicitur: Spiritus enim nondum erat datus, quia Ieſus nondum erat clarificatus. Et facillime quidem ita reſpondetur, quòd dominus Ieſus, qui etiã mortuos ſuſcitabat, poterat neminem illorum mori ſinere, donec poſt eius clarificationem, ideſt reſurrectionem à mortuis, & aſcẽſionem in cœlum acciperent ſpiritum ſanctum. Sed occurrit animo latro ille cui dictum eſt, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo: qui nec ipſum baptiſmum acceperat. Quanquam Cornelius, & qui cum eo ex gentibus crediderant, ſpiritum ſanctum etiam priuſquam baptizarentur acceperint, non tamen video quomodo & ille latro ſine ſpiritu ſancto dicere potuerit: Memento mei domine dum veneris in
K regnum tuum. Nemo enim dicit dominus Ieſus, ait Apoſtolus, niſi in ſpiritu ſancto. Cuius fidei fructum ipſe dominus monſtrauit dicens, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Quomodo ergo ineffabili poteſtate dominantis dei atque iuſtitia deputatum eſt etiam baptiſmum credenti latroni & pro accepto habitum in animo libero, quod in corpore crucifixo accipi non poterat, Sic etiam ſpiritu ſanctus latenter dabatur ante domini clarificationem: poſt manifeſtationem autem diuinitatis eius manifeſtius datus eſt. Et hoc dictum eſt, Spiritus
Ioan. 7. autem nondum erat datus, ideſt nõdum ſic apparuerat vt omnes eum datum eſſe faterentur. Sicut etiam dominus nondum erat clarificatus inter homines, ſed tamen clarificatio eius æterna nunquam eſſe deſtitit: ſicut & aduentus eius ea ipſa dicitur demon-
Ioan. 1. ſtratio in carne mortali. Nam illuc venit vbi erat, quia in ſua propria venit, & in hoc mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt. Sicut ergo domini aduentus intelligitur demonſtratio corporalis: tamen ante hanc demonſtrationem ipſe in omnibus Prophetis ſanctis tãquam dei verbum & dei ſapiẽtia locutus eſt: ſic & aduentus ſpiritu ſancti, demonſtratio ſpiritu ſancti eſt ipſis etiam oculis carneis, quando viſus eſt ignis diuiſus ſuper eos & cœperunt loqui linguis. Nam ſi non erat in hominibus ſpiritu ſanctus ante domini viſibilem clarificationem, quomodo dicere potuit Dauid, Et ſpiritũ ſanctum tuum ne auferas à me? Aut quomõ impleta eſt Elizabet & Zacharias vir eius vt prophetarẽt, & Anna & Simeon, de quibus omnibus ſcriptũ eſt, quòd impleti ſunt ſpiritu ſancto, vt illa quæ in Euangelio legimus dixerint? Vt autem quædam latenter, quædam vero per creaturam viſibilem viſibiliter deus operetur, pertinet ad gubernationem prouidẽtiæ qua omnes diuinæ actiones, locorum temporumque ordines, diſtinctione pulcherrima peraguntur, cum ipſa diuinitas nec teneatur nec migret locis, nec tendatur, varieturve temporibus. Quomodo autem ipſe dominus ſecum habebat vtique ſpiritum ſanctum in ipſo homine quem gerebat, quãdo vt baptizaretur venit ad Ioãnem, & tamen poſteaquam baptizatus eſt deſcendere in eum ſpiritu ſanctus viſus eſt
Matt.3. in columbæ ſpecie: ſic intelligendum eſt & ante manifeſtum & viſibilem aduentum ſpiritu ſancti quoſcunque homines ſanctos eũ latenter habere potuiſſe. Ita ſanè hoc diximus, vt intelligamus etiam iſta ipſa viſibili demonſtratione ſpiritu ſancti, qui aduentus eius dicitur, ineffabili, vel etiam incogitabili modo in hominum corda plenitudinẽ eius
M infuſam. In principio erat verbum. Q̃d
De verbo.q.63 Ioan. 1. græce λόγος dicitur, Latine & rationem & verbum ſignificat. Sed hoc loco melius verbum interpretamur, vt ſignificetur non ſolum ad patrem reſpectus, ſed (ad) illa etiam quæ per verbum facta ſunt, operatiua potẽtia. Ratio autem & ſi nihil per illam fiat, recte ratio dicitur. Euangelica ſacramenta
De mulier Saſignata, non omnibus patent, & ea nonnulli marita-minus diligenter, minusq́ ſobrie interpre na.q.64 tando, afferunt plerunque pro ſalute pernicem, & pro cognitione veritatis errorem: inter quæ illud eſt ſacramentum quod ſcriptum eſt, dominum hora diei ſexta veniſſe
Ioan. 4. ad puteum Iacob, feſſumq́ ab itinere ſe diſſe, & à muliere Samaritana potum petiſſe, & cætera quæ in eodem ſcripturarum loco diſcutienda & pertractanda dicuntur. De qua re id p[illegible]no tenẽdum eſt, quod in omnibus ſcripturis ſumma vigilantia cuſtodiri oporter,

oportet, vt secundum fidem sit sacramenti diuini expositio. Hora igitur diei sexta venit ad puteum dominus noster. Video in pu
A teo tenebrosam profunditatem. Admoneor ergo intelligere mundi huius infimas partes, id est terrenas, quò venit dominus Iesus hora sexta, id est sexta ætate generis humani, tanquam senectute veteris hominis, quo iubemur exui, vt induamur nouo qui secú-
Ephes.4 dum deum creatus est. Nam sexta ætas senectus est, quoniam prima infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta iuuentus, quinta grauitas. Veteris itaque hominis vita, quæ secundum carnem temporali conditione peragitur, sexta ætate senectutis concluditur. Qua senectute, vt dixi humani generis dominus noster & creator nobis & reparator aduenit, vt moriente scilicet vetere homine, nouum in se constitueret, quẽ exutum labe terrena in cœlestia regna trãsferret. Ergo nunc puteus, vt dictum est, mũdi huius terrenum laborem & errorem tenebrosa profunditate & obscuritate significat, & quoniam exterior est homo vetus, &
2.Co.4. nouus interior, Dictum est enim ab Apostolo, Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, rectissime omnino, quoniam omnia visibilia ad exteriorem hominem pertinent, quibus Christiana disciplina renunciatur: Ho-
B ra sexta uenit dominus ad puteum. i. medio die, vnde iam incipit sol iste visibilis declinare in occasum: quoniam & nobis vocatis à Christo visibilium delectatio minuitur, vt inuisibilium amore homo exterior recreatus, ad interiorem lucem quæ nunquam occidit reuertatur: secundum Apostolicam disciplinam, non quærens quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ.n. videntur, temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna sunt. Quòd aũt fatigatus venit ad puteum, infirmitatem carnis significat: q̃ sedit, humilitatem: quia & imbecillitatem carnis pro nobis suscepit, & homo hominibus tam humiliter apparere dignatus est. De hac infirmitate carnis Propheta dicit, Homo in plaEsa.53. ga positus, & sciens ferre imbecillitatẽ. De
Philip.2 humilitate vero Apostolus loquitur dicens, Humiliauit se factus obediens vsq; ad mortem. Quanquam illud quod sedit, quoniam solent sedere doctores, possit alio intellectu non humilitatis modestiam, sed magistri demonstrare personam. Sed quæri potest qua-
C re à muliere Samaritana, quæ aquæ implendæ gratiæ cum hydria venerat, bibere postulauerit, cum ipse postea spiritalis fontis affluentiam se petentibus dare posse prædicauerit. Sed scilicet sitiebat dominus mulieris illius fidem, quæ quoniam Samaritana erat, & solet Samaria idololatriæ imaginem sustinere, Ipsi enim separati à populo Iudæorũ, simulachris mutorum animalium. i. uaccis aureis animarum suarum decus addixerãt, Venerat autem dominus noster Iesus vt gẽtium multitudinem, quæ simulachris seruiebat, ad munimẽtum fidei Christiánæ & incorruptæ religionis adduceret, Non. n. est, Matt. 9.
inquit, opus sanis medicus, sed male habentibus: Eorum ergo fidem sitit pro quibus sanguinem fudit. Dixit ergo ad eam Iesus, Mulier, da mihi bibere. Et vt noueris quid sitiebat dominus, non post paululũ veniunt discipuli eius, qui perrexerant in ciuitatem vt cibos emerent, & dicunt ei, Rabbi, manduca. Ille autem dixit eis, Ego habeo escam manducare quam vos nescitis. Dicunt ergo discipuli eius ad alterutrum, Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dixit eis Iesus, Cibus meus est vt faciam eius voluntatem qui me misit, & vt perficiam opus eius. Nũquid hic intelligitur alia volũtas patris qui eum misit, & opus eius quod se perficere velle respondit, nisi vt nos ad fidem suam à pernicioso mundi errore conuerteret? Qua
D lis est ergo cibus eius, talis & potus. Quapropter hoc in illa muliere sitiebat, vt faceret in ea voluntatem patris, & perficeret opus eius. Sed carnaliter intelligens respondit, Tu cum sis Iudæus, quomodo à me bibere petis, cum sim mulier Samaritana? Nõ enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Cui dominus noster dixit, Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu magis petisses ab eo & dedisset tibi aquam viuam: vt hinc ei ostenderet, non se talẽ aquã petisse qualem ipsa intellexerat, sed quia ipse sitiebat fidem eius, eidem sitiẽti spiritum sanctum dare cupiebat. Hanc enim recte intelligimus aquam viuam, quod est donũ dei, sicut ipse ait, Si scires donũ dei. Et sicut Ioan. 7.
idem Ioannes Euãgelista testatur alio loco dicens, q̃ stabat Iesus & clamabat, Si quis sitit, veniat & bibat: qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Consequenter omnino qui credit, inquit, in me, flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ uiuæ: quia primo credimus, vt hæc dona mereamur. Hæc ergo flumina aquæ uiuæ

viuæ quæ illi mulieri volebat dare, merces est fidei quam prius in illa sitiebat. Cuius
E aquæ viuæ interpretationem ita subijcit,
Ibidem. Hoc autem, inquit, dicebat de spiritu quem accepturi erant hi qui in eũ crediturí erant, Nondum autem erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Hoc itaque donum spirituſſancti est, quod post suã clarificationem dedit Ecclesiæ, sicut alia scri-
Psal.67. ptura dicit, Ascendens in altum, captiuam
Ephes.4 duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Sed adhuc illa mulier carnaliter sapit. Sic.n. respondit, Domine, neque hauritorium habes, & puteus altus est, vnde mihi habes dare aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis hunc puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Nunc uero iam dominus exponit quid dixerit, Omnis, inquit, qui biberit ex aqua ista, sitiet iterum, qui autem biberit de aquã quã ego dedero, non sitiet in sempiternum: sed aqua illa quam ego dedero, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Sed adhuc mulier prudentiam carnis amplectitur. Quid.n. respondit? Domine, da mihi hanc aquam, vt neque sitiam, neque veniam huc haurire. Dicit ei Iesus, Vade voca virum tuum, & veni huc. Cum sciret eam virũ non habere, cur hoc dixerit, quæ-
F ritur. Nanque cum mulier dixisset, Non habeo uirum: Dicit ei Iesus, Bene dixisti, non habere te virum: quinque. n. uiros habuisti, & nunc quem habes, nõ est tuus vir: hoc verum dixisti. Sed non sunt hæc carnaliter accipienda, ne huic ipsi adhuc mulieri Samaritanæ similes esse videamur, Sed de illo dono dei si aliquid iam gustauimus, spiritaliter ista tractemus. Quinque uiros, quinque libros qui per Moysen ministrati sunt, nonnulli accipiunt. Quod autem dictũ est, Et nunc quem habes, non est tuus vir. de seipso dominum dixisse intelligunt, vt iste sit sensus, Primo, quinq; libris Moysi, quasi quinque uiris seruisti, Nunc autem quẽ habes. i. quem audisti qui loquor tecum, nõ est tuus uir, quia nondum in eum credidisti. Sed q̃n nondum credẽs Christo, adhuc vtique illorum quinque uirorum. i. quinque librorum copulatione tenebatur, potest moueri quo dici potuerit, quinq; viros habuisti, quasi nunc eos iam nõ haberet, cũ adhuc vtiq; ipsis subdita viueret. Deinde cũ quin-
Ioan. 5. que libri Moysi nihil aliud q̃ Christũ prædicent, sicut ipse ait: Si crederetis Moysi, credere-
G tis forsitan & mihi, ille. n. de me scripsit: quo potest intelligi à quinq; illis libris recedere hominem vt ad Christum trãseat, cum ille qui credit in Christum, non relinquendos quinq; illos libros sed spiritaliter intelligendos multo auidius amplectatur? Est ergo alius intellectus, vt quinque viri intelligantur quinq; corporis sensus. Vnus qui ad oculos pertinet, quo lucem istam visibilem, & quoslibet colores formasq; corporum cernimus. Alter est aurium, quo uocú & omnium sonorum momenta sentimus. Tertius est narium, quo varia odorum suauitate delectamur. Quartus in ore gustus, qui dulcia & amara sentit, & omnium saporum habet examen. Quintus per totum corpus tangẽdo dijudicat calida & frigida, mollia & dura, lenia & aspera, & q̃quid aliud est quod tangendo sentimus. Istis itaq; carnalibus quinq; sensibus, prima hominis ætas imbuitur necessitate naturæ mortalis, qua ita post peccatum primi hominis nati sumus, vt nondum reddita luce mentis, carnalibus sensibus subditi, carnalem uitam sine vlla veritatis intelligentia transeamus. Tales necesse est esse infantes & paruulos pueros, qui nondum possunt accipere rationem. Et quia naturales sunt isti sensus qui primam ætatem regunt, & deo artifice nobis tributi sunt, recte dicuntur viri. i. mariti,
H tanquam legitimi: quoniam non eos error vitio proprio, sed dei artificio natura contribuit. Cum autem quisque peruenerit ad eam ætatem vt iam possit capax esse rationis, si ueritatem statim comprehendere potuerit, non iam illis sensibus rectoribus vretur: sed habebit uirum, spiritum rationalem, cui sensus illos in famulatum redigat, seruituti subijciens corpus suum: cum anima non iam quinque viris. i. quinque corporis sensibus subdita est, sed verbum diuinũ habet legitimum virum, cui copulata est & inhærens: cum & ipse spiritus hominis hæserit Christo, quia caput viri Christus est, amplexu spiritali ærerna vita sine vllo sepa- 1.Co.11
rationis timore perfruetur. Quis nos enim Rom.8.
separare poterit à charitate Christi? Sed quoniam illa mulier errore tenebatur, qui significabat multitudinem seculi vanis superstitionibus subiugati, post tempora illa quinque carnalium sensuum, quibus prima ætas vt diximus regitur, non eam verbum dei aperat in cõiugem, sed cõplexu adulterino diabolus obtinebat. Itaque illi dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

dominus dicit, videns eam esse carnalem.i. carnaliter sapere, Vade voca virum tuum,
I & veni huc.i.remoue te ab affectione carnali in qua nunc constituta es,vnde non potes intelligere quæ loquor, & voca virum tuum.i.spiritu intelligentiæ præsens esto. Est enim animæ quasi maritus quodammodo spiritus hominis, qui animalem affectionem tanquam coniugem regit, Non ille spiritussanctus qui cum patre & filio incommutabilis manet, & dignis animis incommutabiliter datur, sed spiritus hominis de
1.Co.2. quo Apostolus dicit, Nemo scit quæ sunt in homine nisi spiritus hominis. Nam ille spiritussanctus,spiritus dei est. De quo iterum dicit sic, Et quæ dei sunt,nemo scit nisi spiritus dei. Hic ergo spiritus hominis cum præsens est.i.intentus est,& se pietate subijcit deo, intelligit homo quæ spiritaliter dicuntur. Cum autem diaboli error, tanquã absente intellectu,in anima dominat, adulter est. Voca ergo,inquit, virum tuum.i.spiritum qui in te est, quo potest homo intelligere spiritalia si eum lux veritatis illustret. Ipse adsit cum loquor tibi,vt spiritalem possis accipere aquam. Et cum illa diceret, Nõ habeo virum: Bene,inquit,dixisti. Quinque enim viros habuisti.i. quinque sensus carnis, qui te in prima ætate rexerunt, & nunc quem habes non est tuus vir,quia non est in te spiritus qui intelligit deum, cũ quo
K legitimum possis habere connubium, sed error diaboli potius dominatur, qui te adulterina contaminatione corrumpit. Et fortasse vt intelligentibus indicaret,quinque memoratos corporis sensus,quinque virorum nomine significari, post quinque responsiones carnales ista mulier sexta responsione nominat Christum. Nam prima eius responsio est,Tu cum sis Iudæus, quomodo à me bibere petis? Secunda, Domine neque hauritorium in quo haurias habeas, & puteus altus est. Tertia,Domine da mihi de hac aqua vt neque sitiam, neque veniam huc haurire. Quarta, Non habeo virum. Quinta, Video quia Propheta es, patres nostri in monte hoc adorauerunt: Nam & ista responsio carnalis est. Carnalibus enim datus fuerat locus terrenus vbi adorarent, spiritales autem in spiritu & veritate oraturos dominus dixit. Quod posteaquam locutus est, sexta mulieris responsio Christum fatetur omnium istorum esse doctorẽ. Dicit enim, Scio quia Messias veniet qui dicitur Christus, Cum venerit, ipse nobis annunciabit omnia. Sed adhuc errat, quia eum quem venturum sperat,venisse non videt. Veruntamen misericordia domini nunc error iste L
tanquam adulter expellitur. Dicit enim ei Iesus, Ego sum,qui tecum loquor. Quo audito illa non respondit, sed statim relicta hydria sua abijt in ciuitatem festinans, vt Euãgelium & domini aduentum, non tantum crederet,sed etiam prædicaret. Nec hoc q relicta hydria discessit negligenter præteundum est, Hydria.n.fortasse amorem seculi huius significat.i.cupiditatem, qua sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est de terrena conuersatione hauriunt voluptatem, qua percepta iterum in eius appetitum inardescunt, sicut de aqua illa qui biberit, inquit, sitiet iterum. Oportebat autem vt Christo credens,seculo renũciaret,& relicta hydria cupiditatem secularem se reliquisse mõstraret, non solum corde credens ad iustitiam, sed etiam ad salutem ore confessura & præ- Rom.10
dicatura quod credidit. Quanquam se- De re-
cundum Euangelicam historiam resuscita- surre-
tum Lazarum plena fide teneamus, tamen ctione
& in allegoria significare aliquid nõ dubito. Lazari.
Neque cum res factæ allegorizantur, gestæ q.65.
rei fidem amittunt. Sicut duorum filiorum Gal.4.
Abrahæ allegoriam Paulus exponit,duo esM se testamenta. Nunquid ideo, aut Abrahã non fuit,aut illos non habuit? Ergo & in allegoria accipiamus Lazarum in monumento,animam terrenis peccatis obrutam.i.omnẽ humanum genus: quam alio loco dominus per ouem perditam significat, propter quam liberandam relictis nonagintanouem in montibus, descendisse se dicit. Quod autem interrogat dicẽs,Vbi eum posuistis, vo Luc.15
cationem nostram quæ fit in occulto, arbitror significari. Prædestinatio.n.vocationis nostræ occulta est. Cuius secreti signũ est interrogatio domini quasi nescientis, cum ipsi nesciamus,Sicut dicit Apostolus, Vt eo 1.Co.13
gnoscam sicut & cognitus sum: Vel q ignorare se peccatores alio loco dominus ostendit dicens: Non noui vos. Quod signi?ficabat Lazarus sepultus, quia & in disciplina & in præceptis eius non sunt peccata. Huic interrogationi simile est illud in Genesi, Gen.3.
Adam vbi es? qm peccauerat & se absconderat à facie dei. Quam occultationem hic sepultura significat: vt peccantis habeat similitudinem,moriens: sepultus,absconditi à facie

facie dei. Auferte aũt lapidem quòd ait,illos puto significari, qui venientibus ad Ecclesiam ex gentibus onus circuncisionis imponere volebant, contra quos multipliciter
A scribit Apostolus, Vel eos q in ecclesia corrupte viuunt,& offensioni sunt credere volentibus. Dicit illi Martha, Dñe iam quarta dies est,& putet. Vltimum quatuor elementorũ terra est, Significat ergo putorem terrenorum peccatorum.i.cupiditatum carnalium. Terra es,inquit, Adæ dñs cum peccasset,& in terram ibis. Et sublato lapide exijt de monumento inuolutus manibus & pedibus,& facies eius tecta erat sudario. Quòd autẽ exijt de monumento animã significat recedentem à carnalibus vitijs. Quòd vero institis obuolutus,hoc est,quòd etiam à carnalibus recedentes & mente seruientes legi dei, adhuc tamen in corpore constituti alieni à molestijs carnis esse non possumus, di-
Rom.7. cente Apostolo, Mente seruio legi dei, carne autem legi peccati: Quòd aũt facies eius sudario tecta erat,hoc est, quòd in hac vita plenam cognitionem habere nõ possumus,
1.Co.13 sicut Apostolus dicit,Nũc videmus per speculum in ænigmate, postea autem facie ad faciem. Et dixit Iesus, Soluite eum & sinite ire:hoc est,q post hanc vitam auferẽtur omnia velamenta,vt facie ad faciem videamus. Quantum autem interfit inter hominem quem dei sapientia gestabat per quem liberati sumus,& cæteros homines, hinc intelligi
B tur, q Lazarus nisi exiens de monumento non soluitur.i.etiam renata anima nisi resolutione corporis libera ab omni peccato &
1.Co.11 ignorantia esse non potest, quandiu per speloã. 20. culum & in ænigmate videt dominũ. Illius
Esa.53. autem linteamina & sudarium, qui peccatũ non fecit & nihil ignorauit, in monumento inuenta sunt: Ipse enim solus in carne non tantum in monumento non est oppressus, vt aliquod peccatum in eo inueniretur, sed nec linteis implicatus vt cum aliquid latere-
De eo ret, aut ab itinere retardaret. Apostolus
qd scri- in hac similitudine in qua de viro & mulieptũ est. re loquitur, qm mulier tenet lege viri, tria
An igno quædam consideranda commendat, mulieratis fra tem,virum,& legem. Mulierem.s.subiugatres scã- tam viro per vinculum legis, quo vinculo
tibus.n. morte viri liberatur vt cui vult nubat. Sic
legem enim dicit, Mulier enim sub viro viuo ma-
loquor rito iuncta est legi, si autem mortuus fuerit
&c. vti- vir eius, euacuata est à lege viri. Igitur vique ad uente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro,Si autẽ mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege, vt non sit adultera si fuerit cum alio viro,Hucusq; similitudo est. Deinde quo seri de incipit rem loqui, cui explanandæ ac p- ptũ est, bandæ similitudinem induxit. In qua etiam C
re tria similiter attendenda sunt homo,pec- ita vt ser
catum, lex, Tandiu enim dicit sub lege esse uiamus
hominẽ quandiu viuit peccato, quemadmo in nouidum tandiu mulier sub lege viri est quãdiu tate spiviuit vir. Hoc autem peccatũ hic intelli- ritus,
gendum est quod accesit per legem, Quod &c. q-
peccatũ dicit supra modum esse, qm cũ iam 66.
appareat esse peccatum, sit tamen & adiun- Rom.7.
cta præuaricatione cumulatius. Vbi .n.non Rom.4.
est lex,nec præuaricatio. Et hoc est quod di Rom.7.
cit, vt fiat supra modum peccator, aut peccans peccatum per mãdatum. Quapropter
legẽ quamuis à peccando prohibeat, non tamen hic dicit datam vt liberaret à peccato,
sed vt demonstraret peccatum, cui seruiens
anima debet se ad gratiam liberatoris con-
uertere vt à peccato liberetur. Per legem.n. Rom.3.
cognitio peccati. Ex alio loco dicit,Sed pec- Rom.7.
catum vt appareat peccatũ, per bonum operatum est mihi mortem. Vbi ergo non est
gratia liberatoris, auget peccandi desideriũ
prohibitio pecatorum. Quod quidẽ ad hoc
vtile est, vt sentiat anima seipsam non sibi
sufficere ad extrahendum se de seruitute
peccati, atque hoc modo detumescente atq;
extincta omni superbia, subdatur liberato- D
ri suo, sinceriterque homo dicat, Adhæsit
aĩa mea post te:quod iam est non esse sub le
ge peccati,sed in lege iustitiæ. Lex autẽ peccati dicitur, non quia lex ipsa peccatum est,
sed quia peccatoribus imponitur. Ideo etiã
lex mortis, quia stipendium peccati mors,
aculeus mortis peccatum, virtus autem pec
cati lex, Peccando enim ad mortẽ labimur.
Vehementius enim peccamus lege prohibẽ-
te quàm si nulla lege prohiberemur. Accedente autem gratia, idipsum quod lex onerose iusserat, iam sine onere ac libentissime implemus. Lex ergo peccati & mortis,idest
quæ imposita est peccantibus atque morien
tibus iubet tantum ne concupiscamus, & tamen concupiscimus. Lex autem spiritus vitæ quæ pertinet ad gratiam & liberat à lege peccati & mortis, facit vt non concupiscamus & impleamus iussa legis, non iam
serui legis per timorem,sed amici per charitatem, & serui iustitiæ vnde illa lex promulgata est. Iu- tiæ autem non seruiliter,sed liberaliter seruiendum est, idest charitate potius

tius quàm timore. Ideoque verissime dictū est, Legem ergo euacuamus per fidem? Ab-
Rom.1. E sit, Sed legem statuimus. Hoc enim efficit fides quod lex iubet. Statuitur ergo lex per fidem. Quæ fides si non sit, iubet tantum lex, & nō implentes iussa, reos tenet, vt eos gementes & non valentes implere quæ iussa sunt ad gratiam liberatoris aliquando cōuertat. Cum ergo tria quædam in illa similitudine videamus, mulierem, virum & legem, & rursum in hac re propter quam similitudo adhibita est tria, animam, peccatū, & legem peccati, hoc solum hic diuersum est, quòd in illa similitudine vir moritur vt nubat mulier cui volet, & à lege viri soluatur: hic autem ipsa anima moritur peccato vt nubat Christo, cum autē moritur pecca-
Rom.7. to, moritur etiam legi peccati. Itaq; ait, Fratres mei, & vos mortui estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus deo. Cū enim essemus in carne, inquit, idest carnalibus desiderijs obstricti teneremur, passiones peccatorum quæ per legem sunt operabantur in membris nostris, vt fructum ferrēt morti, Aucta concupiscentia quam lex prohibet, vbi non erat fides, & ad cumulum peccatorum prævaricationis crimen est adiectum: quia vbi nō est lex, nec prævaricatio.
Rom.4. F Has dicit passiones quæ per legem sunt operatæ in membris nostris, vt fructum ferrēt morti. Sub istis passionibus tanquam sub viro dominante, agebat anima antequam veniret gratia per fidem. His ergo passionibus moritur qui iam seruit mente legi dei, quamuis ipsæ passiones nondum mortuæ sint quandiu carne seruit legi peccati. Restat ergo adhuc aliquid ei qui est sub gratia, quod eum non vincat nec captiuum ducat, donec mortificetur totum quod consuetudine praua roboratum est, & vnde corpus etiam nunc mortuum esse dicitur, quand. non perfecte seruit spiritui. Continget autem vt perfecte seruiat, cum fuerit & ipsum mortale corpus viuificatum. Ex quo cōprehendimus quatuor esse differentias etiam in vno homine, quibus gradatim peractis in vita æterna manebitur. Et quia .n. oportebat atq; iustum erat, vt posteaquam natura nostra peccauit, amissa beatitudine spirituali, quæ paradisi nomine significatur, animales carnalesque nasceremur, Prima est actio ante legem, Secunda sub ge, Tertia, sub gra. Quarta in pace. Ante legem actio cum peccatum ignoramus & sequimur carnales concupiscentias. Sub lege est actio, cū iam prohibemur à peccato, & tamen cōsue- G
tudine eius victi peccamus, quoniā nos nōdum adiuuat fides. Tertia actio est, quando iam plenissime credimus liberatori nostro, nec meritis nostris aliquid tribuimus, sed eius misericordiam diligendo, iam non vincimur delectatione consuetudinis malæ, cum ad peccatum nos ducere nititur: sed tamen adhuc eam interpellantem patimur, quāuis ei non tradamus. Quarta est actio, cū omnino nihil est in homine qđ resistat spiritui, sed omnia sibimet concorditer iuncta & connexa, vnū aliquid firma pace custodiunt. Qđ fiet mortali corpore viuificato, cū corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Ad primā actionem demonstrandam 1.Cor.15
ista testimonia interim occurrunt. Per vnū Rom.5.
hominem peccatū in hunc mundum intrauit, & per peccatū mors, & sic per omnes homines pertransijt, in quō omnes homines peccauerunt. Vsq; ad legem .n. peccatum in hoc mundo fuit, Peccatum aūt non deputabatur cum lex non esset. Et iterū, Sine lege
enim peccatū mortuum est: ego autē viue- Rom.7.
bam aliquando sine lege. Qđ autem hic dicit, mortuum est: hoc est qđ superius dicit, non deputabatur, id est latebat. Qđ manifestat in consequentibus dicens, Sed peccatū, H
vt appareat peccatum, per bonū operatum 1.Tim.1.
est mihi mortem, id est, per legem: quia bona est lex, si quis ea legitime vtatur. Si ergo hic ait, vt appareat peccatum: manifestū est quòd superius ideo dicebat, mortuū & non deputari, quia non apparebat antequam lege prohibente ostenderetur. Ad secundam
actionem, ista testimonia conueniunt, Lex Rom.5.
autem subintrauit vt abundaret delictum, Accessit enim & prævaricatio quæ nō erat. Et illud quod iam commemoratum est, Cum essemus enim in carne, passiones peccatorum quæ per legem sunt operabantur
in membris nostris vt fructum ferrēt mor- Rom.7.
ti. Et illud, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem: Nam concupiscentiā nescie-
bam nisi lex diceret, Non concupisces. Oc- Exod.20.
casione autē accepta peccatum per mandatum, operatum est in me omnem concupiscentiam. Et paulo post, Adueniente, inquit, mandato peccatū reuixit, Ego aūt mortuus sum, & inuētum est mihi mandatū qđ erat ad

ad vitam, hoc esse ad mortem. Peccatum .n.
I occasione accepta per mandatū, fefellit me, & per illud occidit. Quod ergo ait mortuus sum: uult intelligi, mortuum me esse cognoui: quia iam etiā prævaricatione peccat qui videt per legem quid facere non debeat, & tamen facit. Quod autem ait, Fefellit me peccatum, occasione accepta per mandatum: siue quia suasio delectationis ad peccandum vehementior est cum adest prohibitio: siue quia etiam si quid homo fecerit secundum iussa legis, si adhuc non sit fides, quæ in gratia est: uult sibi hoc tribuere non deo, & superbiendo plus peccat. Sequitur ergo & dicit, Itaque lex quidem sancta, & mādatum sanctum & iustum & bonū. Quod ergo bonum est, mihi factum est mors? Absit, Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, vt fiat supra modum peccator, aut peccatum delin
1.Petr. quens per mandatum. Scimus autem quia
2.6. lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. i. carni consentio, nondum spiritali gratia liberatus: venundatus sub peccato: idest, peccans prævaricatione temporalium voluptatum. Quod .n. operor ignoro. i non agnosco esse in præceptis veritatis, vbi est vera
Matt.7. scientia. Secundum hanc locutionem dicit dominus peccatoribus, Non noui vos. Non
K enim eum aliquid latet, sed quia peccata nō inueniuntur in regulis præceptorum quas habet veritas, ideo ipsa veritas peccatoribus dicit, Non noui vos. Sicut enim tenebræ oculis non videndo, ita peccata mente ignorando sentiuntur. Ex ista locutione dictum arbitror in Psalmis, Delicta quis intel
Psal.18. Rom.7. ligit? Non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Si autē quod nolo hoc ago, consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam non operor illud, sed id quod in me habitat peccatum: Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autē bonum non inuenio. Non enim quod nolo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed id quod habitat in me peccatum. Inuenio ergo legem mihi volenti facere bonum, quoniam malum mihi adiacet. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Hucusque sunt verbā hominis sub lege constituti, nondum sub gratia: qui etiam si nolit peccare, vincitur a peccato: Inualuit enim consuetudo L
carnalis & naturale vinculum mortalitatis quo de Adam propagati sumus. Imploret ergo auxilium qui sic positus est, & nouerit suum fuisse qꝺ cecidit, non suum esse qꝺ surgit. Iam enim liberatus agnoscens gratiam liberatoris sui dicit, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Et incipiunt iam verba dici hominis sub gratia constituti, in actione quam tertiam demonstrauimus, quæ habet quidem reluctantem mortalitatem carnis, sed non vincentem atque captiuātem ad consensionem peccandi. Sic enim dicit, Igitur ipse ego Rom.7.
mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Quod enim impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem. i. per desideria carnalia: ideo enim non implebatur lex, quia ipsius iustitiæ nondum erat charitas quæ interiore delectatione teneret mētem, ne ad peccatum delectatione rerum temporalium traheretur. Ergo infir M
mabatur lex per carnem: id est, non efficiebat iustos deditos carni. Sed deus filium suū misit in similitudinem carnis peccati. Non enim caro peccati erat, quæ non de carnali delectatione nata erat, sed tamen inerat ei similitudo carnis peccati, quia mortalis caro erat. Mortem autem non meruit Adam nisi peccando. Sed quid fecit dominus? De peccato damnauit peccatum in carne: id est, suscipiendo carnem hominis peccatoris, & docendo quemadmodum viueremus, peccatum in ipsa carne damnauit, vt æternorum charitate spiritus flagrans non duceretur captiuus in consensionem libidinis: vt iustitia, inquit, legis implerctur in nobis qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Itaque præcepta legis per charitatem impleta sunt, quæ per timorem non poterant. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: id est, carnalia bona pro summis bonis concupiscunt, Qui autem secundum spiritum, quæ sunt spiritus sentiunt. Prudentia enim carnis mors est. prudentia autem spiritus vita & pax, quia prudentia carnis inimica est in deum. Ipse ostendit cur dixerit, inimica:

mica: ne quis putaret ex aduerso aliud venire principium. Subiungit enim & dicit,
A Legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. Ergo facere contra legem, hoc est inimicum esse in deum: non quia deo aliquid nocere potest, sed sibi nocet, quisquis resistit uoluntati dei: hoc est enim aduersus
Actо.9. stimulum calces mittere, vt Paulo Apostolo cum adhuc Ecclesiam persequeretur, diuinitus dictum est. Sic est autem dictum, Legi enim dei nō est subiecta, nec.n. potest: tanquam si diceretur, Nix nō calefacit: nec enim potest: Quandiu enim nix est, non calefacit: sed resolui potest & feruere vt calefaciat: sed cum hoc facit, iam nix non est. Sic & prudentia carnis dicitur, cum anima pro magnis bonis temporalia bona concupiscit. Quandiu enim appetitus talis inest animæ, legi dei subiecta esse nō potest. i. nō potest implere quæ lex iubet. Sed cum spiritalia bona desiderare cœperit, & temporalia contemnere, desinet esse carnis prudentia, & spiritui non resistet. Eadem nanque anima cum inferiora appetit, prudentiam carnis habere dicitur, cum superiora prudentiam spiritus: non quia prudentia carnis substantia est qua induitur anima vel exuitur, sed ipsius animæ affectio est, quæ omnino esse desinet, cum se totam ad superna conuerterit. Qui autem in carne sunt, inquit, deo
B placere non possunt. i. qui voluptatibus carnis acquiescunt. Ne quis enim de his dictū putaret qui de hac uita nondū excesserunt, opportunissime subiunxit, Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Vtique adhuc in hac vita constitutis loquitur, In spiritu enim erant quia in fide & spe & charitate spiritalium rerum acquiescebant. Si tamen, inquit, spiritus dei habitat in uobis: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si autem Christus in uobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam.
1. Retr. cap. 26. Mortuum corpus dicit, quandiu tale est, vt indigentia rerum corporalium molestet animam, & quibusdam motibus ex ipsa indigētia uenientibus, ad appetenda terrena solicitet. Quibus tamen quanuis existentibus mens ad illicita facienda non consentit, quæ iam seruit legi dei, & sub gratia constituta est. Ad hoc enim ualet quod supra dictum est, Mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Et ille homo nunc describitur esse sub gratia, qui nondum habet perfectam pacem, quæ corporis resurrectione & immutatione est futura. Restat ergo ut de ipsa pace dicat resurrectionis corporis, quę quarta est
C actio, si tamen eam actionem dici oportet q̄ summa requies est. Sequitur enim & dicit, Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Hic & de resurrectione corporis euidentissimum testimonium est, & satis apparet quandiu in hac uita sumus nō deesse molestias per mortalem carnem, neq; titillationes quasdam delectationum carnalium. Quanuis.n.non cedat, qui sub gratia constitutus, mente seruit legi dei, tamen carne seruit legi peccati. His gradibus homine perfecto, nulla substātia inuenitur malum. Neque lex mala est quæ ostēdit homini in quibus peccatorū uinculis iaceat, vt per fidem implorato liberatoris auxilio, & solui, & erigi, & firmissime constitui mereatur. In prima ergo actione quæ est ante legem, nulla pugna est cum uoluptatibus huius seculi. In secunda quæ sub lege est, pugnamus, sed vincimur. In tertia pugnamus & vincimus. In quarta non pugnamus sed perfecta & æterna pace requiescimus. Subiungatur enim nobis quod inferius nostrum est, quod propterea non subiugabatur quia superiorem
D nobis deseruerat deum. Hoc capitulū De eo obscurum est, quia non satis hic apparet, q̄ qd̄ scri nunc uocet creaturam. Dicitur autem se ptū est. cundum catholicam disciplinam creatura, Existiquicquid fecit & condidit deus pater, per mo.n.p vnigenitum filium, in vnitate spiritussancti. non sint Ergo non solum corpora, sed etiam animæ cōdigne nostræ & spiritus, creaturæ nomine continē palsiotur. Sic autem dictum est, Ipsa creatura libe nes hurabitur à seruitute interitus, in libertatem ius rēpo gloriæ filiorum dei, quasi nos nō simus crearis ad fi tura, sed filij dei, in quorum gloriæ liberta turā gloтem liberabitur à seruitute creatura. Item riā quæ dicit, Scimus.n. quia omnis creatura conge reuelabi miscit & dolet vsque adhuc: non solum autem illa, sed & nosipsi: tanquam aliud simus bis, &c. nos, aliud creatura. Totum ergo capitulum q. 67. particulatim considerandum est. Existimo Rom. 8. .n. inquit, q̄ indignæ sint passiones huius tēporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: hoc manifestum est. Dixerat.n. superius, Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quod fieri non potest sine molestia, cui patiētia necessaria est. Quò
E pertinet & quod pauloante ait, Si tamen cōpatimur,

patimur, vt & conglorificemur. Quod itaque ait. Nā expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat: hoc eū puto dicere, Nam & hoc ipsum quod in nobis dolet, cum facta carnis mortificamus, id est, cum esurimus aut sitimus per abstinentiam, dū frenamus delectationē concubitus per castitatem, dū iniuriarum lacerationes, & contumeliarum aculeos per patiētiā sustinemus, dum neglectis atq; reiectis uoluptatibus nostris pro fructu matris Ecclesiæ laboramus, quicquid in nobis in hac atq; huiusmodi attritione dolet, creatura est. Dolet.n. corpus & anima, quę vtiq; creatura est, & expectat reuelationem filiorum dei, id est, expectat qū appareat quod vocatū est, in ea gloria ad
3. sen. di. 11. ca. 1. quam vocatum est. Quia.n. filius dei vnigenitus non pōt appellari creatura, qñquidē
Ioan. 1. per ipsum facta sunt omnia quæcunq; deus fecit, distincte etiam nos uocamur creatura ante illam cuidētiam gloriæ, & distincte vocamur filij dei, quamuis hoc adoptione meamur: nam ille vnigenitus natura filius est: ergo expectatio creaturæ, id est, expectatio nostra reuelationem filiorum dei expectat, id est, expectat qū appareat qd̄ promissum est, qū re ipsa manifestum fit, quod
F nunc spe sumus. Filij.n. dei sumus, &
1. Ioā. 3. nondum apparuit quod erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit similes ei erimus, qm̄ videbimus eum sicuti est. Ipsa est reuelatio filiorum dei, quā nunc expectat expectatio creaturæ: non quod creatura reuelationem expectet alterius naturæ: quæ non fit creatura, sed ipsa qualis nūc est, expectat quando sit qualis futura est: tanquam si diceretur, Operante pictore subiectis sibi coloribus, & ad opus eis paratis, expectatio colorum manifestationem imaginis expectat. Non quia tunc sunt alij, & alij erunt, aut non colores erunt, sed tantum quòd aliā dignitatem habebunt. Vanitati enim inquit, creatura subiecta est: hoc est illud. Va-
Ecclesia 1. nitas vanitantium, & omnia vanitas. Quæ abundantia est homini in omni labore suo, quem ipse laborat sub sole? Cui dictum est, In labore manducabis panem tuum. Vanitati ergo creatura subiecta est, non sponte. Bene additum est, non sponte: homo qnippe sponte peccauit, sed non sponte damnatus est. Peccatum itaque fuit spontaneum, contra præceptum facere veritatis: peccati autem pœna, subiici fallaciæ. Non ergo
G sponte creatura subiecta est vanitati, sed propter eum qui subiecit eam in spe, id est, propter eius iustitiam atq; clementiam, qui neq; impunitum reliquit p̄cm, neq; insanabilem uoluit esse peccantem. Quia, & ipsa creatura, id est, ipse homo, cum iam signacu 1. re. 16. lo imaginis propter peccatum amisso remā sit tantummodo creatura: & ipsa itaque creatura id est, & ipsa quę nondum vocatur filiorum forma perfecta, sed tantum uocatur creatura, liberabitur à seruitute interitus. Quod itaq; ait, & ipsa liberabitur: facit intelligi, & ipsa quemadmodū & nos, id est, & de ipsis non est desperandum qui nondum vocantur filij dei, quia nondum crediderunt, sed tantum creatura: quia & ipsi credituri sunt, & liberabuntur à seruitute interius, quēadmodū nos qui iā filij dei sumus, 1. Ioā. 3. quanuis nondū apparuerit quid erimus. Liberabunt ergo à seruitute interitus i libertatem gloriæ filiorum dei, id est, & ipsi erunt ex seruis liberi, & ex mortuis glorioſi in vita perfecta quam habebunt filij dei. Scimus enim quia omnis creatura congemiscit, & dolet vsq; adhuc. Omnis creatura in homine numeratur, non q̄ in eo sint omnes angeli, & super eminētes virtutes ac potestates H aut cœlū & terra & mare, & omnia quæ in eis sunt, sed quia omnis creatura partim spiritalis est, partim animalis, partim corporalis. Quod ut ab inferioribus consideremus, corporalis creatura per loca tenditur, anima lis autem viuificat corporalem, spiritalis animalem regit, & tunc bene regit, cum ipsa regendam se subijcit deo. Cum autem transgreditur præcepta eius, laboribus & erūnis per eadem ipsa quæ regere poterat implicatur. Qui ergo viuit ex corpore, carnalis homo vel animalis vocatur: carnalis quia carnalia sectatur, animalis autē, quia fertur dissoluta lasciuia animæ suæ, quā non regit spiritus neque coercet intra metas naturalis ordinis, quia & ipse se non subdit regendum deo. Qui autem spiritu animam regit, & per animam corpus, quod facere nō potest, nisi deum habeat & ipse rectorem, quoniam sicut capus mulieris vir, ita caput viri Chri 1. Co. 11. stus est, vocatur spiritalis. Quæ vita cum aliqua molestia nunc agitur, post autem nul 1. Retra. 26. lam patietur. Et quoniam summi angeli spiritaliter viuunt, infimi autem animaliter, bestię uero & omnia pecora carnaliter, corpus autem non viuit, sed viuificatur: omnis creatura in homine est, quia & intelligit spiritu, & sentit anima, & localiter cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

I pore mouetur. Omnis itaq; creatura in homine congemiſcit & dolet, Non.n.totã,ſed omnem dixit, tanquã ſi quis dicat, quoniã ſolem omnes videẽt qui ſunt incolumes, ſed non toti vident,quia tantum oculis vident, Ita in homine, omnis creatura eſt, quia & intelligit & uiuit, & corpus habet, ſed non tota creatura in ipſo eſt, quia ſunt præter ipſum & angeli,qui intelligant, & viuant, & ſint, & pecora, quæ viuant & ſint, & corpora quæ tantum modo ſint, cum ipſum viuere magis ſit quàm non viuere, & ipſum intelligere magis ſit quàm ſine intellectu uiuere. Cum ergo miſer homo congemiſcit, & dolet, omnis creatura congemiſcit & dolet vsq; adhuc. Vsque adhuc autem recte
Luc.23. dixit, quia etiam ſi ſunt aliqui iam in ſinu Abrahæ,& latro ille cum domino in paradiſo conſtitutus, illo die quo credidit dolere deſiterit, tamen vſque adhuc omnis creatura congemiſcit & dolet, quia in ijs qui nondum liberati ſunt, omnis eſt, propter ſpiritum & anima & corpus. Non ſolum autem inquit, omnis creatura congemiſcit, & do-
K ler,ſed & noſipſi, id eſt, non ſolum in homine corpus & anima & ſpiritus ſimul dolent ex difficultatibus corporis, ſed, & noſipſi, exceptis corporibus, in nobiſipſis congemiſcimus primitias habentes ſpiritus. Et bene dixit, primitias habentes ſpiritus, id eſt, quorum iam ſpiritus tanquam ſacrificium oblati ſunt deo, & diuino charitatis igne comprehenſi ſunt. Et ſunt primitiæ hominis, quia veritas primum ſpiritum noſtrum obtinet, vt per hanc cætera comprehendantur. Iam ergo habent primitias oblatas deo
Rom.7 qui dicit, Mente ſeruio legi dei, carne autẽ
Rom.1. legi peccati. Et qui dicit, Deus cui ſeruio in
Mat.26. ſpũ meo. Et de quo dr̃, Spiritus quidẽ promptus eſt,caro autem infirma. Sed quoniam adhuc dicit, In fœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et adhuc
Rom.8. talibus dicitur, Viuificabit & mortalia cor-
1.Co.15 pora veſtra propter manentem ſpiritum in vobis, nondum eſt holocauſtum: erit autem cum abſorbebitur mors in victoriam, cum ei dicetur, Vbi eſt mors contentio tua, vbi eſt mors aculeus tuus? Nunc ergo, inquit, non ſolum omnis creatura,id eſt, cum corpore, ſed etiam noſipſi primitias habentes ſpiritus, id eſt, nos animæ, quę & iam primitias mentes noſtras obtulimus deo, in nobiſipſis congemiſcimus, id eſt, præ-
L ter corpus: adoptionem expectantes redemptionem corporis noſtri, id eſt, vt & ipſum corpus accipiens beneficium adoptionis filiorum, qua vocati ſumus, totos nos liberatos, tranſactis omnibus moleſtijs, ex omni parte dei filios eſſe manifeſtet: ſpe enim ſalui facti ſumus: ſpes autem, quæ videtur, non eſt ſpes. Tunc ergo erit res quæ nunc Rom.8.
ſpes eſt cum apparuerit quid erimus, id eſt, ſimiles illi, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Hoc capitulum ſi hoc modo vt tractatum eſt aperiatur, non incidimus in illas moleſtias quibus plerique homines di- 1.Ioã.3.
cere coguntur, omnes angelos, ſublimeſque uirtutes in dolore, & gemitibus eſſe, antequam nos penitus liberemur, quoniam dictum eſt, Omnis creatura congemiſcit, & dolet. Quanuis enim adiuuent nos pro Rom.8.
ſua ſublimitate dum obtemperant deo, qui pro nobis etiam vnicum filium ſuum dignatus eſt mittere: tamen ſine gemitu, & doloribus id facere credendi ſunt ne miſeri exiſtimentur, fœliciorque ſit de numere noſtro Lazarus ille qui iam in Abrahę ſinu Luc.16.
requieſcit preſertim quia dixit, eandem M
creaturam, quæ congemiſcit, & dolet, vanitati eſſe ſubiectam, quod de ſummis, & excellentibus virtutum poteſtatumque creaturis nefas eſt credere. Deinde liberari eã dixit à ſeruitute interius, quò illos cecidiſſe qui in cœlis agunt vitam beatiſsimam, non poſſumus credere: tamen nihil temere confirmandum eſt, ſed pia diligentia etiã atque etiam verba diuina tractanda ſunt: ne forte, quæ congemiſcit & dolet, & vanitati ſubiecta eſt, poſsit aliquo modo alio intelligi, vt de ſummis angelis quandiu noſtræ infirmitati iuſſu domini noſtri opitu- De eo
lantur, non impie poſsit exiſtimari. Sed qđ ſcri
ſiue illa quàm executi ſumus, ſiue alia ali- ptũ eſt,
qua huius capituli expoſitio proferatur, id O ho-
tantum cauendum eſt, ne violet aut vulne- mo tu
ret catholicam fidem. Scio enim vanos hæ- quis es
reticos de hoc capitulo multa impia, & ine- qui er-
pta iactaſſe. Cum videatur Apoſtolus cor- ſpõdeas
ripuiſſe curioſos, dicendo: O homo tu deo?
quis es qui reſpondeas deo? de hocipſo illi q.68.
quæſtionem mouent,& in ea ſententia non deſinunt eſſe curioſi, qua obiurgata eſt ipſa curioſitas, & impia quidem contumelia, vt dicant Apoſtolum in ſoluenda quæſtione defeciſſe, & obiurgaſſe quærentes, quia non poterat quod quærebatur exponere. Nonnulli autem hæretici quia non deci-
A piunt niſi cum ſcientiam quam non exhibent

bent pollicentur, & aduerſantes legi, & Prophetis, quæcunque de illis Apoſtolus ſermoni ſuo inſeruit falſa, & à corruptoribus immiſſa eſſe criminantur, etiam hæc
Rom.9. inter ipſa, quę interpolata dicunt, numerare maluerunt, & negare Paulum dixiſſe, O homo, tu quis es qui reſpondeas deo? quoniam ſi ipſis dicatur ad decipiendos homines calumniantibus, proculdubio tacebunt,nec audebunt vllam de voluntate omnipotentis dei imperitis quos decipere cupiunt ſcientiam polliceri. Quidam autem bona, & pia mente ſcripturas legentes quærunt, quid hic poſsit vel maledicentibus, & calumniantibus reſponderi. Sed nos, & authoritati Apoſtolicæ ſalubriter inhærentes, & libros quos catholica diſciplina cuſtodit falſatos eſſe nequaquam exiſtimantes, ſentiamus quod verum eſt, indignos nos & infirmos eſſe ad intelligenda diuina ſecreta quibus iſta clauduntur: & eis murmurantibus, & indignantibus quòd conſilia dei non diſcunt cum dicere cœperint,Ergo cui vult miſeretur, & quem vult obdurat: qđ adhuc quæritur. Nam voluntati eius quis reſiſtit? Cum his ergo verbis aut calumniari ſcripturas,aut latebram peccatorum ſuo-
B rum quærere cœperint, vt præcepta contemnant quibus ad vitam bonam peruenitur, reſpondeamus fidentiſsime, O homo, tu
Ibidem. quis es qui reſpondeas deo? Nec eos reuer-
Mat. 7. ti ſanctum canibus demus,aut proijciamus margaritas noſtras ante porcos: ſi tamen iam ipſi canes & porci non ſumus, & de meritis animarum reuelãte ſpiritũ ſancto, ſublime aliquid, & à vulgari coniectura remotiſsimum, vel ex parte atque in ænigmate
Ephe.3. ſuſpicemur. Non enim Apoſtolus hoc loco ſanctos prohibuit à quærendo, ſed eos qui nondum ſunt in charitate radicati, & fundati,vt poſsint comprehendere cum omnibus ſanctis latitudinem, longitudinem, altitudinem, & profundum, & cætera quę
1.Co.2. in eodem loco exequitur. Non ergo prohibuit à quærendo qui dicit, Spiritalis autem omnia iudicat, ipſe autem à nemine iudicatur. Et illud præcipue, Nos autem non
1.Co.15 C ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpi-
Gen. 3. ritum qui ex deo eſt, ut ſciamus,quæ à deo
Rom.9. donata ſunt nobis. Quos ergo prohibuit niſi luteos atque terre nos, qui nondum intrinſecus regenerati atque nutriti, imaginem illius hominis portant, qui primus factus eſt de terra terrenus? Et quia ei à quo factus eſt noluit obtemperare, in id lapſus eſt vnde factus eſt, meruitque poſt peccatum audire. Terra es & in terram ibis. Talibus igitur hominibus dicit Apoſtolus, O homo,tu quis es qui reſpondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quare ſic me feciſti? Quandiu ergo figmen- Ioan.1.
tum es, nondum perfectus filius, quia non- Ioã. 15.
dum hauſiſti plenisſimam gratiam qua nobis data eſt poteſtas filios dei fieri, qua poſ- 1.Co.13
ſit audire. Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. tu quis es qui reſpondeas deo, Colo.3.
& velis dei noſſe conſilium? Qui ſi hominis tibi æqualis noſſe voluiſſes, impudenter faceres, niſi prius in amicitiam recipereris. Sicut ergo portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœleſtis, exuentes nos veterem hominem, & induentes nouum, vt non dicatur nobis quaſi luteo figmento: Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quare me ſic feciſti? Nam vt manifeſtum ſit, non ſanctificato ſpiritu, ſed carnali luto iſta dici, vide quid ſequitur. Aut non habet poteſtatem figulis luti ex eadem conſperſione facere aliud quidem vas in honorem aliud in contumeliam? Ex quo ergo in paradiſo natura noſtra peccauit, ab eadem diuina prouidentia, non ſecundum cœlum, ſed ſecundum terram, id eſt, non ſecundum ſpiritum, ſed ſecundum D
carnem mortali generatione formamur, & omnes vna maſſa luti facti ſumus, quod eſt maſſa peccati. Cum ergo meritum peccando amiſerimus, & miſericordia dei remota, nihil aliud peccantibus niſi æterna damnatio debeatur, quid ſibi vult homo de hac maſſa, vt deo reſpondeat; & dicat quare me ſic feciſti? Si uis iſta cognoſcere, noli eſſe lutum, ſed efficere filius dei p illius miſericordiam, qui dedit poteſtatem fi- Ioan.1.
lios deifieri credentibusin nomine eius. Nõ enim quod tu cupis, antequam credant diuina datur noſſe cupientibus, Merces enim cognitionis meritis redditur, credendo autem meritum cõparatur. Ipſa autem gratia quæ data eſt per fidem, nullis noſtris meritis præcedentibus data eſt. Quod eſt enim meritum peccatoris, & impij? Chriſti autem pro impijs, & peccatoribus mortuus eſt, vt ad credendum non merito ſed gratia Rom.5.
vocaremur, credendo autem etiam meritum conſequamur. Peccatores igitur credere iubentur, vt à peccatis credendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

purgentur. Nesciunt enim quid recte viuendo visuri sint. Quapropter cum videre non possint, nisi recte viuant, nec recte viuere valeant, nisi credant, manifestum est
E à fide incipiendum, vt præcepta quibus credentes à seculo hoc auertuntur, cor mundũ
Matt. 5. faciant vbi videri deus possit. Beati. n. mundo corde, quia ipsi deum videbunt: & per prophetiam canitur, In simplicitate cordis
Sapiẽ. 1. quærite illum. Quapropter recte dicitur hominibus in vetustate vitæ manentibus, & propterea tenebrosum oculum animæ ge-
Rom. 9. rentibus, O homo, tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit, quare me sic feciſti? Aut non habet potestatem figulus luti, ex eadem conspersione facere aliud quidem vas in honorem, aliud
1. Co. 5. in contumeliam? Expurga vetus fermentũ,
2. Co. 3. vt sis noua conspersio, & in eaipsa non adhuc paruulus in Christo vt lacte potãdus sis: sed perueni ad virum perfectum, vt sis
1. Co. 2. inter illos de quibus dicitur, Sapientiã loquimur inter perfectos. Tunc demum recte & non præpostere audies, si qua sunt de animarum occultissimis meritis, & de gratia
Exod. 9. vel iustitia, secreta omnipotentis dei. Nam
Rom. 9. de Pharaone facile respondetur, prioribus meritis quibus afflixit in regno suo peregrinos, dignum effectum cui obduraretur cor, vt nec manifestissimis signis iubentis dei cre
F deret. Ex eadem ergo massa. i. peccatorum, & vasa misericordiæ protulit, quibus subueniret cum eum deprecarentur filij Israel: & vasa iræ quorum supplicio illos erudiret, id est, Pharaonẽ & populum eius: quia quãuis essent vtrique peccatores, & propterea ad vnam massam pertineret, aliter tamen tractandi erant qui vni deo ingemuerant vt eis subueniret, & aliter illi quorum iniustis oneribus ingemuerant. Pertulit ergo in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem. Et eoipso quo ait, in multa patientia: satis significauit priora eorum peccata in quibus eos pertulit, vt opportune tunc vindicaret, qũ de illorum vindicta subueniendum erat his qui liberabantur: & vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam. Hic fortasse conturbatus ad illam quæstionem redis. Cuius vult miseretur, & quem vult obdurat: quid adhuc conqueri-
Ibidem. tur? Volũtati enim eius quis resistit? Prorsus cuius vult miseretur, & quem vult obdurat. Sed hæc voluntas dei iniusta esse non potest. Venit enim de occultissimis meritis, quia & ipsi peccatores cum propter generale peccatum vnam massam fecerint, nõ tamen nulla est inter illos diuersitas. Præce G dit ergo aliquid in peccatoribus, quo quanuis nondum sint iustificati, digni efficiãtur iustificatione, & item præcedit in alijs in peccatoribus, quo digni sint obtusione. Habes Rom. 1. eundem Apostolum alibi dicentem. Quoniam non probauerunt deum habere in notitia, dedit illos deus in reprobum sensum. Quod eos dedit in reprobum sensum, hoc est, q̃ indurauit cor Pharaonis. Quòd autẽ illi non probauerunt deum habere in notitia, hoc est, q̃ digni extiterunt qui darentur in reprobum sensum: tamen verum est quia Rom. 9. non volentis neq; currentis, sed miserentis 1. Ret. 2. est dei. Quia etiam si leuioribus quisque peccatis, aut certe quanuis grauioribus & multis, tamen magno gemitu & dolore pœnitendi, misericordia dei dignus fuerit, non ipsius est, qui si relinqueretur, interiret, sed miserentis dei qui eius pedibus doloribusq̃ subuenit. Parũ est enim velle, nisi deus misereatur: sed deus non miseretur qui ad pacem vocat, nisi voluntas præcesserit, quia in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et Luc. 2. quoniam nec velle quisquam potest, nisi admonitus & vocatus, siue intrinsecus, ubi nullus hominum videt, siue extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua signa visibilia, efficitur vt etiam ipsum uelle deus H operetur in nobis. Ad illam enim cœnam Phili. 2. quam dominus dicit in Euangelio præpa- Luc. 14. ratam, nec omnes qui vocati sunt uenire uoluerunt: neque illi qui uenerunt, uenire possent nisi uocarentur. Itaque nec illi debent sibi tribuere qui uenerunt, quia uocati venerunt: nec illi qui uoluerunt uenire debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniã ut uenirent, uocati erant in libera uoluntate. Vocatio ergo ante meritum uoluntatem operatur. Propterea & si quisquam sibi tribuit quòd uenit uocatus, non sibi potest tribuere quòd uocatus est: qui autem uocatus non uenit, sicut non habuit meritum præmij ut uocaretur, sic inchoat meritum supplicij cum uocatus uenire neglexerit. Ita erunt duo illa, Misericordiam & iudi- Ps. 100. cium, cantabo tibi domine. Ad misericordiã pertinet uocatio: ad iudicium pertinet beatitudo eorum qui uenerunt uocati, & supplicium eorum qui uenire uoluerunt. Nunquid ergo latebat Pharaonem quantum bonũ

ni consecutæ fuerint terræ illæ per aduentũ Ioseph? Illius ergo rei gestę cognitio, vocatio eius fuit, vt populum Israel misericorditer tractans non esset ingratus. Quòd autẽ huic vocationi obtemperare noluit, sed exer
I cuit crudelitatem in eis, quibus humanitas, & misericordia debebatur, meruit pœnam vt indureturet illi cor, & tantam cæcitatem mentis pateretur, vt tot & tantis, tamq; manifestis dei signis non crederet: quo posset eius supplicio, siue obdurationis, siue vltimę visibilis submersionis erudiri populus, cuius afflictione ille & occultæ obtusionis, & manifestæ submersionis meritum sibi cõ
1. Re. 26 pararet. Hæc autem vocatio, quæ siue in singulis hominibus, siue in populis, atque in ipso genere humano per temporum opportunitates operatur, altæ & profundæ or-
Hiere. 1. dinationis est. Quò pertinet etiam illud, In
Mala. 1. vtero sanctificaui te, & cũ esses in renibus pris tui, vidi te. Et, Iacob dilexi, Esau autem odio habui: cum dictum sit antequam nascerentur, Nec comprehendi potest, nisi for
Rom. 9. te ab eis qui diligunt deum ex toto corde, &
Deu. 6. ex tota anima, & ex tota mente sua, & di-
Leu. 19. ligunt proximos suos tanquam seipsos.
Mat. 22 Tanta enim charitate fundati possunt iam
Ephe. 3. fortasse cũ sanctis comprehendere longitudinem, latitudinem, altitudinem & profun-
K dum. Illud tamen constantissime fide retinendum neque quicquam deum iniuste facere neq; vllam esse naturam quæ non debet id qđ est, quia deo debetur omne decus & pulchritudo & congruentia partiũ. Quã si penitus prosecutus fueris, & vsque ad oẽs reliquias de rebus detraxeris, remanet nihil.

De eo qđ scriptũ est, Tunc et ipse filiꝰ subiectꝰ ei erit, q̃ illi subiecit omnia. q. 69. li. 1. de trini Cap. 8. Ioã. 14.

Qui filium dei patri æqualem non esse contendunt, solent vsurpare familiarius hoc testimonium, vbi ait Apostolus, cum autem ei omnia subiecta fuerint, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Non enim potset eis error oboriri palliatus nomine Christiano, nisi de scripturis non intellectis. Dicunt enim, Si æqualis est, quomodo subiectus erit ei? Quod vtiq; simile est illi Euangelicæ quæstioni, Si æqualis est, quomodo maior est pater? Ipse enim dominus ait, Quoniam pater maior me est. Regula autem catholicę fidei sic se habet, vt cum aliqua in scripturis dicuntur de filio, quòd sit minor patre, secundum susceptionem hominis intelligantur. Cum uero ea dicuntur quibus demonstratur æqualis, secundũ id quod deus est accipiantur. Apparet ergo quemadmodum dictum sit, Pater maior me Ibidem. est, Ego & pater vnum sumus. Et, Deus Ioã. 10. erat verbũ, & verbum caro factum est. Et, Ioan. 1. Non rapinã arbitratus est esse æqualis deo, Phili. 2. & semetipsum exinaniuit formam serui ac- L cipiens. Sed quoniam multa etiam secundũ proprietatem personę, excepto quod attinet ad susceptionem hominis, de illo ita dicuntur, vt patrem non aliud quàm patrem, & filium non aliud quàm filium intelligi oporteat, putant hæretici in ijs quæ ita dicuntur atque intelliguntur, æqualitatẽ esse nõ posse. Scriptum est enim, Omnia per ipsum fa- Ioan. 1. cta sunt: vtiq; per filium, hoc est, per verbũ dei. A quo, nisi à patre? Nusquam autẽ scriptum est, q̃ filius per patrem aliquam creaturam operatus sit. Item scriptum est, quod Colo. 1. imago patris sit filius: nusquam autem scriptum est, q̃ imago filij sit pater. Deinde q̃ ille genitor, ille genitus, & cætera huiusce modi, quæ non ad æqualitatem substantiæ, sed ad proprietatem pertinẽt personarũ: in quibus illi æqualitatem cũ dicunt esse non posse, qm̃ ad hæc penetranda grossiores mentes adhibent, pondere authoritatis vrgendi sunt. Si enim in his nõ possit intelligi æqualis eius per quem facta sunt, & eius à quo M facta sunt, imaginis & eius cuius imago est, geniti & genitoris: nullo modo Apostolus contentiosorum hominum ora concludens Phili. 2. ipsum etiam verbum poneret dicens. Non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Cũ ergo eo quæ ad distinctionem patris & filij scripta sunt, partim propter personarũ proprietatis, partim propter susceptionem hominis ita scripta sint: dum tamen diuinæ substantiæ patris, & filij deitas & unitas, & æqualitas maneat: recte quæritur in hoc loco, utrum secundum personarum proprietates, an secũdum hominis susceptionem Apostolus dixerit, Tunc & ipse filius subiectus 1. Co. 15 erit ei qui illi subiecit omnia. Solet circunstantia scripturæ illuminare sententiam, cũ ea quæ circa scripturam sunt, præsentem quæstionem contingentia, diligenti discussione tractantur. Inuenimus itaque ita ventum esse ad hunc locum, ut supra diceret, Nunc autem Christus surrexit à mortuis primitię dormientium. Agebat enim de resurrectione mortuorum, quod domino secundum susceptionem hominis factum est, quemquam apertissime sequatur, & dicat, Quoniam quidem per hominem mors,

& per omnem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Vnusquisq; autem in suo ordine: initium Christus: deinde ij qui sunt Christi in præsentia eius: deinde finis cum tradiderit regnũ deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum, & omnem potestatẽ & virtutẽ. Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Nouissime inimica destruet mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem diceret, q̃ omnia subiecta sunt, manifestum est quia præter eum qui subiecit illi omnia. Cũ autem ei omnia subiecta fuerint, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Manifestum est ergo hoc secundum susceptionem hominis dictum. Sed alia in hoc capitulo, cuius totũ textũ commemorani, solent habere q̃stionẽ: primo quod dictũ est, Cũ tradidit regnũ deo & patri: quasi nunc non teneat regnum p̃: deinde quod dictũ est, Oportet. n. illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: quasi postea non sit regnaturus, & ad hoc valeat quod supra dictũ est, Deinde finis. Quod sacrilega opinione sic accipiunt, quasi finẽ dixerit cõsummationem regni eius, cum scriptum sit in Euangelio. Et regni eius non erit finis. Postremo quod dictum est, Cum autem ei omnia subiecta fuerint, tũc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia: sic volunt intelligi, quasi nunc aut aliquid filio non sit subiectum, aut patri non sit ipse subiectus. Genere igitur locutionis soluitur quæstio. Sic. n. plerunq; scriptura loquitur, vt quod semper est, tunc fieri dicatur ab aliquo, cum in eo cognosci cœperit. Ita enim dicimus in oratione, Sanctificetur nomen tuum: quasi aliquando sanctum non sit. Ergo sicut sanctificetur est, sanctum esse innotesca:: ita quoque cum tradiderit regnum deo & patri, id est, cum patrem regnare monstrauerit vt per speciem manifestationẽq; clarescat, quod nunc à fidelibus creditur, & ab infidelibus non putatur. Euacuabit autem omnem principatum & potestatem, manifestãdo vtique regnum patris, vt omnibus notũ sit, nullum principum & potestatum, siue cœlestium, siue terrestrium, p se habuisse aliquid principatus & potestatis, sed ab illo ex quo sunt omnia, non solum vt sint verũetiã vt ordinata sint. In illa enim manifestatione nulli spes aliqua remanebit in quoquam principe, aut in quoquam homine, quod ẽt nunc prophetice canitur. Bonũ est sperare in dño, quam sperare in homine. Bonum est sperare in domino, q̃ sperare in principibus: vt ista meditatione anima iam in regnũ patris assurgat, nec cuiusquã potestatem præter illum magnificiens, nec sua sibi ipsa pernicioſissime blandiens. Tradet ergo regnũ deo & patri, cum per illum per speciem cognoscetur pater. Regnum enim eius sunt in quibus nunc regnat per fidem. Aliter enim dicitur regnum Christi secundũ potestatẽ diuinitatis, secundum quod ei cuncta creatura subiecta est: & aliter regnum eius dicitur Ecclesia, secundum proprietatem fidei quæ in illo est secundũ quod orat qui dicit. Posside nos. Neq; enim non ipse possidet omnia: secundum quod dicitur etiam illud, Cũ serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Euacuabit ergo omnem principatum & omnem potestatem & virtutem, vt nulli patrem intuenti per filium opus sit, aut libeat in cuiusquam creaturæ, vt vel in sua conquiescere potestate. Oportet enim eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, id est, oportet regnum eius intantum manifestari, donec omnes inimici eius ipsum regnare fateantur. Hoc enim intelligitur, sub pedibus eius futuros inimicos. Q̃d si de iustis acceperimus, ideo dictum est inimicos, quia ex iniustis iustificantur, & ei credendo subduntur. De iniustis autem qui ad iustorum beatitudinem futuram non pertinent, sic accipiendum est, quoniam & ipsi eum regnare, ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur: Ergo oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. non ita dictum est quasi cũ posuerit inimicos sub pedibus suis, non sit postea regnaturus: sed oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Oportet eum, inquit, ad tantam euidentiam regnum suum perducere, donec inimici eius nullo mõ audeant negare quòd regnet. Nam scriptum est. Ita oculi nostri ad deum nostrum, donec misereatur nostri. Nec ideo tamen cum misertus nostri fuerit, oculos ab eo debemus auertere. Intantum enim est beatitudo nostra, inquantum eius contemplatione perfruimur. Sic ergo & hoc dictum est. Oculorum nostrorum intentio ad dominum non porrigitur, nisi vsque ad impetrationem misericordiæ ipsius, non vt postea inde auertatur, sed vt nihil inde amplius requirat. Donec ergo pro eo positum est, vt non amplius, intelligas. Quo enim amplius. i. vsq; ad q̃ maiorem manifestationem manifestabitur regnum Christi, nisi quo vsq; omnes inimici eum regnare fateantur? Aliud est ergo non amplius manifestari, aliud non amplius permanere. Non amplius manifestari, est non fieri manifestius: non amplius permanere, non fieri perseuerantius. Quando autem manifestius erit regnum Christi, quàm cum omnibus claruerit inimicis? Nouissime inimica destruetur mors. Non. n. erit aliud quod destruatur, posteaquam mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia enim subiecit sub pedibus eius: hoc est, vt etiam mortem destruat. Cum autem dixerit, quia omnia subiecta sunt: dixit vtique Prophetia in Psalmis, manifestum est quia præter eum qui subiecit illi omnia patrem vult intelligi omnia filio subiecisse, sicut multis locis idem dominus in Euangelio commendat & prædicat, non solum propter formam serui, sed etiam propter principium, de quo est, & de quo æqualis est ei de quo est. Amat. n. ad vnum principium de quo est referre omnia tanquam imago eius, sed in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Cum autem ei omnia subiecta fuerint, & tunc ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Non quasi modo non ita sit, sed tunc manifestum erit secundum locutionẽ superius tractatam, vt sit deus omnia in omnibus. Ipse est finis quem superius commemorauit, cum totum primo breuiter vellet concludere, deinde quasi membratim explicare & exponere. Loquebatur enim de resurrectione vbi ait, Initiũ Christus, deinde ij qui sunt Christi in præsentia eius, deinde finis. Ipse scilicet finis est, vt sit deus omnia in omnibus. Aliter enim dicitur finis qui pertinet ad consummationem, aliter qui pertinet ad consumptionem. Aliter enim finitur tunica texendo, aliter cibus comedendo. Deus autem omnia in omnibus dicitur, vt nemo eorum qui ei cohærent, amet aduersus eum suam propriam voluntatem. Manifestumq́ue sit omnibus quod idem Apostolus alio loco dicit. Quid autem habes quod non accepisti? Sunt item qui sic intelligãt hunc locum. Oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: vt sub alia significatione positum hic dicant, regnare, non sub ea quã positum est regnum: de quo ait. Cum tradiderit regnum deo & patri: vt illud sic appellauerit regnum, quo vniuersam creaturam deus regit: hoc autem sic appellauerit regnare, vt intelligatur tanquam aduersus hostem exercitum ducere, vel defendere ciuitatem. Vt ideo dixerit, Oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, quia talis regni quale habẽt principes armatorum nulla erit causa, hoste ita subiecto vt rebellare non possit. Nam vtique dictum est in Euangelio. Et regni eius non erit finis: secundũ quòd regnat in æternum. Secundum autem id quod aduersus diabolum sub eo militatur, tandiu erit vtique ista militia, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: postea vero non erit, cum pace perpetua perfruemur. Hæc autem ita dicta sunt, vt nouerimus diligentius etiam illud considerari oportere, secundum quid regnet nunc dominus dispensatione sacramenti sui per incarnationem atque passionem. Nam secundum id quod verbũ dei est, tam sine fine q̃ sine initio, & sine intermissione est regnum eius. Secundũ id autem q̃ verbum caro factum est, cœpit regnare in credentibus per fidẽ incarnationis suæ. Vnde est etiam illud, Dominus regnauit à ligno. Hinc autem euacuauit omnem principatum & omnem potestatem & virtutem, dum non per claritatem eius, sed per humilitatem salui fiunt credentes in eum. Hoc est absconditum à sapientibus & prudentibus, & reuelatum paruulis, quoniam placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Neque quicquam se inter paruulos scire dicit Apostolus, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum. Qua prædicatione tandiu opus est, donec ponantur omnes inimici sub pedibus. i. ipsi humilitati eius, q̃ pedum nomine significari arbitror, cedat atque subdatur omnis superbia secularis, sicut ex maxima parte iam factum est, & quotidie fieri videmus. Sed quo fine ista fiunt? Vt tradatur regnum deo & patri, id est, vt nutritos fide incarnationis suæ, perducat ad speciem qua æqualis est patri. Iam enim eis qui crediderant, loquebatur cum diceret. Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Regnum enim tradet patri cum per id regnabit in contemplantibus veritatem, quo æqualis est patri,

libro. 1. de Trin. ca. 8. & 10.

Luce. 1.

Matt. 6.

Ro. 11.

Pſ. 117.

Pſ. 109.

Pſ. 122.

Rom. 6.

Pſ. 109.

Colo. 2.

1. Co. 4.

1. Co. 15

Luc. 1.

Ioan. 1.

Pſal. 95.

Mat. 11

1. Co. 1.

1. Co. 2.

Ioan. 8.

Universidad de Deusto Biblioteca

& per se vnigenitum, per speciem faciet
Philp.2. videri patrem. Nunc enim per hoc regnat
in credentibus, quo seipsum exinaniuit for-
mam serui accipiens, Tunc aũt tradet regnũ
I deo & patri, cum euacuauerit omnem prin-
cipatum & ptãtem & virtutem. Vnde eua-
cuauit, nisi humilitate & patientia & infir-
mitate? Quis.n. principatus non euacuetur,
cum filius hominis propterea regnat in cre-
dentibus, quia eum principes seculi iudica-
uerunt? Quæ potestas non euacuetur, cum
ipse per quem facta sunt omnia, propterea
regnat in credentibus, quia ita subiectus est
potestatibus, vt diceret homini, Non habe-
Ioan.19 res in me potestatem, nisi data tibi esset de-
super? Quæ uirtus non euacuetur, cum ip-
se per quem cœli solidati sunt, ideo regnat in
credentibus, quia vsq; ad crucem mortemq;
infirmatus est? Hoc autem modo filius re-
gnat proprie in fide credentium. Non enim
pater dici aut credi potest, vel incarnatus,
vel iudicatus, vel crucifixus. Per speciem
autem qua æqualis est patri, cum patre re-
gnat in contemplantibus veritatem. Quòd
autem tradet regnum deo & patri, a fide
incarnationis suæ ad speciem deitatis perdu
cens eos qui sibi nunc credunt, nõ ipse, amit
tit, sed vterq; se vnum ad fruendum cõtem-
plantibus præbet. Tandiu aũt opus est, vt in
hominibus nondum valentibus æqualitatẽ
patris & filij perspicua mentis luce contue-
ri, per hoc regnet Christus quod tales cape-
K re possunt, & quod proprie ipse suscepit. i.
incarnationis humilitatem, donec ponat o-
mnes inimicos sub pedibus suis. i. donec om-
nis superbia secularis incarnationis eius hu
militati subdatur. Sanè quòd dictum est,
Tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi
subiecit omnia: quanuis secundum susceptio
nem hominis dicatur quia inde est quæstio
nata cum ageret de resurrectione mortuo-
rum, tũ recte quæritur vtrum secundum
ipsum tantum dictum sit, quod est caput Ec
clesiæ, an secundum vniuersum, Christum
annumero corpore & membris eius, Cum
Gal.3. enim ait ad Galatas, Nõ dicit & seminibus,
tanquam in multis, sed tanquam in vno, &
semini tuo quod est Christus, ne ipsum hoc
loco solum intelligeremus Christum, qui
de Maria virgine est natus: postea dicit,
Omnes enim vos vnum estis in Christo Ie
su, Si autem vos Christi, ergo Abrahæ semẽ
estis. Et ad Corinthios cum de c[illegible]itate di-
ceret, de membris corporis similitudinem
ducens. Sicut enim corpus unum est, inquit,
& membra habet multa, omnia autem mẽ- 1.Co.12
bra corporis cum sint multa, unum est cor-
pus, ita & Christus. Non dixit, ita & Chri-
sti, sed ita & Christus, ostendens Christum
recte appellari etiam vniuersum, hoc est, ca-
put cum corpore suo, quod est Ecclesia. Et L
multis scripturarum locis inuenimus Chri
stum etiam hoc modo appellari, ut cum om-
nibus suis membris intelligatur, quibus di-
ctum est, Vos estis corpus Christi & mem-
bra. Non ergo absurde sic intelligimus,
Tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi
subiecit omnia: vt filium non solum caput
Ecclesiæ, sed omnes cum eo sanctos intelli-
gamus, qui sunt vnum in Christo, vnum se-
men Abrahæ. Subiectum autem scẽm con-
templationem sempiternæ veritatis, ad ob-
tinendam beatitudinem, nullo motu animi,
nulla parte corporis resistente, vt in illa vi-
ta nemine amante propriam potestatem, sit 1.Co.15
deus omnia in omnibus. Quæri solet De eo
quid sit, Tunc fiet illud quod scriptum est, qđ Apo
Absorpta est mors in victoriã. Vbi est mors stolus di
contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? cit, Ab
Aculeus autem mortis peccatum, virtus au sorpta é
tem peccati lex. Mortem significari arbi- mors in
tror hoc loco carnalem cõsuetudinem quæ victoria
resistit bonæ voluntati delectatione bono- vbi est
rum temporalium fruendorum. Non enim mors eõ
diceretur, vbi est contentio tua: si non re- tentio
stitisset & repugnasset. Ipsius contentio e- tua &c.
tiam illo loco describitur, Caro concupiscit q.70.
aduersus spiritum, & spiritus aduersus car- Gala.5.
nem. Hęc enim inuicem sibi resistunt & ad- M
uersantur, ut non quæcunque vultis illa fa-
ciatis. Fit ergo per sanctificationem perfe-
ctam, vt omnis carnalis appetitus, spiritui
nostro illuminato & viuificato, id est, bonæ
voluntati subijciatur. Et sicut nũc videmus
multis pueribus delectationibus nos care-
re, quæ nos pueros si denegarentur, acerri-
me cruciabant, Ita credendum est de omni
carnali delectatione futurum esse, cum per-
fecta sanctitas totum hominem reparauerit.
Nunc autem quandiu est in nobis quod re-
sistat bonæ voluntati, auxilio dei per bonos
homines & bonos angelos indigemus, vt
donec sanetur vulnus nostrum, non ita
molestet, vt perimat etiam bonam volun-
tatem. Hanc autem mortem peccato me-
ruimus, quod peccatum erat ante omnimo-
do in libero arbitrio, cum in paradiso
nullus dolus denegata delectatione volun-
tati

tati bonæ hominis resistebat sicuti nũc. Ver
bigratia, si quisquam existat quem nũquam
delectauit venatio, omnimodo liber est vtrũ
venari velit an nolit, nec eum cruciat quis-
quis hoc prohibet. At si ista libertate male
A vsus, uenatus fuerit contra prohibentis im-
perium, paulatim surrepens delectatio mor-
tificat animam, ut si se abstinere uelit, absq;
molestia & sine angore non possit, cum id
ante tota sanitate non ageret. Ergo aculeus
mortis peccatum est, quia peccato facta est
delectatio, quæ iam possit resistere bonæ vo
luntati, & cum dolore cohiberi. Quam dele
ctationem quia in defectu est animę deterio
ris effectæ, iure mortem uocamus. Virtus au
tem peccati lex est, quia multo sceleratius &
flagitiosius quæ lex prohibet committũtur,
q̃ si nulla lege prohiberentur. Tunc itaque
absorpta erit mors in victoriã, cum per san-
ctificationem in omni parte hominis perfe-
cta, delectatione spiritalium delectatio car-
De eo nalis obruetur. Quia ueteris testamenti
qđ scri- custodia timorem habebat, non potuit aper-
ptũ est, tius significari noui testamenti donum esse
inuicem charitatem, quam hoc loco vbi Apostolus
onera ve dicit, Inuicem onera vestra portate, & sic
stra por adimplebitis legem Christi. Hanc.n. Chri-
tate & sti legem dicere intelligitur, qua ipse domi-
sic adim nus præcepit, vt nos inuicem diligamus, tan
plebitis tum in ea sententia præcepti pondus consti-
legem tuens vt diceret, In hoc cognoscitur quoniã
Christi. discipuli mei estis, si vos inuicem diligatis.
q.71. Huius autem dilectionis officium est, inui-
B cem onera nostra portare. Sed hoc officium
Ioã. 15. quod sempiternum non est, perducet sanè
Ioã. 13. ad beatitudinem æternam, in qua nulla erũt
Gal.6. nostra onera, quæ inuicem portare iubea-
mur. Nunc uero cum in hac uita, id est, id
hac uia sumus, onera inuicem nostra porte-
mus, vt ad eam uitam quæ caret omni onere
Ceruo- peruenire possimus. Sicut enim de ceruis
rum na- nonnulli talium cognitionum studiosi scri-
tura. pserunt, cum fretum ad insulam transeunt
Plin. li. pascuarum gratia, sic se ordinant, vt onera
8.ca.32. capitum suorum quæ gestant in cornibus, su
per inuicem portent, ita vt posterior super
anteriorem ceruice proiecta caput collocet.
Et quia necesse est vnum esse qui cæteros
præcedens, non ante se habeat cui caput in-
clinet, vicibus id agere dicuntur: vt lassatus
sui capitis onere, ille qui præcedit, post om-
nes redeat, & ei succedat cuius ferebat ca-
put, cum ipse præiret. Ita inuicem onera
sua portantes, fretum transeunt, donec ve-
niant ad terræ stabilitatem. Istam fortasse Prou.5.
ceruorum naturam intenderat Salomon cũ
ait, Ceruus amicitiæ & pullus gratiarũ tua-
rum colloquantur tecum. Nihil enim sic
probat amicum, quemadmodum oneris ami C
ci portatio. Nec tamen inuicem onera no-
stra portaremus, si unum tempus esset infir-
mitatis amborum qui onera sua sustinent,
aut unum infirmitatis genus: sed diuersa tẽ-
pora & diuersa genera infirmitatis faciunt,
vt onera nostra portare inuicem valeamus.
Verbi gratia, Iram fratris tui tunc portabis,
cum tu aduersus eum non irasceris, vt rur-
sus eo tempore quo te ira præoccupauerit, il
le te lenitate & tranquillitate sua suppor-
tet. Hoc exemplum ad id pertinet, cum diu-
ersa sunt tempora portantium onera sua,
quanuis ipsa diuersa non sit infirmitas, In
ambobus enim abinuicem ira portatur. Ad
diuersum autem infirmitatis genus aliud
exemplum videndum est. Veluti si quis lo-
quacitatem in se vicerit, & pertinaciam nõ-
dum vicerit, alius uero adhuc loquax sit, sed
iam pertinax non sit, debet ille huius loqua-
citatem, & iste illius pertinaciam, donec il-
lud in illo, & hoc in isto sanetur, charitate
portare. Par quippe infirmitas in duobus, si
vno accidat tempore, tolerare seinuicem nõ
valent, cum aduersum se intenditur. Nam
aduersus aliquem tertium, & duo irati sibi
conueniunt, & se tolerant: quanquam nec
tolerare seinuicem dicendi sunt, sed potius D
seinuicem consolari: sicut & tristes de re
vna magis se portant & quasi incumbunt
sibi, quàm si unus tristis esset & alius gaude
ret. Si autem aduersus se tristes sint, prorsus
se tolerare nõ possunt. Et ideo in huiusmodi
affectionibus suscipienda est aliquantulum
ipsa ægritudo, de qua uis alium per te libera
ri, & sic suscipienda vt ad auxilium, non ad
æqualitatem miseriæ valeat. Quemadmo-
dum se inclinat qui manum iacenti porri-
git. Non enim se proijcit vt ambo iaceant,
sed incuruat tantum vt iacentẽ erigat. Ne-
que vlla res officiosum istum laborem ad
portanda onera aliorum facit libenter im-
pendi, nisi cum cogitamus quanta pro nobis
pertulerit dominus. Hinc enim admonens
Apostolus ait, Hoc sentite in uobis quod &
in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset,
non rapinam arbitratus est esse se æqualem
deo, sed semetipsum exinaniuit formam ser-
ui accipie[illegible], in similitudinem hominum fa
ctus, & habitu inuentus vt homo, humilia-
uit

uit semetipsum factus obediens patri vs-
Philip.2 que ad mortem,mortem autem crucis. Superius enim dixerat, Non quæ sua sunt vnusquisque intendens, sed ea quæ aliorum.
E Huic sententiæ contexuit quod dictum est, nã ita sequitur, Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu. Ad hoc duntaxat, vt quemadmodum ille in eo quòd verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset peccata nostra suscepit,non attendit sua,sed nostra: ita & nos libenter ad eius imitationem, inuicem onera nostra portemus. Huic cogitationi accedit etiam illa cogitatio, quia ille suscepit hominem,nos autem homines sumus: & considerare debemus,quòd ægritudinem, siue animæ siue corporis quam in alio homine videmus,etiam nos habere potuimus aut possumus. Hoc ergo exhibeamus illi cuius infirmitatem portare volumus, quod ab illo nobis vellemus exhiberi, si forte nos in ea essemus, & ipse non esset. Ad hoc pertinet
1.Co.9. quod ipse Apostolus ait, Omnibus omnia factus sum,vt omnes lucrifacerem. Omnibus omnia factus est, cogitando scilicet etiã in eo vitio se esse potuisse vnde cupiebat alium liberari. Compatiendo enim potius id agebat,non mentiendo, sicut quidam suspicantur, & hi maxime qui suis mendacijs defendendis, quæ dum negare nõ possunt, alicuius magni exempli patrocinium quæ-
F runt. Deinde etiam illud cogitandum, nullum esse hominem qui non possit habere ali quod bonum quod tu nondum habes, etiam si lateat,in quo sine dubio possit te esse suprior. Quæ cogitatio ad contundendam edo mandamque superbiam valet, ne arbitreris quoniam tua bona quidem eminent & apparent,ideo alterum nulla habere quæ lateãt, & fortasis maioris ponderis bona quibus
Philip.2 te superat nescientem. Nõ enim fallit nos, aut adulatione potius vti Apostolus iubet cum dicit nihil per contentionem neque per inanem gloriam,sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem sibi. Non hoc ita debemus existimare vt nõ existimemus,sed nos existimare fingamus: sed vere existimemus aliquid occultum esse posse in alio quo nobis superior sit,etiam si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse non sit occultum. Istæ cogitationes deprimentes superbiam, & acuentes charitatem, faciunt onera fraterna in[illegible]em, non solum æquo animo, sed etiam hoentissime sustinere. Nullo modo autem de quoquam homine incognito ferenda sententia est, & nemo nisi per amicitiam cognoscitur. Et ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia bona eorum nos delectant & tenent. G
Nullius itaque repudianda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam, non vt statim recipiatur, sed vt recipiendus opte tur,atque ita tractetur, vt recipi possit. Illũ enim receptum in amicitiam possumus dicere,cui omnia consilia nostra refundere audeamus. Et si quisquam est qui se non audet ingerere ad amicitiam faciendam, cum aliquo nostro temporali honore aut dignitate reuocetur, descendendum est ad id, & offerendum illi quadam comitate & submissione animi quod petere per se ipse non audet. Sanè quanuis rarius,tamen aliquoties accidit,vt eius quem volumus in amicitiam recipere,prius nobis innotescũt mala quam bona,quibus offensi & quodammodo reper cusi relinquimus eum, & ad bonorum eius quæ forte occultiora sunt indagationem nõ peruenimus. Admones itaque dominus noster Iesus Christus, qui nos vult effici imitatores suos, vt eius infirma toleremus, vt ad quædam sana in quorum delectatione acquiescamus per charitatis tolerãtiam perducamur. Ait enim, Non est opus sanis Matt.9.
medicus, sed ægrotantibus. Ideoq; si pro- H
pter Christi charitatem, etiam eum qui ex parte,vel omnino fortasis ægrotat, repellere ab animo non debemus, quoniam sanari potest per verbum dei: quanto minus eum qui propter nos videri potest totus ægrotus: quia quædam eius saucia in primo ingressu amicitiæ non potuimus sustinere, & quod est grauius, cum offensione animi de toto homine ausi sumus temerariã præiudicij ferre sententiam,non timentes quod dictum est, Nolite iudicare, vt non iudi- Matt.7.
cemini, Et in qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur uobis? Sæpe autem illa quæ bona sunt, prius apparent: in quibus etiam temerarium beneuolentiæ iudicium cauendum est, ne cum totum bonum putaueris, ea quæ postea mala apparuerint, securum & imparatum te inueniant, & grauius offendant: vt eum quem temere dilexeras, acerbius oderis, quod nefas est: quia etiam si nulla eius bona præcederent, & hæc quæ postea apparuerunt mala, prius eminerent, toleranda tamen erant, donec omnia cum illo ageres, quibus

bus talia sanari solent: quanto magis cum ea bona præcesserunt, quæ tanquam pignora nos debent ad posteriora toleranda constringere? Ipsa est ergo lex Christi, vt inuicem onera nostra portemus. Christum au-
Gal.6. I tem diligendo, facile sustinemus infirmitatẽ alterius etiam quem nondum propter bona sua diligimus. Cogitamus enim quia ille, quem diligimus, dominus propter eũ mortuus sit. Quam charitatem Apostolus Pau-
1.Co.8. lus nobis ingesit,cum diceret,Et peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est: vt si illum infirmum propter vitium,quo infirmus est,minus diligimus, in eo Christum consideremus,qui mortuus est propter illum. Christum autẽ non diligere, non infirmitas, sed mors est. Quapropter ingenti cura, & implorata dei misericordia cogitandum est, ne Christum negligamus propter infirmum, cum infirmum debeamus diligere propter Christũ.

De tẽpo ribus æternis. q.72. Quæri potest quomodo ab ipso Apostolo Paulo dictum sit, Ante tempora æterna. Si enim tempora,quomodo æterna? Nisi si forte ante omnia tempora intelligi voluit: quia si dixisset ante tempora: atque addidisset, æterna,posset accipi, ante quædam tempora,quæ ante se haberent alia tempora. Aeterna autem maluit dicere,quàm omnia,fortasis ideo,quia tempus non cœpit ex tempore. An tẽpora æterna æuum significauit inter qđ & tempus hoc distat,quòd illud stabile est,tẽpus autem mutabile? Multis modis habitum dicimus, Vel habitum animi,sicut est cuiuscũque disciplinę perceptio, vsu roborata atque firmata. Vel habitum corporis, secundum quem dicimus alium alio esse succulentiorem & validiorem: quæ magis proprie habitudo dici solet. Vel habitum eorum,quæ membris nostris accommodantur extrinsecus: secũdum quem dicimus vestitum,calciatum, armatum, & si quid eiusmodi est. In quibus omnibus generibus, siquidem nomen hoc dictum est ab illo verbo, quod est habere manifestum est in ea re dici habitum, quæ accidit alicui, vt ita eam possit etiam non habere;nam & doctrina accidit animo, & succus ac robur corpori: & vestis atq; arma, non dubium est quin accidant membris nostris: ita vt & imperitus possit esse animus, & ei doctrina non accidere: & exile atq; languidum corpus, sine succo viscerum & robore: & nudus sine veste, & inermis sine armis,& pede nudo sine calciamentis esse homo potest. Habitus ergo in ea re dicitur,quæ nobis vt habeatur accidit. Veruntamen hoc interest, quòd quædã eo- 3.sen.di.
rum quæ accidunt nobis, vt habitum faciãt, 6.cap.ne
non mutantur à nobis, sed ipsa nos mutant, autem.
in seipsa integra & inconcussa manentia: sicuti ipsa sapientia,cum accidit homini,non ipsa mutatur, sed hominem mutat, quem de stulto sapientem facit. Quædam vero sic accidunt, vt & mutent & mutentur: sicuti cibus ipse amittens speciem suam, in corpus nostrum vertitur: & nos refecti cibo, ab exilitate atque languore in robur atque valentiam cõmutamur. Tertium vero genus est,cum ipsa quæ accidunt, mutantur vt habitum faciant, & quodammodo formantur ab eis,quibus habitum faciunt, sicuti est vestis:nam cum reposita vel proiecta est, non habet eam formam,quam sumit cum induitur atque inducitur membris. Ergo induta accipit formam quam non habebat exuta, cum ipsa membra, & cum exuuntur, & cũ induuntur,in suo statu maneant. Potest esse & quartum genus,cum ea quæ accidunt, ad faciendum habitum, nec ea mutant quibus accidunt,nec ab eis ipsa mutantur: sicut annulus in digito,si non nimis subtiliter attendatur. Veruntamen hoc genus aut nullum est, si diligenter discutias,aut omnino rarissimum. Cum ergo Apostolus de vnigenito Phil. 2.
dei filio loqueretur, quantum pertinet ad M
eius diuinitatem, secundum id quòd verisimus deus est,æqualem dixit esse patri,quod non ei fuit tanquam rapinam, id est, quasi alienum appetere, si semper manens in ea æqualitate,nollet hominem indui, & hominibus ut homo apparere: sed semetipsum exinaniuit, non formam suam mutans, sed formam serui accipiens: neque conuersus aut transmutatus in hominem, amissa incõmutabili stabilitate, sed tanquam verum hominem susciendo, ipse susceptor in similitudinem hominum factus, non sibi sed eis in homine apparuit, habitu inuentus est vt homo. id est habendo hominem, inuentus est vt homo. Non enim poterat inueniri lib.7. de
deus ab ijs, qui cor immundum habebant, Trinita-
& verbum apud patrem videre non pote- te.ca. 3.
rant, nisi hoc suscipiendo quod possent videre,& per quod ad illud lumẽ interius ducerentur. Iste aũt habitus nõ est ex primo genere:nõ enim manens in se natura hominis,naturã [illegible]i cõmutauit. Neq; ex secũdo, non .n. immutauit homo deum,& mutatus est

est ab illo, Neq; ex quarto: non enim sic assumptus est homo, vt neq; ille mutaret deū, nec ab ipso mutaretur. Sed potius ex tertio: sic enim assumptus est, vt commutaretur in melius, & ab eo formaretur ineffabiliter excellentius atq; coniunctius q̄ vestis, cum ab homine induitur. Hoc ergo nomine habitus satis significauit Apostolus quemadmodū dixerit, in similitudinē hominum factus: quia non transfiguratione in hominem, sed habitu factus est, cum indutus est hominē, quem sibi vniens quodammodo atq; conformans, immortalitati æternitatiq̄ sociaret. Sed illum habitū, qui est in perceptione sapientiæ & disciplinæ, Græci ἕξιν, vel σχέσιν vocant. Hunc autem, secundum quem dicimus vestitum, vel armatum, σχῆμα potius vocāt. Ex quo intelligitur de illo genere habitus locutum Apostolum, quandoquidem in Græcis exemplaribus σχήματι, scriptum est, quod nos in Latinis habitu habemus. Quo nomine oportet intelligi non mutatum esse verbum susceptione hominis, sicuti nec membra veste induta mutantur: quāquam illa susceptio ineffabiliter susceptum susipienti copulauerit: sed quantum verba humana rebus ineffabilibus coaptari possunt, ne mutatus intelligatur deus humanæ fragilitatis assumptor, electum est vt Græce σχῆμα, & Latine diceretur habitus illa susceptio. Imago & æqualitas & similitudo

De eo qđ scriptum est in Epistola Pauli ad Colosſ. In quo habemꝰ redēptionem & remisſionē pecca torū, qui est ῖmago dei inuisibilis. q. 74.

distinguenda sunt: quia vbi imago, continuo similitudo, nō continuo ęqualitas. Vbi æqualitas, continuo similitudo, non cōtinuo imago. Vbi similitudo, non continuo imago, non continuo æqualitas: vt in speculo est imago hominis, quia de illo expressa est: est etiam necessario similitudo, nō tamen æqualitas: quia multa desunt imagini, quæ tamen insunt illi rei, de qua expressa est. Vbi ęqualitas, continuo similitudo, nō continuo imago: velut in duobus ouis paribus, quia inest æqualitas, ineſt & similitudo: quæcunque enim assunt vni, assunt & alteri: imago tamē non est quia neutrum de altero expressum est. Vbi similitudo, non continuo imago, nō continuo æqualitas: omne quippe ouū omni ouo, inquantum ouum est, simile est: sed ouum perdicis, quāuis inquantū ouum est, simile est ouo gallinæ, nec imago tamen eius est, quia de illo expressum non est: nec æquale, quia breuius est, & alterius generis animantium. Sed vbi dicitur, non cōtinuo: vtique intelligitur, quia esse aliquando potest. Potest ergo esse aliqua imago, in qua sit etiam æqualitas: vt in parentibus & filijs inueniretur imago & æqualitas & similitudo, si interullum temporis defuisset: nam & de parente expressa est similitudo filij, vt recte dicatur imago: & potest esse tanta vt recte etiam dicatur æqualitas, nisi quòd parens tē pore præcesit. Ex quo intelligitur & aliquā do æqualitatem, non solum similitudinem habere, sed etiam imaginem, quod in superiori exemplo manifestum est. Potest etiam aliquando similitudo esse & æqualitas, quāuis non sit imago: vt de duobus ouis paribus dictum est. Potest etiam similitudo & imago esse, quamuis non sit æqualitas: vt in speculo ostendimus. Potest & similitudo esse, vbi & æqualitas & imago sit: sicut de filijs commemorauimus, excepto tempore, quo præcedunt parentes. Sic enim æqualem syllabam syllabæ dicimus: quamuis altera præcedat, altera subsequatur. In deo autem quia conditio temporis vacat: non enim potest recte videri deus in tempore genuisse filiū, per quem condidit tempora: cōsequens est, vt non solum sit imago eius, quia de illo est, & similitudo, quia imago: sed etiam æqualitas tanta, vt nec temporis quidem internallum impedimentum sit. Sicut Apostolus ad Hebræos dicit, Testamentum testatoris morte firmatur, propterea mortuo pro nobis Christo, nouum testamentum firmatū esse asserit: cuius similitudo vetus testamentum erat, in quo mors testatoris per victimā præfigurabatur. Si ergo quæratur quomodo simus secundum eiusdē Apostoli verba cohæredes Christi, & filij atq; hæredes dei, cum hæreditas morte decessoris firmā teneatur: nec vllo alio modo possit hæreditas intelligi: Respondetur, ipso quidem mortuo factos nos esse hæredes, quoniam filij eius etiam dicti sumus: Non ieiunant, inq̄t, filij sponsi, quandiu cum illis est sponsus. Hæredes ergo eius dicimur, quia reliquit nobis pacis Ecclesiasticæ possessionē per fidē temporalis dispensationis, quam in hac vita posfidemus, quod testatus est dicens, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Cohæredes autem eius efficiemur cum in fine seculi mors absorbebitur in victoria: tunc enim similes ei erimus, qñ videbimus eum sicuti est. Quam hæreditatem nō eius patris morte adipiscimur, qui mori non potest, quādoquidem ipse sit hæreditas nostra, secundum illud quod scriptū est, Dominus

pars

Psal. 15. pars hæreditatis meæ. Sed quoniam conuocati sumus adhuc paruuli, & ad spiritalia cō templanda minus idonei, vsque ad humillimas nostras cogitationes se diuina miseratio porrexit, vt quomodocunque cernere niteremur, quod non euidenter atque perspicue cernebamus, idipsum moritur quod in ænigmate cernebamus, cum facie ad faciē

1. Co. 13 cernere cœperimus. Conuenienter ergo dicitur moriturum esse quod auferetur: cum autem venerit quod perfectum est, auferetur quod ex parte est. Ita nobis quodammodo moritur pater in ænigmate, & idem ipse sit hæreditas, cum facie ad faciem possideturnon quia ipse moritur, sed imperfecta in eum nostra visio perfecta visione perimit. & tamen nisi illa prior nos nutrirer, ad illā plenissimam & euidentissimam non efficeremur idonei. Quod si etiam de domino Ie

Ioan. 1. Luc. 2. su Christo, non secundum verbum in principio deum apud deum, sed secundum puerum, qui proficiebat ætate ac sapientia, pius intellectus admittit, propria illa susceptione seruata, quæ communis ei cum cæteris hominibus non est, manifestum est, cuius tanquam morte possideat hæreditatem. Nō enim nos cohæredes eius esse possumus, nisi & ipse hæres sit. Si autem pietas hoc non admittit, vt primo ex parte videret homo

F dominicus, deinde ex toto quanquam in sapientia proficere dictus sit, in corpore suo intelligatur hęres: id est Ecclesia, cuius cohæredes sumus, quamuis ex nobis conster, quemadmodum filij eius matris dicimur. Sed rursum quæri potest, cuius morte facti sumus & nos etiam hæreditas dei, secun

Psal. 2. dum illud, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Hęreditatem autem tuam, nisi forte huius mundi, quo prius tanquam dominante tenebamur. Post autem cum dicimus,

Gal. 6. Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: posſidet nos Christus mortuo illo, qui nos possidebat: cum ei renunciamus, morimur illi, & ipse nobis. Quoniam Paulus Apo

De eo qđ Apostolus Iacobus 2. ca. dicit, Vis autē scire ò hō fidem, Locus iste huius Epistolæ eundem inanis: quia fides sine vtitur exemplo, vacuam esse fidem, si non

stolus prædicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis, qui sic acceperunt dictum, vt putarent, cum semel in Christum credidissent etiam si male operarentur, & facinorose flagitioseque viuerent, saluos se esse posse per sensum Pauli Apostoli quomodo sit intelligendus, exponit. Ideoque magis Abrahæ bene operetur, quoniam Abrahæ exemplo operibus ociosa est. Cum enim bona opera commorat Abrahæ quæ eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum Apostolum nō ita per Abraham docere iustificari hominē per fidem sine operibus, vt si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari: sed ad hoc potius, vt nemo meritis priorum bonorum operum arbitretur se peruenisse ad donum iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim se gentibus in Christum credentibus Iudæi præferre cupiebant, quòd dicebant se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt, ad Euangelicam gratiam peruenisse: ideoque scandalizabantur multi, qui ex eis crediderant quòd incircumcisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit, posse hominem sine operibus præcedentibus iustificari per fidem. nam iustificatus per fidem, quomodo potest nisi iuste deinceps operari, quamuis antea nihil operatus iuste, ad fidei iustificationem peruenerit non merito bonorum operum sed gratia dei, quæ in illo iam vacua esse non potest, cum iam per dilectionem bene operatur? Quòd si cum crediderit, mox de hac vita decesserit, iustificatio fidei manet cum illo: nec præcedentibus bonis operibus, quia non merito ad illam, sed gratia peruenit: nec consequentibus, quia in hac vita esse non sinitur. Vnde manifestum est quod Paulus Apostolus dicit, Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus. Non tamen ita intelligendum est, vt accepta fide, si vixerit, dicamus eum iustum, etiā si male vixerit. Ideo exemplo Abrahæ & Apostolus Paulus vtitur, quia sine operibus legis, quam non acceperat, per fidem iustificatus est: & Iacobus, quia fide ipsius Abrahæ opera bona consecuta esse demonstrat, ostendens quemadmodum intelligendum sit, quod Paulus Apostolus prædicauit. Nam qui putant istam Iacobi Apostoli sententiam contrariam esse illi Pauli Apostoli sententiæ, possunt arbitrari etiam ipsum Paulum sibi esse contrarium, quia dicit alio loco, Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et alio loco, Sed fides quæ per dilectionem operatur. Et iterum, Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

De hæreditate dei. q. 75. Hebr. 9. Matt. 9. Ioā. 14. 1. Co. 15 1. Ioā. 3 Rom. 2. Gal. 5. Rom. 8.

uetis. Quæ sint autem facta carnis, quæ operibus spiritalibus mortificanda sunt, alio loco manifestat dicens, Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immũditiæ, impudicitia, simulachrorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prędixi: quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Et ad Corinthios ait, Nolite errare, neque fornicatores, neq; idolis seruiẽtes, neq; adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, neq; fures, neque auari, neq; ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt. Et hæc quidẽ fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Quibus sententijs manifestissime docet, nõ eos præterito bono opere ad fidei iustificationem peruenisse: nec meritis eorum istam gratiã datam, quando dicit, Et hæc quidem fuistis, sed cum dicit, Qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. satis ostendit, iam ex quo crediderunt, bene operari debere. Quod & Iacobus dicit, & multis omnino locis idem Apostolus Paulus satis aperteque prędicat, recte viuendum omnibus, qui in Christo crediderunt, ne ad pœnas perueniant. Qđ & ipse dominus commemorat dicens, Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnũ cœlorum. Et alibi, Vt quid dicitis mihi, domine domine, & non facitis q̃ dico vobis? Et omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, similabo eum viro prudenti, qui ædificauit domum suam supra petrã: &c. Et qui audit vrrba mea hæc, & non facit ea, similabo eum viro stulto, qui ædificauit domum suã super arenam: & cætera. Quapropter non sunt sibi contrariæ duorum Apostolorum sententiæ Pauli & Iacobi, cũ dicit vnus iustificari hominem per fidem sine operibus: & alius dicit, inanem esse fidem sine operibus: quia ille dicit de operibus, q̃ fidem præcedunt: iste de ijs quæ fidem sequuntur: sicut etiam ipse Paulus multis locis ostendit. Omnis perturbatio, pasfio cupiditas, perturbatio: omnis igitur cupiditas, pasfio. Omnis autem pasfio, cum est in nobis, ipsa pasfione patimur: & inquantum pasfio est, patimur. Omnis igitur cupiditas, cum est in nobis ipsa cupiditate patimur: & inquantum cupiditas est patimur. Omnis aũt pasfio, inquantum ipsa pasfione patimur, non est peccatum: sic & si patimur timorem, non est peccatum: tanquam si diceretur, Si bipes est, non est pecus. Si ergo propterea hoc non est consequens, quia multa sunt pecora bipedia: propterea & illud nõ est cõsequens, quia multa sunt peccata quæ patimur. Hoc enim contra dicitur, non esse consequens, vt si patimur timorem, ideo non sit peccatum. Tu autem dicis consequens esse, vt si patimur timorem, non sit peccatum: cum tamen concedas aliqua esse peccata quæ patimur. Ars illa summa omnipotentis dei, per quã ex nihilo facta sunt omnia, quæ etiam sapientia eius dicitur: ipsa operatur etiã per artifices, vt & pulchra atque congruentia faciant: quamuis non de nihilo, sed de aliqua materia operentur, velut ligno, aut marmore, aut ebore, & si qđ aliud materiæ genus manibus artificis subditur. Sed ideo isti non possunt de nihilo aliquid fabricare, quia per corpus operantur: cum tamen eos numeros, & lineamentorũ conuenientiam, quæ per corpus corpori imprimunt, in animo accipiant ab illa summa sapientia, quæ ipsos numeros & conuenientiam longe artificiosius vniuerso mundi corpori impresserit, quod de nihilo fabricatum est: in quo sunt etiam corpora animalium, quæ iam de aliquo, id est, de elementis mundi fabricantur: sed longe potentius excellentiusque, quàm cum artifices homines easdem figuras corporum & formas in suis operibus imitantur. Non enim omnis numerositas humani corporis inuenitur in statua, sed tamen quæcunque ibi inueniũtur, ab illa sapientia per artificis manum traijciuntur, quæ ipsum corpus humanum naturaliter fabricat. Nec ideo tamen pro magno habendi sunt, qui talia opera fabricant, aut diligunt: quia minoribus rebus intenta anima, quas per corpus corporaliter facit, minus inhæret ipsi summæ sapientiæ, vnde istas potentias habet: quibus male vtitur, dum foris eas exercet: illa enim, in quibus eas exercet, diligens, interiorem earum formam stabilem negligit, & inanior infirmiorque efficitur. Qui vero talia opera etiam coluerunt, quantum deuiauerint à veritate, hinc intelligi potest, quia si ipsa animalium corpora colerent, quæ multo excellentius fabricata sunt, & quorum sunt illa imitamenta,

2.sen.di. 36.c.pte rea. L

De pulchritudine simulachrorum. q.78. 1.Co.1.

M

Quare magi Pharaonis fecerunt quædam miracula sicut

Moyses famulus dei q.79

Imitamenta, quid eis infœlicius diceremus? Omnis anima partim priuati cuiusdam iuris sui potestatem gerit, partim vniuersitatis legibus, sicut publicis coercetur & regitur. Quia ergo vnaquæque res uisibilis A in hoc mundo habet potestatem angelicam sibi præpositam, sicut aliquot locis diuina scriptura testatur, de ea re cui præposita est, aliter quasi priuato iure agit, aliter tãquam publice agere cogitur. Potentior est enim parte vniuersitas: quoniam illud quod priuatim agit, tantum agere sinitur, quantum lex vniuersitatis sinit. Sed vnaquæque anima tanto est pietate purgatior, quanto priuato suo minus delectata, legem vniuersitatis intuetur, eique deuote ac libenter obtemperat. Est enim lex vniuersitatis, diuina sapientia. Quanto autem amplius priuato suo gaudet, & neglecto deo qui omnibus animis vtiliter ac salubriter præsidet, ipsa sibi vel àlijs, quibus potuerit, vult esse pro deo, suam potius in se uel alios, q̃ illius in omnes diligens potestatem: tanto est sordidior, tãtoq; magis pœnaliter diuinis legibus, tanquam publicis seruire cogitur. Quanto igitur etiam humana anima deserto deo, suis honoribus, vel sua potestate fuerit delectata, tanto magis subditur talibus potestatibus, quæ priuato suo gaudent, & honorari àb hominibua sicut dij cupiunt: quibus diuina lege sæpe conceditur, vt eis quos sibi B secundum eorum merita subiugauerint, priuato illo iure etiam miraculorum aliquid præstent, in his rebus exhibendorum, quibus sunt infimo, sed tamẽ ordinatissimo potestatum gradu præpolitæ: sed ubi diuina tanquam publica lex iubet, uincit utiq; priuatam licentiam: quanquam & ipsa priuata licentia, nisi uniuersalis potestatis diuinæ permissione nulla esset. Ideoq; fit, ut sancti dei serui, qñ hoc donum eos habere utile est secundum publicam, & quodammodo imperialem legem: hoc est, summi dei potestatem imperent infimis potestatibus, ad quædam uisibilia miracula facienda: in illis .n. deus ipse imperat, cuius templum sunt: & quem contempta sua priuata potestate, ardentissime diligunt. In magicis autem imperatoribus, ad illecebram deceptionis, ut sibi subiugent eos quibus talia concedunt; præstant effectum precibus & ministerijs eorum, priuato illo iure largientes, quod sibi licet largiri honorantibus se, sibiq; seruientibus, & quædam secum in sacramentis suis pacta seruantibus. Et quando uidentur imperare Magi, per sublimiorum nomina, inferiores terrent: & nonnulla visibilia, quæ propter infirmitatem carnis magna videntur hominibus non valentibus æterna C contueri, quę per seipsum præstat dilectoribus suis verus deus, mirantibus exhibent. Hæc autem permittit deus iuste omnia moderans, vt pro cupiditatibus & electionibus suis, seruitutes eorũ libertatesq; distribuat. Et si quãdo inuocatione summi dei aliquid pro suis malis cupiditatibus impetrant, vindicta est illorum, non gratia. Non enim frustra dicit Apostolus, Tradidit illos deus in Rom.2. desideria cordis eorum. Quorundam enim peccatorum perpetrandorum facilitas, pœna est aliorum præcedẽtium. Quod autem Marc.3. dominus dicit, Nõ potest Satanas Satanam expellere: ne forte quisquam vtens nominibus aliquarum infimarum potestatum, cũ dæmonium excluserit, falsam putet esse istã domini sententiam: ad hoc intelligat dictũ, quia hoc modo Satanas, etiam si corpori aut corporis sensibus parcit, ideo parcit, vt ipsius hominis voluntati per impietatis errorem triumpho maiore dominetur. Hoc autem modo non exit Satanas, sed potius in intima ingreditur, vt in eo sic operetur, quẽ admodum dicit Apostolus, Secundum prin- Ephes.2 cipem potestatis aeris huius, qui nunc operatur in filijs diffidentiæ. Non enim sensus corporis eorum turbabat atque torquebat, aut eorum corpora collidebat, sed in eorum voluntate, vel potius cupiditate regnabat. D Quod autem dicit pseudoprophetas multa Mat.24. signa & prodigia facturos, ita vt fallãt etiã, si fieri potest, electos: admonet utique, ut intelligamus quædam miracula etiam sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt: nec tamen ideo potioris loci apud deum esse arbitrandi sunt: non enim acceptiores erant deo quàm populus Israel Magi Aegyptiorum, quia non poterat ille Exod.7 populus facere quod illi faciebant: quanuis Moyses in uirtute dei maiora potuerit. Sed ideo non omnibus sanctis ista tribuuntur, ne perniciosissimo errore decipiantur infirmi, existimantes in talibus factis maiora dona esse q̃ in operibus iustitiæ, quibus æterna vita comparatur. Propterea dñs prohi- Luc.10. bet hinc gaudere discipulos, cum ait, Nolite in hoc gaudere, quoniam spiritus vobis subijciuntur. sed in hoc gaudete, quoniam nomina vestra scripta sunt in cœlis. Cum ergo

ergo talia faciunt magi, qualia nõnunquam sancti faciunt, talia quidem visibiliter esse apparent, sed & diuerso fine & diuerso iure fiunt. Illi enim faciunt, quærentes gloriam suam, isti quærentes gloriam dei: & illi faciunt per quædam potestatibus concessa in ordine suo, quasi priuata commercia vel beneficia, isti autem publica administratione, iussu eius cui cuncta creatura subiecta est. Aliter enim cogitur possessor equum dare militi, aliter eum tradit emptori, vel cuilibet donat aut commodat. Et quemadmodum plerique mali milites, quos imperialis disciplina condemnat, signis imperatoris sui nõnullos possessores territãt, & ab eis aliquid, quod publice non iubetur, extorquent. Ita nonnunquam mali Christiani vel schismatici vel hæretici per nomen Christi aut verba aut sacramenta Christiana exigunt aliquid à potestatibus, quibus honori Christi cedere indictum est. Cum autem malis iubentibus cedunt voluntate, ad seducendos homines cedunt, quorum errore lætantur. Quapropter aliter magi faciunt miracula, aliter boni Christiani, aliter mali Christiani. Magi per priuatos contractus, boni Christiani per publicam iustitiam, mali Christiani per signa publicæ iustitiæ. Nec mirum est quòd hæc signa valent, cum ab eis adhibentur, quando etiam cum vsurpãtur ab extraneis, qui omnino suum nomen ad istam militiã non dederunt, propter honorem tamen excellentissimi imperatoris valent. Ex quibus
P Luc.9. fuit ille, de quo discipuli domino nunciauerunt, quòd in nomine eius ejiceret dæmonia, quanuis cum eis eum non sequeretur. Cum autem non cedunt his signis huiusmodi potestates, deus ipse prohibet occultis modis, cum id iustum atque vtile iudicat. Nam nullo modo vlli spiritus audent hæc signa contemnere: cõtremiscunt enim hæ vbicunque illa prospexerint. Sed nescientibus hominibus aliud iubetur diuinitus vel ad confundendos malos, cum eos oportet confundi: sicut de Sceuæ filijs in actibu
Acto.19 Apostolorum legimus, quibus ait immundus spiritus Iesum scio, & Paulũ noui, vos autem qui estis? Vel ad admonendos bonos,
lib.3. de Trinita te. ca.7. vt proficiant in fide, atque ista non iactanter, sed vtiliter posint: vel ad discernenda dona membrorũ Ecclesiæ, sicut Apostolus
1.Co.12 ait. Nunquid omnes virtutes? nunquid oẽs habent dona curationum? Propter has igitur causas plerunque, vt dictum est, nescientibus hominibus iubetur diuinitus, vt his signis adhibitis huiusmodi potestates voluntati hominum non obtemperent. Vt autem mali bonis sæpe temporaliter noceant, potestatem in eos accipientes, ad maiorem fit bonorum vtilitatem propter exercitationem patientiæ. Itaque anima Christiana semper inuigilet in tribulationibus suis sequi voluntatem dñi sui, ne ordinationi dei resistendo G acquirat sibi grauius iudicium. Quod enim ipse dñs agens hominem Pontio Pilato dixit, hoc & Iob diabolo posset dicere, Nõ habes in me potestatem, nisi data esset tibi Iob 1. Ioã. 19. desuper. Non ergo eius voluntas cuius malitiæ potestas in bonos datur, sed eius voluntas à quo hæc potestas datur debet nobis esse charissima, qm̃ tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero Rom.5. spem, spes autem non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per sanctum spiritum qui datus est nobis. Cum Aduersus Apollinari stas. quidã hæretici qui Apollinaristæ ex Apollinare quodam authore suo dicti esse perhibentur, assererent dñm nostrũ Iesum Christum inquantum homo fieri dignatus est q.80. non habuisse humanam mentem, inhærentes eis nonnulli, & eos studiose audientes, delectati sunt quidem ea peruersitate, qua ille hominem in deo minuebat, dicens eũ non habuisse mentem, hoc est rationalem animam, qua homo à pecoribus secundum animam differt: Sed cum secum ipsi cogitarent, Ioan. 1. fatendum esse, si ita est, vt vnigenitus dei filius, sapientia, & uerbum patris per quod facta sunt omnia, beluam quãdam cum figura humani corporis suscepisse credatur, displicuerunt sibi: non tm̃ ad correctionem, vt redirent ad veritatis viam, totumq; hominem à sapientia dei susceptum esse confiterentur, nulla diminutione naturæ: sed ampliori vsi audacia, ipsam ẽt animã totumq; vtile homines alienantes ab eo, solam carnẽ humanam eum suscepisse dixerunt. Adhibentes etiam testimonium ex Euãgelio, immo illam dñi sententiam non intelligendo peruersi, confligere audent aduersus catholicam veritatem, dicentes scriptum esse, Ver- Ioan. 1. bum caro factum est, & habitauit in nobis. lib.14. Sub his enim uerbis ita uerbum uolunt car- de ciuit. ni esse copulatum atque concretum, vt nulla ibi non solum mens, sed nec anima humana interstitat. Quibus primo respondendũ est: ideo sic esse illud in Euangelio positũ, quia vsque ad visibilem carnem, assumptio

illa humanæ naturę à dño facta est, atque in tota illa unitate susceptionis principaliter uerbum est, extrema autem atq; vltima caro. Volens itaque Euangelista commendare pro nobis dilectionem humilitatis dei qui
I sese humiliauerit, & quousque humiliauerit exprimens, uerbum carnemque nominauit prætermittens animæ naturam, quæ uerbo inferior est, carne uero prestantior. Magis enim commendat humilitatem, quia dictum est, Verbum caro factum est: quàm si diceretur, uerbum homo factum est. Nã si nimis hæc intuentur uerba, potest alius non minus peruersus ex istis uerbis ita calumniari fidei nostræ, ut dicat ipsum uerbũ conuersum & commutatum esse in carnem, & uerbum esse destitisse: quia scriptum est, Verbum caro factum est: sicut caro humana cum fit cinis, non est caro, sed ex carne cinis est. Et secundum loquendi modum consuetudinemque celebriorem, quicquid fit quod non erat desinit esse quod erat. Nec tamen ita hæc uerba intelligimus, sed etiam ipsi nobiscum ita intelligunt, ut manens uerbum quod est, ex eo quòd accepit formam serui, non ex eo quòd in illam formam aliqua mutatione conuersum est, dictum sit, Verbum caro factum est. Deinde si ubicunque caro fuerit nominata & anima tacita, sic intelligendum est, ut anima ibi non esse credatur, nec illi habebant animam de quibus dictum
Lucæ.3. est, Et uidebit omnis caro salutare dei. Et
Psal.64. illud in Psalmo, Exaudi preces meas, ad te
Ioã.17. omnis caro ueniet. Et illud in Euangelio,
K Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, ut omne quod dedisti ei non pereat, sed habeat
lib.14.de uitam æternam. Vnde intelligitur, solere,
Ciuitate homines per nominationem solus carnis
dei. significari, ut secundum hanc locutionem
cap.2.& etiam illud posit intelligi: ut quod dictum
libro.22 est, uerbum caro factum est: nihil sit dictũ,
cap.19. nisi uerbum homo factum est. Sicut enim à
Gen.46 parte totum, plerunque nominata sola ani-
lib.16.de ma homo intelligitur, sicut est illud, Tot
Ciuita- animæ descenderunt in Aegyptum: sic rur-
te dei. sus à parte totum etiam nominata sola car-
ca.40. ne homo intelligitur, sicut sunt ista quæ posuimus. Proinde quemadmodum nos huic obiectioni eorum, quam ex Euangelio proponunt, ita respondemus, ut nullus hominum ita desipiat, ut putemus per hæc uerba cogi ad credendum & confitendum, quòd mediator dei & hominum homo Christus
1.Ti.2. Iesus animam humanam non habuit: sic quæro quomodo ipsi respondeant tam manifestis obiectionibus nostris, quibus ostendimus per innumerabiles loco Euangelicæ scripturæ narratum de illo ab Euangelistis, quòd in his affectionibus fuerit quæ sine L anima esse non possunt. Non enim ea profero, quæ ipse dominus tam multa commorat, Tristis est anima mea vsq; ad mortem: &, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam: &, Maiorem dilectionem nemo habet, q̃ vt animam suã ponat quis pro amicis suis. Quæ mihi peruicax contradictor potest dicere figurate a domino dicta: sicut multa in parabolis eum locutum esse manifestum est. Nam etsi ista non ita sunt, non tamen opus est pugnaciter agere vbi habemus Euangelistarum narrationes, per quas eum & natum de Maria virgine cognouimus, & comprehensum à Iudæis, & flagellatum, & crucifixum atque interfectum, sepultum in monumento: quæ omnia sine corpore intelligere facta nemo potest. Nec ficte aut figurate accipienda quisquam vel dementissimus dixerit, cum dicta sint ab eis, qui res gestas vt meminerant, narrauerunt. Sicut ergo ista corpus eum habuisse testantur, sic eum indicant habuisse animam affectionis illæ, quæ non possunt esse nisi in anima quas nihilominus eisdem Euangelistis narrantibus legimus. Et miratus est Iesus, & iratus & M contristatus, & exhilaratus, & multa talia innumerabilia. Sicut etiam illa, quæ coniuncta simul officia & corporis & animæ ostendunt: sicut sunt q̃ esuriuit, q̃ dormiuit, q̃ fatigatus ab itinere sedit, & alia huius
Matt. 4. & 8. Ioan. 4. cemodi. Non enim possunt dicere, etiam in veteribus libris dictam esse iram dei & lætitiam, & nonnullos huius generis motus: nec ideo tamen esse consequens, vt deum habuisse animam credendum sit. Dicta sunt enim illa propheticis imaginationibus, non narratoria manifestatione: nam & membra dei dicta sunt, & manus, & pedes, & oculi, & species & similia. Et quemadmodum ista nõ indicant eum habere corpus, sic nec illa animam. Quemadmodum autem narratum aliquid, vbi nominata sunt manus Christi & caput, & cætera quæ indicãt eius corpus: ita etiam quæ de animi affectionibus eodem narrationis tenore nominata sunt, indicant eius animam. Stultũ est autem credere narranti Euangelistæ quòd manducauerit, & non ei credere q̃ esurierit. Et si enim non

est consequens, vt omnis qui manducat, esu riat: nam, & angelum legimus manducasse sed esurisse non legimus: neq; vt omnis qui esurit, manducet, si aut officio aliquo se cohibeat, aut desit ei cibus facultasq; manducandi: tamen cũ vtrũq; narrat Euãgelista, A vtrunq; credendum est, quia vtrũque sicut rerum gestarum index factũ gestumq; conscripsit. Sicut autem quia manducauit, sine corpore intelligi non põt: sic quia esuriuit, sine anima fieri non potuit. Nec illa nos terret inanis atq; inepta calumnia, qua inuidiose resistentes, aiunt, Ergo sub necessitate positus fuit, si has affectiones animi veras habuit. Facile quippe respondemus, Ergo sub necessitate positus fuit, quia comprehensus, flagellatus, crucifixus, & mortuus est: vt tandem sine pertinacia, si volunt, intelligant, sic eum passiones animi, hoc est affectiones, voluntatis dispensatione, veras tamen, vt placuit, suscepisse, quemadmodum passiones corporis eadem dispensationis voluntate sine vlla necessitate susce-

lib. 14. de ciuita te dei. Cap. 9. pit. Quemadmodum nos non voluntate morimur, sic & non uoluntate nascimur: ille autem voluntate vtrunque, vt oportebat exhibuit, & tamen verisime exhibuit. Sicut ergo necessitatis nomine nec nos nec illos quisquam auellit à fide verisimæ passionis: per quã corpus eius ostẽditur: sic & nos ipso nomine necessitatis nemo deterret à fide verisimæ affectionis, per quam animam eius agnoscimus: nec ipsos debet deterrere à consentiendo catholicæ fidei, si non eos deterret exitiabilis pudor mutandæ, quanuis falsæ diu tamen, & cum temeritate defensæ sententiæ. B

De quadragesima, & quinquagesima. q. 81. Ro. 11. Deut. 6. Omnis sapientiæ disciplina est, quę ad homines erudiendos pertinet, creatoremq; creaturam dominantem, istam subiectam fateri. Est aũt creator deus, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: & ideo trinus, pater & filius & spiritussanctus. Creatura vero partim est inuisibilis, sicut anima: partim visibilis, sicut corpus: inuisibili ternarius numerus tribuit, quare diligere deũ tripliciter iubemur: ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente. Corpori quaternarius numerus, propter euidentissimam naturam eius: id est calidam & frigidam, humidã & siccã. Vniuersæ ergo creaturæ tribuit septenarius. Quapropter omnis disciplina dignoscens & discernens creatorem atq; creaturam, denario numero insinuatur. Quę disciplina quãdiu corporeis motibus tẽporaliter significatur, credendo constat, & rerum gestarum viuentium atq; trãseuntiũ authoritate quasi lacte paruulos nutrit: vt idoneos faciat contemplationi, quæ non venit & transit, sed semper manet: in qua quisq; narratis sibi rebus diuinitus temporaliter pro salute hominum gestis siue gerendis, quæ adhuc futura prædicãtur, si pmanserit in fide & promissa speraue- C
rit & quæ diuina authoritas præcepit infatigabili charitate implere curauerit, recte agit vitam huius necessitatis & temporis, quę numero quadragenario commendatur. Quoniam denarius numerus qui totam insinuat disciplinam, quater ductus: id est numero q corpori tribuitur multiplicatus, quia per motum corporalis administratio geritur, quo dictum est vitam constare quadragenarium numerum conficit. Ita impetrat etiam stabilem & nullius temporis indigentem sapientiam, quę denario numero commendatur, vt ad quadraginta addantur decem, quia & partes æquales quadragenarij numeri simul ductæ ad quinquaginta perueniunt. Partes aũt æquales habet quadragenarius numerus, primo quadraginta in singulis, deinde viginti in binis, decem in quaternis, octo in quinis, quinque in octonis, quatuor in denis, duas in vicenis. Vnum ergo & duo, & quatuor & quinque & octo & decem & viginti simul ducta efficiunt quinquaginta. Quapropter sicut quadragenarius numerus æqualibus suis partibus computatis parit amplius denarium numerum & sic quinquagenarius: sic tempus fidei rerum pro salute nostra gestarum, & gerendarum, cum æquitate vitæ actum, impetrat intellectum stabilis sapientiæ, vt non solum credendo, sed etiam intelligendo, disciplina firmetur. Et ideo ea quæ nunc est ecclesia, quauis filij dei simus, ante tamen q̃ appareat quid erimus, in laboribus & afflictionibus agit, & in ea iustus ex fide viuit. Nisi enim crediderit is, inquit, non intelligetis. Et hoc est tẽpus quo ingemiscimus, & dolemus, expectantes redemptionem corporis nostri, qđ quadragesima celebratur, Scimus autẽ qm̃ cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Cum additur denarius quadragenario, vt non solum credere quæ pertinent ad fidem, sed etiam perspicuam veritatem intelligere mereamur. Talis ecclesia in qua nullus erit mœror, nulla per-

D

1. Ioã. 3.
Aba. 2.
Esai. 7.
1. Ioã. 3.

permixtio malorum hominum, nulla iniquitas, sed lætitia & pax & gaudium, quin-
Acto. 1. quagesimæ celebratione præfiguratur. Propterea posteaquam dominus noster Iesus Christus resurrexit à mortuis, quadraginta diebus peractis cum discipulis suis, eadẽ ipsa scilicet per hunc numerum insinuata temporali dispensatione quæ ad fidem per-
E tinet, ascendit in cœlum: & decẽ alijs diebus
Acto. 2. peractis misit spiritumsanctum: id est vt nõ ad humana & temporalia, sed ad diuina & æterna contuenda quodam amoris & charitatis spiramento & incendio quadragenario denarius adderetur. Et ideo hoc iam totum, id est quinquagenarius numerus dierum, lætitiæ celebratione signãdus est. Hæc autem duo tempora, id est vnum laboris & solicitudinis, alterum gaudij & securitatis, etiam retibus missis in mare dominus no-
Luc. 5. ster significat. Nam & ante passionẽ de reticulo dicitur misso in mare, quia tantum piscium ceperunt vt vix ad litus trahendo perducerent, & vt retia rumperentur. Non enim missa sunt in dextram partẽ: habet.n. multos malos ecclesia huius temporis, Neque in sinistram: habet enim etiam bonos: sed passim, vt permixtionem bonorum malorumq; significarent. Quòd autem rupta sunt retia, charitate violata, multas hæreses extitisse significat. Post resurrectionẽ vero, cũ vellet ecclesiã futuri tẽporis pmonstrare,
Ioã. 21. vbi omnes perfecti atq; sancti futuri sunt,
F iussit mitti etiam retia in dexterã partem: & capti sunt ingentes pisces, centum quinquagintatres, mirantibus discipulis qp cũ tã magni essent, retia non sunt dirupta. Horum magnitudo imaginem sapientiæ iustitiæq; significat, numerus vero, ipsam disciplinam, & temporali dispensatione, & æterna regeneratione perfectam, quam diximus quinquagenario numero commendari. Quia enim tunc non erit opus corporalibus adiumentis, & animo continebitur fides atq; sapientia, quia animo ternarium numerum tributum diximus, quinquaginta ducimur

De qđ scripũ est, Quem enim diligit dñs

eo ter, & fiunt centum quinquaginta: cui numero trinitas additur, quia omnis illa perfectio in nomine patris & filij & spirituſſancti consecrata est: ita fiunt centum quinquagintatres, qui numerus piscium ad dexteram partem captorum inuenitur. Multi murmurantes sub disciplina dei, quæstionẽ mouent, cum vident iustos sæpe graues molestias secundum hanc vitam pati: quasi pro-

pterea nihil eis prosit qp deo seruiunt, quia vel communes labores, atque indifferenter corripir, corporum atq; damnorum & cõtumeliarũ flagellat cæterorumq; omnium, quæ mala mortales aũt oẽm putant, vel et cæteris ampliores patiuntur filiũ quẽ propter verbũ dei atq; iustitiam, quę onerosa peccantibus in eius prædicatores tu- recipit. qõ. 82. multuosas seditiones aut insidias aut odia G concitat. Quibus respondetur, quia si vita ista sola esset hominũ, aut nihil prodesse, aut etiam nocere iustam vitam non vsquequaque absurde uideretur: quanquam non defuerint, qui iustitię suauitatem, & internum eius gaudium, cum corporalibus molestijs, quas genus humanum pro conditione suæ mortalitatis patitur, cum omnibus etiam quæ propter ipsam iustitiam in eos qui iuste viuunt, iniuriosissime cogitantur, ita compensarent, vt sequestrata spe futuræ vitæ iocundius & lætius præ amore veritatis torquerentur, quàm luxuriosi præ cupiditate ebrietatis epulentur. Sed ijs tamen qui putant iniustum deum, cum iustos in doloribus & laboribus vident: aut certe si non audent iniustum deum dicere, vel res humanas non curare arbitrantur, vel semel statuisse necessitates fatorũ, contra quas nec ipse aliquid facit, ne ordinem rerum à se dispositum inconstantia turbare credatur: aut aliquid aliud opinantur, qp deus in aliquo inualidus, non posit à iustis ista mala prohibere: dicendum est, nullam fuisse futuram iustitiam in hominibus, si res humanas non curat deus: quia omnis ista homi- H
num iustitia, quam & tenere animus humanus recte faciendo potest, & peccando amittere, non imprimeretur animæ, nisi esset aliqua incommutabilis iustitia, quæ integra inueniretur à iustis, cum ad eam conuerterẽtur: integra relinqueretur à peccantibus, cum ab eius lumine auerterentur. Quæ iustitia incommutabilis vtiq; dei est, nec eam porrigeret ad illustrandos ad se conuersos, si res humanas non curaret. Si vero propterea grauia perpeti iustos non fineret, qa contra ordinem rerum à se dispositum nollet venire, nec ipse iustus esset: non quia dispositionem suam seruare non vult, sed quia ita disposuit ipsum ordinem rerum, vt immeritis pœnis iusti affligantur. In aliquo autem deum esse inualidum ad repellenda mala quæ iusti patiuntur, quisquis opinatur, deo desipit, quia non intelligit, sicut nefas est iniustum deum dicere: ita

nefas esse omnipotentem negare. Quibus pro tempore susceptę quæstionis breuiter constitutis, quia & esse deum & iustum atq; omnipotẽtẽ esse perniciosissimę iniquitatis est dubitare: nulla causa probabilior occurrit, cur iusti homines laborent plerunq; in
I hac vita, nisi quia hoc eis expedit. Alia est enim quæ nunc est iustitia hominum ad recipiendam sempiternam salutem; alia tunc in paradiso cõstituti hominis esse debuit ad retinendam & non amittendam eandẽ sempiternã salutem. Sicut enim iustitia dei, est vtilia pręcipere, & inobedientibus pœnas, obedientibus autem præmia distribuere: ita iustitia est hominis, præceptis vtilibus obedire. Sed quoniam sic est in animo beatitudo, vt in corpore sanitas, quemadmodum in ipso corpore alia præcipitur medicina, ne bona valetudo amittatur, alia vero vt amissa recuperetur: sic in toto statu hominis, alia tunc præcepta data sunt, ne amitteret immortalitatem, alia nunc præcipiuntur, vt eam recipiat. Et sicut in valetudine corporis, si quis præceptis medici, quibus eadem bona valetudo custodienda est, non obtẽperando in aliquem morbum inciderit, accipit alia præcepta vt sanari possit: quæ sæpe non sufficiunt, si talis est morbus, nisi adhibeantur à medico quædam adiutoria, plerunque aspera & dolores importantia, quæ tamen valent ad recuperandã salutem. Vnde fit vt homo, quamuis iam obtemperans medico, patiatur tamen adhuc dolores, non so-
K lum de ipso morbo nondum sanato, verum etiam de adiutorio medicinæ: Ita homo per peccatum lapsus in huius vitæ morbidam & calamitosam mortalitatem, quia primo præcepto obtemperare noluit, quo sempiternam custodiret ac teneret salutem, secũda præcepta ęger accepit: quibus obtemperans iam quidem non absurde dicitur iuste viuere, sed tamen molestias quas patitur, vel de ipso morbo nondum sanato patitur, vel de adiutorio medicinæ, Cui adiuto-
Heb.12. rio deputatur quod scriptum est, Quem enim diligit dominus corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Qui vero non obtemperantes præceptis saluberrimis inique viuunt, augent etiam atque etiam morbos suos: & aut ex ipsis patiuntur innumerabiles miseriarum labores doloresque etiam in hac vita: aut pœnis quoque adhibitis, vt quod sanum non est, tangatur & doleat, in quo malo sint, miserit-

corditer admonentur, vt ad medicinã conuersi per gratiam dei sani fiant. Quæ omnia si contempserint, id est, pcepta verborũ & dolorum, iustam post hanc vitam sempiternam damnationem merebuntur. Ideoq; ille potest dicere iniuste ista fieri, qui solam vitam mortalem quam nũc agimus esse exi- L
stimans, quæ diuinitus prædicta sunt futu- Matt.5.
ra non credit, pensurus grauissima supplicia perseuerantiæ peccatorum atq; infideli- De cõiu
tatis suæ. Si dominus dimittendę coniu- gio in eo
gis solam causam fornicationis admittit, & quod de
paganum coniugium dimitti prohibet, con- minus
sequens est vt paganismus fornicationi non dimise-
deputetur. Solam autem fornicationis cau- rit uxo-
sam exceptam facere dominum cum de di- rem suã
mittenda coniuge loquitur in Euangelio excepta
manifestum est. Paganum ergo coniugium causa for
hinc non prohibetur dimitti, quia cum A- nicatiõis
postolus de hac re consilium daret, vt fidelis et qõ. &
volentem secum esse coniugem infidelem, fornica-
non dimittat, ait, Ego dico, non dominus; tio.
vt dominus intelligatur non quidem iu- 1.Co.7.
bere vt dimittatur, ne contra iustum eius consilium dare videatur Apostolus, sed tamen permittere, vt nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed consilij voluntate libere faciat. Veruntamen si quisquam amet rat solã illam fornicationem dominum admittere ad causam relinquendæ coniugis, quæ vulgo dicitur fornicatio, id est quæ concubitu illicito perpetratur: hoc potest di M
cere dominum cum de hac re loqueretur de vtroq; fideli dixisse, & marito & vxore, vt si ambo fideles sint, neutri liceat alterũ relinquere nisi causa fornicationis, vbi non potest paganismus intelligi, quia vterque fidelis est. Sic enim & Apostolus videtur distinguere cum ait, His autem qui matrimonio iuncti sunt, prȩcipio, non ego, sed dñs, uxorem à uiro non discedere: quòd si recesserit, manere innuptam, aut uiro suo recõciliari. Vbi etiam intelligitur, q̃ si una illa causa qua sola relictio coniugij permittitur, mulier à uiro recesserit, innupta perseuerare debet: aut si se non continet, viro potius reconciliari vel correcto vel certe tolerando quàm alteri nubere. Sequitur autem & dicit, Et uir uxorem non dimittat: breuiter eandem formam intimans in viro quam præcipiebat in fœmina. Quibus ex præcepto domini insinuatis ita sequitur, Cæteris aũt ego dico, nõ dñs, Si quis frater habet vxorẽ infidelẽ, & hæc consentit habitare

tare cum illo, non dimittat illam: Et mulier si habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum. Vbi dat intelligi dominum de his locutum, vt neuter alterum dimitteret, si fideles ambo
A essent.

VIGINTIVNIVS SENtentiarum, siue quæstionum, Liber.

Omnis qui beate vult viuere, si viuit, vt vult, beatus est. Omnis autem homo beate vult viuere. Omnis igitur homo qui uiuit, vt vult, beatus est. Ex quo conficitur neminem uiuere vt uult qui uult turpiter uiuere: qa nemo beatus est qui turpiter uiuit. Ideo autem non uiuit vt uult, quia etsi multa secundum uoluntatem suam faciat, consequuntur tamen plura contra ipsius uolunta
De Iu- tem. Cũ Apostolus dicat. Omnia in figura
dæis.2. contigisse Iudæis, vmbras præterea fuisse cũ
1.Co.10 ea præterita, nam corpus Christũ esse possum contendere, Pascha non nisi semel gestum esse, quando figuratum corpus fuit occisus Christus. Nam & si ouis, qualem lex ad Pascha describit, nisi potest inueniri, vt sit ex ouibus & hœdis: discordat.n. horum animalium ad coniunctionem cõmunis fœtus ipsa natura, quomodo potuit Pascha uerum geri, cum defuerit agnus talis, ille qui Pascha est? At si Christus talis ex iustis, id est ouibus, & peccatoribus, id est hœdis secũdum carnem nascitur, hic est solus agnus ille qui quæritur quiq; dum non amplius,
C quam semel occiditur, non amplius secundũ ueritatem quam semel celebratum illud per
Exo.12. fectum Pascha mõstratur. Figurę igitur, vt diximus, tunc temporis fuerunt: nam agnus eligitur, vt simplicitas & innocentia designetur: masculus quæritur, vt uirtus comprobetur: immaculatus, vt sine crimine: anniculus, vt exacto prædicationis tempore: perfectus, vt instructus omni virtutũ genere: mense septimo, vt totus annus à primordio proprio consequatur: quartadecima die mensis, vt lumine ueritatis impleto, erroris nox operiatur: ad uesperam, vt seculi occasus imminere approbetur: eiecto fermento, vt à corde perueršæ mentis malitia corrupta tollatur: oblitis sanguine liminibus domorum, vt figura dominicæ passionis fronte signetur igne assus. est enim Euangelium, & sermo Christi robustus cibus: nec in aqua madidus, non est enim delicatæ interpretationis humido languore soluendus. Nihil prętermittitur, nihil enim in Christo omnino reprobatur. Ossa non conteruntur, quia nec comminui, id est uinci in quoquam Christus potest. Quicquid supereſt, diuinis ignibus imponitur: id est quæ quis capere non potest, Christi diuinæ scientię remittit, eorum tantum, quæ D
manifesta sunt, pro viribus epulatur intentus. Nam & q̃ stantes edunt, forma est, ne quis cadat, aut ne quis se in Euangelio ad necessitatem prosternat: sed ingentis animi robore contra persecutionum prælia inuictus, id est sublimis & erectus assistat. Nam q̃ succinctis lumbis Euangelicę signum est cõtinentiæ, dum locus seminum coercetur, & constringitur: additis baculis, spiritussancto quo quis nititur. Pedibus calciatis, id est lubrico erroris ciecto, dum probationem ad fidem cœlestium quasi ferratis præsidijs in Euangelio cuncta sunt fixa, firmissima veritate solidata. Festinantes etiam, feruentes enim fide probantur: tepidi & negligentes respuuntur & euomuntur. Cum azymis sumuntur. Christus.n. cum omni simplicis animi pura simplicitate sumitur. Cum picridiis, et enim hoc Pascha in Iudæorũ damnationẽ acerbissimas amaritudines cesit. Nõ nisi circuncisis dabatur: purgatis.n. solis, & lauacro indulgentiæ cœlestis expiatis, percipiendi Christi corporis sacramenti cibi facultas porrigitur. Ita q̃ figura Israelitis fuerant, in nobis corroborata sunt, & q̃ in illis imagines, in nobis ipsæ sunt ueritates. Imitabantur illi facere Pascha, dum in similitudinibus exercerentur, solis discipulis Chri- E
sti uerum Pascha facturis.

Non ij qui pecũdũ ptractãt corq̃; iecurq̃;,
Sed quorũ emendat prudẽs pcordia virtus, emũdat.
Excludens positã subter labem vitiorum,
Remigio poterunt cœlum penetrare sc̃do,
Aethera nec vacuũ lætis trãsecurrere pẽnis.

Quia tuum animum non leuiter moueri, & cum præsens essem aduerti, & nũc tuis De qõne
literis gratius certiusq; cognoui, rescriptũ fati, &
tibi non parui voluminis debeo, quod domi fortunæ.
nus prȩstabit, ut ita explicem quemadmodũ 3.
noui tibi congruere, ac saluti fidei tuæ. Non
enim paruum malum est, peruersis opinionibus non solum ad committendum blandimento voluptatis adduci, sed etiam ad de-

endendū peccatum à medicamento confessionis auerti. Illud sanè quàm citius ac breuiter noueris, omnes leges atque instituta omnia, disciplinas, laudes, uituperationes, exhortationes, terrores, præmia, supplicia, cæteraque omnia, quibus humanum genus administratur & regitur, penitus labefactari atque subuerti, nihilque in eis omnino iustitiæ remanere, nisi uoluntas sit
F causa peccandi. Quanto ergo licentius & æquius Mathematicorum improbamus errores, qui diuinas leges, vel etiam domorum nostrarum regendarum curam damnare atque abijcere cogimur, quod nec ipsi Mathematici faciunt. Nam cū aliquis eorū nūmatis fatua fata uendiderit, mox vt oculos à tabellis eburneis ad domus suę moderamen ac solicitudinem reuocauerit non solum vocibus, sed etiam plagis emendat uxorem, non dico si petulantius ioculantem, sed si immoderatius per fenestram aspicientem animaduerterit. Quæ tamen si ei dicat, quid me cædis? venerem cæde si potes, à qua cogor hoc facere: tunc vero ille non curat q̄ vana verba componat fallendis extraneis, sed q̄ iusta verba imponat corrigendis suis.
Quando ergo quisq; eorum reprehendi cœperit, causam conuertit in fatum, & ideo se culpari non vult, quia fato se dicit coactum fuisse ad id quod arguitur. Redeat ad seipsum, seruet hoc in suis, non castiget seruū furem, non de contumelioso filio conqueratur, vicino improbo non minetur. Quid enim horum faciens iuste facit, si omnes à quibus iniurias patitur, non culpa sua, sed fato impelluntur vt faciant? Si autem iure proprio, patrisfamilias diligentia quoscunque homines pro tempore in potestate habet, hortatur ad bonum, deterret à malo, imperat vt suæ voluntati obtemperent, honorat eos qui sibi ad nutum obaudiunt, vindicat in eos qui se contemnunt, rependit gratiam beneficijs, odit ingratos, egone expectabo vt contra fatum disputem, cum tanta eum non uerbis, sed factis eloqui deprehendam, vt prope manibus suis omnes Mathematicorum capillos supra capita eorum frāgere videatur? His itaque pauciſsimis si auidiras tua contenta non est, & librum aliquem de hac re quem diutius legas desideras, patienter tibi expectandæ sunt vocationes nostræ, & rogandus deus qui & otium & facultatem satiando de hac re animo tuo tribuere dignetur. Ero tamen alacrior si &
sæpe commemorare me literis tuam non pigeat charitatem, & quid de hac epistola sentias, rescripto edoceris. Non enim opor De mira
tet moueri cum magicis artibus miracula culis ma
fiunt plerunque similia miraculis quæ fiunt gicis Sē.
per sanctos dei seruos sicut scriptum est in ten.4.
Exodo, quòd magi Pharaonis fecerunt nō- Exo.7.
nulla similiter sicut fecit Moyses. Non ergō oportet hec mirari, quia omnia quæ vi
sibiliter fiunt etiam per inferiores potestates aeris huius non absurde fieri posse cre- H
duntur. Sed hoc interest, quòd cum sancti ta
lia faciant, in nomine dei domini omnium
rerum de sublimioribus apparatibus iubetur inferiori creaturæ: Cum autem mali ho
mines magicis artibus operantur similia, in
manus suas dantur cum exaudiuntur à dæmonibus. Digni sunt enim qui tali exaudi
tione decipiantur, vt pœna illis fiat hoc
quod videntur impetrare beneficium, cum
eis exhibent quasi priuatim aereæ potestates
quædam miracula, vt eos habeant subiugatos, permissu tamen diuinæ prouidentiæ, vt
pro meritis animarum sua cuique tribuantur. Potest etiam si numerus iste consi- De eco-
deretur occurrere ad Ecclesiæ sanctitatem tū quin
&c. Require in libro octogintatrium quæ- quagin-
stionum, quæstione quinquagesimaseptima. ta tribus
Hominem ex anima & corpore constare piscibus.
nulli dubium est, ita vt anima sit uis quæ- Sentē.5.
dam qua corpus viuificatur, & sint duo, In quo
ita vt vnum altero sit præstantius, illud do- sit homo
minetur, hoc seruiat. Sed rursus in eadem melior
anima duo quædam videntur: Vnum quòd beluis.
amans diuina intelligit & participat rationi, Sentē.6.
ac dicatur rationale: alterum quod sensibi
lius fruens, beluis communicat, ac sit irrationale. Quod rursus in duobus animaduertendum est, quorum vnum est quo I
resistere appetit obsistentibus, alterum quod
adipisci congruentia, quod & beluas facere manifestum est. Quibus collectis, apparebit hominem constare ex anima quidem & corpore, sed officijs hac partitione
diuersis. His autem omnibus præsidet
illa prima & rationi vicina pars, quæ cum
se suaque vi, at potentia fabricatoris, non
per se, quia ipsa ex se nihil est, sed per benignitatem dei per quam anima est, fuerit delectata, naturæ inferiorem in se partem
frenando, atque à rebus temporalibus abducendo, liberat dolorum egestate, indigentiæ difficultate, morborum molestijs,
atque in sua bona benefica largitione reducit,

ducit, vt iustitiæ in ea firmitas maneat, regnando secundum suam naturam & seruienti præstando. Cuius seruientis si vita fuerit delectata, & hæc temporalia dilexerit, non dominans, sed seruiens, & non præstans inferiori, sed ei obsequens, iudicabitur ad extremum grauiores pœnas expertura, deserta ijs omnibus quæ aduersum dei præcepta dilexit: Recurrendo autem ad superna, ac se totam dei beneficijs resumendo, erit similis ei à quo facta est, & erit btā, habens eius similitudinem ad quam
Eccl.17. facta est. Sic enim scriptum est. Et fecit deus hominem ad imaginem dei: quam nos ipso intuitu recepturos esse sic dicitur per
K Ioannem Apostolum, Charissimi, filij
1.Ioā.3. dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti
Deut.6. est. De distributione autem animæ dictum est, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota
1.Th.5. mente tua. Et Apostolus Paulus sic ait, Saluum faciat dominus spiritum vestrum, animam, & corpus. Quapropter nihil beluis homo præstat, nisi quòd intellectualis anima est: ipsis autem hominibus cæteris præstat cum intelligit deum, neq; temporalia
Psal.31. bona peruersus vanitate sectatur. Nam &
Hier.9. illud verissime dictum est, Nolite esse si-
Eccl.1. cut equus & mulus, non habentes intellectum: Et illud, Qui gloriatur, in domino glorietur, si intelligit, quia ego sum dominus: Et illud, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quæ abundantia homini in omni labore suo quem ipse laborat sub so-
De cor- le? Excepto eo quod omni fide dignum
poris re- est, nihil deum non posse, tali etiam ratiosurrec- cinatione colligi potest, nō esse contra natu-
tione. ram vt resurgat hoc corpus. Vniuersum cor-
Sentē.7. pus, quod etiam huius mundi sensibilis cœli & terræ nomine significatur, est aliquo
L modo. Omne autem quod est aliquo modo, neq; tū summo modo, eius speciei participatione est, in quantuncunq; est, quæ sum mo modo est: qua cum tenetur, ordinati quasq; commutationes pati pōt, nō aūt esse omnino corpus non pōt. Si enim omnino corpus non erit, aut nihil erit, aut aliquid melius. Sed nihil esse non sinitur obtinente specie quæ semper manet, & vere summeq; est: Melius autem aliquid esse quàm corpus non potest: quia & corporis vniuersi certus est modus, & eorum quæ incorporea facta sunt, numerus augeri non indiget, & non est opus aliquam nouam naturam fieri, quasi aut non omnia facta fuerint, aut in locum alicuius quæ perierit alia substituenda sit: cum & perfecte facta sint omnia, & ea gubernentur prouidentia secundum speciem semper manentem, vt ordinatæ mutabilitati & per hoc in mutantis quandam manentiam cedat natura sensibilis, atq; ita in suo genere teneatur, modumq; proprium custodiat. Ex quo fit vt corpus omne aliter atq; aliter sit, corpus tamen esse non desinat: ita vniuersæ naturæ salua sunt omnia, quæ sensibus nostris discedunt & interire penitus existimantur. Vnde non mirum est si hoc M
corpus modum istum suum quo nunc est inquantum est recipiat, aut meliorem aliquē sortiatur, cum is qui vocatur interitus, discessio in alios modos sit, nō omnino peréptio. De fide
Fides sine spe & charitate est, si dicas, spe, & credo vera esse ad quæ me vocas, sed ego ea charita-
capere non possum, nec volo. Fides sine te. Sen-
spe cum charitate est, si dicas, credo vera ten.8.
esse ad quæ me vocas, & volo ea consequi, sed non possum. Fides cum spe sine charitate est, si dicas, credo vera esse ad quæ me vocas, & ea possum assequi si velim, sed nolo. Charitas sine spe & fide est: si quis dicat, vehementer se velle sine illecebris corporis sui viuere in æternum, sed neq; credere esse vitam æternam, nec si sit, eam se posse assequi. Cum fide sine spe charitas est, si et desiderare se vitā æternā, & credere eē qs dicat, sed se posse assequi neget. Spes aūt sine fide qūo esse posset, non, inuenio: Nemo.n. sperat se posse assequi, quod esse non credit.
Oportet ergo inesse animo omnia tria, sinē Quod
spem & charitatē: vt credat vera esse ad quæ philoso-
vocatur, & speret se posse assequi, & omnino phia in
ea diligat. Philosophia in tres partes di- tres par-
uiditur: moralem, naturalem, rationalem. tes diui-
Moralis in duas, scientiam, & administra- datur.
tionem. Scientia in duas, hortationem, & Sentē.9.
tractationē bonorum & malorum. Admini A
stratio in duas, officium & finem. Officiū
quod facere debemus: finem ad quod
referimus omnia quæ recte faciamus, ipsum autem ad nihil aliud refertur. Naturalis distribuitur in duas partes, corporea, & incorporea. Corporeorum diuisio quinquepertita est: In causam, quæ aliquid facit: materiam, vnde facit: motū, per quod facit: causationem, quare facit: effectum, quod facit incorporeorum

reorum quadripartita est. In locum, Locus enim non est corpus, sed spacium quod obtinetur à corpore. In tempus: In extremitates. Extremitates enim corporum non sunt corpora, quia non habent crasitudinem indicibilia. Dicibilia enim quæ concipimus animo vt enunciemus verbis, non sunt corpora: Sanè tunc dicuntur dicibilia si ex rebus verbis animo impressa sunt. Rationalis distribuitur in tres partes: Dirigentia, quæ est in perceptione sensuum, vel esse dicitur. Definientiam, qua definimus, quicquid sit. Differentiam, qua ratiocinamur argumentumq; concludimus.

In quo statuerat Adã anteq̃ peccaret. Sent. 10. Antequam peccasset Adam, anima erat rationalis, perfecta & beata: corpus habens, non quale nunc habemus fragile atque mortale, sed quale congruebat tali animæ quæ nondum in se dei similitudinem prava voluntate corruperat. Quale nos B quoq; post resurrectionem habituri sumus, cum eadem anima eandem similitudinẽ dei perfecta sanctitate perceperit. Postea uero quàm peccauit, facta est anima rationalis cupiditate corrupta, corpus habens quale

De casu peccãtis. Sent. 11. in nobis nunc cernimus. Casum peccantis ex arbitrio libero veniẽtem, quem nulla inopia, neq; cupiditas vrgebat quærimus. Suspicari autem videor qualitate materiæ factum. Sed occurrit dei opus, dei perfectio à quo talis ac tantus fieri meruit, & omnes nobis rationes confundit, ne deus meliore consilio de illa desperans materia, ideo liberum arbitrium dederit, vt si peccatum

Quod summe est. Sent. 12. obreperet, recte alienus a culpa esset. Est quod summe, cum ipso & de ipso est: quod autem non summe est, ab eo qui summe est, de nihilo accipit ut sit. In hac ergo natura non potest recte Deo tribui nisi quod in se habet esse, id est omne eius bonum. Quod autem ad peccata mortemq; pertinet, sine dubio vergit ad non esse: hoc vndecunq; sit, nõ est certe ab hoc quod summe est, nec ab eo quod aliquo modo est.

C Non est ergo nec à Deo nec ab aliquo opere dei. Erit ergo ab eo quod est ei contrariũ quod summe est. Quod ergo quæris vn

Quid sit homini cõe. Sent. 13. de sit, non est vnde sit. Prima animalia mortalia, insensualia, irrationalia. vt arbores &c. cum quibus est homini cõe crescere, generare, ali, mori. Secunda mortalia, irrationalia, sensualia vt pecora, cum quibus est cõe crescere, generare, ali, mori sentire, fugere, appetere: Tertia sensualia, rationalia mortalia, vt homines. Quarta immortalia, sensualia, rationalia, ut angeli, cum quibus est commune audire, sentire intelligere.

Volũtas quid. Sent. 14. Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid vel non admittendum, vel adipiscendum: Primæ ciuiles politicorum: Purgatoriæ, quibus exuitur anima à vitijs:

Genera virtutũ. Sent. 15. Exemplares, quę iã contemplanti menti imprimuntur a Deo, ubi totum viuit, vbi totũ semper viuit, vbi totum semper beate viuit.

Intelligibilia, quæ intelliguntur. Deus intelligibilis dicitur, quia intelligitur. Intellectus, quia per se intelligit. Anima intelligibilis, quia intelligitur: Intellectualis, quia & ipsa intelligit.

De pulchritudi ne mundi. Modo si placet, aurib. æqs atq; mẽte pura, Operũ accipe prima dei: q̃ tu negas bõa eẽ, Et clamas hæc fieri non debuisse cuncta, Quoniam vt deus omnia, summus summa, di. facta non sunt. D

Sent. 16. Elemẽta bõi bõa mũdi prima quatuor sunt. Leuis ignis, acutus, & est q̃ mobilis supne. Grauis huic obtusaq; contra est atq; pigra tellus.

Inimica igĩ tria sũmis sunt trib. quoq; ima, Duo q̃ medio veniunt, aer, vnda, nectunt, Extremis rursus amica quãtũ & ipsa secũ. Leuitatẽ & mobilitatẽ cũ igne iungit aer, Obtusum põdus & infra iũgit unda terris, Hebes est & mobile vinclum, quo aura & unda inhærent.

Sed hebes q̃ loquitur alte debet aura terris: Quòd mobilis influit vnũ, dẽt vnda flãmis. Media extremis sibi sumũt bõa de ꝓpinq̃s, Et de longe positis hæc singula occuparunt sibi.

Sic varijs elemẽtis quadratur iste mundus: Sic est discordia cõcors, sic remota iuncta. Ita motib. omnib. hæc sunt rite tẽperata, ut Imparibus numeris sit pulchritudo cõpar, Quid quæq; ferant elementa, & quid sibi apta gignant, Referã ut valeo, numeros tu benignus audi: Vt in his quoq; fœdera mundi, firma lege

E ueri, Vbi videris, ordine credas ista facta certo. In q̃tuor his elemẽtis, aura, aqua, igne, terra Animalia certa creãtur, ꝓpriæ apta sedi, & Quę hẽant alios alia vsus cõgruosq; mor. Gradiẽtia fixaq̃, duplex qđ gẽus videmus. Animalia sunt elementis vltimis duobus. Age iam vltima despicẽ terræ, confer ima summis:

Fixũ radicibus hæret arbustũ omne terris.

Fixa

Fixa ut sublime rotantur sydera alto cœlo firma.
His vestigia fert quod repit omne terris.
Globus est vt cuiq;, ita firmant gressum & astra septem.
Natat vndis, & volat, auras ambiẽte motu,
Sursũ atq; deorsũ aiantũ qđ petit vicissim,
Medio mediũ bene libras hinc & inde nisu.
Aliud quoq; cõueniẽs his quatuor vicissim
Contrarium inesse qualitate duplex,
Paucis aduerte docebo: nãq; parua nõ sunt.
Ita primũ tertio hẽtur, quartũ ut est sẽdo.
Contraria in his volo cernas, vimq; singulorum.
Calet ignis & aridus est, ꝙ possidet supna:
Præfrigida & humida serpit tertia vnda.
F Contrauenit inter vtrunq; locatus, mixtus ex utroq;,
Quarto contrarius aer, vltimo secundus,
Ambobus partim paribus, atq; totus impar.
Nã humor liqscit aquarũ, feruet ignis ęstu.
Capit undis terra rigorẽ sitq;, sicca cœlo.
Vicibus varijs ita totus quatuor sibimet
Per motiua tẽpora nexus tẽperatur annus.
Pluuialis hyems rigat vndis, aqua frigore arctat.
Maturat & oĩa torret sicca & ignea ęstas.
Ver tẽperiẽ sibi sumit ex hoc vtroq; gratã;
Tepidam igne & aqua tenet auram molliter fluentem.
Autũnus frigore torpet, siccitate hiulcat.
Sic corpora quatuor ex his nãta copulãtur.
Spacium hæc quoq; noctis, & horas temperant dierum.
Mediũ igne qđ ardet & aret tps hinc dici ẽ.
Medium vndis frigidum & humidum est tempus inde noctis.
Sũt extrema humida noctis: prima iã calet (lux:
Hinc atq; illinc tibi blãdũ mane tẽperatur:
Sunt ultima sicca diei, prima friget umbra:
Ex utroq; accipe legem, & tẽperare vesper.
Et tot res inuide tales: Fulgida astra cœl.
Cœlũ cœliq̃; figuram perpetesq̃; motus,
G Fixũ in medio, qđ & vnũ ẽ põdus oẽ terræ.
Glaucum Oceanum mare & amnes unguląe orbis almi,
Auras liqdas, mõ densas, inde mox serenas:
Tot corpa pẽnipotẽtũ, picta, grata, blanda.
Variũ decus atq; nitores adde tot natantũ,
Tot terrigenis decoratum multiforme pulchrum:
Et tot res inuide tales esse, te nolle clama.
Rapidum tardo, & rata currens, hac & hac uaganti.

Statisq̃; manentia: dẽsis rara, magna paruis:
Obscuris flammiferata, nigra luminosis:
Intercidentia natis, nata nascituris:
Mediũ extremis, medio illa, & ima summis,
Concordant lege superna: Lege dico veri:
Vnũ carmẽ modulant concinũtq̃; in unũ:
Vnũ quoddã appetit, oẽ q̃quid ambit esse
Et tot res inuide, si audes, te eẽ nolle clama.
Item non esse bona dulcia, si non paterentur aduersa.

Bõa maligebat, ardentius diligit comparando. Non lorũ aderit maius magnum putans si cadunt ligna, mixtu lapides, & moriuntur mortales. Quòd dulciora si artifex de tali materia faciat aliquid quod melius illo est, nonne melius seipso aliquid fabricauit? Nullo modo, quia non solum H melior, sed ne par quidem arti potest esse materia. Sic enim materia est subiecta arrifici, si subiecta est, inferior sit necesse est.

Sent. 17.

Pondus

Mensura vnum potest intelligi. Numeri enim ab eo mensurantur: Vt mensura & mẽsurabile. Sent. 18. posit patet intelligi, & numerus ipse filius, põdus spiritussanctus: amor est enim. Nam qui amat dicitur, pendet ab amore, Sap. 11. & qui pendet ad aliquid venturus est. Erit nanque numerus de mensura, & inde ipse ordo sequitur. A pondere dicitur pendet, ad ordinem nisus pertinet. Ordo enim potest etiam & pondus accipi. pondus conatus esse potest ad locum, conatus uel conati ad locum appetitus occurrit, pondus ergo ad ordinem pertinet. Lucem istam solis substantiam esse non qualitatem manifestum est. Qualitas enim in corpore consistens est, & ubi est corpus, ibi qualitas. Corpus solis in cœlo, qualitas ergo ibi. Qualitas enim vt figura, vt color, vt duritia, vt mollicies. Lux autem ista vsque ad terras distenditur, & manifestum quia corpus, I de loco enim in locum transit. Et ista sunt duo infinita, lux solis, & terra. Qualitas enim cum eo mouetur, cuius est qualitas. Lucis ergo solis & aeris substantiæ naturas suas habentes, inuicẽ sine aliqua angustia, vel sine expulsione alterius manentes, ita sibi commiscentur vt vna alteram non mutet & corpora sunt. Refers nunc ad incorporea coæua, ut lux, & ignis: æqualia, ut homo de homine: melius coæua q̃ non coæua, melius æqualia quàm nõ æqualia. In illa ergo diuinitatis natura & coæua & coæqualia. Tecum principium in die Ps. 109. virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum,

ex utero

ex vtero ante luciferum genui te. Summum bonum non est infœcundum & sterile. Quod autem de illo genitum est, æquale illi est, in hoc maxime vt vnum de vno sit. Et est summus modus de generatione vnũ, vnde vnigenitũ vt magis approbetur æquale Modus, finis cuiusq; rei. Sed ne cuiquam videatur, quia & filius debuit generare, si ita esset, nullus esset generandi finis. Moderatum autem immoderato melius est: propter æqualitatem magis finis est moderatus, vnum de vnigenito. Duo infinita esse possunt, & hæc corpora, vt aer & lux, quæ per locos distenduntur & non se angustant. Si ita ergo in corporalibus, quanto magis in spiritalibus. In domino nihil debet esse mutabile. Si ex parte genuit, mutabilis est, qualitas in substantia est mutabili. In sapientia Salomonis, Omnis sapientia à domi-
Eccl. 1. no deo est & cum illo fuit semper, & est
K ante æuum. Item in Salomone, Vapor est
Sapiẽ. 7. enim virtutis dei & manatio quædam om-
Eccli. 2. nipotentis dei syncceris. Iterum, Fons sapientiæ verbum dei in excelsis. De verbo ratio procedens, recte dicitur verbum. Vox aliquid est, silentium nihil est. Vnum si solum esset, in se esset, sterile esset, & nihil præstaret: sed quia benignum est, procedens ad aliquid faciendum, processit in alterum se. Ipsa est generatio vnici, quia qui facit, est, & per quem facit, est, & effecerunt duo: Vnum enim antecedit duo: & his duobus est aliquis ordo, & fiunt tria, quæ trinitas dicitur. Cardo dicitur rerum omnium, qui accipitur pater. Cardo enim quanquam sit immobilis, tamen motum qui est ipse filius intellectus, vnus esse dicitur quem omnes digni fruuntur, sed non omnes vniter. Nam homo, susceptus à diuina sapientia, quanto diuine susceptus est, tanto diuinius intelligit. Nam quanquam vnum sit corpus, tamen non eandem habent omnia membra sanitatem. Aliter dicitur sanitas oculi, aliter capitis, aliter cæteri corporis, Homo enim à peccato euadens conatur intelligere, ille autem susceptus ab eodem intellectu. Nunquam autem erit manus pes, aut pes oculus: sic &
L homo nunquam erit quod ille qui susceptus est à sapientia dei. Deus dicitur finitus forinsecus vsque ad animam, intrinsecus vsque ad se: Omnia enim in se continet. Anima autem finita est vsq; ad corpus, vsque ad deum. Corpus etiam foris finitum est vsq; ad nihil, intrinsecus autem infinitum est, diuidendo enim nunquam finitur. De ideis Sentẽ. 19
Omnis transitus de loco ad locum per lineam fit, quoniam omne latum linea sibi coniungitur, & omne corpus linea sibi coniungitur, quæ linea vtiq; corpus non est: ita & omnis transitus in anima, id est mutatio vel affectio, qua modo stulta, modo sapiens per quasdam vtiq; lineas, id est per quosdam transitus medios fit, quomodo ipsa de nihilo facta est. Homo si verum sciat, penè deus est: deus si verum nescit non penè sed bene lapis est. Mens autem hominis quamoptimo motu ferri debet. Quo igitur circuitu mouenda est? Est autem optimus mentis circuitus rationalis cogitatio, quæ ab eo quod quæritur profecta, per succedentium argumentorum circulum certior redit in locum. Ideoq; etiam similitudines intellectui idoneæ sunt, q̃ per ipsum motum quem natura desiderat, animo ex- M
hibeantur. Nam quasi auferunt animos ab eo quod agitur, & illò iterum referunt: sed quod efferunt, contra pigritiam fit, q̃ referunt contra errorem. Vnde placuit etiam priscis sapientibus quasdam res imaginibus signare fabularum, vt cum ad eas fertur intentio, referturq; ad id quod significant, motu suo mens etiam cum ludit exercetur in disputatione. Præuidendum ne quis mentiatur. Omnis anima affectibus mutatur. Nam & in officijs mutabilis est. Deus enim solus immutabilis, & angeli: ergo semper immutabiles sunt cum officia impendunt. Vermis de morte natus, & mortem consumens: de putredine natus, putredinem consumens. Omnia mutabilia etiam puncto temporis mutantur, & maxime corpora quæ penitus non manent, sed ætatibus sine intermissione mouentur. Nam omnis res ætates suas habet, vt ad breuem ætatem ætas omnis maior quasi æternitas sit: cum etiam adhuc viuentes mortes quasdam patiantur ipsarum ætatum, & ultima mors maior quodammodo mors sit, ut ... crementa ætatum mortes patiantur. Et montes cum ruunt, & insulæ cum ruunt & nascuntur, quasi mortes fiunt in universitate, ut ultima mors sit etiam mundo quę dicitur conflagratio. Nam tria sunt. unum semper immutabile, ut deus: sem- A
per mutabile, ut corpus: medium quoddam, ut anima, ut mutabilis esse possit, possit & immutabilis: sed post commutationem

tionem corpus non mutatur. Ea demum uera syncera libertas est, qua fit vt vbicunque sis, bene sit tibi. Deus autem est solus, nusquam absens ab eis quibus sola voluptas est. Pater autem misericors mortalia illis vincula faciebat. Descensus animæ talis est, vt cum putat se aliquid appetere quod sibi prosit, ad alia huic rei necessaria trahatur: ac si id quod volebat in multis implicetur, & dicat, Præueni nolens quod volebam, redit autem per gratiam dei. Tria sunt genera virtutum: primæ ciuiles politicorum, Secundæ purgatoriæ, quibus exuitur anima vitijs, Tertiæ exemplares, quæ iam contemplanti menti imprimuntur à Deo, vbi totum viuit, ubi totum semper beatè viuit. Deus intelligibilis dicitur, quia intelligitur: & intellectus, quia per se intelligit. Anima intelligibilis, quia intelligitur: intellectualis, quia intelligit: intelligibilia enim dicuntur quia intelliguntur.
De malo. Sent. 20. Notitia enim euidentior boni, mali est experimentum ijs quibus potentia interior est, vt per disciplinam malum ante experimentum sciant. Non essent bona dulcia,
B si non paterentur aduersa. Item bonum quod obseruando minus diligebat, ardentius diligit comparando. Non erit magnus magnum putans si cadunt ligna, lapides, & moriuntur mortales. Vtrum secundum tempus, an secundum excellentiam Deus ante tempora: Non enim secundum tempus ante tempora: Alioquin incipit tempore præcedere tempora, & non iam præcedit tempora qui tempore
De libero arbitrio. illa præcedit. Nos autem Deo iubente ea quæ volumus agimus, quoniam quæ possumus volumus, bona duntaxat: Nam
Sent. 21. mala in potestate sunt quæ in voluntate esse non debent. Idq; est & plurimum & solum in libero arbitrio, plenissime velle omne quod recte agere possis: si quod recte vis agere non potes, fac velis agere quod recte potes. Manifestum est in spiritum sanctum peccantem veniam habere non posse, nam vindicatur. Cum enim affligitur, in ipsa pœnitentia punit factum & solui vindicta. Non ergo dimittitur, quia punitur.

Vigintiunius sententiarum finis.

DOMINO BEATISSIMO C
& inenarrabiliter sinceriſsima charitate amplectendo, patri Simpliciano, Augustinus in domino salutem.

PLENAS bonorum gaudiorum literas, quòd sis memor mei, meque vt soles diligas, magnæque gratulationi tibi sit quicquid in me donorum suorum dominus conferre dignatus est misericordia sua, non meritis meis, missas munere sanctitatis tuæ accepi, in quibus affectum in me paternum de tuo benignissimo corde non repentinum & nouum hausi, sed expertum sanè cognitumque repperi domine beatissime & venerabiliter sinceriſsima charitate amplectende. Vnde autem tanta exorta est fœlicitas literario labori nostro, quo in librorum quorundam conscriptione sudauimus, vt à tua dignatione legerentur: nisi quia dominus cui subdita est anima mea consolari voluit curas meas, & à timore recreare, quo me in talibus operibus necesse esse solicitum, necubi forte indoctior vel incautior quamuis in planissimo campo veritatis offendam? Cum enim tibi placet quod scribo, noui cui placeat, quoniam quis te inhabitet noui. Idem quippe o- D
mnium numerum spiritalium distributor atque largitor per tuam sententiam confirmabit obedientiam meam. Quicquid enim habent illa scripta delectatione tua dignum in meo ministerio dixit Deus, Fiat, & factum est: in tua vero approbatione vidit Deus, quia bonum est. Quæstiunculas sanè quas mihi enodandas iubere dignatus es, & si mea tarditate implicatus non intelligerem, tuis meritis adiutus aperirem. Tantum illud quæso, ut pro mea infirmitate depreceris Deum, & siue in ijs quibus me exercere benigne paterneque voluisti, siue in alijs quæcunque nostra in tuas sanctas manus forte peruenerint, quia sicut Dei data, sic etiam mea errata cognosco, non solum curam legentis impendas, sed etiam censuram corrigentis, assumas.

Vale.

D. AV-

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI ad Simplicianum Mediolanẽsis ecclesiæ Epm de solutione quarundã quæstionũ ex epistola Pauli ad Romanos, liber I.

E

Præfatio

GRATISSIMAM plane atque suauissimam interrogationum tuarum dignationẽ mihi pater Simpliciane misisti, quibus nisi respondere conarer, non solum contumax, uerumetiam ingratus existerem. Et illa quidem quæ de Paulo Apostolo dissoluenda proposuisti, iam à nobis erant utcunq; discussa literisq; mandata: ut quemadmodum exposita sint, præter libelli huius textum, sicut iam parata erant, misi consideranda prudentiæ tuæ. Sed tamen eadem ipsa uerba Apostolica tenoremq; sententiarum, non contentus inquisitione atq; explicatione præterita, ne quid in ea negligẽtius præterissem, cautius attentiusq; rimatus sum. Non enim tu ea percontanda censeres, si eorum intellectus facilis atq; expeditus foret. Nam ex eo loco ubi scriptum

Quæstio prima.

est, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit usq; ad eum locum, ubi ait, igitur lex

Rom.7.

uolenti mihi bonum est: & cætera, credo usque ad illud, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum:

F

2.Retra.ca.1.

primam nos uoluisti enodare quæstionem. Quo loco uidetur mihi Apostolus transfigurasse in se hominem sub lege positum: cuius uerbis ex persona sua loquitur. Et quia

Rom.7.

pauloante dixerat, Euacuati sumus à lege mortis i qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus & non in uetustate literæ, atq; ita per hæc uerba quasi reprehendisse legẽ posset uideri, subiecit statim. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed

Exo.20. Deut.5.

peccatum non cognoui, nisi per legem, Nã concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Hic rursus mouet, Si lex non est peccatum, sed inseminatrix peccati, nihilominus his uerbis reprehenditur: quare intelligendum est legem ad hoc datam esse, non ut peccatũ insereretur neq; ut stirparetur, sed tantum ut demonstraretur quo animam humanam quasi de innocentia securam ipsa peccati demonstratione reã faceret, Vt quia peccatũ sine gratia dei uinci non posset, ipsa reatus solicitudine ad percipiendam gratiam conuerteretur. Itaque non ait, Peccatum non feci nisi per legem: sed, peccatum non cognoui nisi per legem. G

Neq; rursus ait, Nam concupiscentiam nõ habebam, nisi lex diceret, Non concupisces: sed ait, Concupiscentiam nesciebã, nisi lex diceret, Non concupisces. Vnde apparet cõcupiscentiam per legem non insitam, sed demonstratam. Consequens autem erat, ut quoniam nondum accepta gratia concupiscentiæ resisti non poterat, augeretur etiam: quia maiores uires habet concupiscentia crimine præuaricationis adiuncto, cum etiã contra legem facit, quam si nulla lege prohiberetur. Consequenter itaq; subiungit.

Rom.7.

Occasione autem accepta peccatum per mandatum, operatum est in me omnem cõcupiscentiam. Erat enim & ante legem sed non omnis erat, quando crimen præuaricationis adhuc deerat. Vnde alio loco dicit, Vbi enim non est lex, nec præuaricatio.

Rom.4.

Quod autem adiungit, Sine lege enim peccatum mortuum est: pro eo positum est, ac si diceret, latet: hoc est mortuum putatur, quod paulopost euidentius dicturus est, Ego autem, inquit, uiuebam sine lege aliquã: id est nulla ex peccato morte terrebar, quia

Rom.7.

non apparebat, cum lex non esset. Adueniente autem mandato peccatum reuixit, hoc est, apparuit. Ego autem mortuus sum: id H

est, mortuum me esse cognoui, uel quia reatus præuaricationis certum mortis suppli-

Gen.2.

cium comminatur. Sanè quòd ait, Peccatũ reuixit adueniente mandato: satis significauit hoc, modo aliquando uixisse peccatum, id est notum fuisse, sicut arbitror in præuaricatione primi hominis, qui & ipse mandatum acceperat. Nam & alio loco dicit, Mu-

&.3.

1.Ti.2.

Rom.5.

ner autem seducta in præuaricatione facta est. Et iterum, in similitudinem præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Non enim potest reuiuiscere nisi quod uixit aliquando. Sed mortuum fuerat, id est occultatum, cum mortales nati sine mandato legis homines uiuerent, sequentes concupiscentiam carnis sine ulla cognitione, quia sine ulla prohibitione. Ego, inquit, uiuebam sine lege aliquando. Vnde manifestat, non ex persona sua proprie, sed generaliter ex persona ueteris hominis se loqui. Adueniente autẽ

Rom.7.

mandato peccatum reuixit, ego autem mor

tuus

tuus sum: & inuentum est mihi mandatum quod erat in uitam, hoc esse in mortẽ: Mandato.n. si obediatur, utiq; uita est. Sed inuẽtum est esse in mortem, dum fit contra mandatum, ut non solum peccatum fiat quod ẽt ante mandatum fiebat, sed hoc abundantius I

& pernicioſius, ut iam à sciente & præuaricante peccetur. Peccatum.n. inquit occasione accepta per mandatum, fefellit me, & per illud occidit. Peccatum non legitime utens lege, ex prohibitione aucto desiderio, dulcius factum est, & ideo fefellit. Fallax enim dulcedo est, quam plures atque maiores pœnarum amaritudines consequuntur. Quia ergo ab hominibus nondum spiritalem gratiam percipiẽtibus suauius admittitur quod uetatur, fallit peccatũ falsa dulcedine. Quia uero etiam accedit reatus præuaricationis, occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Iubenda enim iubet & prohibenda prohibet. Qđ ergo bonum est, mihi factum est mors? Ab-

1.Tim.1.

sit. In male utente quippe uitium est, non in mandato ipso quod bonum est: Quoniam bona est lex, si quis legitime utatur. Male autem utitur lege, qui non se subdit deo pia humilitate ut per gratiam lex possit impleri. Itaq; ad nihil aliud accipit legem qui non ea legitime utitur, nisi ut peccatũ eius quod latebat ante prohibitionem, apparere incipiat per præuaricationem. Et hoc supra modum, quia iam non solum peccatũ fit, sed etiam contra mandatum. Sequitur ergo & adiungit, Sed peccatum ut appareat

K

peccatum, per bonum mihi operatũ est mortem, ut fiat supra modum peccator, aut peccatum per mandatũ. Vnde manifestat quo sensu dixerit superius, Sine lege enim peccatum mortuum est: non quia non erat, sed quia nõ apparebat. Et quomodo dictum sit, Peccatum reuixit: non ut esset quod erat & ante legem, sed ut appareret quoniam fiebat contra legem: quandoquidem hoc loco

Rom.7.

ait, Sed peccatum ut appareat peccatũ, per bonum mihi operatum est mortem. Non enim ait, ut sit peccatum sed, ut appareat peccatum. Deinde subiungit causam, cur ita sit, Scimus.n. inquit, quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. In quo satis ostendit, non posse impleri legem nisi à spiritalibus, qui non fiunt nisi per gratiam. Spirituali enim legi quanto sit quisque similior, id est, quanto magis & ipse in spiritalem surgit affectum, tanto eã magis implet. Quanto ea magis delectatur, iam non sub eius onere afflictus, sed in eius lumine uegetatus, quia Psal.18.

præceptum domini lucidum est illuminans oculos, & lex dñi immaculata conuertens animas: Gratia donante peccata, & infundẽte spiritum charitatis, quo & non sit molesta: & sit etiã iucunda iustitia. Sanè cũ dixisset, Ego autem carnalis sum: contexuit etiã L

qualis carnalis. Appellati sunt.n. ad quendam modum carnales, iam etiam sub gratia constituti, iam redempti sanguine dñi, & renati per fidem. Quibus idem Apostolus dicit, ego fratres non potui loqui uobis qua-

1.Co.3.

si spiritalibus, sed quasi carnalibus, tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escã. Quod dicens, utiq; ostendit iam renatos fuisse per gratiam qui erãt paruuli in Christo & lacte potandi, & tamen eos adhuc carnales uocat. Qui autẽ nondum est sub gratia sed sub lege, ita carnalis est, ut nõdum sit renatus à peccato, sed uenundatus sub lege à peccato: qm pretium mortiferæ uoluptatis amplectitur dulcedinem illam qua fallitur, & delectatur etiam contra legem facere, cum tanto magis libet, quanto minus licet. Qua suauitate frui non potest quasi pretio conditionis suę nisi cogatur tanquam emptũ mancipiũ seruire libidini. Sentit.n. se seruum dominantis cupiditatis, qui prohibetur, & se recte prohiberi cognoscit, & tamen facit. Quod enim operor, ait ignoro, Non ita dictum est, ignoro: quasi peccare se nesciat. Nam contrarium erit M

quod dixit: Sed peccatum ut appareat peccatũ per bonũ mihi operatũ est mortẽ. Et illud superius, Sed peccatũ non cognoui nisi per legẽ. Qũo.n. apparet, aut qũo cognouit quod ignorat? Sed ita dictum est, quo-

Matt.7.

modo dicturus est dominus impijs, Non

Psal.33.

noui uos. Neq; enim aliquid deum latet, quando uultus dñi super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Sed dicimur aliquando ignorare, quod non approbamus. Ita ergo ait, Quod.n. operor, igno-

Rom.7.

ro, id est non approbo. Quod cõsequenter ostendit, dicens, Non.n. quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Quod ergo ait, odi:

Psal.5.

hoc ait, ignoro: quia & quibus dicturus est dñs. Non noui uos: de his illi dicitur, Odisti domine omnes qui operantur iniquitatem. Si autem quod nolo hoc facio, consen-

Rom.7.

tio legi, quoniam bona est. Hoc enim non uult qu & lex: Nam hoc uetat lex. Cõsentit ergo legi, non inquantum facit quod

illi

illa prohibet,ſed inquantum non vult quod facit. Vincitur enim nondum per gratiã liberatus, quãuis iam per legem & nouerit ſe male facere & nolit. Quod vero ſequitur & dicit, Nunc autẽ iam non ego operor illud, ſed id quod inhabitat in me peccatum: non ideo dicit, quia non conſentit ad faciendum peccatum, quamuis legi conſentiat ad hoc
A comprobandum. Loquitur enim adhuc ex
2. Ret.1. perſona hominis ſub lege conſtituti, nondũ
li. de p- ſub gratia, qui ꝓfecto trahitur ad male ope-
deſtinat. rãdũ, concupiſcentia dominãte atq; falléte
tiõe ſcĩõ dulcedine peccati prohibiti, quamuis ex par
rũ.ca.4. te notitia legis hoc improbet. Sed propterea dicit, Non ego operor illud, quia victus operatur: Cupiditas quippe id operatur, cui ſuperanti ceditur. Vt aũt non cedatur ſitq; mens hominis aduerſus cupiditatem robuſtior, gratia facit, de qua poſt dicturus eſt, Scio.n.inquit, ꝙa nõ habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum, Ex eo quod ſcit conſentit legi: ex eo qđ facit, cedit peccato. Qđ ſi quærit aliquis, vnde hoc ſcit quod dicit habitare in carne ſua, non vtique bonum, id eſt peccatum? vnde niſi ex traduce mortalitatis & aſſiduitate voluptatis. Illud eſt ex pœna originalis peccati, hoc eſt ex pœna frequentati peccati. Cum illo in hanc vitam naſcimur, hoc viuendo addimus. Quę duo, ſcilicet natura & conſuetudo, coniuncta, robuſtiſsimam faciunt & inuictiſsimam cupiditatem: quam vocat peccatum, & dicit habitare in carne ſua. i. dominatum quendã &
B quaſi regnum obtinere. Vnde eſt illud in
Pſal.83. Pſalmo, Elegi abijci in domo dñi, magis ꝙ habitare in tabernaculis pctõrũ: quaſi non habitet, quamuis ibi ſit, qui abiectus ibi eſt vbicunq; ſit: vnde inſinuat habitationem cũ quodam principatu intelligendam. Si autem per gratiã fiat in nobis, quod alio loco dicit,
Rom.6. Vt non regnet peccatum in veſtro mortali corpore ad obediendum deſiderijs eius, iam nec habitare proprie dicitur. Velle enim, inquit, adiacet mihi, perficere autẽ bonũ
Rom.7. non inuenio. His verbis videtur non recte intelligẽtibus velut auferre liberũ arbitriũ. Sed quomodo aufert, cum dicat, Velle adiacet mihi? Certe enim ipſum velle in poteſtate eſt, quoniam adiacet nobis: ſed quod perficere bonum non eſt in ptãte, ad meri-
Cõcor 3 tum pertinet originalis peccati. Non enim
ſen.di.25 eſt hæc prima natura hominis, ſed delicti ca. Tra pœna, per quam facta eſt ipſa mortalitas
ſit. quaſi ſecunda natura, vnde nos gratia libe-
ra conditoris ſubditos ſibi per fidem. Sed iſtæ nunc voces ſunt ſub lege hominis conſtituti, nondum ſub gratia. Non enim quod vult facit bonum, ꝙ nondum eſt ſub gratia, ſed quod non vult malum hoc agit ſuperante concupiſcentia, non ſolum vinculo mortalitatis, ſed mole conſuetudinis roborata. C
Si autem quod non vult hoc facit, iam non ipſe operatur illud, ſed quod habitat in eo peccatum: ſicut ſuperius dictum eſt & expoſitum. Inuenio ergo, inquit, legem mihi volenti facere bonum, quoniam mihi malũ adiacet: id eſt inuenio legem, bonum mihi eſſe cum volo facere quod lex habet, quoniam mihi malum adiacet ad faciendũ: quia ſuperius quod ait Velle adiacet mihi, ad facilitatem dixit. Quid enim facilius homini ſub lege conſtituto, quàm velle bonum & facere malum? Nam & illud ſine difficultate vult, quãuis non tã facile faciat q̃ facile vult: & hoc quod odit facile habet, quãuis id nolit: ſicut præcipitatus ſine difficultate venit in profundum, quanuis id nolit atque oderit. Hoc dixi propter verbum quod ait, adiacet. Perhibet igitur teſtimonium legi ꝙ bona ſit, non ſub ea poſitus & nondum gratia liberatus, Perhibet omnino eoipſo ꝙ ſe reprehendit facere contra legem: & inuenit eam bonam ſibi eſſe, volens facere quod illa iubet, & concupiſcentia ſuperante non valens: atque ita ſe prævaricationis reatu implicatũ videt ad hoc vt gratiam liberatoris impleret. Condelector enim, inquit, legi dei ſecundum interiorẽ hominem. Et vtique legi, quæ dicit, Non concupiſces. Video autem, inquit, legem aliã in membris meis repugnantem legi mentis Rom.7.
meæ & captiuãtem me ſub lege peccati quæ D
eſt in membris meis. Legem appellat in Exo.20
membris ſuis, onus ipſum mortalitatis, in
quo ingemiſcimus grauati. Corpus enim 1.Co.5.
quod corrumpitur, aggrauat animam. Per Sapiẽ.9.
quod fit etiam ſæpe, vt inuito delectet quod non licet. Quam ſarcinam prementẽ & vrgentẽ ideo legẽ appellat, quia iure ſupplicij
iuſto iudicio tributa & impoſita eſt ab eo
qui præmonuit hominem, dicens, Qua die Gen.2.
manducaueritis, morte moriemini. Hæc lex &.3.
repugnat legi mentis, dicenti, Non concupiſces: cui condelectatur homo ſecundum interiorem hominem: & antequam ſit quiſque ſub gratia, ita repugnat, vt & captiuet eum ſub lege peccati, id eſt ſub ſemetipſa. Cum enim dicit, Quæ eſt in membris Rom.7.
meis:

meis: hanc oſtendit eandem eſſe de qua ſuperius ait, Video aliam legem in membris meis. Hoc aũt totum ideo dicitur, vt demonſtretur homini captiuo non eſſe præſumendum de uiribus ſuis. Vnde Iudæos arguebat tanquam de operibus legis ſuperbe gloriantes, cum traherentur concupiſcentia ad
E quicquid illicitum eſt, cum lex de qua glo-
riabantur, dicat, Non concupiſces. Humiliter ergo dicendum eſt homini victo, damnato, captiuo, & nec ſaltem accepta lege, victori, ſed potius prævaricatori humiliter exclamandum eſt. Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtũ dñm noſtrum. Hoc .n. reſtat in iſta mortali vita libero arbitrio, non vt impleat homo iuſtitiam cũ voluerit, ſed vt ſe ſupplici pietate conuertat ad eũ cuius dono eam poſsit implere. In hac ergo tota quã tractauimus apoſtolici contextio-
Rom.5. ne ſermonis, quiſquis putat ſenſiſſe Apoſto
2.Co.3. lum quòd mala ſit lex, quoniam dicit, Lex
1.Co.15. ſubintrauit, vt abundaret delictum. Et mi-
Rom.7. niſtratio mortis in literis figurata lapideis: Et, virtus peccati lex: Et, mortuis eſtis legi per corpus Chriſti, vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit: Et, paſsiones peccatorũ quæ per legem ſunt, operabantur in mẽbris noſtris, vt fructum ferrent morti: Nunc vero & euacuati ſumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus & non in vetuſtate literæ: Et alia ſi qua huiuſmodi Apoſtolum dixiſſe inueni
F mus, attendat ideo eſſe iſta dicta, quia lex auget concupiſcentiam ex prohibitione, & reum obligat ex prævaricatione, iubendo quæ implere homines in infirmitate nõ poſſunt, niſi ſe ad dei gratiam pietate conuertant. Et ideo ſub illa eſſe dicuntur quibus dominatur. Eis autem dominatur quos punit. Punit autem prævaricationes omnes
Porrò qui acceperunt legem, prævaricãt eã, niſi per gratiam conſequantur poſſe quod iubet. Ita fit, vt non dñetur eis qui iam ſub gratia ſunt, implentibus eam per gratiã qui erant ſub eius timore damnati. Nam & illa quæ dicta ſunt mouent, vt putetur Apoſtolus legem reprehendere, quid agimus ex eo quod dicit, Condelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem? hoc enim dicens, legem utiq; laudat. Quod cum illi audiunt, reſpondent, hoc loco Apoſtolum de alia lege dicere, id eſt, lege Chriſti, non de illa quæ data eſt Iudæis. Quærimus ergo ab eis, de qua lege dicat, Lex autem ſubintrauit vt abundaret delictum. Reſpondet, de illa proculdubio, quam Iudæi acceperũt. Vide ergo vtrum ipſa ſit de qua dicitur, Occaſione accepta peccatum per mandatum, operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Quid eſt enim aliud, operatum eſt in me omnem concupiſcentiam: quam id quod ibi eſt, Vt abundaret delictum? Vide quoq;, G
Vtrum conſonet etiam illa ſententia, Vt fiat ſupra modum peccator aut peccatum per mandatũ: hoc eſt. n. Vt fiat ſupra modũ peccatum, quod eſt, Vt abundaret peccatum. Si igitur oſtenderimus bonum eſſe mandatũ, vnde occaſione accepta peccatum operatũ eſt omnem concupiſcentiam vt fieret ſupra modum: ſimul oſtendemus bonam eſſe legem quæ ſubintrauit vt abundaret delictũ: id eſt, ut operaretur peccatum oẽm concupiſcentiam, & fieret ſupra modum. Audiãt er- Rom.7.
go eundem Apoſtolũ dicentẽ, Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit! Hoc inquiunt, de lege Chriſti dictum eſt: hoc eſt, de lege gratiæ. Reſpondeant itaq; de qua intelligant illud quod ſequitur, Sed ego peccatũ non cognoui, niſi per legem: Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Nõ concupiſces. Occaſione autem accepta, peccatum per mandatũ operatũ eſt in me omnẽ concupiſcentiam. Ecce uerborũ ipſa contextio ſatis indicat de qua lege dixerit, Lex peccatũ eſt. Abſit. de illa. ſ. per cuius mandatũ occaſio fuit peccato, vt operaretur omnẽ concupiſcentiam. De illa ergo quę ſubintrauit ut abundaret delictum, quã putant illi malã. Sed quid apertius q̃ id quod paulopoſt ait, Itaq; lex quidem ſancta & mãdatum ſanctum & iuſtum & bonum? Hoc rurſus dicunt non de illa lege quæ Iudæis data eſt, ſed de Euãgelio dictũ eſt Manichæorũ, eſt. n. tam ineffabiliter cæca iſta peruerſitas: Non enim atendunt quod apertiſsimum & manifeſtiſsimum ſequitur: Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? Abſit. Sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonũ mihi operatum eſt mortem, vt fiat ſupra modum peccator aut peccatum per mandatũ. Hoc eſt per mandatum ſanctum & iuſtum & bonum, quod tamen ſubintrauit ut abundaret peccatum: hoc eſt, vt fieret ſupra 1.Co.3.
modum peccatum. Cur ergo miniſtratio mortis dicitur, bona eſt lex? Quia peccatum vt appareat peccatum, per bonum mihi operatum eſt mortem. Nec mireris

ris cum de ipsa prædicatione Euangelij dictum sit, Christi odor bonus sumus deo, in
2.Co.2. ijs qui salui fiũt, & in ijs qui pereunt. Alijs quidẽ odor uitę in uitã, aliis autẽ odor mortis in mortẽ. Ad Iudæos.n.dicta est lex ministratio mortis, ad quos & in lapide scripta
I est ad eorũ duritiã figurandam, non ad eos
Ro. 13. qui legem per charitatem implent. Plenitu-
Deut. 5. do.n.legis, charitas. Ipsa enim lex quæ in literis est figurata lapideis, dicit: Non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces, &c. Quam legem dicit Apostolus impleri per charitatẽ, ita loquẽs, Qui.n.diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces: & si qđ est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur. Diliges proximum tuum, tanquam teipsum: quia & hoc in eadem lege scriptũ
Cor.5. est. Cur uirtus peccati lex, si lex bona est? Quia peccatum per bonum operatum est mortẽ, vt fiat supra modum, hoc est maio-
Rom.7 res vires ex præuaricatione concipiat. Cur mortui sumus legi per corpus Christi, si bona est lex? Quia mortui sumus legi dominanti liberati ab eo affectu quem lex punit & damnat. Vsitatius enim uocatur lex, quando minatur, & terret & vindicat. Itaq; idẽ præceptum timentibus lex est, amantibus
Ioan. 1. gratia est. Inde est illud in Euangelio. Lex Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Eadem quippe lex quæ per Moysen data est, vt forma daretur, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, ut impleretur. Sic ergo dictum est,
K Mortui estis legi: ac si diceretur, Mortui estis supplicio legis per corpus Christi, per quod sunt delicta donata, quæ legitimo supplicio constringebant. Cur passiones pecca
Rom. 7. torum quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris vt fructificarent morti, si lex bona est? Quia illas hic voluit intelligi peccatorum passiones, de quibus iam sæpe dictum est: Augmentum concupiscentiæ, de prohibitione: & reatum pœnæ, de præuaricatione: hoc est, quia per bonum operatum est mortem, vt fiat supra modum peccator, aut peccatũ per mandatum. Cur liberati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita vt seruiamus in nouitate spiritus & non in uetustate literæ, si lex bona est? Quoniam lex litera est eis omi non eã implent per spiritũ charitatis, quæ pertinet testamentum nouum. Itaq; mortui peccato liberantur à litera, qua detinentur rei qui non implent quod scriptum est. Lex enim quid aliud q̃ sola litera est eis qui eã legere nouerunt, & implere non possunt? Non.n. ignoratur ab eis quibus conscripta est, sed quoniam intantum nota est, inquantum scripta legitur, non inquantum dilecta perficitur, nihil est aliud talibus nisi litera, quæ litera non est adiutrix legentium, sed testis peccantium. Ab eius ergo dominatione liberantur, qui per spiritum innouantur, vt iam non sint obligati literæ ad pœnam sed intellectui per iustitiam copula
ti. Inde est & illud, Litera occidit, spiritus autem viuificat. Lex enim tantummodo 2.Co.3.
lecta & non intellecta vel non impleta, vtique occidit, tunc enim appellatur litera. Spiritus autem viuificat, quia plenitudo legis Ro.13.
est charitas, quæ fusa est in cordibus nostris Rom.5.
per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quæst.

Sed iam ut arbitror tempus est ad aliam secunda.
transire quæstionem, quam sic proposuisti, ut ab eo quod scriptum est: Non solum autem illa, sed & Rebecca ex uno concubitu Rom.9.
habens Isaac patris nostri: Cum enim nondum nati essent, neque aliquid egissent bonum aut malum: vsque ad id quod scriptũ est. Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus: tota ipsa contextio disseratur, & profecto est latebrosior. Sed certe qualem te erga me noui iubere mihi vt aperirem, ista non possem, nisi à domino deprecareris vt possem. Quo adiutorio fidentior factus, aggredior. Et primo intentionem Apostoli quæ per totam epistolam viget, tenebo quam consulam. Hæc est autem, vt de operum M
meritis nemo glorietur de quibus audebãt Israelitæ gloriari, quòd datæ sibi legi seruissent, & ex hoc Euangelicam gratiam tanquam debitam meritis suis percepissent, quia legi seruiebant: unde nolebant eandẽ gratiam dari gentibus tanquam indignis, nisi Iudaica sacramenta susciperent. Quæ orta quæstio, in Apostolorum actibus sol- Act.15.
uitur: Non enim intelligebant, quia coip- Ro.11.
so quòd gratia est Euangelica, operibus non debetur: Alioquin gratia iam non est gratia. Et multis locis hoc sæpe testatur fides, gratiam præponens operibus, non ut opera extinguat, sed vt ostendat non esse opera præcedentia gratiam, sed consequentia: vt scilicet non se quis arbitretur ideo percepisse

pisse gratiam, quia bene operatus est, sed bene operari non posse, nisi per fidem percepe
perit gratiã. Incipit autem hõ percipere gratiam, ex quo incipit deo credere, vel in terrena vel externa admonitione motus ad fidẽ. Sed interest quibus articulis temporũ vel ce
Act.10. lebratione sacramentorũ gratia plenior & euidentior infundatur. Non enim catechumeni non credunt, aut vero Cornelius non credebat deo cum eleemosinis & orationibus dignum se præberet cui angelus mitteretur: sed nullo modo illa operaretur nisi
A ante credidisset. Nullo modo autem credidisset, nisi vel secretis per visa mentis aut spiritus, vel manifestioribus per sensus corporis admonitionibus vocaretur. Sed in quibusdã tanta est gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendam regnũ cœlorum, sicut in catechumenis, sicut in Cornelio antequã sacramentorum participatione incorporaretur Ecclesiæ. In quibusdam vero tanta est
1.Co.3. vt iam corpori Christi & sancto dei templo deputentur. Templum n. dei sanctũ est, in-
Ioan. 3. quit Apostolus, quod estis vos. Et ipse dns: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in regnum cœlorũ. Fiũt ego inchoationes quædã fidei, conceptionibus similes, non tamen solũ concipi, sed etiã nasci opus est vt ad vitam perueniatur æternam. Nihil horum tñ sine gratia misericordiæ dei, quia & opera sicuta sunt bona, conse
quuntur vt dictum est, illam gratiam, non
Ephe.2. præcedunt. Quã rem persuadere Apostolus volens, quia sicut alio loco dicit, Gratia enim dei salui facti sumus, & non ex nobis, sed dei donum est, non ex operibus ne forte quis extollatur. de his qui nondum nati erant, documentum dedit. Nemo in possessione dicere, quòd operibus promeruerat deũ
B Iacob nondum natus, vt diuinitus dicere-
Rom.9. tur, Et maior seruiet minori. Ergo non so-
Gen.18 lum, inquit, Isaac promissus est, cũ dictum est, Ad hoc tempus veniam, & erit Saræ filius: qui vtiq; nullis operibus promeruerat deũ vt nasciturus promitteretur, vt in Isaac vocaretur semen Abrahæ, id est i li pertinerent ad sortem sanctorum quæ in Christo est, qui se intelligerent filios promissionis, non superbientes de meritis suis, sed gratiæ vocationis deputantes q̃ cohæredes essent Christi. Cũ enim promissum est vt essent, nihil vtique meruerant qui nondum erant: sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nri. Vigilantissime ait, Ex vno concubitu: gemini .n. concepti erant, ne vel paternis meritis tribueretur, si quisquã forte diceret, ideo talis natus est filius, quia pater ei erat affectus illo tempore quo eũ seuit in utero matris: aut ita erat mater affecta cũ eum concepit. Simul .n. ambos vno tempore ille seuit, eodem tẽpore illa concepit. Ad hoc commendandũ ait, Ex vno concubitu: vt nec astrologis daret locũ, vel eis potius quos genethliacos appellauerũt, qui de natalibus nascentiũ mores & eventa cõiect ant. Quid.n.dicant, cur vna conceptione sub vno vtiq; temporis puncto, eadem di C
spositione cœli & syderũ, vt diuersa singulis annotari omnino non posset, tam a in illis geminis diuersitas fuerit, prorsus non inueniunt: & facile animaduertant si volunt, responsa illa quæ miseris venditant, nullius artis expositione sed fortuita suspitione proferri. Sed vt de re quæ agitur potius loquamur, ad frangendam atq; deijciendã superbiam hominũ ingratorum gratiæ dei, & au
dietium gloriari de meritis suis ista comme Rom.9.
morantur. Cum .n. nondum nati fuissent Gen.25
neq; aliquid egissent bonum aut malũ, non ex operibus, sed ex vocante dictũ est ei, quia maior seruiet minori. Vocantis est ergo gratia, percipientis vero gratiam consequenter sunt opera bona, non quæ gratiã pariant, sed quæ gratia pariantur. Non.n. vt seruiat calefacit ignis, sed quia seruit. Nec ideo bene currit rota vt rotunda sit, sed quia rotunda est: sic nemo propterea bene operatur, vt accipiat gratiam, sed quia accepit. Quomodo enim potest iuste viuere qui non fuerit iustificatus? Quomodo sancte viuere, qui nõ fuerit sanctificatus? Vel omnino viuere, qui non fuerit viuificatus? Iustificat autem gratia, vt iustificatus possit viuere iuste. D
Prima est igitur gratia, secunda opera bo-
na, sicut alio loco dicit, Ei autem qui opera Ro. 14.
tur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitũ: sicut illa immortalitas post opera bona, si tamen vel ipsa ex debito poscitur. Sed idem ait, Bonum certa- 2.Ti.4.
men certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui, de cætero superest mihi corona iustitiæ quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Forte enim quia dixit, reddet: Ephe.4.
iam fit ex debito: cum vero ascendens in altum captiuauit captiuitatem, non reddidit sed dedit dona hominibus. Vnde enim ipse Apostolus .anquam debitum reddi sibi præsumeret, nisi prius indebitam gratiam per-

cepisset, qua iustificatus bonum agonem certaret? Fit enim blasphemus & persecutor, & iniuriosus, sed misericordiam cõsequutus
1. Ti. 1. est, vt ipse testatur: credens vtiq; in eum qui iustificat, non pium sed impium, vt iustificando pium faciat. Non ex operibus,
Rom. 4. inquit, sed ex vocante dictum est ei, Quia
Rom. 9. maior seruiet minori. Ad hoc pertinet, qđ ait, Cum enim necdum nati fuissent, neque aliqui egissent bonum aut malum, vt posset dici, Non ex operibus, sed ex vocante. Vnde occurrit animo quærere, cur dixerit, Vt
E secundum electionem propositum dei maneret. Quomodo est enim iusta, aut qualiscunq; omnino electio vbi nulla distantia est? Si enim nullo merito electus est Iacob nondum natus & nihil operatus, nec omnino elegi potuit nulla existẽte differẽtia qua eligeretur. Item si nullo merito improbatus est Esau, quia & ipse nondum natus, & nihil operatus erat, cum diceretur, Et maior seruiet minori: quomodo eius improbatio iusta dici potest? Qua ergo discretione, quo æquitatis examine quod sequitur intelligimus Iacob dilexi, Esau autem odio ha-
Mala. 1. bui? Quod quidem scriptum est in Prophe ta, qui longe posterior prophetauit quàm illi nati & mortui sunt: sed tamen illa sententia videtur commemorata qua dictum est, Et maior seruiet minori: antequam nati & aliqđid operati essent. Vnde igitur ista electio, vel qualis electio si nondũ nati, nõdũque aliquid operatis nulla sunt momẽta meritorũ? An forte sunt aliqua naturarum? Quis hoc intelligat, ex vno patre, & ex vna matre, & ex vno concubitu, & ex vno creatore? An quemadmodum ex eadẽ terra idẽ creator produxit diuersa animantium atq;
F gignẽtium genera, ita ex eodem hominum coniugio atq; complexu produxit in geminis diuersam prolem, vnã quam diligeret alteram quam odisset? Nulla ergo electio est antequam esset quod eligeretur. Si enim bonus factus est Iacob ut placeret, vnde placuit antequam fieret vt bonus fieret? Non
1. Retracta. c. 22 & 1. sen. di. 41. cap. opinati. itaque electus est vt fieret bonus, sed bonus factus eligi potuit. An ideo secundũ electionem, qua omnium deus præscius etiam futuram fidem vidit in Iacob nondum nato, vt quãuis nõ ex operibus suis iustificari q̃q; mereat, qñquidẽ bene operari nisi iustificatus non potest, tamen quia ex fide iustificat
Gala. 3. gentes deus, nec credit aliqu. nisi libera voluntate, hanc ipsam fidei voluntatem futuram præuidens deus, etiam nondum natum præscietia qua iustificaret elegerit. Si igitur electio per præscientiã, præsciuit aũt deus fidem Iacob, vnde probas quia iã non ex operibus elegit eum? sed propterea quia nondum nati erant, & nondum aliquid egerant bonum seu malum, ita etiam nondum crediderat aliquis eorum. Sed sicut præscié- G
tia vidit creditur um, ita præscientia videre poterat operaturum: vt quomodo dicitur electus propter fidem futuram quam præsciebat deus, sic alius posit dicere, futura opera potius electũ, quæ nihilominus præsciebat deus. Quapropter vnde ostẽdit Apostolus, non ex operibus dictum esse, Maior seruiet minori? sed quoniã nondũ nati erãt non solum non ex operibus, sed nec ex fide dictum est, quia vtrunq; deerat nondũ natis. Non igitur ex præscientia voluit intelligi factam electionẽ minoris vt maior ei seruiret. Volens enim ostendere non ex operibus factam, propterea intulit dicens. Cum enim nondũ nati fuissent, neq; aliquid egissent bonum seu malum. Alioquin poterat ei dici, sed iã sciebat deus, quis q̃d esset actu-
rus. Quãobrem vnde illa electio facta sit quæritur, quia si non ex operibus, quę non erant in nondum natis, nec ex fide quia nec ipsa erat. Vnde igitur? An dicendum est q̃ nulla electio fuerit, non existente aliqua diuersitate in vtero matris vel fidei vel operum, vel quorumlibet omnino meritorum? Rom. 9.
Sed dictum est, Vt secundum electionem propositũ dei maneret. Et ideo quærimus, quia dictum est: nisi forte sic est distinguenda sententia, non vt intelligamus tanquã ideo non ex operibus, sed ex vocante dictũ est, Maior seruiet minori: vt secundum ele- H
ctionem propositum dei maneret: sed ita potius, vt hoc de nondum natis & nondum aliquid operatis exemplum dãtum accipiat, ne aliqua electio hic posit intelligi. Cum enim nondum nati essent, neq; aliquid egissent, siue bonum siue malum, vt secundum electionem propositum dei maneret, id est, neq; aliquid egissent bonum aut malum, ut propter ipsam actionem electio aliqua fieret eius qui bene egerat. Cum ergo nulla esset electio bene agentis, secundum quam maneret propositum dei non ex operibus sed ex vocante, id est, ex eo qui vocando ad fidem gratia iustificat impium, dictum est, & quia maior seruiet minori. Non ergo secundum electionem propositum dei

manet, sed ex proposito electio, id est, non quia inuenit deus opera bona in hominibus quæ eligat: ideo manet propositũ iustificationis ipsius. sed quia illud manet vt iustificet credentes, ideo inuenit opera, quæ iam
Rom. 8. eligat ad regnum cœlorũ. Nã nisi esset electio, non essent electi, nec recte diceretur, Quis accusabit aduersus electos dei? Nõ tamen electio precedit iustificationẽ, sed electionem iustificatio. Nemo.n. eligitur nisi
Ephe. 2. iam distans ab illo qui reijcitur. Vnde quod dictum est, Quia elegit nos deus ante mun
I di constitutionẽ: non video qũo sit dictum,
Rom. 9. nisi præscientia. Hic aũté qđ ait, Nõ ex operibus, sed ex vocãte dictũ est ei, quia maior seruiet minori: nõ electione meritorũ, quæ post iustificationẽ gratiæ proueniunt, sed liberalitate donorũ dei voluit intelligi, ne q̃s
Ephes 1. de operibus extollatur. Gratia.n. dei salui facti sumus: & hoc non ex operibus, sed dei donum est: non ex operibus, ne forte quis ex-
In lib. de perse uerãtia. Ca. 59. &. 61. tollatur. Quæritur aũt, vtrum vel fides meretur hominis iustificationẽ, an vero nec fidei merita præcedãt misericordiã dei, sed & fides ipsa inter dona gratiæ numeretur: quia & hoc loco dixisset, Nõ ex operibus. nõ ait, sed ex fide dictum est ei, quia maior seruiet minori: Ait aũt, sed ex vocãte, Nemo.n. credit qui nõ vocatur. Misericors aũt deus vocat, nullus hoc vel fidei meritis largiẽs, quia merita fidei sequunt vocationem
Ro. 10. potius q̃ præcedãt. Quomodo.n. credent ei quẽ non audierunt? Et qũo audient sine prædicante? Nisi ergo vocando præcedat misericordia dei, nec credere quisquam põt, vt ex hoc incipiat iustificari & accipiat facultatẽ
K bene operandi. Ergo ante omne meritum
Rom. 5. est gratia, Etenim Christus pro impijs mortuus est. Ex vocante igitur minor accepit, non ex vllis meritis operũ suorũ, vt maior ei seruiret, vt etiam quod scriptum est, Iacob dilexi: ex vocante sit deo, non ex operante Iacob. Quid deinde Esau quòd seruit
Mala. 1. Rom. 9. minori, & quòd scriptum est, Esau autem odio habui: quibus malis suis hoc meruit, cum & ipse nondum natus fuisset, neque aliquid egisset boni aut mali quando dictum est, Et maior seruiet minori? An forte quẽadmodum illud de Iacob nullis meritis bonæ actionis dictum est, Ita Esau nullis meritis malæ actionis odiosus? Si.n. quia præsciebat deus futura eius opera mala, propterea eum prædestinauit vt seruiret minori, propterea prædestinauit & Iacob vt ei maior seruiret q̃a futura eius bona opera præsciebat, & falsum est iam quod ait, Non ex operibus. Si aũt verũ est, q̃ nõ ex operibus & inde hoc probat, quia de nondũ natis nõdũq; aliquid operatis hoc dictũ est: vñ nec ex fide, quæ in nondũ natis similiter nondũ erat, quo merito Esau odio haberetur antequã nasceretur. Quod.n. fecit deus ea, quæ diligeret, nulla quæstio est. Si autẽ dicamus eum fecisse quæ odisset, absurdũ est, occurrente alia scriptura & dicente, Neq; .n. odio L
habens aliquid constituisses, & nihil odisti Sapiẽ. 11
horũ quæ fecisti. Quo.n. merito sol factus est sol: aut quid offendit luna vt tãto illo esset inferior? vel quid promeruit vt syderibus cæteris tanto clarior crearetur? Sed hæc omnia bona creata sunt quæque in genere suo. Non.n. diceret deus, Solem dilexi, lunã aũt odio habui: aut, Lunã dilexi, stellas autẽ odio habui, sicut dixit, Iacob dilexi, Esau aũt Mala. 1.
odio habui: sed illa omnia dilexit, quanuis Rom. 9.
excellentiæ diuersis gradibus ordinata, qñ vidit deus quia bona sunt, cũ dicto eius sunt instituta: ut autem odisset Esau, nisi in iustitiæ merito, iniustum est. Quod si concedimus, incipit & Iacob iustitiæ merito diligi. Quod si verum est, falsum est, quod non ex operibus. An forte ex iustitia fidei? Quid ergo te adiuuat? Cum enim nondum nati fuissent, quandoquidem in nondum nato nec iustitia fidei poterat esse. Vidit itaq; Apostolus quid ex his verbis posset animo audientis vel legentis occurrere, statimq; subiecit, Quid ergo dicemus? Nunquid iniqui Rom. 9.
tas est apud deum? Absit. Et quasi docens quomodo absit. Moysi enim dicit, inquit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiã Exo. 33
præstabo cui misertus fuero. Quibus verbis soluit quæstionem, an potius arctus colligauit, Idipsum est enim quod maxime mouet: M
Si misereturcui misertus erit, & misericordiã præstabit cui misericors fuerit, cur hæc misericordia defuit Esau, vt et ipse per illã esset bonus, quemadmodum per illam bonus factus est Iacob? An ideo dictum est, Miserebor, cui misertus ero, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero, quia cui misertus erit deus vt eum uocet, misericors miserebitur eius vt credat: & cui misericors fuerit vt credat, misericordiam præstabit, hoc est faciet eum misericordem vt etiã bene operetur? Vnde admonemur, nec ipsis operibus misericordiæ quenquam oportere gloriari & extolli, q̃ eis quasi suis

deum promeruérit: qñquidem vt haberet ipsam misericordiam ille præstitit qui misericordiam præstabit cui misericors fuerit. Quòd si eam credendo se meruisse quis iactitat, nouerit eum sibi præstitisse vt crederet, qui miseretur inspirando fidem, cuius misertus est, vt adhuc infideli vocationé impertiret. Iam enim discernitur fidelis ab impio. Quid.n.habes, inquit, quod non accepisti? Si aũt accepisti, quod gloriaris quasi nõ
1.Co.4. A acceperis? Recte quidem hoc. Sed cur hæc misericordia subtracta est ab Esau vt nõ sic vocaretur, vt & vocato inspiraretur fides, & credens misericors fieret vt bene operaret? An forte quia noluit? Si ergo Iacob ideo credidit quia voluit, non ei deus donauit fidé, sed eam sibijpse volendo præstitit, & habuit aliquid quod non accepit. An quia nemo potest credere nisi velit, nemo velle nisi vocetur, nemo aũt sibi põt præstare vt vocetur, vocando deus præstat & fidem: quia sine vocatione non potest quisquam credere,
Rom.10 quanuis nullus credat inuitus. Qũo.n.credent ei quẽ non audierunt? Aut qũo audiẽt sine prædicante? Nemo itaq; credit nõ voca
Mat.20. tus, sed non omnis credit vocatus. Multi.n. sunt vocati, pauci vero electi. Vtique ij qui vocantem non contempserunt, sed credẽdo
Rom.9. secuti sunt, volentes aũt sine dubio crediderunt. Quid est ergo quod sequitur, Igitur non volentis neq; currentis, sed miserentis est dei? An quia nec velle possumus nisi vocati, & nihil valet velle nostrum, nisi vt perficiamus adiuuet deus? Opus est ergo velle
Lucæ.2. & currere. Non.n.frustra diceretur, Et in
1.Co.9. terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et
B sic currite vt comprehendatis. Non tũ volentis neq; currentis, sed miserentis est dei, vt quod volumus adipiscamur, & quòd volumus perueniamus. Noluit ergo Esau & nõ cucurrit, sed etsi voluisset & cucurrisset, de adiutorio peruenisset, qui ei etiam velle & currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret. Aliter.n.deus præstat vt velimus, aliter præstat quod voluerimus. Vt velimus.n. & suum esse voluit & nostrũ, suũ vocando, nostrum sequendo, Quod aũt voluerimus solus præstat.i. posse bene agere, & semper beate viuere. Verũtamen Esau nondum natus, nihil horum posset velle seu nolle. Cur ergo in vtero positus improbatus est? Reditur.n.ad illas difficultates, non solum sua obscuritate, sed etiã nostra tam multa repetitione molestiores. Cur enim est improbatus Esau nondũ natus, qui nec credere poterat vocanti, nec contemnere vocationem, nec boni vel mali aliquid operari sine prescientia dei futuræ malæ voluntatis eius? Cur nõ & Iacob prescientia dei approbatus est futuræ bonæ voluntatis eius? Quod si semel concesseris, potuisse quenquã vel approbari vel improbari ex eo quod nõdũ in illo erat, sed qã deus futurum esse prescibat, conficitur eum potuisse etiam ex operibus approbari, quæ in illo deus futura esse præsciebat, quãuis nondum esset aliquid operatus: & omnino te nihil adiuuabit qp nondum nati erant, cum dictũ esset, Et maior seruiet minori: vt hinc ostendas nõ ex operibus dictum, quia nondum quicquã erat operatus. Illa etiam verba si diligenter attendas, Igitur non est volentis atq; currentis, sed miserentis est dei, non hoc Apostolus propterea tantum dixisse videbitur quòd adiutorio dei ad id quod volumus perueniamus, sed etiam ex illa intentione qua & alio loco dicit, Cũ timore & tremore vestrã ipsorum salutẽ operamini, Phili.2.
Deus.n.est qui operatur in vobis, & velle & operari pro bona volũtate. Vbi satis ostẽdit etiam ipsam bonam voluntatem in nobis operante deo fieri, Nam si propterea sõlum dictum est, Non volentis neq; currentis, sed miserentis est dei: quia voluntas hominis sola non sufficit vt iuste recteq; viuamus, nisi adiuuemur misericordia dei: põt & hoc modo dici, Igitur non miserentis est dei, sed volentis est hominis: quia misericordia dei sola non sufficit, nisi cõfessus nostræ voluntatis addatur. At illud manifestũ est, fruſtra nos velle, nisi deus misereatur. Illud D autem nescio qũo dicatur, fruſtra deum misereri nisi nos velimus. Si.n.deus miseretur, etiam volumus: ad eandẽ quippe misericordiã pertinet vt uelimus. Deus.n.est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Nam si quæramus, vtrum dei donum sit voluntas bona, mirũ si negare quisquam audeat. At.n.quia non præcedit volũtas bona vocationem, sed vocatio bonã voluntatẽ, propterea vocanti deo recte tribuit qp bene volumus, nobis vero tribui non potest quod vocamur. Non igitur ideo dictũ est putandum, non volentis neq; currentis, sed miserẽtis est dei, quia nisi eius adiutorio non possumus adipisci quod volumus, sed ideo potius, quia nisi eius vocatione non volumus. Sed si vocatio ista ita est effectrix

Si pscien tia de futuræ malæ volũtatis eius cur &c.
C
Rom.9.

2.sen.di. 26.c.voluntatẽ.

Phili.2.

effectrix bonæ voluntatis, vt omnis eã vocatus sequatur, qũo uerum erit, Multi uocati, pau
Mat.20. ci electi? Quod si verũ est, nõ cõsequenter uocationi vocatus obtẽperat, atq; vt obtẽpe
Rom.9. ret in eius est positum voluntate, recte etiã dici potest. Igitur non miserentis dei sed volentis atq; currentis est hominis: quia misericordia vocantis nõ sufficit, nisi uocati obe
E dientia consequatur. An forte illi qui hoc modo uocati nõ cõsentiunt, possent alio modo uocati accõmodare fidei uoluntatem, Vt
Mat.10. & illud uerum sit, Multi vocati, pauci electi: vt quanuis multi uno modo uocati sint, tũ quia non oẽs uno modo affecti sunt, illi soli sequantur vocationẽ, qui ei capiendæ reperiuntur idonei: & illud non minus verũ sit, Igitur nõ uolentis neq; currentis sed miserentis est dei, qui hoc modo uocaoit qũo aptũ erat eis q secuti sunt uocationẽ? Ad alios aũt vocatio quidem peruenit, sed quia talis fuit qua moueri nõ possent, nec eam capere apti essent, uocati quidem dici potuerunt sed non electi: & non iam similiter uerũ est, Igit non miserentis dei, sed uolentis atq; currentis est hominis, qm non potest effectus misericordiæ dei esse in hominis potestate, vt fruſtra ille misereatur si homo nolit, quia si uellet etiã ipsorũ misereri, posset ita vocare, qũo illis aptum esset, vt & mouerentur & intelligerent & sequerentur. Verum est
Mat.20. ergo, Multi vocati, pauci vero electi. Illi.n. electi qui congruenter vocati: Illi aũt qui nõ congruebant neq; contẽperabantur vocationi, nõ electi quia nõ secuti, quanuis vo
Rom.9. cati. Itẽ verum est, Nõ uolentis neq; currẽ
F tis, sed miserentis est dei: quia etiã si multos uocet, eorũ tũ miseretur quos ita vocet qũo eis vocari aptũ est ut sequantur. Falsum est
Rom.9. autẽ si quis dicit, Igitur nõ miserẽtis dei, sed volentis atque currentis est hominis: quia nullius deus fruſtra miseretur. Cuius autem miseretur, sic eum vocat qũo scit ei cõgruere, vt vocantem non respuat. Hic dicet aliquis, Cur ergo Esau non sic est vocatus vt uellet obedire? Videmus.n.alios aliter ijsdẽ rebus demonstratis vel significatis ad credẽdum moueri, Sicut exẽpli gratia Simeon in
Lucæ.2. dñm nr̃m Iesum Christum adhuc infantem paruulũ credidit, spiritu ei reuelante cognoscens. Nathanael ad vnã sententiã quam ab
Ioan.1. illo audiuit. Prius q̃ te Philippus vocaret, cũ esses sub arbore fici vidi te respõdit, Rabbi, tu es filius dei, tu es rex Israel. Quod tanto post quia confessus est Petrus meruit audire, qp beatus esset, & quòd ei darentur claMat.16. ues regni cœlorũm, Miraculo facto in Chana Galilææ, quod initium signorũ Iesu Ioã
Ioan.2. nes Euangelista cõmemorat, aqua in uinum conuersa, crediderunt in eũ discipuli eius: multos loquendo inuitauit ad fidem, multi nec suscitatis mortuis crediderunt de cruce atq; morte eius conterriti etiam discipuli ti G tubarunt, & tũ latro tunc credidit, cum eum Luc.20. non præstantiorem videret in operibus, sed Ioã.20. consortio crucis æqualem. Vnus etiam de numero discipulorum post eius resurrectionem, non tam uiuentibus membris q̃ recentibus cicatricibus credidit. Multi ex eorum Acto.2. numero à quibus crucifixus est, qui uidẽtes & 4. eum miracula facientem contempserant, discipulis eum prædicãtibus & in nomine eius talia facientibus crediderunt. Cũ ergo alius sic, alius autem sic moueatur ad fidẽ, eadẽq; res sæpe alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliumq; moueat, aliũ non moueat, quis audeat dicere defuisse deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eã fidem mentem applicaret voluntatemq; cõiungeret, in qua Iacob iustificatus est? Qd si tanta quoq; potest esse obstinatio uoluntatis, vt contra omnes modos uocationis obdurescat mentis auersio, quæritur etiã vtrũ de diuina pœna sit ipsa duritia? Cum enim deus deserit, non sic uocando, qũo ad fidem moueri potest, quis etiã dicat modum, quo ei persuaderetur vt crederet, etiam omnipotenti defuisse? Sed quid hoc quærimus, cum ipse subiũgat Apostolus, Dicit enim scriptura Pharaoni, quia ad hoc te excitaui, vt ostẽdam in te potentiam meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra? Hoc autem subiecit Apostolus documẽtum, quo probaret quod supra dixerat, Igitur non volentis neq; currentis sed miserentis est dei. Tanquã.n.ei diceretur, Vnde hoc doces? Di Rom.9. cit.n.scriptura, inquit, Pharaoni, qa ad hoc Exod.9. te excitaui vt ostendam in te potentiam H meam, & vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Vtique hinc ostendit quòd non volentis neq; currentis sed miserentis est dei: concluditq̃ue ita, Ergo cuius vult miseretur, & quẽ vult obdurat: cum superius non vtrunq; dictum sit. Neq;.n.qũo dictũ est, Non volentis neq; currentis, sed miserẽtis est dei: sic etiã dictum est, Non nolentis atq; contẽnentis, sed obdurantis est dei. Vnde datur intelligi quod infra utrunque posuit, Ergo cuius uult miseretur, & quem

vult obdurat, ita sententię superiori posse congruere vt obduratio dei sit nolle misereri: vt non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior nō eroget. Quod si sit nulla distinctione me-
1.sen. di. 41.ca.1. ritorum, quis non erūpat in eam uocē quā sibi ipse obiecit Apostolus, Dicis itaq; mihi, quid adhuc conqueris? Nam voluntati eius quis resistit? Conqueritur enim deus sæpe de hominibus, sicut per innumerabiles apparet scripturarum locos q̄ nolint credere
I & recte uiuere. Vnde fideles & facientes voluntatē dei, cōuersari dicūtur sine querela, q̄ de illis non queratur scriptura. Sed quid cō queritur aiz? Nō volūtati eius quis resistit, q̄n cuius vult miseretur, & quem vult obdurat? Et tū intueamur superiora, & inde nostrā quantū ipse dominus adiuuat, sententiā dirigamus. Ait.n. paulo ante, Quid ergo dicemus? Nūquid iniquitas est apud deū? Absit quæ-
Conclusio quæstionis. sit. Sit igitur hoc fixū atq; immobile in mente sobria pietate atq; stabili fide, q̄ nulla est iniquitas ad deū: atq; ita tenacissime firmissimeq; credatur, idipsum q̄ deus cuius vult miseret, & quē vult obdurat: hoc est cuius vult miseret, & cuius vult nō miseret, alicuius occultæ, atq; ab humano modulo inuestigabilis æquitatis, quā & in ipsis rebus humanis terrenisq; contractibus animaduertēda est. In quibus nisi supernę iustitiæ quæ datur impressa vestigia teneremus, nunquā in ipsum cubile ac penetrale sanctissimum
K atque castissimum spiritalium præceptorū,
Matt. 5. nostræ infirmitatis susciperet atq; inhiaret intentio. Beati qui esuriūt & sitiunt iustitiā, q̄n ipsi saturabunt. In ista igit siccitate vitæ conditionisq; mortalis, nisi aspergeret desuper valut tenuissima quædam aura iustitię, citius arescerемus quā sitiremus. Quapropter cum dando, & accipiendo inter se hominū societas connectatur, dentur autem & accipiantur debita, vel non debita: quis non uideat iniquitatis argui neminem posse, qui quod sibi videtur, exegerit: nec eum certe, qui quod ei debetur, donare noluerit? Hoc autem non est in eorum qui debitores sunt, sed in eius cui debentur arbitrio. Hęc imago, vel ut supra dixi uestigium, negotijs hominum de fastigio summo æqui-
Co.15 tatis impressum est. Sunt igitur omnes homines, quandoquidem vt Apostolus ait, In
i.sen. di. 4.ca. his tamen. Adam omnes moriuntur, à quo in vniuersum genus humanum origo ducitur offensionis dei, vna quædam massa peccati, supplicium debens diuinæ summæq; iustitiæ, quod siue exigatur, siue donetur, nulla est iniquitas. A quibus aūt exigendū, & quibus donandū sit, superbe iudicant debitores. Quemadmodū conducti ad illam vineam Mat. 20 iniuste indignati sunt, cū tantundem alijs donaretur, quantū illis redderetur. Itaque L huius impudentiā quæstionis ita retundit Rom. 9 Apostolus, Hō tu qs es, q̄ respondeas deo? Sic.n. rūdet deo, cū ei hoc displicet quod de-
1.sen. di. 4.ca. cū quibusdā peccantibus misericordiam iustificationis suæ non largiatur, & ob hoc dicatur obdurare peccantes quosdā, quia nō eorum miseretur, nō quia impellit, vt peccēt: eorum aūt non miseretur, quibus misericordiam nō esse præbendā, æquitate occultissima & ab humanis sensibus remotissima iudicat. Inscrutabilia enim sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ ipsius. Consequitur autē iuste de peccatoribus, tanquam de his quos peccare ipse nō cogit. Simul etiam vt hi quorum miseretur, hanc quōq; habeant vocationem, vt dum conqueritur deus de peccatoribus, compungantur corde, atq; ad eius gratiā conuertantur. Iuste ergo cōqueritur, & misericorditer. Sed si hoc mouet, q̄ nullum Rom. 9 tati eius nullus resistit, quia cui vult, habuerit, & quem vult, deserit: cū & hic dicit subueniti, & ille quem deserit ex eadem massa sint peccatorū, & quanuis debeat vterq; supplicium, ab vno tamen exigat, alteri donet. Si hoc ergo mouet, Homo tu quis es, qui respondeas deo? Arbitror enim sub eadem si- M gnificatione positū, q̄d dictū est, homo, sub qua & illud dicit, Nōne homines estis, & secundum hominem ambulatis? Ibi.n. carna- 1.Co.3. les & animales notant hoc nomine, quibus dicitur, Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, Et illud, Nondū enim poteratis, sed neq; adhuc potestis. Adhuc enim estis carnales. Et illud, Animalis 1.Co.2. autem homo non percipit quæ sunt spiritus dei. His ergo dicitur, Homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentū Rom. 9. ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Aut non habet potestatem figulus luti, ex eadē conspersione facere, aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam? Eoipso fortasse satis ostendit se homini carnali loqui, quoniam hoc limus ipse significat vnde primus homo formatus est. Et quia omnes vt iam commemorauī, secundum eundem Apostolum

1.Co.15 lum in Adā moriuntur, vnam dicit esse conspersionem omniū. Et quāuis aliud vas fiat in honorem, aliud in contumeliam, tū & illud quod fit in honorē, necesse est vt carnale esse incipiat, atq; inde in spiritalē consurgat ætatē. Q̄ñquidem iam in honorem facti
A erant, & in Christo iam nati erant. Sed tamen q̄n paruulos adhuc alloquitur, etiam ipsos carnales appellat, dicens: Non potui loqui vobis quasi spiritalibus, sed quasi car-
1.Co.3. nalibus, Quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escā. Neq; n. poteratis, sed neq; adhuc quidē potestis. Adhuc enim estis carnales. Quanuis ergo carnales eos esse dicat, tū etiam in Christo natos, & in illo paruulos, & lacte potandos. Et quod adiungit, Nec adhuc quidē potestis: ostendit proficientes futurum esse vt possint, quia iā in eis spiritaliter renatis, gratia fuerat inchoata. Ergo iam vasa erant in honorem facta, quibus adhuc tū recte diceretur, Homo tu quis es qui respōdeas deo? Et si talibus recte dicitur, multo rectius eis qui vel nondū ita regenerati sunt, vel etiam in contumeliam facti. Illud tantummodo inconcussa fide teneatur, q̄ non sit iniquitas apud deum: qui siue donet, siue exigat debitū, nec ille a quo exigit, recte potest de iniquitate eius conqueri, nec ille cui donat, debet de suis meritis gloriari. Et ille.n. nisi quod debetur, nō reddit: & ille non habet, nisi quod accepit. Sed
B scriptum sit, Nihil odisti eorum quæ fecisti:
Sapiē.11. Et illud, Iacob dilexi, Esau autem odio ha-
Rom. 9. but. Si.n. propterea Esau odio habuit, quia
Mala. 1 a vas factum erat in cōtumeliam, & aliud vas in honorem, aliud in contumeliam idem figulus facit, qūo nihil odisti horum quæ fecisti? Ecce enim odit Esau quod vas ipse fe-
1.Ti.4. cit in contumeliam. Qui nodus ita soluitur vt intelligamus omnium creaturarum esse artificem deum. Omnis autem creatura dei bona est, & omnis homo inquantum homo est, creatura est, nō inquantum peccator est. Est ergo creator deus, & corpis & animi humani, Neutrum horum malum, & neutrū odit deus. Nihil.n. odit eorū quæ fecit. Est autem animus præstantior corpore, deus ve-
Peccatū. ro & animo & corpore, vtriusq; effector & & cōditor, nec odit in hominē, nisi peccatū. Est autē peccatum hominis, inordinatio atque peruersitas. i. à præstantiore conditore auersio, & ad condita inferiora conuersio. Non igitur odit deus, Esau hominem, sed odit deus Esau peccatorem. Sicut dicitur de Ioan. 1. dūo, In sua propria venit, & sui eum nō receperunt. Quibus item ipse dicit, Vos pro- Ioan. 8. pterea non auditis, quia non estis ex deo. Quomodo sui, qūo non ex deo? Nisi quia C illud dictum est de hominibus, quos ipse dūs fecerat, illud de peccatoribus quos ipse dūs arguebat. ijdem tū ipsi & homines peccatores, sed homines de conditione, peccatores propria uoluntate. Quur ergo Iacob dile- Rom. 9. xit, nunquid peccator non erat? Sed dilexit in eo non culpam quam delebat, sed gratiā quam donabat. Nā & Christus pro impijs mortuus est, non tū vt impij mortui permanerent, sed vt iustificati ab impietate conuerterentur, credentes in eum qui iustificat impium. Odit enim deus impietatem. Itaque Rom. 4. in alijs eam punit per damnationem, in alijs admit per iustificationem, quemadmodum ipse iudicat esse faciendum illis iudicijs inscrutabilibus. Et q̄ ex numero impiorum, quos non iustificat, facit vasa in contumeliam, non hoc in eis odit quod facit: quippe inquantum impij sunt, execrabiles sunt, inquantum aūt vasa fiunt, ad aliquem vsum fiunt, vt per eorum ordinatas pœnas, vasa q̄ fiunt in honorē, proficiant. Non itaq; odit deus, nec inquantū homines sunt, nec inquā tū vasa sunt. i. nec quod in eis fecit creando, nec quod in eis facit ordinādo, Nihil.n. odit eorum quæ fecit. Sed tamen quòd vasa eos Sapie.11. fecit perditionis, ad vsum correctionis alio- D rum facit. Odit.n. in eis impietatem, quā ipse non fecit. Sicut.n. iudex in homine odit furtum, sed non odit quod datur ad metallum, illud.n. fur, hoc iudex facit: ita deus q̄ ex conspersione impiorum facit vasa perditionis, non odit quod facit. i. opus ordinationis suæ, in pœna debita peremptū, in qua occasionem salutis illi quorum miseretur, inueniant. Sic Pharaoni dictum est, Ad hoc Rom. 9. te excitaui, vt ostendam in te potentiam Exod. 9. meam, vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Hæc demonstratio potentiæ dei, & annunciatio nominis eius in vniuersa terra, prodest eis vt timeant vt vias suas corrigant, quibus uocatio talis congruit. Sic cōsequenter dicit, Si autem volens deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, Rom. 9. attulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionē: subaudiatur. Tu qs es, qui respondeas deo? Vt recurrente sententia ad verba superiora, ille sit sensus. Si volens

deus ostendere iram, attulit vasa iræ, tu quis es qui respondeas deo? Non aût solum volens ostendere iram, & demonstrare potentiam suã, attulit in multa patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem: sed etiam E quod sequitur, vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Quid.n. prodest vasis perfectis in perditionem, q̃ ea patienter deus sustinet, vt ordinanter dispердat, vtaturq; illis ad instrumentum salutis aliorum quorum miseretur? Sed illis vtiq; prodest, ad quorum salutem istis sic vtitur:

Psal.57. vt sicut scriptum est, Iustus manus lauet in sanguine peccatoris i. mũdetur ab operibus malis per timorem dei, cum videt supplicia peccatorum. Quòd ergo volens deus ostendere iram, attulit vasa iræ, valet ad utilem alijs præstandum timorem, & ut notas faceret diuitias gloriæ suę, in vasa misericordię, quæ præparauit in gloriam. Etenim obduratio illa impiorum utrunque demonstrat: & quid timendum sit, ut quisque pietate cõuertatur ad deum: & quãtæ agendæ sint gratiæ misericordiæ dei, qui in aliorum pœna quid alijs donet ostendit. Si autem illa quã de alijs exigit non est iusta pœna, nihil donat alijs à quibus eam non exigit. Quia vero illa iusta est, & nulla est iniquitas apud vindicantem deum, quis sufficiat agere gratias ei qui hoc remittit, quod si vellet exige

Rom.5. re, nemo se recte diceret non debere. Quos & vocauit nos, inquit, nõ solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. i. vasa misericordiæ

F quæ præparauit in gloriam. Non.n. omnes Iudæos, sed ex Iudæis, nec omnes omnino homines gentium, sed ex gentibus. Vna est .n. ex Adam massa peccatorum & impiorũ, in qua & Iudæi & gentes remota gratia dei ad vnam pertinent consperſionem. Si.n. figulus luti ex eadem consperſione facit aliud vas in honorem, aliud vas in contumeliam: manifestum est autem q̃ ex Iudęis sunt alia vasa in honorem, alia in cõtumeliam, sicut ex gentibus: sequitur vt ad vnam consperſionem oẽs pertinere intelligantur. Deinde incipit reddere attestationes Prophetæ singulis generibus, conuerso ordine. Prius.n. dixit conuersos ex Iudæis, posterius ex gentibus. Prius aût reddit testimonium pro gentibus, deinde pro Iudæis. Etenim sicut Oseæ dicit, Vocabo nõ plebem meam, plebẽ meã, & non dilectam meam, dilectam meam: & erit in loco vbi dictũ est, non populus meus vos, ibi vocabuntur filij dei uiui: de gẽtibus

Rom.9. Osee.1. 1. Pet.2.

intelligitur dictum, quia non habebant desti natum vnum sacrificiorum locum, sicut Iudæi in Hierusalem. Missi sunt aût ad gentes Apostoli, vt in loco suo quique crederent, & vbicunque credidissent, ibi sacrificiũ laudis offerrent, quibus dedit potestatem filios G dei fieri. Esaias aût, inquit, clamat p Israel: Ioan.1. Ne rursus oẽs Israelitæ in perditionem isse Esa.10. credantur, docet & inde facta alia vasa in honorem, alia in cõtumeliam, Si fuerit, inquit, numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient. Cætera ergo turba, vasa perfecta ad perditionẽ. Verbum.n. cõsumms & breuians, inquit, faciet dns super terram. i. vt compendio fidei p gratiam saluos faciat credentes, non p innumerabiles obseruationes, quibus illa multitudo seruiliter onerata premebatur. Per gratiã quippe nobis verbum consummans & breuians fecit Matt.11. super terram, dicens. Iugũ meum leue est, & sarcina mea suauis est. Quod & paulo- post hic dicitur, Propè est verbũ in ore tuo Rom.10. & in corde tuo: hoc est uerbum fidei quod Deu.30. prædicamus, quia si confitearis in ore tuo, quia dns est Iesus, & credideris in corde tuo quia deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde.n. creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad salutẽ. Hoc est uerbũ consummãs & breuians qd̃ fecit deus super terram, qua consummatione atq; breuitate, latro iustificatus est, q̃ defixis in cruce omnibus membris, & habens libera hæc duo, corde credidit ad iustitiã, ore confessus est ad sa H lutem, statimq; audire meruit, Hodie mecũ eris in paradiso. Consequerentur.n. bona o- Luc.23. pera eius, si percepta gratia diu inter homines uiueret. Sed tñ non ea præcesserant, vt eandem gr̃am mererctur, ex latrocinio fixus in cruce, ex cruce in paradisum translatus. Et sicut prædixit, inquit, Esaias, Nisi dns sa- Rom.9. baoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma Esa.1. facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. Quod hic ait, Reliquisset nobis semen: hoc ibi. Reliquiæ saluæ fient. Cæteri aût tanquam perditionis vasa debito supplicio perierunt. Et vt non oẽs perissent sicut Sodoma & Gomorra, non meritum eorum fecit, sed gratia dei relinquentis semen, vnde alia messis toto orbe cõsurgeret. Hoc & pau- loposť, Sic ergo, inquit, & in hoc tempore Rom.11. reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si aût gratia, iam nõ ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia: Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus,

cutus, electio aût consecuta est, cæteri vero excæcati sunt. Consecuta sunt vasa misericordiæ, excæcata sunt vasa iræ: ex eadem tñ consperſione, sicut in plenitudine gentium. Est locus quidã scripturæ ad rẽ de qua nũc I agimus maxime necessarius, eadem quæ tractata sunt, mira contestatione confirmans, in eo libro qui ab alijs Iesus Sirach, ab alijs Ecclesiasticus dicitur, in quo ita scriptũ est.

Eccl.33 Et oẽs homines de solo & ex terra vnde Adam creatus est: In multitudine disciplinæ dns separauit eos & immutauit vias eorũ. Et ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex his sanctificauit & ad se applicauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit: & conuertit illos ad dissensionem illorum, quasi lutum figuli in manu ipsius plasmare illud & disponere, Omnes uiæ eius secundum dispositionem eius, sic homo in manu illius qui se fecit & reddet illi secundum iudicium suum. Contrarium malo bonum est, & contra mortem vita est, sic & cõtra uirum iustum peccator. Et sic intuere in omnia opera altissimi. Duo contra duo, vnum contra vnum. Primo hic commendata est disciplina dei, In multitudine, inquit, disciplinæ deus separauit eos: vnde, nisi à beatitudine paradisi? Et immutauit vias eorum, vt iam tanquam mortales uiuerent. Tunc facta est una massa omnium, ueniens de traduce peccati & pœna mortalitatis, quanuis deo formante & creante quę K bona sunt in omnibus. Est.n. species & cõpago corporis in tanta mẽbrorũ concordia,

1.Co.12 vt inde Apostolus ad charitatẽ obtinendam similitudinẽ duceret in omnibus. Est ẽt spiritus uitalis terrena membra uiuificans, omnisq; natura hominis dominatu animæ & famulatu corporis cõditione mirabili tẽperata: sed concupiscẽtia carnalis de peccati pœna iam regnans, uniuersum genus humanũ tanquã totam & unam consperſionem originali reatu in omnia p manante confuderat.

Eccl.33 Et tñ sequitur, Ex ipsis benedixit & exaltauit & ex ipsis sanctificauit & ad se applicauit, & ex ipsis maledixit & humiliauit & cõuertit illos in dissensionem ipsorum. Tan-

Rom.9. quam Apostolo dicente, An non habet pote-
Esa.45. statẽ figulus luti ex eadẽ cõsperſione facere
Hier.18 aliud uas in honorem, aliud in contumeliã?

Eccl.33 Ideoq; illud quod contexitur, nec ab ea similitudine uacat, Quasi lutum, inquit, figuli in manu ipsius plasmare illud & disponere: omnes uiæ eius secundum dispositionem eius, sic homo in manu illius qui se fecit.

Sed quia dicit Apostolus, Nunquid iniquitas apud deũ? Vide & hic quid adiũgat, Reddet illi, inquit, secundum iudicium suũ. Sed cum damnatis iusta tribuuntur supplicia, tñ quia hoc & ipsum in vsum conuertitur, L. quo illi proficiant quibus præbetur misericordia: intende reliqua, Contrariũ, inquit, malo bonum est, & contra mortem vita: sic & contra virũ iustum peccator: & sic intuere in omnia opera altissimi, duo cõtra duo, vnum contra vnum. Vtiq; vt ex deteriorũ comparatione emineant proficiantq; meliora, quæ tanquã per gratiã meliora sunt. Tãquam diceret, Reliquiæ saluæ fient. Sequi- Rom.9. tur & dicit ex persona reliquiarũ, Et ego no Eccl.33 uissimus vigilaui, & quasi qui racemat post vindemiatores. Et vnde probat, quia nõ ex meritis suis, sed ex misericordia dei? In benedictione, inquit, dei & ipse speraui, & quasi qui vindemiat repleui torcular. Quamuis .n. nouissimus vigilauerit, tñ quia erunt, vt Mat.20. dictum est, nouissimi primi, in benedictione dñi sperans, ex reliquijs Israel racematus populus impleuit torcular ex vbertate vindemiæ, quæ toto orbe terrarum prouenit. Nulla igitur intentio tenet Apostoli, & omnium iustificatorum per quos nobis intellectus gratiæ demonstratus est, nisi vt qui gloriatur, in dño glorietur. Quis .n. discutiat 1.Co.10 opera dñi, ex eadem consperſione vnũ damnantis, alterum iustificantis? Liberum volũtatis arbitrium plurimum valet: immò vero M est quidem, sed in venundatis sub peccato quid valet? Caro, inquit, concupiscit aduer- Rom.7. sus spiritum, spũs aût aduersus carnem, vt Gal.5. non ea quæ vultis faciatis. Præcipitur vt recte viuamus: hac vtiq; mercede proposita, vt in æternum beate viuere mereamur. Sed quis potest recte viuere & bene operari, nisi iustificatus ex fide? Præcipitur vt credamus, vt dono accepto spiritus sancti per dilectionem bene operari possimus. Sed quis potest credere, nisi aliqua vocatione, hoc est, aliqua rerum testificatione tangatur? Quis habet in potestate tali viso attingi mentem suã, quo eis voluntas moueatur ad fidem? Quis aût animo amplectitur aliquid qd̃ eũ non delectat? Aut quis habet ptãtem vt vel occurrat quod eũ delectare possit, vel delectet cum occurrerit? Cum ergo nos ea delectant quibus proficiamus ad deũ, inspiratur hoc & probetur gratia dei, nõ nutu nostro & industr aut operũ meritis comparatur, quia vt sit nutus voluntatis, vt sit industria studij,

studij, vt sint ópera charitate feruentia, ille tribuit, ille largitur: propterea petere iubemur vt accipiamus, & quærere vt inueniamus, & pulsare vt aperiatur nobis. Nonne A Matt. 7. aliqñ ipsa oratio nostra sic tepida est, vel potius frigida, & pene nulla, immo omnino interdum ita nulla, vt neque hoc in nobis cũ dolore aduertamus, qa si vel hoc dolemus, iam oramus? Quid ergo aliud ostenditur nobis, nisi quia & petere & quærere & pulsare ille cõcedit, qui vt hæc fugiamus iubet? Rom. 9. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei: quandoquidem nec velle nec currere nisi eo mouente atque excitãte poterimus. Quòd si electio hic fuit aliqua, Rom. 12 vt sic intelligamus quod dictum est, Reliquiæ p electionem gratiæ saluæ factæ sunt: non vt iustificatorum electio fiat ad vitam æternam, sed ut intelligantur qui iustificentur. certe ira occulta est hæc electio, vt in eadem conspersione nobis prorsus apparere non possit. Aut si apparet quibusdam, ego in hac re infirmitatem meã fateor. Nõ n. habeo quod intuear in eligendis hominibus ad gratiam salutarem, si ad examen huius electionis aliqua cogitatione permittor, nisi vel maius ingenium, uel minora peccata, uel utrunque, addamus etiam si placet ho B nestas vtilesq; doctrinas. Quisquis ergo fuerit q̃ minimis peccatis irretitus atque maculatus, Nam nullis quis potest? & acer ingenio, & liberalibus artibus expolitus, eligen- 2. Co. 1. dus videtur ad gratiam. Sed cum hoc statuero, ita me ridebit ille qui infirma mundi elegit vt confundat fortia, & stulta mundi vt confundat sapientes, vt cum intuens & pudore correctus, ego irrideam multos, & præ quibusdam peccatoribus castiores, & præ quibusdam piscatoribus oratores. Nonne aduertimus multos fideles nostros ambulãtes viam dei, ex nulla parte ingenio comparari, non dicam quorundam hæreticorũ, sed etiam mimorum? Item non videmus quosdam homines vtriusque sexus in coniugali castitate viuentes sine querela, & tamen vel hæreticos vel paganos, vel etiam in vera fide & vera ecclesia sic tepidos, ut eos miremur meretricum & histrionum subito conuersorum, non solum patientia & temperantia, sed etiam fide, spe, charitate, superari? Restat ergo ut uoluntates eligantur, sed uoluntas ipsa nisi aliquid occurrerit quod de- Acto. 8. & 9. lectet atque inuitet animum, moueri nullo modo potest. Hoc autem ut occurrat, non est in hominis potestate. Quid uolebat Saulus nisi ut inuaderet & traheret, uinciret & C necaret Christianos? Quam rabida uoluntas, q̃ furiosa, q̃ cæca, qui tamen una desuper uoce prostratus, occurrente utique tali uiso, quo mens illa & uoluntas retracta sæuitia retorqueretur & corrigeretur ad fidem, repente ex Euangelij mirabili persecutore mirabilior prædicator effectus est. Et tamen quid dicemus? Nunquid iniquitas est apud Rom. 9. deum? Exigentem a quo placet, donantem cui placet: qui nequaquam exigit indebitum, nequaquam donat alienum? Nunquid iniquitas est apud deum? Absit. Quare tamen & huic ita, & huic non ita? Homo tu quis es? debitum si non reddis, habes quod gratuleris: si reddis, non habes quod queraris. Credamus tantum & si capere non ualemus: quoniam qui uniuersam creaturam & spiritalem & corporalem fecit & condidit, omnia in numero & pondere & mensura disponit, sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Dicamus halleluia, & collaudemus canticum, & non dicamus, quid hoc? ut quid hoc? Omnia enim Rom. 11. in tempore suo creata sunt.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI D HIPPONENSIS EPISCOPI, ad Simpliciani Mediolanensis ecclesiæ Epm, de sólutione quarundam quæstionum ex libris Regum,

Liber secundus.

SAtis de Apostolo me ad proposita respondisse existimo: nunc ad ea quæ de libris Regnorum requisisti aliud uolumẽ aggrediar, quæ sicut multa & propè omnia ueterum librorum, figuratiora sunt, & mysteriorum uelaminibus inuoluta, Quanuis enim ex eo quòd transierimus ad Christum, auferatur uelamen, tamen uidemus nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Ve- 2. Co 3 lamen quippe omnimodo intercludit aspectum, ænigma uero tanquam per speculum, sicut idem Apostolus ait, Videmus nunc per speculum & in ænigmate: nec cui- 1. Co 13 dentissimam detegit speciem, nec prorsus obtegit ueritatem. Aggrediar ergo & ista, duce dño, tuis potius subleuatus orationibus q̃ iussionibus aggrauatus. Præsertim E quia ex epistola tua hoc te intellexi quærere, quid hæc in prophetia significent: In quo reuera obtemperantem nisi mihi esset difficillimum: quia & de tota eorundem contextione librorum ducenda est intentio, etsi esset promptior intellectus, magnitudo tamen operis impediret: quæ si subeunda est prolixius ocium tempusque flagitat: sed nunc ipsas rerum proprietas gestarum, quæ his verbis quorũ à te facta commemoratio est significantur, quomodo intelligerem nosse Quæst. 1 dignatus es & meis literis aperiri. Et 1. Regno primum quidem quod de primo Regnorũ li. c. 10. libro iussisti vt exponerem quomodo dictũ & .16. sit, Et insiluit spiritus domini in Saul: cum alibi dicat, Et insiluit spiritus domini malus in Saul: Ita enim scriptum est, Et factũ est cum cõneterent humerum suum vt iret a Samuel, ecce uerũt deus in Saul cor aliud, & venerũt omnia signa illa die: & venit inde in collem, & ecce chorus Prophetarum in obuiam illi, & insiluit in illum spiritus domini, & prophetauit in medio eorũ. Prædixerat enim hæc illi Samuel cum eum iuM sus unxisset. Et hoc quidem non puto habere aliquid quæstionis. Spiritus enim vbi Ioan. 3. vult spirat: & spiritum prophetiæ, nulla- E Sapiẽ. 7. rum animarum potest maculare contactus, Attingit enim vbique propter suam mundi tiam. Afficit enim omnes, non eodem modo, sed alios per informationem spiritus eorundem hominum, vbi rerum demonstrantur imagines: alios per fructum mentis ad intelligentiam: alios vtraque ispiratione: alios etiam nescientes. Per informationem Gen. 41. spiritus duobus modis. Aut per somnium, Dan. 2. sicut non solum plerique sancti, & Pharao & .4. & Nabuchodonosor: vterque vidit quod nemo eorum intelligere valebat, sed tamen vterque videre poterat. Aut per demonstrationem in ecstasi, quod nonnulli Latini stuporem interpretantur, mirum si proprie, sed vicine tamen, cum sit mentis alienatio à sensibus corporis, vt spiritus hominis diuino spiritu assumptus capiendis atque intuendis imaginibus vacet: sicut Danieli demonstratum est quod non intelligebat, & Petro illud vas submissum de cœlo Act. 10. quatuor linteis: nam & ipse quid illa demonstratio figuraret postea cognouit. Per fructum autem mentis ad intelligentiam vno modo, cum hæc ipsa quæ demonstrantur imaginibus, quid significent & quò pertineant reuelantur, quæ certior Prophetia est, nam magis ipsam vocat Apostolus Prophetiam, sicut Ioseph meruit intelligere, 1. Co. 13 quod Pharao non nisi videre, & Daniel exponit regi, quod ille cernit & uelsit. Cum vero ita mens afficitur, vt non rerum imagines coniecturali examinatione intelligat, sed res ipsas intueatur, sicut intelligitur sapientia & iustitia omnisque incommutabilis & diuina species, ad Prophetiam de qua nunc agimus non pertinet. Vtroq; autem munere prophetiæ donandi, qui & rerum imagines in spiritu vident, & quid valeant simul intelligunt, aut certe manifestis locutionibus in ipsa demonstratione informantur, sicut in Apocalypsi quæda exponũtur. Nescientes aũt afficit prophetiæ spiritus, sicut Caiphas cũ esset põtifex prophetauit de domino, q̃ expediret vnũ mori pro tota gẽte, cum aliud in verbis quæ dicebat attenderet, Ioã. 11. quæ non à se ipso dicere nesciebat. Abundant in sanctis libris exẽpla: & res tuæ prudentiæ notissimas loquor. Non enim illa discis à me, sed in eis quæ percontando probas, & cognoscere cupiens proficientem & corrigere paratus errantem. Hoc aũt verbo H quod positũ est. Et insiluit in eum spũs: tãquã ex abdito diuinitatis secreto, repẽtinus significat afflatus. Horũ igit modorũ quonã potius affectũ eẽ intelligamus Saul satis apparet ex eo quod ibi scriptũ est, Cõuertit deus in Saul cor aliud. Sic. n. aliam cordis affectionem significat, quia conuertendo fecit deus vt imaginum significantium & præsignarantium capax fieret, ad propheticam diuinationem. Tantum autẽ distat inter prophetiam Prophetarum, sicut Esaias, sicut Hieremias, & cæteri huiusmodi fuerunt, atque istam transitoriã quæ in Saul apparuit: quantũ distat inter loquelã humanam quã loquũtur homines. & cum eadẽ loquela humana propter necessarium prodigium asinã locuta est, in qua sedebat Balaam Prophe- Nu. 22. ta: accepit enim hoc ad tempus illud iumentũ, vt deus quod statuerat demonstraret, non vt habitu perpetuo inter homines bestia loqueretur. Aut si hoc exemplũ maiore differentia remotum est, multo minus mirandũ est homini reprobo datam fuisse ad montem tũ põi, effectu transitorio prophetiã, qñ ille dederat qui & asinã cum voluit loqui

qui fecit. Magis enim distat pecus ab homi-
I ne, q̃ homo reprobus ab electis, sed tamen
ab hominibus. Non .n. si quisquam dixerit
aliquid quod ad sapientiam pertinet, conti-
nuo sapiens existimandus est. sicut nec quis-
quã si aliquando prophetauerit iam inter
Mat.13. prophetas numerabitur: cum & dñs in Euã-
gelio dicat quosdam cum gaudio verbũ ex-
cipere & radicis altitudinem nõ habere, sed
esse temporales. Ideoq; sicut consequens in-
dicat lectio, factum est in parabolã, Et Saul
1.Re.10 inter Prophetas. Hoc igitur mirari desina-
mus, cum in hominibus apparet diuinitus
aliquid, quorũ vel meritum vel habitũ exce
dit, cum forte vult deus cuiusdam significa-
tionis gratia tale aliquid demonstrari. Si au
1.Re.16 tem hoc mouet q̃ postea Saul malo spiritu
inuadente prophetabatur, qui prius prophe-
tiæ spiritum acceperat, neq; hoc mirandum
est. Illud enim factum est ex dispensatione
aliquid significandi, hoc ex merito vindicã-
di. Nec mouere nos debent hæc alternantia
in animo humano, hoc est, in creatura muta
bili, præsertim eo tempore quo caro corru-
ptibilis mortalisq; portatur. Aut non vide-
mus in ipso Petro, vt indicat Euangeliũ, ex
titisse tantã confessionem vt audire meruе-
K rit, Beatus es Simon Bariona, quia non re-
Mat.16 uelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus
qui in cœlis est, Et paulo post tã carnaliter
eum de dñi passione sensisse, vt statim audi-
ret, Vade post me Satana, scandalum mihi
es: non.n. sapis quæ dei sunt, sed quæ homi-
num? Et fortasse aliquanto interius intelli-
gentibus, tantum valet ad visa illa hæc diffe
rentia, qua Petrus primo intellexit deo pa-
tre reuelante, quod filius dei esset Christus,
& postea ne moreretur extimuit, quantũ va
let ad distinguenda visa, quæ in spiritu homi
nis alienata mente imaginarie fiunt, reuela-
tio prophetiæ, qua primo afflatus est Saul, &
1.Re.16 commixtio spiritus mali quo postea preme-
batur. Iam vero illud q̃ etiam malus appella
tus est spũs domini, sic intelligitur, qũo di-
Psal.23. ctum est, Dñi est terra: tanquam creatura, &
in eius posita potestate. Aut si propterea non
cõgruit hoc locutionis exemplum, quia ter-
ra non est mala, omnis .n. creatura dei bona
est: illud cõgruat, q̃ ipse Saul iam reprobus
1.Ti.4. & sceleratus atq; ingratus sancto Dauid, p-
secutor etiam eius, cum sæuissimæ inuidiæ
facibus agitaretur, tamen adhuc Christus
domini dicebatur, sicut eum appellauit ipse
2.Re.1. Dauid cum vindicauit extinctum. Sed ma-
gis arbitror, malignum spiritũ à quo ipse ve L
xabatur Saul, ideo dictum spiritum domi-
ni, q̃ occulto domini iudicio Saulẽ vexabat.
Vtitur.n. deus ministris etiam spiritibus ma
lis ad vindictã malorum vel ad bonorũ P-
bationem, alio modo ad illam rem, alio ad 2.sen.di.
illam. Quamuis enim inde sit quisq; mali- 44.c.sed
gnus spiritus, quia mala voluntate nocere plurib'.
appetit, tamen nocendi potestatem non acci
pit nisi ab illo sub quo sunt omnia, certis &
iustis meritorum gradibus ordinata: quia si- Ro.13.
cut non est mala voluntas à deo, sic non est 2.Ret.1
potestas nisi à deo. Quanquam.n. sit in cu-
iusq; potestate quid velit, non est tamen in
cuiusq; potestate quid possit vel facere cui-
quam vel à quoquã pati. Nam & ipse filius
vnicus dei passurus ad tẽpus humiliter, ho-
mini superbe loquenti & dicenti, q̃ potesta
tem haberet occidendi eum vel dimittendi,
Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi Ioã.19.
data tibi esset desuper. Diabolus etiam vo- In expo
lens nocere iusto viro Iob, nocendi quidem sitione
volunlate diabolus erat, sed tñ à domino deo Psal.25.
potestatem petebat dicens, Mitte manum & Iob.2.
tange carnem eius: quamuis hoc esset si per-
mitteretur ipse facturus, ipsam etiã permis-
sionem petel at hoc modo, & manum dñi ap
pellabat permissam à dño manum suam, id M
est, ipsam potestatem quam volebat accipe-
re. Cui cõgruit illud in Euangelio quod do
minus discipulis suis ait. Hac nocte postula- Luc.22.
uit satanas vexare vos sicut triticum. Dic-
tus est ergo spiritus dei malus, hoc est, mi-
nister dei ad faciendum malum in Saul, q̃d
eum pati iudex omnipotentissimus iudica-
bat: quoniam spiritus ille quia malus erat,
nõ erat dei creatura vera qua conditus erat,
& potestas quam non sua sed dñi omnium
æquitate acceperat, dei erat. Verba etiam ip-
sa scripturarum ita se habent, Et perrexit,
inquit, Samuel & abijt in Ramatha, & spiri-
tus domini recessit à Saul, & apprehendit
eum spiritus malignus à dño & suffocabat
eum. Et dixerunt pueri Saul, Spiritus domi
ni malignus suffocat te. Hoc igitur à pueris
eius qũo sit dictum, Spiritus domini mali- 1.Re.16
gnus: superiora verba indicant narrãtis scri-
pturæ & dicentis. Spiritus malignus à dño.
Secundum enim hoc inquit, à domino: quia
per seipsum velle necare habebat, id est, cõ-
prehendere Saul, posse autem non habebat,
nisi summa iustitia sineret. Si enim iuste
vindicat deus quemadmodũ ipse dicit Apo Rom.12
stolus cum tradit homines in concupiscen- A
tias

tias cordis eorum, non mirum si nihilomi-
nus iuste uindicans tradit eos etiam in con-
cupiscentias aliorum nocere volentium, sua
semper incommutabili æquitate seruata.
Animaduertendum sanè cum additamento
dici, spiritus dei malus. Cum autem tantum-
modo dicitur, spiritus dei: etiam si non ad-
datur, bonus: ex hoc intelligitur bonus.
Vnde apparet bonum spiritum secundum
substantiam, malum autem secundum mini
sterium dici spiritum dei. Quanquam quæ-
ri adhuc possit, vtrum cum spiritus dei dici-
tur, & ex hoc ipso iam & si nihil addatur
2.Co.3. intelligitur bonus, ille intelligatur qui est
1.Co.2. in trinitate consubstãtialis patri & filio spi-
ritussanctus de quo dicitur, Vbi autem spiri
tus dñi, ibi libertas. Et iterum, Nobis autem
reuelauit deus per spiritum suum. Et illud,
Sic & q̃ dei sunt nemo scit nisi spiritus dei.
Et multis locis hoc modo dicit spiritus dei,
& intelligitur spiritussanctus, etiam si non
addatur, quoniam ea quæ circunstant, satis
indicant de quo dicatur, ita vt aliquãdo nec
dei addatur & intelligatur tamen ille spiri-
Rom.8. tus dei principaliter sanctus. Nam quem a-
B lium commemorat vbi dicit, Ipse spiritus te
1.Co.12 stimonium dat spiritui nostro quia sumus
filij dei. Et ipse spiritus adiuuat infirmita-
tem nostram. Et hæc omnia operatur vnus
atque idem spiritus, diuidens singulis prout
vult. Et diuisiones donationum sunt, idem
autem spiritus? His enim omnibus senten-
tijs, nec dei nec sanctus est additum, & tamẽ
ipse intelligitur. Sed nescio vtrum manifesto
aliquo exemplo probari possit, alicubi spiri-
tum dei dictum sine aliquo additamẽto, vbi
spiritus ille sanctus non significetur, sed ali-
quis quanuis bonus, creatus tamen & condi
tus. Quæ proferuntur enim dubia sunt, &
Gene.1. indigent clariore documento, sicut illud q̃d
scriptum est, Spiritus dei ferebatur super a-
quas. Nam & ibi spiritum sanctum accipere
De Gen. quid impediat non inuenio. Cum enim a-
ad litterã quarum nomine illa materies insinuaretur
li.6.c.8. informis quæ de nihilo facta est, vnde om-
nia fierent, quid prohibet intelligere spiri-
tum sanctum conditoris q̃ superferebatur
huic materiæ, non locorum gradibus inter-
uallisque spatiorum, quod nequaquam de
vlla re incorporea recte dicitur, sed excellen
tia & eminentia dominantis super omnia
voluntatis, vt omnia conderentur: præser-
C tim cum ea locutio, sicut illarum scriptura-
rum mos est, etiam propheticum quoddam
sonet mysterium, quo futuri baptismatis ex1
aqua & spiritusancto nascituri præfigura-
rentur. Non ergo cogit quod dictum est.
Et spiritus dei ferebatur super aquas: illum
intelligere spiritum, sicut nonnulli intelli-
gunt, quo mundi moles vniuersa illa corpo
rea velut animatur, ad ministerium quorũ-
que gignentium & in sua specie continend.i
rum corporalium creaturarum. Creatura Sapié.1-
est enim quicquid est tale. Illud etiam quod
scriptum est, Quoniam spiritus domini re-
pleuit orbem terrarum: non desunt qui eun
dem spiritum velint accipere, inuisibilem
scilicet creaturam cuncta visibilia vniuer-
sali quadam conspiratione vegetantem atq;
continentem. Sed neque hic video quid im-
pediat intelligere spiritum sanctum, cum ip-
se deus dicat apud Prophetam, Cœlum & Hier.23
terram ego impleo. Non enim sine suo spi-
ritu sancto implet deus cœlum & terram.
Quid ergo mirum si de spiritusancto eius
dictum est, Repleuit orbem terrarum? Ali Acto.6.
ter enim replet sanctificando, sicut de Ste-
phano dicitur, Repletus est spiritusancto:
& de cæteris talibus. Aliter autem replet san
ctificante gratia, sicut quosdam sanctos, Ali
ter attestante atque ordinante præsentia, si- D
cut omnia. Quamobrem nescio vtrum cer
to aliquo documento scripturarum possit
ostendi, cum sine vllo additamento dicitur,
spiritus dei vel spũs domini, aliquid aliud si-
gnificari q̃ spiritum sanctum. Sed etsi est for
te aliquid quod impræsentiarũ nõ occurrat,
illud certe arbitror non temere dici: quoties
in sanctis eloquijs commemoratur spiritus
dei, neque additur aliquid, siue ille patri &
filio consubstantialis spiritussanctus, siue ali
qua creatura inuisibilis intelligatur, malum
tamen non posse intelligi nisi addatur etiam
malus. Malo enim quia bene vtitur deus ad
ministerium iudicij sui appellatur etiam
ipse spiritus dei, ad vindictam malorum &
disciplinam & probationem bonorum. Nec
illud mouere iã nos debet quod postea scri-
ptum est, eundem Saulem spiritu dei super
se facto prophetasse, quoniam post bonum
spiritum spiritus malus, & rursum, post ma-
lum bonus. Hoc enim fit non mutabilitate
spiritussancti qui est incommutabilis cum
patre & filio, sed mutabilitate animi humа-
ni, deo cuncta distribuente, siue malis pro
merito damnationis vel emendationis, siue
bonis pro rgitate gratiæ suæ. Quanquam
videri possit etiam idem fuisse dei spiritus
semper

E semper in Saul: malus autem illi, ꝙ eius sanctitatis capax non esset. Sed non recte hoc videtur. Tutior est enim ille sensus & verior, vt pro mutabilitate affectionis humanæ spūs dei bonus bene afficiat vel ad prophetiam vel ad opus quodlibet aliud in munere diuino, afficiat autem malus male: qui propter ministerium diuinæ pietatis omnia distribuentis & omnibus recte vtentis dicitur & ipse spiritus dei, præsertim quia dictū est, Recessit ab eo spiritus dei, & apprehendit eum spiritus malignus à domino. Nullo enim pacto potest idem videri recessisse & apprehendisse. Porrò autem in nonnullis exemplaribus, & eis maxime quæ de lingua Hebræa ad verbum videtur expressa, inuenitur spūs dei, sine additamento positus, & intelligitur malus ex eo ꝙ arripiebat Saul, & reficiebat eum Dauid tangendo citharā. Manifestum est tamen, ideo non additum malus, quia paulò superius iā dictum erat, & de vicinitate scripturæ subaudiri & intelligi poterat. Ita enim in huiusmodi exēplaribus legitur, Igitur quandocunque spiritus dñi arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam & percutiebat manu sua, & refocillaba
F tur Saul & leuius habebat: recedebat enim ab eo spiritus malus. Siue ergo quòd hic nō est dictum, spiritus dei: sed tantummodo, spiritus malus: quod ibi minus dictum erat, tanquā redditū apparet: siue quia superius ita positum erat, Et dixerunt serui Saul ad eum, Ecce spiritus dei malus exagitat te: iubeat dūs noster, & serui tui qui corā te sunt quærant hominem scientem psallere cithara, vt quando arripuerit te spiritus dei malus, psallat manu sua & leuius feras: nō opus erat cum rursum diceretur quandocunque spiritus dei arripiebat Saul, addere malum, quia notum erat de quo nunc diceretur: Veruntamen illa quæstio maior est & non tra-
1.Re.18 storia animi intentione rimanda, quòd cū Saul persequeretur Dauid innocentem, plenus inuidia & liuore vesanus, factus est super eum spiritus dei & ambulabat ingrediēs & prophetabat. Non enim potest hic nisi spiritus bonus intelligi per quem sancti Prophetæ futurarum rerum imagines & visa cernebant, non ex eo tantum quia dictum est, Et prophetabant: nam in exemplaribus quæ sunt ex Hebræo, hoc quoque inuenitur de spiritu malo dictum ita, Post diem autem alterum inuasit spiritus dei malus Saul & prophetabat in medio domus suæ.

Et in alijs diuinæ scripturæ locis sæpe in- G
uenitur, quòd prophetia non tantum bona, sed etiam mala dicatur: & Prophetæ dicti sunt Baalim, & exprobratum est quibusdam quia prophetabant in Baal. Non ergo necesse est intelligi propterea bonum spiritum qui factus est super Saul postea, quia di-
ctum est, Et ambulabat ingrediens & pro- 1.Re.19
phetabat. Sed quia sine additamento positū est, Factus est spiritus dei super eum. Non enim sicut in illo loco dictum erat supra, 1.Re.16
Spiritus dei malus: vt ex hoc posset etiam in consequentibus subaudiri: quinimmo superiora magis attestantur illum spiritum dei bonum fuisse & vere propheticum. Dauid 1.Re.19
enim erat cum Samuele, & misit Saul nuncios qui apprehenderent Dauid. Q̄n autē Samuel erat inter Prophetas & cœtum Prophetarū qui illo tempore prophetabāt, nuncij qui missi sunt accepto eodem spiritu ꝓphetauerunt, missisq; alijs hoc contingit, & tertijs nihilominus: postea cum & ipse Saul venisset, factus est etiam super eum spiritus dei & prophetabat & ipse, & ambulabat ingrediens & prophetabat. Cum enim dicitur, Et factus est super ipsos spiritus dei & prophetabant, & ipse idem vtiq; erat spi- H
ritus qui erat in Prophetis inter quos & Samuel inuentus est, & ex hoc vtique necesse est intelligi illum bonum spiritum. Atque ideo quæstio diligenter discutienda est, quomodo & illi qui missi essent ad tenendum hominem & ad necem adducendum tali spiritu affici meruerunt, & Saul ipse qui miserat veniens & ipse sanguinem innocentem quærēs effundere, accipere meruit illum spiritum & prophetare. Hic nimirum occurrit illud quod Apostolus Paulus apertissime exponit supereminentem viam demonstrās. Si linguis hominum loquar, inquit, & an- 2.Co.13
gelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æramētum sonans aut cymbalum tinniens, Et si habuero prophetiam omnem & sciero omnia sacramenta & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnem substantiam meam, & si tradidero corpus meum ita, vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Quo in loco manifestum est eum munera illa commemorasse quæ spiritussancti diuisionibus datur sicut superius dicit, Vnicuiq; au- 1.Co.12
tem datur manifestatio spūs ad vtilitatem:

alij

I alij quidem p spiritum datur sermo sapientiæ: alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alteri aūt fides in eodem spiritu: alij donatio curationum in vno spiritu: alij operationes virtutum: alij prophetia: alij diiudicatio spirituum, alteri genera linguarū. Omnia aūt hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Satis ergo apparet inter dona sanctispiritus esse ꝓphetiam, quam tū si quis habeat, & charitatem nō habeat, nihil est. Ex quo intelligitur fieri posse, vt quidam etiam indigni vita æterna regnoq; cœlorum, aspergantur tamē quibusdam spirituſſancti muneribus nō habentes charitatem, sine qua illa munera non nihil sunt, sed nihil eis prosunt. Prophetia quippe sine charitate, sicut iam demonstratum est, non perducit ad regnum dei: charitas uero sine prophetia vtiq; perducit ad regnum dei. Cum.n. loquens de membris Christi, ait, Nunquid omnes Apostoli? Nū quid omnes Prophetæ? indubitanter ostendit etiam eum qui prophetiam nō habet posse in membris Christi numerari. Vbi quē locum non haberet, si charitatem sine qua homo nihil est non haberet? Nullo autem modo ita diceret, quādo de membris ageret
K quibus Christi corpus impletur? Nunquid omnes habent charitatem: quemadmodum dixit, Nunquid oēs Apostoli? Nunquid oēs Prophetæ? Nunquid oēs uirtutes? Nūquid omnes dona habent curationum? Et cætera huiusmodi. Sed dicit aliquis, posse quidem fieri ut prophetiam quisque non habeat, & cū habeat charitatem, atq; ideo Christo annumeratus inhæreat: sed fieri non posse, vt prophetiam habeat, & non habeat charitatem: nihil.n. est homo habens prophetiā sine charitate. Ita fortasse quemadmodum possumus dicere, nihil esse hominem habentem animam sine mente: non quia possit inueniri homo qui mentem non habeat habēs animam, sed quia nihil esset si inueniri posset sic etiam dici potest, si corpus figuram habeat, colorem non habeat, uideri non potest: non quia sit corpus cui desit color, sed quia si deesset cerni non posset. Ita fortasse dictum est, quòd si quis habeat prophetiam, & charitatem non habeat nihil est: non quia potest in quoquam prophetia esse sine charitate, sed quia si esset, prodesse non posset. Opus est igitur ad soluendam istam quæstionem, vt ostendamus aliquem reprobum hoc donum habuisse prophetiæ: quod si alium neminem inueniremus, hoc iste ipse Saul satis ostenderet. Sed tamen L
ille etiam Balaam reprobus apparet: non e- Nu.24.
nim eum tacet scriptura diuino iudicio esse damnatum. & tamen prophetiam habebat: & quia charitas ei deerat, inerat voluntas maledicendi populo Israelitico. quam hostis precio comparauerat, qui eum ad maledicendum mercede conduxerat, dono tamen illo prophetandi quo aspergebatur benedicebat inuitus. Nec verba illa parum attestantur huic sententiæ quæ in Euā gelio scripta sunt, multos dicturos i illa die, Luc.13.
Domine domine coram te manducauimus Matt.7.
& bibimus, & in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus: quibus tamen dicturus est, Non noui vos, recedite à me operarij iniquitatis. Nō enim eos mentientes putabimus ista dicturos in illo iudicio, vbi nullus erit fallendi locus, aut vllam vocem talium legimus dicentium, dileximus te. Poterūt ergo dicere. In nomine tuo prophetauimus, cū sint improbi & reprobi: non autem poterunt dicere, dilectionem quam mandasti tenuimus. Nam si dicent, non eis respondebitur, Nō noui vos. In hoc enim cognoscetur, inquit, Ioā. 13.
quia discipuli mei estis, si vos inuicem dili- M
gatis. Exemplum huius Saul, resistit superbis nonnullis hæreticis: qui vel aliquid boni de muneribus sanctispiritus negant posse dari eis qui ad sanctorū sortes non ptinent: cū eis dicimus habere illos posse sacramētū baptismi, quod cum ad ecclesiā catholicam veniunt, non est in eis vllo modo uiolandū, aut quasi non habeat tradendum: sed tamen eos non ideo saluti debere confidere, quia non improbamus quod illos accepisse credimus, sed oportere cognoscere vnitatis societatem vinculo charitatis incundam: sine qua omnino quicquid habere potuerint, quantis per se sanctum ac venerandum, ipsi tū nihil sunt, tanto indigniores effecti vitæ æternæ præmio, quanto illis donis non bene vsi sunt quæ in hac uita quæ transitoria est acceperunt. Non aūt bene vtitur nisi chari
tas, & charitas omnia tolerat, atq; ideo non 1.Co.13
scindit vnitatem cuius ipsa est fortissimum vinculum. Non enim & seruus ille non accepit talentū, aut aliquid aliud intelligitur Mat.25.
talentum quā munus aliquod diuinum: sed qui habet dabitur ei, qui autem non habet, & quod h[abe]t auferetur ab eo: quod nō habet auferri non potest, sed aliud non habet

vt

A vt merito auferatur quod habet. Non habet charitatem vtẽdi, vt auferatur quicquid aliud habet quod sine charitate nõ prodest. Non igitur mirum est, regem Saul & eo tẽpore quo primum vnctus est accepisse spiritum prophetandi, & postea cũ esset propter inobedientiam reprobatus, recedente ab eo spiritu domini, arreptum esse maligno spiritu à domino: qui etiam ipse spiritus domini appellatus est propter ministerium, quia omnibus etiam spiritibus malis bene vtitur dominus, vel ad damnationem quorũdam, vel ad emendationem, vel ad probationem: & quanuis non sit malignitas à domino, nõ
1.Reg. 26. est tamen potestas nisi à deo. Dictumq; est etiam, Sopor domini occupauerat milites eiusdem Saul, cum Dauid hastam & cyphũ abstulisset à capite dormientis: nõ quia tũc sopor in domino erat vt ipse dormiret, sed quia ille sopor qui tunc homines apprehenderat nutu dei erat infusus, ne Dauid & seruorum eius in eo loco præsentia sentiretur.
1.Reg.19 Neque illud mirum est rursum eundẽ Saul accepisse spiritum prophetiæ cum persequeretur iustum, & eum comprehẽsurus & necaturus venisset in locum vbi erat congregatio prophetarum. Sic.n. satis monstratum est, neminem de tali munere iam securũ esse
B debere, tanquam sit acceptissimus deo, si nõ habeat charitatem: quandoquidem illud donum & Sauli dari potuit propter arcanum quidem alicuius sacramenti, sed tamen dari potuit reprobato, inuido & ingrato & reddenti mala pro bonis, & ne post ipsam quidem acceptionẽ spiritus correcto in melius
queſt.2. atque mutato. Age iam videamus quõ dictum sit, Pœnitet me quod cõstituerim regem Saul. Quæris.n. non vtique in talium
1. Reg. 15. verborum intellectu rudis, sed rudimẽta explorans mea paterno studio & benigna cura, quõ pœniteat aliquid dñm, in quo sit omnis præscientia. Ego vero cum hoc de dño dicitur, indignum aliquid dici arbitrarer, si aliquid dignum inueniretur quod de illo diceretur. Cum vero verba omnia quibus humana colloquia conseruntur illius sempiterna virtus & diuinitas mirabiliter atque incunctanter excedat, quicquid de illo humanitus dicitur, quod etiam hominibus aspernabile videatur, ipsa humana admonet infirmitas, etiam illa quæ congruenter in scripturis sanctis de deo existimat, humanæ capacitati aptiora esse q̃ diuinæ sublimitati, ac per hoc etiam ipsa esse transcendenda, est sanior intellectus, sicut ista qualiacunque transcen- C sa sunt. Quis est enim hominum, cui non occurrat in deo cuncta præsciente, pœnitentiam esse non posse? Et certe tamen hæc duo verba sunt, pœnitentia & præscientia, quorum quia vnum congrue credimus in deo, id est præscientiam, negamus in eo esse pœnitentiam. Cum vero alius liquidiore consideratione ista pertractans, quæsierit quemadmodum vel ipsa præscientia deo cõgruat, & inuenerit huius etiam verbi notionem illius ineffabili diuinitate longe lateq; superari, non miretur utrunque de illo propter homines dici potuisse, de quo vtrunque propter ipsum incongrue diceretur. Quid est præscientia, nisi scientia futurorum? Quid autem futurum est deo, qui omnia supergreditur tempora? Si enim in scientia res ipsas habet, non sunt ei futuræ sed præsentes, ac per hoc non iam præscientia, sed tantum scientia dici potest. Si autem sicut in ordine temporalium creaturarum, ita & apud eum nondum sunt quæ futura sunt, sed ea præuenit sciendo, Bis ergo ea sentit, vno quidem modo secundum futurorum præscientiam, altero vero modo secundum præsentium scientiam. Aliquid ergo temperaliter accedit scientiæ dei, quod absurdissimũ atque falsissimum est. Nec enim potest quę D ventura prænoscit nosse cum venerint, nisi bis innotescant, & prænoscendo antequam sint, & cognoscendo cum iam sunt. Ita fit, vt quod longe à veritate seclusum est, temporaliter aliquid accedat scientiæ dei, cum temporaliter quæ præsciuntur etiam præsentia sentiuntur, quæ non sentiebantur antequam fierent, sed tantummodo præsciebantur. Si vero etiam cum venerint quæ præsciebantur esse futura, nihil noui accedit scientiæ dei, sed manebit illa præscientia sicut erat etiam priusquam venirent quæ præsciebantur, quomodo iam præscientia dicetur, quando non est rerum futurarum? Iam.n. præsentia sunt quæ futura cernebat, & paulopost erunt præterita, Præteritarum autẽ rerum sicut præsentium nullo modo potest dici præscientia. Reditur ergo ad id vt fiat rebus iam præsentibus scientia, quæ eisdem rebus futuris erat præscientia: & cum ea quæ præscientia erat prius, postea scientia fiat in deo, admittat mutabilitatem & temporalis sit, cum dei qui vere sum meque est, nec vlla ex parte sit mutabilis, nec vllo motu notio temporalis. Placet ergo vt non dicamus

dicamus præscientiam dei, sed tantummodo
E scientiam: quæramus & hoc quõ. Nõ enim scientiam solemus dicere in nobis, nisi cum sensa & intellecta memoria retinemus, id est, cum meminimus aliquid sensisse nos vel intellexisse, vt id cum volumus recolamus. Quod si ita in deo est, vt possit proprie dici, intelligit & intellexit: sentit & sensit: admittit tempus, & subrepit: nihilominus illa mutabilitas quæ longe à dei substantia remouenda est: & tamẽ & scit deus & præscit deus ineffabili modo, & sic eum pœnitet ineffabili modo. Cum enim scientia dei longe distet ab humana scientia, ita vt irridenda sit comparatio: vtraq; tamen scientia vocatur: & hæc quidem humana talis est, vt dicat de illa Apostolus, ẽt scientia destruet: quod nullo modo recte de scientia dei dici
1.Co.13 potest. Sic & ira hominis turbida est & non sine cruciatu animi: ira vero dei de qua dicit in Euangelio. Sed ira dei manet super eum,
Ioan. 3. Et Apostolus, Reuelabitur.n. ira dei de cœ-
Rom.1. lo super omnem impietatem: illo in tranquillitate iugiter manente, in creatura subdita exercet admirabili æquitate vindictam. Misericordia quoq; hominis habet nonnul lam cordis miseriam, vnde etiam in Latina
F lingua nomen accepit. Nam inde est etiam, quod non solum gaudere cum gaudẽtibus, sed etiam flere cum flentibus hortatur Apostolus, Quis autẽ sano capite dixerit ulla mi
Rom.12 seria tangi deum, quem tamen vbiq; scriptu-
Psal.85. ra multæ misericordiæ esse testatur? Ita & zelum humanum non sine peste liuoris intelligimus: zelantem vero deum non ita, sed eodem uerbo, non eodem modo. Longum est percurrere cætera, & sunt innumerabilia, quibus ostenditur multa diuina ijsdem nominibus appellari quibus humana, cum incomparabili diuersitate seiuncta sint: nec tamen frustra eadem sunt rebus vtrisque indita vocabula, nisi quia hæc cognita quæ in quotidiana consuetudine versantur, & experimentis vsitatioribus innotescunt nomina ad intelligenda illa sublimia præbent viam. Cum enim desero de humana scientia mutabilitatem, & transitus quosdam à cogitatione in cogitationẽ, cum recolimus vt cernamus animo quod in contuitu eius pauloante non erat, atque ita de parte in par
1.Co.13 tem crebris recordationibus transilimus: vnde etiam ex parte dicit esse Apostolus nostram scientiam, Cum ergo hæc cuncta detraxero, & reliquero solam viuacitatem certæ atque inconcussæ veritatis una atque æterna contemplatione cuncta collustran- G tis: immo non reliquero. non enim habet hoc humana scientia, sed pro viribus cogitauero, insinuatur mihi vtcunque scientia dei: quod tamen nomen ex eo quod sciendo aliquid non latet hominem, potuit esse rei vtrique commune: quanquam & in ipsis hominibus solet discerni à sapientia scientia, vt etiam Apostolus dicit, Alij quidem per 1.Co.12. spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secũdum eundem spiritum. In deo autem nimirum non sunt hæc duo, sed vnum: & in hominibus quidem hæc ita discerni probabiliter solet, vt sapientia pertineat 3.sen.di. ad intellectum æternorum, scientia uero 35.ca.1. ad ea quæ sensibus corporis experimur. Sed licet alius aliam differentiam proferat, nisi tamen diuersa essent, non sic ab Apostolo distinguerentur. Quod sanè si ita est, ut nomen scientiæ rebus quas per sensum corporis experimur deputatum sit, nulla est omnino scientia dei. Non enim deus per seipsum ex corpore & anima constat, sicut homo. Sed melius dicitur aliam esse scientiam dei, & non eiusdem generis cuius ista est quę hominum dicitur: sicut etiam idipsum quod deus dicitur, longe aliud est quàm quemadmodum dictum est, quia stetit in synagoga H deorum. Tamen ad non latere quoquo modo pertinet communicatio ipsa vocabuli. Psal.81. Sic etiam de ira hominis detraho turbulentum motum, vt remaneat vindictæ vigor, atque ita vtcunque assurgo in notitiam illius quæ appellatur ira dei. Item de misericordia si auferas compassionem, cum eius quem misereris participatus es miseriæ, vt remaneat tranquilla bonitas subueniendi & à miseria liberandi, insinuatur diuinæ misericordiæ qualiscunqne cognitio. Zelum quoq; dei non repudiemur & aspernemur, cum scriptum inuenimus: sed auferamus de humano zelo pallidam tabem doloris & morbidam perturbationem animi: remaneatque illud solum iudicium, quo corruptio castitatis impunita esse non sinitur, & assurgimus ut incipiamus aliquo modo capere zelum dei. Quapropter cum legi- 1.Reg.15 mus etiam dominum dicentem. Pœnitet me: consideremus, quid id esse soleat, In hominibus opus pœuitendi est, cum proculdubio reperitur voluntas mutandi: sed in homine cum dolore animi est: reprehendit enim in se quod temere fecit. Anferamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo ista quæ de humana infirmitate atque ignorantia veniunt, & remaneat solum vel-
I le, vt non ita sit aliquid quemadmodum erat, sic potest aliquantulum intimari menti nostræ, qua regula intelligatur quòd pœnitet deum. Cum enim pœnitere dicitur, vult non esse aliquid sicut fecerat vt esset: sed tamen & cum ita esset, ita esse debebat: & cum ita esse iam non sinitur, iam non debet ita esse, perpetuo quodam & tranquillo æquitatis iudicio, quo deus cuncta mutabilia incommutabile voluntate disponit. Sed quoniam præscientiam & scientiam cum laude solemus dicere in hominibus, iramque ipsam solet humanum genus in magnis potestatibus timere potius quàm reprehendere, cõgruenter putamus talia dici de deo. Qui autem zelat, & quem aliquid pœnitet, quoniam vel culpari solet vel in se culpam corrigere: atque ideo cum reprehensione ista dici de hominibus, propterea mouet cum legimus esse aliquid in deo eiusmodi. Sed illa scriptura omnibus consulens propterea magis & ista ponit, ne illa quæ placent sit intelligantur in deo, quomodo consueuerunt, in hominibus intelligi. Per hæc enim quæ displicent cum ea non audeamus sic intelligere in deo vt inueniuntur in homine, discimus & illa sic quærere quæ apta esse atque conuenientia putabamus. Nam si propterea non
K est illud de deo dicendum, quia in homine displicet, non dicamus incommutabilẽ deũ, quia de hominibus cum reprehensione dictum est: non enim est illi commutatio. Item quædam in homine sunt laudabilia, in deo autem esse non possunt, sicut pudor, quod ætatum viridiorum magnum est ornamentum: sicut timor dei non est tantum
1.Co.7. in veteribus libris laudatus, sed Apostolus etiam dicit, Perficientes sanctificationem in timore dei: qui utique in deo nullus est. Sicut ergo quædam laudabilia hominum non recte dicuntur in deo: sic quædam culpabilia hominum recte intelliguntur in deo: nõ ita vt in hominibus, sed vocabulis tantummodo cõmunibus longè alia ratione & modo. Nam paulopost idem Samuel cui dixerat dñs, Pœnitet me quod constituerim re-
1.Co.15 gem Saul, ipsi Sauli ait de Deo, Qm̃ nõ est sicut homo vt pœniteat eum: vbi videlicet satis ostendit etiam cum deus dicit, Pœnitet me: non humano more accipiendum esse, sicut iam quantum valuimus d[illegible]utauimus.

Item quæris, vtrum spiritus immundus qui erat in phythonissa, potuerit agere vt Sa q.3.
muel à Saule videretur & loqueretur cum 1.Reg.
eo. Sed multo maioris miraculi est, quòd 28.
ipse satanas princeps omnium immundo- L
rum spirituum potuit loqui cum deo, & petere ad tentandum Iob iustissimum virum, Iob.1.
qui etiam tentandos Apostolos petijt. Aut si hoc non ideo habet difficilem quæstionẽ, quia per quam voluerit creaturam, cui voluerit creaturæ vbique præsens veritas loquitur, nec propterea magni meriti est cui loquitur deus. Interest n quid loquatur, qa Luc.22.
& imperator cum multis innocentibus non loquitur, quibus prouidentissime consulit ad salutem: & cum multis nocentibus loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc ꝓpterea nulla quæstio est, nulla sit quæstio, quomodo etiam immundus spiritus eũ anima sancti viri loqui potuerit. Omnibus enim sanctis, deus creator & sanctificator longe vtiq; maior est. Quòd si hoc mouet, quod licuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tanquam de abditis mortuorũ receptaculis reuocare, nonne magis mirandum est, quòd satanas ipsum dñm assumpsit Matt.4.
& constituit super pinnam templi? Quolibet enim modo fecerit, ille etiã modus quo Samueli factum est vt excitaretur, similiter latet. Nisi forte quis dixerit, faciliorem diaM
bolo fuisse licentiam ad deum uiuum, vnde voluit assumendum, & vbi voluit constituẽ dum, q̃ ad Samuelis defuncti spiritum à suis sedibus excitandum. Quòd si illud in Euan Mat.26.
gelio nos ideo non perturbat, quia dominus &27.
voluit atque permisit, nulla diminutione suæ potestatis & diuinitatis id fieri: sicut ab ipsis Iudæis, quanquã peruersis atq; immũdis & facta diaboli facientibus, & teneri se & vinciri & illudi & crucifigi atque interfici passus est: non est absurdum credere ex aliqua dispensatione diuinæ voluntatis permissum fuisse, vt non inuitus nec dominante aut subiugante magica potentia, sed volens atque obtemperans occultæ dispensationi dei, quæ & pythonissam illam & Saulem latebat, consentiret spiritus. Prophetæ sancti se ostendi aspectibus regis, diuina eum sententia percussurus. Cur enim anima boni hominis, à malis viuit euocata si venerit, amittere videatur dignitatẽ suã, cum & uiui plerunque boni vocati ad malos ueniant & agant cum eis quod officium postulat æquitatis, seruato atque inconcusso decore virtutis suæ, & illorum vitijs

pro

pro rerum præsentium vel vsu vel necessitate tractatis? Quanquam in hoc facto potest esse alius facilior intellectus & expeditior exitus, vt non vere spiritum Samuelis
A excitatũ à requie sua credamus, sed aliquod phantasma, & imaginariam illusionem diaboli machinationibus factam, quam propterea scriptura nomine Samuelis appellat, qa solent imagines rerum earum nominibus appellari quarum imagines sunt. Sicut omnia quæ pinguntur atque finguntur ex aliqua parte materiæ, metalli aut ligni, vel cuiuscunq; rei aptæ ad opera huiusmodi, quæque etiam videntur in somnis, & oẽs ferè imagines, earum rerum quarum imagines sunt appellari nominibus solent. Quis est enim qui hominem pictum dubitet vocare hominem, quandoquidem & singulorum quorũq; picturam cum aspicimus, propria quæq; nomina incunctanter adhibemus, ue
Eod.25. lut cum intuentes tabulam aut parietem, dicimus, Ille Cicero est, ille Sallustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois, illa Roma, cum aliquid nihil sint q̃ pictæ imagines? Vnde cherubin cum sint cœlestes ptãtes, facta tamen ex metallo, quod imperauit deus, super arcam testamenti, magnę rei significandæ gratia, non aliud quàm cherubin illæ quoq; effigies uocitantur. Item si quis uidet somnium, non dicit, Vidi imaginem Augustini aut Simplicianꝰ, sed uidi Augustinum aut Simplicianum, cum eo tẽpore quo tale aliquid uidit nos ignorare-
B mus. Vsqueadeo manifestum est, non ipsos homines, sed imagines eorum uideri. Et
Gen. 4. Pharao spicas se dixit uidisse in somnis & boues, non spicarum aut boum imagines. Si igitur liquido constat nominibus earum rerum quarum imagines sunt, easdem imagines appellari, non mirum est quòd scriptu-
1.Re.28 ra dicit Samuelem uisum, etiam si forte imago Samuelis uisa apparuit, machinamento
1.Co.11 eius qui transfigurat se uelut in angelum lucis, & ministros suos uelut ministros iustitiæ. Iam uero si illud mouet, quomodo à maligno spiritu Sauli uera prædicta sunt: potelt & illud mirum uideri, quomodo dæ-
Matt.8. mones agnouerint Christum quem Iudæi non agnoscebant. Cum enim uult deus etiã per infimos & infernos spiritus aliquem uera agnoscere, temporalia duntaxat atq; ad istam mortalitatem pertinentia, facile est & non incongruum: ut omnipotens & iustus ad eorum pœnam quibus ista prædicuntur, ut malum quod eis impendet antequam ueniat prænoscendo patiantur, occulto apparatu mysteriorum suorum etiam spiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, ut quod audiunt ab angelis prænũcient hominibus. Tantum autem audiunt, C
quantum omnium dominus atq; modera- Act.16.
tor uel iubet uel sinit. Vnde etiam spiritus Pythonicus in Actibus Apostolorum attestatur Paulo Apostolo, & Euangelistæ esse conatur. Miscent tamen isti fallacias suas, & uerum quod nosse potuerint, non docendi magis quàm decipiendi fine prænunciant. Et forte hoc quòd cum illa imago Sa- 1.Re.28
muelis Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam secum futurum, quod utiq; falsum est. Magno quippe interuallo post mortem
Luc.16. separari bonos à malis in Euangelio legimus, cum dominus inter superbum illum diuitem, cum iam apud inferos tormenta pateretur, & illum qui ad eius ianuam ulcerosus iacebat, iam in requie constitutum, magnum chaos interiectum esse testetur. 1.Re.28
Aut si propterea Samuel Sauli dixit, Mecum eris, ut non ad æqualitatem fœlicitatis, sed ad parem conditionem mortis referatur, quòd uterq; homo fuerit, & uterque mori potuerit, iamq; mortuus mortem uiuo prænunciabat. Perspicit quantum opinor prudentia tua, secundum utrunq; intellectum habere exitum illam lectionem, quæ non sit contra fidem: nisi forte profundiore & perplexiore inquisitione, quæ uel uirium
mearum uel temporis excedit angustias, in- D
ueniatur ad liquidum, uel posse, uel nõ posse animam humanam cum ex hac uita migrauerit magicis carminibus euocatã uiuorũ apparere cõspectibus, & corporis liniamẽta gestantẽ, ut nõ solũ uideri ualeat, sed & agnosci. Et si põt, utrũ & iusti anima, nõ quidẽ cogatur magicis sacris, sed dignetur ostẽdi occultioribus imperijs summæ legis obtẽperans: ut si fieri non posse claruerit, nõ uterq; sensus in huius scripturæ tractatione atq; expositione admittatur, sed illo excluso, imaginaria simulatio Samuelis diaboli, co ritu facta intelligatur. Sed qm̃ siue illud fieri possit siue non possit, tñ fallacia satanæ atq; imaginum simulandarum callida operatio, decipiendis humanis sensibus multiformis: inuigilat, hęc diximus pedetentim quidem ne inquisitionibus diligentioribus præscribat[illegible]s: sed tamen potius existimemus tale aliquid factum maligno Phytho-

missæ illius ministerio, q̃diu nobis aliquid amplius excogitare atq; explicare non da-
qõne. 4. tur. Quòd autem quæris, quid sit quod
2.Re. 7. scriptum sit, Intrauit rex Dauid & sedit ante dominum: quid aliud intelligendũ est nisi
E quia sedit in conspectu dñi: siue vbi erat arca testamenti per quam sacratior & commẽdatior quædam præsentia domini accipi potest: siue oraturus sedit, quod non fit recte nisi in conspectu dei, hoc est, in intimo cordis? Potest.n. sic accipi quod dictum est, Ante dominum: vt nullus esset hominum qui audiret orantem. Siue ergo propter arcam testamenti, siue propter secretum remotius ab arbitris, siue propter intimum cordis vbi erat orantis affectus, conuenienter dictum
&c. est, Sedit ante dominum. Nisi forte q̃
3.Re.18 dens orauit, hoc mouet cum & sanctus Helias hoc fecerit, quando pluuiam orando impetrauit. Quibus admonemur exemplis, non esse præscriptum quomodo corpus cõstituatur ad orandum, dummodo animus deo præsens peragat intentionẽ suam. Nã & stantes oramus, sicut scriptum est, Publi-
Luc.18, canus autem de longinquo stabat, Et fixis
Act.7.& genibus, sicut in Actibus Apostolorum le-
20. gimus, Et sedentes: sicut ecce Dauid & He-
2.Re.7. lias. Nisi autem iacentes oraremus, non scri-
3.Re.18 ptum esset in Psalmis, Lauabo per singulas
Psal.6. noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Cum enim quisquis orationem quærit, collocat membra sicut ei occurrerit, accommodata pro tempore posita corporis ad mouendum animum. Cum aũt
F nõ q̃ritur, sed infertur appetitus orandi: hoc est cum aliquid repente uenit in montem quo supplicandi moueatur affectus gemitibus inenarrabilibus, quocunq; modo inuenerit hominem, non est vtiq; differenda oratio, ut quæramus quò sedeamus aut vbi stemus aut vbi prosternamur. Gignit.n. sibi mentis intentio solicitudinem, & sæpe etiam obliuiscitur se vel ad quem cœli partem, vel in qua positione corporis membra
qõne. 5. illud tempus inuenerit. In uerbis autem
3.Re.17 beati Heliæ quibus ait. O domine testis huius viduæ, cùm qua ego inhabito apud ipsam, tu male fecisti vt occideres filium eius: nihil moueret si vera pronunciatio seruaretur. Vox est.n. non credentis quòd tam male faceret dominus cum ea vidua, quæ tam piè Prophetam susceperat, eo præsertim tempore quo ibi erat, cui prꝛulerat totum victum suum tam exiguum in tam magna & summa inopia. Ita ergo dictum est, ac si diceret, O domine testis huius viduæ, cum qua ego inhabito apud ipsam, tu male fecisti vt occideres filium eius? vt intelligatur quòd utique dominus testis cordis illius mulieris, uidebat quanta esset pietas, vnde etiam Heliam ipse ad eam mise- G
rat, non malefaciendi causa mortificauerit filium eius, sed exhibendi miraculi ad gloriam nominis sui, quo tm̃ Prophetã & tunc viuentibus & posteris commendaret, Sicut dicit dominus, non ad mortem mortuum
Ioan.11. fuisse Lazarum, sed vt glorificaretur deus in filio suo. Et ideo consequentia probant & ipsa etiam fiducia qua credidit Helias, non ad hoc illud contigisse vt acerbo luctu hospita eius affligeretur, sed potius ad hoc factum esse ut deus magnificentius ostenderet viduæ qualem dei famulum suscepisset.
3.Re.17 Sequitur scriptura & dicit, Et insufflauit puero ter, & inuocauit dominum & dixit, Domine deus meus reuertatur nunc anima pueri huius in eum. Et factum est sic. Hæc ergo deprecatio qua petijt Helias tam breuiter & tam fideliter vt resurgat puer, satis indicat quo affectu dicta sunt superiora. Et ipsa mulier ostendit ad hoc mortificatum filium suum fuisse, ad quod Helias factum esse præsumpserat, cum illa verba non confirmando, sed renuendo enunciauerat. Cum enim viuum recepisset filium suum, ait, Ecce nunc cognoui, quoniam homo dei es tu, & uerbum domini in ore tuo certissimum. Multa sunt autem in scri- H
pturis quæ nisi illo modo pronuncientur, in contrariam sententiam recidãt: sicuti est,
Rom.8. Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat, Si quasi confirmans respondeas, uides quanta peruersitas oriatur. Sic ergo pronunciandum est, ac si dicatur, Deũsne qui iustificat? vt subaudiatur, non vtiq;: Ac p hoc apertã puto esse illã Heliæ sententiã, q̃ nõ seruata pronunciatio faciebat
3.Re.22 obscurã. De spiritu mẽdacij per quẽ deceptus est Achab, hoc intelligamus, qđ iam superius aperte tractatũ arbitror: deũ.s. omnipotentem & iustum distributorem pœnarum præmiorumque pro meritis, non solum bonis & sanctis ministris uti ad opera congrua, sed etiam malis ad opera digna: cum illi pro sua peruersitate nocere appetant, sinantur autem tantum quantum ille iudicat, qui omnia in mensura &
Sapiẽ.11 pondere & numero disponit. Dixit aũt hoc Micheas

Micheas propheta qũo sibi fuerit demonstratum. Occulta.n.res & nimis secreta ita
I demonstratur Propheris, sicut potest capere sensus humanus, cùm etiam rerum imaginibus in reuelationibus tanquam verbis instruitur. Nam quomodo deus hæc agit vbique præsens & vbique totus ac semper præsens, & quomodo eius simplicem & incommutabilem æternamq; veritatem consulant sancti angeli omnesq; ab eodem creati sublimes & mundissimi spiritus, atq; id quod in eo sempiterno iustum uidens, pro congruẽtia rerum inferiorum temporaliter peragant: quomodo etiam lapsi spiritus, qui in
Ioan. 8. veritate non steterunt, propter immundiciã & infirmitatem concupiscentiarum & pœnarum suarum, non valentes præsentem intrinsecus contueri & consulere veritatẽ, signa forinsecus per creaturam expectent, eisq; moueantur siue ad faciendum aliquid siue ad non faciendum: quoue modo cogantur æterna lege qua vniuersitas regitur vincti atque constricti, vel sinente deo operari, vel cedere iubenti & compellenti, arduum & explicare longissimum est. Vereor autem ne ista quæ sunt à me dicta, & non satisfecerint expectationi, & tædio fuerint grauitati
D tuæ: quandoquidem cum tu omnibus quæ interrogasti vnum à me libellum mitti velles, ego duos libros eosdemq; longissimos misi, & fortasse cõnibus tuis nequaquã dili-
K genter expediteq; rũdi. Quamobrẽ preces tuas pro eruditis meis multas & assiduas peto fieri: sententiam vero de hoc opere tuam breuissimam, sed grauissimam flagito, & dum sit verissima, seueriss imam nõ recuso.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de octo Dulcitij quæstionibus Liber.

PRAEFATIO.

QVantum mihi videtur dilectissime fili Dulciti, non tardaui respondere interrogationibus tuis. Per Pascha qppe hoc anno quo Dominicus eius fuit tertio Kalendas Aprilis, à Cartagine mihi missas literas tuæ dilectionis accepi. Post eos autem dies sanctos confestim Carthaginẽ sum profectus. In qua ciuitate nihil me dictare L
permisit occupationum quæ ibi non potest deesse nimia multitudo. Sed postea quam inde regressus sum peractis apud nostros quin decim diebus, qui me post absentiam diutur nam curare alia compulerunt, Nam post tres menses vbi redire permissus sum, reseribere ista non distuli, & abs te missis quæstionibus, quæ à me per diuersa opuscula mea iam fuerant pertractata, ex eisdem opusculis reddere, vel solutionem vel certe disceptationem meam. Deniq; illud tantummodo vbi quæris quare dixerit dominus ni mirum præscius futurorum, Elegi Dauid secundum cor meum, quum ille talia & tanti commiserit, vbi tractauerim, & quomõ id exposuerim, non potui reperire, & vtrum sit in aliquo libro meo vel Epistola nescio. Ac per hoc quoniam mihi de hoc intulisti nouæ disputationis necessitatem, in hac mea rescriptione id vltimum feci, prius volens ea ponere, quæ habebam in alijs meis voluminibus prꝛparata: vt nec studio tuæ sanctitatis deessem, quod mihi est gratissimum, nec alio modo eadem dicere cogerer, quod M
mihi esset laboriosissimũ, nec te aliquo amplius adiuuaret. Prima itaque propositio Quæst.1
tua est, vtrum aliquando qui sunt post baptismum peccatores, exeãt de gehenna. Aliquantorum nanq; super hoc, inquis, diuersa sententia est, respondentium, sicut est iustorum præmium, ita peccatorum finem non habere tormenta. Asseuerare etenim cupiunt tam perpetim vindictam manere; q̃ præmium. Quibus contra præscribitur Euangelica illa sententia quæ ait, Non in- Matt. 5.
de exies donec reddas nouissimum quadrãtem. Supereſt ergo vt hoc reddito possit exi re. Credimus hoc etiam Apostoli definitio- 1.Co.3.
ne scribentis. Ipse autem saluus erit, sic tamẽ Matt. 1.
quasi per ignem. Sed quoniam alibi legimus inquis, Et non cognouit eam donec peperit: quod ita interpretari non possumus, idcirco de hoc cupimus fieri certiores. Hucusque est propositio tua. Cui respondeo ex libro meo qui inscribitur, de fide & operibus, vbi de hac re ita locutus sum: Iacobus autem intantum vehementer infestus est eis qui sapiunt fidem sine operibus valere ad cap. 14.
salutem, vt illos etiam dæmonibus comparet dicens, Tu credis quoniã vnus est deus? A
bene facis: & dæmones credunt & contremi- Iaco. 2.
scunt. Quid breuius, verius, vehementiusque

que dici potuit, cum in Euangelio legamus
Marc.1. hoc dixisse dæmonia, quum Christum fi-
Mat.16. lium dei confiterentur, & ab illo corri-
Iaco.2. perentur, quod in Petri confessione lau-
datum est? Quid proderit ait Iacobus,
fratres mei, si fidem dicat se quis habere,
opera autem non habet: Nunquid poterit
fides saluare eum? Dicit etiam, Quia fi-
des sine operibus mortua est, Quousque
ergo falluntur, qui de fide mortua sibi vi-
tam perpetuam pollicentur? Quapropter
diligenter oportet attendere quomodo acci-
pienda sit Pauli Apostoli illa sententia, pla-
nè ad intelligendum difficilis, quum ait,
1.Co. 3. Fundamentum autem aliud nemo potest
ponere, præter id quod positum est, quod
est Christus Iesus. Si quis autem superædi-
ficauit super fundamentum hoc, aurum, ar-
gentum, lapides preciosos, ligna, fœnum,
stipulam, vniuscuiusque opus manifestabitur. Dies enim declarabit, quia in igne re-
uelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit,
ignis probabit, Si cuius opus permanse-
rit, quod superædificauit, mercedem acci-
B piet, Si cuius autem opus arserit, damnum
patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen
quasi per ignem. Quam quidã sententiã ita
intelligendam putant, vt illi videantur ædi-
ficare super hoc fundamentum, aurum, ar-
gentum & lapides preciosos, qui fidei quæ
in Christo est, bona opera adijciunt: illi au-
tem fœnum, ligna, stipulam, qui cum eã-
dem fidem habeant, male operantur. Vnde
arbitrantur per quasdam pœnas ignis eos
posse purgari ad salutem percipiendam me-
rito fundamenti. Hoc si ita est, fateamur i-
stos laudabili charitate conari, ut omnes in-
discrete admittantur ad baptismum, non so-
lum adulteri & adulteræ contra sententiã
domini falsas nuptias prætendentes, verum
etiam publicæ meretrices in turpissima pro-
fessione perseuerantes, quas certe nulla etiã
negligentissima Ecclesia consueuit admitte-
re, nisi ab illa primitus prostitutione libera-
tas. Sed ista ratione cur non omnimodo ad
mittantur, omnino non video. Quis enim
non malit eas posito fundamento, licet li-
gna, fœnum & stipulam congerant, aliquan-
to certe diuturniore igne purgari, quam in
æternum perire? Sed falsa erunt illa quæ
obscuritatem ambiguitatemque non ha-
bent. Si habeam omnem fidem, ita vt
montes transferam, charitatem autem non
habeam, nihil sum. Et quid proderit fra-
tres mei, si fidem quis dicat se habere, o-
pera autem non habeat? Nunquid pote-
rit fides saluare eum? Falsum erit & illud, Iaco. 2.
Nolite errare, neque fornicatores, neque
idolis seruientes, neque fures, neque ava-
ri, neque adulteri, neque molles, neque
masculorum concubitores, neque ebriosi,
neque maledici, neque rapaces regnum
dei possidebunt: Falsum est & illud, Ma-
nifesta sunt opera carnis, quæ sunt forni
cationes, immundiciæ, impudicitia, luxu-
ria, idolorum seruitus, beneficia, inimi-
citiæ, contentiones, æmulationes, animo-
sitates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, e-
brietates, comessationes, & his similia, quæ
prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui
talia agunt, regnum dei non possidebunt.
Falsa erunt hæc, Si enim tantummodo cre-
dant & baptizentur, quanuis in malis tali-
bus perseuerant, salui erunt per ignem, at-
que ideo in Christo baptizati etiam qui
talia agunt, regnum dei possidebunt: Fru- 1.Co.6.
stra autem dicitur, Et hæc quidem fuistis, 1.Pet.3.
sed abluti estis, quando & abluti hæc sunt.
Inaniter etiam illud à Petro dictum vide-
bitur, Sic & uos similiforma baptisma sa-
luos facit, non carnis depositio sordium, sed D
conscientiæ bonæ interrogatio: siquidem &
habentes pessimas conscientias omnium fla
gitiorum & scelerum plenas, nec eorum ma
lorum pœnitentia mutatas, tamen baptisma
saluos facit: p p fundamẽtũ. n. qđ in eodẽ ba
ptismate ponitur, licet p ignẽ, salui erũt. Il-
lud quoq; non uideo cur dñs dixerit. Si uis Mat.19.
uenire ad uitã, serua mandata, & cõmemora
uit ea, quæ ad bonos mores pertinent, si etiã
his non seruatis ad uitam uenire potest per
solam fidem, quæ sine operibus mortua est.
Illud deinde quomõ uerũ erit qđ eis quos
ad sinistram posiurus est, dicet, Ite in ignẽ
æternum, qui paratus est diabolo & angelis Iaco. 2.
eius? Quos non increpabit quia in eum non Mat. 25
crediderunt, sed quia bona opera non fece-
runt. Nam profecto ne sibi quisquam de fi-
de, quæ sine operibus mortua est, vitam pro
mittat æternam, propterea omnes gentes
segregaturum se dixit, quæ permixtę eisdem
pascuis vtebantur, vt appareat eos illi dictu
ros, Domine quando tẽ vidimus illa & illa
patientem, & non ministrauimus tibi, qui in
eum crediderant, sed bona operari non
curauerant, tanquam de ipsa fide mor-
tua ad uitam perueniretur æternam. An E
forte ibunt in ignem æternum qui opera
misericordiæ

misericordiæ non fecerũt, & non ibunt qui
aliena rapuerunt, vel corrumpendo in se tẽ-
plum dei, in seipsos immisericordes fuerũt,
i.Co. 13 quasi opera misericordiæ prosint aliquid si-
ne dilectione, dicente Apostolo, Si distribuã
omnia mea pauperibus, charitatem aũt nõ
Psal.10. habeam, mihi nihil mihi prodest? Aut diligat
quisquam proximum sicut seipsum, qui nõ
diligat seipsum? Qui. n. diligit iniquitatẽ,
odit animam suam. Neq; illud dici hic po-
terit, in quo nonnulli seipsos seducunt di-
centes, ignem æternum dictum, non ipsam
pœnam æternam. Per ignem quippe qui æ-
ternus erit, transituros arbitrantur eos qui
bus propter fidem mortuam per ignem pro
mittunt salutem: vt videlicet ipse ignis æter
nus sit combustio vero eorum, hoc est ope-
ratio ignis, non sit in eis æterna, cum & hoc
Mat.26. præuidens dominus, sententiam suam ita
concluserit dicens, Sic ibunt illi in combu-
stionem æternum, iusti autem in vitam æ-
ternam. Erit ergo æterna combustio sicut
ignis, & in illam ituros veritas dixit, quo-
rum non fidem, sed bona opera defuisse de-
M clarauit. Si ergo hæc omnia & cetera quæ
innumerabilia per omnes scripturas sine vl-
la ambiguitate dicta reperiri possunt, falsa
F erunt, poterit verus esse ille intellectus de
lignis fœno & stipula, quòd hi salui erunt
per ignem, qui solam in Christo fidem te-
nentes, bona opera neglexerunt. Si autem
ista & vera & clara sunt, proculdubio in illa
Apostoli sententia alius requirendus est in-
tellectus. atque in his deputandum est, quæ
Petrus dicit esse in scriptis eius quædam dif
ficilia intellectu: quæ non habent homines
peruertere ad proprium suum interitum, vt
contra euidentissima testimonia scriptura-
rum securos faciant de percipienda salute
nequissimos, nequitiæ suæ pertinacissimè co
Gala.5. hærentes, nec emendando aut pœnitendo
mutatos. Hic à me fortasse quæratur de ipsa
Pauli Apostoli sententia, quid ego sentiam,
& quonam modo intelligendam putem. Fa-
teor malle me hinc audire intelligentiores
atq; doctiores, qui sic eam exponant, vt illa
omnia vera & inconcussa permaneant quæ
supra commemoraui, & quęcunq; alia non
commemoraui: quibus apertissime scriptu-
ra testatur, nihil prodesse fidem nisi eam
Iacob.2. qua definiuit Apostolus, id est, quæ per di-
G lectionem operatur: sine operibus autem sa-
luare non posse, neque præter ignem, ne-
que p ignẽ: quia si per ignem saluat, ipsa vti-
que saluat. Absolute autem dictum est & a-
pte, Quid pdest si dicat qs se fidẽ habere,
opa aũt nõ habeat? nunqd poterit fides sal-
uare eũ? Dicã tñ q̃ breuissime potero et ip-
se, quid sentiã de illa sententia Pauli Apostoli ad intelligẽdũ difficili, dũmõ illud qđ ad
meã professionẽ attinet pcipue teneatur, ꝙ
de hac me malle dixi audire meliores. Fũda 1.Co.3.
mẽtũ Christus est in structura architecti
sapientis, hoc expositione non indiget. Aper
tè enim dictum est, Fundamentum. n. aliud
nemo potest ponere præter id quod posi- Ephe.3.
tum est quod est Christus Iesus. Si autem
Christus, proculdubio fides Christi. Per fi-
dem quippe habitat Christus in cordibus
nostris, sicut idem Apostolus dicit. Porrò si
fides Christi, illa vtique quam definiit
Apostolus, quæ per dilectionem operatur.
Non enim fides illa dæmonum, cum & ip-
si credant & contremiscant, & filium dei
confiteantur Iesum, potest accipi in fun-
damentum. Quare? nisi quia non est fi-
des quæ per dilectionem operatur, sed quæ H
exprimitur per timorem. Fides itaq; Chri-
sti fides gratiæ Christianæ, id est, ea fides
quæ per dilectionem operatur, posita in fun
damento, neminẽ perire permittit. Sed quid
sit ædificare super hoc fundamentum, au-
rum, argẽtum, lapides preciosos: & lignum,
fœnum, & stipulam, si subtilius disserere
coner, vereor ne ad intelligendum difficili-
or sit ipsa expositio: enitar tamen, quan- Mat.19
tum dominus adiuuat, & breuiter & quan-
tum potero dilucide expedire quod sentio.
Ecce ille, qui quæsiuit à magistro bono, quid
boni faceret, vt haberet vitam æternam: &
audiuit, si ad vitam venire vellet, seruan- Exo.20
da sibi esse mandata. Dictum est ei, Non
occides, Non mœchaberis, Non furtum fa-
cies, Non falsum testimonium dices, Ho-
nora patrem tuum & matrem tuam, Et di-
liges proximum tuum tanquam teipsum:
Hæc faciens in fide Christi, teneret pro-
culdubio fidem quæ per dilectionem ope-
ratur. Neque enim diligeret proximum
tanquam seipsum, nisi recepta dilectione
dei, sine qua non diligeret seipsum. porrò si
faceret etiam quod dominus addidit, dicens,
Si vis perfectus esse, vade vende omnia I
quæ habes, & da pauperibus, & habebis the-
saurum in cœlo, & veni sequere me: ædifi-
caret super illud fundamentum, aurum, ar-
gentũ, la[illegible]es preciosos: nõ enim cogitaret,
nisi quo placeret deo. Et hę cogitationes E

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt,quantum æstimo,aurum, argentum, lapides precioſi. Porrò ſi circa diuitias ſuas carnali quodam teneretur affectu,quãuis ex eis multas eleemoſynas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinæque moliretur, aut earum minuendarum vel amittendarum metu in aliquod facinus flagitium vẽ laberetur, alioquin iam ſe iſto modo ab illius fundamenti ſtabilitate ſubtraheret, ſed propter carnalem, vt dixi, quem in eis habebat affectum, quo talibus bonis ſine dolore carere non poſſet, ædificaret ſuper fundamentum illud,lignum,fœnum, ſtipulam: maxime ſi & vxorem ſic haberet, vt etiam propter ipſam cogitaret ea quæ ſunt mundi,quomodo placeret vxori. Hæc igitur quoniam affectu dilecta carnali,non ſine dolore amittuntur, propterea qui ſic ea habent, vt habeant in fundamẽto fidem, quæ per dilectionem operatur, neq; huic iſta vlla ratione vel cupiditate præponant, in eorum amiſsione paſsi detrimen-
K tum,per ignem quẽdã doloris peruenĩũt ad ſalutem. A quo dolore atq; detrimento tanto eſt quiſq; ſecurior, quanto ea vel minus amauerit, vel tanquam non habens habuerit: qui vero propter illa,vel tenẽda, vel adipiſcenda,homicidium, adulterium,fornicationem,idololatriam, & ſimilia quæq; commiſerit, non propter fundamentum per ignem ſaluabitur, ſed amiſſo fundamento, æterno igne torquebitur. Quamobrem & illud quod dicunt,veluti probare cupientes, quantum valeat ſola fides: vbi Apoſtolus
1.Co. 7. dicit, Quòd ſi infidelis diſcedit,diſcedat:non eſt enim ſeruituti ſubiectus frater vel ſoror in huiuſmodi .i. vt propter fidem Chriſti etiam ipſa vxor legitima ſocietate conjuncta, ſine vlla culpa relinquatur ſi cum viro Chriſtiano, propter hoc quia Chriſtianus eſt, permanere noluerit: non attendunt eo modo illam rectiſsime dimitti, ſi viro ſuo dicat,Non ero vxor tua, niſi mihi de latrocinio diuitias congeras: aut niſi ſolita lenocinia,quibus noſtram domum tranſigebas, etiam Chriſtianus exerceas: aut ſi quid aliud, vel facinoroſum vel flagitioſum in viro nouerat, quo delectata vel libidinem explebat, vel facilem victum habebat, vel etiam incedebat ornatior. Tunc enim ille, cui hoc vxor dicit, ſi veraciter egit pœnitentiam ab
L operibus mortuis, quando acceſsit ad baptiſ-
Gala. 5. mum habetq́ue in fundamento eidem quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuinæ gratiæ, quàm carnis luxuriæ,& membrũ,qđ eũ ſcandali- Matt.5.
zat, fortiter amputat. Quemcunque autem in hac direptione dolorem cordis propter carnalem affectum coniugis ſuſtinebit,hoc eſt detrimentum quod patietur,hic eſt ignis per quem ſano ardente ipſe ſaluabitur. Si autem iam ſic habebat vxorem tanquam non habẽs,non propter concupiſcẽtiam,ſed propter miſericordiam, ne forte eã ſaluam faceret, reddens potius quàm exigens debitum coniugale, profecto nec dolebit carnaliter,cum ab illo tale connubium ſeparabitur: neque enim in ea cogitabat,niſi 1.Co.7.
quæ ſunt dei,quomodo placeret deo. Ac per hoc inquantum aurum, argentum, & lapides precioſos illis cogitationibus ſuper ædificabat,intantum nullum detrimentum patietur, intantum eius ſtructura, quæ non erat fœnea,nullo incendio cremabitur. Siue ergo in hac tantum vita iſta homines patiuntur, ſiue etiam poſt hanc vitam talia quædam iudicia ſubſequuntur, non abhorret, quantum arbitror, à ratione veritatis iſte intellectus huius ſententiæ: veruntamen e- M
tiam ſi eſt alius, qui mihi non occurrit, potius eligendus,iſtum quandiu tenemus non cogimur dicere iniuſtis, non ſubditis,ſceleſtis,contaminatis,parricidis, matricidis,homicidis,fornicatoribus,maſculorum concubitoribus,plagiarijs, mendacibus, periuris, & ſi quid aliud ſanę doctrinæ aduerſatur, quę eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati deinde tantummodo in Chriſtum credatis, & ſacramentum baptiſmi eius accipiatis,etiã ſi vitam iſtam peſsimam non mutaueritis, ſalui eritis. Vnde nec illa nobis mulier Chananæa preſcribit, quia dominus,quod petebat ei dedit,eũ ante dixiſſet, Nõ eſt bonum Mat.15.
tollere panẽ filiorũ,& mittere canibus: qa il le cordis inſpector mutatã uidit qñ laudauit: & ideo non ait,O canis magna eſt fides tua; ſed,O mulier magna eſt fides tua. Mutauit uocabulũ,quia mutatũ uidit affectũ,atque illã correptionẽ ad fructũ putriſſe cognouit. Miror aũt ſi laudaret in ea fidẽ ſine operibus .i. fidẽ nõ ſalẽ, quæ p dilectionem poſſet operari: fidẽ mortuã,& qñ Iacobus Ioac. 2.
dicere minime dubitauit, fidẽ nõ Xpianorũ, A ſed dęmonũ. Poſtremo ſi iſtã Chananęã no lũt intelligere mutaſſe pditos mores, qñ eã Chriſtus contemnẽdo & corripiẽdo redarguit: quoſcunque inuenerint tm̃modo credere, ultam uero inquinatiſsimam nec ſaltem

tèm occultare,ſed etiam libere profiteri, ac nolle mutare: ſanent filios eorum, ſi poſſunt ſicut ſanata eſt filia Chananææ mulieris: non tamen eos faciant membra Chriſti, cum ipſi eſſe non deſinant membra meretricis. Item in eo libro, cuius titulus eſt de
Auguſti fide, ſpe, & charitate,quem ſcripſi ad filium
nus de fi meum,fratrem tuum Laurentium, iſta de
de, ſpe, hac re uerba mea ſunt. Creduntur inquã,
& chari- à quibuſdam, etiam hi qui nomen Chri-
tate. ſti non relinquunt, & eius lauacro in Eccleſia baptizantur, nec ab ea vllo ſchiſmate vel hæreſi præciduntur, in quantislibet ſceleribus viuant, quæ nec diluant pœnitendo, nec eleemoſinis redimant, ſed in
I eis vſq; ad huius vitæ vltimum diem pertinacisſime perſeuerent, ſalui futuri per ignẽ: licet pro magnitudine facinorum flagitiorumq; diuturno, non tamen æterno igne puniti. Sed qui hoc credunt, & tamen catholici ſunt, humana quadam beneuo-
B lentia mihi fálli videntur: nam ſcriptura diuina aliud conſulta reſpondet. Librum autem de hac quæſtione conſcripſi, cuius titulus eſt de fide & operibus: ubi ſecundum ſcripturas ſanctas, quantum Deo adiuuante potui, demonſtraui eam fidem ſaluos facere, quam ſatis euidenter expreſsit
Gala. 5. Paulus Apoſtolus dicens. In CHRI-
STO enim Ieſu neq; circunciſio quicq̃
valet,neq; præputium, ſed fides quæ per dilectionem operatur. Nam fides quæ per dilectionem non operatur, proculdubio ſe-
Iacob.3. cundum Apoſtolum Iacobum, mortua eſt in ſemetipſa. Qui rurſus ait, Si fidem diceat,ſe quis habere, opera autem non habeat,numquid poterit fides ſaluare eum? Porrò autem ſi homo ſceleratus propter fidem ſolam per ignem ſaluabitur, & ſic eſt, acci-
1.Co. 3. piendũ, quod ait beatus Paulus Apoſtolus, Ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem: poterit ergo ſaluare ſine operibus I-
des, & falſum erit quod dixit eius coapoſto-
1.Co.6. lus Iacobus. Falſum erit & illud quod idem
C ipſe Paulus dixit, Nolite,inquit,errare: neque fornicatores, neq; idolis ſeruientes, neque adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neque maledici, neq; ebrioſi, neq; rapaces, regnũ Dei poſsidebunt. Si enim etiam in iſtis perſeuerantes criminibus, tamen propter fidem CHRISTI ſalui erunt, quomodo in regno dei non erunt? Sed quia hæc Apoſtolica manifeſtiſsima & apertiſsima teſtimonia falſa eſſe non poſſunt, illud quod obſcure dictum eſt de his qui ædificant ſuper fundamentum,quod eſt CHRISTVS, non aurum, non argentum, non lapides precioſos, ſed ligna, fœnum, ſtipulam: de his enim dictum eſt, quòd per ignem ſalui erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt: ſic intelligendum eſt, vt his manifeſtis, non inueniatur contrarium eſſe. Ligna quippe, & fœnum,& ſtipula non abſurde accipi poſſunt rerum ſeculariũ,quanuis licite conceſſarum, tales cupiditates, vt amitti ſine animi dolore non poſsint. Cum autem iſte dolor vrit, ſi CHRISTVS in fundamento locum habet:id eſt, vt ei nihil anteponatur,& malit homo, qui tali dolore vritur, rebus, quas ita diligit, magis carere quàm CHRISTO, per ignem fit ſaluus. Si autem res huiuſmodi temporales ac ſeculares tempore tentatio- D
nis maluerit tenere q̃ CHRISTVM, cum in fundamento non habuit: quia hæc priore loco habuit, cum in ædificio non ſit aliquid prius fundamento. Ignis.n.de quo eo loco locutus eſt Apoſtolus Paulus, talis debet intelligi, vt ambo per eum tranſeant .i.& qui ædificat ſuper hoc fundamentum, aurum,argentum, lapides precioſos: & qui ædificat lignum, fœnum, ſtipulam. Cum enim hoc dixiſſe, adiunxit, Vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus 1.Cor.3.
permanſerit, quod ſuperædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus autem exuſtũ fuerit, damna patietur: ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Non ergo vnius eorum,ſed vtriuſq; opus ignis probabit. Eſt quidem ignis tentatio tribulationis, de quo aperte alio loco ſcriptum eſt, Vaſa Eccleſia
figuli probat fornax,& homines iuſtos ten- ſtici.27.
tatio tribulationis. Iſte ignis in hac interim vita facit quod Apoſtolus dixit, ſi accidat duobus fidelibus, vni.ſ.cogitanti quæ Dei 1.Co.7.
ſunt,quomodo placeat Deo: hoc eſt, ædifi- E
canti ſuper CHRISTVM fundamentum,aurum, argentum, lapides precioſos: alteri autem cogitanti ea quæ mundi ſunt, quomodo placeat uxori.i. ædificanti ſuper idem fundamentum, ligna,fœnum,ſtipulã: illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit,quorum amiſsione crucietur. Exuritur autem opus huius,quoniam ſine dolore non pereunt, quæ cum amore poſſeſſa ſunt. Sed quoniã alterutra conditione propoſita, eis potius carere malit, q̃ Chriſto, nec timore

more amittẽdi talia deserit CHRISTVM, quamuis doleat dum amittit, saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem: quia vrit eum rerum dolor, quas dilexerat, amissarũ, sed non subuertit neq; consumit, fundamenti stabilitate atque incorruptione munitũ. Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, & vtrum ita sit quæri

Purgatorium. potest, Et aut inueniri, aut latere, nonnullos fideles per ignem quendam purgatoriũ, quanto magis minusve bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusq; saluari: non tamen tales, de quibus dictum est, quòd regnum dei non possidebunt, nisi conuenienter pœnitentibus eadem crimina remittantur. Conuenienter autem dixi, vt steriles in eleemosynis non sint, quibus tantum tribuit scriptura diuina, ut earum tantum-

F modo fructum se imputaturum prænunciet dominus dextris, & earum tantummodo sterilitatem sinistris, quando his dicturus

Mat.25. est, Venite benedicti patris mei percipite regnum dei: illis autem, Ite in ignem æternũ. Hæc de duobus opusculis meis satis puto quæstioni tuæ fuisse responsa. De illa vero sententia Domini, Non exies inde, do-

Matt.5. nec reddas nouissimum quadrantem: respondere mihi necesse non fuit, cum iam tuipse, quæstionem similem ex Euangelij lectione soluisti, vbi scriptum est, Non cognouit eam donec peperit. Sanè vt non te cælem de hac re cogitationem meam, vellem, si fieri posset, immo vero volo,

Matt. 1. si fieri potest, in hac quæstione veritate superari. Illud enim quod dicitur, quandoque, & si plurimi temporis, eos qui in catholica communione moriuntur, quãuis vsq; in finem vitæ huius flagitiosissime & sceleratissime vixerint de pœnis vltricibus exituros, familiarius meum tangit affectũ, quẽ habemus circa eos, qui nobiscum corporis & sanguinis Christi sacramenta communicant: quamuis eorum mores perditos ode-

G rimus, quos disciplina Ecclesiastica emendare non possumus, aut à mensa dñica separare: sed à veritate vinci volo, quæ sacris literis apertissime non resistit. Non.n. quæ resistit, dicenda est ulla ratione veritas, uel putanda. Sed interim donec audiamus tale aliquid aut legamus, auscultemus ei qui dicit,

1.Co.6. Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes: & cætera, regnũ dei possidebũt, quia si talia sunt, quæ contradicunt horũ verborum Apostolicorum manifestationẽ in alios sensus ducere nequeant, profecto aduersus ea nos instruxit, & paratos esse voluit idem Apostolus dicens, Hoc autem scitote intelligentes quoniam omnis fornica- Ephe.5.
tor, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Cum ergo audierimus quosdam fornicatores, & immundos, & auaros pigné saluari, vt habeant hæreditatem in regno Christi & dei, non obsurdescamus contra istum reclamantem & dicentem, Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei: & ne acquiescamus illius verbis continuo subijcientem. Nemo vos seducat ina- H
nibus uerbis. Vtrum oblatio, quæ fit pro ꝗstio. 2.
quiescentibus, aliquid eorum cõferat animabus, cũ euidenter nostris aut subleuemur actibus, aut grauemur: cum siquidem legamus, ꝙ in inferno nemo possit iam confiteri. Ad quod multi dicunt, ꝙ si aliquis beneficij in hoc locus possit esse post mortem, quanto magis sibi anima ferret ipsa refrigeria, sua per se illuc confitendo peccata, quã in eorum refrigerium ab alijs oblatio procuratur. Dixi aliquid de hac in re eo libro, quem nuper ad sanctum Paulinũ Nolanũ Episcopum scripsi, cum me consuluisset, Vtrum sepultura, quæ fit in memorijs martyrum, prosit aliquid spiritibus mortuorum. De cura pro mortuis.c.1.
Inde est hoc quod his ad te literis infero, Diu, inquam, sanctitatis tuæ coepiscope venerande Pauline scriptorum debitor fui, ex quo mihi scripsisti per homines filiæ nostræ religiosissimæ Floræ, quærens à me, vtrum prosit cuiq; post mortẽ, ꝙ corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepeliatur. Hoc enim abs te vidua memorata petierat, pro defuncto in eis partibus filio suo, & rescripseras consolans eam, idq; etiam nunc ans de cadauere fidelis iuuenis Cynegij, I
quod materno & pio affectu desiderauit esse completum, vt scilicet in beatissimi Fœlicis confessoris Basilica poneretur. Qua casione factum est, vt per eosdem perlatores literarum tuarum ingereres huiuscemodi quæstionem: atq; vt responderẽ quid mihi exinde videretur exposcens, nec tacens ipse quid sentias: nam dicis videri tibi, non esse inanes motus animorum religiosorum atque fidelium pro suis ita curantium. Adiungis etiam uacare non posse ꝙ vniuersa pro defunctis Ecclesia supplicare consue-

uit: vt hinc & illud conijci possit, homini prodesse post mortem, si fide suorum humando eius corpori, talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam isto modo quæsita sanctorum. Sed cum hæc ita sint, quomodo hnic opinioni cõtrarium

2.Co.5. non sit, quod ait Apostolus, Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; secundum ea quæ ꝑ corpus gessit, siue bonum, siue malum: non te satis videre significas. Hæc quippe Apostolica sententia ante mortem admonet fieri, quod possit prodesse post mortem: non tunc quando iam recipiendum est, quod quisque gesserit ante mortẽ. Verũ hęc ita soluitur quæstio, quoniam quodam vitæ genere acquiritur,

K dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent ista defunctos: ac per hoc secundum ea quæ per corpus gesserunt, eis quæ post corpus religiose pro illis facta fuerint, adiuuãtur. Sunt enim quos omnino nihil adiuuant ista, siue ꝑ eis fiant, quorum tam mala sunt merita, vt neq; talibus digni sint adiuuari: siue pro eis, quorum tam bona sunt, vt talibus non indigeant adiumentis. Genere igitur vitæ, quod gessit quisq; per corpus, efficitur, vt prosint vel non prosint, quæcũq; pro illo pie fiunt, cum reliquerit corpus. nam meritum, per quod ista prosint, si nullum comparatũ est in hac vita, frustra quæritur post hanc vitam. Ita fit vt neq; inaniter Ecclesia, vel suorũ cura pro defunctis, quod potuerit religionis impẽdat: & tũ ferat vnusquisq; secundum ea quæ gessit per corpus, siue bonum, siue malum, reddente dño vnicuiq; secundum opera eius. Vt.n. hoc qđ impedit, possit ei prodesse post corpus, in ea vita est acquisitum, quam gesit in corpore. Dixi ẽt

E tale aliquid ad Laurentium, quod ita se habet. Tempus autẽ, inq̃, quod inter hominis

In Enchiridio. c. 109. & seq.13 mortem & vltimam resurrectionem positũ est, animas abditis receptaculis cõtinet: sicut vnaquæq; digna est vel requie, vel erũna, pro eo quod tortita est in carne, dum uiue-

L ret. Neq; negandum est defunctorum animas pietate suorum uiuentiũ releuari, cum Tẽpus. pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel eleemosinæ in Ecclesia fiunt. Sed eis hęc ꝑ sunt, qui cum uiuerent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem: nec tam malus, ut ei non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono, vt hæc non requirat: est & rursus talis in malo, vt nec his valeat, cũ & eleemosinæ uita transierit, adiuuari. Quocirca hic mosinæ omne meritum comparatur, quo post hanc & sacrifi vitam possit releuari quispiam, vel graua-cium & ri. Nemo autem se speret, quod hic negle-hmõi. xit, cum obierit, apud deum promereri. Nõ igitur ista, quæ pro defunctis, commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sententiæ, qua dictum est, Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundum ea, quæ per 2.Co.5.
corpus gesit, siue bonum, siue malum, quia etiam hoc meritum sibi quisque, cum in corpore viueret, comparauit, vt ei possent ista prodesse: non enim omnibus prosunt. Et quare non omnibus prosunt, nisi M
propter differentiam vitæ, quam quisque gesit in corpore? Cum ergo sacrificia, siue altaris, siue quarumcunque eleemosinarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro non ualde malis propitiationes sunt, pro ualde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunque uiuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut adhuc prosunt, ut sit plena remissio: aut certe vt tolerabilior fiat ipsa damnatio. Tertia tua quæstio est, Vtrũ sta- ꝗstio. 3.
tim in aduentu dñi credendum sit futurum esse iudicium, an spatio interposito temporis? in cuius diebus aduentus, quoniam legimus, inquis, ꝙ qui supererunt, rapientur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic sem- 1.Thess.
per cum domino futuri sunt: nosse desidero, 4.
vtrum mox iudicium comitetur aduentum: & ij qui rapientur in nubes, an soluantur in mortem? nisi forte ad vicem mortis ipsam immutationem debeamus accipere. Huic interrogationi tuæ, qua quæris, vtrum in aduentu domini mox credendum sit futurum esse iudicium, puto quod sufficiat fides symboli, qua confitemur Christũ à patris A
dextera esse vẽturum, ad viuos & mortuos iudicandos. Cum ergo ipsa sit ei causa veniendi, quid aliud acturus est mox vt venerit, nisi propter quod venict? De illis autem qui rapientur in nubibus, in quadam epistolà, quam scripsi ad filium meũ nomine Mercatorẽ, quæ incipit, Proculdubio notissimum uobis, cum me consuluisset, de quibusdam quæstionibus Pelagianorum, qui negant mortem esse peccato retributã, quatenus d[illegible]utauerim in subditis, Lege. Illi autem, inquam, de quibus dixit Apostolus,
cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum loqueretur de resurrectione mortuorũ, Et nos uiuentes, qui reliqui sumus simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & ita semper cum dño erimus: afferũt quidem aliquid qõnis, sed propter seipsos, non propter istos: nam & si nõ sunt etiam ipsi morituri, quid istos adiuuet, omnino non video, cũ talia de his dici possint, qualia de illis dicta sunt duobus, Enoch scilicet & Helia. Sed reuera quantũ ad uerba beati Apostoli pertinet, videtur asserere quosdam in fine seculi adueniente domino, cum futura est resurrectio mortuo
B rum, non mortuos, sed uiuos repertos, in illam immortalitatem, quæ sanctis etiam cæteris datur, repente mutandos, & simul cũ illis rapiendos, sicut dicit, in nubibus. Nec aliquid aliud mihi visum est, quotiens de his verbis uolui cogitare. Sed uellem hinc potius audire doctiores: ne illis etiam qui putant aliquos morte non præcedente viuificatos, ad vitam transituros perpetuã dice-
1.Co.15. re inueniatur Apostolus, Stulte tu quod seminas, non viuificatur, nisi prius moriatur. Nam & illud quod in plerisq; codicibus legitur, Omnes resurgemus: vnde fieri potest, nisi oẽs moriamur? Resurrectio quippe, nisi mors præcesserit, nulla est. Et quod nõnulli codices habent, omnes dormiemus: multo facilius & apertius id cogit intelligi: & si quid aliud tale in sanctis libris inueniatur, ad id videtur impellere, vt nullos hominum existimemus immortalitatem, nisi mors præcesserit, adepturos: Proinde ubi di
1.Thes. xit Apostolus, Et nos uiuentes qui reliqui
4. sumus, in aduentu dñi non præuenjemus eos qui aute dormierunt: ipse.n.dñs in iussu & in uoce archangeli & in tuba Dei de-
C scendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primi: deinde nos uiuentes, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera, & ita semp cũ dño erimus. Vellẽ de his verbis, vt dixi, audire doctiores: & si mihi potuerint hæc ita exponi vt in eis posit intelligi, oẽs homines qui uiuunt, vel post nos victuri sunt, esse morituros, corrigere quod hinc aliquãdo aliter sensi. Neq; enim debemus esse indociles doctores, & certe melius homo corrigitur prauus, q̃ frangitur durus: cum ijs quæ descripsimus, ita nostra vel aliorum exerceatur vel erudiatur infirmitas, vt tamen in eis nulla uelut canonica constituatur authoritas. Si autem in his verbis Apostoli nullus alius sensus poterit reperiri, & hoc eum intelligi voluisse clarueri, quod uideantur ipsa uerba clamare: id est, q̃ futuri sint in fine seculi, & secundo aduẽtu domini, qui 2.Co.5.
non expolientur corpore, sed superinduantur immortalitate, ut absorbeatur mortale à uita: huic sententiæ proculdubio conueniet, quod in regula fidei confitemur, uenturum dñm, iudicaturum viuos & mortuos: ut non hic intelligamus viuos iustos, mortuos aũt iniustos, quamuis iudicandi sint & iusti & iniusti: sed viuos, quos nõdũ exiisse; mortuos aũt, quos iã exiisse de corporibus, D
aduentus eius inueniet. Quæ si ita esse constiterit, illa uerba excutienda erunt quomodo sic accipiamus, Tu quod seminas non vi 1.Co.5.
uificatur, nisi prius moriatur: & illud, Oẽs resurgemus: siue, oẽs dormiemus: vt non aduersentur huic sententiæ, qua quidam creduntur etiam cũ suis corporibus in æternũ non gustata morte victuri. Sed vtrumlibet horum veracior & perspicacior intellectus inueniatur, quid ad causam pertinebit istorũ, siue omnes debita morte plectãtur, siue aliquibus ab hac exceptis conditione parcatur: cũ tamen constet non solũ mortem animæ, verumetiam corporis secuturam non fuisse, si peccatum non præcessisset: & gratiæ mirabiliore virtute iustos à morte ad æternam beatitudinẽ reuiuiscere, q̃ in mortis experientiam non uenire. Hæc propter illos, de quibus mihi scripsisti, satis dicta sint: quamuis eos iam non existimẽ dicere, ẽt si non peccasset Adam, fuisse vel corpore morituũ. Cæterum quod attinet ad quæstionem resurrectionis, propter illos qui creduntur non esse morituri, sed ex hac mortalitate ad immortalitatem sine morte media transituri, inquisitio diligentior adhibenda E
est, & si quid hinc absolutũ ac definitum disputatione rationabili atque perfecta vel audisti, vel legisti, vel etiam ipse adhuc audire, aut legere, aut excogitare potueris, peto mihi mittere non graueris. Ego enim, quod cõfitendũ est charitati tuæ, plus amo discere q̃ docere. nam hoc admonemur etiã dicente Apostolo Iacobo, Sit aũt omnis homo ve- Iaco. 1.
lox ad audiendum, tardus autem ad loquẽdum. Vt ergo discamus, inuitare nos debet suauitas veritatis: vt aũt doceamus, cogere necessitas charitatis: vbi potius orandum est, vt transeat ista necessitas qua hominẽ docet aliquid homo, & simus oẽs docibiles Esa. 54.
dei: quãuis & hoc simus, cum ea quæ ad ve- Ioan. 6.
ram

ram pietatem pertinent, discimus, etiam q̃n
1.Co.3. illa docere videtur homo: quia neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrimentum dat deus. Cum itaque si deus incrementum non daret, non essent Apostoli plantatores & rigatores: quanto magis ego vel tu vel quilibet huius temporis homines, quando nobis videmur esse do
quæst.4. ctores? Quarta tua quæstio est, quare di-
Psal.3. xerit Dauid, Potens in terra erit semẽ eius,
F generatio rectorum benedicetur, cum sciamus iustorum filios & fuisse & esse maledictos: & iniustorum, & fuisse & esse bñdictos. Huic quæstioni de Psalmo ipsius expositione respondeo, quem cum in populo tractarẽ, dixi, Btũs enim vir qui timet dominum, in mandatis eius volet nimis. Viderit deus qui solus & ueraciter & misericorditer iudicat, quanta iste proficiat in mandatis eius quo-
Iob.7. niam tentatio est vita humana super terrã,
Sapiẽ.9. sicut sanctus Iob dicit. Et iterum scriptum est, Quoniam corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Qui au-
1.Co.14 tem iudicat nos, dominus est. Nec ante tempus iudicare debemus, donec veniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tũc laus erit vnicuique à deo. Viderit ergo ille quantum quisque proficiat, in mandatis eius tamen volet nimis, qui pacem illius coædificationis adamauerit: nec iam desperare de-
Lucæ.2. bet, quoniam in mandatis eius volet nimis,
pax in terra hominibus bonæ voluntatis.
Gala. 6. Vnde, Potens in terra erit semen eius. Et
G semen futuræ messis, opera esse misericordiæ, Apostolus testis est qui dicit, Bonum
1.Co.9. autem facientes non deficiamus. Tempore enim proprio metemus non deficientes. Et iterum, Hoc autem, inquit, qui parce se-
Luc.19. minat, parce & metet. Quid autem fratres
Luc.21. potentius, quàm vt regnum cœlorum non solum Zachæus emat dimidio rerum suarũ, sed & vidua duobus minutis: & tantundem ibi vterq; possideat? Quid potentius, q̃ vt idem regnum & thesauris diuitis, & calicis aquæ frigidæ pauperis valeat? Sunt autem qui ista faciunt dum terrena cõquirunt, aut
Psal,74. hic mercedem sperantes à domino, aut hominibus placere cupiẽtes. Sed generatio rectorum benedicetur. id est, opera eorũ quorum bonus deus Israel, qui recto sunt corde. Rectum autem cor est, non resistere patri emendanti, & credere pollicenti, non eorum qnibus commouentur pedes, & effunduntur gressus atq; labũtur, sicut in alio Psal.27.
Psalmo canitur, dum zelant in peccatoribus, pacem peccatorum videntes, & putant perire opera sua, quia non eis merces redditur peritura. At iste vir qui timet dominũ, & in templum sanctum dei conuersione recti cordis aptatur, nec gloriam hominum quærit, nec terenas diuitias concupiscit, & tamen gloria & diuitiæ in domo eius. Do- H
mus enim eius cor eius est, vbi deo habitante opulentius habitat, cum spe vitæ æternæ, q̃ hominibus habitaantibus in marmoratis laqueatisq; tectis, cum timore mortis æternæ. Huius enim iustitia manet in seculũ seculi. Ipsa eius gloria, ipsa diuitiæ. Illius autem purpura & byssus & epulæ splendidæ, & cum præsto sunt, transeunt, & cum ad finem venerint, aquæ guttam ex digito stillantem desiderans, ardens lingua clamabit. Hæc sunt quæ in dicto Psalmo exposuisse me memini, & ad quæstionis tuæ quarto loco propositæ solutionem satis esse nunc existimo. Quinto autem loco id posuisti, vnde post omnia disputaturum me esse promisi. Sexta tua proposita est, Vtrum iuxta
historiam libri Regnorum, Pythonissa ip- Q6.6.
sum prophetam Samuelem de inferno euo- 1.Re.28
cauerit: Hoc à me beatæ memoriæ Simplicianus Mediolanensis Eps aliquando quæsiuit. Quid ergo ei responderim, subditum
lege, Item quæris inquam, vtrum spiritus qõne. I.
immundus qui erat in Pythonissa, potuerit agere, vt Samuel à Saule videretur, & loqueretur cum eo? Sed multo maioris miraculi est, q̃ ipse Satanas princeps omniũ immũdorum spirituum potuit loqui cum deo, & petere tentandum Iob iustissimum virũ, qui etiam Apostolos tentandos petijt. Aut
si hoc ideo non habet difficilem quæstionẽ, Iob.1.
quia per quam voluerit creaturam, cui voluerit creaturæ vbiq; præsens veritas loqui
tur, nec propterea magni meriti est cui lo- I
quitur, deus. Interest enim quid ipse loqua- Luc.2.
tur, quia & imperator cum multis innocentibus non loquitur, quibus prouidentissime consulit ad salutem, & cum multis nocentibus loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc propterea nulla quæstio est, nulla sit quæstio, quomodo etiam immundus spiritus, cum anima sancti viri loqui potuerit. Omnibus enim sanctis deus creator & sanctificator longe vtique maior est. Quod si hoc mouet, quòd licuerit maligno
spiritu

spiritui citare animam iusti,& tanq̃ de abditis mortuorum receptaculis euocare: nonne magis mirandum est, quòd Satanas ipsum dominum assumpsit, & constituit super pinnam templi? Quolibet.n.modo id
Mat.4. fecerit,ille etiam modus quo Samueli factũ est vt excitaretur, similiter latet. Nisi forte quis dixerit, faciliorem diabolo fuisse licentiam ad dominum viuum vnde voluit assumendum,& vbi voluit constituendum, q̃ ad Samuelis defuncti spiritum à suis sedi-
K bus excitandum. Quòd si illud in Euãgelio nos ideo non perturbat, quia dominus voluit atq; permisit nulla diminutione suæ potestatis & diuinitatis id fieri: sicut ab ipsis Iudæis quanquam peruersis atq; immũdis, & facta diaboli facientibus, & teneri se &
Mat.26. vinciri,& illudi, & crucifigi, atq; interfici
& 27. passius est: non est absurdum credere, ex aliqua dispensatione diuinæ voluntatis permissum fuisse,ut non inuitus, nec dominante aut subiugante magica potentia, sed volens atq; obtemperans occultæ dispensationi Dei,quæ Phythonissam illam & Saulem latebat, consentiret spiritus Prophetæ sancti se ostendi aspectibus regis, diuina eũ sententia percussurus. Cur.n.anima boni hominis à malis uiuis euocata si venerit, amittere videatur dignitatem suam,cũ & uiui plerunq; boni uocati ad malos veniãt,& agant cum eis quod officium postulat æquitatis, seruato atq; inconcusso decore uirtutis suę, & illorũ vitijs pro rerum præsentium, vel vsu vel necessitate tractatis? Quanquam in hoc facto potest esse alius facilior exitus,& expeditior intellectus, vt non vere spiritum Samuelis excitatum à requie sua credamus, sed aliquod phantasma, & imaginariam illusionem diaboli machinationibus factam:
L quam propterea scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines earum rerum nominibus appellari,quarum imagines sunt: sicut omnia quæ pinguntur atque finguntur ex aliqua materia metalli, aut ligni,vel cuiusq; rei aptæ ad opera huiusmodi: quæ etiam videntur in somnis, & omnes ferè imagines earum rerũ,quarũ imagines sunt, appellari solent nominibus. Quis enim est qui hominẽ pictum dubitet uocare hominem,quandoquidem & singulorũ quorumque picturam cum aspicimus, propria quæq; nomina incunctanter adhibemus: vt aut intuentes tabulam aut parietẽ dicimus, Ille Cicero est, ille Salustius, ille Achilles, ille Hector: hoc flumen Simois, illa Roma, cùm aliud nihil sint quàm pictæ imagines? Vnde cherubin cum sint cœlestes virtutes facta tamen ex metallo, quod imperauit deus, super arcam testamenti ma- Exo.25.
gnæ rei significandæ gratia,non aliud quàm cherubin illa quoq; figmenta vocitantur. Item quisquis vidit somnium, non dicit, Vidi imaginem Augustini, aut Simplicianum: sed uidi Augustinum, aut Simplicianum, cum eo tempore quo tale aliquid vidit, nos ignoraremus: vsqueadeo manifestum est, Gen.41.
non ipsos homines,sed imagines eorum ui- M
deri. Et Pharao spicas se dixit vidisse in somnis,& boues,non spicarum aut boum imagines. Si igitur liquido constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt, easdẽ imagines appellari: non mirũ est q̃ scriptura dicit Samuelem visum, etiam si forte 1. Reg.
imago Samuelis apparuit machinamento e- 28.
ius,qui transfigurat se velut angelum lucis, 2.Cor.11.
& ministros suos uelut ministros iustitiæ. Iam uero si illud mouet, quomodo & à maligno spiritu Sauli vera prædicta sint,potest
& illud mirum videri, qũo dæmones agno- Matt.8.
uerint Christum,quem Iudæi non agnoscebant. Cum.n.vult deus etiam per infimos infernosq́; spiritus aliquem uera cognoscere,temporalia duntaxat, atq; ad istam mortalitatem pertinentia: facile est & non incongruum, vt omnipotens & iustus ad eorum pœnam quibus ista prædicantur,vt malum quod eis impendet antequam ueniat prænoscendo patiantur occulto apparatu mysteriorum suorum etiam spiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, vt quod audiunt ab angelis, prænuncient hominibus. Tantum autem audiunt,quantum omnium dominus atque moderator,vel iubet, A
vel sinit: vnde etiam spiritus Phythonicus in Actibus Apostolorum attestatur Paulo Act.16.
Apostolo, & Euangelistæ esse conatur. Miscent tamen isti fallacias,& uerum quod nosse potuerint,non docendi magis q̃ decipiendi fine prænunciant. Et forte hoc est,q̃ cũ
..la imago Samuelis Saulem prædiceret mo- 1. Reg.
riturum,dixit etiam secum futurum, quod 28.
vtiq; falsum est. Magno quippe interuallo post mortem separari bonos à malis in Euangelio legimus,cum dominus inter super Luc.16.
bum illũ diuitem, cũ iam apud inferos tormenta pateretur: & illum qui ad eius ianuam ulcerosus iacebat, iam in requie constitutum, magnum chaos interiectum esse testetur.

testetur. Aut si propterea Samuel Sauli di-
1. Reg. xit,Mecum eris: vt non ad æqualitatem fœ-
28. licitatis, sed ad parem conditionem mortis referatur,eo q̃ vterq; homo fuerit, & uterque mori potuerit, iamq; mortuus, mortẽ viuo prænunciabat. Perspicit, quantum opinor, prudentia tua, secundum utrunque intellectum habere exitum illam lectionem, quę non sit contra fidem: nisi forte profundiore & perplexiore inquisitione, quæ uel
B uiriũ mearum, uel temporis excedit angustias,inueniatur ad liquidum, vel posse vel non posse animam humanam, cũ ex hac vita migrauerit,magicis carminibus euocatã, viuorum apparere conspectibus, & corporis lineamenta gestantẽ, vt non solũ uideri ualeat,sed & agnosci. Et si põt, vtrũ & iusti anima,non quidem cogatur magicis sacris, sed dignetur ostẽdi occultioribus mysteriis summæ legis obtemperans,ut si fieri nõ possit clarueri,non uterq; sensus in huius scripturæ tractatione atq; expositione admittatur, sed illo excluso imaginaria similitudo Samuelis diabolico ritu facta intelligatur. Sed quoniam siue illud fieri possit, siue non possit, tamen fallacia Satanæ atq; imaginũ simulandarum callida operatio decipiendis humanis sensibus multiformis inuigilat: hæc diximus pedetentim quidem, ne inquisitionibus diligẽtioribus præscribamus, sed tamen potius existimemus tale aliquid factum à maligno spiritu Phythonissæ illius ministerio, quandiu nobis aliquid amplius excogitare atque explicare non datur.
C Hæc sunt quæ tunc de Phythonissa & Sa-
ſtio. 7. muele scripsi. Septima tua propositio est, Qualiter satisfaciendum sit eis, qui dicunt Saram stuprum non effugisse, cum dicant Abimelech ab eius cœuentione somnio esse reuocatum, & immissum in eius copu-
Gen.12. lam Pharaonem: Non uideo, cur ad hoc credendum scriptura nos cogat. Accepit enim eam quidem uxorem, continuoq́; ditatus est Abraham multis Aegyptiorũ muneribus propter illã: sed non scriptum est,q̃ cum ea Pharao dormierit, ciq́; permixtus sit,quoniam deus eum multis magnisq́; cladibus affligendo id facere non permisit. Nõ enim placitæ regibus ad coniugium fœminæ mox etiam carne copulabantur. Sed si-
Hest. 2. cut legimus in libro qui prænotatur Hester, per aliquot menses immo per totum annum, vnguentis pigmentis & aromatibus accurabantur earum corpora, priusquã cœrpori regio miscerentur. Hoc ergo spatio facta sunt illa quæ scripta sunt donec Pharao contritus & exterritus, marito restituisset vxorem. Abimelech autem quoniam somnio est ab eius commixtione prohibitus, ideoq́; Saram nouisse stuprum contendunt: putant utiq; regem vt somniaret, non nisi post eius concubitum dormire potuisse. Quasi uero vt omittam tempus quo accurabantur vt supra dixi ad uoluptatem D
regiam corpora fœminarum, non potuerit Deus priusquam conuenirent eum mergere in somno, & admonere per somnium. Dicam quod factum est in Mauritania Sicifensi. Neque enim Deus sanctorum,non ipse est etiam Deus? Viduam in proposito continentiæ constitutam Celeichius quidã catheeumenus iuuenis rapuit, ut haberet vxorem. Antequam concumberet pressus somno,& territus somnio, Sicifensi Episcopo eandem vehementissime requirenti, reuocauit intactam. Viuunt adhuc de quibus loquor. Ille baptizatus. & ipso in se facto miraculo conuersus ad dñm,ad Episcopatum mirabili probitate peruenit, illa in lib.22.c.
sancta uiduitate perstitit. Quid autem dixe- 33.
rim contra Faustũ Manichæum, cũ calumniaretur patriarchæ Abrahæ.s. q̃ vxorem suam duobus regibus ad concubitum vendi tasset,indignansq́; subieci. Quod autem iustum & fidelem virum matrimonij sui infamosissimum nundinatorem appellans, a-
uaritiæ ac vẽtris causa duobus regibus,Abimelech ac Pharaoni diuersis temporibus Gen.12.
Saram coniugem suam sororem mentitum, & 20.
quia erat pulcherrima, in concubitum asserit venditasse, non ore veridico à turpitudi E
ne separat honestatem, sed ore maledico totum uerit in crimen. Hoc enim Abrahæ factum lenocinio simile videtur, sed non valentibus ex illius æternæ legis lumine à peccatis recte facta discernere: quibus & constantia, pertinacia videri potest,& virtus fiduciæ, vitium putatur audaciæ,& quæcunque similiter obijciuntur quasi non recte agentibus à non recte cernentibus. Neq; .n. Abraham flagitio cõsensit vxoris, eiusq; vendidit adulterium: sed sicut illlla famulã suam non libidine mariti permisit, sed officio generandi ultro obtulit, nequaquam turbato ordine naturali, vbi eius potestas erat iubens potius obedienti, quàm cedens concupiscenti: sic & ipse coniugem castam, & casto corde sibi coherentem, de cuius animo

animo ubi pudicitiæ uirtus habitat, nullo modo dubitabat, tacuit vxorem, dixit sororem: ne se occiso ab alienigenis atq; impijs captiua possideretur, certus de deo suo q̃ nihil eam turpe ac flagitiosum perpeti sineret. Nec eum fides aut spes fefellit. Namq; Pharao territus monstris, multisq; propter eam malis afflictus, ubi eius esse uxorem diuinitus didicit, illæsam cũ honore restituit. Abimelech autẽ somnio cõmonitus, & edo-
F ctus, similiter fecit. Nouissime exponen-
quæst. 8. dum poscis de spiritu dei qui superferebatur super aquã. Quidam. n. asseuerant, inquis, spiritum sanctũ, alij mundanum spiritum dicunt, dicentes, quia non potuit historiographus cũ creaturis enumerare creatorẽ, nec huic locum aliquem deputare, qui vbiq; sit totus, cũ patre videlicet atq; filio. Quid er-
Cap. 4. go istorum senserim, ex primo libro eorũ
& sequ. quos de Genesi duodecim, sicut potui, non secundum allegorias, sed secundum rerũ gestarum fidem scripsi, & in hoc opusculum transtuli. Inest, inquam, deo benignitas summa & sancta, & iusta: & quidam non ex indigentia, sed ex beneficentia veniens amor in opera sua. Propterea priusquam scriberetur dixit Deus, Fiat lux, præcesserit scriptu-
Genc. 1. ra dicens, Et spiritus Dei superferebatur super aquam: quia siue aquæ nomine appellare voluit totam corporalem materiam, vt eo modo insinuaret, vnde facta & formata sint omnia, quæ in suis generibus iam dignoscere possumus: appellans aquam, quia ex humida natura videmus omnia in terra per species uarias formari atque concrescere: siue spiritalem vitam quandam an-
G te formam conuersionis, quasi fluitantem, superferebatur vtiq; spiritus dei: quia subiacebat. s. bonæ voluntati creatoris, quicqd illud erat, quod formandum perficiendũq; inchoauerat: vt dicente deo in verbo suo Fiat lux, in bona voluntate: hoc est, in beneplacito eius, pro modo sui generis maneret quod factum est. Et ideo rectum est qd placuerit deo, scriptura dicente, Et facta est lux, Et vidit Deus lucem quia bona est, uti quemadmodum in ipso exordio inchoatæ creaturæ, quæ ex cœli & terræ nomine, propter hoc quod de illa perficiendum erat, commemorata est, trinitas insinuatur creatoris: nam dicente scriptura, In principio fecit Deus cœlum & terram: intelligimus patrem in dei nomine, & filiu in principij nomine, qui non patris, sed per seipsum creaturæ primitus, ac potissimum spiritalis creaturæ, & consequenter etiam vniuersæ creaturæ principium est, Dicente autem scriptura, Spiritus dei superferebatur super aquam: completam commemorationẽ trinitatis agnoscimus: Ita & in conuersione atque perfectione creaturæ, vt rerum species digerantur, eadem trinitas insinuatur, uerbum dei, scilicet & verbi generator, cum dicitur, Dixit deus: & sancta bonitas in qua deo placet quicquid ei pro suæ na uræ mo- H
dulo perfectum placet, cum dicitur, Vidit Deus quia bonum est. Sed cur commemorata prius, quamuis imperfecta creatura, postea commemoratur spiritus Dei, prius dicente scriptura, Terra autem erat inuisibilis & incompositа, & tenebræ erant super abyssum: ac deinde inferente, Et spiritus Dei superferebatur super aquam? An quoniam egemus atque indigus amor ita diligit, vt rebus quas diligit subijciatur: propterea cum memoraretur spiritus Dei, in quo sancta eius beneuolentia dilectioq; iuelligitur, superferri dictus est: ne faciendo opera sua, per indigentiæ necessitatem potius, q̃ per abundantiam beneficentiæ Deus amare putaretur? Cuius rei memor Apostolus dicturus de charitate, supereminentẽ viam demonstraturum se ait. Et alio loco, 1. Cor.
Supereminentem, inquit, scientiæ charita- 12.
tem Christi. Cum ergo sic oporteret in- Ephe. 3.
sinuare spiritum Dei, vt superferri diceretur, commodius factum est, vt prius insinuaretur aliquid inchoatum, cui superferri diceretur: non enim loco, sed omnia superante ac præcellente potentia. Iam nũc Qó. 5.
illud quod reddẽdum distuleram, paulisper Act. 13.
intende. Quæris enim quare dixerit dominus nimirum præscius futurorũ, Elegi Dauid secundum cor meum, cum talia tantaq; ipse homo cõmiserit. Quod quidem, si de ipso Dauid, qui reprobato Saule & extincto, fuit rex Israel, dictum intelligamus, magis quia deus præscius futurorum, est, præuidit in eo tantam pietatem, tamq; ueracem pœnitentiam, vt esset in eorum numero, de quibus ipse dicit, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ tecta sunt peccata, Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatum. Cum ergo præsciret eum Deus peccaturum, & peccata sua pia humilitate & sincera pœnitentia deleturum, cur non diceret, Inueni Dauid secundum cor meum, cui non erat imputaturus peccatum

tũm tam multa bona facienti, & cum tanta pietate viuẽti, & ipsa pietate p̃ peccatis suis sacrificium contriti spiritus offerenti? Propter hæc omnia verissime dictum est, Inueni Dauid secm cor meum: quia licet secundum cor dei non esset, quòd ille peccauit: tñ secundũ cor dei fuit, q̃ pro peccatis suis con-
K grua pœnitentia satisfecit. Hoc solum ergo in illo secundum cor dei non fuit. quod illi deus non imputauit. Hoc itaq; ablato, id est, non imputato, quid remansit nisi vnde verissime diceretur, Inueni Dauid secundum cor meum? Si autem hoc prophetice dictum de Christo velimus accipere, nullus nodus quæstionis occurret, nisi forte vt quæratur
Christus Dauid appellatus est. a nobis quomodo Christum recte isto nomine vocare potuerit. Sed respondemus p̃ p̃ semen Dauid, ex quo carnem Christus assumpsit, nec sine exemplo rationẽ huius in
Ezc. 34. Christo nominis reddimus. Inuenimus q̃ p̃ po apertissime Iesum Christũ apud prophetam Ezechielem Dauid esse apellatum, vbi legitur ex persona dei patris, Et suscitabo super pecora mea pastorem vnum qui pascat ea, seruum meum Dauid, & ipse pascet ea, & ipsa erit his in pastorem, Ego autem dñs ero eis in deum, & seruus meus Dauid prin-
Ezc. 37. ceps in medio eorum, ego dominus locutus sum. Et alio loco, Et rex, inquit, vnus erit omnibus imperans, & nõ erũt vltra duæ gẽtes, nec diuidentur amplius in duo regna, neque polluentur vltrà in idolis suis, & abominationibus suis, & in cunctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciã de vniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt, & mundabo eos, Et erũt mihi populus, & ero eis deus, &
L seruus meus Dauid rex super eos & pastor vnus erit omniũ eorum. Osee quoq; Propheta, cum prænunciaret tempus Iudæorũ, quale nunc habent, & in Christum eos postea credituros, eundem Christum Dauid nomine prophetauit dicẽs, Q̃m diebus mul-
Osee. 3. tis sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus. Sic nunc esse Iudæos ambigit nemo. Sed quod ait Apostо-
Ro. 11. lus Paulus gẽtibus loquens, Sicut enim vos aliq̃n non credidistis deo, nunc aũt misericordiã consecuti estis p̃ p̃ incredulitatem illorum: ita, & isti nunc non crediderunt in vestra misericordia, vt & ipsi misericordiã consequantur. Hoc Propheta iste tanto ante prædicens secutus adiunxit, Et postea reuertentur filij Israel, & inquirent dominum deum suum, & Dauid regem suum, & stupescent in domino, & in bonis ipsius in nouissimis diebus. Ecce & hic per Dauid non ne prophetatus est Christus, quoniã quando ista prophetabãtur, ille Dauid rex Israel iam olim ante dormierat: dominus autẽ Iesus ex eius semine fuerat in carne venturus, propter quod prophetico loquẽdi modo appellabatur Dauid. Videtur autem Apostо- M
lus hoc testimonium ita posuisse in Actibus Acto. 13
Apostolorum, vt non nisi de illo rege Dauid qui Sauli succesit possit intelligi, Nam inter cætera, Exinde, inquit, postulauerunt regem & dedit illis deus Saul filium Cis, virum de tribu Beniamin annis quadraginta, Et amoto illo suscitauit illis Dauid regem, cui & testimonium perhibens dixit, Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Sed quando secutus adiunxit & dicit, Huius Deus ex semine, secundum promissionem, adduxit Israel saluatorem Iesum: altius significauit in domino Iesu potius esse intelligendum illud testimonium, qui vere facit omnes voluntates dei patris, quàm in illo rege Dauid, qui licet secundum superiorem disputationem remissis peccatis propter ipsam quoque piam pœnitentiam non immerito dici possit inuentus secundum cor dei, tamen omnes voluntates dei quomodo fecit? Qui cum excellentissime laudaretur, quando eius tempora, & facta enarrantur: notatus est tamen quòd non destruxit excelsa, vbi sacrificabat populus dei contra præceptum dei, qui tantummodo in tabernaculo testimonij sibi sacrificari iusserat. quamuis etiam in eisdem excelsis eidem sacrificaretur deo. Quæ postmodum excelsa ex ipsius Dauid semine p̃pagatus rex Ezechias, A
cum testimonio magnæ suæ laudis euertit.

Sicut potui respondi inquisitionibus tuis. Si quid de istis rebus inuenisti melius, siue inuenire potueris, gratissimum habebimus, si nos feceris nosse. Ego enim, quod & supra de me commemorauit, magis amo discere q̃ docere.

Finis.

BSEXAGINTAQVINQVE Quęstionum Dialogus sub titulo Orosij percontantis, & Augustini respondentis.

PRAEFATIO.

C

Icet multi & probatissimi viri diuerso quidem stylo, sed non diuersa fide innumerabilia opuscula ediderint, ita ut difficile sit eorum omnia legere: ea tamen quæ leguntur, propter eloquij venustatē, & difficillimas quæstionum perplexitates minime intelliguntur: Reuera enim, dum nituntur propter altitudinem scripturæ diuinæ occultam viam carpere, paruitati nostræ ambiguitatem non minimam reliquerunt. Sunt etiam planè spiritales viri, qui eorum assequuntur eloquium, & penetrāt intellectum. Quorum vos dum concupiscentijs satisfacimus, præclaræ eorū scientiæ non æquamur, vt eas sicut illi intelligere valeamus. Quapropter quæso te, vt percōtanti mihi respondeas, & quæ obscuritatem faciunt, elucidare digneris. In primis igitur quæro abs te, vtrum deus Trinitas sit, & quibus testimonijs approbes, nosse desidero. Principium Geneseos eui denter ostendit. Ait enim, In principio fecit deus cœlum & terram. Quid autem principium intelligendum putabimus, nisi filium? Ipse enim de seipso, interrogantibus Iudæis quis esset, respondit, Principium qui & loquor vobis. Ergo principiū filius. Per filium fecit deus cœlū & terrā, Omnia per ipsum facta sunt, sicut Euangelista Ioannes narrat, & sine ipso factum est nihil. Procul dubio in dei nomine pater, in principij nomine filius intelligendus est. Profecto cū dixisset, In principio fecit deus cœlū & terrā: secutus adiunxit, Et spiritus dei ferebatur super aquas: qui tertia est in Trinitate persona. Igitur si Trinitas non esset, nunquā dñs noster Iesus Chr⁹ diceret discipulis suis, Ite baptizate oēs gentes in nomine patris, & filij, & spiritussanctī: nec baptizato domino in Iordane à Ioanne, vox de cœlo dixisset, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: nec spiritussanctus in columbæ specie descendisset super eum, & mansisse diceretur. Miror in fœlicē Sabellianorum hæresim, hoc est Patripassianorum, q̄ sic cæci sunt mente, vt tā præclara, tam aperta testimonia non attendant. Ipsi nanq; asserunt vnam esse personam. i. ipsum filium esse qui pater est, & ipsum & spm̄sanctum. Sed nos cæcitatem ipsorum relinquētes, tres personas secundum scripturas sanctas intelligamus. i. alium esse patrem qui genuit, alium filium qui genitus est à patre, alium spiritumsanctum: non aliud, quia substantia vnum sunt. Personas distinguimus, non deitatē separamus. Igitur filius dei natura est filius, non adoptione. Sic. n. scriptū est, Ex vtero, inquit, ante luciferum genui te. Non q̄ deus pater vterum habeat sicut nos, aut corporeus esse credendus sit, sed per vterum substantiam intelligi voluit, de qua natus est filius. Q̄ est pater, hoc genuit: deus deum, lux lucem. Igitur sicut homo hominem, & canis canē gignit. Nunquam aūt visum est vt homo genuerit canē. Ac per hoc non de nihilo, neque de aliquā alia substantia, sed de seipso filium genuit. De personarum distinctione, vel de geniti filij persona satisfactum mihi esse arbitror. Nūc quæro à te quid credas de spūsancto, vtrum & ipse ingenitus sit, an genitus. Spiritumsanctum neque ingenitum, neq; genitum fides certa declarat. Quia si dixerimus, ingenitū, duos patres affirmare videbimur. Si autem genitum, tunc duos filios credere culpabimur. Sed quod certa fides tenet, nec ingenitus est nec genitus, sed ab vtroq; procedens .i. à patre & filio. Et vt hæc testimonijs approbem, ipsum dñm nostrum Iesum Christum discipulos suos audi docentem, Cum autem venerit, inquit, paracletus quem ego mittam uobis à patre spiritum veritatis, qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et rursum ipse dñs noster Iesus Christus, post resurrectionem suā, vt ostenderet à se procedere spiritumsanctum sicut à patre, insufflans in discipulos suos, ait, Accipite spiritumsanctum. Item, Ego mittam promissum patris mei in vos. Vnus ergo spiritus est patris, & filij, vnus amborum spiritus. Igitur q̄ patris sit spiritus, ipse dñs & saluator noster Iesus Chr⁹ discipulis suis, ait, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestr⁹ qui loquitur in vobis. Et quòd idē, & filij sit spiritus, Paulus Apostolus testis est, Si quis autem, inquit, spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Orosij quęstio. Augus. respōsio.

Gene. 1.

D

Ioan. 8.
Ioan. 1.

Mat. 28.

Matt. 3.

pſ. 109.

q. 2.

Respōsio.

Ioā. 20.
Luc. 24.

Mat. 10

Rom. 8.

De

De singulis psonis, quòd aliud sit pater, alius filius, alius spiritussanctus, vel quòd filius sit genitus, & spiritussanctus procedēs, secundum scripturas sanctas aduertimus: Nunc vero illud scire cupio, si Deus sit filius, aut spiritussanctus, vel vtrū vna sit substantia vel essentia, q̄ Graeci ὁμοούσιον vocāt.

G Intende animo, & vere quæ te mouent libentius demonstrabo. Beatus Paulus Apostolus, quòd filius sit deus, ad Romanos scribens de Israelitis, Quorum patres, inquit, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Et iterum in Euāgelio secundū Ioannē, Vt cognoscant, inquit, te solum verū deum, & quē misisti Iesum Christū. Ordo est uerborum, Vt cognoscant te, & quē misisti Iesum Christū solum verū deū. Et rursus alia scriptura dicit, Vt simus in vero filio eius Iesu Christo: ipse est verus deus & vita eterna. Et vt æqualitatem suā ostendat, ait ipse dñs, Ego & pater vnū sumus: Vnū sunt scilicet natura, non persona. Et iterum, Propterea, inquit, quærebant Iudæi Iesum interficare, quia non solū soluebat sabatum, sed & patrem suū dicebat deū, æqualem se faciens deo. Et rursum beatus Apostolus Paulus, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē deo. Non enim H poterat esse rapina, vbi æqualis erat natura, quę nō erat vsurpata, sed nata. Non rapuit, quia habuit: & multa innumerabilia, quæ ad momentum non occurrunt. Spiritum vero sanctum uerū deū actus Apostolorum apertissime edocent. Anania, inquit Petrus, cur tentauit satanas cor tuū mentiri te spūisancto? Et infra, Non es hominibus mentitus, sed deo. Et in Euāgelio secundum Ioannē, Deus, inquit, spiritus est. Paulus Apostolus ad Corinthios scribens, Nescitis, inquit, q̄a corpora vestra templum sunt spiritussancti qui in vobis est, quem habetis à deo, & non estis vestri: Empti enim estis precio magno: glorificate ergo & portate deū in corpore vestro. Pater inquam est deus, filius deus, spiritussanctus deus: Non tres dij, sed vnus est deus: Nam si pater maior, filius minor, spiritussanctus plusquam minor quod hæretica prauitas asserit, iam non erit vnus deus sed tres dij, quod nefas est credere. Et valde redarguit illos scriptura diuina. Audi Israel, inquit, dominus deus tuus, deus vnus est: Aq̄ per hoc, sicut non dicimus tres deos nec tres essentias, ita nec tres sapientias, nec tres spiritus. Nā interrogati de singulis personis: Si pater sit sapiētia vel spiritussanctus: rūdemus, Pater sapinetia, & filius sapientia, I & spiritussanctus sapientia: Non tres sapientię, nec tres spiritus, sed vna sapientia est, & vnus spiritus, sicut est vna substantia, aut una essentia: quia hoc est illi esse quod sapiētem esse, vel spiritū esse. Etsi æquales sunt Quæ. 4.
pater & filius, quomodo ipse filius dicit, Pa Ioā. 14.
ter maior me est. Et, Non ueni uoluntatem &. 6
meam facere, sed voluntatem eius qui me Mat. 26.
misit. Et iterum, Pater si fieri potest transeat Ioan. 7.
à me calix iste. Et, Mea doctrina nō est mea Respo
sed eius qui me misit? Ista omnia & alia, sio.
quæ à te non sunt dicta, secundum formam
serui quam assumpsit dicta sunt. Igitur
cū primus hō cōditus cēt a deo, & libero arbitrio muneratus, præceptumq; ei positum
esset, si custodisset quæ ei deus præceperat,
morte non corporis, neq; animæ mulctaretur. Sed ille inobediēs mādato dei, atq; elatus
superbia, suasioni serpētis obediēs dei pcepto
cōtēpsit. Et hæc causa extitit, vt mortis periculum incurreret, & ab illo uno hoīe ois humana natura vitiosa atq; pctō obnoxia mortalis existeret. Apostolus Paulus, Per vnū
hominem, inquit, peccatum intrauit in mū
dum & per peccatum mors, & ita in oēs hu Rom. 5.
mines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Quia sicut per vnum hominem
omnes homines in condemnationem, ita &
per vnius iustitiam, omnes homines in iu- K
stificationem vitæ. Et iterum, Primus ho- 1. Co. 15
mo de terra terrenus, secundus homo de
cœlo cœlestis. Hic, inquam, homo cœlestis
est. Celestem ita q; dico, quia non ex humano conceptus est semine, sed de Maria virgine pro nostra salute assumptus à filio dei:
sicut Euangelista Ioannes testatur. Et verbum, inquit, caro factum est, & habitauit in
nobis. E verbum caro factum est, non carne mutatum, vt nō desisteret esse quod erat, Ioan. 1.
sed cæperit esse quod non erat. Assumpsit enim carnem, non se conuertit in carnem. Carnem istam à parte totum hominem intelligimus, id est, carnem & animam rationalem. Et sicut primus homo
& carne & anima mortuus fuerat, ita etiam
oportuit vt per mediatorem dei, & hominum, hominem Iesum Christum, & carne, & anima viuificaretur. Ergo vt supra diximus, secundum assumptam hominis formam dictum est, Pater maior me
est. Video te dum de uno filio dei in-

quirimus, duos introducere voluisse, vt di-
Ioā. 14. cas filium dei, & filiū hominis. Non sunt
q. 5. duo filij, sed vnus est filius. Quia ille qui
Respon erat dei filius, factus est filius hominis in
sio. L vnitate personæ. Quia sicut anima & caro
vnus est hō, ita verbū & hō vnus est Chri-
stus. Duas substātias.i. duas naturas accipi-
mus in vno filio dei, vnam diuinitatis, & hu
manitatis, non duas personas: igitur si dixe-
rimus duas esse personas, introducemus esse
duos filios, & iam non esse trinitas, sed qua-
ternitas. Profecto.n. per illud quod deus ē,
æqualis semper patri, ubiq; præsens est, & in
cœlo totus, & in terra totus, & nullo contē-
tus loco. Per id quod hō, & passus & mor-
tuus, & resurrexit, & ascendit in cœlum, se-
detq; ad dexteram dei patris: & sic veniet ad
iudicandum viuos & mortuos, quēadmodū
visus est ire in cœlum, in eadē forma carnis
q. 6. atq; substantiæ, cui profecto immortalitatē
dedit, naturā non abstulit. Cum vna sit
substātia patris & filij & spirituſſanctī, quo
Respon filius sine patre & spiritusancto suscepit car
sio. nem? Neq; persona patris, neq; spirituſ-
sancti, sed sola filij persona suscepit carnem.
Et vt intelligas, comparationibus vtar, vt
ex creatura intelligas creatorem. Certe in
anima est ratio, & cum vnum sint, aliud ani
ma agit, aliud ratio. Anima viuimus, ratio-
ne sapimus. Ita pater & filius & spirituſſan-
ctus cum sint vna substantia, tota trinitas
q. 7. operata est hominem, quem non tota trini-
tas assumpsit, sed sola filij persona. Volū-
Respon tarie genuit pater filium, an necessitate?
sio. Nec voluntarie, nec necessitate: quia ne
cessitas in deo non est, præire autem volun-
tas sapientiam non potest, quod est filius:
igitur prius est rationabiliter sapere quàm
rationabiliter velle. Nam quidam noster
cum eum interrogasset hæreticus, vtrū vo-
lens, an nolens genuerit pater filium: lau-
dabiliter respondisse fertur, Dic, inquit, &
tu hæretice, Deus pater necessitate est deus,
an voluntate? Quòd si dixisset, necessitate:
sequebatur illum grandis absurditas. Si au-
tem, voluntate: respondebatur illi, Ergo vo
luntate est deus, non naturæ: & ita in laqueū
q. 8. quem volebat ponere, ipse incidit, & vi-
dens se conuictum, obmutuit. Quomo-
Ioan. 5. do illud intelligendum est quod legitur, Si-
Respon cut pater vitam habet in semetipso, si dedit
sio. & filio habere vitam in semetipso? Scio
mus filium dei à semetipso non esse, sed à
patre genitum esse, patrem uero à nullo ge-
nitum esse, a nullo vitam accepisse. Dedit
pater filio vitam gignendo, non quod prius
fuerit filius sine vitā, & postea acceperit vi-
tam, sicut nos qui per peccatum amisimus A
vitam, & per gratiam saluatoris recepimus:
ideo dicitur, accipit vitam: quia nō est à seip
so genitus, non enim existendo dedit, sed gi- quest. 9.
gnendo. Quoniam & ratione & testi-
monijs persuasisti mihi de subiectione filij,
quòd non sit secundum substantiam minor,
sed secundum formam serui quam assum-
psit: ideo quæro, quid de missione spirituſſan
cti sentias, nunquid & ipse hominē assum-
psit, vt missus esse dicatur? Sicut nec secun Respon
dum substantiam dicitur, seu missus, seu mi- sio.
nor filius, ita nec spūſſanctus. Postremo si-
cut ille propter hominē minor aut missus,
ita iste propter columbā vel ignem missus
dicitur. Sequia non in ea substantia qua est
equalis patri apparuit, sed vt dictum est, per Matt. 3.
subiectam creaturam. Nō enim sicut filius Acto. 2.
hominem assumpsit, ut sic in æternum per-
maneat, sic spūſſanctus columbam vel ignē:
sed factę sunt illæ visiones de creatura infe-
riore, ad ad manifestandum spiritum sanctū,
quæ esse postea destiterunt. Nunquam n.
illa incomprehensibilis immutabilisque di- B
uinitas, quæ est trinitas deus, ab oculis car- quæ. 10.
nalibus videri potest, nisi vt dictum est per
subiectam creaturā. Filius aūt dei quō sit
de patre natus, spiritus vero sanctus ab vtro
que procedens declarasti, Ideoq; quæro qd
distat inter natiuitatem filij, & processionē
spūſſancti? Responsio. Filius autem so
lius est patris, non spirituſſancti. Amborū,
inquam spiritus, id est, patris & filij. Quòd
si spūſſanctus filius esse diceretur: Nullus
autem filius est nisi duorum, patris & ma-
tris, quod absit vt inter deum patrem & fi-
lium tale quid suspicemur: quia nec filius
hominis simul ex patre procedit & ex ma-
tre, quia eū procedit ex patre, non tunc pro-
cedit ex matre, & cum procedit ex matre in
hac luce, non tunc procedit ex patre. Spiri-
tus vero sanctus non de patre procedit in fi-
lium, & de filio procedit ad sanctificandam
creaturam, sed simul de vtroque procedit.
Quomodo intelligendum est illud, quod quæ. 11.
Ioannes Euangelista de spiritusancto di- Ioā. 16.
cit, quòd non loquetur à semetipso, Sic.n. Respon
ait, Non enim loquetur à semetipso, sed sio.
quæcunq; audiet, loquetur. Non loque-
tur a semetipso, quia non est à semetipso. Pa
ter.n. a nullo est natus, filius à patre ē genitus

tus, spūſſanctus à patre & filio procedens.
Ideo nō loqueretur à semetipso, quæcunq;
C aūt audiet, loqueretur: Audiret.n. illi esse
quæst. est, esse aūt à se nō est sed à patre, ideo quæ-
12. cunq; audiet loquetur. Quid est quod di
Rom. 8. cit Apostolus Paulus ad Romanos scribēs,
Nam quid oremus, inquit, sicut oportet ne-
scimus, sed ipse spūs postulat pro nobis ge-
mitibus inenarrabilibus. Qui aūt scrutatur
corda, scit quid desideret spūs, qa secūm deū
Respon postulat pro sanctis? Modus iste locutio-
sio. nis frequenter in scripturis sanctis inuenit,
sicut dicit dūs ad Abrahā, Nūc cognoui qđ
timeas deum: hoc est, cognoscere te feci: Si-
cut dicit Apostolus, Nunc cognoscitis deū,
immo nunc cogniti estis a deo. Cui.n. sem-
per omnia in præsentia sunt, & futura iam
Gen. 22 facta sunt. Quomodo nunc dicimur cogniti
Gala. 4. à deo, nisi faciēte deo vt cognoscamus deū?
Sic & hic scribitur spirituſſanctus gemere
pro nobis: id est, gementes nos facere. Infun-
dit.n. nobis charitatem in deum & proxi-
mū: Sicut dicitur lætus dies, quòd lætos
facit: aut trillis, quòd tristes facit: aut læta
epistola, qp lætos facit: Ita & hic gemere dici
tur spirituſſanctus, eo qp nos gementes facit.
quæst. Cum Iudæi signum peterent à domino,
14. & saluatore nostro, respondit illis, Genera-
Mat. 12 tio hæc adultera signum quærit, & signum
D non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ:
Sicut.n. Ionas fuit in ventre ceti tribus die-
bus & tribus noctibus, ita erit & filius ho-
minis in corde terræ tribus diebus & tribus
noctibus. Approba ergo quomodo in infer-
no fuerit tribus diebus, & tribus noctibus,
cum feria sexta, quæ est in parasceue, hora
nona emisit spiritum, & prima sabbati ante
lucem q̄ est dominica, resurrexit: Ecce non
Respon sunt tres dies pleni, nec tres noctes. Anti-
sio. qui patres nostri hoc senserunt, vt prima
dies, quæ est parasceue à parte vltima, &
vltima, quę est dominica à parte prima de-
beat computari, & ita denominando à par-
te totum, tres dies fuerunt, vltima pars fe-
quæst. riæ sextæ, totum sabbatum, & prima pars
15. dominicæ cum suis noctibus. Cum re-
Mat. 13. promittat dominus noster Iesus Christus
sanctis suis, quòd in resurrectione fulgeāt
Respon sicut sol, quare ipse dominus in resurrectio
sio. ne sua sic non fulsit? Clarificata carne
vtique resurrexit, sed noluit in ea clarifica
tione discipulis suis apparere, quia non pos-
sent oculis suis talem claritatem perspicere.
Si enim antequam moreretur pro nobis, &
resurgeret, quādo transfiguratus est in mō-
te, discipuli sui cum uidere non potuerunt, E
sed præ timore in terram ceciderunt, quan-
to magis clarificata carne domini eam vide-
re non potuerunt? Marcus euāgelista nar quæst.
rat dominum hora tertia crucifixum, Ioan- 15.
nes autem sexta, cui potius credendum est Mar. 15.
ex his duobus? Et ille verum dixit, & ille Ioā. 19.
similiter: Nam hora tertia clamauerunt Pi Respon-
lato Iudæi, Crucifige, crucifige eum. Mi- sio.
lites autem hora sexta crucifixerunt eum. Ioā. 19.
Igitur quod illi lingua, hoc isti manibus ef-
fecerunt. Ne autem viderentur Iudei non
crucifigere dominum, ideo Euangelista po- Mar. 15.
suit hora tertia crucifixum dominum, quia
non tantum illi crucifixerunt qui minis te-
rium impleuerunt, sed & illi qui clamaue-
runt. In eis enim completum est quod ait
Psalmographus, Filij hominum, dentes eo- Psal. 56.
rum, arma & sagittæ, & lingua eorum ma-
chæra acuta. Vides qualem gladium ha-
buerunt, vnde hora tertia dominum occide
runt. Cum deus omnia bona creauerit, quæst.
nihilq; sit quod non ab illo conditum sit, vn 16.
de malum? Malum natura non est, sed pri Respō-
uatio boni hoc nomen accepit. Deinde bo- sio.
num potest esse sine malo, sed malum non
potest esse sine bono, nec aliquid potest esse
malum vbi non fuerit bonum. Ac per hoc F
dicimus & angelum bonum, & angelum ma
lum: & hominem bonum, & hominem ma-
lum: sed bonum quòd angelus, malum qp vi
tiosus: bonum quòd homo, malum quòd vi-
tiosus. Ideoq; quando dicimus bonum, natu
ram laudamus: quando dicimus malū, non
naturam, sed vitium, quod est bonæ naturæ
reprehendimus. Omnes angeli æquales quæst.
an inęquales creati sunt? Et si æquales, cur 16.
non omnes firmi & stabiles fuerunt? Si ve-
ro inæquales, quo merito alij præscientiæ
suæ stabilitatem accipere meruerunt, & alij
futurum suæ ruinæ casum minime præuide
re potuerunt? Omnes quidē angeli æqua Respon
les creati sunt: Sed cadentibus illis per su- sio.
perbiam, cæteri domino pia obedientia co-
næserunt, accipientes certam scientiam suæ
stabilitatis, quam illi nunquam habuerunt:
Et sic sunt gratia dei in omnibus circūdati,
vt nunquam possint cadere à beata vita,
qua fruuntur domino cohęrentes. Quo- quæst.
modo intelligendum est quod dicit deus in 18.
Genesi, Faciamus hominem ad imaginem
& similitudinem nostram? In mente est Gene. 1.
ratio, & intelligentia: Ipsa itaque mens qñ

G cogitat ea quæ sunt æterna, tunc vere imago
Rūsio. dei dicenda est: Et cogitādo æterna vir est,
1. Co. 11 sicut ait Paulus Apostolus, Vir non debet
velare caput suum, cum sit imago gloriæ
dei: Quantoque se magis extenderit in id
quod æternum est, tanto magis inde formatur ad imaginem dei. Et ideo non est cohibenda, vt inde se contineat ac temperet.
Quando vero ea agit & cogitat quæ sunt
temporalia, mulier appellatur: tunc non est
dicenda imago dei, & propterea debet velare caput suum, ne nimium sit eius ad inferiora progressio, & cum licita agit, illicita
q. 19. concupiscat. Primus homo an mortalis
Rūsio. factus est, an immortalis? Et mortalis secundum aliam, & immortalis secundum aliam causam. Tale itaque corpus habebat primus homo, quale & nos, sed sine peccato.
Non enim habebat legem in membris suis
repugnantem legi mentis suæ, sed vtique
promerut post preuaricationē. Igitur animale corpus habuit Adam, sed vt non senesceret nec deficeret per illius ligni virtutem
qua sustentabatur, quod in paradiso vitæ nomen acceperat. Quapropter si dei præcepta
seruasset, obedientiæ merito in illud corpus
H spirituale quale sanctis in resurrectione promittitur, permansisset, postmodum commutandum. Ac per hoc poterat nō mori, si dei
præceptis pia obedientia cohæsisset. Non.n.
& sic factus fuerat, vt non posset mori sicut
cæteræ naturæ q̄ omnino mori nō possunt,
sed ita vt obedientia immortalem, inobediē-
q. 20. tia mortalem faceret. Quid est hoc quod
1. Co. 15 dicit Apostolus Paulus, Caro & sanguis re
Rūsio. gnum dei non possidebunt? Ex hoc testimoniō multi minus intelligentes, ac p̄ hoc
hæretice asserunt hominē non posse in eadem qua defunctus est carne resurgere: sed
tollentes veram carnem naturæ suæ, quale
est corpus quod nūc habet, corpus aereum
quod nunquam habuit homini post resurrectionem attribuūt. Quod valde absurdum
considerantibus ipsam sententiam approbatur, Caro & sanguis, inquit, regnum dei nō
1. Co. 15 possidebunt. Et hoc idem Apostolus Paulus exponens, quodammodo subsecutus, adiunxit, Neque corruptio incorruptionē possidebit. Quibus scribit Apostolus? Nempe
his qui dicebant, Māducemus & bibamus,
cras enim moriemur. Hos redarguens beatus Paulus Apostolus, carnē & sanguinem
I appellat: hoc est opera carnis & sanguinis,
non posse adipisci regnū dei. Nā si propria
hic substantia carnis accipienda est, quid dicet de his quibus scribit idem Apostolus,
Vos autem in carne nō estis, sed in spiritu?
Nūquidnam Romani carnem nō habebāt,
quibus Apostolus scribebat? Sed in carne, Rom. 8.
inquit nō estis. i. non estis carnales, non facitis opera carnis, quæ inimica sunt deo, quæ
legi dei non subijciuntur. Qui aūt in carne
sunt, inquit, deo placere non possunt. Eece
qualis caro regnum dei nō possidebit. Nam
q̄ homo in eadem qua moritur carne resurgat, dūs noster Iesus Christus post resurrectionem suā dubitantibus discipulis, & putantibus se spūm videre, rūdit, Palpate & vi- Luc. 24.
dete, quia spūs carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Ac per hoc credimus
hominē non tantum cum carne & ossibus,
sed etiam cum sanguine, & quicquid ad naturā eius ptinet resurgere, & sine vlla corruptione esse illic, ubi semper est æterna vita
& æterna fœlicitas, contemplando trinitatē
deum. Igitur sicut iusti cum sua carne ad
æternam fœlicitatem, ita impij ad æternam
resurgent miseriam. Genesis principium q. 21.
habet, In principio fecit deus cœlum & ter- Gen. 1.
rā: An igitur angeli postmodum facti sunt
cū dicatur, q̄ primo omnium fecit deus cœ- K
lum & terram? Qū facta sunt simul sy- Rūsio.
dera, ait scriptura, laudauerunt me omnes
angeli mei voce magna. Quarto enim die facta sunt sydera, & iam angeli erant. Neque
enim die tertio, neque secundo facti sunt. In
his enim apparet quę facta sunt. Tertio.n.
die arida scilicet terra ab aquis discreta est.
Secundo.n. factum est firmamentum, vbi sol
& luna discurrunt & sydera. Porrò primus
dies ipse est angelica natura, quæ primo cœli nomine nuncupata est. Vnde euidenter
ostenditur primo die spiritalem factā, id est
angelicam naturam, & sic hoc cœlum quod Gen. 1.
oculis cernimus: Nam quod ait, In principio fecit deus cœlum & terram: non est primo omnium, sicut am: sed in principio, id est
in filio, immo per filium fecit deus omnem
spiritalem corporalemq̄ creaturam, quæ
& cœli & terræ nomine appellata est. Nam
quòd ipse sit principium, de se interrogantibus Iudæis quis esset, respondit, Principiū Ioan. 8.
qui & loquor vobis. Primo igitur voluit
cœlum & terram velut quandam spiritalem corporalemq̄ materiam dicere, & sic
quemadmodum singillatim facta sunt, ordinem texere. Quod enim dixit cœlum, L
hoc mihi videtur dixisse aquarum abyssum
tenebrosam antea, quodammodo fluitātem
vitam, nisi conuertatur ad creatorem, & fiat
lux, & cōtempletur trinitatem deum esse in
deo. Neque enim ita dicimus, vt ista materies præcedat formam suam, sicut præcedit
lignum arcam: sed sicut præcedit vox verbum. Nō enim tempore, sed origine. Igitur
prima creatura lux non est ista quæ quarta
die facta est, sed spiritalis, id est angelica na-
q. 22. tura. Cum dicitur, Spiritus dei ferebatur
super aquas: localiter ferebatur, sicut sol &
Rūsio. luna & alia sydera, an aliter? Spiritussanctus deus est. Quare non continetur loco
aut distenditur: Neque temporum motionibus subiacet, sed est vbique præsens & totus. Cum modo sanè nominauit creaturā,
cui superferri diceretur spiritussanctus, non
localiter, sed potentialiter dicitur. Non ex
indigentia deus fecit opera sua, sed ex beneficentia, neque horum indiget quæ fecit. Indigus quippe atque egenus amor subiacet rebus quas diligit: Ipse autem egenus nō est,
nec subiacet rebus quas diligit. Et ideo di-
M ctum est superferri creaturæ spiritumsanctum, quia non ex indigentia, nec egenti, sed
benefico amore operatus est ipsam creatu-
q. 23. ram. Cum dixit deus, Fiat lux, & facta est
Gen. 1. lux: in die dixit, an ante omnem diem? Si
in die dixit, temporaliter dixit: Si temporaliter dixit, per aliquam creaturam dixit, Igi-
Rūsio. tur non est prima creatura lux. Nec in die
dixit, nec temporaliter dixit, quia ante omnem profecto creaturam verbum suum genuit, & per verbum omnem creaturā creauit: Dictio itaque dei, verbum dei est. Sed
diuina scriptura paruulis cōgruens, & quodammodo eos lactans vt proficiant, & cibū
spiritalem capiant, voluit semper p̄ omnem
creaturæ formationem dictionem dei nuncupare. Vt verbi gratia, si requiramus, Qūo
facta est lux? Audies, In verbo dei erat vt fieret, Qūo factum cœlum? In verbo dei erat
vt fieret. Et cætera per ordinem si requiras,
qūo facta sint, In verbo dei erant vt fierent.
Hoc est.n. Dixit deus, fiat lux, neque.n. corporalibus modis loquitur diuina natura, nec
quoties dicitur, dixit, toties verba formauit,
Vnum.n. verbum genuit coæternum & cōsubstantiale sibi, in quo omnia ineffabiliter
q. 24. & intemporaliter dixit. Si subito deus vi
A & visio ei contulit sci...tiam? Omne opus
Rūsio. præcedit voluntas nostra dum cogitamus
quid operari debeamus. Nemo enim ignorās aliquid facit, dum cogitat qualiter fiant
quæ facienda cogitando disposuit. Et cum
hoc in hominem cadere nō possit, vt aliquid
ignorans faciat, quanto magis in deum, qui
omnia æterno & stabili suo consilio, quæ vo
luit fieri fecit, nec aliter facta, nec aliter facienda esse vidit? Eo itaque modo vidit facta, quo viderat facienda. Et diuisit, in- q. 25.
quit, scriptura, lucem à tenebris. Omne.n.
quod diuiditur, etiam esse potest. Sicut ergo
essentia lucis, ita est etiam essentia tenebrarum. Et cur non dixit scriptura, Vidit deus
tenebras q̄ essent bonæ, sicut de luce dictū
est? Deus bona & incommutabili volun Rūsio.
tate creauit omnes angelos bonos. Et quia Gen. 2.
ex his quosdam per superbiam præsciebat
casuros per incommutabilitatem præscientiæ suæ, diuisit inter bonos & malos. Malos
autem appellans tenebras, & bonos appellans lucem: de bonis dicens, Vidit deus quia
boni sunt, de malis nullatenus hoc dixit, ne
peccata quæ sunt tenebræ, approbare videretur. Primum diem spiritalem astruis q. 26.
esse creaturam, & quomodo habuit vespe- B
ram & manē? Omnis creatura antequam Rūsio.
tempore suo fieret, in ipso dei verbo prius
ab angelis cognoscenda, & sic suo tempore
facienda. Quapropter ipsa creaturæ cogni
tio in semetipsa vespera, in deo erat mane.
Qua prius videtur ipsa creatura in deo q̄
in seipsa videatur: ideo creatura plus videtur in arte qua facta est, q̄ in seipsa, quæ facta est. Propterea enim ait Euāgelista Ioan- Ioan. 1.
nes, Quod factum est, in ipso vita erat, Omnia ergo quæ facta sunt, & vitam non habent, in ipso verbo dei vita sunt, in seipsis vita non sunt. Cœlum, terra, lapis, vitam
non habent, & tamen in deo vita sunt. Viuunt igitur in deo sine initio, vtique incommutabiliter omnes rationales creaturæ: ac
per hoc plus videntur ab angelis sanctis in
verbo dei vbi sunt vita, quàm in seipsis, quia
scientia angelorum in cōparatione dei quodammodo vespera est. Sit ergo in cognitione spirituum dies primus, in cognitione firmamenti secundus, in cognitione discretionis terræ ac maris tertius, in cognitione solis ac lunæ & stellarum quartus,
in cognitione reptilium & volatilium quintus, in cognitione iumentorum & ferarum C
vel ipsius hominis sextus. Neque enim
dici vnius, quem intelligimus naturam spiritalium creaturarum, id est angelicam, sexies facta cognitio sex dies fecit, propter se-

Universidad de Deusto Biblioteca

Appendix.

narij numeri perfectionem. Sed de numeri senarij perfectione aliquid tibi ex scripturis sanctis colligam. Libens adesto, & te totum ad audiendum præpara. Vnum in numero diuidi nõ potest, ab ipso.n. surgit omnis numerus. Ergo duo diuidi possunt: Sed pars eorum vnum est. Igitur diuisio duorum in bis vnum est: diuisio trium in ter vnũ est. Quid autem aliud hic numerus ostendit, ni si trinitatem quæ deus est? Quæ quanuis tres sint personæ, vnum creduntur in vnitate naturæ. Quaternarius duas partes habet: Nam quarta eius vnum, media eius duo: Vnum videlicet & duo tria sunt: Ecce partes suas, nec vltra excrescit, nec complet, & ideo imperfectus est numerus. Quinarius autem habet nisi vnũ, quod est quinta eius. Senarius ergo numerus perfectus est, quia partibus suis completur: habet.n. vnum, qđ est sexta pars eius: duo quæ sunt tertia, tria quæ sunt media: Vnum ergo & duo & tria, sex faciunt. Ideoq; propter huius numeri
D perfectionem, sex diebus operatus est omnem creaturam. Tres ergo hæ partes senarij numeri demonstrant nobis trinitatem deum, in trinitate numeri mensurę & ponderis fecisse omnem creaturam. Plurimum valere senarij numeri perfectionem, in scripturis sanctis frequenter reperimus, præsertim in morte dñi simpla, & in resurrectione eius simpla, & in morte nostra dupla, & in resurrectione dupla. Mors itaque dñi nostri Iesu Christi, non fuit in anima, sed in carne sola: Mors vero nostra nõ solum in carne, sed & in anima: In anima propter peccatũ, in carne propter pœnã peccati. Ille vero quia peccatũ non habuit, in anima non est mortuus, nisi tantum in carne, & hoc propter similitudinem carnis peccati, quam de Adam traxit. Igitur simpla eius mors profuit duplæ nostræ, & simpla eius resurrectio, duplæ nostræ resurrectioni profuit. Est etenim mors carnis eius & resurrectio eius, mors carnis nostræ & resurrectio eius, & mors animæ nostræ & resurrectio eius. Mors autem carnis eius & resurrectio eius, duas mortes nostras, & duas resurrectiones nostras significat. Vnde si addas ad vnam mortem domini & vnam resurrectionem eius, quæ duo faciunt, quatuor, hoc est duas mortes, & duas resurrectiones nostras, sex fiunt: Ideoq; sim
E plum domini bis, & duplum nostrum bis, tria bis sunt, & tria bis secundũ qđ supra diximus, partes sunt vnde senarius numerus est. Nam & trigintasex horæ, quibus dominus fuit in inferno, huic simplo & duplo congruunt. Duodecim ergo horæ fuerunt diurnæ. Item vigintiquatuor ad duplam mortem nostram concinunt, & illæ duodecim horæ ad mortem domini simplã. Reuera enim & natiuitas eius senarium numerum habet. Quadraginta enim & sex annis ædificatum esse templum asserunt Iudæi in Euangelio, quod intelligitur de corpore domini. Quadraginta & sex anni pro diebus positi sunt. Quadraginta & sex diebus dicunt infantem formari in vtero, & subinde vsque in diem parturitionis augmẽtari. Quadragiessexies quippe seni, fiunt ducenti septuagintasex, qui faciunt menses nouem & dies sex. Computa ergo ab octauo calendas Aprilis quando passus est dominus, nam & tunc etiam creditur fuisse conceptus, vsque in diem octauum calendas Ianuarij, & reperies dies ducentos septuagintasex, qui constant per senarium numerum. Quid de illa muliere in Euangelio, quam F
decem & octo annis curuauerat satanas, quã Luc.13.
sanauit dominus, dicemus? quia & ipsi anni senarium numerum habent. Ter enim seni octodecim sunt. Illa itaque mulier intelligitur figurare genus humanum, quod sexta ætate seculi à captiuitate diaboli redẽptor noster dominus Iesus liberauit. Prima ætas est ab Adam vsque ad Noe, Secunda ætas est à Noe vsque ad Abraham, Tertia Sex ætates mundi. Eadẽ verba refertur in q. 55.
ab Abraham vsque ad Dauid, Quarta à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis. Quinta à transmigratione Babylonis vsque ad aduẽtum domini nostri Iesu Christi. Sexta quæ nunc agitur, donec excelsus venict ad iudicium. Sexta igitur ætate seculi reformatur genus humanum ad imaginem dei. Profecto enim anni decẽ & octo, non solum sex ætates sed etiam tria tempora euidenter demonstrant: Vnum scilicet ante legem, alterum sub lege, tertiũ sub gratia. Quinimo & ipse annus senario numero continetur, habet enim dies trecentos sexagintaquinque. Sexies autẽ sexageni, sunt trecenti sexaginta. Remanent profecto dies quinque & quadrans. Quinque autem dies sexies, sunt mensis. Tamen etiam si illum quadrantem pro die ponas, à parte totum, G
sex faciunt. Et ecce quantum me dominus adiuuit, de senarij numeri perfectione, & si non quantum uolui, tamen quantum potui reddidi rationem. Quomodo autem di- q. 27.
uisæ

uisæ dicuntur aquæ quæ erant sub firmamento, ab illis quæ erant supra firmamentum? Ordo enim elementorum & pondus, non sinunt vt sit aquarum substantia supra cœlos: Aqua enim cedit terræ, & aer cedit aquæ, & ignis cedit aeri. Nullo modo enim potest fieri, vt secũdum elementũ quod est aqua, sit supra quartum quod est ignis. Et quomodo dictũ est, Fiat firmamẽtum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis?

Gene.1. Rũsio. Quæ & qualescũnque sint aquæ illæ quas scriptura docet supra cœlos esse, easdem esse ibi minime dubitemus. Sicut enim nubes istæ, quæ vtique aquæ sunt, feruntur supra aerã, quod est tertium elementum: ita fieri posse arbitror, vt aquæ tenues atque subtiles ferãtur supra cœlum. Nam ex hoc pondere elementorum multi Philosophi resurrectionem carnis illudẽtes, nõ posse fieri, inquiũt, vt homo qui vtique ex terra factus est, sit in cœlo. Sed hos veritas conuincit, quæ facit multa animalia terrena in aere volitare,
H & aquam esse supra aerem, & ignem vtique, quod est quartum elementum, esse in terra. Ergo dei potentia quæ hæc facere approbatur, facit vt & homo & aqua sint supra cœ-
Quæst. 28. Gene. 1. lum. Et quia totam terram aqua tegebat, non erat locus vbi aquæ congregarentur, dum totam terram aqua tegebat. Quomodo ergo scriptura dicit, Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in locum vnum, & appareat arida? Totam terram aqua tegebat sicut rarissima quædam nebula, quæ postea in vnum redacta atque collecta est, vt posset etiam terræ species apparere: & terra longe lateque subsidens, potuit concauas partes præbere quæ confluentes aquas susciperẽt,
Quæst. 29. Gene. 1. Marc. 10 Rũsio. vt arida appareret. Cum deus omnia bona creauerit, dicente scriptura, Et ecce omnia quæ fecit deus, bona valde: Cur rursus dominus in Euangelio dicit, Nemo bonus nisi solus deus? Quod homo sit bonus, idem ipse dominus in Euangelio dicit, Bonus homo de bono thesauro cordis sui pro-
Mat. 12. fert bona. Sed vt hoc diceret, Nemo bonus, nisi solus deus: illi scilicet respondebat qui vitam æternam ab eo quærebat: Illi, qui tãtum hominem arbitrabatur, dicens, Magi-
I ster bone. Ideoq; sic respondit, dicẽs, Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus deus, id est, formã istam assumptam quã cernis, videbunt boni & mali, pij & impij, nõ tamen erit eis in bonũ qui mala agunt, Ergo non me dicas secundum hanc formã bonum, quam videbunt & illi qui me pupugerunt. Est alia forma, quã non videbunt impij, quã non videbunt nisi soli iusti, secundum hanc formã bonus sum eis, qui digni fuerint me videre. Fons, inquit sancta scriptura, ascendebat de terra, irrigans vniuersam faciem terræ. Si vniuersam terram irrigabat, ergo & montes irrigabat, quia & mõtes vtique terra sunt. Si vero & montes irrigabat, diluuium erat: Et si diluuium erat, quomodo terra germinauerat herbam virẽtem & faciẽtẽ semen? Aut quo habitabat homo in terra, si vniuersam terrã aqua tegebat? Fons, ibi ponitur singularis pro plurali numero: Hoc.n. si sollicite inquiramus, in scripturis sanctis frequenter reperiemus. Habes nempe in Psalmo, Misit in eos mu- Psal. 77.
stã caninam & comedit eos, & ranam, & exterminauit eos: Cum vtiq; nec vna musca, nec vna rana fuerit. Et alibi in Psalmo dixit, Et venit locusta: non ait locustæ, sed locusta. En habes singularem numerum pro Ps. 104.
plurali. Secundum id quod ait nobilissimus K
quidam poetarum, Vterumq; armato milite complent. Porro autẽ propter vnitatem Gene. 2.
naturæ dictum est vnus fons, vt oẽs intelligamus qui sunt in terra, quia quodãmodo omnes ex vnius abyssi natura manant. Nã qđ ait, Irrigabat vniuersam faciẽ terræ, non totam terram rigabat, sed partem. A toto enim partem significauit, quemadmodum dicimus Christus mortuus est, Christus resurrexit. Quod non conceditur nisi secundum carnem. Tulit ergo deus hominem, Quæst.
ait scriptura, & posuit eũ in paradisum voluptatis, vt operaret & custodiret illũ. Quid Gene. 2.
rogo, operaretur & custodiret? paradisumne an aliud? Ista sententia duplicẽ intelligen- Rũsio.
tiam parit. Siue.n. operaretur homo paradisum, vt in paradiso aliquid operaretur, non necessitate victus, sed ad delectationem opẽrabatur: adhuc enim non peccauerat, nec ei terra spinas & tribulos germinauerat, vt in sudore faciei suæ ederet panem suum. Hoc enim nempe meruit post peccatum. Antẽ peccatum igitur non indigentia, non necessitate, sed sola vt diximus voluptate operabatur paradisum per agriculturam, & custodiebat per disciplinam. Non contra bestias L
neque contra animalia aliqua paradisum custodiebat, sed sic solum ne amitteret peccãdo, quem custodire poterat obediendo. Siue ipsum hominem ponens deus in paradiso vt operaretur & custodiret: operaretur scilicet

vt

vt bonus esset,& custodiret vt tutus foret. Quidlibet horũ dicatur, siue homo paradisum operaretur per agriculturam, & custodiret per disciplinam: siue ipsum hominem deus operaretur vt bonus esset,& custodiret vt esset,quiduis horum intelligas,rationem vterq; intellectus non impedit. Cũ deus

q. 32. minetur homini mortem die quo cibum vetitum tetigerit,cur eo die mortuus nõ fuit? Sic enim scriptura dicit, In quacunque die

Gene.2. comederis ex eo, morte morieris. Quatuor esse mortes scriptura sancta euidenter

Rũsio. Mortes quatuor. ostendit. Primo mors est animæ, quæ suũ deserit creatorẽ,cũ enim deserit peccat. Sine

Matt. 8. inquit dominus in Euangelio, mortuos sepelire mortuos suos. Ecce habes mortuos secundum animã scilicet sepelientes mortuos. Et quos sepeliunt? Secundum carnem mortuos. Hæc itaq; sententia duas mortes manifestissime docet, vnã animæ, quam peccando incurrit,alteram corporis. Tertia aũt est

M solius animæ,quã dum ex hoc coppore exierit,patitur,secundum illud quod in Euangelio de diuite legimus, Pater Abrahã,inquit

Luc.16. dines, mitte Lazarum vt digito suo refrigeret linguam meam,quia crucior in hac flamma. Quarta est mors, cum anima recipiet corpus,vt in ignem mittatur æternum:secũdum illud quod dñs in Euangelio de futuro iudicio,ait, Ite in ignem æternũ,qui paratus é diabolo & angelis eius. Die itaq; quo

Mat.25. peccauit Adã, in anima mortuus est. Sicut .n. corpus viuit ex anima, ita anima vt beatius viuat,viuit ex deo. Ergo deserta anima Adæ à deo,iure dicitur, mortua prima morte,ex qua tres postea secutæ sunt mortes. Vt .n.hæ subsquerentur,primo præcessit desertio dei,secũdum q; eo die quo peccauit Adã

q.33. mortuus est. Quo poterat timere mortẽ

Rũsio. Adam quã nullatenus sciebat? Sicut .n. nos scimus resurrectionem quam nunquã experti sumus, nec vidimus, ita ille sciebat mortem. Scimus quoque quòd exiens anima à corpore suo faciat mortem, & dum reuersa fuerit, in corpore suo facit resurrectionem. Ecce scimus resurrectionem quam nunquam experti sumus: Sic & ille sciebat

A vtique mortem, non adhuc per experientiam, sed per scientiam:Sciebat quippe quid esset viuere,& per priuationem vitæ sciebat vtique mortem. Sicut sciuntur tenebræ per priuationem lucis, & sicut scitur silentium per priuationem vocis,& sicut scitur vacuũ per priuationem corporis, ita sciebat mortẽ per priuationem vitæ. Adduxit dominus q.34. cuncta ad Adam animalia & volatilia, vidensque ea,nomina imposuit. Et de muliere paulopost dicitur. Vidés ergo mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, &c. Ec- Gene.3. ce manifestissime scriptura ostendit amborũ oculos apertos fuisse: Nec enim fas est dicere primos homines cæcos factos. Et cur post paululum ligni vetiti tactum,cadẽ scriptura dicit,Aperti sunt oculi amborum? Nisi enim oculos haberent apertos, nec illc animalibus nomina imponeret,nec illa videret ligni pulchritudinem. Hoc quippe verũ Rũsio. est,quia apertos oculos habebant, & tamen nisi ad aliquid clausi essent nullatenus scriptura diceret,Aperti sunt oculi amborum. Aperti sunt scilicet non ob aliud nisi adinui Rom.7. cem concupiscendum, vt esset lex in membris,repugnans legi mentis: vt etiam in ipsis membris esset non voluntarius metus,iusta scilicet dei vindicta, vt homo qui noluit esse subiectus deo,nõ haberet subditum corpus. Ergo in eo aperti sunt oculi amborum, B vt mouerentur concupiscentialiter mẽbra.

Cum audissent vocem Adam & Eua, ait q.35. scriptura, dñi dei deambulantis in paradiso abscõderunt se: Rogo quænam est ista deambulatio? Absit vt deus qui est trinitas, ex Rũsio. hoc quòd eius dicitur deambulatio, corporeus aut localis esse credatur. Omne siquidem corpus locale est, & omne locale vtique corpus est. Deus vero incorporea res est,nec temporaliter mouetur, nec loco continetur, neq; de loco ad locum transfertur. Eius nanq; deambulatio intelligenda est p aliquam creaturam facta,quam creaturã hominem fuisse ex ipsius circunstantia scripturæ intellectum à maioribus recolo. Cũ q.36. deus vnus sit,dicente scriptura, Audi Israel, Deut.6. dominus deus tuus deus vnus est,quomodo ipse dixit, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est? Nobis enim pluralitatem insinuat. Deus quamuis vnus sit, tamen tri- Rũsio. nitas est,pater scilicet,& filius & spiritussanctus: Vnus ex nobis dictum est,non propter pluralitatem deorum, sed propter pluralitatem personarum. Multa vtique vide- q.37. mus animalia ex corruptione corporum, C maxime mortuorum nasci: Nunquid tunc creata sunt qñ ipsa corpora? Absit,vt tũc Rũsio. creata dicantur quãdo ipsa corpora, sed corporibus insita sunt,quodammodò,quæ sunt suo tempore exorta. Sicut.n.semen cuiuslibet arboris habet quãdam vim, vt cũ obrutum

tum fuerit in terra oriatur, & virgultũ producatur,deinde ramis nihilominus constipata dilatetur, & frondibus de eisdem floribus decorata fructificet: Ita est & in corpore,vt ita dicam, quoddam seminarium, vnde suo tempore curante prouidentia dei,aliqua gequ38. nera animalium oriantur. Cum deus di-

Gene.1. xerit, Germinet terra herbam virentem,& afferentem semen & ligna fructifera: Ligna infructuosa, vel spinas,vel tribulos quando

Rũsio. fecit? Simul omnia deus fecit, dicente scriptura, Qui viuit in æternum,creauit omnia

Ecclesiastici.18. simul. Nullatenus igitur dicenda sunt infructuosa ligna, quæ aliquo modo hominibus afferunt adiumenta: quia & reuera, si non inuenimus in eis aliquid ad edendum, inuenimus certe ad medicamentum,inuenimus ad adiutorium. Nam quantum vtilita-

D tis inueniatur in eis, tu ipse cõsidera. Proinde quia à fruendo dicitur fructus,& ab omni ligno possumus habere aliquod adiutorium,iure nullum lignũ dicimus infructuosum. Spinæ autem & tribuli quamuis post

Gen. 3. peccatum homini nascantur ad laborem, dicente scriptura, Terra spinas & tribulos pariet tibi: tamen non est dicendum tunc ea aboriri ex terra, quia iam non erant: erant vtique ad pastus pecorum vel volatilium facta,non ad augendam hominis pœnam p- q.39.

Sapiẽ.11 ducta. Si omnia in numero & mẽsura & pondere deus disposuit,sicut sancta scriptura testatur, ipsum numerum & mensuram

Rũsio. & pondus vbi disposuit? Numerus & mẽsura & pondus ipse deus est. Ipse est numerus sine numero,à quo est omnis numerus:

Sapiẽ.11 Ipse est mensura sine mensura,à quo est omnis mẽsura: Ipse est pondus sine pondere, à quo est omne pondus. Omnia ergo in numero & mensura & pondere disposuit,tanq; si diceret, omnia in se disposuit: Non enim creaturam eam extrà se,aut alicubi vidit, vt sicut homines memoria retineat quæ faceret. Omnis ergo causa creaturæ, voluntas est creatoris: Hoc ibi est voluntas,quod natura: Si tamen æterna est natura, sicut æterna voluntas: Non enim accedit deo huius

E modi noua aliqua cogitatio ad formandas creaturas. Proinde omnia in se trinitas deus disposuit,quia in se cuncta habuit quæ fecit. Intelligitur & aliter, Omnia in numero & mensura & pondere disposuit.i.omnia quę fecit numerum & mensurã & pondus hñt.

q.40. Nunquidnam adduxit deus ad Adã cuncta animãtia terræ,& vniuersa volatilia cœli, quo adducunt aucupantes vel venantes ad retia? An forsitan vox de nube facta est iussionis;quam intelligerent ranquã rationales animæ,& ea audita,illi omnes obedirẽt?

Non hoc acceperunt animantia vel vola Rũsio. tilia cœli,vt sint rationis capacia, per quam obedire possint creatori suo: In suo tamẽ genere obtemperant deo,non rationalis voluntatis arbitrio, sed sicut mouet ille omnia tẽporibus opportunis, non ipse temporaliter motus. Mouet itaque seipsum sine tempore & loco,mouet creatum spm sine loco temporaliter,mouet creaturam corpoream temporaliter & localiter. Præcedit igitur substãtia quæ temporaliter tantum mouetur, illã quę temporaliter & localiter mouetur. Præcedit itaq; substantia quæ tantum tẽporali F ter nec localiter mouetur, illam quæ tãtum temporaliter mouetur. Ipse spũs conditus mouet seipsum per tẽpus sine loco, mouet corpus per tẽpus & locum. Spũs vero creator mouet seipsum sine tẽpore & loco, Igitur spũs rationalis, q est in hominibus, siue irrationalis, qui est in brutis, eius iussis mouetur. Sed rationalis habet intelligentiã, per quam iudicare possit,vtrum iussis consentiat,aut nõ consentiat. Animalia vero reptilia aut volatilia non acceperunt hoc iudicium, pro suo tamen genere atque natura ad iussa aliquo actu propelluntur. Vnde angelica natura iussa dei perficiens, mouet iussis omne genus animantium, docens id quod nescit. Si etenim homines possunt nonnulla animalium genera mansueta facere, ita vt quasdam voluntates hominum facere videantur, quanto magis hoc angeli possunt? Quæ causa fecit, vt deus quó q.41. astruis moueri, non moueatur in tempore, aut spiritus creatus qui mouetur in tempore, non moueatur etiam in loco?

Deus qui instituit tempora,& est ante tem- Rũsio. pora, nihil in eo est præteritum, & futurum, nullum consilium nouum, nullaque noua cogitatio: qa scilicet si noua,tunc etiã accidens: Si vero aliquid accidit deo, iam non immutabilis deus est: Nihil illi accidit, nulla noua cogitatio, nullum nouum G consilium, ideo non mouetur in tempore. Igitur immutabilis deus est. Spiritus vero conditus, sicut est angelorum, quanquam sine tempore contemplentur dei æternitatem, veritatem, charitatem, tamen quia ex tempore in inferioribus iussa dei perficiunt,iure creduntur moueri in tempore.

Corpora

Universidad de Deusto
Biblioteca.

Corpora vero sua in loco mouent, dum descendunt de cœlo & ascendunt in cœlum. Spiritus itaque hominum mouetur in tempore, reminiscendo præterita, & futura expectando, aliaq; noua discendo. Neque.n. cum recordor aliquam lectionē aut aliquā ciuitatem, sicut motus est spiritus meus cogitando, vt hæc recordaretur ex tempore, ita motus est & loco. Quòd si loco mouetur, aut in cœlo aut in terra mouetur, quia sine cœlo & terra nullus est locus. Vbi autē fuit ipse spiritus, in cœlo an in terra, vt videret ipsam lectionem vel ipsam ciuitatem? Ergo si in nullo loco vidit, vt recordaretur, in seipso vidit. Et quia initium habet etiam cogitatio, & omne quod initium habet etiam tēpus habet, igitur secundum supradictam rationem, spiritus creatus per tempus moueri potest, non per locum: Spiritus creator sine tempore & loco: Corpus autem & loco
H q.42. & tempore. Cum requies nō sit nisi post laborem, cur deus requiescere dicitur? An & ipse opere fatigatus est, vt requiescere dicatur? Rūsio. Non in aliqua creatura tanquam eius bono indigens requieuit deus, sed in seipso. Denique non in aliquo dierum, sed post sexti diei opera requieuisse legitur. Vn de liquido apparet, nullam creaturam deū per indigentiam, sed sola bonitate fecisse. Quòd si in aliqua creatura requieuisset, aliquam creaturam indigens fecisset. Ergo qa nullam creaturam per indigentiam fecit, proinde in nulla creatura requieuit. Nam
Gen. 2. quod dicit scriptura, requieuisse deū in die septimo ab omnibus operibus quæ fecit: hoc intelligi posse arbitror, q̄ nō in ipsum diem tanquam eius bono indigens quo sit beatior requieuerit, sed ipsum diem septimum, id est angelicam naturam adduxisse ad requiem suam: vt viderent scilicet in deo sicut omnem formandam creaturam, ita & illum viderent q̄ nullam creaturam pro indigētia, sed sola bonitate fecisset. Hoc enim arbitror posse intelligi requiem dei. Intelligitur etiā aliter requies dei, id est, cum nos post bona
I opera requiescere facit, secundum illum modum quo dixit deus ad Abraham, Nunc co
Gen. 22 gnoui q̄ timeas deum: Vbi intelligitur, cognoscere te feci: Ita & hic intelligitur requiescere deus, cum sanctis suis requiē præstat. Item aliter requiescere dicitur deus à condendis nouis creaturis, quia post æditionem sex dierum operum, nulla deinceps condidit de nouo creaturam. Nā quod ait, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, non nouam creaturam condens intelligitur, sed quam condidit administrans & conseruans. Quomodo enim loqui ser q.43. pēs poterat in paradiso, cum fuisse appareat irrationale animal, cui loqui non competit? Rūsio.

Serpens per se loqui nō poterat, quia nō hoc à creatore acceperat. Assumpsit enim Gen. 3. in ministerium illum diabolus, vtens eo velut organo, per quod articulatum sonū emitteret: Per illum nempe verba faciebat, & tamen hoc etiam ille nesciebat. Natura ergo rationis expers subditur rationali creaturæ, sed tamen non tantum quantum vult ea & in ea facit, sed quantum à creatore acceperit. Et si non intelligunt serpētes, quo- q.44. modo audiunt verba Marsorum, vt ad incātationes eorum de speluncis exeant suis? Rūsio.

Licet intellectum non habeant, tamē sensu corporis nullatenus careht: Habent enim & visum & auditum & odoratum & gustū K & tactum. Et ideo quanuis audiant verba Marsorum, nequaquam tamen intelligunt. Non enim obediunt intelligendo, sed vt de antris ad uerba Marsorum exeant, permittente deo coguntur à diabolo. Vnde datur testimonium de illo primo facto, q̄ primum hominem diabolus per serpentem decepit in paradiso. Nūquid quia opus erat Adæ, q.45. vt ei vxor fieret, aliter non poterat fieri, nisi vt dormienti costa detraheretur, ex qua cōiunx ędificaretur. Poterat deus etiam aliter facere, sed ideo congruentius iudicauit, Rūsio. vt sic faceret, vnde aliquid significaretur. Sicut enim dormienti Adæ costa detrahitur vt coniunx efficiatur, ita & Christo morienti de latere sanguis effunditur, vt Ecclesia constituatur. Communicantes nempe corpori & sanguini Christi, efficitur Ecclesia Christi coniunx. Quomodo intelligen- q.46. dum est quod dicit Adam, Quamobrē relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne una? Gen. 2.

Beatus Apostolus Paulus hoc capitulū Rūsio. sibi ponens exposuit, dicens, Sacramentum Ephes. 5 hoc magnum est: Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Sed quomodo Christus L reliquit patrem consubstantialem sibi? An alicubi esse poterit sine filio, cum de ipso filio qui est sapientia dicatur, q̄ attingat à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter? Ergo ubi ibi est filius ubi & pa- Sapiē. 8. ter, non potest esse pater sine filio, nec filius sine patre: quia scilicet sicut inseparabiles

Iunt

sunt in natura, ita & inseparabiles in personis. Sic enim ipse filius de patre dicit in Euā
Ioan. 8. gelio. Qui me misit, mecum est. Quomodo ergo dereliqt patrē vt adhæreret vxori suæ:
Phil. 2. id est, Ecclesiæ suæ: nisi illo modo quo Apostolus dicit, Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens? Ipsa ergo formæ seruilis acceptio, est exinanitio, & ipsa exinanitio quanquam non sit diuinitatis abolitio aut naturæ amissio, tamen propter formam serui in qua dignoscit apparuisse, iure dicit Apostolus patrem reliquisse. Reliquit & matrem, scilicet synagogam, veteri testamento carnaliter inhærentem, & adhæsit vxori suæ, id
M est Ecclesiæ suæ sanctæ, vt pace noui testa- q.47. mēti essent duo in carne vna. Cur Cain
Gen. 4. ex terræ fructibus munera reprobantur, & Abel de adipibus gregis sui munera suscipiuntur? Rūsio. Cain typum gerebat Iudæorū, qui illa temporalia sacramenta secundū vetus testamentum exercebant. Horum enim sacrificia superueniente testamenti noui fide, contempta & euacuata sunt, & Christianorum sacrificia quæ ex innocētia Christi innocentis agni constant, laudātur, quę significabant ipsius Abel ex ouibus munera. Munera igitur Cain non accipiuntur.
Psal. 39. Vnde etiam dicitur in Psalmo, Oblationes
q.48. & holocausta noluisti, &c Quid significat quòd Cain fratrem suum Abel in agro
Rūsio. interfecit. Iam superius diximus Cain significare Iudęos qui Christum occiderūt. Occiditur itaque Abel minor. Occiditur Christus caput populi minoris natu, à populo Iudæorum maiore natu, Ille in agro,
q.49. iste in Caluariæ loco. Quomodo intelligendum est, quòd sanguis Abel legitur de
Rūsio. terra ad dominū clamasse? Sanguis Abel significat sanguinem Christi, quo vniuersa Ecclesia accepto dicit, Amen. Nam qualem clamorem faciat vniuersa Ecclesia dū potatur sanguine Christi, & dicit Amen, tuipse si potes considera. Iudæi ergo qui in-
A telliguntur in persona Cain, quoniam non credentes in Christo, non potantur sanguine Christi, maledicti sunt super terram. Super illam scilicet terrā quæ aperuit os suū per confessionem, & bibit sanguinem fratris sui: id est Christi su-. Quem quia Iudæi nō bibunt, ideo maledicti sunt. Quid
q.50. significat quòd Enoch septimus ab Adam cum deo ambulauit, & non apparuit è Enoch septimus ab Adam transfertur ad Rūsio. deum, & septimo requies promittitur sanctis, quia in sexta ætate seculi reformantur in agnitionem dei, vt transferantur ad re- q.51. quiē. Quid significat quòd Noe per aquā Rūsio. & lignum liberatur? A qua significat baptismum & lignum crucem. Sicut Noe p aquā & lignum liberabatur, ita & Ecclesia baptismo & passionis Christi signaculo liberatur.

Quid significat quod arca de lignis qua- q.52. dratis constructa erat intrinsecus, & extrinsecus bitumine liniebatur? Sicut arca de Rūsio. lignis quadratis construebatur, ita & Ecclesia de sanctis construitur. Quadratū enim in quacunq; parte posueris, fortiter stat: & sancti in quibuslibet tentationibus stabiles permanent, non aduersitatibus, non prosperitalibus cedunt. Bitumen enim significat charitatem: per quam sancti nec illis scanda- B lis quæ fiunt ab his qui intus sunt cedunt, nec illis quæ fiunt ab his qui foris sunt: & seruant veritatem spiritus in vinculo pacis, tolerantes & malos Christianos qui sunt in Ecclesia, & hæreticos qui sunt foris & extra Ecclesiam. Quid significat quod ar- q.53. ca in longitudine habuit trecentos cubitos, & in latitudine quinquaginta, & in altitudine triginta? Sancta ecclesia vt faciat man- Rūsio. data dei, adiuuatur spiritu dei, dicente Psal Psal. 18. mographo, Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Nisi dilatatum cor habuisset, viam domini minime cucurrisset. Et vnde dilatatur cor, nisi per charitatem spiritalem? Hinc & beatus Paulus Apostolus simili Psalmographo voce consentit, Os nostrum patet ad vos ò Corin- 1. Co. 16 thij, cor nostrum dilatatum est. Vnde quę Rom. 5. so dilatatum est? Gratia, inquit dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis. Ergo accepto spiritu sanc operatur Ecclesia talem dilectionem, scilicet præcepta dei, quæ sine gratia spiritus sancti nequaquam poterit operari. Hunc im spiritum septiformem scriptura sancta mmemorat & commendat. Septies ergo ptem fiunt quadragintanouem, & addito C vno vt compleatur numerus, fiunt quinquaginta. Vnde & dominus ascendēs in cœlum, quinquagesimo die misit spiritum sanctum, vt corda credentium dilataret. Trecē- Acto. 2. ti vero cubiti significant decem præcepta legis, Decies autem triginta, fiunt trecenta, Sed hæc præcepta non possunt impleri nisi charitate faciente, id est spiritu sancto, qui signi-

ficatur

gnificatur in latitudine quinquaginta cubitorum. Idcirco arca vtrunque numerum habet. Nam & ipsa opera bona propter supernum finem facit Ecclesia, quod significant triginta cubiti altitudinis. Re enim vera spiritus est altitudo nostra, ipse scilicet trecenarius doctrinam Euãgelicam consecrauit. Ipse est & supernus finis, atque omni bono opere indubitanter Ecclesiam replet.

q.54. Gen. 7. Quid significat, quòd post dies septem ex quo ingressus Noe in arcam pluit dominus super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus?

Rũsio. Quòd post dies septem dominus pluit super terram, hoc significat quòd omnes qui baptizantur, in spem futuræ quietis, quę septimo die significata est, baptizantur. Et omnis reatus peccatorum, qui in decem legis præceptis admittitur p vniuersum orbem terrarum, qui quatuor partibus continetur: unde de em per quatuor du

D cta, quadraginta fiunt: siue ille reatus qui ad dies pertinet ex rerum prosperitate, siue qui ad noctes ex rerum aduersitate contractus sit, sacramento cœlestis baptismi abluitur.

q.55. Quid significat quod Noe sexcentorum erat annorum, quando diluuij aquæ inundauerunt super terram? Sexcenti anni

Rũsio. Aetates sex. significant sex ætates mundi. Prima ætas est ab Adam vsq; ad Noe. Secunda à Noe vsque ad Abraham. Tertia ab Abraham vsque ad Dauid. Quarta à Dauid vsque ad trãsmigrationem Babylonis. Quinta à trãsmigratione Babylonis vsq; ad aduentum domini nostri Iesu Christi. Sexta q̃ nunc agitur. Sexcentesimo anno vitæ Noe factũ est diluuium, ita sexta ætate seculi reformatur homo in agnitionem dei per baptismum.

q.56. Quid significat, quòd de omni genere animalium atq; volatilium, immunda bina inducuntur in arcam, & munda septena?

Rũsio. Immunda illos homines significant, qui a schisma sunt faciles: munda vero homines sanctos, qui spiritum septiformem accipien-

Buc. Aeg. 8. tes ex fide viuunt. Hinc etiam quidam poeta ait, Numero deus impare gaudet.

q.57. E Quid significat, quòd omnes montes excelsos supercreuit aqua quindecim cubitis?

Rũsio. Octo & septẽ quindecim faciunt. Octo nempe significant resurrectionem, & septẽ quietem. Hoc itaque mysterium resurrectionis & quietis, supergressum est omnem scientiam superborum sapientium qui nullatenus potuerunt indagare scientiam resurrectionis & quietis.

q.58. Quare cũ ingrederetur Noe in arcam, dicitur ad eum, ingredere tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorũ tuorum tecum. Seorsum ergo ponuntur viri, & seorsum fœminæ. Et cum egrederetur de arca, dicitur ad eum, Egredere tu & vxor tua, filij tui & uxores filiorum tuorum: In ingressione quidem separati, in egressione autem coniuncti dicuntur. Horum quippe ingressio istam vitam significat, vbi caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, vt non quæcunq; volumus illa faciamus, nec quæcunque nolumus illa non faciamus. Egressio autem illã vitam significat, vbi caro iam nullam habebit concupiscentiam aduersus spiritum, vbi nihil erit ex nobis quod repugnet in nobis.

Gen. 7. Rũsio. Gal. 5.

Quid significat, quòd emissus coruus de q.59. arca, non est reuersus? Coruus vt nõ reuerteretur, aut aquis interceptus est, aut aliquo cadauere illectus insedit. Et significat illos homines qui carnalibus dediti rebus, dei præcepta cõtemnunt, & nullatenus pœnitendo Ecclesiæ satisfaciunt, vnde & per mala opera receſſerunt. Vel certe si aquis ille coruus interceptus est illos significat qui de Ecclesia exeunt, & hæreticorũ baptismo polluuntur. Quãuis enim vnum baptisma sit & hæreticorum, eorum scilicet qui in nomine patris & filij & spiritussancti baptizãtur, & Ecclesiæ catholicæ: tamen quia foris & extra Ecclesiam baptizantur, non sumũt baptismum ad salutem, sed ad perniciem, habentes quidem speciem pietatis, virtutem tamen eius abnegantes. Et rursum, Animales, inquam, spiritum non habentes. Et ideir co eos Ecclesia non rebaptizat, quia in nomine trinitatis baptizati sunt, Ipsa est profecto forma sacramenti, ideo dum reuersi fuerint, accipiunt virtutem spiritussancti quem ij qui extra Ecclesiam baptizantur, nõdum habent. Quid significat quod Noe vir iustus plãtauit vineam, bibensq; vinum inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo?

F Rũsio. Gen. 8.

2. Tim. 3. Iudæ. 1. q.60.

Deus quodam modo plantauit gẽtem Iudæorum, segregando eam à cunctis gentibus, Vnde & circuncisionis signum eis indidit, legem dedit, sacrificia instituit, seipsum in carne venturum in lege prædixit: sed cũ non crederent, in vineæ suæ vino, id est malitia populi passus est, crucifixus est, sputis illitus & illusus. Sed hic passus est in tabernaculo suo, ille in gente sua. Quid signi-

Rũsio. G q.61. Gen. 9.

ficat quòd Cham pater Chanaam, videns verenda patris sui, exiuit foras, & nunciauit fratribus

Rũsio. fratrib⁹ suis. In duobus filijs maximo & minimo, duo populi significati sunt, vnã vestẽ à tergo portantes, sacramentum scilicet iam præteritæ atque transactæ dominicæ passionis: nuditatem patris tegentes, neque intuentes, qui in Christi nece non consentiunt, & eum honorant velamento, tanquam scientes vnde sint nati. Medius filius populus Iudæorum, ideo medius quia nec primatum Apostolorum tenuit, nec vltimus in gentibus credidit, nuditatem patris quia consensit in necem Christi, & nunciauit fratribus suis. Per eum quippe manifestum est & quodammodo publicatum, quod erat prophetiæ secretum. Ideoq; sit fratrum suorũ seruus. Quid est enim adhuc hodie, quòd gens ipsa seriniaria christianorum portans, legem & prophetas ad testimonium affert

H ecclesiæ, vt nos honoremus per sacramen-

q.62. tum, quod nunciant illi per literam? Quid

Gen. 12 significat q̃ dixit deus ad Abraham, Egredere de terra tua & de cognatione tua, & de

Rũsio. domo patris tui? Abraham personã Christi portabat. Sicut enim Abraham terram & cognationem suam dimisit, & domum patris sui, & venit in terram quam ignorabat, ita & Christus dimisit gentem suam, scilicet Iudæorum, & venit ad populum gentium. Hic & alia explanatio hoc habet, Eximus de terra nostra, quando diuitias & mundi huius facultates contemnimus. Et de cognatione nostra, id est de vitijs prioribus, quæ nobis à nãtiuitate nostra cohærentia, velut affinitate quadam & consanguinitate coniuncta sunt, Et de domo patris nostri, id est omni memoria mundi huius, quæ oculo-

q.63. rum occurrit obtutibus. Quot sunt ge-

Rũsio. Visionũ tria genera. nera visionum? Tria. Prima visio est corporalis, secunda spiritalis, tertia intellectualis. Corporalis ergo visio est quæ fit per corpus. Spiritalis, cum imagines corũ quæ vidimus, in memoria condimus. Intellectualis nempe, cum ea quæ corporaliter vidimus, & imaginaliter in memoria retine-

I mus, intellectu discernimus, quòd illud sit corpus, illud similitudo corporis. Hunc autem intellectum bestiæ & pecora atque volatilia nullatenus habent. Vident & ipsa per corpus, & eorum quæ videntur imaginaliter species formatur: vnde & pecora præsepia cognoscunt & aues ad nidos suos redeunt. Sed nec seipsa intelligunt quæ sint, nec illa quæ oculis cernunt. Postremo corporalis visio sine spiritali esse non potest. Statim ergo vt auertimus oculos ab eis quæ videmus, imagines eorum quæ vidimus in memoria retinemus. Spiritalis vero visio sine corporali esse potest, vnde & absentes homines recordamur, & in tenebris ea quæ vidimus imaginaliter cernimus. Intellectualis nempe nec corporali indiget nec spiritali. Per intellectum nec corpus videmus, nec imaginem corporis, Per hanc quippe videtur iustitia, charitas, ipse deus, ipsa mens hominis quæ nullum corpus habet, nec vllam similitudinem corporis. Vbi etiam raptus fuerat Apostolus 2. Cor. 12 Paulus in tertium cœlum, ad intellectualem visionem, vt deum non per corpus, non per similitudinem corporis, sed sicut est ipsa veritas, cerneret. Tres ergo cœli, tria sunt visionum, de quibus loquimur genera. Ad K hoc profecto peruenerat Paulus, vt deum sic in ista videret, sicut sancti post hanc vitam videbunt. Quot genera sunt Apo- q.64: stolatus, Vel quale nomen sit Apostolus, vo

lo cognoscere. Apostolus interpretatur Rũsio. missus. Apostolorum sunt genera quatuor, Apostolatus ge- à deo non per hominem, à deo sed per hominem, per hominem tantum, & ex se. A nera deo etenim missus est Moyses. A deo & per quatuor hominem, sicut Iesus Naue. Per hominem tantum, sicut nostris temporibus multi fauore vulgi in sacerdotium subrogati sunt. Ex se autem, sicut sunt ipsi pseudoprophetæ. Quomodo possumus scire qui mitta- q.65. tur à deo? Illum cognosce missum à deo, Rũsio. quem nõ paucorum hominum laudatio vel potius adulatio eligit, sed illum quem & vita & mores optimi, & Apostolicorum actio commendat sacerdotum: vel etiam qui vniuersorum populorum iudicio compro batur, qui non appetit præesse, qui nec pecuniam dat vt Episcopatus honorem acquirat. Nam qui præ esse festinat, quidam patrum eleganter expresit dicens, sciat se non esse Episcopum, qui præesse cupit, non prodesse.

FINIS.

D. AV.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI Liber quæstionum veteris & noui testamenti.

E Quæſt. 1

QVid ſit deus. Deus hoc eſt quod nulla attingit opinio. Plus eſt enim q̄ quicquid dici poterit aut cogitari. Sed dicamus aliquid, quod licet impar ſit, tamē ex aliqua conueniat ratione his quæ deo digna videntur. Nam vnaquæque natura pro capacitate ſui ſuſpicatur de deo, vt quantum natura diſtat a natura, tantum diſtet ſententia à ſententia in iudicando quid deus ſit. Quæ enim ſupra omnia eſt, neceſſe eſt vt omnium mentes excedat. Homines.n.quantum poſſunt aciem mentis extendere, aſpiciunt quid deus ſit, opinione, non definitione. Angeli autē qui ſuperiores hominibus ſunt, quia de deo aliquid ſentiunt, nō eſt dubiū. Archangeli vero eoipſo amplius, Cherubin autē & Seraphin, quæ potentiæ iuxta deum eſſe dicuntur, maiora de deo ſentiunt non tamen compræhendunt penitus quid deus ſit, Quia nemo nouit patrē niſi filius, Mat. 11. nec filium quis nouit niſi pater. Igitur deus Deus quid ſit. eſt ſicut hominibus videtur, ſpiritus natura ſimplex, lux inacceſsibilis, inuiſibilis, inæſtimabilis, infinitus, perfectus, nullius egens, æternus, immortalis omnimodo, à quo omF nia in nihilum conſecuta ſunt: venerandus, diligendus, metuendus, extra quem nihil eſt, immo in quo ſunt quæcunque ſunt ſurſum & deorſum, ſumma & ima: omnipotēs, omnitenens, vere in omnibus dies, quia nihil eſt quod eius non ſit: bonus, iuſtus, miſericors. Bonus, quia fecit exiſtere quod nō extiterat. Iuſtus, quia quæcunq; fecit vt proficerent, proprio libertatis arbitrio dimiſſ ſunt: quia tamen non tam perfecta ſunt vt labi non poſsint, ſeminaria his legis ineſſe decreuit, naturaliter addens auxilium manifeſtatæ legis, vt authoritas eius perfecta eſſet hominibus. Miſericors vero, quia peccantibus non facile reddit, ſed ſuſtinet vt conuerſis ignoſcat. Eſt etiam ſeuerus, vt terrore quæ ab eo bene condita ſunt conſeruentur, ne negligentia pareret vitæ præcipitiū. Et ne quod mirabilius eſt prætermittamus, tanta eſt eius clementia, vt contumelias paſſus ab his quos fecit ſufferat, & prior vocet ad pacem. Nunquid non maioris virtutis hoc eſt q̄ condidiſſe creaturā, in quo ſi permaneret nimia bonitas eius, obeſſet creaturæ? Vnde aliquando diligi, aliquando timeri ſe vult, ne aberrantes ab eo depereant. Hinc eſt vnde ne patientia eius non vtique ad damnum ipſius, ſed ad noſtrum omnino G contemnenda putaretur, ait, Tacui, nūquid Eſa. 42. ſemper tacebo? Itaque deus bonus, & omnia quæ fecit bona ſunt. Vnde ergo malum? Nihil eſt malum niſi præuaricatio boni, dū inconceſſa præſumuntur, aut conceſſa inordinate fiunt: vt alibi mandatum, alibi peccatum fiat, vt quando quod in vxore conceſſum eſt, fit in meretrice, & quod deo offerendum erat, offertur diabolo: & cum quis non tulit ſuum, ſed alienum, & cum præuaricatorem occidi liceat, occiditur innocēs. Nulla igitur natura probatur malum. Voluntas autem eſt accidens naturæ concepta ex cauſis, quæ male mouetur dum excidit modum vt illa gerat quæ naturæ ſuæ non ſunt. Cauſæ autem præuaricationis oriuntur ex ſenſibus, quando aliquid male videmus aut audimus. Quem errorem hæc res facit, quia homo non eſt deus, qui ſolus errare non poteſt. Natura igitur hominum proprio arbitrio remiſſa & dimiſſa eſt, vt poſsit facere quod vult: vt ſi bonum naturæ ſuæ exercitatio melior & honorabilior ſit: ſi autem infirmet vigorem ſuum, contumelia dignus habeatur huiuſmodi, facit.n.quod contra rem ſit. Non eſt minimum quod cōceſſum eſt homini, vt cum recta ſequitur, gaudeat in ſe, ſed per id opere ſuo videt ſe meliorē: H aut certe imputet ſibi, qui cum potuit non dedit operam vt melioraret ſe bonis. Si aūt homo poteſtatis ſuæ non eſſet, ſubiectus fuerat neceſsitati, vt neque boni operis haberet gloriam, neque mali pœnam, ſed ſuiſſet vnū ex pecoribus. Quoniam ergo ad vtrunque facti ſumus poſsibiles: vt per negligentiam delinquamus, ſi quod bene audire & videre debemus, male.i.extra normam & rationē audiamus: per vigilantiam autem naturæ bonum cuſtodiamus: & cauti eſſe ſemper non poſſumus, quia ſicut dixi ad vtrunque facti ſumus poſsibiles. Si peccamus, non iam condemnamur, niſi iterum delinquamus, iam quaſi proditores. Qui.n.ſemel peccauerit, reparare ſe debet ne denuo peccet: ne par ſit ei qui ſe vicerat, vt iterum ſi non peccet, iam ſuperior habeatur: quia qui ſemel victus eſt, bis triumphabit. Hæc iuſtitia eſt, vt quia colluctatio eſt in mundo, qui propenſior

penſior ad peccandum eſt, in non peccando coronetur. Nihil ergo in dei opere malum eſt. At ſi à quibuſdā mala quædam dicātur, vt venenum, aut tenebræ, quia corpora noſtra vim veneni ferre non pūt: malum dicāt I ēt ignem aut aquā: & ferrum vel plumbum, quia multū ab auro diſtat, malū dicatur. Ad comparationē.n.lucis tenebras condemnāt, cū ſciant pro loco neceſſarias eſſe ſicut plūbum aut teſtā. Nam vtiq; requiē dant poſt laborē. Igitur omnis qui colluctatur in mūdo, ſic eniti debet, ne in re aſpera victus abſcedat & fiat reus, vix aut tarde ſe reparās, & forte inter hæc proueniat exitus & exeat hinc cū peccato. Qui enim omni virtute nititur, ſi eliſus forte fuerit, quaſi vir cadit, nec ſuccenſet ei quiſquā, ſed hortatu quodā animū eius reparat. Videt.n.eum propoſitū habuiſſe vincendi, & ſperat talem poſſe perficere ad victoriam, quem nō ſine fatigatione ſui hoſtis eliſit. Qui enim facile vincit, non habet animū reſiſtendi: nec vincit, ſed cōſentit, hic acerbius peccat. Huiuſmodi vix ad veniā admittendus eſt, qui votum habet delinquēdi. Qui.n.id meditatur ne peccet, etiam ſi peccauerit, non aſpere peccat. Quoniā diligentibus deū aliqū minora peccata ſubrepūt. Quanto aūt minora ſunt, tāto ſubtiliora, & dum contemnuntur non vitantur. Maiora.n.lōge apparent. Ac per hoc K qui in maioribus peccat, voluntatis eius eſt crimen. Sanè qm̄ ſuperius peccata ex ſenſibus ortum capere diximus, dum contra legis imperium vel rationē aliquid aſpicimus aut audimus, id eſt, ſi ſolē videntes adorandum eum putemus pp pulchritudinē eius, tunc male videmus: quia ad iniuriam pertinet creatoris cōis, vt quod illi ſoli debitum eſt, deputetur creaturæ. Quippe cum ab eo prohibitū ſit per legem. Aut cū corpora bene cōpoſita & decora videmus, aut aliquid pximi ſi cōcupiſcamus, aliter ea aſpicimus q̄ mandat lex: tūc facimus peccatū quod vocatur malum. Sed forte dicatur, Nihil igitur formoſum debuit fieri ne nos peccaremus, vt tutela noſtra ex aliorum deformitate cōſtaret. Quod ſi eſſet, nec ferrum eſſet, ne de eo fierent homicidia, Neque lucerna in uſu eſſet, ne fures lumine eius ad effringendum vterentur, vt quod magnopere omnibus uti le eſt, deeſſet propter q̄ orundam inimiloquia, cum conſtet nos ſemper omnia aſpicere, nec tamen ſemper omnia concupiſcere: quia nō illorū vitium, ſed noſtrum eſt cum ſumus negligentes, quod cōſtat ex interuallo creari, quia nō ſumus quod deus. Sic aūt male audimus, ſi audiētes idola deos eſſe cōſentiamus, aut ſi turpia cantātibus, aurē accommodemus. Tūc aūt bene audimus, ſi audientes de deo q̄ vnus ſit, oblectemur, Si quis autem contra legem aliquid audiens aſſentiat, peccat, & hoc eſt malū audire. Cur deus mundum fecerit? Fecit quia eſt opifex, Aut negetur ſi non eſt. Sed eſſe, ipſa opera manifeſtant. Fecit ergo vt eſſet quod Venu- ante non erat, quia ſine dubio melius eſt eſ- ſtū exē- ſe quàm non eſſe. Si dicatur, Nunquid ina- plar hā- ne fuit aliquid vbi faceret? aut quid prius bet hic erat vbi fecit? Hoc vas electionis Apoſtolus aliā quę Paulus paucis abſoluit. Ait enim cū de deo ſtionem eſſet ſermo, In ipſo viuimus & mouemur, ſecundo & ſumus: hoc eſt omnia in deo, quia vbique numero, eſt & ante omnia ſolus ac æternus, inuiſibilis ponitq; omni creaturæ. Et ne myſterium prætermi- hanc nu ſiſſe videamur, aut potius ignoraſſe cur mū mero dus factus ſit, dicimus diaboli apoſtaſiam tertio. multos angelos.i.ſpiritales potentias ſecum Acto. 17 in prævaricationē traxiſſe, dū voluit ſibi regnum impia preſumptione defendere. Q̄d Propheta Eſaias ſignificat dicens, Quomo Eſa. 14. do cecidiſti de cœlo Lucifer qui mane oriebaris, id eſt, qui cæteris lucidior apparebas? Erat enim quaſi princeps multorum, inter quos clarior erat, & cū quorū ſocietate ad impiū deſcendit certamē. Videns.n.infra ſe multas ſpiritales potentias, quippe cū in paradiſo dei preſtantior eſſe cognitione myſterij cœleſtis, ipſa elatione inflatus, voluit dici M deus: hac ſcilicet ratione qua etiam in præſenti vita exemplum eius quoſdam imitatos videmus, qui contemplatione aggregatorū circa ſe militum elati, ſatellitibus in hac re fomitem conſpirationis præbentibus, imperium ſibi vendicare voluerunt. Hinc eſt vn deus vt eius præſumptionem non poteſta te, ſed ratione deſtrueret, materiam condidit uæ eſſet rerum confuſio, ex qua faceret undum, Diſtincta enim quæ ſimul confuerant, hunc præſtiterunt quem videmus ornatū. Diſcretis.n.ab inuicem ſubſtantijs, Mūdus facta cōparatione mundus vocat: quia vna- quare quæq; res ab altera ſegregata ad mundū apuocetur. paruit: vt hic homo poſitus, creatus ex ſupernis & infernis, id eſt, cœleſtibus & terrenis, vnius dei dominum, nō tm̄ voce, ſed & imagine, qua vnus ab vno deo factus eſt ex quo cæteri oriretur, oſtenderet. Ideo enim deus vnus unum fecit, vt doceret ab uno omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

esse,ac per hoc vnum esse deum,vt superior
A creatura ad confusionē suam in homine di-
scoeret,qui de terra conditus est veritatē. Et
ex eo diabolus inimicus extitit hominis.
Præuidit enim quia ad accusationem eius fa
ctus est homo:vnde subtilitate sua id egit,
vt in eandē illum præuaricationem in quā
ipse ruit,induceret, vt accusatorē suū parti-
cipem damnationis efficeret. Ex trangres-
sione enim diuinitatē illi spopondit,ad quā
ipse dū affectaret,ab ea deiectus est. Et qa
omnis natura à crimine libera est, ex acci-
denti sunt nomina: ante enim res,postea si-
gnificatio. Ac per hoc Satanas & diabolus ex
actu eius composita sunt nomina,vt sit non
naturæ eius,sed voluntatis eius significatio.
Itaq; vt propositum dei quod in causa crea-
ti hominis decreuit mateoret,& factū diabo
li per qđ hominem circūuenit,ad eum vltiō
eius reatus ꝓficeret, Christus de sacris sedi
bus etiam ad terras venire dignatus est: vt
& hominē à transgressionis sententia libera
ret,& diaboli futurā perditionē, ne quis fa-
ctum eius imitaretur,oñderet. Propterea di-
1.Ioā.3. xit Ioānes Apostolus, Ideo venit filius dei,
B vt solueret opera diaboli. Qui si natura ma-
lus esset, pœnā ei promittere, aut dementis
erat aut iniqui. Qui in.arguat cum qđ nō vi-
deat nō aliter aliquid facere q̄ naturā eius ad-
mittit? Si igit̄ pōt succenseri, quia vrit, aut
aquæ,quia infrigidāt,cū non vtiq; voluntā-
te hoc faciāt,sed natura? Vī etiā diabolus si
naturā malus esset, voluntatē non haberet.
Nec enim posset discernere,sed vno atq; eo
dem mō omnibus se quasi cæcus ingereret.
Porrò aūt iudicio quodā hoc agit: nam suā
voluntatem scientibus parcit,à quibusdam
neotericis dissimulat,ad dei auxilium confu
gere volentibus offendicula & impedimen-
ta opponit, & seruis dei insidias tendit, &
promptioribus circa eius obsequia magis
festus est. Vnde manifestum est, voluntatē
eius esse in crimine. Quamobrem Petri
Apostolus ait,Sobrij estote & vigilate,qu
aduersarius vester diabolus tanquam leo
giens circuit,quærens quem deuoret. Ge-
tes non quærit, Iudæos non quærit,malæ vi
tæ & conuersationis non quærit, sed quærit
dei seruos & Christus famulos quos sibi scit
inimicos, quia factum eius & præsumptio-
nem eius condemnant. Denique lege data,
plus exarsit inuidia aduersus eos qui sub le-
ge erant, scjens legis dorume...a vnum des
tradere,& bonam conuersationem hominī-
bus. Igitur si hoc naturaliter putatur facere
C reus constitui non pōt, quia hoc facit,quod
naturæ suæ est & pōt,& non facit,quod nō
potest,quia naturę suæ non est. Itaq; neq;
laudandus,neq; condemnandus est. Laudan
dus non est,quia obsunt quę agit. Condem-
nandus autem non est,quia nō volūtate hoc
facit,sed impulsu naturæ. Nam aliquos sci-
mus subito dementes factos,fuste, ferro,la-
pidibus,morsibus,multis nocuisse,quosdam
etiam occidisse. Captos autem industria &
iudicibus oblatos, minime reos factos,eo ꝙ
non volūtate, sed impellente vi nescio qua
hæc gesserint nescientes. Qūo enim reus cō
stitueretur qui nescit quid fecerat? Ita & dia
bolus si bonum nescit, quare condemnādus
et̄ scribitur,qm̄ non facit quod nescit? Immo
si posset fieri laudandus erat,quia facit quod
non nouit. Nos autem iure rei constituimur
quia illud nō facimus qđ scimus debere nos
facere, vel quia illud facimus quod scimus
debere nos non facere. Sed quia per omnē
scripturæ constitutionē reum diabolum cō
stitui videmus, & propterea gehennam illi
D paratam legimus, legibus illum damnandū
scimus, quia cum sciret & posset facere bo-
num,fecit & faciet malū. Nec.n.deus qui iu
stus est,dānaret eum quia bonum non fece-
rat qđ nescierat, & quia malum fecerat qđ
sciuerat. Manifestum itaq; puto, nullam na-
turam debere dici malū, quia oē malum si-
cut claruit,ex voluntate fit, quæ per sensus
accidit naturę. Quod opus erat per Moy 3
sen & non ante, exordium mundi & ordinē q.3.
creaturæ exponere? Prius describi non
debuit, quia adhuc ex hac causa error tan-
tus non erat in hominibus. At vbi iam er-
ror creuerat generi humano, ita ut etiam
filij Israel contra hanc expositionem in Ae
gypto tradi audirent à Philosophis Aegy
ptiorum, à quibus etiam Moyses fuerat in-
structus omnem peritiam Aegyptiacam,
quæ Apim quendam mundum iustum asse-
rit per malos angelos condidisse: hunc quo-
que principem mundi videri,id est,Satanā.
Quam sententiā Marcion secutus, ruit in
mortem. Nam & Manichæi ab eodem Sata
na hominem dicunt factum, non mundum
istum, stultiores cæteris. Cum enim mun-
dum constet hominis causa fabricatum, illi
à deo dicunt mūd factū,licet de alieno: ho-
minē vero ab aduersario creatū,vt in domo
E alterius alter posuerit dūiū. Oportuit ergo
Moysen, vt errorē istū ꝓderet & auferret,
manifestare mundi & hominis fabricari deū
esse authorem. Accepta.n.authoritate per
signa & prodigia quæ fecit, docuit sine du-
bio id verū esse quod testibus signis trade-
bat. Quis.n.nō crederet ei,cuius tāta signa
in rebus gestis existerent? Deniq; hinc est,
vnde qui contra disciplinam hanc sentiunt,
errare noscuntur, quia nudis verbis asser-
tionem suam allegare nituntur. Itaq; vt ni-
hil deo coæternum esse doceret,ordinem ip-
sum creatarū rerum vtile fuit exponi. vt dū
minora prius facta memorat, postea autem
maiora,nihil horum infectū habeatur: quia
quæ tpe minora sunt, virtute maiora sunt:
vt si illa præscribere de tempore se putent,
ipsa infirmitate qua posterioribus subiecta
sunt,conuincatur:aut si hæc de virtute præ-
sumendo primatum sibi vendicent, posterio
ritate ipsa humilientur,vt nihil horum non
initio subiectū videatur. Ante quidē cœlū
factum est & terra. Deinde lux quæ in offi-
cio dei est,Post firmamentum quod appella
F tū est cœlū,& congregationes aquarū quas
appellauit maria, vt appareret arida terra in
qua posit habitari. Terram aūt quam post
cœlum factā dicit, non terrā solam vult in-
telligi,sed materiā significauit.i.omnia infer
na quæ in mundi oēm speciem profecerunt.
Cœlum aūt nō hoc carnale, sed illud super-
num quod spiritale est in principio factum
contendit, Vt cū cœlū primo dicit factum,
deinde terrā,in cęlo omnia inuisibilia, & in
terra omnia visibilia creata à deo significa-
ret. Totius.n.naturæ summa & ima compre
hendit, vt quicquid mediū est,proculdubio
etiā factum credatur. Luminaria vero,quæ
ad gubernandum mundum instituit, quar-
to die asserit facta, vt quāto maiora sunt vir
tute,tanto inferiora sint tpe. Hominem au
tem sexto die constituit, vt in domum iam
factam habitatorem introduceret. Et valde
sublimior est homo,quem vtiq; sexto die fa
ctum declaratum est:quem idcirco sublimio
rem dixi,quia interior eius natura inuisibi-
lis est,& intellectu capax:sed fortitudine ma
ior est sol, & lumine fortior luna est q̄ terra. Hinc,quod quibusdam displicet, dictum
est,Vidit deus lucem, quia bona est:vt quia
omnia à malo facta dicebant, bona credi nō
poterant: Moyses vt bona q̄ facta sunt pro-
baret,ipsi deo placita q̄ fecit ostendit, vt cui
G displicerent,reū faceret. Nam quō posit ne
scire lucem qui dixit, Fiat lux, & facta est
lux? Aut quis fecit,quod nescit? Facta autem

lux,& placuit ei qui fecit. Quis opifex in o- Gene.1.
pere suo non lætetur? Sic dictum est, Vidit
deus lucē,quia bona est. Et denuo sunt qui
dicunt,ꝙ mala est. Quid si sine testimonio
esset relictū? Igitur descripta mundi fabrica,
è primi hominis origine traducē tenuit ge-
neris Seth,qui redditus est pro Abel, & per
ordinē venit ad Abraham patrē Iudæorū:
vt ostenderet Abraham huic deo credidis-
se,qui opifex mundi est: & ipsum legem de-
disse, in qua futurus Christus ꝓmissus est,
qui liberaret genus humanum de dominio
diaboli. Ex his rationabili probatur fides
nostra, Testimonium.n.huic dat origo de-
scripta,quia ab initio genus est Christiano-
rum. Ex Seth.n.filio Adæ venitur ad Enoch,ab Enoch ad Noe,ex Noe ad Abraham,
ab Abraham descenditur ad Dauid, à Da-
uid ad Mariā, ex Maria de spūsancto nasci-
tur Christus. Priores ergo oēs quotquot fi-
dē habuerunt vnius dei,quā Saluator prædi
cauit, iure Christiani dicendi sunt. Ab ini-
tio.n.Saluator vēturus promissus est. Vnde
Ioannes in Apocalypsi ait, Agnus qui occi Apo.13.
sus est à constitutione mundi. Itaq; semper H
Christiani fuerūt. Ij.n.oēs quos supradixi,
à primo homine creato in mundo, per quos
tradux tenditur ad Saluatorem,huius dei fi-
dem habuerunt. De quo Christus locutus Ioā. 17.
est dicens, Hæc est aūt vita æterna, vt cogno
scant te solū & verum deū, & quem misisti
Iesum Christum. Potest dici econtrario, Si
ante & illi Christiani fuerunt, quæ notitia
per Christum? Hunc intelligentiæ profectū
aduentus contulit Christi, quia prædicatio
vnius dei ostendit mysterium,& quid cuiq;
personæ competat, demonstrauit,& ad ex-
planandum atq; explendam legis iustitiam,
addidit quæ prius reseruata erant. Quare 4
deus legem à primordio dedit? Primum lex formata in literis dari non debuit,
quia in natura ipsa quodāmodo inserta est,
& creatoris notitia ex traduce non latebat.
Nam quis nesciat quid bonæ vitæ conue- Tobi.4.
niat: aut ignoret, quia quod sibi fieri non
vult,alij minime debeat facere? At vbi na-
turalis lex euanuit, impressa consuetudine
delinquendi, tunc oportit legem manifesta-
ri, vt in Iudæis omnes audirent, Non quod
penitus oblterata esset, sed quia maximā
eius authoritate carebant. Idololatriæ stu-
debatur. Timor dei in terris non erat, &
fornicatio ꝓperabatur. Circa rem proxi- I
mi auida erat concupiscentia. Danda

ergo lex erat, vt & quæ scirebantur, authoritatẽ haberent, & quæ latere cœperant, manifestarentur. Nã inuenimus ante Moysen nõ solũ nõ latuisse, sed ẽt vindicata esse peccata. Quamobrẽ & iusti fuisse reperiuntur multi, qui scientes deum vindicẽ, timebant peccare. Quod cũ cœpisset iam negligi, legẽ naturalem reuelari oportuit, vt scirent cuncti aperta rõne dñm requisiturũ actus humanos. Quanuis per diluuium vindicatum Gene.7. legatur, & in Sodomam & Gomorram, sed Gen.19. hæc vetustatis oblitio texerat. Vnde per Moysen terroris causa ad disciplinã corrigẽdam, & fidẽ in deum reformandã, cõmemorata sunt. Quare & Apostolus, Iustis, ait, lex 1.Tim.1 non est posita, sed iniustis, idola colentibus, fornicatoribus, & talia. Nunc videamus an conueniat ijs qui dei iudicium audientes rident futurum: si proderit, an oberit: si veritate muniatur, an careat ratione. Lex quidẽ data est mundo, sed videmus eam circa multos cessare. Nõ ergo iustum videtur, vt qui K hic peccant per potentiã, securi sint. Alij legibus illudunt, pauperes deprimuntur, iustis accusatio cõponitur, bñ agentes opprobrio sunt, pij indigent, mali florent, iniqui, & corruptores in honore sunt, auari & raptores locupletantur, iudex venalis est. Nonne iniquum videtur si conditor rerum non hæc requirat: vt qui hic iniuste oppressi sunt releuentur, & qui bñ viuendo indiguerunt, remunerentur: & qui pp iustitiam opprobrio erant, honorentur: illi aũt qui per potentiã leges contempserunt, aut tergiuersatione illuserunt iniquitatẽ sectantes, sic glorioſi in his vt ipſi iustitiæ insultare videãtur, vt humiliati & confusi tormentis subijciantur in conspectu eorũ in quorũ malis & despectione gaudebant, vt & ipsi de pœna illorũ lætideo gratias referant, apud quẽ solum personarum acceptio cessat? Rom.2. Vt quid Abel sacrificium acceptum est, & Cain refutatum 5 est? Ex verbis hoc ipsius lectionis potest colligi, quia non est literarũ arte velata historia. Nam Abel prudentem & deuotũ in eo ipso sermo indicat scripturæ, Cain vero negligẽtem & improuidum, ac propterea minus deuotum. Abel ergo de placidis potiora elegit quæ deo offerret creatori, vt de ijs vtiq; quæ creauerat præcipua illi offerret, vt per I. hoc & dedicationem suam, & meritum eius probaret, vt & propriam reuerentiã, & dei authorem ostenderet. Hoc Ca' velut rusticus præsentare nequiuit. Totum enim animum terræ inserens, mentis oculos ad cœlũ leuare non potuit, vt quid creatore dignum esset, aspiceret, qualiacunq; etiam deo obtulerit munera. Quæ causa etiam in Iudæis obliquæ mentis deprehenditur, Sæpe enim reprehensi sunt, cũ munera sua improuide dei altari offerrent, q̃ nec hominibus digna viderentur, dicente dño, Cæcas & luscas ofMalac.1 fertis mihi, non hæc suscipiam de manibus vestris. Offer eam præposito aut duci tuo, si acceperit ea. Cum constet apud oẽs personę sublimi maxima offerri debere munera, Ideoq; Cain munera refutata sunt dicente ei dño. Quid contristatus es? & vt quid cõcidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, recGene.4 te aũt non diuidas, peccasti? Quiesce, Apud te conuersio eius, & tu dñaberis eius. Vides ergo quia diuisio incurrit peccatum, dum non æstimans quid dignum deo esset, potiora reseruauit suis vsibus. Itaq; non quia obtulit reprehensus est, sed quia indigna obtulit. Neq; ex eo damnatus est, sed quia factũ noluit emendare commonitus. Ad te enim, M ait, conuersio eius, & tu dñaberis eius: hoc est, me non accipiente, ad tuum dominium conuersum est minus à te oblatũ, vt de cætero sciret quid faceret. Hinc inuidia exarsit vt occideret fratrem, vt ab iniusto occideretur homine qui iustitiam primus ostenderat, & exẽplum malum daretur hominibus. Sic.n. æmulatione zeli cæcatus est, vt non solum gratias non ageret, eo q̃ reus factus nõ fuerat, sed nec didicerat quo hoc emendaret, verumetiam adderet aliud grauius per quod damnari mereretur. Talis est causa improuidi ac fratricidæ Cain, qualis & illius nequã Mat.18. serui, cum ignotum esset à domino, ingratus effectus exiens suffocabat conseruum suum, vt etiam de præterito ignoto sibi facinore, & de impietate in conseruum suum admissa inexcusabilis damnaretur: & tamen ad præsens non est damnatus Cain, sed confusus & reus sub terrore dimissus est super terram, vt si pœniteret, ignosceretur ei. Deniq; timẽs ne aliquis cũ pro hoc facto occideret, ait ad dñm, Maior causa est mea rehn Gene.4 qui me, si eijcis me hodie, à facie tua, & à facie terræ abscondã me, & ero gemens & tremẽs super terrã. Et erit ois q̃ inuenerit me, occidet me. Territus itaq; Cain verbis iusti A iudicis dei, timet despici à dño, ita ẽt vt à cõspectu hominum cõfugere se debere putet, Certus, qa qui irato deo viuit, etiã ab homine possit occidi. Sed quid ei respondet dñs?

Non

Non sic, inquit: hoc est, non ad hoc te remisi cum non merearis viuere, vt ab aliquo occidaris, sed vt gemas & tremas, quasi qui primus malum exẽplum dederis super terram, dum laboribus tuis non respõdet fructus ex humo. Itaq; omnis q occiderit, inqt Cain, septem vindictas exoluet. Hæc sententia ostendit iure damnandum Cain. Quãdo.n. vidit legem datã sub tali comminatione ne quis imitaretur factum eius, plus cœpit timere, sciens quid mali admiserat. Septem ergo vindictas ꝓmittit si quis ad hoc facinus aspirasset, vt videns ex hoc opere Cain reũ factum, & cum adhuc legis manifestatio nõ erat, sciret se septemplici pœna mulctari si hoc non vitaret: vt legis notitia sex plagas adderet supra quam meruerat Cain, vt cum plaga Cain septem numerarentur vindictæ. Hoc etiam numero remunerandi sunt, qui relictis omnibus, dñm sequuntur, & in futuro vitam æternã habebunt. Hoc est signum B quod posuit dñs in Cain ne occideret eum omnis qui inuenisset eũ. In parricida.n. posita lex est, vt si quis homicidium fecisset, qa omne parricidium homicidium est, septies reus esset q̃ fuerat Cain, vt hac seueritate perterriti cæteri, ab hoc se facinore inhibe6 rẽt. Vtrum Lamech occiderit Cain sicut putatur. Frustra hoc putant qui arbitran Gene.4. tur ꝙ Lamech hoc dixerit de Cain. Occidi virum in liuorem mihi, & iuuenem in vulnere mihi. Iam.n. in quinta generatione natus erat Lamech à Cain. id est, de Mathusalem abnepote Cain. Hoc aũt idcirco cõmemorat Lamech, vt ostenderet acrius astringendum eum qui sub manifesta lege peccauerit, Ac per hoc si post Cain in imitatorẽ eius septies vindicatum est, quanto amplius in eis vindicandum est, quem nec factum Cain & correptio, nec post in eum lata sentẽtia terruit, vt à tam impio, & crudelissimo facinore voluntatem auerteret. Post Cain ergo Lamech hoc homicidium perpetrauit, qui sine dubio iuxta ea quæ supradicta sunt, septem vindictas exoluit: & quid post Lamech ei qui hoc secutus fuisset esset futurũ, Mat.18. ostendit dicens, De Lamech autem septuagiessepties. Vt quia malum opus pœnitentia non subsequitur, septuagintaseptem plagaC rũ ictibus feriatur. Vnde & saluator etiã septuagiessepties peccanti, conuerso tũ, remitti præcepit. Sed ne putetur alius ante Lamech homicidiũ post Cain fecisse, quia dixit, De Cain vindicatum est, quasi iam factum Lamech dicat de se: quo aũt diceret, quia vindicatum in eum erat, cũ adhuc recens esset homicidium quod cõfessus fuerat se fecisse, cũ constet oẽ factum sententiam secum habere? Quando.n. alia spes nõ est, præterquã quod expleto operi dignum scitur, futurum pro facto habetur. Denique dictum Adæ & Gene.2. Euæ est, Qua die manducaueritis, morte moriemini: & vtiq; non statim mortui sunt, sed post longum tpis interuallum: sed quia iam spem immortalitatis amiserant, futura mors præsens dicta est, quia hæc cœpit in spe haberi. Igitur cum Lamech inuenem se occidisse fatetur, & Cain, sicut claruit, vsq; ad hoc tẽpus peruenire non potuit, aut si peuenit, quod impossibile videtur, senior fuit, eum non occidit. Quæ decem verba in 7 tabulis data sint aut singulæ tabulæ quæ & quot verba habuerint. Decem sententias, decem verba appellauit, Quia & saluator sensum uerbum significauit, dicens inter cętera ad Iudæos, Interrogo uos & ego vnum D uerbum, rñdete mihi, Baptismum Ioannis Mar.11. vnde erat, è cęlo, an ex hominibus? Hũc sensum uerbum appellauit. Simili modo & in duabus tabulis decẽ uerba scripta dicitur, q̃ decem sensus sunt: Deniq; dicit, Non sint ti Exo.20. bi dij alij præter me: primum verbum hoc est. Et subiecit sẽm. non facies tibi vllã similitudinẽ eorum quæ sunt in cœlo sursum & in terra deorsum, neque in aqua quæ est sub terra. Deinde adiecit tertium, Non sumes nomen dei tui in vanum. Non.n. mundabit eum dñs qui sumit nomen eius in vanum: hoc est non in mendacio nomen dei tui assumes ut periures per illud. Dehinc quarto loco dicit, Sabbatum dñi dei tui seruabis, & non facies in illo vllum opus seruile. Hæc quatuor verba sunt de decem. Ista ad deum proprie pertinent. Hæc sunt in prima tabula scripta. Deinde in secunda tabula hæc cõtinentur. Primum verbum est, Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundũ. Nõ occides. Tertium, Non fornicaberis. Quartum, Non furaberis. Quintum, Nõ falsum testimoniũ dices. Sextum, Non concupisces quicquã proximi tui. Hæc in secunda tabula scripta probat Apostolus Paulus dicens, Ephes.6 Honora patrem & matrem, quod est man E datum primum in ꝓmisione. Quo.n. esset primum, nisi in secunda tabula ab ipso cœpisset? In promisione aũt ideo dicit, quia statim subiecit, Vt sis longæuus super terram, & bene tibi. Hæc est promisio facta ijs

qui mandata custodiunt. Itaq; habes & mandata distincta, & numerum eorum consummatum, & quæ & quot singulis tabulis scripta sunt. Vt quid Moyses descendens de
8 Exo. 32. mõte cũ tabulis, uultũ splendidum habuit, & intolerabilem? Accepta potestate in peccatores cũ honorificentia descendit de monte, facie gloriosa. Lex.n. contra peccatores data est. Moyses ergo quia non peccauerat, gloriosus apparuit, & intantum, vt à peccatoribus videri nõ posset. Ostensum.n. in eo est, quia peccatores gloriã dei non merent aspicere. Post simulachrũ.n. uituli fusilis, & confractionẽ tabularũ in quibus lex data fuerat, rursus ascendit Moyses in montẽ cũ tabulis, in quibus accepta lege cũ descenderet, gloriosa facta est facies eius, vt non possent aspicere filij Israel vultũ eius, neq; Aarõ, quia & ipse peccauerat. Sed interposito velamine loquebat ad illos, vt tandiu indigni essent gloria dei, quandiu in peccatis
F versarent. Vnde dicit Apostolus, Cũ cõuer-
2. Co. 3 sus fuerit ad deũ, auferet velamen, vt dono dei abluti, digni fierent intẽdere gloriã dei. In cõfractione.n. tabularũ quas antè accepe rat, Iudæorum populũ reprobum significauit, eo q̃ peccatis studentes, promissione dei indigni futuri erant. Quod autem reiterata lex est, alter populus futurus significatus ẽ,
9 cui proficeret lex data in monte: Si om-
Gen. 7. nia deus bona fecit & valde bona, vt quid dixit ad Noe de mundis & immundis inducte cum in arcã, cũ immundũ bonũ dici absolute non posit. Per id quod multimodã rationẽ habent verba, faciunt quæstiones. Nã si ad hanc causam de qua agitur referãtur, nulla erit quæstio, quia per ordinẽ res ipsæ se produnt. Nã aliqñ cõe dicimus qđ indiuisum est, aliquando quod immundum est, Duobus enim modis appellat cõmune. Denique Petrus Apostolus, Commune, in-
Acto. 10 quit, & immũdũ nunq̃ intrauit in os meũ.
Ro. 14. Et Apostolus Paulus, Omne, inquit, quod
Gala. 3. non est ex fide, peccatum est. Et alibi, Lex, ait, non est ex fide & tamẽ non est peccatũ. Vides ergo, quia vnus atq; idem sermo non
G eãdem semper significat. Ideo & cum dicitur, immundum, considerandum est ex qua causa dicatur, quia aliquando ad comparationem melioris immundum dicitur, aliqñ ad opera sordida refertur, vt malum intelligatur. Nulla igitur substãtia malum, quia quę per substantiam immunda dicuntur, ad comparationem pulcherrimarum rerum immunda sunt. Nam & canis immundus dicitur ad oleum, & plumbũ ad cõparationem auri immundũ est, & coruus ad pauonem, & cũ vniuscuiusq; corporis membra sint, alia honesta, alia inhonesta vocantur, cum sciantur mala non esse. Itaq; omnia in
10 Gen.1 sua natura bona sunt, quia vtilia. Cum deus dicat ad Abraham de filijs Israel, q̃ quarta progenie exituri essent de Aegypto, cur lex dicit, Quinta progenie exierunt filij Israel de terra Aegypti? Quãtum ad verba pertinet, videtur esse contrariũ, si autem sensus quæratur, inuenietur esse non dispar. Sic.n. lex loquitur, vt a diligentibus, & credulis possit intelligi, vt ratio veritatis non incuriosis, sed solicitis se reuelet. Nam vtique deus dixit, quarta progenie: & Moyses scripsit, quinta progenie, quanuis vtrunq; Moyses retulerit, & fallere eũ impossibile sit in H
quo tanta virtus operata sit: ac p hoc inuestigandus est sensus, quia nõ ociose aliquid agit, nec improuide diuina loquit scriptura. Itaq; duæ partes sunt quas singuli memorarũt. Deus.n. quatuor generationes significauit quæ natę sunt in Aegypto. Moyses aũt addens his vnam, ex qua hæ ortum acceperũt, cũ intrassent in Aegyptũ, Quinta, inquit, generatione exierũt filij Israel. Generationẽ.n. quæ intrauit in Aegyptũ, & quatuor q̃ illic natæ sunt, simul complexus est. Nã ab Abrahã vsq; ad exitũ filiorũ Israel de Aegypto, generationes sunt octo. Ducẽtis.n. quindecim annis à promissione facta Abrahæ, habitauerunt in Chanaã, & ducen
tis quindecim in Aegypto. Hi sunt anni Gala. 3.
quos cõprehẽdit Apostolus ad Galatas dicens, Post quadringẽtos & triginta annos facta est lex. Igitur hæ quatuor generationes natæ sunt in Chanaan. In Israel vna, altera in Iacob, tertia in Leui, quarta in Gerson, & Caath, & Marari. Cum intrassent aũt filij Israel in Aegyptũ, Caath genuit Amrã: Hæc est prima generatio facta in Aegypto: Amram autẽ genuit Aaron, & Moysen & Mariã, quæ est secũda generatio facta in Ae- I
gypto. Et Aaron genuit Eleazar & fratres eius, quæ est generatio tertia. Eleazar autẽ genuit Phinees quarta generatiõe. Hæ sunt quatuor generationes procreatæ in Aegy- Gen.15
pto. Vnde ait dñs ad Abraham, Peregrinũ erit semen tuũ & seruitio oppriment eos, ego autem liberabo eos, & quarta generatione exient inde. Vide si non apertũ est, quia non aliquid aliud significauit deus, q̃ quod gestum

gestũ est i Aegypto. Moyses aũt vt etiã illã generationẽ poneret, quæ cũ Iacob patre suo intrauit in Agyptũ, ex qua istę quatuor originẽ habent, dixit, Quinta progenie exierunt filij Israel de terra Aegypti. Si viri iusti uoluntas bona est, quare Isaac nõ Esau quẽ voluit, sed Iacob benedixit quẽ noluit?
11 Iusti hominis quantum ad cõscientiam eius pertinet, voluntas bona est: quantum aũt ad præscientiam, immunis est ab aduersis. Deus.n. solus est qui de futuris iudicat. Et per hoc Isaac iustus quantũ ad præsentem humanitatem dignum est, maiorem filium suum benedicendum magis putabat, Sed deus qui occultorum cognitor est, minorem benedicendum mereri ostendit, vt in benedictione non hominis ostenderet esse beneficium, sed dei, quia officij dignitas est
K non hominis meritum, quam dei sequitur
Nu. 6. benedictio. Denique dictum est à deo in Numeris ad Moysen & Aaron sacerdotes, Vos ponite nomẽ meum super filios Israel, ego dominus benedicam eos: vt gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus, nec volũtas sacerdotis obesse aut prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis, hinc aduertamus.
Ioã. 11. Dictũ est enim de nequissimo Caipha interfectore Saluatoris inter cætera, Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset princeps sacerdotum anni illius, prophetauit. Per quod ostenditur spiritum gratiarũ non personam sequi, aut digni aut indigni, sed ordinationem traditionis: vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus vt officium ministerij exhibeat, Dei autem est effectum
12 tribuere benedictionis. Quare Abrahã fidei suæ signum, circumcisionis accepit sacramentum? Si velis aduertere, non incongruum videbis quod putas diuersum esse à ratione. Credens enim se filium habiturum in quo omnes gentes benedicerentur & à quo sanctimonium exoriendum erat, la in parte signum accepit, per quam generatio fit filiorum & cessat, vt sanctior sit. Sed si aliquibus deformatio videtur, animaduertant Abraham in eo gauisum, & filios eius
L hoc testimonio fuisse glorioſos. Nam Achior vtiq; vnus ex principibus Gentilium
Iudit. 19 videns tantam virtutem esse in deo Abrahæ, vt Holofernem ducem exercitus Assyriorum, cuius potentiã tota terra tremebat, proprio gladio manu fœminæ decollaret, Iponte se circuncidit, arbitratus ex eoipso di gnitatem sibi quæsitã. Nonne præ se fert, si aliquis pro nomine Christi oculum aut aliquod membrũ amiserit? Nonne partem ipsam humanis vultibus ingerit vt appareat gloriosius? Pro fide enim aliquid ad tẽpus amittere, lucrũ est facere. Ita & Abrahã fidei suæ signũ accipiens, nõ deformatus est, sed melioratus. Spiritaliter vero hoc significauit, quia nebula carnis circuncidi debebat à cordibus hominũ per fidem Christi: quia carnalis error obstabat caliginẽ prẽstans human s cordibus ne cognoscerent creatorẽ. Abrahã autem, quia & promissus est ex semine eius futurus Christus qui hãc caliginẽ abstergeret, ideo circuncisus est, quia filium credidit se habiturũ, qui errorẽ hunc amputaret. Iam vide si non congrue illa in M
parte vel tale signum accepit. Si iudicium
dei iustum est, quare infantes in Sodomis si- Gen.19
mul cũ parentibus cremati sunt. Vt nimis impium facinus Sodomitarũ possit aduerti, peccatum eorum peruenit vsq; ad necem filiorũ ipsorum, ne de origine illorũ signum aliquod remaneret. Nonne prouisum est, illis ne diu viuentes exẽpla sequerentur patrum? A gehẽna.n. liberi sunt, in aliena causa occisi. Parentes.n. tam pro se q̃ pro his rei sunt, quia vt eorum opera obliterarent, omnis ꝓgenies ipsorũ erasa est. Nã sicut bonis paretum lęti sunt filij eorum, q̃ cõmendetur prærogatiua eorũ: sic & de morte quę pro malis illorũ infertur queri nõ possunt, vt quemadmodum participes in lucro sunt, sic sint & in damno. Similiter & in Aegypto pro noxis patrũ plexi sunt filij, sed vt ad emẽdationem eorum proficeret: vt quia ex aljs causis deũ credere, & venerari, qui in Moyse erat, noluerunt, hac plaga territi confiterentur cũ satisfactione, ne grauius hunc iratũ sentirent, Hæc ergo mors filiorũ, crimẽ est patrũ Quoquo.n. modo filij debitũ spiritũ reddiderunt, futuri accusatores parẽtũ, quia perfidiam suam nec sanguine filiorũ vincere potuerunt. Non ergo in futurũ, sed ad præsens tempus mala parentum filios A
inuenerunt. Nec qualecunque beneficium est, gloriosum non esse, nec tamen reum. Nam si quidam cum precibus enituntur in postremis positi, ad fidem veri accedere, vt si non coronam vel veniam mereãtur, quomodo poterunt hinc aliquid queri, cũ quibus ita ...tũ est, vt neque esset vnde ignosci

Universidad de Deusto Biblioteca

sibi precarentur, neq; sublimes haberentur qui minime laborauerant? Confer nunc vnius mométi cruciatum, ad multi temporis pœnam. Arbitrare etiam multos laborare, & quia perseuerare non possunt, nõ solum effectum laboris amittere, sed & pœna mulctari: Adde etiam quia difficile de malis nati, & inter nequissimos educati vel conuersati, mentem suam temperant ad disciplinam dei sequendam. Vide ergo si non magis bene actum est cum filijs perditorum.

14 Quid est vt deus qui iustus prædicatur
Exo.20. peccata patrum filijs reddere promiserit in tertiã & quartam progeniem? Nihil iniuste deum facere aut dicere, qui dubitat insanus est. Itaq; si verba domini non supprimãtur, sed omnia quæ ad eandem quæstionem pertinent proponantur, lucebit quod obscurum videbatur, & pium æstimabitur quod
B minime iustũ putabatur. Qui enim verba supprimit quæstionis, aut imperitus est, aut tergiuersator, qui calumnię magis studeat q̃ doctrinæ. Porrò autem repromisit quidem dominus reddere se peccata patrum filijs, sed ijs qui oderunt eum. hoc est qui in paternis malis versati seruiunt idolis, sicut & patres illorum. Ille enim inimicus dei est, qui honorem nominis eius vendicat creaturæ. Sicut enim iustorum filij & ipsi iusti nobilitant in se genus iustitiæ, dum & patrum & sua iustitia sublimantur: ita & nequissimorũ, & ipsi filij nequissimi crementum faciũt malitiæ, quia & malorum filij sunt, & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Cum terrore ergo locutus videtur deus, sed verum est, & hoc habet ratio. Quis enim malum & mali hominis filium non duplici genere execretur, qũo bonum & boni filium duplici mercede non censet honorandum? Idcirco autem in tertiam & quartam progeniem reddere se promisit, vt si post patrem malũ filius non sequatur pfidiam patris, nepos autem aui in malis imitator existens, sciat se non immunem futurũ à
C seueritate sententiæ: aut si & nepos forte nõ aui, sed patris secutus vestigia testamentum diligat dei, non ignoret pronepos ad se vsq; peruenire sententiam si æmulus sit proaui perfidiæ. Hac legis manifestatione deterreri voluit deus impios patres vt agnoscentes quantum mali pareret sectatio idololatriæ, vel affectu filiorum reuocarentur ad reuerẽtiam creatoris, aut filij timentes, ne incurrerent peccata patrum, dei legi obtemperarẽt.

Illi autem attendentes ad nequitiam, aliter hoc interpretari cœperunt dicentes, Patres Ezec.18
nostri manducauerunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: vt securi de impunitate, eo quòd filijs ipsorum redderẽtur peccata, illi tamen neq; spiritus neq; carnis haberent pietatem. Hinc dicitur eis, Nõ moritur filius pro patre, neq; pater pro filio, sed anima quæ peccauit ipsa moritur: vt addiscerent non impune sibi futurum, sed sic reddi peccata patrũ filijs, vt quia impietatem parentum secuti, mala quæ obliteranda erant exemplauerint, acerbius puniãtur. Postquam ostẽdit deus quid mali pariat idolatria, addidit statim quæ bona diligentes se sequantur, dicens, Et faciens misericordiã in milia milium ijs qui diligunt me, & cu- Exo.20.
stodiunt præcepta mea: vt bonum patris, nõ vsq; ad pronepotem, sed vsq; ad milia miliũ D
reddat. Vtputa si quis ex semine Dauid diligat dominum, quem constat vtiq; porro ante mille annos fuisse: huic additur misericordia dei, vt in necessitate duabus suffragantibus causis, misericordiam accipere mereat: quia & ipse dei cultor est, & ex eius semine est, qui amauerit deum. Et in hoc clementia dei laudabilis est, vt odio habentibus se vsq; in tertiam & quartam reddat progeniem, & non in milia milium: vt si in quintam progeniem tractum fuerit malum, inde iterũ caput habere incipiat, vt ex eo numeretur vsque ad tertiam & quartam progeniem. Sed dicet quis: authori magis amplius reddendũ iustum videtur, q̃ imitatori. In authorẽ congrue datur vindicta: filijs autem q̃ plus dicit reddi, pœna est patris. Et si causam quæras, accessu legis peccatores plus fiunt rei, sicut Lamech, & post Lamech. Quibusdam tamen videtur, sic reddita esse peccata patrũ in filios, dum in captiuitatẽ ducti sunt causa patrum, & fuerunt ibi vsque ad quartam generationem. Quod si verum est, non solum odio habentibus se reddidit peccata patrum, sed & diligentibus nomen suum: quia
: Daniel abluctus est, & tres pueri, & Ba- E
ruch, & Ezechiel, & Esdras ibi natus est. Liquido ergo apparet illud conuenire propositæ quæstioni, quod supra diximus. Cum 15
iustum lex prædicet, & hic vere iustus, qui plenam habet iustitiã, qũo contra Salomon, Eccleſia
Noli, inquit, esse iustus multum? Nimia stes. 7.
iustitia incurrit peccatum, temperata vero iustitia facit perfectos. Non enim sine malitia est, qui multum est iustus: quia peccantibus

bus ad singula si respondeas, non deerit vbi pecces: denique dei temperata iustitia est. Peccantibus enim aliquando ignoscit, aliquando irascitur, aliquando reddit nõ quãtum digni sunt: sustert enim eos vt sint qui proficiant. Lex enim quia seipsam mollire non potest, à nobis mitiganda est vt possit prodesse sub se agentibus. Hic ergo iustus
16 non est multũ, qui dei imitator est. Quare angelus qui volebat in via Moysen occidere circumcisione infantis placatus est?
Exo. 4. Quod sine consilio Moyses fecerat, apparẽtia comminantis angeli emendauit. Deniq; videns fieri, quod per negligentiam fuerat prætermissum, cessauit ab irã. Idcirco ergo sic infestum angelum in se vidit Moyses, &
F paratum ad vindictam, quia viri sublimis culpa, graue peccatum est. Quanto. n. persona eius supplicior est, tanto magis leue delictum eius. Quod ergo à summo viro vtpote à ductore populi fit, acerbissimũ est peccatum. Pergebat itaq; ad filios Israel, missus à deo Abrahæ, & signum iustitiæ Abrahæ non ferebat, in quo gloriari sciebat Iudæos: vt aut ipse solicitator diceretur, aut nõ ab eodem deo missus, qui Abrahã elegerat. In Madian enim habitans filios suos minime circuncidit: quos aut ducere secum ad Aegyptum non debuit, qui cæteros ibat inde educere: aut certe circunciſos assumere, propter quæ supra diximus. Sephora ergo vxor Moysi, quod compendio loquitur scriptura, non ignorans qua causa viro suo infestus angelus videbatur, accipiens petram, circuncidit filium suum, & recessit angelus. Ea enim ratione mitigata est ira, qua fuerat accensa. Nam aliquando compendio loquitur scriptura, quæ subintelligi vult expositione: sicut & illud quod saluator dicit inter cætera ad Iudæos, Quare & vos præteris mandatum dei, vt traditionem vestram
Mat.15. statuatis? Nam dixit dominus, Honora pa-
Exo.20. trem tuum & matrẽ, & qui maledixerit patri aut matri morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunq; dixerit patri aut matri, omne munus quodcunq; fuerit ex me, tibi pro-
G derit? & non honorificabit patrem aut matrem suam. Sine dubio per compendium dixit saluator, vt subintelligantur sacerdotes Iudæorum, dum auaritiæ studerent, dei legẽ spreuisse. Impia enim conspiratione consilium dederunt filijs, vt maledicentes patrẽ aut matrem quodcunq; offerrent quasi donum deo, per quod data sententia in maledictos solueretur. Vnde securi facti filij, contra dei præceptum contemnebant parentes: ita & Moyses cum infestum sibi videret angelum, intelligens causam, quid fieri deberet ostẽdit vxori vt recederet ab eo angelus, qui eum quærebat occidere. Hoc subintelligitur in hac causa, sicut & illud quod supra diximus in sacerdotes. Quid est vt male- 17
dictos dicat lex, qui semen non reliquerint Exo.23.
in Israel: per Esaiam aũt nihil obesse dica- Deut.7.
tur spadonibus, quia generare non possunt? Esa. 56.

Quoniam aliter q̃ dictum erat, intelligi cœperat: idcirco Esaias Propheta ostendit postea, quo sensu dictum esset. Cum enim hoc ex causa offensi dei sententiæ loco positum esset, quia deserentes deum in eo persecutiebantur, ne ducentes vxores semen relinquerent, sic hoc arripuit error humanus, vt putarẽt reos esse apud deum, si qui aut vxo- H
res nollent, aut accipientes, vt assoleret, generare nõ possent: quasi nihil aliud quãm semẽ quæreret deus, Sicut arguuntur per Malachiam Prophetã. Esaias ergo vt consolarẽt eos quos mala intelligentia contristauerat, docuit nihil obesse, si quis aut non posset habere filios, aut nollet, dummodo legem dei seruaret. Maledictum. n. illis competebat, qui cum possent ac vellent, diuino obstante iudicio, steriles erant, ne fructum haberent creationis dei, quem spernebant. Vnde cum viderent aut generare se non posse, aut genitos minime posidere, cognoscerent indignantis dei iram esse, & cõuersi satisfacerẽt. Nam & sancti viri cum cupidi essent filiorum, & non id obtinerent, æstimabant peccata obstare & dolebant, ignorantes dei esse prouidentiam, cui seruabantur. Denique ad 1.Re. 1.
dei procurationem, & Anna cõcepit, & pe- Luc. 1.
perit Samuelem, & Elisabeth Ioannem, & Iudi. 13.
vxor Manue Sampsonem. Spiritalis enim intelligentia in hac causa ista est, vt maledicti habeantur qui non reliquerint semẽ, qđ
videat deum, id est qui nõ habuerint, aut fi- I
lũ, aut seruum, aut proximũ, qui dei timorem doceat super terrã. Quare Saul pec- 18
cans petit orari pro se vt ignosceretur sibi, & impetrare nõ potuit: Dauid aũt peccans postulauit, & veniã consecutus est? Dei iudiciũ retractari non cõuenit: nam humana imbecillitas atq; imperitia, dei se debet iudicio tradere, in quo non sapit: vt ex sententia dei intelligat veritatem, & nihil aliud fieri debuisse, q̃ quod videt fecisse deum, quẽ scit acceptorem personarũ non esse. Si enim Act. 10.

Dauid

Dauid precem suscepit, & Saul refutauit, ni
hil aduersum sentiendum est deum fecisse.
Sciens.n. qua mente vterq; locutus est, eius
petitionem accepit, quē vidit tribulato cor-
de veniam postulare. Illum autē despexit,
1.Re.16 quia animā eius pœnitentiæ non tetigerat
dolor, quia deus cordis auditor est magis q̄
vocis. Hinc dictū est, Homo videt in facie,
deus aūt in corde. Ideo etiam fallimur, quia
similitudo in verbis & vultu, circumuenit
nos, In corde .n. quid sit, videre non possu-
mus. Quā obrem dei iudiciū sequi nos opor
tet, qui secundū cor in quo vniuscuiusq; sen
tentia est, examinat singulos. Hoc etiā & sal
Matt. 8. uatorem fecisse inuenimus. Scribam.n.se of
Marc.2. ferentem, non suscepit, sedentem aūt Leui
ad telonium suscepit: quia verba scribæ nō
secutum est cor, Leui autem tacens hoc in
K corde habebat, quod scriba in verbis. Iesus
Ioan. 2. autem, qui iuxta quod scriptum est, sciebat
quid esset in homine, Leui elegit. Propterea
Dauid non aliū pro se voluit humiliari si-
cut Saul, sed ipse supplex tribulato corde ve
19 niam precabatur. Quærendum est, si
Adam factus, corpus immortale habuit, an
mortale. Deus hominem fecit, qui quan-
diu non peccaret, immortalitate vigeret: vt
ipse sibi author esset ad vitā, aut ad mortē:
vt custodiens se à peccato, labore suo gau-
deret, & esse se immortalē, Negligens vero
factus ipse sibi imputaret, quia cœperat esse
mortalis. Quandiu.n. in creatoris lege du-
rauit, dignus fuit edere de arbore vitę, vt mo
ri non posset. Nec enim corpus tale erat qđ
dissolui imposſiblle videretur. sed gustus ar
boris vitæ, corruptionem corporis inhibe-
bat. Deniq; etiam post peccatum potuit in-
dissolubilis manere, si à domino permissum
esset illi edere de arbore vitæ. Nam quomo
do immortale corpus habebat, qđ cibo sub-
stentabatur? Immortalis enim non eget ci-
bo neque potu. Cibus enim vires prestaba
vitę autem arbor medicinæ modo corrupti
nem omnem prohibebat. Sic.n. homini cra
20 quasi inexpugnabilis murus. Quid ei
Psal.77. quod dicitur, Panem angelorum mandu-
L uit homo, cum angeli non egeant cibo, quip
pe cum sint natura simplices, & potentia
spiritali vigentes? Panem quem angelo-
rū appellat, manna est. Manna autē interpre
xo.16. tatur, quid est hoc. Videntes autem filij Is-
rael, quasi semen coriandri cadere super ter
rā cādidum: dixerunt adinuicē. Quid est
hoc quod in Hebræa lingua dicitur manhu.

Hic ergo panis aut cibus, non mundi lege
creatus est commixtione elementorum, sed
desuper venit spiritali ratione prouisus. Nec
quidem in supernis habebatur, quia corpo-
ribus alendis ad momētum dei virtute crea
tus est. Ideo autem angelorum panis dictus
est, quia ea virtute creatus est, qua angelica
natura subsistit & viuit. Sine deo .n. nulla
vita est. Per id q̄ de cœlo venisse dicitur, an
gelorum dictus est panis. Vt.n. quanta &
qualia beneficia dei circa hominem sunt me-
moraret, sic locutus est: vt gratias referrent
agnoscentes deo, qui tanta cura seruos suos
gubernat, vt eis hæc in carne adhuc positis,
si necesse fuerit, exhibeat, per quæ viuunt an
geli. Dixit Apostolus inter cætera, Petra aūt 1.Co.10
erat Chr.stus: vt quia Christi virtute aqua Exo.17
fluxit de petra, petra appellatus sit Chrs. Si- M
mili modo, & quia manna potestate eius ve
nit de cœlo: mania.i. Chrs, panis dicatur, vt
quod tunc factum est eius rei, q̄ nunc in ec-
clesia offertur, figura fuisse existimetur, vt
Christiani populi, quos in angelis significa-
uit scriptura, panem manducarēt homines
.i. Iudæi. Et quia maior gratia est nunc, q̄
in Prophetis, & libertas data per Christum:
quia vbi spiritus domini, ibi & libertas: ad 1.Co.3.
cōparationem temporum & gratiarū, Chri
stiani angeli dicti sunt: quorū pane, q̄ Chri-
stus est, satiati sunt Iudæi, quos homines di-
xit. Horum .n. magis Christus est, quibus
& reuelatus est, & qui hoc nomine vocari
cēsentur. Duplici ergo genere potest intelli
gi supradicta q̄stio, vt & panes angelorū cœ
lestium dici possit & Christianorū, secun-
dum ea q̄ dicta sunt. Quid sit ad imagi-
nē & similitudinē dei fecisse hominē, & an
mulier imago dei dicatur. Hoc est ad ima 21
ginem dei factum esse hominem, quia vnus Gen. 1.
vnum fecit: vt sicut ab vno deo sunt omnia,
ita & ab vno homine omne genus humanū.
Similitudo autem hæc est, vt quemadmodū
de patre est filius, sic & de viro mulier, vt
vnius principij authoritas conseruetur.
Sed filius ineffabiliter & incomprehensibili A
ter natus est de deo patre: mulier autem cor
poraliter, sicut legimus, facta est de viro, vt
per eam natiuitas oriretur. Filius vero dei
ideo natus est, vt per ipsum fieret creatura. Gen. 2.
In hoc ergo dissimile est. Nam & de deo
deus natus est, de viro autem fœmina: quia
illic simplicitas est, & non potuit nisi sim-
plex de simplici nasci, spiritus de spū, deus
de deo: Igit̄ vir imago dei est. Si enim scri-
ptum

Gen. 1. ptum est, Fecit deus hominem, ad imaginē
1.Co.11 dei fecit eum. Vnde & Apostolus, Vir qui-
dem, inquit, non debet velare caput, cum sit
imago & gloria dei, Mulier, aūt, inquit, ve-
let caput, Quare? Quia non est imago dei.
Vnde denuo dicit Apostolus, Mulieri autē
1.Ti. 2. docere nō permittitur, neq; dūari in virum.
22 Quid est, vt dicat Salomon, Iustifica ani
Eccl. 4. mā tuam ante obitum tuū. Et in Psalmo,
Ps. 142. Nō iustificabitur ait, in conspectu tuo om-
nis viuens? Hic iustificat animā suam an
te mortem, qui spe vitę futuræ consequitur
fidē ne moriatur impius. Sed Salomō de eo
dicit qui sub lege viuit & non conuersatur
iuste. Huiusmodi ergo si corrigat animū vt
iustitiæ vias ambulet, iustificat animā suam
ante mortem. Salomon .n. propter iudicium
B futurū consilium dedit, ne quis indigens cir
ca se in peccatis moriat. Dauid vero de per-
fectione iustitiæ locutus est, quia nemo iusti
ficabitur apud deum vt dignus promissione
sit, nisi fuerit mortuus cum iustitia. Quādiu
enim viuit, futurorum meritum non habet
adhuc plenum. Vnde dicit saluator, Qui p-
Matt.10. seuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.
23 An ex traduce sint animæ sicut & corpo-
ra. Inhonestū puto si dicantur animæ cū
corporibus gñari, vt anima nascatur ex ani-
ma, qđ nec animæ ipsi competit: aut si certe
singulæ cœlestes ptātes factæ sunt, & ex ip-
sis cæteriæ natæ sunt, pōt ex vna Adę anima
credibile videri cæteras nasci. Sed nō conue
nit, q.a soli deo hoc possibile fuit, vt simplex
generaret, nec cæteris cō cederetur. Quod tā
mysticum est in causa saluatoris, vt non so-
lum à solis gentilibus vel Iudæis, verum etiā
ab ipsis qui Christianos se dicunt incredibi-
le reputetur. Fortiniani.n. & Ariani hanc
fidē spernunt, nec credunt deum generasse.
Nā si eo tēpore quo seminatur corpus, etiā
anima generatur ex anima, de Adam costā
sublatā legimus non tamen animam natam
ex anima: sed si costa secū habuit animā, iam
C non nata est, sed detracta in partem. Sed nec
Zach.12 hoc scriptum est. Propheta enim Zacharia
Isa. 44. inter cætera, Qui plasmauit, inquit, animā
hominis in eum. Nec Isaias ab his dissen-
tiens ait, Sic dicit dominus deus qui fecit te,
& finxit te in vtero. Si ergo in vtero fingi-
tur, iam formato corpori tribuitur. Cum
enim omnia membra implet corporis, figu-
rata dicitur in corpore. Vt sicut aqua cum
sit sine effigie, missa tamen in vas figurata
videtur: Ita & anima cum sit natura incor-
porea & simplex quasi formatur in corpus,
singula mēbra viuificās. Quod quidē Moy Exo.21
ses manifestius tradidit dicens. Si quis per-
cusserit mulierem in vtero habentem, & ab-
ortiuerit: si formatum fuerit, det animā pro
anima: si aūt informatum fuerit, mulctetur
pecunia, vt probaret nō esse animā ante for-
mam. Itaque si iam formato corpori datur,
non in cōceptu corporis nascitur cum semi-
ne deriuata. Nam si cum semine & anima
existit ex anima, multæ animæ quotidie pe-
reunt, cum semen fluxu quodā non proficit
natiuitati. Sed si propius respiciamus, vide
bimus quid sequi debeamus. Contēplemur
facturam Adæ. In Adam enim exemplō da
tum est, vt ex eo intelligatur, quia iam for- D
matum corpus accepit animam. Nam po-
tuerat animam limo terræ admiscere, & sic
formare corpus. Sed ratione informabatur,
quia primum oportebat domum cōpagina-
ri, & sic habitatorē induci. Anima certe qa
spūs est, in sicco habitare non potest, ideo in
sanguine fertur. Cū ergo corporia lineamen
ta compacta nō fuerint, vbi erit anima? An
foris vagatur quādiu immittatur: cum ratio
tradat sic dari eam vt animet corpus, non vt
ociosa vagetur? Sed ex quo detur dicant qui
aliud putant ex mare, an ex fœmina? Si ex
fœmina, non conuenit, quia aliud in exem-
plo est. Proponunt enim ex viro cum costa
datam & animam. Quod multis rationibus
infirmari docuimus. Vnde forte videat da-
ri ex fœmina, maxime propter saluatorem
quem scimus sine complexu carnis de spiri
tu sancto natum ex fœmina. Quod si arbi-
trantur, plus dant fœminis: authoritatem .n.
viri immutant in fœminam. Cum enim tā
corporis q̄ animæ originem ex viro dicant,
conuertunt se, vt id quod potius est, ex mu-
liere dicant, id est, animā: quod vero minus,
ex masculo, idest corpus: cum manifestum
sit ordinem exempli à deo traditi immuta-
ri nō posse. Quid est, vt cū vir & mulier 24
vna sint caro, vir imago dei sit, & non fœ- E
mina. Vnius substantiæ quidem sunt vir
& mulier, & in anima, & in carne. Sed gra-
du maior est vir, quia ex eo est fœmina, si-
cut dicit Apostolus, Caput mulieris vir. Ephe.5.
Causa.n. maiorē fecit virū, non substantia. 1.Co.11
Nā & in vno corpore maiora mēbra sunt
& minora, non natura, sed ordinatione. 25
Vt quid Ioseph post prophetiā adiurat fi- Gen.50
lios Israel vt cū a deo liberarentur, cineres
eius de Aegypto transferrent. Nō ociosę
illud

istud mandasse Ioseph filijs Israel, in absoluto est: quia enim prophetare potuit, non improuide locutus esse credendus est. Cum enim esset in dei creatoris deuotione propẽsior: sciens autem ab Aegyptijs se coli causa administrationis, qua in magna egestate Aegyptum gubernauit, post exitum suum errorem petiuit auferre. Certus vanitatem vulgi mortuos magis vt deos venerari q̃ vi uos, ne ei deferretur debitus creatori honor. Hic ergo ostendit se liberum fuisse à vana superstitione Aegyptiorum, quando ne ad dei iniuriã proficeret, cineres suos transferri mandauit. Quod quidem & Apostolos
Acto.14 inuenimus secutos. Paulus enim & Barna-
F bas cum sacrificari sibi velle vidissent: scientes exosum hoc deo, sciderunt vestimenta sua dicentes, Quid facitis? & nos homines sumus vobis similes: & sic compescuerunt
26 turbas. Requirendum de Helisæo, an id quod dure petisse ab Helia dictus est, consecutus sit. Cupidus spiritu Helisæus faciendarum virtutum, illectus exemplo magistri, accepta facultate poscendi quodcunq; voluisset, auarus ad bonum, dupliciter spiritum sibi inesse, q̃ in magistro erat postulauit. Cui homo dei Helias ait, Dure petisti.
4.Re.2. Mat. 10 Auiditate enim non considerauit discipulũ non esse super magistrum. Helias tamen sciens illum non ambitione præsentis gloriæ hoc postulasse, respondit, Attamen si videris me assumi abs te, erit tibi sic. Sensus hic ponderandus est. Subindignatus autem cũ dixisset, Dure petisti: subiecit, Si videris me tamen absumi, erit tibi sic. Neque negasse illi visus fuerat, ostẽdit sic illi futurum sicut dignum erat, non sicut ipse postulauerat. Multa enim subintelligi vult scriptura, vt collectus sensus ex verbis, non sit rationi religionis aduersus. Nam vtique dura petitio, etiam merita debebat amittere. Sed quia sic cupidus boni sic postulauit, deus q̃
G scit quid vnicuique dandum sit doni, priuar illum non passus est meritis suis. Videamu itaque si Heliæ meritum admitteret, vt Helisæus duplum donum eius mereretur acci pere. Dictum nanque est à spiritusancto p
Luc.1. Zachariam, cuius meriti futurus esset Ioan-
Matt.11. nes, Veniet, inquit, in spiritu & virtute Heliæ. Parem ergo Ioannem Heliæ ostendit: & dominus dicit, Nemo maior inter natos mulierum propheta Ioanne baptista. Non dixit omnibus maior est: sed, n[illegible]o illo maior est: hoc est, æqualem habet, maiorẽ nõ habet. Helias ergo par illi est, nullo vtique minor: quomodo Helisæus maior illo est, cum Ioannes quo nemo maior est par Heliæ sit? Nam veniens ad aquarum transitũ, 4.Re.2.
non accepit honorem ab eis vt potuisset trã sire, nisi nominasset deum Heliæ: vt p hoc dura petitio correpta videretur, dum nõ ni si nomine Heliæ auditus est, ne id quod dure petierat, accepisse putaretur quod non sufficeret pro temporis merito dispensatio spiritus concessa Heliæ. Et hæc de quæstione hactenus dicta. An Phythonissa Samue 27
lem excitauerit, & ipse ab ea visus sit, & lo- 1.Re.28.
cutus sit ad Saul quę historia refert in libro Regnorum. Indignum facinus æstimo si secundum verba historiæ commendetur assensus. Quomodo enim fieri poterat, vt H
arte magica attraheretur vir, & natiuitate sanctus, & vitæ operibus iustus? Aut si non attractus est, consensit: quod utrunque de viro iusto credere absurdum est. Si enim inuitus adductus est, nullum suffragium habet iustitia. Si autem voluntarius, amisit meritum spiritale, quod positus in csrne quæsiuerat: quod valde absurdum est, quia hinc qui iustus recedit, permanet iustus.
Porrò autem hoc est præstigium Satanæ, quo vt plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere confingit. Quod Apostolus inter cætera ait, Ipse Satanas transfigu- 2.Co.11.
rat se in angelum lucis. Vt enim errorem faceret in quo & ipse gloriaretur, in habitu viri iusti & nomine se subornauit. vt nihil proficere spem quam prędicabant dei cultoribus mentiretur, quando hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quoꝺ dam fallit, q̃ de morte Saul & filiorum eius non sit mentitus: quasi magnum sit diabolo, ante diem occasum corporis prævidere, cum signa quædam soleant apparere mori I
turis: quippe à quibus dei protectio amota videtur: quanto magis diabolus quem angelica maiestate sublimem prophetica oracula fuisse testantur, de cuius magnitudine Apostolus ait. An ignoratis altitudinem Sata- 2.Co.2.
næ? quid mirum ergo si imminentem prope mortem potuit prævidere, cũ hoc sit vnde fallit, & se in dei potestate vult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus est Saul, vt ad Phythonissam confugeret. Deprauatus enim causa peccati, ad hæc se contulit quæ damnauerat. Sed si quis propter historiam, & ea quæ verbis expressa sunt putet non prætermittenda, ne ratio historię
inanis

inanis sit: recte faciet quidem, si tũ minime istud ad veri rapiat rationem, sed ad visum & intellectum. Saul nanq; reprobus factus, non poterat bonum intellectum habere. Historicus.n.mentem Saul & habitum Samuelis descripsit, ea quæ dicta & visa sunt exprimens: prætermittens si vera an falsa sint.
1.Re.28 Quid.n.ait? Audiens in quo habitu esset excitatus, intellexit, inquit, hunc esse Samuelem. Quid intellexerit retulit, & quia non bene intellexit, cõtra scripturam alium adorauit q̃ deum, & putans Samuelem, adorauit diabolum, vt fructum fallaciæ suæ haberet Satanas. Hoc.n.nititur vt adoretur quasi deus. Si.n.vere Samuel illi apparuisset, nõ vtique vir iustus permisisset se adorari, qui
K prædicauerat deum solum esse adorandum. Et qũo homo dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum pestilentiæ, dignum ardore gehenne, Cras mecum eris? His duobus titulis subtilitatem fallaciæ suæ prodidit improuidus Satanas, quia & adorari se permisit sub habitu & nomine Samuelis contra legem: & virũ peccatis pressum, cum magna distantia peccatorum & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est. Verum põt videri si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat. Ad eum.n.transmigrauit, quẽ adorauit. Semper.n.diabolus sub velamine latens prodit se dum ea cõfingit quæ abhorreant personis, per quas fallere nititur.
28 Quid contradicendum ijs sit qui mundum istũ ab æterno naturaliter moueri inquiũt, neq; initio, neq; abolitioni obnoxiũ. Mũdum ab æterno cõstare, & nulli debere subiectionem, improbabile & impossibile est, quem videmus tanta diuersitate extare corporum: cum nihil diuinum & æternũ possit esse nisi simplex in quo nulla diuersitas videatur, sed sit vnitas. Nam & vices ipsas tẽporum non bene seruat, vt non solum in t[illegible]
poribus varijs, sic & contrarijs constet sub-
L stantijs, sed & in ipsis vicibus temporũ: c[illegible]
res æterna diuersitatem abhorreat, & sic ne[illegible]
tactu nec visu capiẽda vtpote incorporalis
hic autem passionis obnoxius est, quia & aqua repugnat igni, & ignis si ampliatus fuerit superat aquã, & terra cum sit natura arida & frigida patitur incendiũ, quasi res corporalis. Itaque inconueniens est mundum æternũ dicere, quem cum videmus passioni subiectum, & per secula senectute deficere credimus, & finiri. Quid censet de homine qui mundũ æternum putat? Certe homo cepit in mundo. sine homine ergo cui proficiebat annua fœcunditas mũdi? an sine aliqua prouidẽtia generabat? Et qũo æternus corruptibilia & mortalia generabat, cũ de æterno debeat æternum existere? Et quod visibile est & sentitur & tangitur, qua audacia vocatur æternum? Et quod vicibus temporũ ministratur, ita vt ipsa tempora aliquando non seruent officia sua, qũo appellatur æternum? Aeternitas.n.non corrumpitur, nec immutatur. Quare octauo die mandatũ 29
est circuncidi? Octauo die à natiuitate id- M
circo præceptum est circuncidi, quia iuxtà numerum & curricula dierum post septem ipse rursum primus inuenit quasi post sabbatum, vt iam nõ octauus habeatur, sed primus. Quia.n.salus futura per Christum in primo die erat prædestinata, qui dominicus ideo dicitur, quia in eo resurrexit dñs, q̃ est post sabbatum. Propterea salutis huius figura in circuncisione data est, vt quasi renouatio futura in circuncisionis lege dinoscerẽtur. Et quia per fidem saluari haberent homines, quæ primo die resurrectionis domini firmata est: figura huius rei in circuncisione primo die data est, quæ etiam esset signum fidei Abrahę. Integra ergo causa est, quia signum præteritæ fidei primo die signatæ, figura fuit futuræ fidei primo die constabilitæ. In Prouerbijs, iustus, ait, accusator 30
est sui in primordio sermonis. qũo iustus, si Prou.18
peccator? Omnis veritas iustitia est, qui .n.confitetur quod est, iustus est, veritatem .n.loquitur. Peccatores aũt vindicantes sua delicta, iustificari non possunt. Vnde huiusmodi digne iustus dicitur, qui pronuncians peccatum suum, remitti sibi vtique postulat, misericordiam dei implorans: Scit enim dictum in lege. Confitere peccata tua, vt iustificeris. Quid est autem in primordio ser Esa. 43.
monis confiteri, nisi non coactum fateri, sed voluntarium? Quis enim etiam timens A
deum sine peccato esse, cum & in cogitatione admisceantur delicta, & aliquotiens peccemus inuiti? Potest tamen & de eo dici vel sentiri qui catechumenus dicitur, vt accedẽs ad fidem iustificetur. Cum.n.petit immutari, se sine dubio peccatorem confitetur vt iustificetur. An cum muliere, natura ser- 31
pens locutus sit, an actu dictus serpens dia- Gen. 3.
bolus eam seduxerit? Quantum ad historiam pertinet, serpens natura dictus est, quia sapientior esset cæteris bestijs quas fecerat

cerat dominus deus super terram. Denique & sententiam dominus in serpentem dedit. Nam quid mirum si diabolus sapientior erat bestijs, De quo dicit Apostolus inter cætera, An ignoratis altitudinem Satanæ? Vsq; adeo autem natura serpens fuit, ut diceretur illi, Supra pectus & uentrem tuum repes, & Gene. 2. terram edes omnibus diebus uitæ tuæ. Hoc longe fuit à conditione satanæ, quia neque mortalis. Et si propius aspiciatur, videbitur sententia data nihil obfuisse serpenti, sed in eo quo factus est, fussus est pmanere. Quia enim minister factus est satanæ ad hominē subiugandum, cui omnia deus subiecerat: B idcirco deus in ea subiectione qua omnia homini subiecerat, represit elationem serpentis, quia cœperat minister esse superbiæ. Videbatur enim homo factus sub serpente, p quem accepto consilio legem datam contēpsit. Quoniam autem serpentes prudentes sunt, confirmat in Euangelio dominus di- Matt. 10 cens, Estote astuti ut serpentes. Igitur quia claruit vere serpētem locutum esse cū Eua: illud superest vt discernatur, an potuerit tā prudens esse & astutus, vt dolo falleret eam. Si enim cæteris bestiis prudentior erat, nō tamen hominibus: quippe cum nullum animal rationale sit nisi homo. Itaque serpentē subtilitatē istā composuisse impossibile est: quamuis enim prudens dicatur, sed non vltra naturam suam, Nec enim deliberat aut excogitat, aut consilium capit: idcirco diabolum fuisse qui per serpentem mulierem circumuenit, dubium non est. Admiscens.n. se serpenti, egit per illum quasi per organum, vt nec mulier occulti diaboli intelligeret dolum, sciens prudentem esse serpentem. Ac p hoc corporaliter data sententia, spiritaliter in satanam cecidit, quia sententia reum tenet. Non enim ab homine data sententia est, vt innocentem forte perimeret per errorem aut maleuolentiam: sed à deo qui fallutique non potest, vt sententia eius eum solum teneat qui reus est. C Quia enim cum sit inuisibilis satanas dolum corporaliter egit, corporalis videtur data sententia, vt illum spiritaliter teneat, cuius factum elicuit dari sententiam. Nam proiectus de sacratissimis cœlorum sedibus impudentissimus satanas in terram volutatur gemens semper. Sed forte dicatur, In qua putas lingua serpens locutus est ad mulierem? Serpentis utique ore. Si enim hodie non desinunt qui latratus canum intelligant, & luporum ylulatū, & barritum elephantorum, & cantum gallorum: quare non magis rudis adhuc mulier scire potuit, & intelligere sibilum serpētum, cum multos sciamus auium voces discernere? Nam & constat diabolum eius lingua uti cuius corpus intrauerit: nec aliter falleret mulierem. Ac per hoc serpentis ore locutus est per serpentem. Cum legamus apud Salomonem, Diues & pauper o- Pro. 22. buiauerunt sibi: fecit autem ambos dominus: quomodo ergo personarū acceptio non est apud deum? Longe absit à fidelium mentibus hæc impietatis assertio. Nam scriptura ne pauperem contemnendum doceret, & diuitem honorificandum, ostendit amborū opificem esse deum. Non vtique in paupertate & diuitis, sed in eo quod sunt. Si enim D facultatibus ab inuicem discrepant, non tamen naturæ substantia. Nec enim quia occasiones prouentus quosdam faciunt in mūdo, aut prosperos in diuitiis, aut infaustos in paupertate, idcirco despiciendi sunt quos deus non illuminauit, aut suscipiendi, quibus ueritas non dedit testimonium. Contēnendi planè sunt, sed corruptores morū & sacrilegi in lege dei: honorandi vero diligentes deum & disciplinę cultores. Hi enim diuites apud deum habentur, qui bonæ conuersationis sunt: & quanto in mundo contēptibiliores sunt, tanto magis honorificentiores sunt in cœlo. Nam qui beneficium temporis habēt in ampliandis facultatibus, si recognoscant, & dei intelligant voluntatem, qui terrā omnibus dedit, & solem suū cunctis oriri iubet, & pluuias indiscretas effundit, Iniquitas autem temporis, aut fortuitæ occasionis, aut indigentia quibusdam abnegat quæ deus omnibus dedit: ipsi ministrant eis, vt perspicientes dei voluntatem, non solum in mundo sed & in cœlo diuites sint, ne pauci tēporis diuitiæ excludant æternas. Illi vero quos paupertatis causa despiciēdos putāt, si futurū dei iudicium contemplentur, illic semper diuites erunt, vbi diuites seculi egebunt, pœnitentes se pauperes non fuisse. Cum Salomon dicat, anni impiorum minuentur, quō ergo est q̄ videamus 33 impios aliquantos longæuos? Dignum erat Pro. 10. quidem omnes impios, nō solum citius hac luce carere, verumetiam nec vnius momenti tpis vita frui, qui conditoris sui immemores, vitę totius authoritatem imputant creaturæ. Sed scriptura hos impios alloquitur, qui cum sub dei lege agerent, propensiores

Matt. 5.

fiores in idolis erant. Peiores enim sunt cæteris impijs: scientes enim deum & cōtemnentes eum, obtemperāt seruis. Et q̄ de his Rom. 3. dictum sit, probat Apostolus dicēs, Scimus aūt quoniā quæcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, gentiles aūt non habē- 34 tur in numero viuorum. Quō idem Salomon, Deus, inquit, morte non fecit: cum alio loco dicat, Bona & mala, vita & mors, Sapient. 1. paupertas & honestas à deo sunt. Nulli Eccl. 11. dubium est bona omnia à deo esse, Mala autem quæ dixit, nobis mala sunt, dum vindicatur de nobis. Pœna. n. quamuis iuste inferatur, patienti tū mala videtur. Nam & per Prophetam ad peccatores loquitur deus dicens, Faciā vobis mala, idest pœnis vos agā. M Vita aūt & mors sic à deo est, quia legem dedit, quæ seruantibus se vitā promittit, contemptoribus vero mortem, sed illam quæ secunda dicitur. Dum.n. vnumquemq; adiudicat quid mereatur, ab ipso est, siue absolutio ad vitam, siue reatus ad mortem. Non ergo inuentor mortis est, sed iudex, quia mortis author peccatum est. Quomodo ergo deus poterat facere morte qui nescit peccare? Sed cum peccatis retribuit, ab ipso dicta est esse mors, cum non ex ipso sit, sed ex hoc qui peccauit. Eadem ratione paupertas & diuitiæ à deo sunt. Quidam enim habētes timorem dei, luxuriam spernunt, vitam prodigam fugiunt, ab egeno & paupere oculum non auertunt. huiusmodi crementum faciūt bonorum. Scriptum est enim in Pro- Prou. 13 uerbijs, Paupertatem & ignobilitatem aufert disciplina. At hi qui timorem dei nō habent, solutius viuentes & egenum despicientes, sicut scriptum est, In inopia erunt, non solum negligentes & improuidi circa se, verumetiam contemptores datæ legis. Hoc modo fecit deus pauperes ac diuites. Quia dum offensio legis parit egestatem, à deo fieri dicitur author legis. Et cum aliqui terro- G re disciplinam legis custodiunt, à deo author legis diuites fiunt. Qua ratione Da- 35 uid Saul, post quā deus ab eo recessit, Chri- 1. Re. 26 stum vocat & honorem deferri ei. Non nescius Dauid diuinam esse traditionem in officio ordinis regalis, idcirco Saul in eadem adhuc traditione positum honorificēt, ne deo iniuriam facere videretur, qui his ordinibus honorem decreuit. Dei enim imaginem habet rex, sicut & Episcopus Christi. Quandiu ergo in ea traditione est, honorādus est, si non propter se, vel propter ordinem. Vnde Apostolus, inquit, potestatibus Ro. 13. sublimioribus subditi estote. Non est potestas, nisi à deo. Quæ.n. sunt, à deo ordinata sunt. Hinc est vt gentilem in potestate tamen positum honorificamus, licet ipse indignus sit, qui dei ordinem tenēs gratias agit diabolo, Potestas enim exigit, quia meretur honorē. Nam ideo Pharaoni futuræ famis somnium reuelatum est: & Nabuchodono Gen. 41 sor alijs secum assistentibus solum filium Dan. 3. dei vidit in camino ignis, non vtique merito suo, qui in idolo se adorari voluit, sed me 36 rito ordinis regalis. Si anima quæ pecca- Iosue. 7. uerit, ipsa morietur, quid est vt Achar filius H Charmi peccauerit, & triginta viri occisi sunt in causa eius? Alio sensu scriptura locutā est q̄ propositum est. Non.n. de hac morte quæ cōmunis vtiq; omnibus est dixit, sed de illa quæ appellatur secunda. Hæc.n. peccatores suscipitt illis aūt qui in pugna mortui sunt non peccatum Achar redditum est, sed obfuit illis ne in protectione diuina adiuti inualescerēt hostibus. Nec enim causa Achar infirmati sunt, sed dei auxilio minime muniti, vt dum fortiter facere nequeunt, occiderentur. Nam pauci fuerunt contra multos, vnde & superati noscuntur. Nulla ergo iniustitia in voluntate dei est: in potestate enim hābet si adiuuare vult, vt si affuerit, misericors sit, si noluerit iustus: nec enim in talibus debitor est, vt teneatur obnoxius. Hinc est q̄ Iesus Naue contristatus scidit Iosue. 7 vestimēta sua, intelligens nō sine causa deū auxilium suum subtraxisse. Quid est vt 37 missa mors in Iacob venerit in Israel, cum Iacob ipse dictus sit Israel? Vnius populi Gen. 32 duo nomina posuit, vt ex nominibus merita eorum possint intelligi. Nam vtique qui Israel cognominatus est, prius Iacob dicebatur. Colluctans.n. cum saluatore, intellexit deū esse, quē specie corporis videbat: ideoq; appellatus est homo videns deū. Populum ergo, quem Iacob nuncupat, hoc loco & in I hac causa carnalē significat, quō nomina q̄ à parentibus imponuntur. Sed hi, i. Iudæi, propter mala opera nō Israelitæ dicti sunt, quia vaccis & lucis sacrificabant in Samaria, studio & imperio Hieroboam regis. Ille aūt populus qui in Hierosolymis in templo dñi hostias offerebat per sacerdotes dei, Israel appellatus est. Samaria ergo, ppter impietatem suam trādita est captiuitati & mortī: Hierosolyma aūt reseruata est, pp quod habuit reges diligētes deū. At vbi aūt & ipsa

ſa Hieruſalem impietatem ſecuta eſt Samariæ, ſententia illam cõprehendit data in Samariã. Ideo ergo dictũ eſt, Miſit deus mortem in Iacob. i. in populũ Samariæ, qui carnaliter conuerſatus eſt, ſicut ſupra diximus. Et venit in Iſrael, hoc eſt in populũ Hieruſalem, quia idololatriam ſecuta eſt, imitata Samariã: vt ſimili modo abduceretur in captiuitatem à Nabuchodonoſor, ſicut & Samaria à Salmanaſar rege Aſſyriorum. Hæc eſt aperta ſententia data malis, & inuenit bonos, dum deſierint eſſe iuſti. Miſſa. n. mors in Iacob, ſicut ſupra oſtenſum eſt, peruenit
K in Iſrael, non prætermittens Samariam. Sed dum cauſa, qua miſſa eſt in Samariũ, inuenta eſt in Hieruſalem, miſſa illuc venit & in eum locum, quo eadem res erat: quia vindicta cauſam ſequitur, non diſcernens perſo-
38 nã. Si equus & mulus non habent intellectum, quanto magis terra res ſine ſenſu? quid ergo eſt vt dicatur terra benedicere dominum? Non eſt ſic intelligendum vt ſonant verba: opus eſt enim quod licet mutum ſit, clamare dicitur laudem creatoris: hortatur enim aſpicientes ſe, benedicere opificem: ſicut & omne vas bene compoſi-
Pſal. 29. tum, laudat artificem. Quippe cum legatur in Pſalmis, Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annũciabit veritatem tuã? In omni ergo inſenſata ſubſtantia, nõ voluntas, quę vtique nulla eſt, ſed opera benedicunt authorem. Si aũt ſpiritaliter vis hoc accipere, per terram hominem ſignificatum intellige, ſecundum dictum Prophetæ, Memento enim ait, dñe, quoniã terra ſumus, quẽ opera creaturæ in laudem conditoris ſui pro-
39 rumpere exhortantur. Quid eſt quod le-
Eccl. 9. gitur in Salomone, Spes eſt, inquit, in tenebris, Melior eſt canis viuus leone mortuo? Tenebræ gentilitatem in ignorantia ſignificant. Spem ergo maiorem in gẽtili po-
L pulo eſſe quàm in apoſtata, vult intelligi per id, quod ſubiecit, dicens, Melior eſt canis viuus leone mortuo: quia ſicut leo omnibus feris fortior eſt, ita Chriſtianitas omnibus ſectis. Si quis ergo ab hac deſtiterit, amittit ſalutem: ita vt deterior gentili ſit. Poteſt enim fieri vt credat gentilis, & acquirat ſalutem quam perdidit apoſtata. At ſi non credat, adhuc peior eſt apoſtata: quia deterius eſt amiſiſſe ſalutem, quàm non habuiſſe. Canem autẽ gentilem ſignificatum ſaluator oſtendit, dicens, Non licet accipere
Mat. 15. panẽ filiorum, & mittere canibus. Quid eſt quod dicit Propheta, Lętare ſterilis quę non paris, erumpe & exclama quæ non parturis: quia multi filij deſertæ magis, q̃ eius quæ habet virum? Qm̃ filij Hieruſalem 40
terrenæ apoſtatauerunt à deo, non põt hinc gaudiũ deſcribi, ſed mœror. Ad opprobriũ ergo huius Hieruſalẽ Propheta illam ſuperiorem Hieruſalẽ lætari debere dicit, quam Apoſtolus noſtram appellat: quia ſine gemi
Gal. 4 tu & doloribus multo plures filios habet, quàm hæc quæ cum lachrymis generat carnaliter. Iudęos vtique: illa aũt Chriſtianos per fidem ſpiritaliter. Quã ideo deſertam dicit, quia eſt vita, quã deſeruit Adam primus, & ſecutus eſt mortẽ. Cum regenerantur ergo homines, reuertuntur ad eã quam deſeruerant vitam. Hæc vita Chriſtus eſt, M
quia ipſe dicit, Ego ſum vita. Eſt & deus pa- Ioã. 14.
ter vita, quia ait dñs. Sicut habet pater vitã, Ioan. 5.
ita dedit filio vitam. Sine dubio & ſpiritusſanctus vita eſt, dicente dño, Quia de meo, inquit, accipiet. De vita vtiq; qui accipit, vita eſt. Tres ergo ſunt vna vita, Hæc eſt vi- Ioã. 16.
ta, per cuius fidem regeneramur. Ipſa eſt mater noſtra, ſicut in Geneſi legimus. quia ipſa. i. vita, eſt mater omnium viuorum. Qui Gen. 2.
ſunt qui viuũt, niſi qui credunt? An ſpũs 41
qui ſuper aquas ferebatur, ſpiritusſanctus Gen. 1.
intelligatur, quia dictũ eſt, Spiritus dei ferebatur ſuper aquas? Si videtur hic erraſſe in iſta ſentẽtia, nõ eſt accipiendũ quod dixit, Ideo & à quibuſdam ſpiritusſanctus eſſe putatur, quia dei ſpiritus legitur eſſe, Inualida aũt & inanis aſſertio eſt, non ſolũ. n. ordo hoc non patitur, & ratio abnuit, ſed & verba ipſa infirma probant ad cauſam iſtã aſtruendam, Nam his verbis frequenter aliud inuenimus ſignificatum in lege. Inter cætera aũt ait dominus deus dicens, Nõ pmanebit ſpiritus meus in hominibus iſtis, Gen. 6.
quia ſunt caro. Et in ſubiectis, ſed deleam, A
inquit, omnia ab homine vſque ad pecus. Propterea quia diluuium facturus erat ſuper terram, nunquid ſpũſſanctus poteſt intelligi? Nonne de animabus locutus eſt? Nã nõ ſolum noſtræ animæ ſpiritus dicuntur, ſed & pecorum. Sic. n. ſcriptum eſt, Et mortua ẽ omnis caro in aqua in qua erat ſpũs vitæ. Gen. 7.
Et in Ezechiele propheta ſic dictum eſt, dũ de reformatione hominum promittit deus Ezec. 37
dicens, Hæc dicit dominus deus oſſibus iſtis, Extendam ſuper vos cutem & dabo in vobis ſpiritum meũ & viuetis, Nũquid de ſpirituſancto locutus eſt & nõ de anima? Ioan. 4.

quidem cœleſtia ſpiritus ſunt, ſed differunt ab inuicẽ, & deus ſpũs eſt, ſed longe aliter.
2. Co. 3. Omnis itaq; ſpũs dei eſt, non tñ deus eſt, niſi ſpiritus qui de ipſo eſt. Cuius ſignificatio hæc eſt vt ſanctus dicatur, Nam & homines filij dei vocantur, & Chriſtus dicit̃ filius dei, ſed interuallum eſt, quia hic uerus eſt, illi adoptiui. Sic quoq; & inter ſpm̃ dei diuerſitas eſt: ſpiritus. n. ſanctus de deo eſt & conſubſtantialis ei, reliqui vero ſpũs dei eſſe dicuntur, ſed creatura ſunt. Cum ſuper aquas ſpiritalem creaturã eſſe tradat ratio, & quę ſuper ſe habeat potiorem creaturam
B alteram, quia creatura à creatura differt in
1. Co. 15. claritate: quicquid enim prope ſedem dei
Tob. 12. accedit̃, clariora ſunt miniſteria. Vnde dicit Raphael angelus inter cætera, Ego ſum, inquit, vnus ex ſeptem angelis ſanctis, qui aſtamus & conuerſamur ante maieſtatem dei. Cur angelus miſſus loqui ad Moſen in
42 igne & in rubo apparuit in monte. Deus
Exo. 3. excelſus eſt, dignum ergo fuit vt in alto appareret. ſ. in loco qui uicinus eſt cœlo. Et quia ignis ſemper ſuperiora appetit ſurſum creſcendo ad cœlum, in eo debuit cœlorum dominus apparere, qui de humo ad ſuperna contendit. In rubo cauſa fecit vt appareret delictorum quia. n. peccatorum cauſa legem deſcenderat dare. Spinæ autem in peccatis ſignificantur, quia ſuſtinui, inquit, vt facere
Eſai. 5. uuam, fecit autem ſpinas. Et lex ſtatim uindicare non uenerat, ſed prius oſtendere, ideo ignis rubum non combuſit, id eſt, data lex non fecit reos de præterito peccatores. Nam & quia peccata non ſunt de natura, ſed ex accidenti: rubi, id eſt ſpinarum materia non habet radicem ſpinis armatam.
42 Ratione ergo factum eſt, vt ita dominus appareret Moyſi. Cur Abraham filium
Ge. 22. immolare prohibitus. Iepte filiæ ſacrifi-
Iudi. 11. cium perſoluit. Multum interuallum eſt
C inter cauſam Abrahæ & Iepte. Primo qui-
Ge. 22. dem Abraham legitime natus eſt, Iepte ue-
Eſt ad hebræ. ro ſpurius, erat enim filius meretricis. Deinde Abraham conuerſationis optimæ, Iepte autem princeps latronũ. Abraham uir-
iuſtus & in tentatione probatus, in Iepte au
tem nullum iuſtitiæ teſtimonium. Abrahæ itaque præceptum eſt, vt filium ſuum deo offerret, vt oſtenderetur hominibus quantũ deo crederet Abraham, qui nec filium ſuũ iubente eo dubitauit occidere. Qui enim contra mundi ſpem naſci eum potuit facere de ſterili & anicula, non fuit ambiguum, quod contra mundi rõnem poſſet eum ſuſcitare à mortuis. Hoc facto cumulatus eſt iuſtitia Abraham. Oſtendit enim deus, quia non ſanguinẽ pueri popoſcerat, ſed vt famulus ſuus Abraham hoc facto auctior fieret: diligentes enim ſe aliquid pati vult, vt iuſte illos promouere uideatur. Nam Iepte ho- Iudi. 11
mo facinoroſus & improuidus, ſtulta deuotione munus deo promiſit, dicens. Quicquid mihi redeunti à cede occurrerit ante oſtia domus meæ, hoc offeram deo. Nunquid coactus deuouit? aut nũquid intellexit quomodo deberet votum facere? Quid. n. ſi canis illi aut aſinus occurriſſet, qđ dñs D
offerri prohibuit, aut ſi filius alienus, aut ſi vxor ut in dolore alieno exultans redderet votum? Idcirco improuidæ menti quod in alienam perniciem deuouerat, in illũ ipſum iudicio diuino ertortum eſt, & vſqueadeo inſenſatus fuit Iepte, vt nec poſtea ſtulte ſed deuouiſſe cognoſceret, vt error eius qui ab ipſo cœperat, per ipſum emẽdaretur. Intelligere enim debuit deum non tali ſacrificio delectari, & rogare pro ſtultitia ſua, & aliud offerre quod contra legem non eſſet: ſed fidelem ſe præſtitit factus patricida, cũ conſtet fidem ſtultam non ſolum minime prodeſſe, ſed obeſſe. In cauſa itaque filiæ ſuę ipſe mactatus eſt, vnde & deus à tali ſacrificio diſſimulauit. Si enim hoc prohibuiſſet, aliud offerre ſibi illum voluiſſe uideretur, cum ſciret vt indignum non debere illum offerre. Filia autem eius lucrum fecit, quia enim innocens in malis patris mortua eſt, pœna caruit inferi, quod diu forte viuendo ad piſci nequiſſet. Vt autem triumphus uictoriæ Iepte proſequeretur, non meritum eius fecit, neque populi: nec enim legitur ſupplices illos fuiſſe deo vt daret eis
E defenſorem. Aut nunquid ipſum Iepte dominus miſit, aut allocutus eſt? Sed quia Allophyli deos ſuos laudabant, quaſi qui ſubiectos illis fecerant filios Iſrael, vituperantes deum Abrahæ, idcirco propter honorẽ nominis ſui deus vindicauit in Allophylos ſi non propter iſtos vel propter meritum Abrahæ & ſuum culmen. Aut nunquid q̃a Iudi. 15
ſpiritus domini inſiliit in Sampſonem mere tricãte, dignus dicitur cum hoc factum intelligatur ad Allophylorũ pernicie̋? Quo 44
modo oſtendi poſſet ex Prophetarum teſtimonio iam in nouo teſtamento a gentibus recepto, promiſsionẽ quã deus Abrahæ fecerat per Chriſti aduentũ eſſe completam? Eſai. 56.

Scriptū est in Esaia propheta, Domus mea domus rationis vocabit omnibus gentibus. Sed forte dicant Iudæi domus dei,id est,synagoga omnibus patet. Nec renitimur,ita tñ vt, sicut semper, circúcisi applicentur ad legem. Lex eorum est qua iussi sunt more Abrahæ circuncidi. Nihil ergo nouum hoc exemplo Prophetæ poterit videri, quia ex quacunq; gente quis veniens non est prohibitus adiúgere se legi ab exordio Iudaismi. Nihil nouum à Propheta dictū poterit ẽsti mari,immo superflue, si semp admissi sunt seruire gentiles deo Abrahæ,nec aliquando prohibiti inueniuntur. Et verum est, quia subijcientes se legi nunquam non suscepti
F prebantur. Si igitur hæc ita sunt, superflue videtur admonuisse propheta quod semel traditum custoditum est semper. Et an quis tam hebes poterit inueniri, qui dicat tantū Prophetam rem superfluam & inanem locutum, nescio: cui totū sit vel audire & nō prohibere. Nam cum Iudaicus vtiq; populus propter peccata quæ in deum delinquebant,ab idolis suffragia requirentes, à Prophetis sæpe correpti,pœnitentiæ iter ingredi nollent vt reuerterentur ad deum,ad exprobrationem illorū domū suam deus aperturū se omnibus gentibus ad orandum significauit,vt abdicatis Iudæis, alios in loco illorum positurum se ostenderet. Nam si semper admissæ sunt gentes ad legem,sicut supra dictum est,qui hoc Propheta dicebat futurum, nisi quia aliud significauit quàm præceptum erat prius? Non enim posset dicere de re quæ quotidie fiebat, quia futura erat. Vnde manifestum est istud ad necem proficere Iudæorum, quibus Propheta q̃ alij his amotis vocandi essent ac recepturi donum gratiæ dei quod promissum fuerat Iudæis. Quid sit autem promissum Esa-
G ias propheta docet dicens, Veniet ex Sion qui eripiet & auertet impietatem ab Iacob & hoc illis à me dictum testamentum. Igitur hoc testamentum est abolitio peccatorum. Hoc est testamentum nouum quod promissum est per Hieremiam dicentem Ecce veniet dies, dicit dominus,& consummabo domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus illorum in die qua apprehendi manum illorum vt educerem illos de terra Aegypti, quia ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Hæc est præuaricatio illorum quando simulachrum vituli fecerunt,tunc testamentum eius corruperunt. Vnde & tabulæ in quibus data lex fuerat, sub monte confractæ sunt, ex eo q̃ grauiora præcepta meruerunt accipere. Sed quia clemens & misericors deus est, promisit per Prophetas mutare se legem, vt aliud testamentum daret quod differret ab eo qđ dederat prius:non solū quod graue erat mutaret, sed & illa quæ in figura data erant.i. sabbatū & circũcisio:vt quia diu pressi erãt, p̃ omnia reuelati supplices deo gratias agerent. Et quia in præuaricatione paterna durantes animos ab idolis auertere noluerunt, gentes cum reliquis qui fidem seruauerunt, H testō frui quod futurum dixerat cõtestatur: vt duplici modo grauati excruciarẽtur perfidi Iudæi:& ad tempus.n.grauati sunt præceptis, & in futurum congruas pœnas exoluent,quia neq; in veteri,neq; in nouo testō fideles inuenti sunt. Nouum ergo testm̃ dare se dixit, vt cessaret vetus quod datum erat patribus. Ac per hoc qui in hoc testō seruit deo,neq; sabbatū neq; neomenias,neque circuncisionẽ custodit, neq; esearum dierum secretiones,sed tantū dei habet timorem in fide:quia non ex lege iustificabitur,sed ex fide, dicente Abacuc propheta, Quia iustus Abac.2. ex fide viuet. Et non vtiq; iam multis vtatur præceptis ad deum promerendum, sed paucis, Esaia iterum de hoc sensu eadem di- Esai.10. cente, Ait enim, Si fuerit numerus filiorum Israel tanquã arena maris, reliquiæ eorum saluæ fient. Verbum enim consummans & breuians in æquitate, quia verbum breuiatum faciet dñs in vniuerso orbe. Reliquis qui in fide promissionis perseuerauerint, cæteris diffidentibus,breuiatum legis verbum ostendit:hoc est,nouum testamentum quod promisit. Quod non aliter testamentum diceretur, nisi simili modo etiam hoc sanguinis testimonio firmaretur, sicut & testm̃ ve I tus, vt nomen vnum bt vtriq;:sed in veteri multa in nouo autem pauca sint præcepta, sicut promisit. Vt quia Abraham patrem multarum gentium futurum dixerat, eodem modo iustificarentur & filij, sicut fuerat iustificatus & pater: vt cessantibus quæ post fidem Abrahæ cœperant, suscipientes fidem per quam iustificatus est idem Abraham filij essent Abrahæ, sicut dictum est à dñno. Quod quidem nec mirum nec inauditum est, vt sine cura sabbati & circuncisione & reliquis huiusmodi

Gen. 5. iusmodi mandatis iustificentur homines.
Gen. 6. Nec enim per hoc placuit deo Enoch, vt
Gen.17. transferretur,neq; Noe hoc seruando in diluuio solus inuentus est iustus: neq; ipse Abraham postquam circuncisus est, iustificatus est. Credidit,inquit, Abraham deo, &
Gala. 3. reputatum est ei ad iustitiam. Tunc circuncisus est,ut signum esset in eo, quia credidit cum senior esset filium se habiturum. Non ergo circuncisio commendat Abraham, sed fides. Ideoq; credentibus sufficit fides ad iustificationem, vt filij sint Abrahæ in fide, non in circuncisione, quia his non est opus circuncisione. Non enim hoc creditur quod credidit Abraham. Iudæi autem idcirco iusK si sunt circuncidi, vt fidei Abrahæ signum haberent, non suæ fidei, sed vt filij eius secundum carnem scirentur:si autem credant erunt filij eius & in iustificatione. Quid enim prodest dici filium potentis eum qui impotens sit, nisi quia magis obest? Dedecus est enim inclyti & glorioſi filium esse sine honore. Nam intantum circuncisio carnis nullius meriti est, vt vindicaturum se
Hier.4. dicat deus per Hieremiam prophetam in omnes circuncisos præputio, si non fuerint circuncisi corde. Illis autem non indignatur qui circuncisi corde præputiati sunt carne, quia nemo sine cordis circuncisione placuit deo. Quicunq; ergo circuncisi sunt carne, genus significat Abrahæ iuxta carnem: nam qui circuncisi sunt corde, significant genus dei secundum fidem, quia circuncisi omni mundano errore deum profitentur parentem. Quid ergo prodest carnis circũcisio,si cum fides defuerit in Iudæo, ad meritum Abrahæ peruenire non poterit? Aut quid obest præputium, cum nemo nisi qui æmulus fuerit fidei Abrahæ, peruenit ad iustitiam eius? Superflue igitur gloriantur de carnis circuncisione, cum videant illã apud deum meritum non habere. Et si, sicut est ostẽsum,melius est fidẽ habere q̃ circũcisio
L nẽ,meliores sunt Gentiles Iudæis, quia ille fidẽ habent, Iudæi circũcisionẽ. Et quos potas magis agnoscat filios Abraham, qui iuxta carnem similes illis sunt, an qui in fide? Sed Abrahæ fides testimonium perhibet. Ac per hoc non in carne, sed in fide gloriatur. Ideoq; istos filios suscepit, quos videt imitatores esse gloriæ suæ. Quomodo enim illos potest appellare ultios, à quibus videt abhorrere vnde placuit deo & iustificatus est? Non ergo filios suos, sed inimicos poterit vendicare. Inuidi enim eius videntur spernentes fidem per quam glorificatus est. Nec mirum si Iudęi diffidentes deprehendantur minime suscipientes nouum testamentũ, cum sciamus illos nec in veteri fuisse fideles. Semper enim contra deum rebelles & contumelioſi fuerunt, vnde talia præcepta acceperunt p̃ quæ ceruices illorū quę inflexibiles erant premerentur. Nunq̃ enim bona de deo sperare voluerunt, cuius tanta beneficia & uirtutes tam mirandas agnouerunt. Hinc est unde inter cætera dicit Ezechiel propheta. Leuaui manum meam Eze.24. in deserto inter eos,vt dispergerentur inter gentes, & disseminarentur in regionibus, eo q̃ iustificationes meas non fecerunt, & M præcepta mea repulerunt. Et in subiectis, Ego dedi illis præcepta non bona,& iustificationes,in quibus non viuent in eis. Ostẽdit qua causa data sint illis præcepta tanta & tam aspera, vt quia ingrati tantis bonis extiterunt,dictante iustitia,præceptis seueritatibus premerentur. Idcirco non bona ea dixit,cum iusta sint:quia non illis ad iustificationem proficiebant, sed ad exitiũ:& pœna licet digne illata,patienti tamen bona nō est. Post hæc tamen,quia pius est deus, nouum testamentum daturum se promisit, in quo abbreuiatio facta legis, iustificaret credẽtes, sicut iustificatus est Abrahã:vt cessantibus neomenijs,& sabbato et circuncisione & cæteris præceptis, non quæ naturalis legis sunt.i. homicidium, adulterium, & talia,ita iustificarentur ut Abraham. Renouata enim fide Abrahæ, omnia voluit cessare,ut tale tempus esset, quale fuerat qñ credidit Abraham. Sed forte dicãt Iudæi. Si ea quæ à Moyse data sunt,cessare dicta sunt p̃ abbreuiationem legis, nunquid circuncisio à Moyse data est vt cesset? Ac per hoc signum patris nostri habemus,quia sumus filij Abrahæ, quod propter testimonium generis cessare non debet. Tempore quidem A suo seruanda fuit circuncisio: id est, antequam nouum testamentum daretur, quod promissum erat. At vbi dei gratia præstante,onera legis cessare iussa sunt, quid opus est circuncidi? Idcirco autem noua lex data est,id est,spiritalis,vt cessarent carnalia, & suscipientes eam,signum eius acciperent: vt sicut in ueteri testamento Abrahæ signum habuerunt, ex quo cœpit testamentum vetus:ita & in nouo signum habeãt saluatoris, qui noui testamenti constitutor est. Quem-

admodum enim ex Abraham Hebræi dicti sunt, sic & ex Christo Christiani dicũtur. Quicunque ergo adhuc Hebræi dicuntur, nouum testm̃ quod promisit deus, non receperunt, beneficium & misericordiam Dei in irritum deducentes: qui populum suum iam non hominis nomine volens censeri, sub filij sui nomine constituere illos dignatus est. Qua igitur audacia dicũt Iudæi nõ nostra nos lege vti, sed sua, cum dicat Da-
Psal. 17. & 56. uid, Confitebor tibi in gentibus: & iterum, Epulamini gentes cum populo eius? Et ad
Hiere. 1. Hieremiam Prophetam dicit dñs, Priusquã te formarem in vtero, noui te: & antequã exires de vulua, sanctificaui te: & Prophetam in gentibus posui te. Iudaismus certe proprias habet significationes: aut enim po-
B pulus iste in Iacob significatur, aut in Samaria, aut in Hierusalem, aut in Iudæa, aut in Israel. De gentibus autem apertum est, quia aliter illos significat q̃ sunt Iudæi. noster autem Propheta est Hieremias. Quamuis enim in omnibus Prophetis gentes participes doni sui ostẽderit deus, ad Hieremiã tñ specialiter dicit, quia nobis illum dedit Prophetam. Hic.n. nouum testamentũ futurum significauit, quod plus gentibus profice ret q̃ Iudæis, quod nunc declaratũ videtur. Cum enim in vniuersa terra noui testamenti sit prædicatio: Iudaismus tam raro est, vt difficile Iudæus fidelis inueniatur, & om
Osee. 2. nentur: sicut dictum erat in Osee Propheta, Vocabo non plebem meam, plebem meã: & non dilectam dilectam. Repulsis ergo Iudæis, conuocat gentes ea misericordia & gratia, qua vocare dignatus est & Abrahã. Nec enim Abraham vocatus, non cognouit dominum: itaq; qui dignatus est Abraham, ita & ipse dignatus est gentes. Cur ergo dicunt, Nostra est lex: cum manifestum sit, donum dei omnium esse volentiũ? Cesset itaq; ista vsurpationis temeritas, q a
C gratia dei cõmunis est omnibus. Quo nanque pudore negant Christum nostrũ in lege promissum, cum videantur omnia signa in eo, quæ lex futura prædixerat? Quia & secundum Abrahæ promissionem oẽs gentes iustificantur, in eum credentes. Et secundũ
Esaia 7. Esaiam Prophetam de virgine natus est in
Mich. 5. Bethleem ex tribu Iuda, sicut fuit promissum ex semine Dauid: & iuxta quod Hieremias prophetauit, nouum testamentum, quod deus tunc promiserat futur..n prædicauit: & post omnia signa virtutum ostensa, humiliauit se, secundum dicta Prophetarum, & omnia quæ prædicta sunt, passus, tertia die resurrexit, quemadmodum scriptũ est in Propheta. Et si tempus promissionis requirant, sicut in Daniele Propheta ostensum est, inuenient impletũ tempus, quo natus & passus est Christus: quia tempore primi anni Darij regis Persarum vsq; ad natiuitatem & passionem dñi, & excidiũ Hierusalem, quod factum est per Vespasianum imperij Romani principem, impletæ sunt hebdomadæ septuaginta, quæ sunt anni quadringenti nonaginta, qui computus per regna & per successores imperij manifestus est. Quomodo etiam à Tertulliano computatum inuenitur in libro quem scripsit ad- D
uersus Iudæos, quod ne ad iniuriam eius proficeret, quia recte computauit, prętermisimus. Et quis ambigat de hoc numero, cum trecenti circiter anni nunc super hunc numerum inueniantur? Impudentis ergo est post tantum superadditum numerum aduẽtui saluatoris, dicere, Nõ venit. Sub Apostolis.n. aut tempore quo agebat dñs inter homines, se poterat occultare malitia contradicens veritati, vt cum omnia signa promissi Christi uideret in saluatore, de tempore tũ ambigere se diceret, vt perfidiam suam celaret. Post autem, cũ super promissum numerum supercrescere multi anni cœperunt, q̃ impudentia est negare venisse, quod etiam & signis & temporibus adimpletum scitur? Nam quando aliquid plenum est, & non superabundat, potest contentiosus aliquis dicere, non esse plenum: sed superabundantia clauditur os contentioso, ita & Iudæi tempore saluatoris potuerunt dicere, licet per fallaciam, non bene computatum à Darij tempore vsq; ad dominum Christũ, vt ipse dicatur esse qui promissus est. Fallimur.n. in annis & in mensibus & in diebus imperatorum, & ad liquidum non colligimus. Vbi au
em creuerint tempora super numerum prę E
criptum annorum promissi Christi, nulla potest prætendi excusatio, ut non ipse esse Christus dicatur, qui venit, nisi, quod absit, mentitus dicatur esse qui promisit. Quãdo enim tempus promissionis emensum est, & negatur venisse qui promissus est, quid aliud quàm mendacij arguitur qui promisit? Sed veracem esse qui promisit, signa omnia docent, quæ prædicta in Christo sunt, & reperta in Christo noscuntur. Iudæi autem

tem, dum emendati erubescunt, non cogitant futurum intelligi non esse mendacium. Qũo homo ad imaginem dei fa-
Gene. 1. ctus sit, & vtrũ ad dãnationẽ, & an mulier quoq;? Faciamus, inquit, hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. Hoc quibusdam ex alia parte lectionis intelligendũ esse videtur, ex hac videlicet, in qua legimus dixisse deum, Venite descendamus, & con-
Gen. 11. fundamus linguas eorum. Quia quantum in superficie videtur, simile est: vnius enim vox est, plurali numero loquentis: sed discrepat sensu, quia & dissimilis ratio est. Illic enim de creando homine dicit, quem ad imaginem & similitudinem suam deus vult
F creari. Illud autem quod dicit, Venite descẽdamus & confundamus linguas eorum: ad hoc pertinet, ne se intelligerent homines: vnde ad angelos potest videri locutus dominus, quasi imperator ad exercitum: communiter enim dicit, quia futurus erat per illos, vtpote creator illorum: ac per hoc, Confundamus, inquit, linguas eorum. Nã cum dicit, Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinem nostram, non potest dici angelis locutus, quia non potest dici vna esse imago dei & angelorum, sicut imperatoris & Comitum: quia quorum imago eadem est, non potest dissimilis esse nec dignitas, nec natura. Denique adiecit, Et fecit,
Comes hic dignitatis nomẽ c. inquit, deus hominem, ad imaginem dei fecit eum: ut deus dixerit, & deus fecerit: nõ alter deus aut differens, sed idẽ deus. Quòd .n. vnus ad vnum dixit, non aliam naturam significauit, sed personam. Cum.n. deus sit, tres tñ personæ sunt, & ideo vnus est deus: quia siue in filio, siue in sancto spiritu dei vnius substantia est: quia non potest non esse, quod de ipso est, quod ipse est. Dei ergo patris persona est dicentis, Faciamus: Filij vero facientis hominem ad imaginem dei: siue ad patris, siue ad suam, nihil interest, quia vtriusque una imago est. Fecit
G autem filius per spiritũ sanctum. Sicut enim
Mat. 12. pater per filiũ dicitur facere, ita & filius per spiritum sanctum, ipso dicente, Quia ego in spiritu dei eijcio dæmonia. Igitur vna triũ imago est, quia siue pater, siue spiritus, vnus est deus: ac per hoc unus factus est homo ad unius dei imaginem. In eo autem imago dei est hõ, ut sicut unus est deus in cœlis, ex quo omnia subsistunt spiritalia: ita unus esset in terris homo, ex quo cæteri haberẽt carnalem originem. Aliquibus tamen uidetur, quia in dominatione, dei imago est factus homo: & quia dicit, Et dominetur piscium maris & uolatilium cœli & cotius terræ: cum non solum uiro, sed & mulieri ista cernantur subiecta, quam constat dei imaginem non habere. Quod quidem duplici modo caret ratione: per hoc enim neque ad filium dixisse deus asseritur, Faciamus homi
nem ad imaginem & similitudinem nostrã, sed ad dñationes cœlestes, quas Apostolus commemorat, si imaginem dei homo in dominatione haber, & mulieri datur, ut & ipsa imago dei sit, quod absurdum est: quomodo enim potest de muliere dici, quia imago dei est, quam constat dominio uiri subiectam, & nullam authoritatem habere? Nec docere enim potest, nec testis esse, neque fi-
dem dicere, neque iudicare, quanto magis H
non potest imperare? Vtrum Samuel fue 46
rit de filijs Aaron? & utrum sacerdos fuisse existimandus sit? Sunt quidam inter nos, qui partim negocijs secularibus occupati, partim minus studiosi circa scripturas sacras errorẽ patiuntur, putantes Samuelem sacerdotem fuisse: id est, Aaron habere originem: ex cuius progenie constituit dominus deus nasci, non fieri sacerdotes. Nec alicui præter filios eius concessum est, ut poneret in altare incensum. Ex quibus aliquid plus errantes, negant quidem Samuelem de genere fuisse Aaron: hoc est, non illum dicunt natum sacerdotem, & nihilominus sacerdotio illum asserunt functum. Quibus prius respondendũ est, Peius enim est negare Samuelem natum fuisse sacerdotem, & tamen asserere illum functum esse sacerdotio, quàm dicere sacerdotem illum fuisse ex filijs Aaron. Hic enim ignorantia est, illic stultitia. Cum enim dicunt, qui illum putant natum sacerdotem, ex filijs Aaron non esse, manifestum habebunt non illum fuisse sacerdotem: ignari quia non licuit agere alicui sacerdotium, nisi ei qui esset ex semine Aaron. Compertum enim
habent, manifestum enim est, quòd Chore I
cum non esset ex filijs Aaron, & uoluisset Nu. 16.
super altare imponere incensum, hiatu ter- 1. Pa. 26.
ræ assumptus est cum socijs suis. Et Osias rex, cum non vtique esset ex semine Aaron, sed ex tribu Iuda, & præsumpsisset agere sacerdotium, stans ante altare, percussus lepra in fronte est, & sic expirauit. Illi autem, qui dicunt Samuelem non natum esse sacerdote.., & nihilominus egisse illum

asserunt sacerdotium,satis stultum est quod dicunt: & stulto suadere quod bonum est, laboris est maximi. Quanta enim hebetudine ducũtur,vt sole apparente super terram,dicant,quia nox est. Cum enim legãt, & non vno loco legant, hoc à deo esse decretum,vt nemo auderet sacerdotium agere præter Aaron & filios eius,obstinata mente contendunt, sacerdotem fuisse Samuelem: non enim intelligunt,quia si natus sacerdos non est Samuel,& sacerdotium egit,præsumptor dicitur: quia hoc deus statuit,vt nascerentur,non fierent sacerdotes:& de Samuele hoc sentire puto tutum non esse. Quomodo enim posset fieri, vt vir laudabilis, & dei testimonio commendatus hoc ageret, quod incõcessum sciebat? Cuius etiam præ-
K sumptionis vindictam pro certo habebat Samuel,& iterum factam: neque enim dei iudicio potuit ad hoc aspirare, quem immutabilem sciebat: à quo,si forte hoc audisset,tentari se potius credidisset, sciendo deum nullo modo sententiam suam posse rescindere. Posset enim magis sub dei apparentia & nomine id agi secum credere, vt circunueniretur a parte aduersa, q̃ iudicium suum deum
Nú.22. posse mutare. Deniq; cum Balaam prohibitus fuisset à deo,ne iret ad Balach, & postea iterum requisisset,an iret,indignatus ei deus ex ore asinæ corripuit eum: quia prohibentem angelum videns asina,cœptum iter implere nolebat. Balaam vero,prohibente deo ne iret, iterum interrogatus, an ire illum vellet,sic de deo quasi de homine iudicauit, qui per id quod imprescius est,varius & mutabilis est. Sed Balaam nullo diuino testimonio commendatur: erat enim hariolus. Samuel autem vir deo charus, & iudiciorum eius sciens fixam esse sententiam quomodo aliud fieri crederet,q̃ sciebat à deo esse constitutum? Sed Heli,inquiunt,mortuo,& filiis eius sacerdotibus,Samuel cœpit agere sacerdotium:quod nec lectio docet, nec ratio admittit. Hoc enim dicẽtes,nullum putant
L tunc fuisse,qui ageret sacrificium siue sacerdotium, vt his tribus mortuis, nisi Samuel populi munera obtulisset, sacerdotium agi desiisset: quæ asseueratio est dei inimica. His enim deus improuidus iudicatur, quasi nescius cum id statuit,quod permanere non posit. Vt quid enim nullis alijs quàm filijs Aaron sacerdotium agere vsque in seculum statuit,hoc est, vsque ad tempor[illegible]duentus Christi, si hoc deficere sciebat? Si autem nescisset,quod absit,improuidus fuit: & ideo fieri potuit, vt nec Samuel fuerit illis deficientibus sacerdos. Si autẽ prouidus & præscius deus est, permansit quod statuit: & si permansit quod statuit,Samuel non egit sacerdotium,qui dei non erat sacerdos. In veteri enim lege nasci decreuit deus sacerdotes:in noua vero,fieri dñs iussit sacerdotes. Eligant nunc unum de duobus, aut natum probent Samuelem sacerdotem,aut factum. Sed consentiunt non illum natum esse sacerdotem, quia sciunt illum non esse ex filijs Aaron. Si ergo natus non est sacerdos Samuel, factus autem non legitur,nec probatur,quia nec statuerat deus fieri sacerdotes, in absoluto est Samuelem minime fuisse sacerdotem. Sed contradictores clausis oculis, si sacerdos,inquiunt,non fuit, vicem tamen egit sacerdotis, q̃n legitur deo sacrificium obtulisse. Quis audeat negare quod scriptũ probatur, Obtulit enim deo sacrificium Sa- M
muel, sed non inde vicem sacerdotis egisse 4.Reg.7.
cognoscitur: Ipse enim semper dicitur offerre, cuius oblationes sunt, quæ super altare imponit Sacerdos. & Saul obtulit hoc vtique genere: id est, per sacerdotem, sicut & Quis di
nunc offertur: & Dauid obtulit, & Salo- catur of-
mon obtulit, & cæteri similiter obtulerunt, ferre sa-
nunquid omnes vicem sacerdotis egerunt? crificiũ.
Quanuis enim proprio sacerdos fungatur officio,ille tamen offerre dicitur, cuius nomine agit sacerdos: ipsi enim imputatur,cuius munera offeruntur. Et qui non fuit sacerdos, quomodo vicem agere poterat sacerdotis? Nunquid diaconus potest vicem gerere sacerdotis? Prefectus etenim potest agere vicem præfecti, & prætor prætoris: non tñ priuatus potest agere vicem potestatis alicuius, quanto magis sacerdotis vicem agere non potest,qui non est sacerdos? Quo enim consilio ad hoc aspirare audeat, quod sibi scit non licere? Nam si sacerdos alicubi deest,potest alterius loci sacerdos rogatus venire, & vicem eius agere: non tamen Propheta,quanuis sanctæ vitæ sit, agere potest quod scit sibi minime esse concessum. Aliud A
enim est bene viuere, & aliud potestatem alicuius officij accipere. Sicut enim qui sacerdos est, non ex eo vitam suam commendatam putare debet: ita & qui sanctæ conuersationis & vi[illegible] est,non iam ex eo sibi sacerdotium vendicare decebit. Quanuis enim bonum sit sacerdotium, tamen malum erit ei,cui concessum non est,& præsumit:

mit: Nam si respiciamus quod scriptum est de sancto Samuele,videbimus quale testimo-
1.Reg.3. nium det ei scriptura, dicens, Et innotuit,
Psal.98. inquit,omni populo,quoniam fidelis est Samuel Propheta dño. Et in Psalmo, Fiant, inquit,Moyses & Aaron in sacerdotes eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Quis non aduertat ex hac distinctione diuisas esse personas dignitatum causa, vt Moyses & Aaron sacerdotalem dignitatem adepti noscantur, Samuel vero inter Prophetas deo dignus extitisse habeatur? Qui
2.Re.6. precibus deũ inuocabant ad protegendum populũ suũ,sicut legitur. Intantum aũt sacerdotes minime defuisse probãtur, vt reuocata arca ab allophylis baiulis leuitis viris Bethsamitis,obtulerunt deo sacrificia absente Samuele. Rege aũt facto Saule, Achimas
B erat pronepos Heli sacerdotis, qui portabat Ephhot. Sed hinc,inquiunt, videtur sacerdos fuisse Samuel,quia vestitus erat Ephot.
2.Re.6. Quasi non hodie diaconi Dalmaticis induã-
1.Reg.2. tur sicut Episcopi. Ephot autem etiam Dauid legimus fuisse indutum, & duplicem Ephot. Samuel autẽ adhuc puerulus, succinctus erat Ephot: nunquid puerulus potuit Deo munera populi offerre? Vides ergo, quia Ephot vnũ quidem nomen est, sed nõ vnã rẽ semper significat. Sacerdotes .n. portabant,nõ vestiebantur Ephot: Reges vero & Leuita Samuel induebantur Ephot. Aliquando ergo vestis, aliqũ quasi armariolũ, quod portabant sacerdotes ad interrogãdũ dominum,significatur Ephot. Quantũ apparet,probatum est Samuelem non sacerdotem,sed Prophetam fuisse. Nunc his respondemus,qui ignorantes quia Samuel non est de filijs Aaron sacerdotis, æstimant illum sacerdotem fuisse: nec enim fas erat, vt de origine Aaron descendens, sacerdos non esset. Quos primum volo cognoscere, quia, si sacerdos erat Samuel, sine dubio & Helcana pater eius sacerdos fuit. Congruum quoque fuerat, & filios eius sacerdotes fuisse
C quos quia sacerdotes non erant, iudices illos constituit filijs Israel, sicuti & idem ipse erat Samuel. Sic.n.legimus, quia indicauit filios Israel. Helcana autem pater Samuelis,propter quod sacerdos non erat,ascendebat,inquit,in diebus statutis de ciuitate sua Ramathaim adorare & sacrificare Deo omnipotenti sabaoth: & ibi erat Heli & duo filij eius, Ophni & Phinees sacerdotes domini. Quid tam apertũ, quia veniebat Helcana offerre munera sua ante dominũ per sacerdotes tempore competenti, secundum quòd statuerat Moyses, vt tribus temporibus anni offerret munera & decimas suas: vbi fuisset arca domini & sacerdotes? Quippe & cũ duas vxores habuit tempore vno, quod illicitum est sacerdotibus: erat enim Helcana ex Leuitis, sicut generationum ordo se continet in libro Paralipomenon. Ad huc enim Leuitæ non erant habentes ordinem constitutum ministerij circa sacerdotes & arcam domini. Dauid.n.in regno suo disposuit vices sacerdotibus & Leuitis, vt à viginti annis & supra,in lege autem viginti quinq; annis & supra, inciperent exhibere seruitia dominicis cerimonijs: ut essent de filijs Aaron, id est de Phinees & Thamar traduce classes sacerdotum vigintiquatuor, quæ vices suas agerent certis temporibus: Leuitæ aũt constituti sunt,qui erãt taberna
culi ianitores,& qui baiuli arcæ dñi, & qui D
excubias seruarẽt,& qui vasorũ essent custodes,& qui pmiscuas susciperent oblationes. Et vigintiquatuor classes institutæ fuut cantantiũ & citharizantiũ & musicorũ cętero rũ,ita vt etiam hi.i.omnes Leuitæ haberent temporum vices:quia necesse erat eos & ociũ habere,vt & domorum suarum agerent curam. Et non solum hæc proficiunt ad causam supradictam,quoniam Samuel non fuit de filijs Aarõ, sed & illud quod dicit mater eius ad dominum, Quia si mihi,inquit,dederis filium,commodo eum domino omnibus 4.Re.2.
diebus vitæ suæ: non hoc diceret,si natus esset sacerdos,oportebat enim illum seruire altari: sed quia Leuita erat, & lex Leuitis adhuc non erat posita,sed vnusquisq; pro voluntate sua agebat, ita vt oberrantes illicita præsumerẽt. Ionatha enim filius filij Moysi,cum inter Leuitas deputatus esset sacerdotium agere præsumpsit. Ac per hoc legimus in libro Iudicum, Quia unusquisq;,inquit,placita sibi faciebat,eo q̃ non esset rex in Israel. Idcirco nouit Anna dicens, Commodo eum domino: ne cum cæteris oberra Iud.17.
ret. Et vt plenius quæstio discuti possit, E
etiam illud tractemus, quod dictum est de 1.Re.1.
Helcana, quia veniebat ex diebus in dies offerre munera sua & decimas: quomodo decimas offerebat,qui nihil possidebat? Leuitiæ enim non acceperunt agros, quia de decimis, quæ à plebe dabantur, victum q̃rebant. Sed põt fieri,& sic datur intelligi, quia po[illegible]t habere possessionem vxoris suæ

aut empta: quia de alijs tribubus accipiebãt vxores,non solum hi,sed & cæteri, ita vt & sacerdotes acciperent de alijs tribubus uxores. Nam Ioiade sacerdos magnus vxorem
1. Par 22. duxit de tribu Iuda filiam regis Ioram.
47 Quomodo hoc quod in Esaia dicitur, Et
Esaiæ 4. apprehendent septem mulieres,& cætera, septem Ecclesiæ catholicæ significentur? Et apprehendent, inquit, septem mulieres vnum hominem, dicentes, Panem nostrum manducabimus,& vestimentis nostris operiemur: veruntamen inuocetur super nos nomen tuum, aufer opprobrium nostrum. In absoluto est,per septem mulieres septem Ecclesias esse significatas: quamuis enim vna sit, sed septiformis dicitur vt corpus vnum septemplici numero constet membrorum: non solum autem nos, sed & superni
F ciues Ecclesiæ membra sunt, cuius caput
Ephe.5. Christus est. Siue igitur vna, siue septem dicantur Ecclesiæ,non discrepat: vna enim dicitur, quia vnum habet caput, quod est Christus: septem autem ideo,quia sicut mẽbra diuersa sunt, ita & potentiæ spiritales, inter quas & nos deputamur, diuersæ sunt virtutes, propter qꝙ & aereæ dicuntur. Idcirco enim diuersæ sunt, vt non omnia singulæ possint, sed simul omnes corpus sint Christi: quia ipse est caput corporis Ecclesiæ,ex quo totum corpus subsistit, id est ex quo omnia in cœlis & in terra habent originem. In hac ergo quæ in terris est Ecclesia, omnium Ecclesiarum facta est mentio: quia cum huic sacramentum creatoris prædicatur,etiam cœlestibus huiusmodi intimatur doctrina. Inferioribus enim cum insinuatur,necesse est vt audiant & superni. Vn
Ephe.3. de Apostolus, Mihi, inquit,minimo omniũ sanctorum data est hæc gratia, inter gentes euangelizare incomprehensibiles diuitias Christi,& illuminare omnes,quæ sit dispẽsatio ministerij absconditi à seculis in deo, qui vniuersa creauit,vt innotesceret principibus & potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia dei. Per hãc
Psal. 8. ergo Ecclesiam superni docentur,quia veri-
G tas,ait,de terra orta est. Vt enim mentio superiorum fiat hic, septem Ecclesiæ nuncupantur in vna plebe, quas septem Ecclesias supplices Propheta inducit saluatori facto homini. Intellexerunt enim ad hoc natum esse Christum,vt auferret opprobrium,primum quidem sub lege sua agentium deinde cæterorũ. Habebant autem in memoria, scriptum esse, Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. Hæ ergo septem Ecclesiæ apprehenderunt hominem vnum: id est,natum Christum,dicentes. Panem nostrũ manducabimus, & vestimentis nostris operiemur. Veruntamen inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobriũ nostrũ. Quid est hoc quòd precantur? Si enim pane proprio vtuntur, & vestimentis suis induuntur: id est, & viuunt, & nudæ non sunt,quid eis deest? Si enim panis ad vitam significatur,& vestitus ad dei inuitionem, quia qui sine Deo est, nudus dicitur, Vnde Gala. 5.
Apostolus, Qui in Christo, ait, baptizati 2.Co.5.
estis,Christum induistis. Et iterum,Si expoliati,inquit, non nudi inueniamur: quid est qꝙ poscunt vt auferatur ab eis opprobrium: nisi quia hic populus significatur in septem Ecclesiarũ numero: qui sub lege agens Chri H
stũ expectabat promissum ad abolenda peccata? Ideo dicunt,panem nostrũ manducabimus: hoc est,verbis legis quæ vnũ tradunt deũ pascemur: quia non in pane tantum vi Deut. 8.
uit homo, sed in omni verbo dei. Et vesti- Matt.4.
mẽtis nostris operiemur: id est,creatoris nostri nomine censebimur: quia hoc vnusquisque indutus dicitur quod est, & profitetur. Deniq; senatores vel officiales ex vestibus intelligũtur quid sint. Sed quia hæc satis nõ faciunt ad deũ promerendũ, hoc ẽt statuit, vt per sacramentũ cognitionis vnius dei,hæres esse incipiat homo regni cœlorum. Per fidem enim peccatis ablutus, & à morte secunda,quæ ex sententia data in Adã, homines apud inferos detinebat,alienus nullo detinente, pergit in Paradisum dei patris, in quo dixit latroni dũs,qꝙ secũ esset futurus. Quãuis enim populus supradictus,qui per Luc.23.
septem Ecclesias significatus est,sub dei lege esset, & deuotione tam proprij quam pateri delicti,quia omnes,inquit, peccauerunt, Rom.3.
eget gloria dei: Idcirco orant supra memoratæ Ecclesiæ vt auferatur opprobrium rũ inuocatione nominis Christi: quia qui num eius habent quo vicit mortẽ,ab inico teneri non possunt. Et non solum istæ I
Ecclesiæ Christi nomen super se inuocari precantur,sed & supernæ spiritales in cœlestibus degentes. Quanquã enim spiritales sint & cœlestes potentiæ, opprobrio tamen subiacerent,si à creatore suo fuerint alienæ, & nec membra erunt corporis, quæ caput suum non cognoscentes oberrant. Et quia aliud non est quod explanauimus, in subiectis

ctis propheta testatur dicens, in illa autem die illuminabit dominus in consilio super
Esaia 4. terram. Et adiecit, Quoniam abluet dominus,inquit, sordes filiorum & filiarum, & sanguinẽ purgabit de medio eorũ. Quid tã euidens, quia in illo die in quo promissum dei adimpletum est, & fidei sacramentum declaratum est hominibus, illuminati sunt, vt per creatoris cognitionem purificati qui rei fuerãt mortis, fierent æternæ vitæ hæredes? Promiscue igitur Propheta locutus est,vt dono dei indigere significaret, vt siue peccatores siue iusti, dei misericordiam expectasse noscerentur. Peccatores propter delicta propria, vt de faucibus mortis eriperentur. Iusti vero paterno absoluti peccato,deleta sententia data in Adam,per quã cuncti tenebantur à morte, libertate accepta dei regnum intrarent, facti iam non serui, sed filij dei.

K QVAESTIONVM SECVNDA pars, Ex nouo Testamento.

48 DEVS certe perfectus est, & nullius egens,quid ergo opus fuit Christo saluatore vt nasceretur de Deo,& filiũ haberet deus per quẽ omnia faceret? Cum ea quæ non erant Deus voluisset existere, & maiestatis suæ minime hoc condignum opus sciret,prius de se,cũ sit natura simplex & incorporeus filium genauit in quo ipse videretur qui nihil ab eo distaret, vt magnitudini suæ congruus responderet effectus. Quid enim vltra posset facere, quàm vt se alterum qui perfectus est generaret? Hoc ergo perfectum opus est,quo nihil possit videri præstantius. Cætera enim omnia minora sunt: quanto enim excellentior his omnibus Christus est,tanto magis creatio illorum inferior est generatione eius. Est & aliud: deus enim, ex quo sunt omnia, volens condere creaturam, verbum prius quod in mysterio apud se habebat,
L genauit: hoc est, fecit existere. Quod verbum idcirco filium nuncupauit,vt ostẽderet de se illum extitisse, & esse sibi consubstantiuum: vt lex, qua filij de parentibus sunt, hoc credibile faceret, per quod manifestaret creaturæ mysterium, quod latuit in eo ex æterno. Cur saluator cum sanctus natus sit, & Christus dominus in ipsa natiuitate appellatus, baptizatus est, cum baptisma purificationis causa sit, & peccati? Verum & manifestum 49
est, creatorem non eguisse baptismo, quia Christus non factus, sed natus est, dicente angelo pastoribus, Ecce natus est vobis hodie saluator, qui est Christus dominus. Lucæ 2.
Denique sciens Ioannes sanctitatem eius, Matt.3.
prohibuit eum à baptismo: saluator vero instituit fieri oportere, non' vtique propter peccatum suum, sed propter implendam iustitiam. Dignum enim erat, vt ipse exemplo esset futuris filijs dei, qui per baptismũ filios dei fieri docebat: & qui credentibus spiritumsanctum à deo dari promittebat debuit istud in semetipso visibiliter demonstrare, quo comperto credentes inuisibiliter se posse spiritumsanctum habere sperarent, M
nam saluator vtique, cum de spiritusancto nasceretur, purificatum corpus habuit. Vnctio enim carni eius spiritaliter in vtero virginis data est. Spiritus enim Sanctus purificauit quod de Maria virgine in corpus saluatoris profecit: & hæc est vnctio carnis corporis saluatoris, quare & natus Christus est appellatus. Quod enim per olei vnctionem præstabat Deus ministerio Prophetarum,ijs qui in reges vngebantur: hoc præstitit spiritussanctus homini Christo addita expiatione: quia anteriores Christi solam potestatem imperij accipiebant per vnctionem: saluator autem & potestatem accepit homo natus, & purificatus est natus: incongruum enim erat,vt Dei filius in corpore peccatis subdito hominis vice nasceretur. cum vtiq; ubi apparet Deus, sanctificet: quanto magis qꝙ corpus suum dignatus est appellare? Hominis ergo causam suscipiens & per regenerationem filios dei fieri docẽs,baptizari debuit, vt in se hoc ostenderet ratum. Facile enim probatum habetur & suadetur quod dicitur, si a magistro fieri videatur: sic vtique & virtutum insignia oportuit fieri, vt iam filius dei apparens,per mysterium regenerationis mede iam daret corporis passionibus vt exemplo esset futuris fratribus, quia per regenerationem accepit vnusquisque potestatem virtutis. Si ideo saluator baptizatus est, vt exemplo esset,quare circuncisus, cæteros A
prohibuit circuncidi? Circuncisio præteriti temporis mandatũ est, quam vsq; ad Christum oportuit habere authoritatem, vt tandiu curreret,quandiu Christus nasceretur

retur promissus Abrahæ,vt de cætero cessaret circuncisio promisione impleta. In figura enim Christi Isaac ꝓmissus est:Dixit.n.
Gen.22 ei deus, In semine tuo benedicentur omnes gentes.quod est Christus. Fides enim,quam Abraham acceperat, restaurata à Christo est, vt in semine Abrahæ, quod est Christus, omnes gentes benedicerentur,sicut ꝓmissum fuerat Abrahæ, Circuncisio itaque signum fuit promissi filij dei, id est Christi quo nato cessare oportuit signum promisionis:ita tamen, vt ipse promissus aduenies, signū patris acciperet: vt sciretur is esse,qui promissus fuerat omnes gentes iustificare per fidem in circuncisione cordis. Quia.n. patri Abrahæ carnaliter nascentis filij signaculum circuncisionis corporale fuit, ita & eorum,qui spiritaliter nascuntur,spiritale si-
51 gnum & circūcisio cordis: ideoq; recte post
B Christum non adhuc oportuit carnaliter circuncidi. Quomodo intelligatur,quod dicenti Mariæ ad angelū, Et vnde hoc sciā, quia virum non cognosco respōdit Gabriel
Lucæ.1. angelus,Spiritussanctus superueniet in te,et virtus altissimi obumbrabit tibi Ambigēti Mariæ de conceptu, possibilitatem angelus prædicat, dicens, Spiritussanctus superueniet in te hoc est ne dubites, quia virum nescis: quod enim dixi, quia concipies, spiritussanctus superueniens in te, operabitur vt concipias sine viro: & virtus altissimi, inquit, obumbrabit tibi. Altissimi virtus sine dubio Christus est: hoc enim ad ipsius personam pertinet. Superueniens ergo spiritussanctus in virginem, sanctificauit eam opere suo efficiens corpus sanctum ex ea, in quo virtus,quæ dicitur dei filius,nasceretur: cuius obumbratio in virginem, hoc est vt de immensitate diuinitatis aliquid esset in vtero virginis, quantum posset capere natura humana, quod quasi ex splendore obumbratio diceretur, virtus dei esset, qui dei virtus necnon & deus, Nihil enim de deo est, quod non dicatur deus. Nam hoc corporeum est, vt sit in carne aliquid & caro dici non possit, vt pili, & ossa,& nerui,
C & cætera. Si de spiritusancto natus est
52 Christus, si effectu eius ex Maria caro fa-
Prou.9. ctus, cur dictum est, Sapientia, quæ vtiq; Christus est, ædificauit sibi domum?

Quæstio ista, gemina ratione potest intelligi. Primum enim domus Christi Ecclesia est, quam ædificauit sibi sanguine suo. Deinde etiam potest & corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur & templum eius. Si enim propter habitationem dicitur templum dei, non obsurde dicetur & domus, sicut legimus in lege. Sed si effectu spiritussancti factum est corpus, & domum posse dici arbitramur, quare ad personam Christi relatum est? Quoniam factum filij, factum patris est, quia vtriusque vna virtus est. Simili modo etiam factum spiritussancti, factum filij dei est, propter naturæ & voluntatis unitatem. Siue enim pater faciat, siue filius, siue spiritussanctus, trinitas est quæ operatur: & quicquid tres fecerint, dei vnius est operatio. Si omnia ratione facta sunt quid est ut octauo ca- 53
lēdas Ianuarias Saluator natus dicatur. Nemo sic poterit hebetari, ut neget omnia facere deum cum ratione. Ideo ergo Christus descendentes de sacris sedibus ad salutem mundo tribuendam, ut etiam mundum ipsum & tempora a se instituta doceret, tunc nasci homo uoluit, ad diminutionem humani generis augmentandam in deum,quā-
do ex magna diminutione lux quæ dies est, D
crementum incipit accipere: ut tempus natiuitatis eius ratione congruat doctrinæ diuinæ, quæ ex umbra mortis homines cœpit multiplicare ad uitam. Si ex semine
Dauid Christus filius dei factum est secun- 54
dum carnem, hoc est natus iam filius dei, & in utroque quia sanctus natus est, quomodo ergo postquam baptizatus est dictū ei a domino deo est, Tu es filius meus,ego hodie genui te? Christus dei filius ex æterno est secūdum spiritum sanctitatis, Iux- Psal. 2.
ta carnem uero ex semine Dauid natus est filius deo, ut in utroque non factus deo filius habeatur,sed natus. Illud autem quod in baptismo audit, mysterij, non sua causa est, Nam hoc omnibus audit qui baptizantur. Ipse autem demonstratur tantummodo, ut ex hoc appareat in homine uirtutibus deus,Cæteri uero firmātur,quia ex hoc
ncipiunt esse filij dei cum sanctū accipiunt
piritum. Quanuis enim sanctum natum sit
orpus domini, non tamen sacramento regenerationis firmatus fuerat homo Christus esse filius dei, nisi spiritumsanctum accepisset iuxta decretum renascibilitatis donum. Nam & Iudæi filij dei dicti sunt in de E
uotione, non in sacramento quod nunc operatur, ut accepta remissione peccatum superueniente sancto spiritu dicantur filij dei. Saluator ergo & natus est secundum carnem.

carnem filius dei,& post in mysterio firmatus. Nec enim poterat, quod de sancto spiritu natum est, non de deo nasci:sed ut propositum mysterij impleretur, superueniente spiritu non diminutum est,sed auctum.

Quid causæ fuit ut illo tempore crucifi-
55 gi se permitteret dominus, quo octauo calendas Aprilis, Pascha acturi erant Iudei?

Omnia proprijs locis & temporibus egit
Quo tē- Saluator. Vt enim omnia se volūtate patris
pore mū recte condidisse doceret, tunc voluit passio-
dus ini- ne sua mundum redimere & reformare,
tium cœ quando eum & creauerat, id est,in æquino-
perit. ctio,vnde mundus initium cœpit,& dies super noctem increscere. In regno itaq; agens Romano, non nisi octauo calendas Aprilis pati debuit, quando æquinoctium habent Romani. Tūc enim vtiq; primum hæc pars mundi illuminata est,& ex eo dies cœpit crementū accipere. Ideoq; & passione Saluatoris a morte liberata & à tenebris ad lucem perducta est. Nulla itaq; vituperatio autho
F ris poteri videri, quando lapsam creaturam tunc reformauit quando & fecerat. Nec.n. reprehendi poterit rei lapsæ initium creationis, cum ad id redeat instauratio Paschæ. Eadem enim die voluit esse renouationis gaudium,quo fuerat & dedicationis. Ergo mysterium hoc continet vt salus mundo tūc redderetur,quādo illā acceperat. Quare
56 in Matthæo pater Ioseph Iacob scribitur,& in Luca Heli,vt aut duos patres habere imperite descriptus sit, aut certe qui vere pater eius sit nesciatur. Non est ambiguum patrem Ioseph Iacob fuisse,Ordo.n.à Dauid per Salomonem tramitem suum tenēs, recto cursu puenit ad Iacob, cuius filius est Ioseph:Heli autem filius Mathat, a Dauid,
Nathæ per Nathan filium eiusdem Dauid, ordi-
filius nem tenet, vsque ad tempus quo saluator
Dauid. aduenit: vnde singuli Euangelistæ a Dauid singulorū fratrū generationū ordines prosecuti,quasi fugā fecerūt,vt Matthæus a Dauid p Salomonē descenderet ad Ioseph: Lucas vero ab Heliel qui tēpore fuit Saluatoris,ascendit per traducem Nathan filij Dauid:& vtriusq;, id est Heli & Ioseph iunxit tribū,ostendens vnius generis esse vtrunq;: vt cū Heli sociat Ioseph,non discrepare eos in generatione, sed fratres ostēdat: ac p hoc non solum ipsius Ioseph filium esse Salua-
G torem: sed & Heli: ipsa enim ratione, qua ipsius Ioseph filius dicitur Saluator, ipsa est & Heli filius, & cæterorum omnium, qui de eadem tribu sunt. Hinc est quod dicit Apostolus,Quorum patres,& ex quibus Rom.6
Christus secūdum carnem. Diuino etenim nutu permotus Lucas est, vt ab Heli per traducem Nathan ascenderet ad Dauid, & per Tharam patrem eius ascenderet ad Sē filium Noe, & adhuc super diluuium perueniret ad Seth filium Adæ,qui redditus erat pro Abel: & eadē ratione faceret filium Adæ Saluatorē,qua dicebatur filius esse Ioseph & Heli, Super Adā aūt transcendens, assignaret ante omnem carnē Christū filiū dei esse. Illud qđ quibusdam videtur, quia Heli acceperat vxorem Iacob, qūo lex mādauit,vt si quis mortuus fuisset sine filijs,ac ciperet frater aut propinquus vxorē eius,et
resuscitaret semen fratris sui: & ita factum, De 25
vt Heli generaret Ioseph Iacob cuius vxorem acceperat: & per hoc iungi generationē,vt nō immerito Ioseph patrē habere Heli dicatur. Hoc nec probabile est,nec ad vllā rem proficit. Illud autem quod supra dictū est,& per generationem iungit duos fratres H
filios vnius, & Christum ostendit filium dei esse ante omnem generationem. Euan-
gelista enim cum referret,dicens,Et ipse Ie- Lucæ.3.
sus erat incipiens ferè annorum triginta, filius sicut putabatur Ioseph, qui fuit Heli, id est, Iesus filius æstimabatur Ioseph:& nō solum Ioseph erat filius, sed & Heli: non quia Ioseph filium dicit Heli,sed eodem genere, quo Ioseph vocabatur filius esse Iesus,ita erat etiam filius Heli, propter quod fratrum filij erant Ioseph & Heli,id est Salomonis & Nathan filiorum Dauid: vt per Dauid ascendens ad Abraham & Noe & Seth,& ad ipsum Adam,& super Adam,doceat esse Christum filium dei. Cum enim dicit,Qui fuit filius Seth,qui fuit filius Adæ,qui fuit filius dei: Christū vtiq; ita dicit
Adæ filiū,sicut dicebatur filius Ioseph. Ait L uc. 2.
enim Maria ad eum, Fili quid feciſti nobis sic? Ecce enim ego & pater tuus mœsti & tristes quærebamus te. Super Adam autem iūxit Christum patri deo, vt qui horum, id est ab Adam vsque ad Ioseph & Heli filius dicebatur, ante istos omnes dei uerus filius intelligeretur ad confusionem Fotini, qui Christum non nisi ex Maria, nec ante fuisse contendit. Quorum enim non erat, fi- I
lius dicebatur: & dei, cuius filius uerus erat, negabatur. Si enim,quod improbabile est, & ad ullam rem proficit, Ioseph Heli filius dicatur,secundū ꝙ supra diximus,non dixisse

dixisse videbitur de Christo, quia fuit filius dei, sed de Adam. Per ordinem enim singulorum filiorum patres subijciendo, venit ad Enos, cuius patrem dicit Seth: patrem autem Seth dicit Adam, Adæ vero patrē dicit deum: & nescio quæ vtilitas sit sic assęuerare. Si autem per ordinem, sicut diximus, singuli patres Christi dicantur, sicut & filius dicebatur Ioseph: quia dictū est, Quorum patres, & ex quibus Christus secundū carnem, ipso ordine legitur filius esse Seth, & filius Adę. Et super hos omnes assignatur filius dei, vt ante ipsos dicatur esse, quorum filius nuncupatur. Quid est hoc, vt cum in Malachia Propheta scriptum sit, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparet viam tuam ante te: Marcus hoc Euangelista in Esaia Propheta scriptum asserit? Non potuit latere Marcum, quid scriberet: nec enim expers erat lectionis, qui ab infantia diuinis literis imbutus & exercitatus erat in lege, maxime cum Apostolos sit secutus. Sciens autem omnia ad authorem referenda dicta, hæc ad Esaiam reuocauit, qui sensum istum prior intimauerat, dicens, Vox clamantis in deserto, parate viam domino, rectas facite semitas dei nostri. Denique post verba Malachiæ statim subiecit Euangelista dicēs, Vox clamantis in deserto: vt iungeret verba vtriusque Prophetæ ad vnum sensum pertinentia sub prioris Prophetæ persona.

Rom. 9. 57 Mala. 3. Marc. 1. K Esa. 40. 58

Matt. 3. Qua ratione negat se Ioannes Christum scisse ante baptismum, cum venienti ei ad baptismum dicat, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me: quomodo ignorabat eum quem prohibuit humilians se ei? Tanta sanctitate præditus est etiam ab ipsis cunabulis Ioannes, vt nec falli nec fallere credatur, nec dominum suum qui eum in vtero p spiritum sanctum illuminauerat nescire: ac per hoc verum est, quia & descendente in eum spiritu agnouit eum, & priusquam ad baptismum veniret, non ignorauit eū. Sciebat enim eum, sed an ipse esset qui donū dei olim patribus repromissum ministraturus esse nesciebat, hoc est quod tunc se didicisse profitetur, cum vidit in eum spiritum descēdisse. Sic enim se à deo instructum dicit Ioannes, Super quem, ait, videris spiritum L descendentem & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc etiam Apostolus contestatur, Dico enim, inquit, Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum. Hoc est in quo nesciebat dominum Ioannes: quanuis enim magnificentiam eius non ignoraret, hoc tamē latuit eum, quia per ipsum fides Abrahæ implēda erat. Si baptisma cœleste mysterium est, cur Nicodemo cum de baptismo dubitanti loquitur dominus, Si terrestria, inquit, dixi vobis & nō creditis, quomō si dixero vobis cœlestia credetis? Qui baptismū putat carnali ratione consistere, hic non est spiritalis: nec donum cœleste poterit consequi, qui se per aquam non per fidem immutari credat. Aqua enim cernitur, sed qui non videtur spiritus operatur, vt fides in eo sit. Quia sicut sordes corporeas aqua, ita spiritus animam abluit à peccatis: vt quomodo visibilia visibilibus, ita & spiritalibus prosit spiritus: ac per hoc spiritalis ratio vertitur in baptismo. Plus enim est ibi quod auditur, quàm quod videtur. Cum hinc ergo Nicodemus carnali instructus ratione dubitaret, saluator vt eum ad fidem attraheret, exemplo vsus est congruo, vt ad rem inuisibilem firmandam visibile daret exemplum, quod solo auditu consistit, non visu, & non negatur: & est tamen terrenum, quia mundi rem operatur. Ait ergo dominus ad Nicodemum suadendo illi, Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde ueniat vel quo eat, Sic est omnis qui renascitur ex aqua & spiritu sancto: vt quando vox venientis spiritus, id est, venti, auditur quidem, non autem videtur, sicut dictum est: sic & ratio baptismi auditur quòd dicatur, tamen quomodo per spiritum fit non videtur: auditur tamen, cum quid futurum est ab eo q̄ verba insinuat, prædicatur, vt fieri credatur quod auditur, non tamen ratio facti redditur. Cum autem nec per exemplum Nicodemus duceretur ad fidem, tunc audiit à saluatore, Si terrestria, inquit, dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero obis cœlestia, credetis? Ista verba terna dixit, quæ ad exemplum protulit: oc est, si per rationem terrenam, inquit, exempli dati, spiritus, id est, venti, non creditis posse fieri, quia quomodo fiat, non videtur: quomodo fieri poterat, vt si darem cœlestia exempla quæ vtique nescitis, credatis? Potest enim homini suaderi quod nescit, per id quod A scit: vt puta Deus dicit de Christo, quòd filius eius sit verus, quod quomodo sit, com-

Ioan. 5. 59 Ioan. 3. M

prehendi non potest. Per id autem quod scimus secundum carnem qūo sint filij, credimus ideo deum dixisse, Christus filius meus est verus, vt de semetipso illū esse significaret. Hoc modo & saluatorem quæ nec verbis nec animo explicari potest, per id, quod sensibile est & auribus auditur, voluit commendare: hoc est per exemplum spiritus qui est ventus, quem & sensibilitas capit & auris audit, sed vnde veniat nescit factum spiritus sancti, quod capi non potest, voluit facere credibile. Sec & in Actibus Apostolorum eodem modo legitur, Et factus est, inquit, subito de cœlo sonus, tanquam aduenientis spiritus validi, & repleuit totā domum: & cætera. Ecce aperte exemplo vēti spiritum sanctum insinuat ita de cœlo aduenisse & sonuisse, quemadmodum validus ventus super terram. Nā & Hieremias ventum spiritū vocat dicens. Ventus spirat in omni regione, Qui propterea q̄ in hoc mū do est, & per diuersa circumfertur loca, vnde veniat, vel quò eat nescimus. Spiritus autem sanctus de cœlo venit, sicut legimus, vt credentes illuminet. Quomodo ergo quibusdam videtur de spiritu sancto saluatorē dixisse, Spiritus vbi uult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, vel quo eat cum constet exempli causa locutum hoc saluatorem. Deniq; subiecit, Sic est, inquit, omnis qui renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Quid tam apertum, quia spiritum ventum significauit? Sed ideo putant non ventum significatum, quia ait, Vbi vult spirat: quasi non omnis creatura, lege sibi posita, remissa sit arbitrio proprio. Et nos enim imus, & fecimus quod volumus, agentes sub lege, quare & rationem præstabimus. Aut possibile putatur & nec stultum videtur, vt effectum volens sanctispiritus insinuare, illud ipsum daret exemplum: igitur omni genere quæstionem solutam arbitror. Sed lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem, quomodo saluator ad sacerdotes mittit offerri munera pro emundatione leprę? Hoc quidem non fuit temporis, sed ad condemnationem factum est Iudæorum: vt cum veritatis culmen meliorati temporis nō intelligerent ad lucrum salutis suæ factum, inclinaret se ueritas ad accusationem eorum. Cum enim velut legis inimicum haberent saluatorem, quia misericordiæ causa ab onere illos legis volebat liberare, sicut prædictum erat ab Hieremia Propheta: ait, enim inter cætera, Et dabo illis testamentum nouum, non quale dedi patribus eorum: tunc saluator, ne inimicus, sicut putabant, appareret, noua prædicans cum qui mundatus fuerat à lepra, ad sacerdotes misit offerre munera pro emūdatione sua, sicut præceperat Moyses: & vt ad accusationem eorum hoc proficere testaretur, in testimonium, inquit, illis: vt iudicio hæc res contra illos testis esset, qui saluatorem inimicum legis dicebant. Hoc secutus est & Apostolus Paulus: cum enim prædicaret iam non oportere circuncidi, ipse Timotheum circuncidit propter scandalum Iudæorum: maluit enim rem superfluam facere, quàm tumultum excitari a falsis fratribus: quod quidem errori profecit Iudæorum. Satis enim eis factum est ad horam, per quod in perpetuum errarent. Quid est vt Iudæis discipulos accusantibus, eo quòd sabbatum violarent, spicas manibus confricantes & comedentes, saluator exemplum Dauid proferret, quia manducauit panes, quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus: per quod non videntur excusari, sed simul etiam cum Dauid rei fieri, quippe cum nec sabbatis fecerit hoc Dauid? Saluator hypochrysim Iudæorū multis vult exemplis arguere, maiora ostendēs admissa in lege, & nullum ausum fuisse accusare: vt non solum semel & iterum sabbatū in lege violatum monstraret, verumetiam sacerdotalem panem ipso sacerdote concedē te præsumptum illicite: & quod maius est, à sublimi authoritate legis suæ viris. Primus enim Iesus Naue diuino præcepto sabbatum non seruauit, quo facto, muri Hiericho vltro ceciderunt. Quantum profuit sabbatum non custodisse, sed fidem? Et Machabæi cum prius cæci fuissent, sabbatis dimicauerunt, & de hostibus triumphauerunt: & sacerdotes vt dominicis ceremonijs inseruirent in templo sabbatū contemnebant. Dauid autem iam vnctus in regem, postquam dei uirtute interfectum armis expoliauit Allophylum, in itinere positus necessitatem famis passus, à sacerdote panem accepit, quem non illi licebat manducare: sed excepta necessitate non licebat: licitum autem erat, si necessitas exegisset. Deniq; sacerdos videns necessitatem, non negauit, & Dauid à Deo electus, sine cunctatione accepit, talis causa est & sabbati. Quare & circuncidi in sabbato non prohibetur: hæc enim qu periculosa non sunt, sic seruanda man-

Matt. 8. 60 Mar. 1. Lucæ. 5. Hie. 31. C

Leu. 13. Act. 16. Act. 2. Ioan. 3. B Matt. 12. Re. 21. D Ioue 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

E da mandata sunt, vt non obsint, si ex necessitate fuerint admissa: quia non ad salutem, sed ad reuerentiam mandata sunt. Illud autem quod omnino non licet semper non licet: nec aliqua necessitate mitigatur, vt admissum nō obsit: est enim semper illicitum, quod legibus, quia criminosum est, prohibetur. Superiora autem illa, quæ diximus aliquando licere, talia sunt, qualia ieiunia legitima, quæ in necessitate solúta, non faciunt reos, si stomachi fuerit causa aut infirmitatis febrium. Hæc igitur scientes, dolose Iudæi discipulos accusabant quasi sabbatum violaret, sicut supra dictum est. Saluator aũt noluit illis de tempore impletæ legis prædicare, ne plus ad insaniam prosilirent, sed de præterito, vnde sabbatum vindicandum magis putabant, calumniosos illos ostendit. & non solum in sabbati causa, sed etiam in sa-
62 cerdotali pane confusi sunt, sicut supra ostẽ sum est. Quid est vt occisis filijs Lyæ, qui erant ex tribu Iuda, Rachel filios suos plangere dicatur? Quantum ad historiam pertinet, Rachel filij sunt tribus Be-
Iud. 19. niamin. Porrò olim ꝓ maleficijs proprijs, F operibus scilicet Sodomitarum, & stupro quod in concubinam viri Leuitæ gesserant, a reliquis tribubus extincti & erasi sunt. Quam ob rem consolationem recipere velle negatur, sciens nullam spem eorum qui periisse noscuntur. Filij autem Lyæ in primenis annis, in saluatoris causa occisi sunt. Vnde eorum causæ planctũ nō vult asseribi, quia & innocentes occisi sunt, & ꝓp deum a quo sine dubio mercedis gratia æterna vita donati sunt. Quapropter planctum Rachel filijs dicit competere, qui & in præsenti & in futuro erasi sunt. Illi autem carnaliter planctu, spiritaliter consolati sunt. Filij aũ Rachel carnaliter cõuersati flãmis spiritalibus consumentur. Idcirco aũt Lyæ filijs
Matt.2. occisis adimpletum planctum Rachelis Euangelista refertur, qua tunc plangere filios suos cœpit, quando filios sororis suæ in tali causa vidit occisos, vt æternæ vitæ hæredes existerent. Cum enim aliquid aduersum aduenit, ex fœlicitate alterius, infausta sua
63 miseria luget. Qua ratione Magi Chal-
Matt.2. dæi per stellæ apparentiam Christum regem Iudæorum natum intellexerunt, cum stella iudice temporalis rex soleat designari? Hi magi Chaldæi non maleuolentia astrorum cursum, sed regnum curiositate speculabantur. Sicut enim dictu. intelligi, traditionem Balaam sequebantur. Qui cum accersitus esset à Balach ad maledicen- G
dum populum dei, diuino nutu benedice- Nu.23.
re cœpit. Ex huius ergo relatione compertum habebant, futurum dei prouidentiã ex Iacob qui regnaret. Hic enim quod non
est occultum, prophetauit dicens, Orie- Nu.24.
tur stella ex Iacob, &c. Istam ergo traditionem magi secuti, videntes stellam extra ordinem mundi, hanc esse intellexerunt quam Balaam futuram indicem regis Iudæorum prophetauerat. Quod quidem factum contra inimicos religionis est. Inde enim testimonium accepit vnde solet improbari, Astrologi enim inimici sunt veritatis. Quomodo probatur post tres dies 64
& noctes resurrexisse saluatorem ex mortuis? In hac causa si numerum dierum ac noctium per ordinem requiris, effectum
intelligentiæ nõ habebis, quia & Moyses Exo.24
quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit, & tamen non integer numerus inuenitur. Quando enim per diem ascendit & per diẽ descẽdit, oẽm vtiq; numerum non impleuit: sed quia vbi dies est cõputatur nox, & vbi nox est, computatur & dies, vt a parte ad totum quadraginta dies et H
quadraginta noctes dicantur. Ita est quod Luc.11.
dixit saluator, Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ. Et quia tres noctes sunt, tres accipiantur & dies. Est. n. nox ne nouum aut contra rationem forte videatur, vt cum nox ex die pendeat: nã aũ lucem factam, ex qua appellatus est dies, q̃ vesperum quod sequitur nox institutum, minime dubitatur quòd passio dominica à nocte sumere assueuerat initium nõ absurdum est. Nam sicut lux, id est dies, imago vitæ est, ita nox similitudo mortis est, id est, tenebræ: sicut in scripturis euidenter ostendunt filij lucis & econtra tenebrarum. Nec mirum si cum vbiq; dies nocti & lumen tenebris, hic solum quæ sunt sequentia anterioribus præponantur, vel quod in tali causa rerum ordo confunditur & mutatur vt ante signauimus. Nam mortis nox magis quam dies esse videtur. Ideo etenim a nocte initium sumitur, quia non aliter principi tenebrarum nisi per noctem potuit subintrari, id est non potuit vinci. Et vt aliquatenus dominus lucis, id est æternæ vitę, principi tenebrarum siue mort s subiectus esset ad tẽpus: quatenus & præte- I

ritos

ritos & post futuros a morte liberaret. Nã non esset mors penitus euacuata, nec unquam tenebrarum caligo discussa, si dũm non vidisset subintrantẽ. Etenim tanta luce secretum mortis in quo dñabatur euanuit, nec penitus vinci potest, nisi qui vel per sua vel in suis capitur. Recte ergo in tali negocio tantummodo nox obtinet principatum, ita vt amitteret potestatem: & vt Iudæi non credentes in perpetua nocte remanerent, nec author dies tanti sceleris, immo sacrilegij, sed nox fieret, præcedenti nocti contra rerum seriem subditur dies, sicut deus & dominus omnium rerum principi nephariæ mortis, ut omnes à mortis laqueis explicaret. Quod si cui adhuc forte videtur esse contrarium, diligenter aduertat ne incipiat illud durius æstimare, ꝙ deus se personam induens serui, non dicam hominis, mortem deleuit. Quid ergo hic ordinem quæris vbi omnia videas esse cõtraria? Quę est enim lux quæ fuit in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt? Dominus lucis qui & comprehensus est. Qui enim scit se ad hoc comprehendi vt feriatur, tempus illud in mortem computat. Est & dies sequens qua auditus & crucifixus est. Est & K
nox quæ cœpit in sabbatum, est & ipsum sabbatum. Est etiam vesper post sabbatum, L
Hoc est quod Iudæis a Moyse præceptum est in figura, vt vespere intrarent in sabbatum, in quo dñs resurrexit: qui complectitur diem dominicum, quia nox non cõputatur sine die, neq; dies sine nocte. Hac ratione post tres dies & post tres noctes dñs re-
65. surrexit. Si vno ore & ratione Euangeli-
Mat.27. stæ locuti sunt, quomodo factum est vt tri-
Luc.23. bus dicentibus, idest Matthæo, Luca & Ioã-
Ioã.19. ne, quia sexta hora crucifixus est dominus,
Mar.15. Marcus è diuerso tertia hora crucifixum dicat Saluatorem? Obscuris vera inuoluere non est bonum. Nam tres Euangelistæ vnum sensum habuerunt, Marcus autẽ rẽ quæ ab illis prætermissa fuerat, voluit intimare, sciens necessariam. Nec enim fallit pe set qui authorũ exempla secutus, ea quæ scripsit magna deuotione & industria didicit, & nec sine sancto spiritu fecit. Quid ergo ex hoc ostendere voluit, debet absolui. Cõtuendum itaq; est, quia non a Pilato, sed à Iudæis Saluator crucifixus est. Quantum enim ad leges Romanas pertinuit, innocentem pronunciauit Saluatorem. Ait enim Pilatus Iudæis, Ego nullã inuenio causam in eo. Et dicentibus illis, Crucifige eũ: re- Ioã. 19.
spondit. Quid enim mali fecit? Deniq; per L
sistens & volens educere eum de manibus eorum, calumniam passus est, dicẽtibus eis, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Sic factũ est, vt traderet eum iudicio illorum. Sententiã ergo non dedit Pilatus, sed Iudæi. Deniq; ꝓmoniti sunt, inquit, à principibus sacerdotum, vt dicerent, Crucifigatur. Hãc sentẽtiã tertia hora datã vult intelligi, in qua assiduis vocibus perdurantes cũ interuallo horarum fere triũ, quibus ieum & reditũ est ab Herode, crucifixerunt Saluatorem. Omnis. n. qui addicitur morti, ex eo iam morruus computatur quo sententiam excepit. Manifestauit igitur Marcus, quia non in iudicis sententia Saluator crucifixus est. Difficile est enim innocentẽ probare eum qui sententia iudicis punitur. Discordare ergo se passus est in verbo, vt doceret tertia hora cœptum esse quod sexta hora impletum est, non legibus sed persistente maleuolentia Iudæorum. Quo- 66
modo Marcus Euangelista dæmonia cognouisse ait & professa esse Iesum, econtra autẽ Apostolus, principes & potestates huius seculi neget cognouisse diuinitatem domini M
Iesu? Dicit enim inter cætera Marcus, Marc.1.
Sciebant enim ipsum esse. Apostolus vero, 1.Co.2.
Quem nemo, inquit, principum huius seculi cognouit: si enim cognouissent, nunquã dominum maiestatis crucifixissent. Si dæmonia sciebant, quomodo principes ignorabãt? Quibusdam videtur principes huius seculi maiores Iudæorum significasse, quasi iuxta illud quod Petrus Apostolus dicit, Scitis Acto.3.
enim, inquit, fratres, quia per ignorantiam gessistis hoc malum, sicut & principes vestri. Ergo Iudæorum erant principes, non tamen huius seculi principes erant, Vnde ait, vestri: non seculi: quippe cum dixerint regem se habere Cæsarem sub cuius fuerãt redacti potestate. Sunt autem isti hi principes quos alio loco significauit Apostolus dicens, Non est nobis colluctatio aduersus Ephe.6.
carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestatem huius mundi aduersus tenebrarum harum rectores. Recte ergo quæritur. Si enim isti non cognouerunt Iesum, quomodo poterat fieri vt dæmonia agnoscerent eum? Sed aliud est quod cognouit in Christo dæmones dicit, & aliud quod huius seculi principes negat cognouisse.

cognouisse. Nam dæmonia sciebant ipsum
A quidem esse qui per legem fuerat promissus:
omnia enim signa videbant in eo quæ dixerant futura esse Prophetæ, vt ꝙ ex semine
Dauid de virgine venturus esset redemptor
Israel: mysterium autem diuinitatis eius
ignorabant, sicut & principes eorum. Deni-
Matt.4. que quærit, quâuis captiose, diabolus à Saluatore dicens, Si tu es filius dei &c. Videns
enim aliquando diuinam virtutem, aliquâdo hominis infirmitatem, ambigens quid verum esset, torquebatur. Concordant ergo
scripturæ secundum ea quæ reuelata sunt:
Impossibile est enim discordare vnius spi-
67 ritus viros. Quid est ꝙ in cruce positus,
Luc.23. saluator ait, Pater, ignosce illis, enim sciunt
quid faciunt. si enim nesciunt, quid est quod
Gen.20 ignoscitur, maxime cum dicat rex Abimelech ad deum, Nunquid gentem ignorantem perdes? Non omnis ignorans immunis à pœna est: ille autem ignorans potest
excusari à pœna, qui à quo disceret non inuenit. Istis autem hoc ignosci petit, qui habentes à quo discerent, operam non dederunt. Huiusmodi non licet ignorare, Acci-
68 piant ergo veniam si conuertantur. Cum
Matt. 5. vtique orandum pro inimicis dominus do-
Apoc.6. cuerit, quid est quod in Apocalypsi contra
B hoc animæ occisorum vlcisci se petũt, à deo postulantes vindictam? Sic enim animæ
occisorum clamant vindicari se postulãtes,
Gen. 4. sicut sanguis Abel clamauit de terra, Causæ ergo sunt quæ clamare dicuntur, cum loqui nõ possint. Sanguis enim effusus quid aliud quàm iudicari se postulat, clamans non voce, sed ratione? Nam & opus opificem laudare dicitur per hoc ipsum ꝙ videntem se oblectat: Non enim tam impatientes sunt sancti, vt vrgeant iam fieri quod sciunt tempore præfinito futurum, quod nec anticipari potest, nec differri. Sed hoc dicto ostendere voluit, vindicaturum deum sanguinem sanctorum suorum: ne quia tam patiens nũ videtur, inultum putaretur impium bellum quod contra sanctos geritur: vt & terrorem incutiat persequentibus dei seruos, & exhortaretur pro se patientes. Releuatur. n. anima patientis quando vindicari se audit à potente. Præ se enim spem fert si mortem suam audiat iudici displicere: tunc enim pro certo habet innocentem se esse. Et deus quidem misericors & patiens est, sed moderate: Expectat enim ut impij credant & peccatores se emendent: si quo minus, plectantur, quia dei longam patientiam contempserũt. C
Cuius rei exemplum etiam tempore misericordiæ prædicare ostendit, ne non patiẽs,
sed insensibilis, & quem neq; dolor alicuius, neq; pietas cõmoueret, videretur. Hinc
est unde ait per Prophetam, Tacui, nũquid Esa. 42.
semper tacebo? Et dominus, Nunquid non Luc.18.
faciet dominus vindictam seruorum suorũ
clamantium ad se die ac nocte? Sic vtiq; clamãt sicut supra diximus: Si quis ergo Christianus ad tempus vindicet, non acerbe, neque cum sanguine, non peccat: melius tamẽ
fecerit, si dimiserit iudici deo. Si iam præ- 69
dicante Ioanne, aut saluatore, lex cessauit, Matt.5.
quomodo saluator ait, Non veni soluere legem aut Prophetas, sed adimplere? Si enim
prophetia est, quomodo non soluta est quæ
agendi amisit authoritatem? Omnia quæ
de Christo dicta sunt, adimpleta sunt: & ipse dominus sic adimpleuit legem & Prophetas cum omnia quæcunq; de se scripta sunt,
fecit, nec dissoluit aliquid, sed confirmauit.
Lex enim & Prophetæ usq; ad ipsum. Prophetæ enim de ipso locuti sunt, ideo ultra
illum quæ ab his de hoc, id est de Christo dicta sunt, tendi non possunt, neq; potest ipsum
aliquid huiusmodi Prophetæ reperire potuerunt: quia neque habent de quo dicant,
& de quo dicebatur iã uenit. Omnia etenim
suis uoluminibus complexi sunt, & incarna D
tionem & conuersationem, & passionem, &
resurrectionem, & diuinitatis manifestationem, & futurum eius iudicium reuelauerunt, ac per hoc cessauerunt Prophetę impleto opere dispensationis. Lex autem duplici modo cessauit. Nec quidẽ tota: Nam
& id quod cessauit poterit permanere, si seruetur conditio: Aliud enim cessauit in sententia, aliud in ipsa lege. Prædicante Ioã- Matt.3.
ne baptismum pœnitentiæ in remissionem
peccatorum, cessauit sentẽtia legis quæ reos
tenebat peccatores: cessãuerunt etiam onera
legis, quæ ad duritiam cordis Iudaici fuerant data in escis, neomenijs sabbatis, & cæteris. Misericordia enim adueniente, cessauit uindicta. Sed onera legis in perpetuum
cessauerunt. Sententia uero his cessat & aboletur, qui permansere in beneficio consecuto. His autem qui redeunt ad hominem ueterem, refricatur legis authoritas, quia immemores beneficium redeunt sub sentẽtia legis. Circuncisio uero & sabbatum usq;
ad illud tempus ualuit quo nouæ legis prædicaretur mandatum: sic enim data sunt: ut
aduenientę

aduenięte lege fidei cessarent. Vnde dicit
Apostolus, Finis legis Christus. Nã & Da-
Ro. 10. niel hoc significat, cum & de aduentu domi
Dani.9. ni & temporibus hebdomadum prophetat,
E quia & chrisma & iudiciũ & sacrificium & ipsa ciuitas cessatura erãt. Spiritali. n. aduenięte lege, neçesse erat cessare carnalia. Tũc
. n. ex parte corpori seruiebatur deo, nũc ex
parte animæ. Pridem visibiliter scilicet tũc,
modo inuisibiliter. Tunc in carne, nunc in
animo, quia deo vtiq; qui spiritus est, in spũ
Ioan. 4. seruiendum est. Non ergo soluta lex, quia
cessauit, sed successum illi est impleto tpe.
Nec. n. adm inistratio eius accusatur aut iudiciũ, si peccatoribus indulgentia datur, cũ
hinc magis recte data & iuste probetur, quia
quibus dñabatur, pctores fuisse nõ neganꝫ,
1 Tim. 2 quia iustis, inquit, lex nõ est posita. Non ergo quia misericordia præferenda est, cõtemnenda putetur iustitia: cuius reuerẽtia si nõ
esset, ipsa misericordia fructũ non haberet.
Nisi autem hanc seruauerint post acceptam
misericordiam, nihil illis proderit indulgen-
Exo.20. tia. Nam dixit lex. Non facies tibi idolum,
neq; adoraueris, quæ in cœlo sursum sunt,
& quæ in terra deorsum: & non peierabis,
& honora patrem & matrem: & non occides neq; fornicaberis, neque furtum facies:
non dices falsum testimonium, neque concu
piscẽs quicquam proximi tui. Nunquid hęc
F cessasse dicenda sunt? Absit. Sine his enim
quis poterit vel in hac vita idoneus iudicari? Ac per hoc cætera cessauerunt, quæ supra diximus, neomeniæ, sabbata, lex escarũ,
sacrificia, circuncisio &c. Hinc est vnde di-
Ro. 13. cit Apostolus inter alia, Principes non sunt
timori operi bona, sed malo. Vis autem non
timere potestatem, fac bonum, & habebis
laudem ex illa. Hæc seruata bonos faciunt,
Matt.5. non tamen perfectos. Vnde saluator, Nisi
abundauerit, inquit, iustitia vestra plusquã
Scribarum & Pharisæorum, non intrabitis
in regnum cœlorum. Addens enim istis
potiora saluator, non soluit vtique legem,
Leu.24. sed adimpleuit. Sensus enim legis ad salutem hominis pertinet, vtputa, oculum pro
oculo, dentem pro dente: vt timens ne pateretur quòd alijs facere prohibitus est cohi
beret se a nequitia. Saluator autem superio
Matt.5. rem in hunc sensum addens iustitiam: Ego
autem, inquit, dico uo[illegible], Non resistere
malo, sed si quis te percusserit in dexteram
maxillam tuam, præbe illi & sinistram: vt
dum vicem non reddit malo, perfectus sit.
Reddere enim vicem iustum est, sed non
plenum: si vero dissimulet ab iniuria, plena iustitia est & abundãs. Retribuere enim G
gaudet ad tempus, remittere autem in futurum præstat lætitiam. Sic enim ad impleuit legem saluator, dum quos illam iustitiam docuit, hic iustiores effecit quia illa
nõ potuit. Quamobrem gaudium legis est,
quia discipuli eius peritiores effecti sunt. Destruxisset planè legem, si impune peccare docuisset. Porrò autem suspendit sententiam,
vt hic qui male facit, habeat spatium pœnitendi: si quo minus, redit in illum sententia
cumulata, quia nõ cognouit ad hoc se remissum vt emendaret se. Cum dominus cer 70
te inimicos nos diabolo fieri præceperit, q̃d Matt. 5.
ergo est vt in Euangelio dicat, Esto consentiens aduersario tuo cito? Quis est hominis aduersarius, nisi diabolus? Nulli dubium
est diabolum esse hominis inimicum, maxime fidelis, vehementiora enim tela sua contra dei seruos exacuit. Sicut ergo iste bonorũ inimicus est, ita & lex malis aduersa est.
Quis enim cõtemnenti se non aduersetur?
Dominus ergo peccatorem alloquitur vt cõsentiat mandatis, quæ illum inobedientem
condemnant, vt subijciat se voluntati eorũ,
& fiat ex inimico amicus: quia & contemptor legis inimicus est eius, voluntati enim
eius resistit: Ideoq; hortatur dominus pec- H
catorem, vt bene agendo reconciliet sibi legem, ne in die iudicij accuset eum apud iudicem, & condemnatus pœnas det spretę legis. Omni, etiam inquit, qui male vult agere, disciplina dominica inimica videtur: cui
nisi consenserit, mittetur in gehennam, diabolo, qui vere inimicus humani generis est,
præparatam. Quid est quòd Iacob appel 71
latus est homo videns deum, & Moyses vi- Ge. 32.
dit deum facie ad faciem, necnon & Esaias, Exo.33.
vidi, ait, deum sabaoth oculis meis: Con- Esai.6.
ta autem Ioannes Euangelista, Deum, Ioan. 1.
inquit, nemo vidit vnquam? Hoc quan-
um videtur contrarium est, quantum ad
idem uero pertinet deum omnino nemo
idit vnquam, neque patrem, neque filium.
Quòd enim visus dicitur, ad intelligentiã
refertur, visus est enim uelut in imaginem.
Veluti nos cum imperatores nesciamus, uidemus eos in figura, non in ueritate: Ita,
& deus uisus est, ut intelligeretur deus esse qui apparebat per rationem, non per substantiam, [illegible]a in natura sua deus uideri non
potest. Et ut uerius propositæ quæstionis

secreta pandamus, sensum Euangelistæ expli-
I care nitamur. Ioannes enim occultum ali-
quid prodere uoluit, quod sciuit ad salutarē
doctrinam pertinere: ideirco, Deum, inquit,
nemo uidit unquam, nisi unigenitus filius
Ioan. 1. qui est in sinu patris ipse enarrauit. Animad
uertamus sensum Euangelistæ, vt enim ve-
rum esse, quia nemo vidit deum vnquam,
ostenderet, filium hoc enarrasse docet, quem
falli vtique impossibile est, quia in sinu pa-
tris est. Sinus autem patris quid est, nisi affe-
ctus in charitate veri patris per naturæ vni-
tatem in filium? Quamobrem nemo vidit
deū, nisi vnicus filius, hoc Ioannes Apostо-
lus filium dei audiuit dicentem inter alia,
Non quia patrem vidit quisquam nisi qui
est à deo, hic vidit patrem. Vt ergo ad con-
demnationem proficeret Iudæorum, qui
Christum dei filium audire nolebant vel
credere, ostendit Euāgelista hunc esse Chri-
stum q patribus apparuisset in deum: illum
autem qui pater est, nunquam videri nisi à
filio. Quando enim deum patrem negat ui
sum, & deum apparuisse patribus profite-
tur, manifestare se vult dei filius, quia ipse
Ioan. 5. semper in deum visus à patribus est. Vnde
inter cætera dicit Iudæis de patre, Neque
vocem eius audistis aliquando, neque figu-
K ram eius vidistis. Ecce non est contrarium,
72 & visum, & inuisum esse deum. Quan-
Apo. 10. do legitur in Apocalypsi Ioannis, Vade, in-
quit, & accipe librum de manu angeli &
deuora illum & amaricabit ventrem tuum,
sed in ore tuo erit dulcis sicut mel: Quis
iste liber est qui amarum facit vētrem cum
sit dulcis? Omnia diuina volumina ama-
ra sunt, sed perfidis atque carnalibus. Ido-
latris enim insuaue est cum audiunt vnum
deum prædicari in Christo: Et Photinus
simul pertimescit horrore correptus: Eru-
bescit etiam Sabellius audiens patrem esse
qui filius dici non possit, quia ab ipso su
omnia: filium autem idcirco filium appe
lari, quia non vtique pater ipse est, sed a
patre, nec à quo, sed per quem sunt om
nia. Confutatur & Arrius cum legit Chr
stum verum esse filium dei: sine dubio e-
nim verus dici non posset, nisi proprie es-
set de deo. Conuincitur & Marcion addi-
Ioan. 1. scens, quia verbum caro factum est, qui pu
tat Christo carnem negandam. Arguitur
etiam improbus Manichæus, videns scri-
ptum ab Euangelista, quia S uator non
Ioan. 3. solum præsentia sui nuptiarum vota deco-
rauit, verumetiam poculis honestauit, qui
nuptiarum aditus intercludit, & promiscue
conuenire hortatur. Hæc continentur in
libro quem accepit Apostolus deuorādum.
Hic liber euangelium κατὰ Ioannem inti-
tulatur, quod non solum male sentientibus
amarum est, verumetiam indisciplinatis,
qui nolunt corripi vt in peius proficiant.
Ista reuelatio eo tempore facta est quo Apo L
stolus Ioannes in insula erat Pathmo rele-
gatus à Domitiano imperatore fidei causa:
Tunc fuit in spiritu vt posset videre cœle-
stia, & dum hæc ei ostenduntur quæ futu-
ra sunt causa impietatis & stupri & cæterō-
rum, datus est illi liber qui dulcis quidem
erat in ore suo, sed amarum fecerat ven-
trem: vt ex ijs qui videntur vnius corpus
esse hominis, istis dulcis esset qui propter
quod integræ professionis sunt in ore signi-
ficati sunt: hoc enim dulce in ore est, quod
vnum est. Illis autem qui hæretica prauī-
tate carnaliter viuunt vel sentiunt, propter
quod in ventre significati sunt, amarus: Ac
cusabit enim eos in die iudicij dei. Post re-
uelationem ergo Euangelium iussus est scri-
bere, propter hęc quę supra diximus, Et Eze Ezec. 3.
chieli Prophetæ similiter dictum est, vt ac-
ciperet librum qui esset dulcis in ore eius,
quando perfidiam populi missus est increp-
pare. Quid est quòd Simeon dicit ad Ma 73
riam matrem domini, inter cætera, Hic M
positus est in ruinam & in resurrectionem Luc. 2.
multorum in Israel, & tuam inquit, ip-
sius animā pertransibit gladius, vt reue-
lentur multorum cordium cogitationes.

Simeon vir sanctus, & diuinus miraculis
commendatus per spiritum sanctum locutus
est quid futurum esset hominibus ex causa
Christi, vt ruina his esset, qui eum sibi uidē
rentur tutare per obseruantiam & peritiam
legis, diffidentia tamen operum Christi ca-
derent, desolati a promissione patrum. Illis
autē qui nullius prope dignitatis essent in
lege, credentibus uero in Christo, resurre-
ctio in Israel: vt digni deo fierent qui prius
indigni & inutiles erant, & reprobarentur
qui aliquid esse putabantur. Hoc est quod
alio loco dicit dominus, In iudicium ego ue-
ni in hunc mundum, vt qui non uident, ui-
deant: & qui uident, cæci fiant. Denique nō
legis doctores, n Pharisæi, non Scribę se-
cuti sunt Christum, sed piscatores homines
imperiti & rusticani. Hinc est vnde dicit do
minus, Pater gratias ago tibi, quia abscon-
disti

disti hæc à sapientibus & prudentibus, &
reuelasti ea paruulis. Quod autem adiecit,
dicens, Et tuam ipsius animam pertransibit
Luc. 2. gladius, vt reuelentur multorum cordium
cogitationes: hoc vtique significauit, quia
A etiam Maria per quam gestum est mysterium incarnationis Saluatoris in morte domini dubitaret ita tamen vt in resurrectione honore & virtute firmaretur: omnes stu
pore quodam in morte domini dubitarent non tamen in dubitatione manerent. Sic. n. animam pertransit gladius, si dubitatio non permaneat in cogitatione, sed pellatur superueniente reformante se pristina virtute. Quis enim non ambigeret videns eum qui se filium dei dicebat sic humiliatum vt vsque ad mortem descenderet: Et quia, vt dixi, omnis ambiguitas in resurrectione domini recessura erat, pertransire dixit gladium, non supercadere, aut contingere transeuntem membrum aliquod. Vt sicut gladius missus pertrāsiens iuxta hominem, timorem facit, & tamen non percutit: ita & dubitatio mœstitiam faceret, non tamen occideret: quia non sedit in anima, sed pertransijt, quasi per vmbram contingens cor-
Luc. 23. da discipulorum. Denique Cleophas, & alius discipulus Emaus euntes in via tristes, dixerunt inter cætera ipsi domino, nescientes quia dominus est. Nos putabamus, quia ipse erat qui incipiebat liberare
B Israel. Dubitauerunt, sed statim agnito
Ps. 104. domino, transiuit dubitatio. Sicut dictum est & de Ioseph, quia ferrum pertransiuit animam eius. In carcere enim innocens diu positus, de dei iudicio circa se quod dubitauerit, non est mirum: Sed quia plus de deo sperabat, non pertransijt in ambiguitate. In eo enim quis iudicatur, in quo propensior est. Apocalypsis Ioannis hoc sancit, Dicit enim, Dubijs & infidelibus pars erit in stagno ignis & sulphuris. Ideo quia non permanet in dubitatione, eripitur à morte hoc est mortem euadere, quia dubitare de deo, vel de Christo mors est: Ac per ho
74 qui definit dubitare, euadit mortem.
Esa. 53. Quid sibi vult vt Esaias Propheta dicat
1. Co. 5 de Christo, Qui peccatum non fecit: contra autem Apostolus, Eum qui peccatum, inquit, nesciebat, pro nobis peccatum fecit?

Quantum ad sensu pertinet, quæstiones diuersæ sunt, sed verba similia, ex parte quidem similia, ex parte vero discrepantia: fecit enim, & non fecit, contrarium est: ne-
sciebat & non fecit, simile est. Propheta ergo ex persona Christi locutus est, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: Apostolus vero loquitur de persona dei patris, qui eum, id est Christum C
nesciebat, pro nobis peccatum fecit. Quod duplici modo intelligendum est, Primum enim fecit illum peccatum, dum incarnari illum voluit, vt quem sors non tangebat, de peccatrice carne corpus acciperet, per quod dicitur factus peccatum. Deinde dum offert eum pro peccatis, fecit illum peccatum. Hostia enim in lege pro peccatis oblata, peccatum nuncupabatur. Non ergo Christus peccatum fecit, sicut dicit Propheta, sed à patre ipse peccatum factus est, sicut ostensum est. Offerre autem Christum pro nobis quid est, nisi dare potestatem volenti eum occidere? Quod idcirco concessum est, quia profuturum erat, vt esset causa descendendi ad inferos, vt spoliaret tartarum animabus. Superabundans enim & inauditum peccatum est, occidisse eum qui non solum nullo genere peccauerat, sed & multis vitam donauerat. Hoc peccato reus factus diabolus, contradicendi audaciam perdidit. Nam simile aliud ad
Galatas in Epistola legitur: inter cætera Gal. 3.
enim, Factus, inquit, pro nobis maledictum. A quo factus, nisi à patre? Iudicio enim dei crux Christi maledictum est Iudæorum, peccatum enim illorum exclamat mors Saluatoris. Crucifigi ergo se permi
sit, vt passio eius proficeret nobis, vt hinc cum signo eius exeuntes, à secunda morte minime teneremur. Metuit enim mors e- D
tiam seruos eius à quo victa est. Cur sal- 75
uator pro se tantum & Petro didrachma soluit, nō etiam pro cæteris Apostolis quip
pe cum omnes eum relictis facultatibus om
nibus subsecuti sint? pro omnibus soluere debuisse videtur. Didrachma capitum vel tributi exactio intelligitur, non prædiorum quod nunc pannosum aurum appellatur, quia & pauperes exiguntur, nec enim Saluator aliquid possidebat in mundo, cum sit dominus mundi. Mortuus enim alienis impendijs sepelitur, & nos à quibus mundus extraneus est, facultates augere cupimus, vt morientes mundum à nobis inuasum, non tantum voce, sed & literis contestemur, vt professione nostra ab eo cuius mun is est, condemnemur. Hinc do- Luc. 14.
minus qui non, inquit, reliquerit omnia,

& secutus me fuerit, non potest meus esse discipulus, Quicunque ergo sic habet facultates suas, vt spem in illis non habeat, paratus autem sit pro fide illas abijcere viam ambulat qua itur ad Christum dominum nostrum. Didrachma ergo ab his exigenda erat qui aliquid negocij gerebant, E aut artibus operam dabant. Saluator autē, quia nihil horum curabat, neque discipuli eius, exigenda ab eo vtiq; non erat: sed quia inimicus diabolus semper in insidijs erat, occasionem quærens si posset, inclinare Saluatorem exactorum didrachmæ animos occupauit, vt eius facerent voluntatem. vt accedentes ad Petrum qui primus inter Apostolos erat, solui debere ab eorum magistro dicerent didrachmam, qui ab eis oneribus liberi erant: Nihil enim agebant in mūdo quod esset mundi, Vt quia non erat vnde solueret, aut his scandalo esset, aut certe humilitate suffragij quæreret à quo solueretur. Tunc dñs vt improuidum diabolum aduersus semetipsum semper machinari ostenderet, ad mare ire Petrum Apostolum iubet, & capti piscis os aperire, & illic inuenire numerum exactioni debitum: quo soluto, nō solum scandalum non esset exactoribus: neq; inclinaretur requisito auxilio ad soluendum, verumetiam signum virtutis maximæ demonstraret, per quod captos à diabolo ad se traheret, vt argumento & astutia sua diabolus torqueretur. Dicunt ergo exactores didrachmæ ad Petrum Apostolum:

Mat.17. Magister vester non soluit didrachma & cæ F tera. Quo dicto magistrum vt ꝓ omnibus discipulis solueret, conuenerunt. Saluator autem cum pro se & Petro dari iubet, ꝓ omnibus exoluisse videtur: quia sicut in Saluatore erant omnes causæ magisterij, ita & post Saluatorem in Petro omnes continentur: Ipsum enim constituit esse caput eorū, vt pastor esset gregis dñici. Nam inter cætera dicit discipulis Vigilate & orate, ne intre

Mat.28. tis in tentationem, Et Petro dicit, Ecce satanas expostulauit, vt vos ventilet sicut triticum: Ego autem rogaui pro te, vt non defi-

Luc.22. ciat fides tua, & tu tandem conuersus confirma fratres tuos. Quid ambigitur? Pro Petro rogabat, & pro Iacobo & Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam: Manifestum est in Petro omnes contineri, rogans enim pro Petro, pro omnibus rogasse dignoscitur. Semper enim in præposito popul⁹ aut corripitur, aut laudatur. Quia & in alio loco dicit, Ego pro his rogo quos mihi dedisti pa-

ter, & volo vt vbi ego sum, & ipsi sint me- Ioā. 17.
cum. Quid est quod Ioannes in Euange- 76
lio, Lex ait, per Moysen data est, gratia & Ioan. 1.
ueritas per Iesum Chhistum facta. ergo gratia & veritas ante non fuit? quomodo ergo lex à deo data dicitur, in qua veritas non fuit? Non sic passim prætereundum est, sed considerādum est quid sit, Lex per Moy G
sen data est. Per Moysen enim lex data manifesta habet præcepta, sed scripsit & historiam, quæ & ipsa lex appellatur. Et videamus quid in præceptis eius. non erit forte verum, quod dicit, Non occides, non fornicaberis, non furtum facies. Talia sunt & cæ Exo.20.
tera. nam historia eius, quia ante aduentum Christi veritas non erat, hoc manifestū est: Etenim quæ sub uelamine erant quid significarent incertum erat: Cum autē per Christum manifestaretur, cuius persona sit quæ dicit in Genesi, Faciamus hominem ad ima Gene.1.
ginem & ad similitudinem nostram, & qui Exod.3.
est qui fecit, & qui fuerit qui in rubo à Pa- Exo.17.
triarchis visus fuit, & qui in petra operatus sit, qui dedit aquas in deserto, quia petra, inquit, erat Christus, sic fuit veritas per Christum, qū ea quæ latebant, aut in dubium ve- 1.Co.10
niebant, quid significarent à Christo oftensum est. Nam inter cætera dñs ait, De me scripsit Moyses. Hoc prius latuit, error enim Ioan.5.
erat. Putabatur enim deus pater qui erat filius: & qui ęstimabatur angelus cognitus est esse dei filius: & promissio facta fuerat Abrahæ, quę quandiu nō reddebatur, in ambiguo erat, cum autem veniente Christo reddita est, facta est veritas: quando & quod pro- H
missum est redditum, & cępit sciri quod erat promissum. Promittentis enim fides tunc vera probatur, cum exoluit promissum. 77

Quid est quod inter cætera dicit Mar- Marc.7.
cus Euangelista de Christo, Intrans in domum voluit neminem scire, & non potuit latere? si ergo voluit & non potuit, infirmata voluntas eius videtur. Impossibile prorsus est vt Saluatoris voluntas non impleatur, nec potest velle quod scit fieri non debere: Idcirco quod factum est, hoc voluisse dicendus est. Nam voluntas eius nunquam extra naturam eius est. Sicut ergo natura eius in reprehensionem non cadit, ita nec voluntas. Nam q[uod] proponitur, factum legitur in finibus Tyri: tunc intrauit in domum & neminem voluit scire: Nunc requiritur quomodo vel quare neminem voluit scire.

scire. Animaduertendū est enim, quia istud in finibus gestum est gentiliū, quibus adhuc
Mat.10 tempus prædicandi nō erat. Deniq; mittens discipulos suos præcepit, dicens, In viam gētiū ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne introieritis, sed ite potius ad oues quę perierūt domus Israel. Idcirco noluit se ꝓ-
I di, ꝙ esset in domo, requiri aūt se nō noluit, sed libenter accepit. Quāuis. n. tēpus nō esset prædicandi gentilibus, vltro tñ veniētes ad fidē non susciperē, inuidiæ erat. Sic factū est, vt dum Saluator à discipulis ꝓditus nō esset, ab alijs tamen qui eum ingredientem domum viderant, proditus est: & cœpit sciri ꝙ esset in domo, vt intrarent ad illū qui vellent consequi beneficia. A suis ergo no-
Mat.15. luit prædicari, ꝙ esset in domo: Requiri. n. se voluit, & ita factum est: Non enim latuit ab alijs demōstratus ꝙ esset in domo. Deinque mulier Chananæa audiens de illo, intrauit ad eū, deprecans ut expelleret dæmonium à filia eius: quę nisi prius subiecisset se deo Iudæorum, beneficium consecuta non esset. Impleta ergo voluntas Saluatoris est
78 sēm quæ explanauimus: ea enim quæ cōpendio breuitatis studens Euangelista complexus est discutientes, inuenimus quod late bat. Cum legatur in Euangelio Ioannis ꝙ cum negasset se Saluator ascēdere ad diē festum, ascendit, hoc inconstantis esse videtur. Semper breuiata propositione sensum occultas: Nam hoc quod in quæstionem vocas tunc factum est, quando in Galilæa positus propter tumultum Iudæorum, fratri-
K bus suis adhuc non credentibus sibi compellebatur ascendere in Iudęam, quia futurus erat dies festus Iudæorum, vt seditionē pateretur. Ipse autem respondit eis, dicens,
Ioan. 7. Vos ascendite ad diem festum istum, quia mundus vos non odit, me autem odit quia arguo opera eius. Ego enim non ascendam ad diem festum hunc, quia tempus meum nondū impletum est, Tunc fratres eius ascēderunt ad diem festum, ipse vero mansit in Galilæa. Post autem & ipse ascendit ad diē festum. Quid uidetur contrarium, quando non tunc ascendit quando negauit, sed ascendit postea? Et ascendit non quasi ad diem festum, sed quasi ad litem. Illi enim omnes læti ascenderunt, quasi ad perfruendas delicias diei festi. Cerum est ergo, quia non ascendit ad diem festum Saluator. Is autem ille fuit dies festus, quo passione sua redemit mundum. Deniq; dicit, Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus in eo. Hic dies festus eius est, in quo vi Ioā. 13.
cit mortem. Si proprio arbitrio viuimus, quare Saluator dixit, Nemo uenit ad me, 79
nisi pater qui misit me traxerit eum. Et con- Ioan. 6.
sentiens his Apostolus, Neq; volentis, in- Rom.6.
quit, neq; currentis, sed miserentis dei est: & cuius vult miseretur, & quem vult indurat? Quomodo voluntatis arbitrium liberum L
est, quando alterius nutu aut ad bonum ducitur, aut ad malum? Aliter causa se habet quàm proposita est. Non enim hic quæstionis huius sensus est quem obtendis. Nam nullo genere ex his liberi arbitrij poterit causa turbari, qa si penitus sensum dictorum aduertas, scies hinc magis arbitrij liberi firmari sententiā Hæc. n. contra male uolos Iudæos prolata sunt. Cum enim dolo simulationis ortæ ex inuidia, Ioseph patrem proprium & filios eius fratres assererent saluatoris, ne dei esse filius crederetur, tūc sal Ioan. 6.
uator ait, Nemo venit ad me nisi pater qui misit me, attraxerit eum. Quomodo autem pater attrahebat ad filium, nisi per opera q Ioā. 14.
faciebat per illum? Sic enim dicit, Pater manens in me, ipse operatur: ut opera hæc attra herent ad fidē Christi. Virtutes enim quas faciebat saluator, ipsæ suadebant deum esse patrem Christi: vt qui alium patrem habere illum diceret, non attraheretur à deo ad Christum. Ideo ergo deus operatur per Christum, vt verbis eius fides commendaretur, quibus dicebat se filium dei. Hæc est attractio nostra, non violentia, sed testimonium dei in Christo, cui qui credidit attra- M
ctus dicitur ab eo ad Christum. Nemo. n. saluatori credit, nisi qui patrem illius proprium dicit deum. Nam Apostolus non vt arbitrium pulsaret hæc fatus est, quæ in quæstionem redegisti: sed vt iudicium dei retractari prohiberet, hæc dicit, iustum prædicās deum, scit enim cuius debeat misereri. Corlis enim inspector prouidet postulantis mē Esa. 29.
tem an mereatur accipere. Deniq; dicit per Prophetam, Plebs hęc labijs me honorat, cor autem eorum lōge est a me. Nam simulatoris animum iustum est vt obduret. Qui enim non per errorem, verū vocat falsum, sed per maleuolentiam: aut intelligens bonum, finxit se nescire quod bonum est, vt
80 conuertat illud in malum: hoc vtique debet illi præstari vt uere non intelligat bonum, ne saluetur, quod non vult. Nec enim iustum est, vt minus saluetur, qui non per

ignorantiam ſalutem ſpernit, ſed per malitiam vel inuidiam. His igitur confirmatur magis liberum arbitrium quàm deſtruitur. vt vnicuique pro voto ſuo reſpondeatur.

Cum certe aut filius dei quiſq; ſit aut diaboli: ſemper ergo filius eſt, ſed aliquãdo dei, aliquando vero diaboli: quid ergo naſcimur requirẽdũ eſt. Dominus cũ filij Iſrael ſæ-
A pæ delinquerent educti de Aegypto, iratus ſententiam dedit, dicens, nullum illorum intraturum in terram promiſsionis excepto Caleph & Ioſue filio Naue, qui prius Auſes dicebatur. Eos autem qui nati fuerãt in deſerto, ipſos dixit intraturos, eo quòd neſcirent bonum aut malum. Neſcire autem bonum aut malum, ſimplicitas quædã eſt naturalis, quæ neque ad bonum neq; ad malum erudita eſt. Hæc eſt ignorantia ſine malitia, ſine ſenſu enim naſcimur: ſed natura noſtra hoc bonum habet quòd capax eſt ediſcere veritatem: filius autem diaboli eſt qui natus malis rebus imbuitur, ut his ſtudeat quæ inimica ſunt creatori, multos aſſerens deos, & his immolandum quaſi mundi rectoribus. Hic ſi reſipiſcat, & uxta naturam ſuam ſentiat, ad creatorem ſe conferẽs, filius dei erit: ac per hoc neq; filij dei ſunt qui naſcũtur, neq; filij diaboli. Quid enim
Ioan. 8. dicit ſaluator Iudæis, Vos de patre diabolo eſtis, & concupiſcentias patris veſtri vultis facere? Vides ergo operibus & confeſsione filios creari diabolo: hos aũt eſſe filios dei, qui confitentes proprium eſſe deum patrem Chriſti recte verſantur. Sic enim deus inſtituit genus noſtrum, ut ſine ſenſu naſcamur,
B poſsibilitatem tamen habeamus diſcendi, ſiue bona ſiue mala: vt ipſi nobis aut mala acquiramus, aut bona, vt lætemur in nobis cum recte agentes remuneramur, aut ipſi nobis imputemus ſi praua ſequentes con-
81 demnemur. Cum Apoſtolus dicat, Nos natura Iudæi, de Iudæis ergo naſci Iudæos oſtendit: non de Proſelytis dico, quos conGala. 2. ſtat fieri Iudæos. Denique qui in eremo nati ſunt, non ſunt circunciſi, & tamen Iudæi erant: Non ergo circunciſio Iudæum facit, ſed natiuitas ſub dei creatoris deuotione progenita: Si ergo de Iudæis Iudæi naſcuntur, quare non etiam de Chriſtianis Chriſtiani: nã & de paganis pagani naſcuntur? Non omne quod naſcitur, hoc eſt unde naſcitur: Nam & aurum de terra naſcitur, & non tamẽ terra eſt: & gemmæ & alia multa: & de ligno eſca naſcitur: & de [illegible]o pullus.

De paganis aũt vt pagani naſcantur hæc ſa cit cauſa: quia. n. omnis paganus in ignoran tia eſt, & qui naſcit ex eo, ſine ſenſu eſt, ambo ignorantes ſunt. Sed hoc intereſt inter vtrunq;, quia q generat, ſine dubio blaſphemus eſt, ac per hoc filius diaboli eſt: natus autem infans neſcit blaſphemare, ſicut neſcit benedicere, paganus tñ eſt, quia ſine ſenſu C
eſt. De Iudæo autem idcirco Iudæus naſci- Gene. 4.
tur, quia ſub creatoris deuotione generatur. Sicut dixit Adam de Cain, Procreaui homi nem per deum. Sicut enim pagani indeuoti creatori, dæmonijs gratias agũt in omnibus quæ agunt. ita & Iudæi deo creatori ſupplices, imperfecte laudant eum in omni actu ſuo, in eo deſpiciendi, quia non cognoſcunt Chriſtum per quẽ ſunt omnia. Hoc etiã mo Ioan. 1.
do de Iudæo Iudæus naſcitur. Non enim ſicut quibuſdam videtur, quia circunciſio facit Iudæum. Circunciſio enim ſignum Iudaiſmi eſt, non Iudaiſmus: quia nõ Abrahæ circunciſio iuſtitia eſt, ſed ſignum iuſtitiæ, vt nati ex Abraham ſignum haberent, per quod probarentur filij eſſe Abrahæ. Quippe cũ ex Iuda Machabæo hoc nomine ſint appellati, vt non ſolum ex Iuda, ſed & cæteri ex omnibus filijs Iacob Iudæi vocarentur, propterea, quòd Iudas dux fuerit eis, Ideoq; nati Iudæi ſignum accipiunt, vt qui ſunt intelligantur. De Chriſto autem ideo non naſcitur Chriſtianus, quia ipſe qui generat, non natus, ſed factus eſt Chriſtianus: Quamobrem & iſte qui naſcitur fieri oportet vt ſit: nec enim per ſubſtantiam naſcitur, ſed per fidem quæ iam natis accedit. Ignorantia enim cum carne naſcitur, fides autem poſtea ſpiritali ratione inſeritur. Sed dicitur econtra, Si factus vtique eſt qui gene- D
rat, hoc iam debet generare quod ipſe eſt, ut accepta dignitas traducem faceret. Nam ſenatores generãt ſenatores. Sed ſenatorum dignitas non habet apud deum meritum. Neque ipſa natura, hoc eſt ſubſtantia conſequitur beneficium, ſed in ſola fama & ſermone dignitas vertitur. Ac per hoc currit quidem ſermo per traducem carnis, ſed nihil aliud præſtat quàm opinionem dignitatis: Sicut & hi qui Cõſules ſunt aut ſtatuis honeſtantur, gaudent in vano: Chriſtiani autem cum fiunt ipſi naturæ accedit dignitas, ut eſſentia ipſa hominis æternum habeat incorruptibilitatis beneficium, vt non opinio ſola, ſed & res ſit in effectu apud deum. Tale eſt iſtud, ut quis diſertus pauper in

laude ſit & egeat pane, aut reliquis neceſſarijs. Hęc. n. vera laus eſt, ſi ſic illi proficiet quæſita dignitas, vt nullius egeat: dum hoc naturæ eius præſtatur, vt per ſeipſa viuat, & bene viuat nullo requiſito ſuffragio, hoc
82 eſt vere diuitem fieri & glorioſum. Paganos elementis eſſe ſubiectos nulli dubium eſt. & quid eſt ergo quod Apoſtolus dicit, Eramus, & nos ſub elementis huius mundi
Gal. 4. ſeruientes? Si itaque & Iudæi elementis e- E
rant ſeruientes, quid differebant à paganis?

Manifeſtũ eſt additione, aut diminutione, ſiue immutatione vnius ſyllabæ ſenſum peruerti. Idcirco paganos elementa colere omnibus cognitum eſt: Iudæos autem nõ elementis, ſed ſub elementis deo ſeruiſſe: propter neomenias & ſabbata, & circunciſionem, & cætera talia, hæc. n. carnalia ſunt. Quicquid. n. viſibile eſt, carnale eſt, & de elemẽtis eſt: ſed quia ex præcepto dei erat, deo ſeruiebatur: vt ex viſibilibus ad inuiſibilia veniretur, & ex hac cauſa profectus fieret ad maiora capienda, vt in his meditati digni fierent promiſsis ſpiritalibus. Ex ea igitur parte quam ſupra dixi, ſub elementis ſeruiebant Iudæi: ex alia parte legem habebãt ſpiritalem quæ & peccare prohibet, & exhortatur ad dilectionem dñi dei, qui venturus eis fuerat promiſſus ad remittẽda pec-
83 cata. Si per Chriſtum ſalus & vera & perfecta cognitio, cur non ante venit vt & anteriores noſtri qui in ignorantia fuerunt addiſcerent veritatem? Deniq; poſt aduentũ Chriſti multi ſaluati ſunt magis q̃ prius. Vnde & ſi ante veniſſet, multo plures ſaluaF
ti fuiſſent. Si ergo ita eſt, reprehenſibile videtur nulli miſericordiam faciẽti calumniam fieri oportere. In poteſtate. n. dantis eſt, qñ vel quantum velit miſereri, Exhortandus eſt. n. huiuſmodi & precibus prouocandus, non contentione à bono opere reuocandus: & forte nõ contradiceretur, ſed pro hac miſericordia vices illi aliquæ redderentur. A quis medicum arguet qui medicamenta ſu & officium ſuum gratis impendet? aut a cuſabitur tarditas eius ab eis à quibus nõ eſt requiſitus? Hæc quidem diximus ſecundum rationem, ſed Saluatoris bonitas iſta non curat propter imbecillitatem humanã: ſuam enim ſequitur naturam ad faciendam miſericordiam. Idcirco tunc venit quando debuit venire, voluntatis ſuæ rationem ſecutus, nõ meritorum noſtrorum. Nam ſi merita perpendas, venire non debuit. Venit ergo quando & ſubueniri debere ſciuit, & gratum futurum beneficium. Si autẽ ei cui neceſsitas imminet ante ſubueniatur, erit quidem gratum, non tamen valde poterit ſcire quid ſibi præſtitum eſt. Si autem in ipſa neceſsitate poſito auxilium ferat, ſciet quale beneficium conſecutus ſit. De tribulatione. n. creptus maiores gratias referet. Quomodo ſi eſurienti offeras panem, ſi autem offeras cum non eſurit, non vtiq; tam gratum erit. Idcirco recte factum eſt vt nõ ante veniret dominus. Primum enim dimi- G
ſit genus hominum vti voluntate ſua, non ſine teſtimonio ſui, quia ex ipſa mundi fabrica per annua munera, quæ elemẽtorum miniſterio humanis vſibus exhiberi decreuit, intelligi & timeri diuinitatem ſuam voluit: Quippe cum etiam ex traduce primi hominis, deinde Enoch & Noe notitia eius eſſet in terris: Sed cum languore quodam humani generis aboleſcere cœpiſſet cognitio dei inter homines, & mores immutarentur, eligere dignatus eſt Abraham, in quo forma eſſet renouatæ notitiæ dei & morum. Et cum adhuc reuerentia ſegnior eſſet, poſtea per Moyſen legem literis dedit, quæ neque aboleſceret, & magis metum incuteret. Maior enim timor eſt, vbi authoritas manifeſta eſt. Et quia acceptam legem gentes ſpreuerunt, non ſe ſubijcientes ei, neque ij qui acceperunt ſeruauerunt eam, motus dominus miſericordia, miſit filium ſuum, qui ſe pro illis offerens, mortem deſtruens, data omnibus remiſsione peccatorum, deo patri illos iuſtificatos offerret. Non enim poſſet deſcendi ad inferos, niſi per mortem. Nec ordo enim nec ratio poſcebat, eum qui mortuus non fuiſſet, intrare ianuas tartari. Nonne ſi quis H
vult in terra ſua Barbaros decipere, immutat ſe in habitu illorum, vt putetur vnus ex his, & ſic explorat quomodo illos ſubuertat? Ita factum eſt & de diabolo: quoniã malo more hominẽ ſubuerterat, vt in morte non remaneret, inuentum eſt remẽdium quomodo quos male tenebat amitteret & ſubintraretur ei: & quem putabat ſe velut hominem occidiſſe, reperiret illum apud inferos deum. Quo facto, reus inuentus omnes quos tenebat amiſit, & de cætero aperta eſt ad cœlum via. Ecce quantum profuit aduentus Saluatoris, vt ſcientes homines de quo periculo liberati ſunt, ſine ceſſatione gratias illi referant. Sed forte econtra dicatur: Si [illegible]lti ante legem & poſt legem peccatis

catis presi totos se carni dederunt, & digni fuerunt in tartaro remanere, sub dubio fuerunt qui deuotione & creatoris reuerentia uitam suam naturę lege frenarunt. Nũquid non etiam hi detenti sunt apud inferos, exuti hac vita? Si autem ante venisset post mortem Adæ, liberato Adam qui prior peccauerat, cæteris ad cœlum aperiret viam, vt quia bene vixerant, agnito creatore defuncti reciperentur in cœlum. Damnũ ergo est, I L
quia non ante venit Christus? Damnũ esse manifestum est, sed quære, iustũ, an iniustũ sit. Solent enim damna iusta esse de quibus queri non liceat. Nunquid fur deprehensus & iuxta legem in quadruplum condẽnatus ausus est queri? Ac per hoc damnũ quod genus hominũ passum est, iuste factum est, vnde & permissum est. Quare & Saluator inter ipsa primordia venire non debuit. Cum enim diabolus superbiret, homo factus à deo positus est illi inimicus, vt auxilio dei munitus quia impar erat, resisteret ei accepto mandato. Diabolus autem solita subtilitate simulauit se ignorare quid præceptum esset à deo, & inuenit Euam instabilem: postea autem promittens illi, ꝙ si interdictum contigissent præstaret illis diuinitatem, circunuenit eos. Tunc diabolus superato homine triumphauit: hic victus genus suũ subiecit pctõ. Quamobrẽ iniuctum erat victori violenter auferre spolia, quia deus qđ facit, iuste facit. Præterea cum acerbe peccauerit hõ assentiẽs ei contra mandatum creatoris, fieri se deum, idololatria admisit per quod in deum peccauerat: ideoque non illi statim debuit subueniri, quippe cum pœnituerit. Nec grata ei fuisset misericordia si non sciuisset quid mereretur. Quanquam enim o-
K mnia possit deus, illud facit quod conuenit rationi vt irreprehensibilis perseueret.

84 Quare Lunæ cursus in ratione Paschæ custodientes, Paganos reprehendimus, quia dies lunares & motum custodiunt? Absit à Christianis vt sydera venerari dicantur, quia indulta est spiritalis cultura, vt despicientes quæ vident, ijs quæ inuisibilia & supercœlestia sunt, copulentur, & hæc omnia transcendant futuri cum angelis dei. Nam & syderum cultores aut cum ipsis erunt, aut infra ipsa. Quomodo enim fieri potest, vt aliquis super hæc sit quæ colit? Pagani itaq; non computum lunæ obseruant, sed lunam ipsam velut deam venerantur. Et effectus curriculorũ eius apprehe[illegible]sse se arbitrantes, quid certis diebus agendũ quidve cauendum sit, decernunt imperio eius quasi vitam & cõuersationem suam ordine quodam subijcientes: quos quia extra dei ordinationem hæc ausi sunt vsurpare, falli frequenter deprehendimus. Hæc enim luminaria in signa temporum deus constituit. Vnde & nos numerum lunæ custodimus, non illam ipsam excolimus, vt à quarta decima luna, quæ nobis secundum legem pri- L
ma est, rationẽ Paschæ obseruemus. Omnia enim plena deus instituit, ideoq; à quartadecima vsque ad vigesimamprimam his septem diebus Pascha nobis celebrare concessum est, vt de his septẽaliqui dies à, parasceue vsq; ad resurrectionem domini concludantur, Vt neq; tertiadecima in passione sit, neq; quartadecima i resurrectione, aut quintadecima. Nam ante vigesimamprimam secundum nos lunam, passio Christi sit & resurrectio eus, Nam primo die quo cœptus mundus est. Omnia enim mundi tempora vnius hebdomadæ enrriculis numerantur, quia his deus mundi membra & ornamenta composuit. Sex enim diebus mundum aptauit, & septima cessauit quam sabbatum appellauit. His enim septem diebus totius mundi ratio & numerus continetur. Semper enim in se redeuntes, multiplicant numerum temporum. Post sabbatum enim à primo die repetit semper vsq; ad diem septimum, id est sabbatum. Vt resurrectio domini primo die inchoati mundi facta discatur, q. dies dñicus dicitur. Ipsum enim fecit dñs vnum cum vespere, & in septenariũ numerum euolutus incipit iterum, vt sit post hebdomadam primus. Quod ita decretum M
ab initio est propter sacramentum incarnationis dñi, & passionis & resurrectionis. In corpore enim domini totus propè mundus resurrexit, & instauratus est. Absolutum [illegible]st non nos lunam colere, sed numerum qui er lunæ cursum instituit est custodire. Diabolus autem qui est Satanas, vt fallaciæ æ authoritatem aliquã possit adhibere, & endacia sua ueritate colorare, primo men e quo sacramenta dominica sunt celebranda, quia non mediocris potentiæ est, Paganis quæ obseruarent instituit mysteria, vt animas eorum duabus ex causis in errore detineret, ut quia præuenit ueritatem fallacia, melius quiddam fallacia uideretur, quasi antiquitate præiudicans ueritati. Et quia in primo mense, in quo æquinoctium habent

bent Romani sicut & nos, ea ipsa obseruatio ab his custoditur, ita vt etiam per sanguinem dicant expiationem fieri, sicut & nos per crucem. Hac versutia paganos detinet in errore, vt putent veritatem nostram, imitationem potius videri quàm veritatem, quasi per æmulationem superstitione quadam inuentam. Nec enim verum potest, inquiunt, ęstimari quod postea est inuẽtum. Sed quia apud nos pro certo veritas est, & ab initio hæc est, virtutum atque pro-
A digiorum signa perhibent testimonium, vt teste virtute, diaboli improbitas innotescat. Quoniam enim sola est quæ facile suadeat, hæc contra versutiam & præuentum diaboli posita est, vt simulationem eius reuelet. Nemo enim etiam inimicorum negare audeat illic esse veritatem, vbi veritas apparet.

85 Quid est vt cum constet à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis decem & septem esse generationes, Euangelista quatuordecim dicat, prætermisis Ochozia, qui post Ioram est, filium Iosaphat, & Ioas filio Ochoziæ, & Amasia filio Ioas? Nihil Euangelistam quàm sensum legis secutum credibile videri debet: Ideoq; non immerito hi ab Euangelista sublati sunt de numero cæterorum. Sic enim horum continuauit impietas, vt malignum eorum nullum interuallum haberet. A Ioram autem cœptum malignum sic perambulauit vsque ad Oziam filium Amasiæ, vt nullius lateris esset suffragium quo experte merito patris aliquis horum remaneret in numero regum. Nam Ioram maligne agens merito Iosaphat remissus in numero est, & Ozias merito Ioatham reseruatus in numero est. Illorum autem triũa continuata malignitas in deum est, Salomon quoque merito B
patris remissus in regno est, Et Roboam filius Salomonis maligne agens, merito Asa relictus est in numero regum. Illi autẽ tres in medio malorum concluſi sunt maligne agentes, ideo erasi sunt. Peius enim à perditione generis exemplum est, quando se iugiter malignitas pandit propterea quòd ex traduce eorũ non est Ioseph, prætermisi sunt, Ab Abraham enim horum generationem secutus est Euãgelista, ex quibus originem trahit Ioseph, cui desponsata est Maria quæ
86 genuit Christum. Quid est quod probet
Luc. 1. Mariam matrem domini ex tribu & semine esse Dauid? Idonei testis proferemus sermonem. Dicit enim ad Mariam inter cætera, Et dabit illi dominus sedem Dauid patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Quomodo diceretur ab idoneo teste, pater eius Da- 87
uid: si non esset Maria ex semine Dauid?

Si vnus est deus, cur in tribus spes salutis est, & non in duobus, aut quatuor, aut certe in ipso vno? & quare non est ab initio trinitas prædicata? Nihil penè nouum effectũ est, sic enim trinitas prædicat, vt vnus deus credatur. Non ergo additum est aliquid, sed C
sacramentum dei vnius reuelatum. Inter ipsa autem primordia manifestari non oportuit, quia prius prædicandum, & postea id quod prædicatum est reuelandum: vt sciãs patrem esse, à quo cuncta sunt. filium vero dici, per quem sunt omnia: spiritum aũt sanctum appellari, per quem omnia quæ à patre quidem, sed per filium sunt, regenerantur ad fidẽ dei vnius. Hi ergo tres sunt quidem, sed vna diuinitas. Ratio igitur facit vt tres sint, non plures aut infra. Omnis enim numerus vsq; ad nouem peruenit, quia tres dum inuicem in se sunt, faciunt numero nouem, quia in vno tres sunt, & tres sunt vnum, Qui enim videt vnum videt tres, dũ nihil differt ab altero. Tres ergo vnum, & ter tres vnum. Hæc enim in nouo numero perfectio est, quantum ad numerum pertinet, quia de vno sunt omnia. Addito enim vno, ex quo vel in quo tres qui numerantur nouem, fiunt decem vel viginti. Semper tamen vsque ad nouem venitur & vnus additur, quia nouem vnum sunt, vt plena perfectio sit vnitatis. Si maior gratia & ma- 88
nifestior intelligentia in nouo est quàm Esa. 6.
in vetere testamento, quare Esaias Prophe-
ta sedentem in throno maiestatis vidit deũ
sabaoth, qui est Christus, iuxta interpreta-
tionem Ioannis Euangelistæ? Dixit enim D
inter cætera, Hæc locutus est Esaias quan- Ioã. 12.
do vidit maiestatem eius, & locutus est de Acto. 7.
eo. In nouo autem Stephanus primus mar-
tyr stantem se vidisse dicit Iesum à dextris
dei. Quid est istud vt hic subiectus videatur post triumphos, & illic quasi dominus antequam vinceret? Prout causa erat, fecisse ita & dominus se ostendit. Prophetę. n. visus est quasi rex corripiens plebem: & hoc se ostendit, quod erat, hoc est sedentem, In pace enim erat causa diuinitatis eius: Stephano autem vt stans appareret, fecit calũnia Iudæorum. In Stephano autem saluatoris causa v[illegible] patiebatur. Ideo sedente iudice deo,

carum? Quinpotius nec illas deserẽdo pres serunt, nec ad istos transeundo eos aliquid adiuuerunt: q̃a non habent in potestate regnũ dare & auferre: sed deus vnus & verus hoc agit occulto iudicio: non continuo beatos facturus, quibus terrenũ regnũ dederit: nec continuo miseros, quibus ademerit: sed beatos vel miseros propter aliud & aliunde faciens, temporalia regna atque terrena quibus voluerit, & quandiu voluerit, secũdum prædestinatum ordinem seculorum, vel sinendo vel donando distribuit.

Quòd peccatum Iudæorum & maximè in Christum eorum subiugationis causa fuerit. Cap. XIII.

VNde nec illud possunt dicere, cur ergo deus Hebræorum, quem summũ & verum deum dicitis, non solum Romanos eis non subiugauit, sed nec ipsos Hebræos, ne à Romanis subiugarentur, adiuuit? Præcesserunt. n. manifesta peccata eorum, propter q̃ illis hoc euenturum Prophetæ tanto ante prædixerant: & maxime quia impio furore Christum occiderunt, in quo peccato aliorum occultorum peccatorum meritis excæ
C cati sunt. Et q̃ illius passio esset gentibus profutura, eadem prophetica contestatione prædictum est. Nec alia re magis claruit, illius gentis regnum & templum & sacerdotium & sacrificium & vnctionem illam mysticam, quod chrisma Græce dicitur, vnde Christi nomen elucet, & propter quã reges suos Christos ipsa gens appellabat, non fuisse nisi prænunciando Christo deputata: q̃ q̃ occisi Christi resurrectio posteaquã cœpit credentibus gentibus prædicari, illa omnia cessauerunt, nescientibus Romanis, per quorum victoriam, nesciẽtibus Iudæis, per quorum subiugationem factum est, vt illa omnia cessarent.

Contra eos qui de Christo malè sentiunt. Cap. XIIII.

REm sanè mirabilẽ, non aduertunt pauci Pagani q̃ remanserunt, deũ Hebræorũ offensum à victis, nec receptũ a victoribus, nunc prædicari & coli ab omnibus gẽtibus. Ipse est. n. deus Israel, de quo tãto ante Pro
Esa. 54. pheta plebẽ dei sic allocutus est, Et q̃ eruit te, deus Israel vniuersæ terræ vocabit. Hoc factũ est p̃ nomen Christi venientis ad homines ex semine ipsius Israel, q̃ nepos fuit Abrahæ, à quo gens cœpit Hebræorum: nã & ipsi Israel dictũ est, In semine tuo benedicentur oẽs tribus terræ. Hinc ostendit deus Israel deus vnus, q̃ fecit cœlum & terram, qui res humanas iuste ac misericorditer curat, ita vt nec præcludat iustitia misericordiam, nec impediat misericordia iustitiã: nõ q̃ ipse sit victus in Hebræo populo suo, q̃ regnum sacerdotium q̃; eius Romanis expugnandum delendumq̃; permisit: quandoquidem per Christi Euangelium veri regis & sacerdotis, quod illo regno & sacerdotio futurum præfigurauit, nunc ipse deus Israel vbique delet idola gentium: quæ vtique ne delerentur, recipere sacra eius Romani noluerunt, sicut receperunt deorum aliarum gentium quas vicerunt. Ita & regnum sacerdotium q̃; propheticæ gentis abstulit, quia iã propter eam promittebatur, aduenerat: & Romanum imperium, à quo gens illa victa est, per Christum regem suo nomini subiugauit, atque ad euertẽda idola, propter quorum honorem sacra eius recepta non erant, Christianæ fidei robore ac deuotione conuertit. Puto quia hæc de se futura vt per tot Prophetas, & per cuiusdam etiam gentis regnum ac sacerdotium prænunciarentur, non magicis artibus fecit Christus antequam esset in hominibus natus: nam & illius iam deleti regni populus vbique dispersus mirabili dei prouidentia, quanuis sine vlla vnctione regis sacerdotisq̃; remanserit, in quo chrismate Christi nomen apparet, tenet tamen reliquias quarundam obseruationum suarum. Romana autem sacra illa de idolorum cultu nec victus ac subiugatus accepit, vt libros propheticos ad testimonium gerat Christi, ac sic de inimicorum codicibus probetur veritas prophetati Christi. Quid ergo miseri adhuc Christum male laudando seipsos indicant, si aliqua magica sub eius nomine scripta sunt, cum vehementer his artibus Christi doctrina inimica sit? Hinc potius intelligant quantum sit illud nomen, quo addito etiam illi qui contra eius præcepta viuunt, suas nefarias artes honorare conantur. Sic enim diuersis hominum erroribus multi etiam varias hæreses aduersus veritatem sub eius nomine condiderunt. Ita sentiunt etiam inimici Christi, ad suadendum quod proferunt contra doctrinã Christi, nullum sibi esse pondus authoritatis, si non habeat nomen Christi.

Contra

Contra Philosophos qui coacti ex deorum suorum oraculis Christum laudare discipulos eius damnant. Cap. XV.

FQVid q̃ isti uani Christi laudatores, & Christianæ religionis obliqui obtrectatores, propterea non audent blasphemare Christũ, quia quidã Philosophi eorum, sicut in libris suis Porphyrius Siculus ,pdidit, consuluerunt deos suos quid de Christo responderent: illi autem oraculis suis Christum laudare cõpulsi sunt. Nec mirum, cũ & in Euangelio legamus eũ dæmones fuisse confessos. Scriptum est aũt in Prophetis
Marc. 1. nostris. Q̃m dij gentiũ dæmonia. Ac p̃ hoc
Psal. 95. isti ne contra deorũ suorũ responsa conent, continent blasphemias a Christo, & eas in discipulos eius effundunt. Mihi aũt ur, q̃ illi dij gentium, quos Philosophi Paganorũ consulere potuerunt, etiam si de discipulis Christi interrogarentur, ipsos quoq; laudare cogerentur.

Contra eos qui de Christi discipulis male opinantur, iterum insurgit. Cap. XVI.

VEruntamẽ isti ita disputant q̃ hæc euersio tẽplorũ, & dãnatio sacrificiorũ, & cõtrãfactio simulachrorũ, nõ p̃ doctrinã Christi fiat, sed per discipulorum eius, quos aliud quam ab illo didicerunt docuisse contẽdũt, ita uolentes Christianã fidẽ, Christũ honorantes laudantesq̃; cõuellere: quia utiq; p̃
G discipulos Christi & facta & dicta Christi annunciata sunt, quibus cõstat religio Christiana adhuc istis iam paucissimis, nec iam oppugnantibus, sed tamen adhuc musitantibus inimica. Sed si nolunt credere Christum talia docuisse, Prophetas legant, q̃ nõ solum superstitiones dolorũ euerti p̃cepe-
Dilẽm. runt, uerũ etiam Christianis tẽporibus hãc euersionẽ futuram prædixerunt. Qui si fefellerunt, cur tanta manifestatione completur? Si verum dixerunt, cur tantæ diuinitati resistitur?

Contra Romanos qui solum deum Israel reiecerunt qui tamen solus coli debet. Cap. XVII.

VErumtamen diligentius ab istis quærendum est, quemnam putẽt esse deum Israel, cur eum colendũ non receperint, sicut quas Romanum subegit imperium, præsertim cum eorum sententia sit, oẽs deos colẽdos esse sapienti. Cur ergo à numero cæterorum iste reiectus est? Si plurimum ualet, cur ab eis solus nõ colit? Si parũ aut nihil ualet, cur contritis eorũ simulachris ab oĩbus gentibus, solus pene iam colit? Nunq̃ huius q̃stionis uinculo eximi poterunt, qui cum maiores, & minores deos colant, quos deos putant, hunc deũ nõ colunt, qui præua
H luit oĩbus quos colunt. Si. n. magnæ uirtutis est, cur existimatus est improbãdus? Si par- Dilẽmauæ nulliusue virtutis est, cur tantũ potuit ta. improbatus? Si bonus est, cur à cæteris bonis solus separatur? Si malus est, cur a tot bonis unus non superatur? Si uerax est, cur eius præcepta respuuntur? Si mẽdax est, cur eius prædicta complentur?

Contra eos qui deo Christum colere refugiunt, quia solus coli uoluit. Caput. XVIII.

POstremo quod uolunt de illo sentiant. Nunquid Romani ẽt malos deos colendos non putant qui pallori & febri phana fecerunt? Qui κακοὺς dæmones imitandos, & ἀγαθοὺς dæmones placãdos monẽt. Quodlibet ergo de illo existiment, cur eum solũ sibi nec aduocandũ nec propitiãdum esse duxerunt? Quis est deus iste vel ita ignotus, ut in tam multis diis solus adhuc nõ inueniãt; aut ita notus, ut a tã multis hominibus iam solus colatur? Nihil ergo restat, vt dicant cur huius dei sacra recipere noluerint, nisi
I q̃a solum se coli uoluerit, illos aũt deos gẽtium quos isti iã colebant coli prohibuerit. Sed hoc ipsum magis eis requirendum est, quemnã, vel qualem putent esse istũ deum qui noluerit coli deos alios, quibus isti templa & simulachra fecerunt, tãtumq̃; potuerit vt plus valeret eius voluntas ad eorũ simulachra euertenda, q̃ illorum ad eius sacra non recipienda. Certe snĩa illius eorum Philosophi ,pditur, quem sapientissimũ omnium hominum ẽt oraculo fuisse firmarũt. Socratis. n. snĩa est, vnumquemq; deũ sic coli oportere, qũo se ipse colendum esse p̃ceperit. Proinde istis summa necessitas facta est non colendi deum Hebræorũ, quia si alio modo eum colere vellent, q̃ se colendũ ipse dixisset, non utiq; illum coleret, sed q̃d ipsi finxissent. Si aũt illo modo uellent quo

deo, stás apparuit, quasi qui causam diceret: & quia bona causa eius est, ad dexteram iudicis erat, Omnis qui causam dicit, stet necesse est. Quomodo accipiendum est qđ
89 Ioā. 16. saluator inter cætera dicit de spiritusancto, quod veniens, inquit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio? De peccato quidē, quia non crediderunt in me. De iustitia vero, quia eo ad patrem, & iam non videbitis me. De iudicio autem: quia E princeps huius mundi iudicatus est. Causam quidem videtur dixisse arguendi mundi, sed indiget explanatione. Cum saluatori non crederent Iudæi neq; mundanæ potestates, quia non solum hominibus se manifestari voluit, sed & principibus & potestatibus in cœlestibus, sicut docet Apostolus in epistola ad Ephesios, post passionem suā vera se locutum spiritumsanctum probaturum ostendit, Et hoc est arguere mundum, ostendere illi verā esse quæ credere noluit. Credere enim noluit à deo venisse saluatorem. Saluator autem seruata iustitia non trepidauit reuerti ad eum qui se miserat: & per id quòd regressus est, probauit se inde venisse. Quia nemo, inquit, ascendit ad deum, nisi qui descendit à deo. Videntes ergo potestates ascendere eum, confusæ sunt, videntes verum esse quod velut falsum spreuerant. Itaque ista iustitia arguit eos, qua iustum probatum est, quia regressus est vnde venerat. Sic autem arguit eos de peccato, quòd non solum credere ei noluerunt, sed & occiderunt eum. De iudicio vero sic eos corripuit, dum ostendit principem mundi reum factum & comprehensum ab eo, cuF ius fidei non communicarunt. Videntes .n. animas de inferis ire in cœlos cognouerunt adiudicatum esse principem huius mundi, vt reus factus in causa saluatoris quæ tenebat iure amitteret. Hæc quidem ascendente saluatore visa sunt. sed superueniente in discipulos spiritusancto, palam aperteque manifesta sunt, Verā enim correptio tunc fuit quando post passionem resurrectionemque ad testimonium saluatoris, publice a perfidis videbantur resurgentes mortui, claud. currentes, leprosi mundati, paralytici confirmati, cæci aspicere, surdi audire, muti eloqui, dæmoniaci purgari, infirmi recuperata sanitate gratias agere. Hoc modo spiritussanctus arguit mundum, quia in nomine Saluatoris, qui reprobatus est à mundo, omnium curationum virtutes operatus est.

Si diabolus ipse est Satanas quid est, vt 90
inter cætera dicat ad Iudæos Saluator. Vos Ioan. 8.
de patre diabolo estis, & concupiscentias patris vestri vultis facere: ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendacium, ex suis proprijs loquitur, quia mendax est sicut & pater eius? Diabolus non speciale nomen est, sed commune cum cæteris. In quocunque enim opera diabolica fuerint inuenta, sine dubio diabolus appellandus est. Operis enim nomen est, non naturæ. Itaque hoc in loco patrem Iudæorum Cain significat, cuius imitatores volentes esse Iudæi Saluatorem peremerunt. Hinc dicit eū, quia se parricidio maculauit, & reum fecit mortis, in veritate non stetisse: ab ipso autē forma data est fratricidij. Istum ipsum dicit, cum loquitur mendacium de suis proprijs loqui, vt ostēderet vnumquenque nō nisi propria voluntate peccare. Sed quia imitator diaboli est, adiecit, Mendax est sicut & pater eius. Hic enim vt primum hominem morte cōdemnaret, simulauit se nescisse quid præceptum fuisset ei à deo. Sic & Cain interrogatus, finxit se nescire vbi esset frater suus Abel quem occiderat. Hoc Gen. 4
ergo in loco diabolum Cain esse dixit: patrem autem eius diabolum, cuius opera secutus est. Diaboli enim filius, diabolus est. Sed diabolus ille qui est Satanas, patrem in malitia sua nullum habet. Ipse enim sibi in malo author est. Prior enim ipse peccauit, aut per hoc quicunq; imitati illum fuerint, filij eius dicentur, & ille pater eorum. Etenim nos in fide Abraham patrem habemus, quia prior ipse credidit deo. ac per hoc nomine eius censemur, Fideles enim dicimur sicut & ille. Quærendum quomodo con- 91
tradicendum sit argumentis Photini, scili- H
cet Christum ante Mariam esse probando.

A Ioanne prius quæramus Baptista, quē ipse Saluator testē suum esse professus est. Ait enim inter cætera de domino, Qui de sursum venit, super omnes est, Qui autem de terra est, de terra loquitur, Qui vero de cœlo venit, quod vidit & audiuit, testificatur: & testimonium eius nemo accipit. Ecce Ioannes omnes secum pariter ad comparationem domini terrestres appellauit, quia illum de cœlis testatur venisse, cæteros vero omnes de terra esse, hoc est de inferioribus. Et ipse dominus inter cætera eadem loquitur dicens, Non enim descendi de cœlo Ioan. 6.

vt

vt facerem voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me patris. Et iterum do-
Ioā. 16. minus inter alia hoc sensu loquitur dicens, Et nunc dico vobis, quia ego rogabo patrē, Ipse enim pater diligit vos, quia vos me diligitis, & creditis quia à Deo exiui, Exiui .n. à patre, & veni in hunc mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Videntes discipuli manifeste illum locutum esse, dicunt ei, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullū dicis, Nunc scimus quo-
I niam scis omnia, & nō opus tibi est vt quis te interroget. In hoc credimus quoniam à deo existi. Hæc interpretatione non indigēt. Quippe cum ista summa sit religionis nostræ, vt Christum ante carnem in cœlis cū deo fuisse credamus, vt filium apud patrē. Nam si propter iustam conuersationem & cœlestem doctrinam de cœlo & à deo se dixit exisse & venisse in mundum, eadē debuerant dicere de se omnes Prophetæ & Apostoli. Et quia dixit, Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem: hoc forte dicatur significasse, quia doctrina quæ venerat à deo, relicto mundo ad deum est regressa. Aliud enim quod dicant non habent. Si .n. de cœlo venisse, & à deo exisse, & venisse in hunc mundū, ad virtutis & doctrinæ pertinet causam, nō ad Saluatoris personā, cum dicit, Iterum relinquo mundum, & vado ad patrē: illo vtiq; redit vnde venerat: sed vidimus post absessum dñi, & virtutem fuisse in mundo & doctrinam. Vides ergo non de virtute dictum esse à domino & doctrina, sed specialiter de se dñm locutum. Quòd si virtutis quæ in Christo operata est, dicis esse verba, hæc ipsa virtus deum patrem suū appellat, Ecce incurris quod times: quia si virtus dei filius dei est, ipsa vtiq; virtus dei
K est, de qua dicit Apostolus, Christum dei
1.Co.1 virtutem & dei sapiētiam: hæc exiuit à deo,
Mat.12 & iterum ad eum regressa est. Itaq; hæc ipsa virtus quæ Christus est, in spiritu dei dæmonia se testatur ejicere: qui spūs per Apostolos operatus est, vt scias spiritumsanctū per quē dñs operatus est, post absessum dñi hic in mundo in Apostolos operatum: vt plenius appareat dominum de sua persona locutū, quia relicto mundo regressus est ad deū. Aut si putas virtutē hanc nō esse Christum: duæ erunt virtutes. & duo filij dei. &
Ioan. 1. vbi est illud quod legitur, Vnigenitus filius
Ioan. 3. dei qui est in sinu patris? Et iterum, Sic .n. inquit, dilexit deus mundum hunc, vt filiū

suum vnicum daret pro eo? Animaduertis iam virtutem dei quæ operata est in mundum, ipsam vnam esse quæ & dei virtus dicat & filius. Et videamus quid crediderint, aut cui Apostoli audientes à domino, Ecce iterum relinquo mundum, & vado ad patrē. Respondent ei, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, Nunc scimus quia nosti omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus, quoniam à deo existi. Nunc videamus si de vir- Ioā. 16.
tutibus ambigerent discipuli, vtrū a deo exis
set, cū vidissent Lazarum iam fœtidū quar- L
ta die resuscitatum, Cæco a natiuitate ocu- Ioā. 11.
los reformatos, Tactu simbriæ mulierem a Ioan. 9.
profluuio liberatam, Aquæ naturam muta- Matt. 9.
tam in vinum. Aut de persona dñi nemo pla Ioan. 2.
ne dubitauit, vel de virtutibus: quippe cū di Mat. 16
cerent illum, alij esse Heliā alij Hieremiā, aut vnum ex Prophetis. Nam cum lapidare vellent illum Iudæi, respondit eis Iesus, Ioan. 10.
Multa opera bona ostēdi vobis a patre meo, propter quod eorum lapidatis me? Dixerūt ei Iudæi, Nos de bono opere non te lapidamus, sed propter blasphemiam: & quia cum sis homo facis te deum. Si ergo Iudæi q̄ dei opera essent non ambigebant, Apostoli ambigebant? Q̄m ergo omnis dubitatio de Saluatoris persona erat, Res enim inaudita, & quæ in sensum humanum non ruerat, stuporem hominibus faciebat, cū audiebant dicentem illum se à deo exisse, & proprium sibi patrem esse deum. Idcirco discipuli, satis sibi esse factum confitentes manifestatione verborū domini, dixerunt ad eū, Nunc scimus quoniā nosti omnia, & nō est opus vt quis te interroget. In hoc credimus, quoniam a deo existi. Si enim nō vere a deo exiuit, fides Apostolorum exinanitur, sed non potest, quia a Saluatore probata est. Re M
spondit enim eis, Modo creditis? id est, tanta signa videntes non credebatis? Itaque probatum est Apostolis Christum a deo exisse & venisse, vt per hanc exitionem filium istū dei credere non esset ambiguum. Si enim nemo vidit deum nisi qui est a deo, hic vidit deum: & si nemo nouit patrem nisi filius, hoc est vere apud deum patrem fuisse, & ab eo exisse & venisse. Nemo enim Ioan. 1.
alius poterat a deo exire nisi hic, qui in principio erat apud deum, quia & nec quisquam alius sciebat aut viderat deum. Ideo non incredibile nobis est, verum filium hunc dei credere, Sicut dicit Ioannes

in

in epistola prima, Et sumus, inquit, in vno
filio eius Iesu Christo, hic est verus & vita
Rom.8. æterna. Et Apostolus, Qui proprio, inquit,
Ioan.3. filio nõ pepercit. Et Euangelista, Quia pro
prium, ait, sibi patrem dicebat deum. Si ve-
rus ergo filius dei est Christus, quomodo
homo tantum est? Verus enim filius non
diceretur, nisi proprie ab eo esset genitus.
Aut dicat Photinus, Quare verus filius dei
creditur si non est verus? Aut quid opus
erat hunc credere filium dei, si vnus esset de
cæteris sanctis, qui filij dei digni sunt appel
A lari? Aut nunquid aliqua indignitas in hoc
est, per quam filius dei sicut cæteri sunt, cre-
di nõ posset, & idcirco dicitur vt hic de quo
incredulũ videtur, credatur filius esse dei?
Si.n.potior cæteris est, quid opus est vt di-
catur, crede Christum filiũ dei esse, si vnus
esset de cæteris, nisi quia vt aliter de hoc cre
datur? Vnde & vnicus dicitur, quod non
præcipitur de cæteris vt quia multi sunt qui
filij dei sanctitatis causa appellantur, hic so-
lus verus filius dei credatur, vnde & vnicus
dicitur. Nam quis sanctorum ausus fuerit
filium dei se dicere, non dicam & vnicum,
nisi Saluator conscius natiuitatis suæ à deo
profectæ? Quomodo autem pateretur se
adorari, si nesciret de deo, cum scriptum sit,
Deut.6. Dominum deum tuum adorabis, & ipsi soli
seruies? Quippe cũ Ioannem angelus cor-
Apo.22 ripuit, eo q̃ adorare se vellet, dicens ei, Ne
feceris, quia conseruus tuus sum deum ado-
ra. Et cum soli deo seruiẽdum scriptura te-
stetur: Apostolus tamẽ, Qui seruit, inquit,
Christo placet deo. Quare? Quia vnum
Rom.14 sunt deus & Christus, pater & filius. Apo-
Gal.1. stolus se Christi seruũ fatetur, & dicit Co-
rinthijs, Nolite fieri serui hominum. Et ad
B Galatas, Paulus Apostolus, non ab homi-
nibus, neque per hominem, sed per Iesum
Christum & deum patrem, qui suscitauit
eum à mortuis: ostendit aperte Christum
deum esse & hominem, vt Apostolatum suũ
non ab homine esse, sed à Christo, iuxta q̃
deus est, & à patre deo esse demonstraret.
Denique in subiectis ait, Neque.n.ego ab
homine accepi illud, neque didici: sed per
reuelationem Iesu Christi. Quid tam aper
tum? dei.n.doctrinam non per hominem
dicit se esse assecutũ, sed ab ipso deo doctũ.
Nam nos dei doctrinam p̃ homines accepi-
mus: vas autẽ electionis nihil se probat ab
Apostolis assecutũ, hoc est, ab hominibus.
Nã si quia dei doctrina est, ideo non per ho-
minem discitur, quam laudem suã testatur
Apostolus, si sic didicit sicut cæteri Apostoli?
Vt quid dicit, Neque ego ab homine acce
pi illud, neque edoctus sum, sed per reuela-
tionem Iesu Christi? Quis ambigat hoc lo Rom.5.
co Christum deum significatum? Sed quid
mirum, cũ inter cætera dicat ad Romanos,
Quorum patres, ex quibus Christus secun
dum carnem, qui est super omnia deus, be-
nedictus in secula? Quid est, & ex quibus
Christus secundum carnem? Non.n. hoc C
diceret, nisi esset & secundum deum: & se-
cundum carnem ex patribus, secundum di-
uinitatem vero ex deo Christus sit super o-
mnia deus. Sed forte ad patris personã perti
nere dicatur: sed hoc loco nulla est paterni
nominis mentio. Ideoq; si de Christo dictũ
negatur, persona cui competat, detur. Qua- Philip.2
re autẽ Christo non cõpetat, cuius nomini
cœlestia, terrestria & inferna genu flectunt?
hoc est, super omnia esse deum. Præter hæc
.n. alia nulla sunt. Dicat nunc Photinus, si
hæc homini genu flectunt: aut si deus potẽ
tias illas cœlestes & sanctos angelos vt ho-
minem adorẽt decreuit. Sed absit, quia deus
nihil stultum decreuit. maxime cum non li-
ceat nisi deum adorari, quanto magis in cœ
lis? Rex.n. adoratur in terris quasi vicarius
dei. Christus aũt post hanc vicariam, imple-
ta dispensatione adoratur in cœlis & in ter-
ra. Legimus nanque, quia verbũ caro factũ
est: hoc est, ministro spiritusancto incarna-
tum esse ex Maria, hoc verbum in principio
apud deum fecisse, & deum esse, hoc quoque
filium dei appellari. Qũo ergo nõ ante Ma Ioan.1.
riã est quod in principio erat, & deus erat?
Etiã si obcæcatus deum hic esse neges, ver-
bum tũ non negas: neq; ignoras hoc verbũ
filium dei appellari, & hoc apud deum fuis-
se in principio. Qua ergo ratione post Ma- D
riam dicis esse, quod in principio legis fuis-
se? In Apocalypsi.n. legimus de Christo, Apoc.19.
Et nomen eius est verbum dei. Quod ver-
bum multas habet interpretationes. Nam
nihil de deo est quod non deus dicatur, sed
pp authoritatẽ vnius dei, quod de ipso na-
tũ est verbum appellauit: vt hac rõne ducti
qua scimus verba nra non nisi ex nobis es-
se Christũ de deo esse crederemus. Nec ali-
ter quidẽ oportuit dici vt de ipso esse crede-
remus, & non extra eum crederet. Nam &
simili modo & virtus & sapientia dei voca-
tur, vt eadem ratione de ipso intelligatur.
Si.n.dixisset, deus & deus: non illum de se
esse

esse significauerat: sed duos fecerat deos, qđ
vnitati aduersum est. Hæc ratio in diuinis
libris est, vt significatus deus Christus, mo-
dum nõ excedat dei vnius. Quàm aũt illud
tuũ stultũ est Photine, q̃ sic distinguis in ca
Ioan.1. pite Euangelij Ioannis, ne verbũ deus dica-
tur. Sic.n.legis, In principio erat verbũ, &
verbũ erat apud deum & deus erat verbum
hoc in principio erat apud deum. Quid sibi
vult hæc distinctio? quem indicat sensum?
quã significat pietatis rationem, nisi solam
E aduersus dei filium inimicitiam? Quæ.n.
significatio est pronunciantis, & verbũ erat
apud deum & deus erat? Hæc ergo legis ve
stræ sapientia est vt doceat, quia est deus?
Quæ lingua est, & quæ gens, quæ terra, quę
secta, quæ neget deum esse? Et vt quid insi-
Ioan.1. nuet dicit, Et verbum erat apud deum: Aut
verbum hoc quid vult intelligi, nisi rationẽ
eius ostendat? Non.n. propter deum Euan-
gelium legitur siue scribitur, de quo nemo
dubitat, sed propter verbũ de quo quæstio-
nes fiunt. Mysteriũ.n. dei, q̃ ideo creditur,
quia non est omnibus manifestum: ideoq;
scriptura contendit docere quid sit verbum
dicens, Et verbum erat apud deum, & deus
erat verbũ, hoc erat in principio apud deũ.
Istud & rationi conuenit, & pronunciatio
integra est. Ostẽdit.n. quia verbum hoc qđ
in principio apud deum erat, & deus erat:
sacramento mysterij æterni dei, quod igno-
tum erat à seculis & generationibus, deus
verbum apud deum patrem fuisse credatur.
Et quia carnalibus in dubium venit, qui vo
lunt scripturam pro sensus sui loqui capaci-
tate, fides posita est, quæ sensum scripturæ
secuta, præmium mereatur. Salomoni cum
F sapientiam à deo postulasset, responsum à
3.Re.3. dño est, Ecce dedi tibi, inquit, cor sapiens &
prudens, quale nõ fuit ante te, & post te nõ
exurget vir similis tibi. Quid dicemus? ve-
rum est quod promisit deus? Immo verum
est. Nemo ergo hominum similis erit Salo-
moni. Et quid videbitur de Christo, qui in-
Mat.12. ter cætera, Regina, inquit, Austri venit ab
vltimis terræ audire sapiẽtiam Salomonis?
& ecce plus Salomone hic. Nunc elige cui
credas Photine, deo an Christo patri an fi-
lio? Si patri credis, arguis filium: si filio cre
dis, accusas patrem. Si enim homo tantum
est Christus, frustra se p[illegible]posuit Salomoni
contra promissum dei: si autem intelligitur
esse & deus, digne se anteposuit Salomoni,
& promissum contaminatum est dei, quia
nõ exurrexit homo similis Salomoni. Chri
stus enim idcirco se potiorem ostendit, quia
deus est. O dementia Photini, qui Christũ
ante Mariam fateri nõ vult, quem voce sua
audit testantem quòd ante Abraham sit.
Cum enim de tempore agèrent cum eo Iu-
dæi dicentes, Quinquaginta annos nondũ
habes, & Abraham vidisti. Respondit eis, Ioan.8.
Amen dico vobis, antequam Abraham fie-
ret ego sum. non dixit, melior sum: sed ad
interrogata respondit, quia ante erat quàm
putabant Iudæi. Maledictum planè legis G
Photinus euadere nõ potest, quia spem suã
habet in Christo quem tantũ hominem di-
cit, cum legat, Maledictus homo qui spem Hie.17.
habet in homine. Apostolus autem sciens
Christum deum, ideo & in præsenti & in
futuro spem esse in eo ait, Si in hac tantum
vita, inquit, sperantes, sumus in Christo, mi
serabiliores sumus omnibus hominibus. 1.Co.15
Non ergo homo tantũ est in quo spem ha-
bere docemur, quia vana spes in homine.
Hæc diximus pauca de multis, sufficeret
enim, si bonæ mentis esset, Photino hoc so-
lum quod postremum posuimus. Quo- 92
modo intelligatur qđ dicit saluator, Pacem Ioã.14.
do vobis, pacem meam relinquo vobis: non
sicut hic mundus dat, ego do vobis. Qui
pacem suscipit Saluatoris, inimicitiam con
trahet mundi. Nisi enim discordauerit cum
diabolo, pacem non habebit cum Christo. Matt.6.
Nemo enim potest duobus dñis seruire.
Hic ergo à mundo discordat, qui legi dei
fideliter seruit, Christi pace munitus, om-
nium aduersariorum comprimit tela. Quis
enim audeat aduersus eum quem scit regis
amicum? Aliter tamen mundus pacem dat
quàm se Saluator dare promisit. Mũdus .n.
aut metu dat pacem aut prece. Saluator ve- H
rò cum sit fortissimus omnium, nullum vti
que metuens, non rogatus dat pacem. Salua-
[illegible]ris ergo hæc pax est, quæ idcirco datur, vt
[illegible]unimentum sit contra hostes. Pax quidẽ
[illegible]no nomine appellatur, sed longo interual-
[illegible]o discernitur, dei & mundi. Hæc enim fra-
[illegible]ilis est, illa fortis: hæc carnea, illa spirita-
[illegible]lis: hæc terrena, illa cœlestis: hæc de neces-
sitate est, illa de voluntate. Christus enim
nullius egẽs, pacem offert inualidis & iner
mibus, dominus seruis, bonus malis, deus ho Ioã.14.
minibus. Rectè ergo ait, Non sicut hic mũ
dus dat, ego do vobis: hoc enim dicens, intel
ligi voluit [illegible]mentam bonæ voluntatis suę.
Cum enim omnis idcirco det pacẽ vt pro-
ficiat

ficiat sibi,hic, id est, Saluator,ad hoc dat,vt
prosit non sibi,sed eis quibus dat. Aliter er-
go mundus dat pacem q̃ dedit Saluator. Et
mundi pax nõ docet bonam vitam, nõ suа-
det ad patientiam, nõ prouocat ad iustitiã,
non hortatur ad misericordiã, non promit-
tit æternam vitam. Quicunq; enim acceпe-
rit pacem Christi, alienus erit a vitijs hu-
ius mundi, quæ militant aduersus animam.
93 Quærendum an spiritumsanctũ habue-
rint Apostoli tempore illo cum fuerint in
terra cum dño:quia inter multa dicit Euan
gelista,Spũs nondum erat datus,quia Iesus
nondum fuerat glorificatus. Et in alio loco,
Ioan. 7. Si diligitis me, ait, præcepta mea seruate, &
Ioã. 14. ego rogabo patrem,& alium paracletum da-
bit vobis,vt vobiscum sit in æternum, spiri
tum veritatis,quem mundus non potest ac-
cipere,quia nõ vidit nec cognoscit eũ : vos
videtis eum & cognoscitis, quia apud vos
manet,& vobiscum est. Quid est hoc?negat
datum spiritum ante passionem:rogaturum
autem se promittit & patrem vt mittat eũ.
Item subiecit, quia cum ipsis erat, & mane-
bat apud eos. Legitur post resurrectionem
Ioã. 20. autem insufflasse & dixisse eis, Accipite spiri
Acto. 2. tumsanctum. In Pentecoste autẽ descendis-
se legitur spiritussanctus in Apostolos. Tan
tas video in hac causa perturbationes,vt qd
tenendũ sit nesciam. In his omnibus quæ
proposita sunt non vna est causa. Breuiter
enim singularum causarum significatæ sunt
formæ, quia vnus quidem est spiritus, sed
dona habet multa. Cum ergo legitur spi-
ritussanctus, intelligi debet & eius officium
in quo sit significatus. Nam & cum in eis
erat & venturus erat,non est falsum. Sed si
nõ istud ad personam trahas,sed ad naturã.
Alterum enim venturum à patre promisit
K Christus,vt quia indifferens est eorum diui
nitas, in præsentia Christi non putetur ab-
sens spiritussanctus,& in aduentu & in app
rẽtia spiritussancti præsens æstimetur Chi
stus. Ideo cum venturum eum promittit,
dicit, Vos videtis eum,quia apud vos manet
& vobiscum est. Vt securi essent Apostoli
quia post ascẽsionem dñi non minorem aut
degenerem ad tuitionem habituri essent pa
storem aut regem.Nã non est dubium non
datum esse credentibus spiritum, nisi sicut
Euãgelista testatur, postquam deuicta mor
te resurgẽs clarificatus est dñs. Ipsius enim
triumphantis domini verba sunt & dicẽtis.
Quia Ioannes quidẽ baptizauit aqua, vos
autem baptizabimini spiritusancto, quẽ ac-
cepturi estis non post multos hos dies: hoc
tempore quo ascendere ad patrem disposuit
interfatus videtur.Illud autem q̃ insufflas-
se in discipulos dñs legitur post dies paucos
resurrectionis suæ & dixisse, Accipite spiri-
tumsanctum, ecclesiastica potestas collatæ
intelligitur esse. Quia enim omnia in tradi
tione dominica per spiritumsanctũ agũtur,
idcirco cum regula eis & forma traditur hu
ius disciplinę,dicitur eis,Accipite spiritum-
sanctum. Et quia vere ad ius ecclesiasticum L
pertinet,statim subiecit dicens,Cuius tenue Ioã.20.
ritis peccata,tenebuntur: & cuius remiseri-
tis,remittentur ei. Inspiratio ergo hæc,gra-
tia quædam est quæ per traditionẽ infundi-
tur ordinatis, per quã commendatiores ha-
beantur.Vũ Apostolus dicit ad Timotheũ, 1.Ti.4.
Noli, inquit, negligere gratiam quæ est in
te, quæ data est tibi per impositionem ma-
nuũ presbyterij. Semel ergo fieri oportuit,
vt de cætero traditio ista non sine dono spi
ritussancti esse crederet. Sicut enim in Sal-
uatore forma data est visibiliter,vt post ba-
ptismum spiritussanctus credentibus de cæ-
tero inuisibiliter dari,non ambigeretur, Ita
& in supradicta causa forma data est in prin
cipio, vt ex eo traditioni ecclesiasticæ spiri- Tres of-
tussanctus infusus credatur. Vt autem Apo ficiorum
stoli præsente domino virtutes facerent,po formæ
testas data est sicut & prius Prophetis. Triũ dono spi
ergo officiorũ formæ doni spũssancti in A- rituſan-
postolis sunt ostensæ: Quarũ prima est hęc ti in
quæ ad ius ecclesiasticũ pertinet in regene- Apostо-
randis vel cæteris officijs. Secunda,quæ in lis.
Pentecoste data est, quæ est generalis. Non
solum.n.in Apostolos,verumetiã in omnes
decidit spiritussanctus credentes. Tertia for M
ma est,quæ solis Apostolis concessa est in si-
gnis ac virtutibus faciendis, vsque dum fi-
dei semina iacerentur ad crementum. Semi
na enim fidei sunt virtutes per Apostolos
factæ. Ipsi enim antistites positi sunt huius
veritatis,qui p signa & prodigia nõ irratio-
nabilem esse fidẽ nostrã testarentur. Nulla
enim probatio maior est veritatis q̃ virtus.
Hæc est enim quæ omnem terrenã philoso
phiam accusat, quia semper solis verbis stu-
duit, nõ habens testimonium virtutis quæ
stabile esse qd verbis astructum erat,demõ
straret. Igitur s[illegible]ussanctus generaliter se
mel datur omnibus credentibus,per quẽ fi-
lij dei esse probentur dum manet in eis. In
signis vero & prodigijs faciẽdis non manet
in

in homine, sed vocatus aduenit aut suggerit
necessaria & recedit. Similiter & in traditio
ne vel ordinatione de foris gratiam præstat,
tuitionem etiam deferens deuotis fidei.
Quærendum est, si Iudas Scariothes prodi
tor domini,ante passionẽ Saluatoris laqueo
94 vitam finiuit. Tradito Saluatore & illuce
scente parasceue, omnes principes sacerdo-
tum & scribæ & seniores cõuenerunt in do
mum Caiphæ pontificis,quo perducendum
sciebant esse Iesum, vt audirent eum. Hoc
A Matthæus & Marcus Euangelistæ testãtur,
& nullum ex his ante perfectum impium
opus à domo præsidis abscessisse, quippe cũ
omnis instantia eorum & deuotio ad agen-
dum Pascha mors esset Saluatoris. Occupa-
tis ergo eis ad necem domini,à mane vsque
ad horã nonam, qũo Iudas eis retulisse pre-
cium sanguinis quod acceperat ante crucem
domini probatur, & dixisse illis in templo,
Ioã. 27: Peccaui quòd tradiderim sanguinem iustũ :
cum constet vtique omnes principes & se-
Ibidem. niores ante passionem domini non fuisse in
templo? Quippe cum etiam in cruce posi-
to insultarent ei. Non enim inde potest p-
bari, quia ante passionem relatum est, cum
sint multa quæ cum ante facta probentur
nouissima ordinantur: Et iterum quando
locus admittit, vt quod post factum est ante
ponatur. Nam manifestum est vtique quin-
quagesimum Psalmum anteriorem esse
quàm tertium. Sic ergo aliquando euenit
vt anticipentur quæ posteriora sunt. Vnde
& Maria quæ post resurrectionem fratris
sui Lazari,ante sex dies Paschæ in cœna vn
guento pedes domini vnxisse probetur: p-
pter significationem eius anticipatum est
H ab Euangelista dicente inter cætera, Maria
autem erat,inquit, quæ vnxit dominum vn
B guento. Hoc refert antequam Lazarus mo-
reretur: quod nisi postea factum inueniremus, nescieremus quo tempore factum esset.
Mat.27. Sed ne forte post nonam horam factum sit,
vt videns impius & crudelissimus Iudas oc
cisum Saluatorem, & ob hoc velum templi
scissum, terram tremuisse,saxa fissa,elemen-
ta conterrita: ipso metu correptus, doluc-
rit, non nescius iustum se tradidisse, in cu-
ius passione sic indignatus sit iudex deus.
Sed & post nonam horam occupati erant
sicut æstimo, seniores & principes sacerdo-
tum. Vespere enim eadem die Pascha actu-
ri erant, sabbato autem nummos portare
non licebat secundum legem,ac per hoc im-
probabile est apud me, quo die, immo quo
tempore laqueo vitam finierit Iudas scario-
thes. Vnde orta sit obseruatio Penteeostes
vel qua ratione. Non est ambiguum cun 95
cta religionis nostræ vero testimonio robo
rari, & legis veteris prærogatiua signari.
Omnia enim præterita legis veteris, in fi-
gura fidei nostræ futuræ gesta & designata
noscuntur,vt verum nos tenere non ambi-
geremus, quando ea quæ nunc & audimus
& credimus ante secula prædestinata vide-
mus,non solum vocibus, verumetiam signo
rum virtutibus commendata. Sed nunc il-
lud est, si eodem modo vt designata sunt à C
nobis intelligantur, vt dies Pentecostes, vn
de & qua ratione tractus sit congrue digno
scamus. Scripturæ.n. dominicæ sensus suos
solicitis & deuotis aperiunt, negligentibus
claudunt. Nec enim par erat vt res quæ me
ritis ac dignis seruatæ sunt, passim ab om
nibus viderentur. Pentecoste ergo,qui quin
quagesimus à Pascha computatur dies:hanc
habet rationem, vt sicut post hebdomadam
dominicus dies primus est, in quo adimple
tum est Paschæ mysterium in redemptio-
nem salutis humanæ, quia semper post cur-
ricula dierum septem, ad primum reuerti
necesse est, vt ostendatur ætatem mundi se-
ptenario numero consummari, & ad requiẽ
peruenire, Ita & post hebdomadas septem,
primus dies est Pentecoste. Denique nun- Penteco
quam alio die quàm die dominico Penteco ste cur
ste est,vt totum quod ad salutem humanam sit domi-
pertinet, dominico die & inchoatum & ad- nico die.
impletum noscatur. Dominico enim die fa
ctus est mundus, & post lapsum rursus do-
minico die reformatus, cuius reformatio-
nis figura data est primum in circuncisione,
in qua futuræ fidei signum fuit. Post hebdo-
madam enim qui octauus dictus est, pri- D
mus est in mysterio. Hæc est enim dies quã
fecit dominus. Vnum eum diem fecit, ex
quo cæteri curricula sortirentur, Ac p hoc
ipso die resurrexit quẽ fecit, & secundũ nu-
merum supradictæ rationis, ipso die & in
monte Sina legẽ dedit per famulũ suũ Moy
sen:vt sicut agnus figura passionis domini
fuit in sacramentum Paschæ, ita & legislа-
tio Euangelicæ prædicationis: quia eodem
die,idest Pentecostes lex data est,quo & spi-
ritussanctus decidit in discipulos, vt autho-
ritatem caperent, ac scirent Euangelicũ ius
prædicare. Quod factum duplici testimo-
nio confirmatur, quia & prædestinatum
ostenditur,

ostenditur,& manifesta spiritussancti infusione diuinum & supercœleste probatur ad legis nostræ testimonium perhibẽdum. Cũ .n.incognitis sibi imperiti diuersis linguis magnalia dei loquuntur, diuinitus se inspiratos ostendunt. Filijs ergo Israel tertio die mensis tertij data est lex per Moysen,
Exo.19. sicut in libro Exodi continetur, qui dies à quartadecima mensis primi,quo die factum est Pascha in Aegypto, quinquagesimus ẽ, hoc est Pentecostes. Vnde factum est, vt ad legem fidei prædicandam in Pentecoste spiritussanctus descenderet in Apostolos,vt ge
E sta veterum, futurorum imagines haberen-
Acto. 1. tur ad securitatem fidei nostræ, quia falsum videri non potest quod ab initio prædicatũ est. Ideo remissionis & reformationis tẽpus
Psal.50. in quinquagesimo Psalmo describitur, vt
Exo.16. eadem prouidentia quinquagesimi diei, quæ & primi est,sciretur. Hinc factum est vt & manna primo die,qui est dominicus, è cœlo daretur populo Iudæorum:quod ita esse sex dierum continuatio probat quibus collegerunt, & septimo die.i.sabbato quieuerunt. Manna aũt typus est escæ spiritalis, q̃ resurrectionis dñi veritas facta est in Eucharistiæ mysterio. Omnia itaq; gesta sunt, vt ad causam primæ resurrectionis incolumia reuertantur,& non glorietur Satanas, sed hebescat,q̃ hominẽ falsa spe deiecit, ne in hoc maneret quod factũ est p Christum dñm. Nunc supereſt vt probemus, si ita intelligẽ
Exo.12. da sunt q̃ diximus,vtsupra memorauimus. Mensis primus quo Pascha quartadecima die celebratũ est in Aegypto,hæc dies quarta feria fuit, Vnde & lex quarta feria data est. Quod hinc datur intelligi, quia quintodecimo die mẽsis secundi profectionis filiorum Israel sabbatum videtur fuisse: idcirco
F non in die grex illis missus est coturnicum,
Exo.16. sed vespere. Mane aũt manna pluit de cœlo .i. die dominico, qui primus post hebdomadam in repetitione inuenitur. Denique se diebus continuis manna collegerunt, septimo aũt die,q̃ est sabbatum,quieuerunt. Ab hoc ergo die vsq; ad tertij mensis diem tertiũ quo lex data est quęre,& inuenies quartam feriam fuisse qũ lex data est. Sunt.n.à quintodecimo die mensis secundi, qũ sabbatum fuit, vsq; ad tertium diem mensis tertij quo lex data est,dies decem & nouem. Tene ergo hos decẽ & nouem, & redi supra quintumdecimum diem secundi mensis quo sabbatum fuit, qui à primo comp..tur quartusdecimus: & perueni vsque ad diem primum secundi mensis, & habebis alios quatuordecim, quos superiunge ad decẽ & nouem supra memoratos, & inuenies primum diem mensis secundi sabbatũ fuisse.superadde adhuc ad caput primi mensis dies septem & decem, quia primi mensis tredecim dies retrahendi sunt, qui ante Pascha fuerunt. Quartadecima.n.die primi mensis Pascha factum est. Retractis ergo tredecim,& addi tis septem & decem, inuenies quartadecima mensis primi quartam feriam fuisse. Et ne G Videtur
legendi fastidiũ patiaris,aut quæstionis singula membra inspicere curiose do compendiom, vt de numero dierum quot à Pascha vsque ad datam legem sunt certus sis,& ab ipso facilius discas, quota feria factũ est Pascha. Tertio die post secundum mensem lex data est. Sunt ergo menses duo & dies tres. Retrahe ergo de his tredecim dies qui ante Pascha fuerunt, & reliqui erunt dies quinquaginta. Qm autem quarta feria data est lex, hinc facile videtur: manna prima feria datum est, quia continuis sex diebus collegerũt, quæ prima feria sextodecimo die fuit mensis secundi. Ab hac itaque prima feria vsque ad octauumdecimum diem quo lex data est,quartam feriam inuenies. A feria vero quarta,siue ante, siue retro computes in quinquagesimum diem,quarta feria est. Idcirco quia quarta feria Pascha egerunt in Aegypto Iudæi,& quarta feria legem acceperunt. Quinta autem feria profecti sunt de Aegypto. Igitur dedicatio legis est Pentecoste. Quærendum si Pascha transitus 96
interpretetur sicut Græcis videtur. An 1.Co.5.
Apostolus falli non potuit qui ait, Pascha
nostrum immolatus est Christus? Quod H
non suum vtique sed legis est verbum, dicente Moyse, Et erit cum dicent vobis filij vestri, quæ est de seruitio hæc? Et dicetis, Immolatio hæc Pascha domini est. Quid amplius est necessarium ad testimonium? Lex loquitur, Apostolus probat: hoc supereſt,vt contradictor abijciatur, vt peruicax. Manifestum est.n.transitũ post Pascha fuisse, De sanguine enim immolati agni, super postes ostij & super limen posuerunt, vt transiens nocte angelus, non percuteret domum in qua signum sanguinis esset. Sanguis igitur salu.. præstitit, non transitus: quia vt transitus non noceret, obstitit sanguis. Qua ratione responderi possit Ar- 97
rij impietati similiter ex lege. Si ra-
tioni

tioni fides commodetur, ipsa nominum ratio patris & filij ostenderet vnitatẽ. Si quęris quomodo? Non enim verus dei filius diceretur, nisi extitisset de substantia dei patris. Nec enim pateretur veritas & iustitia dei verum dicere filium si deipso non esset. Non est enim verus dei filius,si de ipso non est. Sed scriptura dicit,verus est: ergo de ipso est. Qui enim negat de deo natum Chri
I stum,scripturæ calumniam facit, quæ ideo illum dicit verum dei filium,vt significet de deo hunc natum. Si enim non est de deo,& verus filius dei dicitur, fallax est scriptura. Quòd si scriptura non fallit, qui Christũ non fatetur extitisse ex deo, & scripturam euacuat, & Christum negat verum filium dei. Non enim voluntas verum filium facit, sed natiuitas. Sed potentię,inquiũt,dei hoc subest,vt falsa faciat vera. Immo potentia dei hæc est,vnde & omni laude dignus est, quia verum apud illum verum est,& falsum falsum est. Nam istud mendacis est,vt falsum dicat verum: quod deo non competit. Nam omnia quidem potest deus, sed non facit,nisi quod conueniat veritati eius atq; iustitiæ: Manifestum igitur est idcirco uerum dici filium Dei Christum,vt proprius
Rom.8. .i.de substantia eius natus intelligatur. Vn-
Phili.2. de inquit Apostolus. Qui proprio filio suo non pepercit. Et in alia epistola, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Si ergo non rapinã arbitratus est, dicens se parem deo, verum se filium dei demonstrauit, Deo enim par esse non poterat, nisi esset de ipso. Pares.n. hi sunt, qui aut ambo veri sunt, aut ambo
K falsi. Nec enim parilitatem recipit cœptum & æternum aut vnitatem. Vnum enim se es
Ioan. 5. se dicendo Christus cũ patre, parem se deo fecit. Non solum enim inquit, soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens Deo, hoc est, parem. Nonne manifestum est æqualitatem hanc de proprietate natiuitatis descendere? proprium enim se, id est, verum dicens dei filiũ,æqualem se faciebat deo. Hinc est vnde
Ioã. 14. dicit,Qui videt me,videt & patrem meum. Per illud enim quòd cõsubstantij sunt, qui
Ioan. 5. vnum videt,ambos videt. Sicut enim habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso: hoc est, æqualẽ sibi genuit filium pater, Et omnia quæ patris sunt,filij sunt: & quę sunt filij, patris sunt, & nemo potest quicquam rapere de manu patris neq; de manu filij. Et subiecit, Ego & pater vnus sumus. Et verba quæ,inquit,loquor vobis, à meipso non loquor: pater autem manens in me ipse loquitur,& opera quæ facio, ipse facit. Credite mihi,quia ego in patre & pater in me est, alioquin vel ppter opera ipsa credite. Quia enim generatio à semetipsa non est, sed ab eo qui genuit,idcirco quicquid facit: factũ dicit patris: vt per hæc omnia illud firmetur,quia ideo verus dicitur filius Dei Chri- L
stus,vt de ipso natus credatur,ne & substantia eius extra vnius dei naturam existimaretur. Humilitas ergo eius maxima exaltatio est. Cum .n. videtur se subijcere dicens, Verba quæ loquor vobis à meipso non loquor: pater.n.manens in me,ipse loquitur, & opera quæ ego facio, ipse facit: probat se originẽ à deo habere & virtutem eius se esse ostendit,dum non quod est,à semetipso esse dicit,sed ab ipso. Per hoc.n. cõmendatur Christus non inclinatur. Qui.n.à se loquit, verus filius non est. Vides ergo quia Arriani inde male intelligunt Christũ, vnde bene intelligendus est: & inde illũ improbant & falsum dicunt, vnde verus dei esse filius approbatur. Nam clarificandũ se a patre postulat,& clarificare se patrem qm petit, promittit, & vbi se humilare videtur, exaltat. Pater.n.cum testimonium dat filio suo, laudem suam testatur, Filius vero cum prædicat patrem,gloriam suã manifestat. Magnificentia.n.& nobilitas patris, generositas est veri filij, Ideo quicquid patris dicitur esse, est & filij sine dubio:& quod filij dicitur esse,est & patris. Nã qui spiritus dicitur dei, idem spiritus dicitur & Christi. Ecclesia di- M
citur dei,dicitur & Christi. Adoratur deus, adoratur & Christus. Seruitur deo,seruitur & Christo. Sancti dicuntur sacerdotes dei, dicuntur & sacerdotes Christi. Templum ciuitatis sanctæ dicitur dei, similiter & Christi. Lumine dei illustrari dicitur ciuitas sancta,eodem modo & Christi. Sedes dei est, necnon & Christi. Iudex deus est, est & Christus: Quia Esaias Propheta in throno
maiestatis Christum vidit sedentem domi- Esa.6.
num sabaoth, quod Arriani non negant. De Deo patre legitur, quòd rex regum sit & dominus dominorum:eadem & de Chri- 1.Ti.6.
sto filio Dei vero. Sic vbique diuinitate Apo.19.
exæquantur pater & filius, vt vnius Dei modum non egrediatur numerus personarum. In patrem autem & filium nihil

Universidad de Deusto Biblioteca

intereſt niſi hoc ſolum, quia pater ingenitus eſt, filius vero genitus: id eſt, pater à nullo eſt, filius autem de patre, quod quidem ſublime eſt in filio. Hinc enim addiſcitur nobilitas eius æternitatis, & qa verus filius eſt veri patris. Vnde eſt enim illud quod legi-
Gene. 1. tur in Geneſi dicente deo. Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã. Itaq; ſi imago eorum & ſimilitudo vna eſt
A quomodo non vnum ſunt & natura? In ſpiritalibus enim vbi vtique non ſunt figuræ, ſimile non erit aliquid niſi per ſubſtantiam, vt vbi duorum imago vna eſt, quomodo nõ eorum vna erit ſubſtantia? Idcirco enim imaginem eorum & ſimilitudinem vnam eſſe legimus, vt eorum vnum nihil differre ab altero crederemus: hoc eſt, verum dei filium eſſe Chriſtum, quia nõ eſt diſpar à generante natiuitas. Deniq; Iudæi intelligentes, qa proprium ſibi patrem dicebat deum: dicunt
Ioã. 19. ad Pilatum, Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium dei ſe fecit. Iudæi intellexerunt, & Chriſtiani ſe dicunt non intelligere: qui non credebant, intelligebant, & qui ſe dicunt credere, faciunt ne intelligant. Vel hoc ſaltem admitterent, quod Propheta Eſaias: vt Chriſtum nõ à ſe metipſo quidẽ, ſed de deo deũ eſſe ſignifica-
Eſa. 45. ret, inter cætera ait, Poſt te ſequentur alligati vinculis, & adorabunt te, & te deprecabunt, qm̃ in te eſt deus, & non eſt deus præter te, Tu enim es deus, et neſciebamus, deus Iſrael ſaluator. Quantum ad bonam mentẽ pertinet, hæc manifeſta ſunt. His enim & pater in filio eſſe probatur: & filius deus eiuſdem ſubſtantiæ quia pater eſt ſignificatur, In quo. n. deus eſt, & præter ipſum deus nõ
B eſt, & ipſe deus eſt, quid aliud poterit dici, q̃ hoc quod pater eſt deus, & nec differre in aliquo? Hoc eſt. n. duos eſſe vnum, In ipſo enim deus eſt, quia quanuis deus ſit, non tñ ex ſe deus eſt, Eſt. n. à patre, quia filius eſt. Præter ipſum aũt non eſt deus, quia vnicus patris filius eſt. Ipſe aũt eſt deus, quia vna arq; eadem ſubſtantia dei & Chriſti eſt. Nihil igitur ambiguitatis relinquitur, vt patris & filij vna eſſe credatur ſubſtantia. Ve-
Ear. 3. rus enim filius & ueri patris eſt. Tale. n. etiã illud Hieremiæ Prophetæ eſt, dicit. n. inter alia, Hic deus noſter, & non æſtimabitur alter ad eum; hic adinuenit omnem uiam ſcientiæ, & dedit eam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſibi. Poſt hæc in terris viſus eſt, & inter homines conuerſatus eſt. Nunquid de degenere poteſt dici, ad quem alius non poteſt æſtimari? aut alius deus quàm pater eſt poterit dici, vt deo proficiat ad iniuriam patri? Si enim æſtimari ad eum alter deus non poteſt, & abſque deo patre eſt: videte an debeat dici id quod ſequitur, periculoſum eſt enim, Maior enim patre dicetur. Putantes enim ſe deo patri deferre, ſi ab eo C
filium ſegregent, derogant ei: vt quem minorem volunt facere, impia obcæcati mente, præponant eum illi cuius authoritati inclinandum hunc putant. Scriptura autem vt nihil filium à patre differre doceret, differret autem ſi non eſſet verus, alium nullum dicit æſtimandum ad eum, quia nulla alia ſubſtantia poterit ſimilis reperiri ſubſtantiæ dei, quæ eſt & Chriſti. Aliter ſiquidem Chriſtum de deo eſſe docere non poterat, quàm vt nullum diceret alium æſtimandum ad eum. Sciens enim deo patri nullo modo dici poſſe ſubiectum filium eius, vt hinc patrem eſſe oſtenderet, Non æſtimabitur, inquit, alter ad eum: quia patri deo, quoniam deus eſt, æqualis eſt, verus enim eius filius eſt. Igitur Propheta ait, Hic eſt deus: non, Hic eſt deus Iſrael. Si hic eſt, ipſe eſt deus vnus. De iſto enim dicit
Deut. 6. ſcriptura. Audi Iſrael, dominus deus tuus deus unus eſt: & certe non eſt hic pater, ſed & filius eius. Vides ergo non præiudicare vni deo perſonã filij, ſi & ipſe vnus deus dicatur, Quippe cum hoc ſcriptura teſtetur. Vnde hoc, niſi quia non vnum ſunt pater & filius, quia non perſonis ſignificatur vnitas, ſed natura: nõ ſubſtantia duo ſunt, ſed unũ: nec duo diuinitate, ſed vnus deus, ut ſiue loquatur pater, ſiue loquat filius, vnus deus locutus dicatur. Nam ſi ipſe dominus inter D
Gene. 2 cætera de mare & fœmina, Iam nõ ſunt, inquit duo, ſed vna caro: quanto magis pater & filius non duo dij ſunt, ſed vna ſubſtantia? Vt autem duo dicantur pater & filius, cauſa eſt natiuitatis. Ne autem iterũ duo dij ſint, cauſa eſt unitas diuinitatis. Qua tamẽ hebetudine Chriſtum creatum. i. factũ, prædicant, cum legatur nihil deũ ſine Chri
Ioan. 1. ſto feciſſe? Si ergo ſine illo nihil factum eſt, non erit ipſe factura. Si enim factura eſt, factum eſt aliquid ſine ipſo Sed abſit, quia nihil ſine illo, Natus enim de deo non eſſe cœpit, ſed ſemp extitit. Natiuitas. n. nihil eſt aliud q̃ exitio, Exitio autem manifeſtatio eſt. Itaque non factus, ſed editus eſt. Vt enim Chriſtus de eſſẽtia dei exiſſe uel proceſſiſſe ſignificaretur, exitio eius natiuitas appellata eſt: vt quia non diſpar eſt à genitore natiuitas, conſubſtantiuus eſſe deo Chriſtus nõ ambigeretur, & mens illa quæ ait, Erat quãdo non erat, damnaretur: quia non poteſt aliquando non fuiſſe, qui vt apud deum ſemper fuiſſe ſignificaretur, de deo legitur proceſsiſſe. Nemo enim de deo proceſsit vbi non fuit. Solent quippe Arriani ſic interpre-
E tari de filio dei dicentes, Ideo verus dei filius Chriſtus dicitur, quia ſic illum fecit vt verus ſit quaſi ſit aliquid falſum quod faciat deus verum, Et illa omnia quæ ſupra diximus de vnitate patris & filij, quid erat, cum ſic roborata ſint & firmata: ſi hic aliter ſentiendum putauit, multa poterunt diuinis ſolidata oraculis vnius conuelli degeneris teſtimonio. Amputandum eſt tamen, ne ſibi vel de eoipſo blandiatur iniquitas. Igitur ſic, inquit, illum fecit vt verus ſit, vt voluntas ceſſerit pro natiuitate, & factura pro generatione. Tantum enim dandum eſt, inquiunt, potentiæ dei, vt poſsit facere quæ non ſunt, tanquam quæ ſunt. Qm̃ ergo hæc aſtutiæ calliditate nituntur contra filiũ dei, ex ijs ipſis de quibus præſumũt, quia in reliquis ſunt conuicti, reſpondendum eſt eis, vt in tota ſumma conuicti appareant. Propoſitio enim hæc quãtum ad ſenſum pertinet, nullius momenti eſt: quantũ aũt ad verba, caliginẽ facit ne cito appareat. Sic eſt. n. ac ſi Aegyptius poſitus in obſcuro, quia cauſa mala bono ſenſu defendi nõ põt. Ad impietatẽ ergo defendẽdã ſacrilegis verbis vtuntur. Si itaq; hæc potentia dei, vt verum fa-
F ceret Chriſtum eſſe filium ſibi, cum de ipſo non eſſet natus: ergo tale illum fecit qualis ipſe eſt, vt hoc præſtiterit factura, quod datura erat generatio. Si ergo nihil intereſſe dicitis inter deum & Chriſtum, poterit forte putari, quia non hoc malitioſe à vobis aſſeritur, vt quod in voce dicitur, hoc ſit & in ſenſu. Vt quia verus dicitur filius, verus ſentiatur per id quod vnius ſubſtantiæ eſt cum patre, licet non per generationem, ſed per facturam, quia totum poteſt deus, ſicut dicitis, vt factum ſic ſit quaſi infectum. Si autem rationis lineam ſequentes non poſſe dicitis quod initio continetur, æquale eſſe & conſubſtantiuũ cum eo quod æternum eſt reuelaris dolum malitiæ [illegible] quia vt ſenſum verbi elidatis, falſa voce Chriſtum verum eſſe filium dei dicitis, negantes ei quia æqualis eſt deo patri. Non enim verus eſt, ſi inæqualis. Nunquid poterit verus dici filius, ſi non verus dicatur & pater? Si enim verus eſt filius, erit verus & pater, quã veritatem æqualitas facit. Quòd ſi diſpares ſunt, neuter eorum verus eſt. Sed quoniam ſcripturarum teſtimonium irritum fieri nõ poteſt, quo Chriſtus verus dei filius approbatur, de deo patre natus credẽdus eſt, quia vt veritas hæc firmaretur, & par deo & æqualis legitur. At tu qui potentiam dei inæſtimabilem prædicas ais, Deus generare nõ G
poteſt, quia ſimplex natura eſt, Per quod etiam ipſi deo patri contumeliam facis. Mendacem enim iuſtum dicis, vt filium quem ille ſuum & verum aſſerit, deneges, & tuam hypocriſim detegas, quia falſo potentem deum prædicas. Si enim potentiam dei in id quod verum ex falſo factum aſſeris prædicas, ut quod uere uerum eſt illudas: quanto magis hoc amplecti deberes, ſi bonæ mẽtis eſſes, per quod uerum quod dicitur, uerũ probatur, & teſtimonium quod deus pater de filio ſuo dedit, uerum firmaretur? Nam
Mat. 19 dominus ait, Apud deum autem, inquit, omnia poſsibilia: vt quicquid hominibus impoſsibile uidetur, deo poſsibile ſit. Nam ſi
Ionæ. 2. ratio carnis reſpicitur, nec uirgo peperit, nec Ionas in uentre ceti vixit, nec mortui reſurgent, nec deus filium genuit, quia ſimplex natura non poteſt generare, quia nihil ſine commixtione generatur in hoc mũdo. Hęc omnia aut ſimul credẽda ſunt, aut ſimul refellenda. Si. n. ratio mundi tenẽda eſt, in his omnibus debet authoritatẽ habere. Quòd ſi aliqua ratio ſpũalium eſt, carnalis dicendus eſt, qui mundi ratione infectus, negat aliter qd fieri q̃ nouit. Aliud iterũ aſſolẽt ſua tergiuerſatione proponere. Aiunt. n. Vtrũ vo- H
lũtate pater genuit filiũ, an nõ? Vt cum audiunt vtiq; q̃ volũtate, ſtatim vt inimici dei filij reſpondeant, Ergo voluntas ante filium eſt, vt ex hoc non æternus appareat, quòd non vtique per natiuitatem initium acceperit, ſed extiterit. Et tamen ſi hoc putant, non ſolum ante filium erit voluntas, ſed & ante patrem, quia cauſa generationis pater & filius eſt, Infidelitas carnales ſenſus ſequitur in omnibus. Sic enim inducit cauſam dei quaſi hominis, vt ante deliberauerit & excogitauerit, vt generaret, quaſi infirmirati ſubiectus: cum in deo neque generatio ſine volũtate fuerit, neq; volũtas ſine generatione. Ipſe. n. voluntas, generatio eſt. Nam vtiq; commune dictum eſt, Fecit deus, ſecut

homo,sed aliter facit deus,aliter facit hõ,ita & in cæteris causis,Si.n.de deo dicendũ est, ut dignum est ei.Solent.n.etiam ipsi de deo patre aliam facere quæstionẽ dicẽtes. Accessit illi vt generaret, aut eius naturæ est, vt semper generet. Quod ideo asserunt,vt & deum mendacem asserant, qui se Christum I generasse testatur,& Christum nõ verum, sed adoptiuũ faciãt.Si.n.generauit,inquiũt, semper debet generare: vt quia non semper generat, nec Christum genuisse credatur: quasi mundum negetur fecisse, quia alios non facit. Quæ irreuerentia, quæ indisciplinatio est,legẽ deo ponere, vt si genuit,aut multos genuerit,aut vnum genera re non potuerit,nec ipsi domino credentes, qui se vnicum dei filium protestatus est.

Post hæc quæ supra ostensa sunt æqualia patri & filio,videamus an his concordant quę de spiritusancto scripta sunt, vt trinitas quã in salutari professione retinemus, non recipiat discrepantiam naturæ, quomodo non habeat fidei diuersitatem. Quanquam.n.salus sine aliquo ex his non sit,una eorum tamen videtur potestas quæ in se credentibus dat salutem. Quoniam ad testimonium filij verba patris protulimus, nunc ad testimonium spiritusancti, verbis vtamur filij quibus non differre à se spiritumsanctum Ioã. 14. protestat,vt cũ filio pater,& filius spũsancto testis est,vnius esse naturæ trinitas intelligatur. Dicit ergo inter cætera dominus,Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis. Cum alium paracletum mittendum dicit,se vtique paracletum promittit. Nam & legitur in Epistola Ioannis. Dicit enim, Habemus aduocatum apud patrem K Iesum Christum, qui exorat pro peccatis 1.Ioã.2. nostris. Et iterum dicit dominus, Ego sum Ioã. 14. veritas. Ecce aperta vnitas spiritussancti, & filij dei. Quæ enim de se loquitur filius, eadem loquitur & de spiritusancto. Nunc subijcienda sunt, quæ in huiusmodi sensum ordinat scriptura. Legitur in Esaia, quòd dominum sabaoth viderit in throno maiestatis sedentem,quem Ioannes Euangelista Christum esse intellexit dicẽs Esai. 6. inter alia, Hæc dicit Esaias quando vidit Ioã. 12. maiestatem eius, & locutus est de eo. Hinc Acto.28 Apostolus sanctum dicit esse spiritum. Ait enim in nouissima parte Actuũ Apostolorum, Bene locutus est spũsanctus ad patres vestros dicẽs, Aure audietis,& nõ intellige tis:&c. Hæc verba à dño sabaoth dicta sũt. Hic est vnus deus qui siue pater intelligat, siue filius,siue spiritussanctus, non est contrarium: quia vna eorum diuinitas & vna potestas est. Nam si vnius præfecti prætorio programmate, etiam cæteri præfecti iubere dicuntur propter authoritatem vnius potestatis,quanto magis in vnius dei imperio, si locutus vnus è tribus fuerit,non incongrue dicentur tres locuti? Etenim eorum natura & voluntas vna. Solent iterum L præiudicare spirituisancto, q̃ ideo degener intelligatur.quia in ordine tertius ponitur, cum tanta simplicitas sit in scripturis diuinis, vt aliquando inuenias tertium primum positum. Vt.n.causa se tulerit,sic & ponuntur. Nullius enim iniuria est,quia vna eorũ diuinitas est. Deniq; legimus in Esaia dicen Esa. 48. te domino,Ego sum primus,& ego in æternum: & manus mea fundauit terram:& dextera mea solidauit cœlum. Et in subiectis, Ego locutus sum, ego vocaui, ego adduxi eum,& prosperum iter eius feci:accedite ad me & audite hæc,Non in occulto ab initio locutus sum. Cum fierent,illic eram,& nũc dominus misit me & spiritus eius. Quem vis esse qui fundauit terram? Ipse enim dicit se missum esse. Nunquid patrem? Absit. Filius ergo est qui se missum dicit à deo & spiritusancto. Ecce paria sunt inter filium & spiritumsanctum. Sicut enim a patre & filio missus legitur spiritussanctus:ita & à deo & spiritusancto missus est Christus. Hoc enim solius patris peculiare est,ne missus dicatur. Accipite dicta Apostoli,qui alio ordine cõplectitur trinitatem. Dicit enim inter cætera in epistola ad Thessalonicenses secunda, M Dominus dirigat corda vestra in charitate 2.Thes.3 dei & in patientia Christi. Quem putas dicit dñm nisi spiritumsanctum? Et quid mirum, cum quem in throno maiestatis sedentem Esaias viderit,hic ipsum dicat spiritumsanctum dominum sabaoth, sicut supra ostẽdimus. Et Ioannes Apostolus deum intelligi in spiritusancto significat, inter cætera dicens,In hoc cognouimus quia deus in nobis manet, de spiritusancto quem dedit nobis. Si ergo per spiritum suum ipse in nobis 1. Ioã.4. manet,non ambigitur de deo esse spiritumsanctum. Et nec dubium est, quia quod de deo est, deus est. Hinc est vnde Apostolus dicit. Nemo scit quæ sunt in deo, nisi spiritus dei. Quomodo potest scire quæ in 1.Co.2. deo sunt, nisi sit eiusdem diuinitatis? Inferior

ferior enim natura non potest scire quid sit in potentiore: quanto magis creatura quid 1.Co.12 in conditore suo esset,scire non poterat? Et ad Corinthios in epistola prima, præterito ordine qui in traditione fidei est, à spiritusancto incipit gratiarum & mysteriorum memorare operationes: & subiungit,dominum Iesum: & tertium ponit deum, quem & in spiritusancto & in domino dicit operari: sicut ait, & dominus, Pater manens in Ioã. 14. me,ipse operatur. Per id enim quòd de deo patre est & spiritussanctus & Christus,operatio eorum opus est dei. Deniq; spiritumA sanctum idem dicit & deum,propter vnitatem naturæ. Cum ergo hoc loco idem deũ 1.Co.12 qui est, & dominus, dicat operari omnia in omnibus: inferius sic concludit dicens,Omnia autem hæc operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens vnicuiq; pro vt vult. Quid tam apertum, tres vnius esse operationis: quia operante vno, operari dicuntur tres. Quare,nisi quia vnius sunt diuinitatis? Nã non est ambiguum donum gratiarum proprie spiritumsanctum operari. Sed vt deum & dominum & spiritumsanctum vnum esse propter naturæ indifferentiã doceret, opus spiritussancti trium esse opus ostendit. Et vt manifestaret quia solius, quantum ad personam pertinet,spiritus sancti opus est,Hęc autem omnia,inquit, operatur vnus atque idem spiritus,diuidens vnicuiq; provt vult. Ideo, provt vult,quia voluntas eius voluntas est dei. Non enim dicit,provt vult deus, sed provt vult spiritus. Creatura enim co Luc.11. git se vt dei faciat voluntatem. Spiritus autem sanctus naturaliter hoc uult. Vt autem aperte luceat, q̃ omnia spiritussanctus operatur, dicit dominus inter cætera, Si enim ego in digito dei eijcio dæmonia,& cætera. B Digitum dei appellat spiritumsanctum, vt probet illum de deo esse. Denique Iudæos qui eum in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dæmonia dicebant, in spiritum sanctum blasphemasse testatus est. Moyses quoque quia per spiritumsanctum signa faciebat, confitentur magi dicentes, Digitus Exo. 8. dei hic est. Nam in actibus Apostolorum legimus, Deseruientibus autem eis & ieiunantibus domino,dixi spiritussanctus,Segregate mihi Barnabam & Saulum ad opus ad Acto.13 quod uocaui eos. Ecce [illegible]itur domino, & hoc spiritussanctus sibi vendicat. Vnde manifeste apparet hunc esse dominum sicut & Acto. 9. deum patrem. Et Saulum Christus de cælo uocauit, & misit prædicare, Et hoc simili modo sibi uendicat spiritussanctus dicendo, ad opus ad quod vocaui eos, Nam nemo ignorat Episcopos saluatorem Ecclesijs instituisse. Ipse enim priusquam in cœlos ascenderet, imponens manum Apostolis ordinauit eos Episcopos. Hoc Apostolus Acto.20 spirituisancto deputat cum dicit, Attendite uobis & omni gregi, in quo uos spiritussanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam domini Iesu. Et inter cætera dicit Petrus ad Acto.5. Ananiam, Anania, cur repleuit satanas cor tuum vt mentireris, spirituisancto? Et in- C fra,Non es enim inquit,hominibus sed deo mentitus. Apertum est spiritumsanctum dictum deum, cui mentitus Ananias, deo mentitus dicitur. Quòd si spiritumsanctũ minime voluisset deum intelligere, dixisset, non es mentitus hominibus, sed spirituisancto, vt neque deum hunc neq; hominem significaret. Et quid mirum? Apostolus enim aliquando templum dei hominem appellat,aliqñ uero templũ spiritussancti,propterea quia vnũ sunt natura.Si.n.deus minime intelligeretur spũsanctus, qua audacia diceret infra, Templũ dei sanctum est, 1.Co. 3. quod estis uos: quoniam unus deus in omnibus scripturis prædicatur: mysterium autem eius in trinitate adoratur. Idcirco sic ait scriptura, ut sub unius dei professione ea quæ de ipso sunt, id est, filius & spiritussanctus eius, in eodem honore intelligatur, in quo deus est, Quia ideo sacramentum reuelatum est dei, ut gloria eius in trinitate significaretur. Quamobrem non plena autoritate deus uocatur quod de deo est, ne alterum absque eo qui unus est facere credatur. Sed intellectum dat ut credamus ea ratione in trinitate creaturæ salutem consistere, quia una est eorum diuinitas. Ne- D que enim possent simul iungi, & in ordine poni creator, & creaturæ, dominus & serui æternitas, & quæ sub initio sunt. Quippe cum sine vno eorum, salus nulli sit. Ad iniuriã enim uocatur omne quod deus est, siue filius, siue spiritussanctus, si extra unius dei honorem deputetur, & gloriam. Scripturę igitur ostendunt Christum deũ, ostendunt spiritumsanctum deum, ut uidentes sciant quid sic ostenditur. Tale est si quis gemmam ostendat non clamans quia gemma est: nunquid quia ille non clamat, non erit [illegible]mma quæ uidetur? Ita & scripturæ ostendunt per ea, quæ supra tractata

sunt, quid credere debeamus intra vnius dei fidem sensum nostrum concludens mysterio trinitatis.

QVAESTIONES EX vtroque mixtim.

98

Quomodo in Euangelio Ioannis diabolus dicatur habere patrem, sicut supra secunda parte quęstione nonagesima disquisitum est.

E

Ioan. 1. AVdistis, quæ contestetur sacrosanctum Euangelium, dicente domino ad Iudæos, Vos de patre diabolo nati estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in illo. Cum loquitur mendacium, ex suis proprijs loquitur, quia mendax est sicut & pater eius. Nemo fidelium dubitet diabolum apostasiæ suæ authorem non habere. Ipse enim totius erroris est princeps. Qui videns à deo factum se non mediocris potentiæ, ausus est præsumere diuinitatem, vt quia cæteros uidit inferiores, seipsum præferret vt deum. Denique nomina quibus appellatur diabolus, & Satanas, ab actu eius cõposita sunt, non ex natura. Omne enim malum opere probatur, vt non substantia, in crimine sit, sed voluntas concepta ex causis. Dum enim se vidit potiorẽ cæteris, inflatus est ad exercendum dominationem. Quomodo patrẽ habere dicitur, qui author sceleris eius habeatur? Aut vnde probatur ab initio homicidia fuisse? Sed scriptura illum qui eius F fuerit imitator, nomine eius appellat. Vt quia ab opere nomen accepit, omnis qui malum opus fecerit, non immerito diabolus nominetur. Saluator ergo hoc loco Cain diabolum appellauit, quia operum eius æmulus, dum inuidit fratri, homini facto Gen. 4. ad imaginem dei, malignitatem operis sui cumulauit, typum præbens erroris. Hinc itaque extitit etiam mendax Cain, dicente sibi deo, Vbi est Abel frater tuus? Qui patris sui imbutus malitia, in mẽdacium prorumpens, Nescio, inquit, vt cui vitam extorserat, vbi esset nescire se simularet, sic furore cæcatus, vt deo sic respõderet quasi homini, quem putaret se posse celare. Igitur huiusmodi imitatores facti Iudæi, etiam ipsum dominum occiderunt, Cain potius fratricidam patrem volentes habere quàm deum, vt totius sanguinis effusi rei fierent. Authorem enim uitæ perimentes, totius sceleris principes extiterunt. Ita vt huic malo etiam filios suos obligarent dicentes, Sanguis eius super filios nostros. Vt enim Pilato suaderent, nihil mali esse quod petebãt, in filios suos retorqueri dixerunt si esset in iustum: quia vt furori suo satisfacerent, nec filijs quidem suis parcere uoluerunt. Nam G quia diabolus non natura malus est, hinc facilius discitur, quia pœna nõ promitteretur ei qui non fecerat quod nescierat, Iniquum est enim punire eum qui non facit aliud quàm quod suæ est naturæ, Et magis istud malum est, si hoc exigas ab aliquo qđ scias illum non posse. Quamobrem iuste plectendus est, quem cum constet scire ac facere posse bonum, agit malum. Hoc etiã ex verbis saluatoris poterit aduerti. Ait enim sicut supra memoratum est, Pater uester homicida fuit ab initio, & in ueritate non stetit. Igitur si per naturam mendax est, quomodo dicitur in ueritate non stetisse? Hic enim in ueritate non stat, qui in veritate non permanet. Constat ergo diabolum in veritate fuisse, sed non perseuerasse. Denique legimus in Propheta sic dicentem dominum, Si stetissent, inquit, in substantia mea, id est in lege mea. Et Apostolus ad Galatas, State, inquit, & nolite iterũ seruitutis iugo cohiberi. Quid tam apertũ? Hic n. mandat vt de cætero permaneant in mandatis eius. Quod si diabolus seruasset, steterat in substantia, & in lege dei, Fundamentum est enim lex seruantibus eã. Quomodo ergo quibusdam videtur, diabolum aut malum à deo factum aut propriam ha- H ere originem, id est, ex nullo ortum, quod utrunque deo uidetur contrarium? Qui n. ad hoc illum dicit factum vt esset malus, imperfectæ putat deum esse bonitatis, quia perfecte bonus non facit malum, Qui uero originis eius deum authorem esse non credit, eius dominium deo abnegat. Per hoc enim cum omnia dei sint, aliud esse arbitretur quod minime ad deum pertineat: quos oportet pœnas perpeti, cum uiderint cuncta à deo iudicari per Christum. Quid 99 sit illud Apostoli, Ventatio uos non ap- 1.Co.10. prehendat nisi humana. Non sine prouidentia,

Gala.5.

Incipit cõcionari.

dentia, vt arbitror, magister gentium Apostolus, non vt tentatio nos apprehẽdat exoptat, sed vt humana duntaxat, quia diuina tentatio perniciem parit. Hac enim Iudæi apprehensi à serpentibus perierunt. Agentes enim sub dei lege, de prouidentia eius dubitabant: ac per hoc ne diuina nos, sed humana tentatio apprehendat, hortatur. Hic enim tentari à deo dicitur, qui sub nomine eius agens, ab idolis sperat salutem, quia nõ habet deum probatum. Omne enim quod probatum non est, tentatur, & in dubium venit. Ac per hoc diuina tentatio mortalis est, humana vero tentatio salutaris est: quia sicut de deo dubitare pernicioſum est, ita de I homine desperare propter dei legem saluberrimum est. Quamobrem prouidenter Apostolus, Tentatio, inquit, vos non apprehendat nisi humana: vt propter dei legẽ ab hominibus tentati, fortes inueniamur, dubitantibus de nobis hominibus carnalibus: deo aũt probati simus, quia qui probati deo non sunt, tentantur vt emẽdantur, Duplex ergo tentatio est, aliqñ. n. quasi fideles, aliqñ quasi diffidentes tentamur: vt fideliũ tentatio humana sit: propter fidem. n. ab hominibus tribulamur. Tentant. n. nos si possint abducere à fide. Propter diffidentiam autẽ tentantur, vt angustiati pœnitentes redeant in viam, sicut factum est etiam Iudæis: cum enim diffiderent de prouidentia dei, tentati sunt à serpentibus, vt dolore correpti emendarentur. Deus enim sic tentat, vt corrigat huiusmodi homines. Est & alia tentatio Gen.22 qua tentatus est Abraham & Iob, nec non & Tobias famuli dei: vt Abraham per tribulationem oblati vnici & dilectissimi filij vberiorem fructum iustitiæ haberet ad æternam gloriam. Iob autem amissione totius substantiæ augmentaretur diuitijs Io.1.et.2 cupletatur in cœlis & in terra. Tobias vero K cæcitatem luminum passus sic prouectior Tobi.2. extitit, vt ad præsens glorioſus fieret receptis oculis, & in futurum seruaretur ei claritas perpetua, quia ad hoc probantur iusti, ut proficiant. Ideoq; in tentatione robusto animo esse debemus, scientes non ad diminutionem nostram hoc proficere, sed augmentum, si modo æquo animo toleremus Mat.11. per Christum dominum nostrum. Quo- 100 modo in Euangelio Matthæi dictum sit, Cõfiteor tibi pater domine cœli, &c. Audistis fratres charissimi quid contestetur Euangelium dicente domino, Confiteor tibi domine cœli & terrę, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Igitur si dictorum sensum inspiciamus, videbimus ea quæ ad exhortationem credentinm à domino dicta sunt, eorum qui propterea quòd mundanam sapientiam spernunt, paruuli videntur sapientibus mundi, qui nullo testimonio commendati sapientes volunt dici. Idcirco indignũ visum est deo his ostendere veritatem: humilibus autem qui nihil de se præsumentes diuinæ se voluntati inclinant, æquitate cogente salutaria reuelanda sunt. Hic enim prudens deo est & salutis suæ memor, qui scientiæ suæ anteponit dei legem, quam vti- L que videt non verborum strepitu fulciri, sed rerum virtutibus. Et sine dubio hic stultus & vanus est, qui huic rei se commendat quæ nulla munitur prærogatiua signorum. Vnde non literatis seculi regnum deus promisit, sed fidelibus: neque scrutatoribus syderum æternitatem pollicetur, sed recte agentibus: non dialecticis, qui fraude & minutis quibusdã ratiunculis verum excudere nituntur, gloriam dat, sed bonæ voluntatis hominibus, qui accusati magis vite sunt q̃ sermone. Istos enim reprobat deus, qui oratione clari sermonis magis vti volunt q̃ bonis actibus. Nã & gloriam dei in se vult conuertere, qui rem dei verbis exornare se putat. Res enim ipsæ per se placere debent, ut non sermo, sed sensus laudetur. Si enim sensus author est literæ, & verba propter res significandas inuenta sunt, cur non magis res ipsæ puro sensu promendę sunt, vt fœlicius mentem incitent ad salutem? Ideoque piscatores elegit dominus noster Apostolos, homines simplices & sine literis, qui sine aliqua versutia fidem seruando, & bene uiuendo, dei in se ostenderent veritatem. 101 Vnde & Apostolus Paulus, Et ego ueniens, 1.Co.2. inquit, ad uos fratres, non ueni in sublimitate sermonis aut sapientiæ. Et inter cætera, M Quia non ait in sermone est regnum dei, 1.Co.4. sed in uirtute: ut quia uerba contradictioni obnoxia sunt, dei legi uirtus testis existeret, cui omnis cedit sermonum sublimitas. Itaque hæc idcirco prẽmissa sunt fratres charissimi, ut consuleretur simplicioribus: ne forte indignos se putarent gratia quia minime sunt literis forensibus eruditi, cum magis ad laudem proficiat simplicitas eorum: ñ qđ prudentes mundi non uidẽt

Universidad de Deusto Biblioteca

superbia literarum, hoc reddũt non verbis sed cõsilio prudentes. Sciunt enim in bonis operibus requiescere deum & fidem quærere, non cultum sermonũ. Legunt.n.dicentẽ Esa. 46. dominum in quo requiescam, nisi in humili & mansueto & tremente verba mea? Quamobrem vt digni efficiamur ad præmissa præmia, ea quæ à domino iubentur facere debemus, securi quia hos diligit dñs q verba eius custodiunt. Sic enim dicit discipulis suis, Si diligitis me, præcepta mea seruate: vt in domino seruientes regni eius hæredes esse posimus per Iesum Christum dominum nostrum. Quomodo contra Ioã. 14.

A Leuitas Romanos disceptandum sit, qui contendunt Leuitas sacerdotibus, & diaconos presbyteris coæquare. Dum iussis charitatis parere volumus, in uituperationem forte cademus qui de re quæ nulli aliquando in dubium venit, scribimus: quia cum amicitiam offendere nolumus, studiũ quod ad aliquam rem occultam reuelandã proficere debuit, intricamus: quamuis propter nimiam stultitiam cuiusdam hoc asseuerantis, quod in subiectis pandemus, istud nobis iniunxerit charitas memorata, ne cũ nemo diu ad hoc responderit, in peius proficeret, vt diu in vano exercitatus emendari non posit. Hoc.n.charitatis studium est, quæ non quærit quę sua sunt: Quidã igitur qui nomen habet Falcidij, duce stultitia & ciuitatis Romanæ iactantia, Leuitas sacerdotibus, & diaconos præsbyteris coæquare contendit, non dicam prę ferre, quia stultius est, & forte incredibile videtur, & nos non emendatores, sed calumniatores habeamur. Qua igitur lege quave consuetudine, quonam exemplo hoc aggredi audeat, nullum scire arbitror, vt istos quibus cõsessus in Ecclesia datus est, minime ijs coæquet qui propter q Antistites dei sunt, in domo dei & in

B honore Christi cum dignitate consistunt. Quæ audacia est presbyteris ministros ipsorum pares facere? Quæ temeritatis præsumptio, sacerdotibus baiulos tabernaculi & omnium vasorum eius & lignorum cõci fores & portitores aquæ conferre? Hoc.n.officium fuit Leuitarum. Tale est, si pfectis officiales, dominis seruiæquentur. Hoc.n. Num.8. scriptum est dicente dño ad Moysen, Accipe tribum Leui de medio filiorum Israel & statue illos ante Aaron sacerdotem, & deseruient ei. Quid hoc exemplo apertius quod etiam nunc in Ecclesia ci oditur?

Hoc imitatus est ex Hieronymo & Ambrosio.

Quanq̃ Romanæ Ecclesiæ diaconi modico inuerecundiores videantur, sedendi tamen dignitatem in Ecclesia non præsumunt. Vt autem non omnia ministeria obsequiorum per ordinem agant, multitudo facit clericorum. Nam vtique & altare portarent & vasa eius, & aquam in manus funderent sacerdoti, sicut videmus per omnes Ecclesias, & sicut cõstitutum est à domino per Moysen. nunquid aut meliores Helisæo sunt, quia aquã fundebat in manus Heliæ? Sic ãt diaconos aduersus presbyteros defendit, quasi ex presbyteris diaconi, & non ex diaconis presbyteri ordinentur. Sed quia Romanæ C Ecclesiæ ministri sunt, idcirco honorabilio res putantur q̃ apud cæteras Ecclesias, propter magnificentiam vrbis Romanæ, quæ caput esse videtur omnium ciuitatũ. Si itaque sic est, hoc debent & sacerdotibus suis vendicare: quia si ij qui inferiores sunt, erescunt propter magnificentiã ciuitatis, quãto magis qui potiores sublimandi sunt. Quicquid.n.officialibus præstatur, augmentum fit potestati, Sicut honor serui ad laudem proficit domini: quanquam apud iustum iudicem deum vnicuiq; hic honor maneat qui decretus est singulis Ecclesiarum officijs, vt qui diaconus est diaconi honorem per omnes Ecclesias habeat. Non enim qualiscunq; honor est antistiti dei seruire in Ecclesia duntaxat, vt sacerdos totius honoris Ecclesiastici dignus habeatur. Maior enim ordo intra se & apud se habet & minorem, presbyter enim & diaconi agit officium & exorcistæ & lectoris. Presbyterum autem intelligi Episcopũ, probat Paulus Apostolus, quando Timotheum quem ordinauit 1. Ti.3. presbyterum, instruit qualẽ debeat creare Episcopum. Quid est.n. Episcopus, nisi primus presbyter, hoc est summus sacerdos? De nique non aliter quàm compresbyteros hic vocat & cõsacerdotes suos. Nunquid & ministros condiaconos suos dicit Episcopus? D Non vtiq;, qa multo inferiores sunt. Et turpe est iudicem dicere primicerium. Ná in Alexandria & per totam Aegyptum si desit Episcopus, consecrat presbyter. Quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis, causa ostendit Caiphæ, qui cum esset homo pessimus, prophetauit. Quare? Quia Ioã. 11. princeps, inquit, erat sacerdotum. Ea iterum multum distare inter diaconum & sacerdotem liber approbat quem dicimus Actus Apostolorum. Cum enim ex Samaria Acto.8. credi-

credidissent Philippo prædicanti diacono ab Apostolis ordinato, miserunt, inquit, ad Petrum & Ioannem vt venirent & his qui crederent darent spiritum sanctum per manus impositionem. Sed inscij credo scriptu rarum aut immemores legis hæc defendũt. Recordari ergo debet qui ista putat asseren da, quid Leuitis acciderit cum taliter sape- Nu.16. rent. Cum enim nihil inter sacerdotes & Leuitas interesse præsumerent, deo iudice hiatu terræ absorpti sunt Chore & consentien tes ei, & ducentos quinquaginta viros torrens ignis simul consumpsit. Et Ozias rex cum opus sacerdotale præsumeret, lepra per 2. Paralipo. 26. fusus est, vt hoc vtiq; exemplo cæteri territi non audeant quod sibi concessum non est

E præsumere. Nunc enim videmus diaconos temere quod sacerdotum est agere per conuiuia, & in oratione id velle, vt respondeatur illis, cum istud solis liceat sacerdotibus. Diaconi ergo ordo est, accipere à sacerdote, & sic dare plebi. Vides quid pariat vana præsumptio. Immemores enim elatione mentis, eo quòd videant Romanæ Ecclesiæ se esse ministros, non considerant quid illis à Deo decretum sit, & quid debeant custodire: sed tollunt hæc de memoria assiduæ stationes domesticæ & officiales, quæ per suggestiones malas seu bonas nunc plurimum potest. Aut timẽtur enim ne male suggerant, aut emuntur vt præstẽt. Hi sunt qui faciunt eos ordinis sui non considerare rationem. Dum enim per adulationem obsequuntur illis illicite, præcipites illos faciunt, vt plus sibi putent licere: quippe cum videant non sic deferri sacerdotibus, an per hoc auteferri se putant. Sed testimonio, inquit, diaconi fit presbyter, quasi istud ad prærogatiuam pertineat magnitu

F dinis. Legimus enim ad plebem dixisse Pe- Acto.6. trum Apostolum, Eligite, inquit, ex vobis quos constituamus deseruire ministris Ecclesiæ, Nolo dicere, mensis. Ecce laicorum testimonio creati sunt diaconi. Et Apostolus cum qui ordinandus dicitur Episcopus etiam testimonium vult habere gentilium. 1.Ti.3. Sic enim ait, Oportet enim hunc & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Omnium ergo est testimonium dare, & nõ tamen omnes hoc honore digni sunt. Iudicare enim omnes possunt, & non tamen omnes possunt esse quod iudicant. Potest enim pictor iudicari bonus, & præferri alteri ab illo qui pingere nescit: & chorausa melior alio choraula approbari, ab eo qui alterius est artis, Ita & testis potest esse creãdi presbyteri qui inferior ordine est. Et iterum quo inflentur & putent sibi multum deberi à nobis, Perducuntur enim, inquiũt, qui ordinandi sunt, vt dum lateri illorum septi sunt, honore digni videantur. Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis, Ab Episcopo enim mittitur vt obsequium præbeat ordinando. Nam & imperator vt imperator appareat, ordinatur obsequio militari, non tamen melior nec par est exercitus imperatori. Nam & Aman cum esset clarus in honore militari à rege missus est ut Mardocheo in obsequium iret, vt Hest. 6. quantum dignus esset Mardocheus ex huiusmodi obsequijs nosceret. Ita & diaconi G creandis præsbyteris in obsequium mittuntur, vt dignos eos fieri sacerdotes omnes intelligant. Exceptis enim sacerdotibus, quibus obsequium debent, omnibus præponuntur diaconi. Quomodo contra Nouatianos contendendum sit, qui pœnitentiam salutarem negant. Dicunt discipuli sui ad 102 Iesum, Dñe vis vt dicamus, descendat ignis de cœlo & consumat eos sicut fecit Helias? Lucæ 9. Et respondit illis dñs dicens, Nescitis cuius spiritus estis, Filius enim hominis non venit animas perdere, sed saluare. Cum dignum vtique esset vindicare in Samaritanos non excipientes eum, dominus tamen qui ad misericordiam dandam aduenit, sententiam amouit, vt de cætero corrigentes emendarentur. Et Propheta Helisæus indignatus 4.Re.2. pueris qui ei contumeliam faciebant, deo iudice vindicauit in eos, vt eo loco ab ursis comederentur vbi sylua esse negatur. Domi- Ioan. 8. nus autem oblatæ sibi meretrici pepercit, ei videlicet quam in adulterio se deprehendisse maiores Iudæorum dixerunt, vt quia pia prædicatio incœperat, non condemnandum, sed ignoscendum doceret. Nam per Moysen data est lex, quia iustum fuit vindictam in primordijs suis cum seueritate exerceri, quia & in illum qui sabbatis exijt Nu. 15. ligna colligere funebriter vindicauit: & in H filium Aegyptiæ qui blasphemauerat in deum, similiter vltionem dedit: & in causa fusilis vituli percusit filios Israel. Vnaquæque ergo lex inter ipsa primordia sen- Leu.24. sum suum plenum ostendit, vt vetus lex, quia ad vindicandum promptior erat, in- Exo.32. terinitia sua asperior videretur, vt metu incusso [illegible] gentes & solicitos faceret audi-

tores

tores suos. Noua ergo propterea, quòd pia & ad misericordiam facilis est, primordia sua mitissima & clementissima demonstrauit, vt ipsa oblectatione ac dilectione omnes ad indulgentiam prouocaret, Postea autem & illa quæ asperior visa est propter fragilitatem humani generis, non solum rigorem suum molliuit, sed & humanam & piam se præstitit, & hæc quæ clemens visa est propter fragilitatem humani generis aliquan-
Acto.4. do vindicauit. Ananias enim cum Saphira
Act.15. vxore sua diuinitus cæsi sunt, Et Elimas magus incredulus & dei legi repugnans, domini iudicio & virtute cæcatus est, Et He-
Act.12. rodes rex propterea quòd honorem non de
I dit deo cœli, ab angelo dei percussus scatens vermibus expirauit. Ne quia misericordia prædicatur, inultum omnino putarent homines & impune peccare, timorem posuit, ostendens ad hoc dari veniam delictorum, vt quasi ex mortuis viuificati, postea abstinerent se à contrarijs, vt id elaboretur, ne quis hinc cum crimine exeat, quia ad iudicium venietur. Hæc enim vnicuiq; sententia imputatur in qua definitur. Quoniam igitur noua lex plenitudinem habet misericordiæ, ne cõtemptui duceretur ab amatoribus peccatorum, in supradictos vindicauit. Vetus vero lex quãquam ad vindictã data sit, quibusdã tamen ignouit, ne omnino crudelis diceretur: sed in plures vindicauit, quia sensus eius ad ulciscendum promptus est. Sine dubio ergo maior gratia nouæ legis est quàm fuit veteris. Si ergo maior gratia est, quomodo negatur hoc præstare posse quod præstitit illa quæ minorem gratiam habuit? Erat enim propensior in seueritatem. Itaque si ista pœnitentibus ignouisse probatur, quid fieri potest, vt ista quæ clemens est, non recipiat pœnitentes? Nam &
2. Cor. Iudæi filij dei appellati sunt, qui per Moy-
10. sen in nube & in mari baptizati, Apostoli Pauli authoritate leguntur: legem enim ac
K cepturi proculdubio purificati noscuntur, vt de cætero acceptæ legis redderent rationem, vt si quid peccarent per pœnitentiam se reformarent, dicente domino per Esaiam Prophetam, Pœnitentiam agite qui erra-
Esa. 45. tis & conuertimini. Sed forte econtrario dicitur, pœnitentia quidem prædicata est, non tamen remissio. Si ergo pœnitentia à deo prædicata est, fructus erit agentibus pœnitentiam. Nec enim superuacue hoc dñs commoneret. Porrò autem s[illegible]ns dominus conuersis dari debere peccatorum remissionem, hoc præcepit: quippe cum dixerit, Nolo morte peccatoris, tantum vt conuertatur & viuat. Itaq; & est fructus pœni Eze.18.
tentiæ, sicut claruit, conuersis ad deum. Exclusa est ergo Nouatiani impie composita assertio, qua verborum domini sensum inuertit dicens, Ait dominus, Qui me negauerit, & ego negabo ipsum: vt si quis alius Mat.10.
Christianus quacunq; ex causa negauerit, iam redire non posit, aut certe reuertens, minime recipiatur. Et vbi erit demandata pœnitentia cum saluator post datam hanc sententiam negantem Apostolum Petrum
non negauerit. Quare? Quia pœnitentia Mat.26.
subsequente erratum suum amarissime fleL
uit, sciens vtique conuersis ignosci & reformari eos per pœnitentiam. Sed Nouatianus fingit agendam pœnitentiam. Quia enim aperte non audet negare pœnitentiam dandam astrictus lege, subtiliter hanc frustrare contendit. Quando.n. dicit, quia qui negauerit, nullo modo veniam habebit, sed negabitur & ipse in conspectu angelorũ dei, quomodo non cum dolo agendam pœnitentiam profitetur? Hinc aũt manifeste fraus eius apparet, cum subiungit dicens, Quicun Mat.12.
que peccauerit in spiritũ sanctum, non remittetur ei, neq; hic neq; in futurum. Quã uis alia causa sit qua peccatum est in spiritũ sanctum, & alia negare dominũ Iesum, Nouatianus tamen vt huic peccato veniam deneget, vnum sensum vult esse, & negãtis dominum, & peccantis in spiritum sanctum, vt hac tergiuersatione fructum amputet pœnitentiæ. Si enim idem est negare dominũ quod peccasse in spiritum sanctum, nulla venia speranda est negantibus, neq; fructus alicui pœnitentiæ, quia hoc peccatum, neq; hic, neque in futuro remitti dominica oracula promiserunt. Hinc ergo apparet Nouatianum cum dolo dicere agendam pœnitentiam. Vt quid enim pœniteret, si delictum aboleri negatur? Pœnitentiæ enim gemitus, fletus & lamentatio hoc acquirit, vt M
& veniam mereatur & reformationem. Denique Dauid pœnitens & confitens peccatum suum & veniam meruit, & ad pristinum statum redditus est, quia & rex permansit, & postea prophetauit. Quod liquido probatur: in quinquagesimo enim Psalmo pœnituit, & postea persecutionem à filio suo passus prophetauit. Tertius enim Psalmus iuxta historiam post quinquagesimum est.

mum est. Sed forte regi ignosci oportuit, humilibus autem ignosci non debet, cum magis potentioribus difficilius ignoscendum
Rom.9. videatur. Deus enim personam hominis non accipit. Quanto enim quis sublimior, tanto magis, licet leue peccatum eius, grae est crimen. Sicut enim humilitas in potente sublimis & magnifica est, ita & culpa eius pro crimine habenda est. Exceptis enim peccatis quæ constat omnibus esse illicita, non omnia licent potentibus quæ sunt concessa humilibus, Dignitatis enim homini negociari deforme est, & popinam ingredi notabile est. Senatoribus quoque fœnus diffamia est. Si ergo in his leuibus inuenti notandi sunt, tanto magis rei constituendi sunt si peccauerint. Per hoc ergo
A apparet Dauid grauissime peccasse, & quidem duplici modo. conuersus tamen & homicidij & adulterij veniam consecutus est, & quod est amplius, flens reformatus est. Cum enim à Propheta Nathan argueretur, peccatum celare non ausus est, sed con-
2,Re.12 fessus est dicẽs, Peccaui domino. Tũc rndit Propheta & dixit, Abstulit dns pctm tuum, & non morieris, quoniam pœnituisti. Et qa inuenitur postea prophetasse, dubium non est hunc reformatum. Nam & Achab correptus à Propheta propter mortẽ Naburhe ibat plorans, & conscidit vestimenta sua, & præcinxit se cilicio, & factum est verbum
3.Re.21 dñi in manu ferui eius Heliæ de Achab, &
Ionæ.3. dixit dominus. Audisti quoniam motus est Achab à facie mea, non inducam ei mala in diebus eius. Et Niniuitis peccata deflentibus, imminente morte reparata est vita. Ecce quantus profectus est penitentiæ. Sed forte dicatur econtra, Concessa quidem est, sed non de crimine idololatriæ: quamuis enim hæc grauia sint, maius est tũ crimen idololatriæ. Recte tamen exposa est non ex modica parte Nouatiani assertio, qua duo crimina grauia concessa penitentiæ videntur, quia si fornicationi ignosci non debet, sicut No-
B uatio videtur, quanto magis homicidio: aut adulterio. Sed hinc vanitas eius apparet, quando hæc quæ grauia sunt concessa probantur: quamobrem nunc, an idololatris concedi posse promiserit deus, requirendum est. Omne enim quod iure hic concessum non fuerit, nec in futurum poterit concedi. Hic enim sicut dixit dominus, aut
Mat.16. ligantur, aut soluuntur peccata. In futuro autem nihil aliud erit, nisi remuneratio aut condemnatio, Omnis enim qui hic iure reprobatur, non poterit eligi, aut dignus in futurum iudicari. Audiamus igitur quæ dicat dominus de idololatris ad Hieremiam prophetam, Vade & dic inquit, reuertere Hier.3.
ad me commemoratio Israel, dicit dominus, & non firmabo faciem meam in vos, quia misericors ego sum dicit dominus, & non irascar vobis in æuum, veruntamen cognosce delictũ tuũ, Impie egisti & posuisti vias tuas in alienos subtus omne lignum nemorosum. Ecce quid promittit eis qui post lapsum ad se conuertuntur, vt post apostasiam regressis remittat peccata. Et iterum Baru.4.
dicit deus per Hieremiam, Delicati mei ambulauerunt vias asperas, ducti sunt vt grex direptus ab inimicis. Constantes estote filij, & proclamate, ad deum erit vestra in C
abductione memoria. Nam sicut fuit mens vestra vt erraretis à deo, duplicabitis decies tantum conuersi quærentes eum. Qui enim induxit in vos mala, inducet in vos æternam iocunditatem cum salute vestra. O clementia dei, quemadmodum lapsos prouocat vt se erigant, quomodo hortatur vt post errorem idolorum reuertantur ad eũ: quasi pater beneuolus filijs suis iocunditatem perennem promittit salutis, si se corrigant: Item apud eundem inter cætera, Et Hie.24.
restituam illos in terram istam & reædificabo eos & non destituam, & replantabo eos & non reuellam, Vt quia comminatus dixerat Sacrificans dijs, eradicabitur: ne peccantes in deum desperarent de se, quòd iam quia sacrificauerant idolis eradicati, replãtari non possent, hortetur eos, quia si pœniteant poterunt ad statum suum pristinum reformari. Sententia enim tunc manet si nõ Ionæ.3.
emendetur delictum. Denique Niniuitis pdicatũ est, quia post triduum euerteretur ciuitas eorum. Quare post triduum, nisi vt ut pœniterent & auferretur sentẽtia, aut in eo pmanentes iustius deperirent? Hoc est quod dixit per Prophetam, Nolo mortem Eze.18.
morientis, tantum vt reuertatur & viuat. Ita factum est vt morituris peccatorum cau D
sa Niniuitis, ignosceretur penitentia subsequente. Vt quid enim centũ annis sub Noe aream inuenimus fabricatam, nisi vt videntes & audientes quid immineret, emenda- Gen.6.
rent se? Neminem enim deus vult perire. Hinc est vnde in Salomone legimus, Quoniam, inq[illegible], altissimus misertus est pœnitẽ- Ecclesia
tibus, Et iterũ Misereris omniũ quia omnia stici.12.

potes,

Sapiē.11. potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitētiam. Hoc sensu & dominus dolens super perfidiam Iudæorum, ait, Hierusalē Hierusalē quæ interficis Prophetas, & Mat.23. lapidas missos ad te, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alis suis, & noluisti. Igitur semper dominus per totam legem peccatores ad se cōuerti hortatur, nolens opus suū perditione esse obnoxium, cum nec alia causa lex esset, q̄ vt ex errore homines conuertantur ad veritatē, Ita tamen, vt in nouo testamento author legis clementior videatur, quia tempore quo sacramentū filij sui dñi nostri manifestare dignatus est, largior & vberior in misericordia esse voluit, vt plus gratiæ prædicāte filio esset q̄ fuerat E prædicātibus seruis. Nec immerito. Sic.n. fuit dignum vt maiora dona per filium q̄ p famulos largiretur. Deniq; ad se conuersis credentibus omnia simul peccantibus concedit, nulla interueniente lamentatione pe- Ro.11. nitentiæ. Vnde dicit Paulus Apostolus, Sine penitētia enim sunt dona & vocatio dei. Post autem si peccauerint, per penitētiā poterunt meriti veniam. Et quia post acceptā gratuitam misericordiam peccauerunt, non iam gratis, sed interueniente gemitu & fletu possint ad indulgentiam peruenire, Impos- 1.Ioan.1. sibile est enim homini, vt non peccet. Vnde Ioannes apostolus, Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confitemur peccata nostra, fidelis & iustus est vt remittat nobis peccata & mundet nos ab omni iniustitia, Sicut Dauid meruit veniam & reformationem cum confiteretur peccatum. Certe christianis loquitur Io- 1.Ioā.2. annes apostolus. Ait enim in subiectis, Filioli mei hæc scribo vobis, vt non peccetis: & siquis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Hoc dicit, vt si post baptismum peccauerimus, aduocatum supplices deprecemur vt exoret pro nobis patrem. Si enim apud veteres F nostros penitentia habuit locum, quomodo fieri potest, vt hoc tempore locum non habeat quando maior clementia prædicationis est: & qui inimicis miserrus est vocando illos ad gratiam, amicis factis non miserebitur cum mercede? Tribulatio enim cordis, merces est pœnitentis. Si lapsis pœnitentibus, qui ante lapsum amici fuerant, non ignosceretur, quod dictum Nouatiani si esset verum, dolerent homines ex inimicis factos se amicos. Aut qualis æstimandus erat ille si inimicis non pœnitentibus misericordiam daret, amicis uero & pœnitentibus non daret? Præterea cum sciat dominus diabolum aduersus amicos & seruos dei plus se extollere & sæuire, Vnde dicit Petrus Apostolus, Vigilate & sobrij esto 1.Pet.5. te, quia aduersarius vester diabolus fremens sicut leo circumit quærens quem deuoret? Quoniam ergo nouit dominus aduersariū nos habere horrendum & validum, si victi ab eo fuerimus, vult nos ad auxilium suum confugere, dolens elisos nos, vt virtute eius reparati fortiter repugnemus. Sicut enim nisi breuiati fuerint dies illi quos Mat.24. dicit dominus, nulla fiet salua caro: ita etsi negetur hominibus pœnitentia, nemo poterit saluus fieri. Si enim nemo, inquit, G gloriabitur mundum se habere cor: Et alibi, Nemo, ait, sine sorde, nec infans unius die- Pro.20. Iob.25. Luc.15. i: quis poterit euadere si penitentia denegetur? Et ubi est quod dicit dominus, quia gaudiū erit in cœlo super uno peccatore penitētiā agēte? Sed si maiora crimina, n quit, ignosci non debēt, fornicatio & idololatria, ubi est dictum dominicum, quo omnia peccata, & blasphemias promittit remitti hominibus, spiritus autem sancti blasphemias nō remittetur hominibus? Omnia enim peccata dicit posse remitti, excepto uno, Nunc elige Nouatiane de quibus uis dictum, De adhuc non credentibus, aut de iam credentibus? Si de credentibus, quomodo dat remissionem peccatorum: cum constet omnes antequam credant in deum peccasse, & in spiritum sanctum? Nam nonnulli gesta dominica magicas artes appellant, opus sancti spiritus dæmonijs assignantes. Si autem de credentibus uis dictum, excluſa est assueratio tua, quia omnia peccata remittentur ei, & qui dixerit, inquit, verbum Mat.12. contra filium hominis, remittetur ei. Ergo siue in deum, siue in Christum peccetur, remittetur hominibus. Omnia enim peccata complexus est, præter in spiritum sanctū. Itaq; non hoc peccatum vult intelligi, quod H peccatur in deum, hoc esse & in spiritū sanctum: si enim hoc esset, non utiq; istud exciperet. Quoniam ergo aliud pctm significat, cum blasphematur in spiritū sanctum: ad personam enim pertinet hoc dictū, non ad naturā spiritus sancti, siue iam credentibus per pœnitentiā, siue futuris credētibus p baptismum

ptismum omnia remittētur peccata. Quòd autem in spiritum sanctū peccauerūt Iudæi, alia causa est, & quæ ad tempus illud pertinuit, Vnde non illis hoc remitti, neq; hic, neque in futurum ostendit. Non.n. errore peccauerunt in spiritum sanctum, sed maleuolentia. Scientes.n. prudentesq; opera quæ viderunt in gestis saluatoris dei esse, vt populum à fide eius auerterent, hæc simulabant esse principis dæmoniorum. Hinc est vnde Luc.11. dicit dominus, Vos habetis clauem scientiæ, & nec vos intratis, nec alios sinitis intrare. Hæc ergo sententia contra maleuolos prolata est, quibus remedium inueniri non potest vt saluentur. Nihil est.n hoc crimine grauius, fingit.n. falsum esse, q̄ scit esse verum. Iudæi.n. qui sub dei lege esse videbantur, I quibusq; facta promissio Christi est, videntes magnalia, & intelligentes hoc esse quod promiserat deus, inuidia cæcati sunt vt hoc esse negarent, & non solum negarent, sed & persequerentur vsque ad mortem. Non ergo dignum est, istis peccatum hoc vnquā debere remitti, qui conscientia sua teste, deo cui se deuotos dicebant, ausi sunt repugnare. Vt autem in deum vel in Christum peccetur, diuersæ sunt causę. Aut enim aliquis dum fœlicitati alterius inuidet, dolore humilitatis suæ insurgit in creatorem: aut aliquid repentinum passus quod sit aduersum, in iracundiam excitatus, in parentem iniuriosus exist it, Christi autem incarnatio etiam ad iniuriam prouocat. Dum enim ignorant homines sacramentum incarnati Christi, blasphemant, indignum ducentes si filius dei qui incorporalis & simplicis naturæ est, hominum more natus dicatur, Blasphemant ergo qui ignorant mysterium. Quamobrem conuersis his porrigenda est manus, quia sic contra verum existunt, dum pro vero se facere arbitrantur, Tortus huiusmodi & exungulatus hoc verum esse dicit quod persequebatur, Supramemorati autem Iudæi aliud senserunt & aliud egerunt, qui sine iudice & carnifice cō scientia sua teste semper torquentur. Qui K enim per errorem inimicus existit vero, cum conuersus fuerit, gaudet cognouisse se veritatem: maleuolus autē non habet quod emendet, si enim conuerterit se, incipiet verum dicere quod prius falsum esse non nesciebat. Spiritui autem sancto vt fiat iniuria, causa nulla extitit: officium enim eius offensionem non parit, quia in virtute signorum & prodigiorum apparet. Quis enim insibilare contra eum audeat, videns mortuos excitatos? Aut quis irascatur ei cuius effectu videat currentes paralyticos, cæcum lumen accipere, surdum audire? Aut quomodo non amabit eum, quem videat spiritus immundos eijcere, leprosos mundare, & simul omnes infirmitates curare? Huic Iudæi maluerunt iniuriam facere, opus eius dicentes opus esse dæmoniorum, dummodo inuidiam atq; odium contra saluatorem exercentes explerent: idcirco neq; hic neque in futurum hoc peccatum remitti eis ostendit. Sed Nouatianus maiora, inquit, crimina nominatim non remitti probantur. i. idololatria & fornicatio post lauacrum, Idcirco enim in baptismo ait, simul omnia remittuntur peccata, vt de cætero si quid graue commiserint, nullo modo veniam consequantur: quia post acceptum spiritum sanctum, quod contra spiritum L sanctum est admitti non debet. Quis neget peccari nunquam debere, si esset posibile? Porrò autem sciens deus fragile genus humanum, semper remedijs salutaribus prosecutus est eos, vt post peccata haberent quomodo se repararent. Si autem spiritus datus prohibet peccantibus dari pœnitentiam, nulla prouidentia est in nouo testamento, & melius videbitur veteribus prouisum, quibus medicina ista minime est denegata. Et quomodo maior gratia est in nouo q̄ in veteri? Nam hoc inimici est, qui sciens hominibus aliter prouideri non posse vt perueniant ad salutem quàm interuentu pœnitentiæ spiritum sanctum dari, cui si iniuria facta fuerit metu aliquo, aut per aliquem errorem, iam satisfactio locum non habeat reformandi hominem. Hoc est occasionem quę fisse perdendi homines non saluandi. Sed absit, quia dñs ait, Filius hominis non ve- Luc.9. nit animas perdere, sed saluare. Nam si nobis peccata quæ in nos peccamus inuicem, si conuertamur septuagiessepties remitti a nobis alterutrum præcepit Deus, quanto Mat.18. magis ipse si in illum peccetur ignoscit con- M uersis? Omnem enim peccatorem conuerti 2. Cor. vult. Vnde Apostolus fornicarijs & im- 12. mundis remissum probat dicens, Ne forte veniens lugeam multos ex his qui ante peccauerunt & non egerunt pœnitentiam super immunditia & fornicatione quam gesserunt. Probat quosdam egisse pœnitentiam, de quibus non dolet, sed gaudet.

Aliquos

Aliquos autem significat non egisse fornicationis suæ pœnitentiam, propter quod & lugere se eos dicit, non pertinentes ad vitam, quia non egerunt pœnitentiam. Si enim huiusmodi criminis in hac vita semper agenda pœnitentia esset, non diceret lugere se eos, quia non egerunt, sed quia non agunt. Scientes autem hæc, incipient peragere pœnitentiam, quia non egerunt. Hoc enim volebat vt veniens ad eos pacem haberet cum communione eorum. Ecce probatum est, fornicarijs post actam pœnitentiam communicandum esse. Non enim potest illis communicari quandiu agunt. Tũc autem communicandum est cum desinunt agere iudicio Ecclesiæ. Nunc superest videre an specialiter idololatris posse remitti ꝓbemus. Legimus enim in Apocalypsi beati Ioannis Apostoli pœnitentiam super ido-
A lolatriam prædicari. Commonentur enim
Galat.4. Episcopi, quos angelos vocat. i. nuncios, si-
Apoc.2. cut beatus Paulus Apostolus ait, Sicut angelum dei accepistis me, vt peccantibus dent pœnitentiam, nec eos patiantur minime commoneri qui scandala faciunt in Ecclesia, cum sint & ipsi de Ecclesia. Dicit ergo, & angelo Pergami Ecclesiæ scribe, Hæc dicit, qui habet gladium ex vtraq; parte acutum, Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ. Et tenes nomen meum, & non negasti fidem meam, in diebus quibus Antipas te-
Nu. 25. stis meus fidelissimus occisus est apud vos vbi sanatas habitat: sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam qui docebat Balac mittere scandalum sub oculis filiorum Israel, manducare delibata & fornicari: ita & tu habes tenentes doctrinam Nicolaitarum, Similiter age pœnitentiam. Hanc dicit esse doctrinam Nicolaitarum quæ fuit in Balaam. i. idololatriam & fornicationem, de qua iubet agi pœnitentiam. Et quia hominibus Ecclesiæ loquitur, ostendit dicens, Hæc dicit spiritus Ecclesijs. Quis autem fructus est pœnitentiæ ita significat, Vincenti, inquit, dabo manducare manna quod est absconditum, vt per pœnitẽtiam quisquis vin-
B cat peccata. Quid est enim pœnitere, nisi dolere præterita, & de cætero temperare ab his quæ admiserat? Et angelo Thiatyræ Ecclesiæ scribe, Hæc dicit filius dei qui habet oculos sicut flammam ignis, & pedes eius similes æramento Tyrino Scio opera tua & dilectionem & fidem & ministerium & patientiam & opera tua nouissima meliora prioribus, Sed habeo aduersum te, q̃ finis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetam & docet & seducet seruos meos fornicari & manducare immolata idolis: & dedi ei tempus ad pœnitendum, & noluit agere pœnitentiam de fornicatione sua. Ecce mittam illam in lectum, & adulteros eius cum illa in tribulatione magna, nisi egerint pœnitentiam factorum suorum, & natos eius occidam morte: & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum qui scrutor renes & cor Hie. 17.
da, & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. Vobis autem dico & cæteris qui Thiatyræ estis, qui hanc doctrinam non habetis, & ignoratis altitudinẽ satanæ, sicut dicunt, non mitto in vos aliud pondus, Verum tenete quod habetis donec veniã, Vincenti autem & seruanti opera mea usq; in finem, dabo ei potestatem super gentes. Sub vna epistola data ad Ecclesiam Thiatyram, duplicem Nouatianæ hæresis confundit & C
explodit errorem, & pœnitentibus enim idololatriæ causa fructum promittit, & in vna Ecclesia malos non contaminare bonos ostendit, cum vnius vtique essent communionis: nec enim extra Ecclesiam positis scribebat dicens. Qui habet aures, inquit, audiat quod dicit spiritus Ecclesijs. Simili etenim modo Apostolus Paulus, Scimus. n. in- Rom. 3.
quit, quia quæcunque lex loquitur, his qui sub lege sunt loquitur. Et alio loco. 1. Co. 5.
Quid enim inquit, mihi de his qui foris sunt iudicare? Vnius ergo Ecclesiæ homines, partim ad pœnitentiã prouocat, partim collaudat dicens, Vobis autem dico cæteris Apoc. 2.
qui Thiatyræ estis, quicunq; nõ habetis doctrinã istã. i. idololatriæ, tenete quod habetis donec veniã: hoc est perseuerate vsq; ad fi- Mat. 10.
nẽ, quia qui perseuerauerit vsq; in finẽ, hic saluus erit. Similiter & qui perseuerauerit in malo, damnabitur. Ac per hoc sicut iustitia iusti non liberabit eum in die qua erra-
uerit, sic & iniquitas iniusti non nocebit ei cũ conuerterit se. Ideo dixit, Sacrificans dijs eradicabitur: Si ãt conuerterit, vita viuet. Sicut est & illud qđ ait dominus, Qui me Ibidem.
negauerit, negabo eum. Si autem conuerte-
rit se, non poterit negari ab eo quem confi- D
tetur. Hinc est vt diceret in Psalmo, Non Ps. 142.
iustificabitur in conspectu tuo omnis homo viuens. Hæc enim sententia imputatur homini in qua moritur. Nam quia in Ecclesia mali cum bonis futuri essent vsq; ad iudi-
cium

cium dei, ipse deus significauit, dicens, Simi-
Mat. 13. le est regnum cœlorum reti misso in mare, quod ex omni genere piscium collegit. Cũ autem venissent ad litus, bonos segregauerunt in vasa sua, malos autem foras miserunt: Sic erit in consummatione seculi, exibunt angeli & segregabunt de regno dei om
Mat. 22 nia scandala, & eos qui iniquitatem faciunt. Hæc causa significatur etiam in illo qui inter discumbentes inuentus est non habens vestimentum nuptiale, quem solum proiectum de cœtu ostendit Ecclesiæ, quia crimen indignitatis eius non polluit cæteros: & quia hæc indignitas eius designata est, eo quòd vestimentum non habuerit nuptiale, manifestus fuit cæteris, Videbant. n. eum inter se aliud esse vestitum. Hinc est
2. Ro. 2. vnde Paulus Apostolus, In magna autem, inquit, domo, non solum sunt vasa aurea & argentea, sed lignea & fictilia. Istud propter Hymenæum & Philetum posuit, qui cum
E essent ex Ecclesia, peruersa de resurrectione sentiebant: sicut aliqui de Corinthiorum Ecclesia resurrectionem negabant Sed hãc domum magnam Nouatianus mundum significat intelligendum, non Ecclesiam, ne in vna Ecclesia malos cum bonis, mundos cũ immundis cogatur asserere. Quod facile puto conuelli. In vna enim domo omnes sub vno sunt nomine: quamuis enim moribus diuersi sunt, vno tamen domini sui nomine censentur & professione. Mundus autem hic diuersæ professionis continet homines, ita vt dispares profiteantur se habere, & deos & dominos. Vides ergo non hoc potuisse dici de mundo, sed de Ecclesia, in qua sub vno degentes nomine diuersi sunt
F actu. Quod quidem Nouatianum nõ ignorasse aduerto, sed quia abscessionis suæ iustas querimonias non habebat, ne aperte erubesceret, argumenta quædam sibi conflauit per malam legis interpretationem, quibus excusare niteretur & tegere liuoris sui inuidam voluntatem. Denique respondet ad hæc quæ diximus dicens, Nec ego renuo agendam pœnitentiam admissæ idololatriæ, sed ego remittere non audeo, quia crimen hoc ab eo remittendum est in quem admissum est. Hæc autem cum dicit, respondet.
Interpretationibus enim suis detegitur, quibus fraus eius appareat. Quando enim di-
Mat. 12 cit scriptum est, Qui me negauerit, & ego negabo eum: & mentiri non potest cuius verba sunt: pœnitentiam quam agendam dicit, inanem & infructuosam ostendit. Si enim sententia data est, & non fallit qui dedit, quid excruciare compellis hominem lamentationibus & gemitibus, qui huius rei effectum, aut denegas, aut scire te minime profiteris? Omnis enim qui consilium alicui dat, ad hoc vtiq; dat, vt quid ex eo proficere possit prædicet. Sed quia tu Nouatiane dolose hoc profiteris, ad illudendas mẽtes hominũ agendã pœnitentiã dicis, Sciẽs enim aperte hoc negari non posse, subtiliter facis, quia non voce, sed effectu pœnitentiã amputas. Omnem certe qui idolis sacrificauerit, in spiritum sanctum dicis peccare, cui neque hic, neque in futurum peccatum hoc remitti per legis verba contendis. Quomodo ergo huius delicti agendam pœnitentiã dicis, nisi quia fallis, sicut supra ostendi? Sed soles alio dolo fraudem hanc uelle contegere, dicens eodem sensu etiam Petrum Apostolum dixisse Simoni, Age pœniten- Act. 8.
tiam ab hac malitia tua, si forte remittatur G
tibi. Sed contuens Apostolus Petrus veterem & venenatam malitiam hominis & peramaram, idcirco dubium dedit responsum. Quis enim mortalium sic peccauit, vt donum dei pecunia vellet mercari? Maleuolentiæ ergo responsum illud datum est, non errori. Hæc est enim quæ remedium non habet, quia nec error est, nec per q̃ excusetur necessitas, vt possit per fletum ad veniã peruenire, Si in tali itaq; causa aliqui fuerint inuenti, hoc audiant quod audiuit & Si mõ. Nam ideo dubie respõdit et Apostolus Petrus dicens. In felle. n. amaritudinis & in obligatione iniquitatis video te esse. Si ergo in tam graui causa, & quæ sine remedio videatur, dubie responsum est, ambiguum non est, eis qui errore aut necessitate aliqua in deum peccant posse remitti si congruam pœnitentiam agant. Hoc enim consessum est iuri ecclesiastico ab authore, vt & pœnitentiam det & post pœnitentiam recipiat. Et adhuc est aliquid quod deprehendit Nouatianus, Cur, inquit, corpus domini tradunt eis quos nouerũt peccatores? Quasi possint ipsi accusatores esse, qui sunt iudices. Si autem accusati fuerint & manife- H
stati, potuerunt abijci. Nam quis iudex Ioã. 12.
accusantis sumat personam? Nam si ipse dominus Iudam passus est quem sciebat furem esse & ea quæ mittebantur exportare, nec cum ei accusatus non est, abiecit: hoc exemplo oportet, vt eum abijcere non

Liceat

licet qui publice detectus non fuerit. Nam
Matt. 1. nec iusto viro competit aliquem accusare. Vnde Matthæus, Ioseph cum esset, inquit, homo iustus & nollet eam traducere, voluit eã occulte dimittere. Iudas ergo cũ esset inter discipulos, contagione sua non eos maculauit, dissentientes vtique à furtis eius, & eucharistiam inter eos accipiens non polluit innocentes. Nec dominus ei quem latronem sciebat corpus suum denegabat, quia
1.Co.11 secundum Apostolum, Qui indigne sumit, gladium sibi sumit. Vnde nec ab oculis eius se auertit. Peccatores etenim eos polluunt qui consentiunt malis eorum. Vnde di-
Psal.49. ctum est. Videbas furem & concurrebas
1.Co.5. cum eo. Hinc est vnde Apostolus plebem Corinthiorum arguit, propterea quòd illũ qui publice vxorem patris habebat, non coriperent aut cuitarent, vt se emendaret, dicens: Nescitis quia modicum fermentũ totam massam corrumpit? Cum enim nõ esset
I dux aliquis aut præpositus Ecclesiæ, plebis erat corripere eum quem videbant tam turpiter & obscœne inter eos conuersari. Ac per hoc quasi consentientes eos crimini eius Apostolus arguit. Nec enim in hac re accusatore opus erat, aut testibus. Publice enim nouercam suam loco uxoris habebat. Itaque quantum ad causam nostram pertinet, exposuimus rationem, non alios criminantes, sed nos defendentes. Nouatiani autem obtestor conscientiam qui nos semper accusat, si sanctos scit esse omnes quos secum habet. Intantum autẽ irascitur nobis, vt & Christianos nos neget, cũ sciat nos ea fide initiatos de qua ipse præsumit Christianum certe professio facit & vita. Si ergo vides hominem ea profiteri quæ tu, & non dissimilem esse in vita, quare negas esse eum
1.Co.12 quod tu es? Certe qui dicit dominũ Iesum in spiritusancto dicit, verum.n.dicit, Omnis enim veritas de deo est. Cur non assentis vera dicenti, sed negas fatenti? Deinde contradicis non ratione sed furore. Nunquid non inimicus dei videris, qui vera de dño deo profitenti resistis? Nunquid paganus audiens aliquem idola dicentem esse deos, negat paganum esse? Cur tu negas Christianum quem audis verba integræ fidei profi-
K tentem, cum legas, Corde creditur ad iustiRo. 10. tiam, ore autem confessio fit ad salutem? At tu ut inimicus, quod per iracundiam non vides, deo repugnans, negans hoc confi-
Luc.12 tentem habere salutem, cum dñ dicat. Quicunq; me confessus fuerit, & ego eum. Nũquid ait, si Nouatianus me fuerit confessus? sed tu hoc sic astruis, vt tibi hoc defendere videaris, vt is saluetur qui non Christianus tantum, sed qui fuerit & Nouatianus. Sed si in Christo facta confessio dat salutem, vbicunq; apud quoscunq; integra fuerit hæc cõfessio, habet salutem. Itaq; si confessionis huius traditio corrupta est apud nos, aut sensus immutatus, recte accusas. Si enim hæc manet in nobis sicut & in te, nos negando, & te negare videris. Sed fidei ministros accusas, Fac verum esse, quanuis probare non possis. Qui tamen ab his audierunt, verum est, quod audierunt, an falsum? Nec enim si vitiosus verum dixerit, non erit verum, quia à vitioso dictum est, Cum alia causa sit conuersationis & alia professionis. Nõne persecutor odio Christiani nominis professionem persequitur, nõ cõuersationẽ? Primo in illo sciens hoc proficere religioni, cum confitemur esse nos Christianos, sacrilegus confitentibus nobis credit quod non vult audire, quia odit. Tu autem cum eiusdem professionis sis & signaculi, non crs-
dis confitentibus nobis quæ ipse confiteris. Si aliter nos renatos scires quàm tu renatus es, recte non crederes hoc nos esse quod tu es. Vt quid à sacrilego persecutionem patior, si non hoc sum quod tu es? Nam si hoc de me profiterer quod tu de me dicis, persecutionem non paterer. Ac postremum mihi credendum est de me, non tibi, Meam enim professionem quęrit iudex, non tuam de me. Quid ergo me confitentem tu negas, cum verum sit, in hac causa non alienũ testimonium, sed meam professionem requiri, aut pro me, aut contra me? Nolebam pro nomine torquere te contra me, vt appareret si vera confitentem, & tu negares contra me, aut cui crederetur. Dolo enim hoc proponis, vt iustam causam videaris habere schismatis. Nam non ignoras in hac re meam de me testificationem requiri, nõ alienam, & hoc verum haberi quod ego fuero confessus, non quod alter negauerit. Manifestum, est vtique liberos esse eos, qui amore Christi non disquirentes hominum actus, ad fidem eius consequendam concurrunt: M
hoc eorum probantes quod sibi vtile norunt, id est, vt [illegible]ditionẽ fidei, quæ de Christo est, consequantur. Nam qui præter mysterium aliquid aliud in hac re putat homini necessarium, traditioni facit iniuria. Minus enim

enim sentit de gratia dei. Quando.n. nisi meritũ hominis affuerit, negat donũ dei proficere posse deuoto sibi, aut potiorem, aut parem facit hominem ipsi traditioni, cum longe sit meritum hominis ab hoc officio. Sicut de hac eadẽ re dicit Apostolus Paulus, Ego
1.Co. 3. plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaq; nec qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Quomodo in hac re aliquid de homine sperandũ est, cum vera data sint quæ tradantur? Videamus itaq; quid proderit si boni meriti fuerit, aut quid oberit si mali fuerit meriti. Accedens verba dei audire desiderat, quibus fidem commendans salutẽ se credit accipere. Quid facit in hac re, si bonæ aut malæ vitæ sit qui verba solẽnia tradit, cũ fides deuota quæratur percipientis, vt ea quæ audit toto animo credat? Nunquid si malæ vitæ sit qui tradit, impedimentum faciet percipienti, vt nõ credat q̃ audit creden
A da, vt peccatũ eius intret in cor eius ne credat? aut deus qui iustus est despicere habet deuotum sibi p.p peccatum eius, quem ipse patitur esse in ordine? Nec homo sic iudicat quem constat falli frequenter, aut esse gratiosum. si ita esset, & homo causam suam ageret, nonne diceret deo, Quis sit iste cuius causa me despicis, nescio, Ego ad eum tui causa accessi, quia tuus dicebatur antistes: te q̃siui, te desideraui, tibi credidi, de homine nihil speraui. Quare ergo mala eius mihi obsint, quem nescirem nisi te quæsissem? Si bona eius mihi possent proficere, iustum videretur fortè, vt & mala eius obessent mihi. Si sicut bona eius si dubie credidissem, nihil proderant mihi, ita & mala eius nihil obesse mihi debent bene credenti: Ego enim verbis eius fidem dedi, quæ à te data dicuntur. Quicunque te inspirante loquuntur, de te promittunt: huic de se nihil credidi, nec gestis eius, sed fidei quæ ex te est, me copulaui. Secundum hęc integra est causa credẽtis. Aduocatorum enim more accipi antistites. Nũquid si malæ vitæ sit aduocatus, contra susceptum eius pronunciabitur? hoc est officium aduocati, vt secundum iuris ordinem, susceptũ sui causam peroret. Nunquid poterit vita eius, si turpis est obesse causæ
B susceptæ? Persona enim aduocati nec obesse nec prodesse poterit [illegible]alis enim fuerit causa, sic & respõdebitur ei. Sic sunt, & quo lũt Christiani fieri accedũt ad antistitẽ, dicũt ei vota sua. Ille facit verba iuris Ecclesiastici: si vera vota sunt, susciptuntur à iudice. in quo ille aut obesse poterit, aut prodesse? quippe cum nec causam susceptũ sui norit. Deo.n. iudici soli cognitum est, quis, qua mente accedat. Antistitis ergo est, delegato sibi fungi officio: iudicis autem, aut suscipere, aut renuere causam suscepti. Ipse enim inuenitur dixisse, Filia fides tua te saluam fe- Matt. 9.
cit. Vides itaq; nullius adiutorio, sed vnumquenque fide sua saluari. Hoc.n. deus decreuit fidei, vt si non dubitet, omne quod voluerit consequatur. Tu tũ non vt amicus, sed quasi inimicus Christi, populum sub tuo nomine congregasti, vt non sint Chriani, nisi fuerint & Nouatiani, cum Apostolus con-
demnet, si quis dicat se Paulianum, aut alte- 1.Co.1.
rius alicuius: sed tu potiorem te iudicans, super Christi nomen tuum posuisti, quasi ille non sufficeret ad tuendam ecclesiam suam.

Qũo in Leuitico dñs sacrificia & libami 103
na offerenda præcepit, quæ alibi respuit? C

Cum constet in Leuitico de sacrificijs of- Leuit.1.
ferendis dñm mandasse patribus, vt offerrent libamina vel sacrificia, siue holocausta, Deniq; sic dicit per Hieremiam prophetã, Hier. 7.
Hæc dicit dñs, Holocausta vestra congregate cum sacrificijs vestris, & manducate carnes: quia non sum locutus ad patres vestros, neq; mandaui illis qua die eduxi illos de terra Aegypti. De holocaustis & sacrificijs si penitus aduertas, non est de hac re facere quæsti onem: nec mentitum dominum aut immutatum putes, vt mandaret, & postea denegaret. De huiusmodi enim sacrificijs & libaminibus seu holocaustis nihil inuenitur mandasse, de quibus nunc se locutũ testatur. Duo etenim genera sacrificiorum Duo ge-
aduerte, vnum quod per singula genera of- nera sa-
ferri mandatum est, & aliud quod voluntarium dictum est. Illud ergo quod per diuer crificio-
sa genera, siue pro peccatis, siue pro primogenitis offerri præceptum est, quid & quale & qũo offerendum esset, mandatum est. Sacrificium autem voluntarium non vtique mandatum est, quia arbitrio remissum est: vt si aliquis voluisset offerre, quod illi visum fuisset offerret: voluntaria enim erant hæc sacrificia. Et quia negligenter & improuide D
hæc offerebant, non deliberantes, quia qui offerret potentiori, munera electa offerret: idcirco dicitur eis, Non mandaui vobis de his: sed si vultis, debetis quæ digna sunt offerre. Sic etenim inuenitur & Cain peccas- Gene.4.
se, cum [illegible]a considerat deo hæc deberi of-

ferri,quæ potiora sunt. Cum enim ad propitiandum deum hæc offerre se dicerent, in eo ipso prouocabant deum ad indignationē, vt in id quod dicerent se bene facere,peccarent offerrentes deo holocausta indigna. Vn
Mala.1. de dicit in Malachia propheta, Si adducatis ad uictimam cæcum aut claudum aut ægrū, non est bonum. Offer autem ea duci aut prę posito tuo, si susciperet te, dicit dominus omnipotens. Hinc est ut per Esaiam de eadem
Esa.1. re queratur deus,dicens, Quo mihi oues holocausti tui? Neq; in sacrificijs tuis honorasti me. Non enim ad hoc te feci,vt laborares in thure,aut ut mercareris mihi argento in censum,nec adipem sacrificiorū tuorū concupiui: in peccatis autem tuis & iniquitatibus astitisti mihi. Manifestum est itaque ortas esse querelas: quia cum voluntaria sacrificia offerrent, non in his deum honorabāt, offerentes indigna, cum hæc vtiq; nō essent
E necessitatis. Si enim mandata fuissent, necessitate videbantur qualiacunq; offerre. Q̄ autem arbitrio suo hæc offerebant, talia debebāt offerre, ex quibus exequium in se dei ostenderent. Sed quia animus illorum cupiditate idolorum errabat, inconsiderate hæc agebant. Igitur duplici genere exprobrantur, quia & inique agentes, deo audebant of-
Psal.50. ferre: & quæ indigna erant, offerebant. Cū iniqui actus non sacrificijs redimantur, sed lamētatione & misericordia. Vnde dicit David cum peccasset, Si voluisses, sacrificia dedissem, vtique holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, & cor contritum & humiliatum deus non spernit. Denique dicit Samuel ad Saul, qui cū contempsisset præceptum domini, sacrificio deum putabat posse placari. Non enim inquit, uult deus sacrificium magis, quàm au-
1.Re. 1. diri uocem suam. Et scriptura dicit, Mise-
Osee. 6. ricordiam volo plus quàm sacrificium. Iudæi cum iniusti essent & immisericordes, oblationibus propiciū deum fieri arbitrabantur: sicut & nunc quidam spernentes iustitiam, oblationibus laudari se putant. Bona
F est ergo oblatio, si seruetur iustitia, & non negligatur misericordia: quia quod nobis petimus, & alijs præstare debemus. Si in
104 euangelio Lucæ dominus nuncians bellum Iudaicum aduersum se futurum dixit discipulis suis, vt gladios sibi pararent: quomodo postquam incœptum esset bellum duce Scariothe, & videns Petrus Apostolus insurgentes hostes, protulit gladium, & amputauit auriculam serui sacerdotum. Dns idem vetuit? Sciens dominus bellum Iudaicum aduersus se futurū, dixit discipulis suis vt gladios sibi pararent: quo facto, cum cœptum esset bellum duce Simone Scariothe, videns Petrus Apostolus insurgentes hostes, protulit gladiū, & amputauit auriculam serui sacerdotum. Tunc dns iussit Petro, vt recōderet gladium in thecam suā. Omnis enim inquit, qui accipit gladium, gla Mat.26
dio peribit. Vt quid parari iussit, qui prohibuit percutere: reum etiam mortis designans eum, qui percussit gladio, cum non vtique iniuste videatur Apostolus percussisse? Quantum enim pertinet ad Pertum percusit eum quem contra se armatum videbat. Resistere.n. debuit ingratis seruis, & ad dominum necandum armatis. Si singula membra inspicias caute, cuius uis patefieri rationem, inuenies & alia quę requires his
G dictis. Quid enim opus erat, vt hic qui spiritali fretus erat virtute, gladios iuberet parari carnales: & qui prius iussit, in via nec peram ferri, nec pecuniam, nec virgam, nūc iuberet habere, quæ prius ꝓhibuit? Incipiamus ergo cur gladios iusserit parari, & occidi prohibuerit, explanare. Nō solum enim inimicorū, verū etiam ipsorum discipulorū suorum causa, ad superuenturum bellum arma procurari præcepit. Noua enim & mirabilis res futura erat, vt is qui noua & inaudita ligna faciebat, sic subito humiliaretur, ut & uerberibus subijceretur & morti. Ne ergo velut impręscius hæc pati videretur, & à quo forte virtus recessisset, hæc omnia sic prædixit, vt non dubitaret de his, sed prescius contra hæc se pararet: & quia voluntate humiliatus est, non resistere acrius inimicis iuberet: intantum seipsum esse qui fuerat ostendens, vt iam detentus, aurem, quæ abscisa fuerat, restitueret, vt
Luc.22. vt quod gladio operāte decideret, redderet: non quasi carnalis vtique medicus, sed quasi corporum conditor opus suum truncatū refinxit. Nec.n. possunt medici abscisa corporis membra reparare. Vt autem dei virtus in illo non diminuta, sed ita vt fuerat inesse videretur, & illud firmaret quod dixerat.
H Potestatem habeo ponendi animam meam, Ioā.10.
& potestatem habeo iterum sumendi eam: hac ergo causa gladios parari, non tamen occidi iussit. Nunc illud ostendere superest, quare contuēs factum Apostoli Petri, eum qui gladio vsus fuerit, gladio dixit perire, cum

cum non iniuste percussisse videatur. Nam
Luc.22. sicut significatur in Luca, ipso domino permittente percussit, & sic prohibitus hęc audiuit. Ideo etenim permissum est, & vt vindicare se posse videretur, sed nolle: & vt virtus ostenderetur in eo manere, in quo fuerat, vt in vtroq; vindicare se posse non ambigeretur: inimici vero pro certo haberent data tam sibi ab eo potestatem, vt hoc facerent. Non enim victus apparebat, sed tradens se voluntati eorum. Quare ergo sentētia data est, vt qui gladium accipit, gladio pereat: nisi ꝙ nulli licet, excepto iudice, quenquam gladio occidere? Apostolo aūt Petro usque ad hoc permissum est, vt dolorem faceret, nō ꝙ occideret. Ob hoc.n. audiuit, ne iterū
I ꝑcuteret. Didicit ꝓterea, quia Christianis
Mat.10. iam factis occidere non licet. In misericordia.n. positis, lege iuris mūdo crediti vti non licet aspere. Illud autē quod ante euntibus in via discipulis, mandasse videtur, vt nihil tollerent in via, pacis est causa, & gratia virtutum, & affabilitas doctrinæ. Quid enim opus erat tollere aliq̄d in via, quibus signorum causa omnia offerenda erant? At vbi tē pus, quo se pati ꝓmisit, aduenit, propter qđ rixa magis quam bellum imminebat, armatos iubet esse discipulos: non vt repugnaret qui pati volebat, sed, vt dixi, vt prescium se huius rei, & in potestate habere possessionē suam ostenderet: humiliaret autem se humanæ salutis causa, quod suo loco dicetur.
105 Quomodo propheta quadret cum Euangelio, de obscuratione Solis, & quibusdam alijs. Cum in primo aduentu domini prædictum sit, quia contenebraretur Sol in passione eius, eadem hora qua factum probatur, id est, meridie. Sic enim scriptum
Amo.8. est in Amos propheta, Et erit in illa die, dicit dominus accidet Sol in meridie, & contenebrescet super terram dies lucis. Illo ergo die à sexta hora contenebratus est Sol
K usque ad horam nonam, & ita completa est prophetia supradicti Prophetæ. Imago huius rei, quę futura est in aduentu domini secundo, in passione domini est ostensa: quia in fine, cum cœpit dominus aduenire vt iudicet mundum, soluentur luminaria ab officio suo, dicente domino, In il-
Mat.24. lis diebus Sol contenebrabitur, & Luna non dabit lumen suum. Quod quidem, &
Iohel.2. Iohel propheta non prætermisit, vt cum à multis significatur, sine dubio impleri creditur. Ita enim dixit, Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, priusquā veniat dies dñi magnus & manifestus. Hoc quantum apparet, secundo aduentui magis congruit: tunc enim omnibus sic aperte manifestabitur, dicente scriptura. Tunc videbit illum omnis oculus, & plangent se super illum omnes tribus terræ, & qui illum Apoc.1.
crucifixerunt. itaque si in vtroque aduentu hoc continetur, quia Sol contenebrabitur illis diebus, qui dies ille, quo ampliari solem & lunam cecinit scriptura? Ait enim inter cætera Esaias dicens: Eritque super omnem Esa.30.
montem excelsum, & in omni loco excelso aqua perambulans in die illa, cum perierint multi, & cum ceciderint turres: & erit lumen lunæ, & lumen solis, & lux solis erit septies tantum in die, cum sanabit contritionem populi sui: & cætera. Qui dies
L potest intelligi, quo promisit se dominus sanare contritionem populi sui. Hunc opinor esse diem, quem pater Ioannis Zacharias ostendit dicens, Benedictus dominus deus Luc.1.
Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui, Sicut locutus est per os sanctorum Prophetarū suorum, qui à seculo sunt. Et liberabit nos de inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. Et Simeon inter cætera, Hic positus est, inquit, in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel. Hæc ruina est Scriba- Assutū.
rum & Pharisæorum & principum Iudæo Luc.2.
rum, quos Propheta significauit per turres. His ergo per incredulitatem ruentibus, alij surrexerunt credendo, qui prius videbantur infirmi, & ægri per negligentiam. Vnde Ioan.9.
Saluator in iudicio ait, Ego veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiant: vt q̄ ꝑ legis culturam & peritiam lumina videntur, per incredulitatem cæcarentur: cæci vero, id est, imperiti vel publicani viderent, dum crederent, Quorum infirmitates Propheta Saluatorē Esa.53.
portaturum prædixit. Itaq; hoc tpe Saluato M
ris factum est, sicut legitur in Euangelio, quia ipse infirmitates nostras accepit, & vulnera nostra curauit. Quę quidem omnia in passione Saluatoris consummata & adimpleta sunt: sic enim salus humani generis, tam apud superos quàm apud inferos & redempta est & firmata, quia prophetia Zachariæ supradicti vtrunq; comprehendit. Et hic.n. a[illegible] superos liberati sunt à cōtritio-

ne inimicorum interuentu misericordię: & illic apud inferos, cum erepti sunt de tartaro. Cuncti.n.qui sperauerunt in promissum Christum, expectabant aduentum eius, vt deuicta morte liberarétur de inferno. Vnde dixit, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. Si quis autem salutem hanc & in secundo aduentu contineri intelligat, in vtroque tamen aduentu, maxime in secúdo, Sol conuertetur in tenebras, & luna nõ dabit fulgorem suum. quomodo ergo augebit solem & lunam die, quo visitabit dominus populum suum, aduertemus, quando vtroque in tempore, quo cœpta liberatio populi & adimpleta est, solem & lunam non minui, sed contenebrari legamus: nisi planè solem & lunam sanctis comparatos intelli-
A gamus: sicut in alio loco legimus sanctos luminaribus adæquatos, & Paulo Apostolo prædicante, quia inter hos homines sancti in hoc mundum velut luminaria videãtur. Et in Euangelio, Tunc iusti, inquit, fulge-
Matt.13. bunt sicut Sol. Dñs.n.opera iusta lumen ap-
Matt. 5. pellat, Sic.n.ait, Luceat lumen vestrum corã hominibus, vt videntes opera vestra bona, magnificent patrem vestrum qui est in cœlis. Hi ergo, qui omnibus suis relictis, dominum sequuntur iustitiæ & sanctitatis causa, Soli & Lunæ comparantur septies honora-
Luc.18. ti, sicut dicit dominus, Nemo est qui relinquat domum, aut vxorem, aut filios, aut agros, qui non recipiet septies tantum in hoc seculo. Qui ergo ad præsens septies honorantur, potest intelligi, qui etiam in futuro septem partibus clariores cæteris futuri credantur, vt resurrectio eorum soli comparetur ac lunæ, cæterorũ vero sicut stellæ fiat. Claritas ergo sanctorum, quæ hic septies honoratur, in resurrectione aliud septies consequitur, vt qui hic claritatem Lunæ habet, in futuro Solis accipiat claritatem: & qui hic soli comparatur, septies tantum futurus credatur accipere. Propheta ergo Esaias solis & lunæ comparatione sanctorum merita au-
B geri prædixit: nec immerito: si enim ipse dominus sol iustitię dictus est, sancti autem similes ei erunt, Ioanne Apostolo dicente,
1.Ioã.3 Cũ enim apparuerit, inquit, similes ei erimus: conuenienter sanctos in sole esse significatos, septem tamen partibus maiorem solem quàm lunam Propheta supradictus ostendit. Quando enim lunam sicut lumen solis futuram ostendit, solem autem septies tantum, ad modum vtique solis sui dies lunã augeri significat, vt talis sit tunc luna, qualis nunc est sol: quanuis sanctorum ratio hic vertatur, sub hac tamen causa luminarium ex parte prodidit quantitatem, vt post crementum solis & lunæ tantum iterum maior sit, quantum est sol: & quantum in præsenti distãt sanctus à sancto, tantum distet in futuro post remunerationem? Quo- 106
modo intelligenda sunt quæ habẽtur in Ge- Gen.1.
nesi, præcipue de opere sex dierum. In principio fecit deus cœlum & terrã, Si cœlum in principio fecit, & terram, Cœlũ aũt firmamentum est, sicut in subiectis apparet: non est verum, quia prior lux facta est, & sic firmamentum: aliud.n.cœlum significare non poterat, quia facturam mũdi describit, deo operante perfectam. Propterea.n.q̃ di-
C uersis opinionibus homines fallebantur in causa mundi, Moyses deo se inspirante ostẽdit quæ esset ratio mundi. Quibusdam.n.videbatur initium non habere, alijs initium quidem habere, sed ab angelis quibusdam fabricatum esse. Nonnullis vero factus similiter, sed à spiritu quodam, qui est & deus potestatis aduersæ. Pauci aũt de origine veritatis traducem sequentes, deum opificem eius asserebant. Horum ergo causa diuersitatis, qui falsa opinione trahebantur, coactus est Moyses quæ esset causa huius vera ostendere, ne filij Israel erepti de potestate Aegyptiorum, à falsa tñ intelligentia eorum liberati non essent. Ipsi.n.inter cæteros magni erroris studium sequebantur: hi.n.antiquitus præ cæteris vanæ philosophiæ operam dabant. Denique Moyses per id, q̃ à filia Exod.2
Pharaonis adoptatus videbatur, eruditus est Actio.7.
omni sapientia Aegyptiorum. Quid est ergo quod dicit, In principio fecit deus cœlũ & terram: si.n.firmamentum significat. secundum quod supra ostendimus, videamus quid dicat. Arbitramur, quia Moyses vt omnem errorem inferioris creaturæ auferret, impensarum facti mundi in principio
D substantias ipsas, ex quibus mundus constat, factas esse significauit. quia si hoc tacuisset, coæternæ forte putarentur esse substantiæ deo iugabiles æstimatæ: vt qui huius rei testimonium recipit, ambigere non posset factum esse mundum, quando substantias, quæ ad impensas mundi profecerunt, initio subie[illegible] fatetur. Igitur in principio fecit deus cœlum & terram. i. supernam & infernam substantiam. Superna est, qua constat cœlum: inferna autem concretio

tio est quædã feculenta, quæ profecit in aridam quæ dr̃ terra, & tenebras. Vnde dicit in
Esa. 45. Esaia Propheta, Ego deus, qui feci lucẽ, & creaui tenebras. His ergo creatis, fecit simul substantiam: hoc est aquam, tenebras, & terram ante rpa: tempora enim sub firmamento sunt. Firmamentum.n.sicut quibusdam videtur, glacies est aquarum. Et ideo firmamentum dicitur, quia concretis diuinitus aquis firmatum est, quod ab occulendo vel celando appellatum est cœlum. Itaq; propterea q̃ aqua manus sit elementum, prior est significata: & quia pars eius profecit in cameram mundi, terra autem pauimentum. Quæ quidem & Dauid à spiritu sancto creata fatetur. Ait enim. Et aquæ quæ super cœ-
Ps. 148. los sunt, laudẽt nomen dñi, Quia ipse dixit,
E & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Post hæc ergo elementa ante compaginationem mundi fecit deus lucem, vt opera eius in lucem procederent, quæ lux modo dispositæ, cursum diei expleuit. Facta est nox iuxta diei modum, q̃ similiter impleto modo spatij, illuminata est aduentu luminis matutini: & sic impletus est primus dies, cum cœpit secundus: nox.n.diei deputata est, vt simul dicantur vnus dies: propterea enim q̃ subiectæ sunt tenebræ lumini, authoritate carent, nec possunt numerum facere. Triginta etenim dies vna luna appellantur cum secum habeant noctes. Itaq; lucis ministerium, quo spatium consumit sibi decretum, dies nuncupatur. Tenebrarum autem substantia antequam illuminetur, nox appellatur. Spatium autem illud, quod inter occasum & ortum est, nox est: non enim tenebræ faciunt noctem sicut & lux diem, quia tenebræ manent in sui natura. Lucis autem accessus facit diem, & discessus noctem: non immerito ergo subiecta est nox diei. Luce ergo facta, & cursu dũodecim horarum impleto, totidemque & noctis spatio peracto, æqui
F noctium fuit in primo die: & exinde cœpit dies increscere super noctem tribus scilicet mensibus, qui sunt tempus Veris: ex eo deinde augmento suo minuitur dies alijs mensibus tribus, qui sunt tempus Aestatis. Et iterum fit æquinoctium, ita vt ex eo nox increscat supra diem alijs mensibus tribus, q̃ sunt tempus Autumni. Et incipit iterum nox de magnitudine sua, q̃a supergreditur diem, minorari vsq; ad finẽ quarti tẽporis, quod est Hyems, & fit æquinoctium primi temporis, quãdo deus mundum creauit, qui dies intelligitur esse vndecimo calẽdas Aprilis, qũ primus dies Paschæ est, id est, primus dies primi mensis. In lege enim mandatum est, vt vndecima die primi mensis vespere præpararent se ad Pascha faciendum quartadecima mensis die, id est, ab undecimo. Iam enim vesper decimi diei in vndecimum lucet, vt ab vndecimo calendas Aprilis initium esset primi mensis. In principio etenim facta luna fuit quartadecima, quia omnia plena sunt facta, adde triduum à decimo uespere, & hi sunt tres dies ante luminaria quæ fuerunt, vt vndecimo calendas Aprilis factus sit mundus: quia numerus lunæ ab vndecim venit ad tertiumdecimum, cui Pa- G
schæ primus mensis integer est attributus, vt in Pascha die solenni neque extra vndecimum mundus factus est, quartadecima autem luna maiori lumine clarior factus est. Inter principium ergo & claritatem, qua illuminatus est mundus, saluator noster & passus est & resurrexit: quia quartadecima luna passus est, primo die resurrexit: q̃ ideo dominicus dicitur, quia ipsum dominus fecit, qui multiplicatos menses fecit, & tempora, & annos. Vt autem vno atq; eodem modo minime celebretur, cursus facit lunæ in decrementis & crementis. Terra autẽ erat inuisibilis & incomposita, Manifestum est quia terra, postquam facta est, inuisibilis erat & incomposita: tegebatur enim aquis, ideo erat inuisibilis: incomposita autem ideo, q̃a cum esset fluxa, non erat apta ad culturam. Et tenebræ erant super abyssum. Tenebras dicit fuisse super abyssum, id est, super immẽsam ex omni parte aquam. Et spiritus dei superferebatur super aquam. Hanc aquam quasi summitatem significat, super quam spiritus dei quia superferebatur, ostendit, vt tenebras super infinitam profunditatem fuisse significet. Spiritum autem dei super aquas, quia vbi spiritus dei erat, obscuritas non erat: quantum enim poterat illuminabat aquam. Abyssum autem, id est, immensam profunditatem illuminare non poterat, hoc H
est superiores aquas illuminabat, & subter erant tenebræ, & super abyssum. Idcireo autem hunc dei spiritum dicit, non quia sanctum hunc intelligi vult spiritum, sed eum super creaturam hylicam spiritaliter vult intelligi: totum autem dei esse significãs, dei hunc, qui super aquas ferebatur, spm̃ vocat, vt praua[illegible] asseuerationem conuellat, qua quidam v[illegible]antur, dicentes aliquid esse quod

Quo die creauerit deus mũdum.

non sit dei: nam nec ordinis, nec rõnis est, vt super aquas spiritussanctus fuisse dicatur quia super omnẽ creaturam est. Quod.n. de deo est, super oẽs potestates & principatus, & similiter super oẽs potentias spiritales est. Nõ moueat aũt mentẽ alicuius, quia
Gene.6 dei spũs dicitur, cũ constat omnia dei esse. Ait.n. deus inter cætera facturus diluuium, Non permanebit spũs meus in hominibus
Eze.37. istis, quia sunt caro. Et in Ezechiele inter alia, Hęc dicit dominus ossibus istis, Extendam super uos cutẽ, & dabo spiritum meũ in uos, & viuetis. Nunquid hæc ad officium spiritussancti pertinent, & non ad animam? Spiritus ergo hic dei est quidem, sicut cætera, hylicarum tamen moderatus est substan
I tiarum: ipsius.n. ordo est his præesse. Luce ergo facta, & cursu diei moderato, & peracto secundo die, fecit firmamentum, id est, cœlum, vt lux in terra firmamenti moderaretur diem, vt esset quasi lucerna in domo. Hoc inquam firmamentum factum est ex supradicta aquæ substantia. Nunc.n. compaginatur in specie mũdus, vt de confusione rerum discretis substantijs, singulæ partes aptarentur quæ ad membra mundi proficerent. Substantiæ enim quas primũ factas esse diximus, impensæ sunt mundo. Et ideo mundus dicit, quia res ab inuicem separatæ quæ erãt confusæ, & in speciẽ productę, mũdum fecerunt vocari, cuius in fabricam profecerunt. Firmamentum ergo, id est, cœlum factum est in medio aquarum, vt diuideret inter aquam, quæ erat supra firmamentum, & inter aquam, quæ erat sub firmamento: vt dei virtute in medio aquarum consisteret firmamentum, sub se & intra se & supra se & circa se habens aquam: vt esset concauum de foris, & intra munitum, ne aquæ sue interiores siue exteriores penetrarent cõ
K cauum eius, vt esset quasi domus munita atque firmata, vt securi essent habitantes in eo. Tertio die iussit congregari aquam, quæ erat sub cœlo, hoc est intra capacitatem firmamenti, in congregationem vnam, vt appareret arida, quæ est terra, & factum est sic. Exhausta enim latitudine terræ factum esse velut alueum, in quo demergeretur omnis aqua, quæ erat intra firmamentum, & apparuit arida. Recedente enim aqua, necesse erat terram apparere visibilem, quæ prius erat inuisibilis. Tunc arida appellata est terra, & congregationes aquarum maria. Et iussit producere terram herbam pabuli, & ligna fructifera ad semen super terram. Quarto item die iussit deus fieri luminaria in firmamento cœli, vt luceant super terram: luminare maius, in inchoationem diei: & luminare minus, in inchoationem noctis, & stellas. Hæc ad conceptum & natiuitatem & ad nutrimẽta pertinet eorum, quę gignuntur in mundo, & ad signa temporum certis curriculis necessaria, necnon, & ad ornatum totius mundi. Sicut enim ad ornamentum domus pertinet, si camera eius habeat auro distincta laquearia, ita & mundo ornatum præstant stellæ diuersa luce fulgentes. Luci itaque, L
quæ facta est, prior est additus splendor solis, ita vt connexa sint hæc & indiuidua. Noctι autem, quæ erat tenebrosa, datum est luminare: & quia quartadecima fuit luna qũ facta est, sit, ait, luminare minus, in inchoationem noctis, facta etenim tota nocte luxit, A parte ergo ad totũ dictum est, ad inchoationem noctis: quia non semper vespere lucet. Luminare autem maius, quod solẽ dicimus, manet in initio diei, quia simul cum luce priore concretus est. Tribus ergo diebus sine luminaribus his fuit mundus: non enim erant adhuc quibus proficerent officia eorum. At vbi autem produxit terra herbam pabuli, & lingua fructifera, necessaria fuerunt, quæ enutrirent vel conseruarent quæ erant producta. Quia ergo generatio omnis horum interuẽtu perficitur, non oportuit prius hæc fieri eorum effectu quæ producta de terra sunt, ne per hoc orta putarentur: sed illa ante faceret, vt hæc sine his facta esse non ambigantur. Quinta deinde die, aquas iussit producere reptilia animarũ viuarum, & volatilia volantia super terram secundum firmamentum cœli, & factum est
Gene.1. sic. Et inter cætera, Et vidit, inquit, deus qa bona sunt, & dixit: Crescite & multiplica-
M mini. Ideo autem adiecit, & vidit deus quia bona sunt, quia à quibusdam dicuntur mala esse, vt vel sic erubescant. Quando enim deo, & conditori suo placent, nulli vtiq; debent displicere. Nam solent dicere stulti, Ideo inquiunt, vidit, & placuerunt ei, quia ante nesciebat. O hebetes, quomodo nesciuit? Quicquid voluit, productum est. An quis vult quod nescit? Et qui potest facere, potest dici, quia nescit quod faciat? Et quod amplius est, non ipse fecit, sed iussit vt fierẽt: & qui iussit, nõ est huiusmodi virtutis vt faceret? Sed quia huic oĩa possibilia sunt, iubente

iubente hoc quæ non poterant, cœpit esse, vt ad huius laudẽ proficeret. Duplex ergo virtus est, ut sensibilem iuberet sensibilia producere. Sexto vero die præcepit, vt produceret terra animã viuẽtem, quadrupedia, & bestias terræ, & factum est sic, & producta sunt. Et vidit deus, quia bona sunt, & ual de bona, quia omnia necessaria sunt. Supradicta ergo die dixit deus, Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram, & habeat, inquit, potestatem super omnia quę
A fecit deus substantias, ex quibus mundum cõpaginaret, quo cõpacto, & omnibus ornatibus decorato, & necessarijs honestato, post hominem fecit, qui fruetur eo, & omnibus q̃ in illo sunt. Nam cum omnia super terram ex aquis & terra produci iussisset, hominem tamen vt faceret, limum terræ manibus apprehendisse describitur, vt multum differre hominem ab his quæ fecerat edoceret. Ad honorẽ enim hominis pertinere vult, quando eum dei manibus factum describit, & factum ad imaginem & similitudinem dei, id est, patris & filij. Quid sit autem ad imaginem & similitudinem dei, quanuis alibi dixerimus, hic tamen locus & causa postu-
Gene.1. lat vt iterum dicamus. Patris enim ad filiũ verba sunt dicentis, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: quanquam in opere vtriusq; intelligatur persona, dicentis & obaudientis. Hæc ergo imago dei est in homine, ut vnus factus sit quasi dñs, ex quo cæteri orirentur, habens imperium dei quasi vicarius eius, quia omnis rex dei habet imaginem. Ideoque mulier non est facta ad dei imaginem. Sic etenim dicit, Et fecit deus hominem, ad imaginem
1.Co.11. dei fecit eum. Hinc est vnde Apostolus, Vir
B quidem, ait, non debet uelare caput suum, quia imago & gloria dei est. Mulier autem ideo uelat, quia non est gloria aut imago dei. Similitudo autem dei hæc est in homine, vt sicut ex patre filius, sic ex homine mulier. In hoc plane dispar, quia hæc facta, ille vero natus est: Quibusdam tñ videtur omnia simul deũ fecisse. Si.n. verbo, inquiunt, feci, tquare non omnia simul fecisse dicatur? Nã hic hominũ mos est, vt per partes fecisse dicatur. Ad potentiã ergo dei magis facere videtur si uno die omnia ab eo facta dicantur. Porrò autem magnam prouidentiam in hoc opere & ordine contuemur. Nam potuit vtique simul facere cuncta, sed ratio multiformis prohibuit, & sepositis his omnibus, scripturæ diuinæ fides adbibenda est, quæ dicit & sæpe dicit, Quia in sex, inquit, diebus fecit dominus deus tuus cœlum & terram, mare & omnia quæ in es sunt. Primo enim in loco sic debuerunt fieri, vt sentirent ac scirẽt quia facta sunt: quando enim non se omnia simul viderunt, se vnum hodie, cras alterum, cognouerunt initio se contineri, & nullo modo posse æternitatem suspicari, vbi se partibus inuicem recognoscũt. C
Nam si omnia simul extitissent, non esset eis sensus infirmitatis, sed putarent se non cœpisse. Quæ enim verbo dei subito simul existunt, non se fieri sentiunt, nisi aliud ante se aliud post se videndo. Et ne forte illud quod primum factum est putet se infectum, maiora post se facta cernendo, hoc credit de se quod vidit in altero potiore. Deniq; lumen quod dies appellatur, ante se habet cœlum & terrã. i. aquã & aridam. Cum autem ipsa aqua & arida & tenebræ confusa facta, æternitatem sibi vendicare non poterant, quia nihil horum statum & proprietatem sibi ausum est vendicare, Sol iterum & luna cum sint clarissima, ante se habent multa. Ita ergo factum est, ut potiora posteriora, anteriora autem inferiora cum se uident, nihil horum sibi uendicet æternitatẽ. Prætereaq; sex diebus opus consummatum, totius mundi ætatem in se continet, ut sex dierum opera, sex milium annorum haberẽt figurã, quia quod unoquoq; seculo futurum erat, sex dierum per ordinẽ operibus continetur: ut pote quia prioribus seculis tanta cognitio dei in terris non erat futura, sine splẽdore anteriores dies uidentur. Vt autem ante hominem pecora fierent, quia ueteres nostri inculti & agrestes pecorum more uictu D
ri erant: sexto autem die homo fieret, hæc res fecit, quia in sexto millenario annorũ aduẽtus Christi hominẽ fecit, ne morti esset obnoxius. Vt autẽ imago dei esset homo, quia dono dei comaginari haberet filio dei, dicente Ioãne Apostolo, Scimus aũt, inquit, quia 1.Ioã.3.
cũ apparuerit similes ei erimus. Et uas electionis, coimaginati, ait, filio dei. Arbor aũt uitæ quæ posita est in paradiso, imago fuit futuræ gratiæ dei, quæ est corpus dñi, quod qui edit, uiuet in æternum. Nam arbor scientiæ boni & mali significat quod lex data est per Moysen, qui cum cognitum fecisset peccatum quod prius latebat, dedit scientiam boni [illegible]nali Ostendit.n. quid esset bonum

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidue malum. Illud vero, q̃ septimo die requieuit ab operibus suis, hoc significat, quia impleto sexto millenario annorũ, in septimo millenario requiesceret, cessante iam mundo ab omni opere seculari. Hæc dicimus pauca de multis, vt viam panderemus intelligendi secundum ea quę supra ostẽdimus.

107 De ordine diei & noctis, vtra sit prior.

Gene.1. Quantum ad orationem pertinet, tenebras E ante legimus quàm lucem. Ea enim quæ ad mundi fabricam profecerunt, quæque simul facta videntur, lumine priuata fuisse considerantur, id est, aqua, terra, tenebræ: ex quibus compaginatus est mundus, sicut continetur in sapientia, quæ dicitur Salomonis,

Spiẽs.11. ex materia inuisa, hoc est tenebrosa. Et te-

Esa.45. nebras enim, & aquam factam sacra volumina ipsius domini voce testantur per Esaiam Prophetam, Ego, inquit deus, feci lucẽ, & creaui tenebras. Similiter & per Dauid,

Psal.32. & aquas factas, & tertam firmatam super

Ioan.1. aquas spiritussanctus ostendit. Quod conuenit & Euangelicæ authoritati, & Apostolicæ traditioni, in quibus omnia facta leguntur: & vt nihil exciperet, siue quæ in cœlis

Colo.1. sunt, ait, siue quę in terris. In hac ergo parte, quæ ad terras pertinet, ante tenebras legimus quàm lucem: hoc autem est quantum ad ordinem lectionis pertinet, non quantũ ad dignitatem: nam vtiq; multo melior lux quàm tenebræ: in mundi tamen ratione lux accipit nomen vt appelletur dies, & tenebræ nox: sed hac scilicet ratione, quia dum illuminantur tenebræ & præterit lux, illud tempus, quandiu redeat lux, dicitur nox: & illud tempus quo illuminantur tenebræ, appellatur dies. Nox ergo cum dicitur, spera

F tur futurus dies: & cum dies dicitur, speratur futura nox. Cum verò officia hæc cessauerint, transeũte mundo, tenebræ tantum dicentur & lumen. Non enim potest dici nox, cum perpetuo sint tenebrę: neque dies, cum occidere cessauerit lumen. Vbi æternitas est, cessent hęc nomina, quia cum mundo cœperunt. Denique antequam lux fieret, quæ appellata est dies, non nox legitur fuisse, sed tenebræ: quæ postquam illuminatæ sunt, & præterijt lux, vesperæ appellatæ sunt & nox. Igitur quantum apparet, subiecta est nox diei. Non enim quia ante tenebræ leguntur quàm lux, idcirco anteponendę debent videri: & cœlum ante solem est, & tamen claritate maior est sol: & terra ante hominem & pecora & cæter animantia, & tamen subiecta sunt homini. Non ergo idcirco nox præferri debet dici, quia ante leguntur & tenebræ, cum appareat & dignitate lumen tenebris, & tempore diem nocti anteponi. Sicut.n. supra ostensum est, cũ

Gene.1. essent tenebræ, facta est lux, Et appellauit deus lucẽ die, & tenebras appellauit noctẽ, & factum est vespere & mane dies vnus. Nã nisi dies fuisset, nec nox esset: tenebræ enim erant, quæ cum illuminatæ sunt, & præterijt G dies cursu suo peracto, factus est vesper: Et cum post vesperum illuxisset, factus est dies primus, nocte transacta, vt diem sequeretur. nox. Hoc & dignum est & ratione cõmendatum, vt inferior natura per omnia subiecta sit potiori. Quo ergo nox ante die dicitur, cuius nomen post diem legis? Non.n. appellata fuisset nox, neque vesper, nisi facta lux diem egisset, quo trãsacto factus est vesper, qui est nox: dies vtique factus est vesper, vt scias noctem partem esse diei. Tunc.n. consummatur dies, cum transit & nox. Demiq; sic dicimuus, annus dies hẽt trecentos sexagintaquinq;, non vtiq; sine noctibus cum.n. dies dicimus, ibidem computamus & noctes. Sub authoritate enim diei significamus & noctem: nam & si nox prælret diem, sub vocabulo noctis cõputaretur & dies. Quis etenim hominum dicat, post quinque noctes videbo te, & non post quinque dies? Nec legisse nos meminimus alicubi noctem ante diem significatam. Nam fuit, inquit, Moy- Exo.24. ses in monte quadraginta diebus & quadra- Ps.120. ginta noctibus. Et in Psalmo, Sol, inquit, nõ vret te per diem, neq; luna per noctem. Et vt de ipsis primordijs. demus exẽplum. Fiãt, Gene.1. inquit, luminaria in firmamento cœli, & lu- H ceant super terram: luminare maius, in inchoationem diei: & luminare minus in inchoationem noctis, sed luna non potest pręponi soli, sicut nec nox diei, sed sicut luna sub sole est, ita nox sub die. Et in Euangelio habemus sub authoritate & numero dierum significatas & noctes. Ait inter cætera Luc.9 dominus. Sunt quidam circunstantium, qui non gustabunt mortem, donec videant filiũ hominis in regno suo. Et subiecit, Factum est post dies octo, &c. Nunquid non in hoc numero continentur & noctes? Et alio loco, Hæc, inquit, in Bethania gesta sunt trans Ioan.1. Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Postera die vidit Iesum venientem: Nunquid dixit, Postera nocte? Iterum sequitur, Sequenti die voluit proficisci in Galilæam. Et Ioan.1. in

in subiectis. Et die tertio nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ. Ecce vbiq; dies in authoritate probatur, noctem habens subiectam. Si.n. noctis nomine cõtineretur, piret nox diem: nã quia Romani regnũ habent, Hispani & Galli & Aphri, & cæteri subiecti eis, sub eorum nomine Romani vocant: ita & nox, quia subiecta est diei, sub eius nomine cõtinetur. Sed inde quidã falluntur, quia Iudæi in sabbatum vespere iubentur intrare, I nõ considerantes cur ita mandatum sit. Nã vtique pridie necesse habent emere escas & præparare in sabbãtum, & totum ire. Nunquid possunt hæc nocte facere, vt orto die intraret in sabbatum? Dñs certe vespere resurrexit, & diei deputatur, In die enim resurrectio celebratur qui dies dominicus appellatur, Sic enim legis, Hęc dies quã fecit dñs: non tamen nox dominica, quia principatũ dies habet. Siue enim præterito die siue futuro, semper nox subiecta est, quia & ordi-

1.The.5 ne inferior est & natura, Dicente Apostolo, Filij diei estis & luminis, nõ noctis neq; tenebrarum. Et si de cõsulibus conijciamus, videbimus illum primum nominari qui primo eligitur. Denique solet dici, cum illo qs erit consul? Si ergo & nox ante diem esset, prior nominaretur. Nã vsquedeo à die incipit numerus, vtputa si dicamus, cras sexto calendas est. A mane vtique est vsq; dum veniatur ad aliud mane, vt transacto die & nocte computetur. Nã & Luna vtique in initio mane facta est quartadecima: facta.n. lucere debuit tota nocte, & in aliud mane cœpit quintadecima. Quid ergo ambigitur, vt non à die principia teneantur? Propter K quorundam contentiones de re manifesta coacti sumus latius loqui, cum ipsa se lectio explanet, in qua dies ante noctem aperta ratione significat. Hæc omnia supra memorata secundum mundi originem diximus, Verum si altius loqui velimus, intellectum nostrum spirituali erigentes vigore, incongruũ deprehendimus tenebras ante lucem creatas asserere. Si enim lux cœlestis naturæ est, & tenebræ terrenę, ineptum vtique est post tenebras lucem factam putare, quia Moyses lucem quidẽ factam, sed in qua nunc mundus est parte, non quia tunc creata est dicit, quia omnia spiritalia ante creata sunt q̃ carnalia, vt lux quæ in supe. ris erat fieret in subiectis vt lampas in domo. Qua autem ratione ante lucem tenebræ dicuntur, cũ semper post lucem videantur? Denique cœlestia & spiritalia lumen natura esse credunt, terrena & carnalia tenebræ, vt tenebrarum nulla potentia luminis subsistere videatur, quia omne primum summitatis est. Nam si requiramus, in ipso sole tenebras deprehendimus. Quando.n. iuxta illum fueris, tam clarissimus videtur vt prospici non possit. Si vero interuallo, clarissimus quidem sed vt possit aspici. Si autẽ longe, minus clarus, quanto longius tanto minus clarus. Vnde L defectus quidam apparet, qui tenebras nunciat, & ita peruenitur vt tenebræ ex lumine ortum capere videantur. Itaq; qui fecit lucem, hoc modo creauit & tenebras, quomodo faciens aquam simul creauit & terram, vt sicut infimum aquæ terra est, ita tenebræ defectus luminis. Deus aũt solus est qui defectum non patitur, qui cum vbiq; sit, immò omnia intra se habeat, tam præclarus est, vt à nullo videatur, nisi se voluerit temperare. Denique saluator cum esset in corpore & non esset clausus, minime videbatur nisi voluisset. Nam vtique quod in monte transfi- Mat.17. guratus est, & in claritate magna apparuit, hoc veluti latebat in corpore, quod cum voluit manifestauit. Quo ergo latebat q̃ clausus non erat? Nam si cum corpore clausis Ioã.20. ostijs intrauit ad discipulos, quemadmodũ diuinitas eius non omnia penetrat? Hoc est claudi non potest, quia defectum non patit, Cum ergo nusquam desit deus, illic tamen dicitur esse vbi apparet & vult videri. Cum ergo omnia in deo sint, quia excedit cuncta, dicente Apostolo, In ipso, n. viuimus, mouemur & sumus: ipse tamen in nullo est nisi in M quo noluerit. Ministerio.n. quodam in omnibus est, & prouidentia quãdam in quo vult apparet. De lingua Hebraica vnde 208 nomen accepit, an ab Heber, an ab Abrahã?

Omne quod à deo est, rationabile est, & vnicuique rei exordium causa dat quæ sit origo ipsius, vt non absurde nominari aut subsistere videatur, sed vt nuncupationem ostenderet, quæ caput intelligitur esse ipsius nominis. Igitur ratio hominis est, qua constat, Constat aũt ex quatuor elemẽtis scilicet terra, aere, aqua, & igne, deo anthore duntaxat quintus est animus quasi auriga, vt cõcretum & figurarum corpus agat, & quasi imperator ipsius. Et ab humo nitium sumpsimus, & eius nomine nuncupamur. Homines enim vocamur propter humum, vt de patre nostro forinsecus originẽ habet. Ig. r causa & ratio facit, vt ex nomine

ne alicuius cæteri subsistentes sub eodé nomine appellentur, ipsum significantes in se. Quamobrem videamus si congruit, sicut quidam putant ex Heber dictos Hebræos: videtur. n. quantum ad nomẽ pertinet, inde huius nominis origo descendere: anterior est etenim Heber quàm Abraham. Quod
A si esset verum, deberent hi, qui de tribu Heber sunt, post ipsum eodem nomine nuncupari: ab Heber enim septima generatione natus est Abraham. Si ergo super Abrahã vel ipse Abraham Hebræus dictus est, sine dubio Hebræi ab Heber nuncupantur: si autem non legitur super Abraham dictos Hebræos, sed post Abraham, nõ iam vtique ex
Retr. li. 2. ca. 16. Heber, sed ab Abraham dicuntur Hebræi: quippe cum filij Abraham primo hoc nomine appellati noscantur: in Genesi. n. Ioseph & fratres eius Hebræi sunt appellati. Sciẽtes autem Abraham fuisse, qui de Syria descendisset in Chanaan, & multiplicatus fuisset, fidei causa omnibus copijs refertus,
Gen. 12 rex & Propheta appellatus, & pater multa-
Gen. 14 rum gentium, qui cum trecentis decem & octo viris vernaculis suis quinq; reges confoderit: quia non in angulo hæc gesta & dicta sunt vt laterent, eos qui ex semine eius erant, Hebræos nuncupauerunt. Ordinis ergo & meriti eius fuit Abraham, vt caput fieret his qui ex eo traducem habent. Dei. n. iudicio princeps & origo positus est in terra Chanaan, vt ex eo geniti, alterius essent &
F profes sionis & conuersationis, q̃ fuerat ipse
B priusquam descẽderet in terram Chanaan. Innouatus. n. ipse, nouum constitueret populum in dei deuotione. Hinc est vnde
Phili. 3. Apostolus Paulus Hebræũ se ex Hebræis fatetur: hoc. n. dignitatis videbatur esse cognomen. Testimonium. n. & nobilitas generis erat, vt ex nomine eius cognominarentur, qui multis modis deo placuerat, quiq; eis erat origo. Abijciatur, si non conuenit rationi: spernatur, si dispar est: cõuellatur, si alienum est à meritis Abrahæ: & nos refellamur quasi adulatores eius. Quę est hęc inimicitia aduersus Abraham: quæ æmulatio, qua ei obtrectant inimici? & qui sumus, nisi qui filij eius dicuntur? Quid est in quo displicet Abraham, vt gloria hæc aliena ab eo putetur? Et quid est quod placeat in Heber, vt primatum istum habere dicatur? Cuius si conuersatio posset inquiri, inueniretur forte idola coluisse: sicut Thare &
Iosue 24. Nachor, & pater Nachor, quos constat non longe ab eo fuisse, sicut testatur Iesus Naue, qui idola coluerunt. Aut certe qui ex diuersos sunt, ostendant qua ratione vendicãdum est hoc Heber, ne forte à nobis supprimatur meritum eius: sed nullum est, quia communes sunt nobis scripturæ: & quid vnicuique debeatur, in propatulo est. Si. n. ex solo nomine putant hoc debere defendi, infirmum & improbabile est. Tunc etenim rite nomini
C eius vendicarentur, si causæ aliquæ testes exisserent, quę hoc confirmarent: possent. n. aliqui eiusdem nominis rem sibi non suam vendicare. Ideoq; hoc est verum, quod non solo nomine, sed & perspicua ratione firmatur, nam qm̃ dignatione dei factum est, vt in Abraham viuificaretur genus humanũ, & forma fieret salutaris hominibus, nulli est ambiguum idcirco in ipso reparatum esse, quod fuerat amissum vitio fragilitatis humanæ. Hic. n. imago quædam positus est, vt ad eius similitudinem genus hominum reuerteretur ad deum, vt & dei culturam, & sermonem qui datus prius fuerat in vsum hominum, recuperaret hominibus: quia sicut in principio in Adam dei fuit imago, vt cognitio eius esset in terris, ita post ruinas humani generis, & obliuionem veri dei, in Abraham reformatum est, vt ab ipso fides in deũ cœpta, iterum germinaret in fructum. Vnde non est absurdum, vt ex nomine eius, plebs ab eo cœpta vocabulũ sortiretur. Sed ne forte propter nomen Heber scrupulum patiantur, quia magis cum Hebræis Heber sonat nomen, quia Hebræi dicuntur, non Abrahæi: recognoscant iterũ quia Hebræi,
D non Heberæi dicuntur. Heber. n. dictus est, non Hebrer aut Hebre. Si ergo hinc impugnandum putant, patiantur quod faciunt, & neuter nostrum habebit ex hac parte victoriam, nisi is, qui per ordinem reddita ratione ostendit verum esse quod asserit: qui. n. in vna re par est, perdidisse dicendus est, si in altera inæqualis fuerit inuentus: nam propter sonum immutata est litera, vt Hebræi pro Hebraei dicerentur, quia melius sonat. Quoniam & ex Iuda non Iudai dicuntur, sed Iudæi. Vbicunque. n. absurdum visum est, immutata est litera, vt vox sonũ compositum haberet: nam pro medio die meridie dicimus, & multa sunt alia. Igitur conuenit, vt est stensum, vt nomine Abrahæ, tam lingua q̃ populus nuncuparetur.
Gen. 11 Hæc ergo lingua est, quã dicimus primitus datam Adę & cæteris, quã propter prę sumptionem

ptionem turris ædificatæ credimus in multas dispersam & confusam, vt non iam hæc, sed multæ ex hac, immutatione habita quorundam dictorũ, existerẽt: vt vnã haberent speciem, nec tũ deperiret, sed tota confusa esset cæteris linguis. Ita. n. tunc actum est, ne
E se homines intelligerent & maiora auderẽt. Tantæ ergo tunc linguæ intelliguntur exti tisse, quanti & homines fuerunt, qui dispersi locis in quibus habitarunt, vnusquisq; linguam suã instituit. Si autẽ ipsa esse minime putabitur quæ scripta est tũc vna fuisse, hæc supererat, vt de cæteris linguis collecta sit particulatim, & compaginata in speciẽ linguæ vnius qua vteretur Abraham, vt quia pater multarum gentium erat, ex multis linguis sermonem haberet cõpositum, & esset per omnia innouatus. Sed quia ij quos memorat liber Geneseos vnius vocis & sermonis, ab Oriente migrasse leguntur, & inde iterum dispersi à deo super faciem totius terræ, non vtique illic remansit, quin primitus lingua data remaneret. Denique neq; terrã aliquam habet inter homines, vt cæteræ linguæ, neque gentẽ exceptis Iudæis, quia primo homini data est in paradiso. Et postquã cõfusæ sunt linguæ, nusquã reperta hæc quæ nunc dicitur Hebræa. Si ergo nusquam habet locum vel gentẽ, Abraham autem natione Syrus erat, vnde hanc linguam Abrahæ vel cæteris seminis eius, nisi quia aut illa prima est, aut certe de multis aptata? Videmus enim aliquantas linguas nonulla verba similia eius habere. Sed hoc non sic conuenit
F rationi quo illud, si prima ipsa esse dicatur: non enim ociose hoc factum ratio probat. Ipsam enim linguam debuit Abraham habere quam habuit primus homo, vt Moyses veniens, & creaturam & hominem à deo factum describẽs, hac voce vteretur qua deus locutus est, & hominem appellauit Adã, & Adæ mulier vocata est Eua: vt hæc vox esset in libro Moysi, quæ fuerit & in ijs quos describit, vt vere in omnibus reformatam doceret primã causam, & beneficiũ diuinũ in Abraham. De Melchisedech, quo Abraham benedixerit, & quid de eo senserit Apostolus. De Melchisedech legimus in
Gen. 14. libro Geneseos. de Melchisedech etiam simi
Hebr. 7. li modo est & in epistola data ad Hebræos: quia obuiauit, inquit, Melchisedech sacerdos dei summi Abrahæ reuertenti à cæde regum, & protulit panes & vinũ, & obtulit ei, & benedixit eum dicens, Bñdictus es Abraham à deo excelso, qui fecit cœlũ & terram, qui tradidit inimicos tuos sub manus tuas. Vt vt Apostolus significaret quis intelligẽdus esset per Melchisedech, adiecit, Sine dubio. n. ait, quod minimũ est, à meliore benedicitur. Quod quidem non vtiq; ad traditionem retulit officij Ecclesiastici. Quis enim ambigeret regulam traditionis dominicæ, G
qua benedicuntur subiecti à dño meliorem esse ijs qui benedicuntur ab ea? Domini. n. mysterium in ijs vernis quæ ipsum complectuntur ac memorant operatur. Personæ autem eius proprium meritum & potentiam voluit demonstrare. Quis ergo hic & quantus est, ad cuius comparationem minor dicitur Abraham, quem constat in omnibus fidelibus signum habere testimonij nobilitatis ac fidei? Igitur hic Melchisedech non vtique sic benedixisse intelligitur Abrahã, sicut faciunt homines sacerdotes, vt ex legatione daret benedictionem verbis solennibus, sed quasi propriam, quam non per verba, sed per naturam acceperit substantialiter, vt sit ei propria. Sacerdotes autem quos antistites dicimus, regulam habent verbis solennibus ordinatam & traditam sibi, quã supponentes hominibus benedicunt: nõ tamen quos volunt, sed etiam aliquando quos nolunt, quia dator regulæ ipse scit cui dari debeat vel infundi sacratissima benedictio. Ille vero qui natura habet benedictionem substantialiter, quem dicit summi dei sacerdotem, per voluntatem dat benedictionẽ. Verba enim benedictionis & natura eius cũ voluntate concordant. Nec errat vt ibi velit vbi non debet, neque nolit vbi debet, H
sed cui dederit verba, dat & effectum. Nostri autem sacerdotes super multos quotidie nomen domini, & verba benedictionis imponunt, sed in paucis effectus est. Et iterum quando meliores se benedicunt. Quãquis enim quis sanctus sit, curuat tamen caput ad benedictionem sumendã, quia nõ proprium sacerdotis est, sed dei inuẽtum. Heli
1. Re. 1. .n. sacerdos Annam benedixit, & prosecutus effectus est: non vtiq; merito sacerdotis, sed ipsius Annæ, cuius mundum cor inspexit deus. Igitur Melchisedech non ideo melior Abrahæ dicitur propter solum officium sacerdotij: sed & natura anteponitur illi, vt vltra homines intelligatur. Nullo enim modo fieri potest, vt qui tanto amico dei præponitur fideli vsqueadeo, vt amore & timore ei nec filiũ suum charissimũ dubitaret

taret occidere,homo putetur. Qua.n.iustitia, quibus operibus plus posit mereri, q̃ meruit Abraham? Nec.n.erat plus quod faceret ad commendationem meritorum, q̃ se
Gen.12. cit Abraham. Primum.n.cum nesciret deũ, I nec signum vidisset quo ei suaderetur, dicẽti sibi deo, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: nec distulit, sed statim obediuit, nõ solum præsentis dei, sed
Mat.10. & futuri domini implens voluntatem. Dicit.n.dñs, Quicunque plus fecerit domum, aut parentes, aut fratres, aut cognatos, quàm me, non est me dignus. Qualis ergo Abraham, & cuius meriti est, qui ante mandata
Heb.13. saluatoris impleuit, q̃ prædicarentur? Apostolus hospitalitatem sectandam, magnopere docet: hanc Abraham sic & tam deuote excoluit, vt videatur ab hoc didicisse Apo-
Gen.22. stolus hanc prædicãdam. Deinde prouectus annis, sic multiplicari credidit semen suum, quod prudentibus mundi stultum videtur, quemadmodũ sunt stellæ cœli, vt antequã
Abdiæ 1 sententia decerneretur prudentibus seculi, ab hoc damnati videantur. Postea.n dictũ
Esa. 19. est, Perdam prudentiam prudentum. Iussu
2.Co.1. dei circunciditur, quod non vtique sine do-
Gen.17. lore fit, & non ægrefert, vt posteris formam daret patientiæ. Ex Sara illi vxore sua iam anicula filius promittitur, & non dubitat: vt futuris ostenderet intantum dei authoritati credendum, vt etiam si quæ irrationabi lia videntur, præcipiat aut promittat: non ambigatur: quia magis persona eius respicienda est q̃ verba, vt quod in verbis infirmum aut impossibile videtur, persona eius
K confirmet, & faciat videri possibile. Deus est.n.qui promittit, de quo credendum est, quia potest quod hominibus impossibile vi-
Gen.22 detur. Quæ.n.offensio potest iudicari, cum plus de deo opinatur, q̃ de se sentit humanitas? Propter quod datum sibi à deo Abraham filium eodem iubente occidere illum non ambigit, nec tempus differt: nec admiratur ad dei voluntatem, vt filium quẽ magnopere beneficij & admirationis dederat gratia, hunc iuberet occidi: certus dei volũtatem non debere ab homine retractari, neque iussionem aut factum dei sine prouidẽtia esse. Quod vt omni deuotione festinanter impleret, matri eius, coniugi suæ non indicat: non ignarus fragiliores esse circa filios fœminas, & posse huic deuotioni lachrymarum miseratione impedimẽtum afferre: nec non & ipsum puerum [illegible]et vsque ad horam necis, vt iussioni dei toto mentis obsequio obediret: nõ parricidium hoc deputans, sed holocaustum, quod iusto iudice authore fiebat. Quæ ergo his maiora posset gerere Melchisedech, quibus præcederet Abraham, quem sicut videmus, in nullo con- L
stat inobedientem fuisse? Moyses etenim, Exo.33.
cui legitur facie ad faciem dominus esse lo- Exod.4.
cutus, missus ad gentem & ad fratres suos, Ionæ 1.
ire nolebat. Ionas Propheta præceptum sibi Iob 1.
vt Niniuitis prædicaret, irrupit, vt ad alium locũ pergeret, quò missus non fuerat. Iob planè egregius in omnibus, tamen motus amissione filiorum, vestimenta scidit sua, & totondit comam capitis sui. Abraham autem nec contristatus legitur de morte charissimi filij, & quem iussus fuerat ipse occidere, nec alicubi deo sibi iubente legitur trepidasse. Igitur per hoc apparet Melchisedech vltra hominem esse, quia non erat vnde melior esset quàm Abrahã, nisi sola præcedat illum natura. Natura enim impassibilis, beatitudinem per substantiam habet: humana autem necessitas beatitudinem acquirit per gesta. Quia enim perfectionem diuinitatis non habet, per exercitium & collu
ctationem proficit vt melior fiat, cum plus vincit quàm vincitur. Si enim sic ageret, quod impossibile est, vt nunquam peccaret, melior deo fieret. Quod absit, quia natura quæ potest peccare, sicut & non peccare, si semper vinceret, illi naturæ præponenda erat quæ ideo non peccat quia impassibilis est. Non enim magnum videretur non peccare, quia non potest: magnificum autem, si cum posset peccare, non peccaret. Hoc ergo interest inter substantiam dei & homi- M
nis, quia dei substantia beata semper est securitate inuincibilis æternitatis suæ, hominis autem substantialiter beata fit per laborem. Et alia necesse est beatitudo sit impassibilis, alia illius qui tribulationibus conficitur, vt possit aliquando gaudere. Beatitudo enim impassibilis in eo est semper vt beata sit, passibilis autem post magna exitia gaudet euasisse mortem. Contristatur ergo vt possit gaudere, nec perpetuo securus passibilitate naturæ: Impassibilis autem semper beatus est, quia neque nouit tristitiam, neq; suspicatur posse se contristari. Nam & natura hominum, quanuis per laborem beatitudinem consequitur, non erit tamen intacta, neque deerunt ei cicatrices. Qũo.n.fieri potest, vt sæpe cõgressa & aliquotiens victa

cta non sit vulnerata? Impassibilis aũt semper intacta, illæsa, inuiolabilis manet. Igitur non minimus diceretur Abraham ad Melchisedech, nisi potior esset natura Melchisedech q̃ Abraham. Nam hæc quæ diximus, ingenij esse forte videntur. Si autem legem respiciamus, plurima adhuc & potiora dicẽ
Gen.14 tur. Hic.n.Melchisedech rex Salẽ, sacerdos
A dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à
Hebr.7. cæde regum, qui & benedixit eum, primum quidẽ interpretatur rex iustitiæ, deinde rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre & sine genealogia, neque initium dierũ, nec finẽ vitæ habens, similatus aũt filio dei manet sacerdos in perpetuum. Et vt hæc locis quibus significauerat commẽdaret deo, adiecit, Videtis ait, quantus sit hic cui decimas dedit Abraham de primitiuis princeps patrũ. Vt.n.qua potentia & quanta Melchisedech sit, ostendat, laudat Abraham, dicẽs, Quia princeps patrum est, hoc est, cæteris omnibus melior Abraham, sed minimus ad Melchisedech. Nonne manifestum est hũc hominẽ non esse sed meliorẽ? Quid est.n. quod dicit de eo, quia rex pacis est, & rex iustitiæ? Propius accedite & videte. De lon-
ge.n.solẽ videntes lucernam putatis, & argẽ tum aspicientes, æstimatis stannum. Potest aliquis hominum dici rex pacis atque iustitiæ? Pax.n.hominibus prædicatur, similiter & iustitia: Hic aũt ideo rex pacis & iustitiæ dicitur, vt ab eo iustitia & pax originem ha bere noscatur. Non.n.super ipsum esse dici
B potest quod ab ipso regitur. Nam homines iustitia magistra & pace, erudiuntur ad deũ promerendum, Hæc ergo quæ hominũ magistra est, Melchisedech habet regem. Quãtum ergo melior est homine Melchisedech, qñ gubernatrix hominum sub ipso est, hoc est regem esse regum. Itaque cum rex iustitiæ & pacis dicitur, author eorum esse significatur, vt qũo dñs Iesus author vitæ est, ita & Melchisedech author iustitiæ sit & pacis: quia qui per Christum viuunt, hi dispẽsante iustitia & pace reguntur. Cordibus.n. seruorum dei iustitiã infundit & pacem, ad exornandam disciplinam dominicam. Scriptũ legimus in Psalmo octogesimoquarto,
Psal.84. Quia iustitia & pax complexæ sunt se, & veritas de terra orta est. Et vt de qua iustitia diceret, ostenderet, ait, Quia iustitia de cœlo prospexit. Hoc de tempore saluatoris scriptura ostendit, quo iustitia dei data est mundo per Christum, in cognitione mysterij dei vnius quod ante ꝓmiserat. Iustum est.n. scire creaturam veritatẽ creatoris sui, q̃ iustitia manifestata in terris sublata discordia quę de iniustitia fuerat generata incogniti dei pacificos fecit discordes, dum diuersos dudum, in vna fide constituit: Sic se complexæ sunt iustitia & pax & veritas vnius. De terra orta est magistra iustitia: incarnatio C
.n. Christi ostendit, q̃ esset de ipso deo veritas cognoscenda. Igitur hæc certa iustitia dei est, similiter & pax, dicente Apostolo, Rom.16
Ipse aũt deus pacis conterat satan. Qũo hoc possit discernere, nõ aduerto, vt cũ deus pacis, pater sit dñi nostri Iesu Christi, nec nõ & ipse Christus: dicit.n. Pacem meã do vo- Ioã. 14.
bis: de Melchisedech dicatur: quia rex iustitiæ & pacis est. Qua rõne secernatur, nõ intelligo. Puto.n. nihil differre quantum ad rem pertinet, regem pacis à deo pacis. Quia .n.in mundo quisquam deus dici nõ debuit, vt vni soli ex quo sunt omnia, reseruaretur hoc tantũ nomen, regẽ qui imaginem eius haberet instituit, q̃ excepto dei nomine omnem potestatem eius haberet: Sed quia terrenus est, hominũ rex est, nõ tamen pacis & iustitiæ: Quia etiã ipse ducẽ habet iustitiã, quã non illi licet contẽnere. Iustitia.n.deus illi est: Res.n.dei est iustitia, & qui prænaricatur eã, reus sit dei iudicio. Melchisedech aũtẽ sicut datur intelligi, non more hominũ rex appellatur, quia sub se habet iustitiã q̃ regibus dominatur. Nemo etenim põt habere sub se iustitiã, nisi eius naturæ sit vt peccare non possit. Sub ipso aũt esse ideo dicitur, D
q̃ ab eo inuẽta est modo legis, per quã gubernẽtur qui possunt peccare. Igitur rex iustitiæ moderator est verborum à se inuentorũ, quibus bene beateq; & viui possit & credi. Diu multumq; laboramus, & adhuc minus de Melchisedech dicimus, nisi reuertamur ad scripturã, quæ & ipsa diu pulsat & clamitat, vt pressos graui somno excitet ad intellectum, non noctis, sed diei. Dicit ergo, quia sine patre, sine matre, sine genealogia est Melchisedech. Et ne aliter intelligeretur [illegible]dignum est, adiecit, Nec initiũ dierum, nec finem vitæ habens. Per qđ ostendit neque natum neq; mortuũ eẽ Melchisedech. Quid ad hæc tam manifesta humana argumentatur subtilitas? Quæ est tam versuta ingenij calliditas, quæ audet resistere manifestis, vt non sensum capiat ex lectione, sed sensum tri[illegible]at lectioni? Vis infertur scripturis dominic[illegible], ita vt etiam hos inimicos sentiat,

tiat, qui authoritati eius se inclinare videntur. Dicunt.n.quidam non ita de Melchisedech debere credi, vt relatum est scripturis, ac per hoc ad sensum suum scripturas conuertunt. Quibus melius esset aperte nō recipere scripturas, q̄ dolose agere cōtra illas vt sub nomine pacis paretur bellum, & sub
E tegmine amicitiæ lateat hostis. Dicunt ergo non ad generositatem pertinere Melchisedech, sed ad humilitatem generis eiusdem, quia sine patre & matre legitur fuisse. Hoc enim ideo aiunt sic scriptum esse, vt ostenderetur ex alienigenis fuisse, nō ex tribu qua ortus est Abraham, quia genus eius non inuenitur in lege. Vnde & adiecit, inquiunt, & sine genealogia, vt intelligeretur penitus origo eius in lege descripta non esse, vt ex parē tibus qualibuscunque per seipsum vir bonus factus credatur. Porrò autem iam tanta est scriptura, vt omnia per ordinem digesta causæ necessaria ponat. Primum.n.dicit, sine patre, sine matre: videamus si cæterorum matres significātur in lege, quæ fuerit vxor Nachor auia Abrahæ, mater Thare, non legitur quæ fuerit mater Abrahæ, vt de cæteris taceam. Nunquid hi sine matribus fuisse dicendi sunt? Si dixisset, sine patre, siue fuerat color, quia omnium qui fuerunt, patres habentur in lege. Addit, & sine genealogia. Si ideo hæc dixit, vt ostenderet generationem eius in lege non esse, sufficerat dixisse, sine patre: quia illius patrem nemo no-
F uit. Multo magis iterum ad manifestationem dicit, Neque initium dierum, neque finem vitæ habens. Dic quisquis es violētus, quō istud interprētaris? Quid est initium dierum non habere neque finem vitæ? Sufficerat certe dixisse, generationem eius in lege scriptam non esse, ac per hoc origo eius ex allophylis est credēda. Potest dici translatum hunc sicut Enoch, ideo nō mortuum esse, Esto. Quid est initium dierū vitæ non habere? Forte dicas, q̄a dies natalis eius scriptus non est. Cuius.n.scriptus est in lege? & hæc ratio est, vt cuius natalis dies scriptus non est initium dierum vitæ negetur habere. Potuit ergo & de cæteris idem dici. Et i. vt homo translatus fuisset, non tamen sine vitæ erat fine, quia quicquid sub spe mortis est finem habet. Desine quisquis contentioni studes, expedit enim veris vinci, quàm vincere vera per falsa. Perdere est enim nō vincere, quia si in homine perd[illegible]e videretur veritas, apud deum tamen [illegible]cit, quia ratio eius inuincibilis est. Itaque animus à lege vinci debet, vt hoc sentiat quod à lege significatur, non vt ipse legi sensum det suo arbitrio, vt legem se violenter legi exhibeat. Et audi Zorobabel, quia super omnia, ait, 3. Esd. 3.
vincit veritas. Iam Melchisedech futurum mysterium incarnationis, & passionis dñi G
ostendit, dū Abrahæ primū quasi patri fideliū tradidit Eucharistiam & corporis & sanguinis dñi, vt p̄figuraretur in patre, q̄ in filijs futura erat veritas. Qui si homo putat & sacerdos, eo more quo fuit Aaron, aut nūc sunt, ostendatur aut legatur locus habitationis eius. Aut si fuit tēplum aliquod aut synagoga in qua congregabat populum, & offerebat eorū sacrificia, vel qui populus cōueniebat ad illum. Si.n.sacerdos in terris erat, sine dubio habuit populum, & ante Abrahā vtique, vel tēpore eius erat populus q̄ seruiret deo. Et quo Abrahā quasi caput factus est fidei, vt ex eo populus haberet notitiam dei? Similiter.n.si Melchisedech erat qui doceret vnius dei timorē in terris, frustra electus est Abrahā, vt ex eo plebs dei nuncuparetur. Potuerant.n.inter eos esse, q̄ cōueniebāt ad Melchisedech. Et vbi est illud qd legitur in cantico Deuteronomij, Quia cū Deu. 32
diuideret, inquit, altissimus gentes, quemadmodū separauit filios Adæ, statuit fines gentiū, secundū numerū angelorū dei? Et facta est pars dñi populus eius Iacob. Igitur si in mundo plebs non erat dei, exceptis filijs Abrahæ, qua rōne alia plebs putat fuisse, quæ H
ex doctrina descenderat Melchisedech, negante Propheta? Q̄n.n.nominat oēs gētes q̄ in mundo sunt, & non dicit populum dei esse nisi filios Abrahæ, quid superest nisi vt exceptis his negetur cæteros dei habuisse notitiā, quia notus in Iudæa deus. Melchise- Psal. 75.
dech aūt sacerdos dei summi, ad benedicendum Abraham apparuit ad præsagium futurorum sanctorum. Quia benedictio danda erat in futurū plebi dei p̄ antistitē fere dei, quē dicimus sacerdotē. Hic ergo Melchisedech præcursor apparuit sacrati futuri filij dei, quia p̄cedit ad obsequium qui ordine sequens. Non ergo admirāda sunt q̄ diximus de Melchisedech, qū scriptura ad cōfusionē obstrepentium plus addat & dicat. Post omnia.n.laude digna, vt confundat maleuolos ait, Similatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuū. Iam vide, de quo male sentire contendis, & si hunc non vereris, vel Xp̄m metue, cui similis scripturę authorita-

te

te refertur. Per ordinem.n.paulatim ad naturale eius meritū venit, vt si quos dicta superiora mouerent, quibus rex iustitiæ & pacis significatus est, & quia in carne visus neque patrē neq; matrem habuit, hoc est, inge
I nitus apparuit, neq; ortum, neque occasum habens, ex ijs quæ vltima subiecit, superiora credibilia demonstraret. Quis.n. audeat dicere nisi vesanus hæc omnia quæ sublimia dicta sunt, incongrua esse illi qui dei filio similis designatus est, manens sacerdos in p̄petuum? Similis aūt dei filio non p̄t esse, ni si sit eiusdē naturæ. Et quid incredibile videtur, si Melchisedech vt homo apparuit, cū intelligatur tertia esse persona? Si.n. Christus qui secunda persona est, frequenter visus est in habitu hominis, quid ambigit de ijs quæ dicta sunt? Legimus.n. in Psalmo,
Ps. 109. Quia tu es, inquit, sacerdos in æternum secūdum ordinem Melchisedech. Hoc nemo nostrum dubitat ad Christi pertinere personā, quia eodē genere sacerdos est Christus in æternum quo & Melchisedech. Sed summus sacerdos Christus est, Melchisedech secundus. Nā si homo est Melchisedech, qūo conuenit vt secundū ordinem eius Christus sacerdos sit in æternū? Iam ambo similes esse leguntur, & vnius esse dispensationis, quia vnius sunt & naturæ. Quoniam autem omnimodo vnius dei authoritas conseruanda est, idcirco & tertia persona subijcitur pa-
K terno nomini. Christus autem vicarius patris est & antistes, ac per hoc dicitur & sacerdos. Similiter & spiritussanctus quasi antistes sacerdos appellatus est excelsi dei, non summus, sicut nostri in oblatione præsumunt. Quia quamuis vnius sit substantiæ Christus & spiritussanctus, vninscuiusque tñ ordo obseruandus est. Sacerdotes igit vel legati ideo dicuntur, quia illum in se ostendunt cuius legati sunt, etenim eius imago. Ac per hoc Christus & spiritussanctus naturaliter habentes dei imaginem, sacerdotes eius dicuntur. In ipsis videtur deus, sicut di-
Ioā. 14. cit dominus. Qui me videt, videt & patrē. Et si in gestis dei visus est dñs gesta autem spiritussancti sunt opera, significante domi-
Mat. 18. no. Quia ego in spiritu dei eijcio dæmonia,
110 & in spiritusancto visus est deus. De Psalmo primo, quomodo exponendum & intelligendum est illud, Beatus vir qui in via
Psal. 1. peccatorum non stetit: & reliqua. Beatus vir qui in via peccatorum non stetit. Si autem steterit, non iam beatus, sed reus dignus plagis. Ad emendationem.n. aliquam videtur habere spem, quia non impius, sed peccator est. Si autem vnus fuerit qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, duplici genere beatus est. Nec.n. L
potest esse beatus, si in consilio peccatorum non eat, & in via peccatorū stet, quia si non perditioni, pœnæ tamen obnoxius est. Dehinc adiecit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Hanc dicit beatitudinem esse, quæ his tribus gradibus constat, & triplici ratione munitur, idest vt neq; in consilio impiorū eatur, neq; in via peccatorum stetur, neque in cathedra pestilentiæ sedeatur. Sed cū duo genera tantum habeantur, impiorum & peccatorum, in comprehensione eorum quæ supra memorata sunt, hoc tertium cui generi ascribi voluit, quod adiecit, dicens, Et in cathedra pestilentiæ non sedit: impiorum ne, an peccatorum? Sed videamus quid sit in cathedra pestilentiæ sedere, & tunc cui generi hoc ascribat intelligemus. Hanc dicimus cathedram pestilentiæ, quæ extra dei ordinationem est, ad hoc vtique inuenta, vt iniqua inde exeant iudicia: Propterea pestilentiæ cathedra dicta est, quia est corruptio quæ parit mortem, sicut & iniquitas damnationem. Non est ergo à deo quæ Mat. 13.
est cathedra mortis: Nam Moyses accepit Ro. 13.
cathedram vitæ. Ad hoc enim data est, vt authoritas in ea sit iusti iudicis vel creatoris dei. Vnde dicit dominus. Super cathedrā Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi. Et A- M
postolus, Nō est, inquit, potestas nisi à deo: Act. 23.
Quæ enim sunt, à deo ordinata sunt. Vnde dicit ad principem plebis, Tu quidem sedes iudicans secundū legem, & contra legem iubes me percuti. Q̄d dixit, secundū legē: iustā & salutarē cathedræ authoritatē significauit. Illud aūt quod ait, Contra legē iubes me percuti, illū ipsum iniustū iudicem ostēdit, vt in dei cathedra sedens iudicaret iniuste. Hinc est vnde & Daniel, Dei est, ait, re Dan. 4.
gnum, & cui vult dabit illud: sicut.n. terrem imperatoris authoritas sic currit p̄ omnes, vt in omnibus eius sit reuerentia: ita deus instituit, vt ab ipso rege dei authoritas incipiat, & currat p̄ cunctos. Quāuis frequēter mundus hoc non intelligat, & alijs se subijciat in potestate positis q̄ debet, & tamē institutio est, vt vnus sit qui timeat. Vbi ergo hæc institutio nō est, ibi cathedra pestilētiæ reperit. N[illegible]usquā vnius dei authoritas abnuitur, nisi a[illegible] eos q̄ multorū deorū p̄dicant

meritum

meritum & reuerentiam. Hi ergo sunt qui in cathedra pestilentię sedent, quia quod pō tifices eorum prædicāt, mors est. Hoc.n. docent, vt cultores vnius dei quasi stulti & inimici, aut opprobrio sint, aut de hac vita tollātur. Hæc materia impietatis est, q̄ etiam in cæteras partes extenditur, per quas impieta
3.Re.21 tis suæ leges ostendat. Nam iussu Iezabel antistites iniquitatis in cathedra pestilentiæ sederunt, qui aduersus innocētem Naboth, cum iudices nō essent, parua meditātes subornatis falsis testibus, mortis tulerunt sen-
Psal.25. tentiam. Vñ & in alio Psalmo dicit, Et cum impijs non sedebo. Hoc enim iudiciū eius est, cuius & cathedra pestilentiæ. Itaq; si in dei cathedra sedentes, innocentes opprimāt, iniustum erit iudicium, non cathedra. Vbi .n. cathedra pestilentiæ est, non potest iudicium non esse iniquum: quāuis quædam sibi applicent velut velamina quibus impietatē contegant, vt videntes fallantur. Nō potest enim sola impietas proponi, quia non inuenit emptorem: & vbi lex diaboli est, si ipse nominetur, horretur. Sed sicut mel veneno admiscetur per quod lateat, ita & legi diabo li quædam iusta admiscent, & nomen applicant veritatis: sed vniuscuiusque sensus est iudicandus, quia ideo aliquando aliquid verum ostendit, vt fallat, vt cum maligna p̄dicat, bona putentur. Quoniam cathedrā pestilentiæ non esse de dei ordinatione asseuerauimus, etiam eorum qui extra Ecclesiam
B vel cōtra Ecclesiam sedes sibi instituerunt, cathedram pestilentiæ dicimus. Qui.n. inconcessa præsumit, reus est, quanto magis si & corrumpat traditionem eius cuius sedem vsurpat? Nam & ordinem ab Apostolo Petro cœptum, & vsque ad hoc tempus per tra ducem succedentium episcoporum seruatū perturbant, ordinem sibi sine origine vendicantes, hoc est corpus sine capite profitētes, vnde congruit etiam eorum sedem cathedrā pestilentiæ appellare. Nec enim ideo impune erit, quia sub dei nomine hoc agunt. Cōstat enim suas illos causas sub dei nomine agere. Non enim zelo dei hoc agunt, sed si-
Nu. 16. bi locum volentes defendere: Cum sciamt Chore & ducentos quinquaginta viros per præsumptionem deo offerentes, hiatu terrę
2. Par. absorptos esse, & Oziam regem cum deo il-
26. licite obtulisset, lepra in fronte percussum. Quoniam clarnit cathedram pestilentiæ ad impietatem supradictam pertine[illegible], reliqua prosequamur. Adiecit enim, S[illegible]n lege domini fuit voluntas eius. Eius voluntatem in lege domini dicit esse, qui spretis impijs, & desertis peccatoribus, abnuens pestilentiæ cathedram, voluntatē suam in dei lege statuit. Quamobrē beatum hunc dixit. Et sequitur, Et in lege eius meditabitur die ac no C cte. Manifestum est, quia liber ab omnibus illecebris, & immunis ab ijs quæ dei legi aduersa sunt, nihil aliud q̄ in dei lege exercitium facit, sacramentis filij dei confirmatus, in die bonis operibus insistit, & nocte oratio nibus. Hic est enim de quo dicit in canticis canticorū, quia dormit, & cor eius vigilat. Canti.5.
Vñ ait, Et erit tanquā lignum quod plantatū est iuxta decursus aquarū. Quis ambigit eum qui in lege dei meditatur, spem habere ad præmium capiendū? Quia sicut lignum iuxta aquā plantatum sterile esse nō p̄t, ita & qui frequenti vsu legi dei studet, non p̄t eius operis minime habere effectū. Et adiecit, Quod fructum suū dabit in tēpore suo. Omnis plantatio bene gubernata fructum dat tempore competenti: Sic & hic qui legi dei obtemperat, fructum habebit tēpore p̄finito. Tunc enim huius deuotionis mercedē accipiet, cū cœperit dñs Iesus Christus sedere adiudicandum viuos & mortuos. De hinc subiecit, Et foliū eius non defluet. Manifestum est in arbore cuius folia non decidunt vitā significasse, Humore.n. decurren tis aquæ vegetatum lignū folia cōtinet sua. Luc.23.
Nam & dñs Iesus si in humido ait ligno hęc faciunt, in arido quid fiet? In ligno humido vitam significauit & fructum. Sicut lignum D ergo auxilio decurrentis aquæ siccitatem nō sentit, ita & hic qui legi dei studet, accedēte tentatione, præsidio dei tutus non admittit, sed acquirit salutē, dicente Apostolo, Quia per multas tribulationes oportet nos intra- Act.14.
re in regnū dei. Et sequitur, Et omnia quæcunq; fecerit prosperabuntur. Apertum est quod dicit, quia qui legi dei fidem seruat, cu pidus mandatorum eius, fœlix fit in omnibus suis factis: sicut & Ioseph, qui ꝓpterea q̄ timorem dei p̄ti vitæ præposuit, omnia quæ agebat prospera faciebat deus in manibus eius. Et subiecit, Non sic impij, non sic. Iteratio sermonis, nō aliter omnino futurū significat q̄ promittit: quia impijs nihil ꝓsperū erit in futuro, sed omnia aduersa vsq; ad interitum eorū. Vñ ait, Sed tanquā puluis, quē proijcit ventus à facie terræ. Eodē modo dicit impios interire sicut puluerem quem spūs proijcit à facie terræ, vt pereat.

Sublatus

Sublatus.n. à substantia sua, per aerem dispersus paulatim deperit: ita & impij, ministris angelis, pijcēti à facie authoris dei, sine quo non p̄t viui, interibūt. Et sequit, Ideo
E nō resurgēt impij in iudicio. Dignū est q̄d dicit, Vt quid.n. in iudicio resurgāt qui nullū negociū dei credi sibi maluerūt cuius rediderent rationē? Spernentes.n. dei legē & negantes, nō est vnde præstēt rōnē, vt in iudicio interrogati iuxta legē sibi creditam præstēt curas. Arrogātes ergo & rebelles in deū inuenti ad hoc resurgūt, vt videant uerum esse q̄d credere noluerunt, vt pereant, quia deum mendacē iudicauerunt. Et adiecit, Neque pctōres in consilio iustorū. In hoc Psalmo, Psalmista trium hominū genera significat, impiorū, peccatorū, & iustorū, quo ordine cœptus est error. Sed impij ab his alieni sunt, quia sub dei decreto, sicut dixi, viuere noluerunt. Peccatores aūt sub dei lege agentes, ante tribunal Christi sistendi sunt, segregati à iustis, vt acceptæ legis præstent rationem mandatorū, in quibus operam non dederunt vt plus haberent laudis quàm vituperationis. Iusti vero valde propensiores in exercitio implēdæ legis inuenti, remuneran di sunt. Et subiecit, Q̄m scit dominus viam iustorum. Hos scire dicitur deus, qui memores præceptorū eius bonis operibus insistūt, vt iusti habiti coronentur. His autem qui immemores eius circa curam animæ negli-
F gentes sunt, sic dicet, Recedite à me, nescio
Luc.11. vos operarij iniquitatis. Et sequitur, Et iter impiorum peribit. Et Vnde Psalmus cœptus est, & terminatus, ut causa impiorum tractata, nulli alij quàm perditioni doceren tur obnoxij. Sicut enim dixi, idcirco dicitur deus scire viam iustorū, quia in lege eius am-
Pro. 4. bulant: iter aūt impiorū, quia extra legē dei est, peribit: quia oēs viæ impiorum tenebrosæ, sicut dicit Salomon, piorum autē clarif-
III simæ, duce Christo domino nostro. De Psalmo vicesimotertio, quid significationis mysticæ habeat etiam titulus eius. Titulus Psalmi rationē eius insinuat, de Christi enim domini nostri sacramēto locuturus dominicum diem signauit dicens, Hinc Dauid prima sabbati. Cum enim dicitur, hinc Dauid: ad eum pertinet cuius hic Dauid habet imaginem, de quo dicit Propheta, Et puer meus Dauid pascet illos. Prima autem sabbati, prima feria est. Post sabbatum enim primus dies dominicus est, affirmante
Mat.28. Euāgelio & dicēte. Prima aūt sabbati venit Maria Magdalena & altera Maria ad sepulchrum &c. In dñico autem die Saluatoris sacramentū significauit. Sed vt per rōnem ordinis Psalmus exponeretur, à persona dei patris initium fecit, vt diuinitatis sacramentum non sine ordine manifestaretur hominibus. Qui enim causam aliquam insi- G
nuare vult, nisi eius caput & originē teneat, non poterit proprietatem eius ostendere, neq; quæ sit eius veritas edocere. Itaque sic orsus est Propheta & ait, Dñi est terra & plenitudo eius. Fidem rerum tenuit dicens, Domini est terra & plenitudo eius. Authoritatem.n. veterum sanctorum secutus est, qui terram & quæ sunt in ea ad dñm deum pertinere dixerunt. Et adiecit. Orbis terrarum & oēs qui habitant in eo. Ne forte minus aliquid significasse putaretur, quia dixerat, Domini est terra & plenitudo eius: sensum suum aperuit dicens, Orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo: vt doceret omnem omnino terram domini esse & quæ sunt in ea, vt nihil esset exceptum quod nō sit dei, Sicut putant quidam hæretici, qui secundum dictum Apostoli Petri dominum deum abnegāt, quorū ad condemnationem cuncta dei esse prophetica oracula docuerunt. Et sequitur, Ipse super maria fundauit eā. Hoc est quod in alio Psalmo significauit dicens. Terram super aquas tu formasti: vt Ps. 135.
fidē testimonium sequeretur ostendit quō fecerit. Dum enim confusio esset rerum, & neq; terra, neq; aqua propriam haberet speciem, iussu dei adunata est terra, & firmata H
super aquas, vt & terra & aqua haberent originis suæ proprietatē. Vnde in regnorum libro, vox est dei dicentis, Nonne aquas ego feci? Et subiecit, Et super flumina pparauit illū. Sic super flumina præparata est, dū intra se aquas conditas habet, q̄ quasi per uenarū fistulas fluitantes, præstant ei densitatē, ne penitus sicca fragilis esset, & inutilis ad culturam. Radicibus enim nascentium uitalem præstant effectum, simulq; locis aridis siti auxilio sunt. Et ut professionem sine bo uita non ualde proficere ostenderet, ait, Quis ascendet in montem dñi, aut quis stabit in loco sancto eius? Proponit qualis debeat esse qui deum creatorem profitetur: Neq; puniendos ostendit, qui sicut dixi, dñm deum abnegant, ij qui confitentur immunes s[illegible] pœna scirent non esse, si recte minim[illegible]rsarentur: montem ergo dñi dicens, cœlum [illegible]nificauit. Vnde in alio

Universidad de Deusto Biblioteca

Ps. 120. Psalmo dicit, Leuaui oculos meos ad montes, unde ueniet auxilium mihi. Locus autē dñi est ubi apparet. Dicitur autē ad Iesum Naue cum dñs ei apparuisset, Locus in quo stas, terra sancta est. Et Iacob vbi deum vi-
Iosue. 5. dit, Hæc est, ait, domus dei. Et sequitur, In-
Gen. 28 nocens manibus & mundo corde. Hunc dicit dignum ascendere in montem dñi. i. in cœlum, aut stare in loco sancto eius, si quis fuerit innocens operibus, & mundum cor habeat in causa dei. i. fidei. Huiusmodi enim potest in cœlum ascendere, & stare in loco sancto eius. Defunctus. n. hac vita ascendit in cœlum. Deinde dum ciuitas Hierusalem in aduentu domini descendit de cœlo, dignus erit stare vbi iudicaturus est dñs de viuis & mortuis quasi innocens: Impij autem & peccatores indigni erunt starent in loco sancto iudicij dei, quia resurgunt impij ad perditionem, peccatores ad pœnam. Nam
Exo. 34. si vultum Moysi glorificatum descendentis de monte filij Israel peccati causa uidere nō poterant, quanto magis ipsum gloriæ dñm in throno maiestatis suæ sedentem, conscientia delictis obnoxia formidabit aspicere. Au-
Matt. 7. dient enim, Non noui vos operarij iniquitatis. Et adiecit. Qui non accepit in vano animam suam. Nunc ipsa genera peccatorum tangit. Primo. n. in loco, hic est innocens & mundum cor habet, qui à fornicatione idolatriæ immunis est. Ipsa est. n. uanitas, cui qui se inclinat, animam suam subiugat corruptioni. Et sequitur. Nec iurauit in proximo suo dolum. Duas causas memorauit, quę
K sunt principales, dei & proximi, quia qui in his idoneus fuerit, sine dubio & in cæteris probatus habebitur, dicente dño, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & omni virtute tua. Hoc est primum mandatū.
Mat. 22. Et secundum est simile illi, Diliges pximū tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ. Quis ergo ex toto corde deum diligens, legem eius nō seruet? Aut quis habens proximi charitatē, peccatis studeat? Quippe cum causa timoris dei, diligat proximum. Et subiecit, H accipiet benedictionem à dño, & misericordiam à deo salutari suo. Nunc quod meritum est eius qui in causa dei & hominis, creatoris & proximi, fidem habuerit & dilectionem, ostendit, Quia benedicetur à dño, vt commendatus appareat, & in his misericordiam consequatur, quæ de[illegible]to implere non potuit. Nec enim tam circunspectus po-
test aliquis esse ut nusquam erret, sed quia in magnis solicitus & fidelis inuentus est, & in minimis misericordiam accipiat à deo suo. Qui ideo salutaris dicitur, quia non Exe. 18.
vult morientis mortem, sed vt conuertatur & viuat. Et sequit, Hæc est generatio quærētium dñm, quærentium faciem dei Iacob. Vnam dicit esse generationem requirentiū L
deum, & quærentium faciem dei Iacob, quod non est ociosum. Quanuis enim vtrunque bonum sit, duos tamen gradus his dictis significauit. Bonum est requirere deū, plenum est autem bonum, quærere faciem dei Iacob. Digniores enim sunt, qui ante faciem iudicis sunt. Horum ergo meritorum hæc est generatio. Quia uero vt ad hæc veniatur, innocentia facit & puritas cordis, sicut iterum, vt ad malum possit veniri præcurrit iniustitia atque iniquitas. Quia duæ generationes sunt: Vna est ex parte iniquitatis, quæ est mater Cain: Altera ex parte iustitiæ, quæ est mater Abel: hæc in fide consistit & bona conuersatione, illa in perfidia & obliquis operibus. Istæ sunt duæ leges, boni & mali, dei & diaboli, & quam secutus quisque fuerit, eius appellabitur filius: ac per hoc requirentium deum generatio hæc est, fides in deum, & dilectio in proximum, sicut supra diximus. Qui enim fidem habet in deum, semper eius quærit auxilium: nec hominibus iniustum se præbet, qui deum vult habere propitium. Cuius Psal. 75
signum hoc est cum dicitur, Deus Iacob, quia notus in Iudæa deus. Sed quare eius M
faciem quærere dicantur, cū audierit Moyses. Quia non, inquit, videbitur tibi facies
mea. Si ergo & Moyses faciem dei quæsiuit, Exo. 22.
& videre non potuit, frustra hi quærere dicuntur, quia meliores Moyse non sunt. Sed nemo frustra faciem dei quærere dicendus est, quia ideo faciem dei dicuntur quærere, vt sciatur quem querunt, quia digni sunt & videre. Omnis enim qui quæritur, tunc cognoscitur si facies eius videatur. Sed quoniam à mortalibus facies dei uideri non potest, significatio hæc pro facie est, cum dicitur, deus Iacob. Diapsalma. Diapsalma hoc in loco personę significat mutationem. Post enim illa quæ ad patris dei personam pertinent, subiungit ea quæ ad filij dei pertinent sacramentum, vt ordo integer conseruetur patris & filij. Nam data est lex per Moysen, vt quasi pædagogus esset hominibus, eruditens & præparans eos magistra iustitia,
vt

vt digni fierent ad expiandum annum domini, & idem retributionis: vt qui sub spe futuri Christi fideles fuissent, susciperent eū, & possent Adæpctm fugere securi, quia aduentus eius quē sperauerant, daturus esset illis misericordiam, de ijs in quibus subreptum est illis vt delinquerent. Hoc est quod
A superius memorauit dicens, Accipiat misericordiam à deo salutari suo. Dicit ergo, Tollite portas principes vestras. Hæc uox
Matt. 4. sanctorum est angelorum, de quibus dicit in Euangelio, Quia accesserunt, inquit, angeli & ministrabāt ei. Hi ergo dicūt ad principes & ptātes, aduersus quos nobis collu-
Ephe. 6. ctationem dicit esse Apostolus, vt tollāt portas principes sui. i. diaboli, qui est princeps principum in errore constitutorū per quos itur in gehennam. Hæ portæ perfidia est & fallacia idololatriæ. Et sequitur, E eleuamini portæ æternales. Fides & spes cum charitate portæ sunt æternales, quia non potest aboleri quod per veritatē prædicatur, Illæ aūt portę, quas dixi perfidiā esse & fallaciā idolorū, temporales sunt, quia omne mēdaciū non permanet: Manifesta. n. veritate interibit. Docentur ergo vt tollāt portas principis tenebrarū. i. vt amoto multorū deorū errore, vnius dei fides introducāt in Christo. Hoc est quod se Apostolus edocere misſum testatur, vt non solum ostendat hominibus, sed principibus & potestatibus in cœlestibus mysterium dei vnius in Christo. Et subiecit, Et introibit rex gloriæ. Tollendas dicit fallaces portas diaboli subtilitate
B compositas, quæ sunt præsumptio, per quam deum se existimauit, vt introeat rex gloriæ, qui est Christus Iesus dominus noster. Nullius enim mentem dei fides ingreditur, nisi tulerit à se errorem diaboli præuaricatione inuentum. Et principes supra memorati non possunt in vnius dei fidem Christum regem recipere, nisi proiecerint à se traditionem, per quam vni deo importatur calumnia: non solum terrena, sed & ea quæ in cœlestibus vsurpata est à principe principum Satana: quia illic errorem quem inter se conspirauerunt, vt authore diabolo deos se dicerent, & hoc in terra disposuerūt, vt hic error illius imago sit. Et sequitur, Quis est iste rex gloriæ? Ne superuacue forte Christum regem gloriæ dicere putaretur, interrogantis ponit personam & dicentis, Quis est iste rex gloriæ? Quasi admiretur aut doceri se velit, an verum est & cōdignum dicere Christum regem gloriæ. Et ideo responderunt ei, Dominus fortis & potens in prælio. Vt hoc subiecto non nudis verbis, sed cū testimonio regē gloriæ Christū addisceret. Virtus enim & potentia qua subegit & presit diabolum cum satellitibus eius, hæc ostendit illum regem esse gloriæ. Et adiecit, Tollite portas principes vestras: C
& eleuamini portæ æternales: Hoc est virtutis testimonio, cui contradici nefarium est, didicistis dignum esse Christum dici regem gloriæ. ergo auferte errorem de mentibus vestris. Et quod ait, Introibit rex gloriæ, ostenditur quia non possunt participare cum fide Christi, nisi ab omni immundicia idololatriæ emundauerint corda eorum. Nisi enim innouatus fuerit homo, non intrabit spiritussanctus in eum. Et sequitur. Quis est iste rex gloriæ? Iteratio ista confirmationem facit. Omne enim quod nouū auditur, non concipitur corde, nisi iteretur. Admirationem autem & stuporem facit, cū dicitur quod auditum est nunquā. Et adiecit, Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. Eadē repetendo docet rite dici hūc regē gloriæ, qui sit dominus virtutum. Non immerito. n. rex gloriæ qui sit dominus virtutum
appellatur, qui virtutibus dominatur. Vn- 2. Co. 2.
de Apostolus, Si enim intellexissent, ait, nūq 112
dñm maiestatis crucifixissent. De Psalmo quinquagesimo, qūo quinquagesimus positus sit non pro tpis ordine, sed ratione, & quid mysterij habeat. Quinquagesimus Psalmus hic positus est, non pro temporis ordine, sed ratione. Titulus. n. eius non numero, sed rationi subiectus est. Quantum D
enim ad historiam pertinet, anterior est q̄ tertius. Prius enim à Propheta Nathan delicti causa correptus est, quām insurgeret cōtra illū filius eius Absalon, vt eū vellet & vita & regno priuare. Hæc ergo causa est, vt quinquagesimus poneretur, quoniam cō stat ex lege descendere. Illic enim cautum est quinquagesimum habere numerum remissionem. Est enim per septem septimanas primum typum habens dominici diei: quia sicut post septē dies primus dies ipse est qui initio factus est, qui semper finita septimana dies primus est, ita & post septem septimanas quinquagesimus numeratur. In mysterio primus est, qui duplici genere dominicus dies appellatur. Primum, quia initio fac[illegible] à domino est, qui semper in se con[illegible]sus per curricula impleta se-

ptimana primus est. Deinde, quia in eo resurrexit dominus, triumphata morte, dominicus etiam dies nuncupatur. Non immerito ergo in quinquagesimo numero quàm in mysterio quem primũ significatũ aduertimus, remissio cõtinetur. Deniq; lex
Exo.19. quinquagesimo die data est. A profectione
E enim filiorum Israel ex Aegypto, quadragesimo & octauo die ablui iubentur, vt biduo purificati, tertia die parati essent ad legem accipiendam. Quæ ablutio quid aliud indicat, quàm remissionem factam in quinquagesimo die vt purificati legem acciperent? Ex quo de cæteris præteritis obliteraLeu.25. tis, Actus sui redderent rationem secũdum creditam sibi legem. Hac etiam ratione possessionem emptam quinquagesimo anno remitti debere præcepit lex. Hinc est ergo vnde & Psalmus quinquagesimus intitulatus. In hoc enim rex Dauid remissionem poPsal. 5. stulat secundum prædictum sensum, vnde ait, Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Sciens rex Dauid grauiter se peccasse, sic postulat, dicens, Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam. Magna enim misericordia tunc est, cum grandia ignoscit peccata. Et adiecit, Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam: Vt manifestaret acerbe se deliquisse, peccatum suũ iniIniq̃tas quitatem appellat: quia iniquitas non leue peccatum est, & qui delet iniquitatem, hoc est non imputat, miseratione abundat. Nihil ergo in causa sua excusare nititur, vt non solum animum sibi iudicis mitiget, sed &
F faciat condolere. Commouetur enim animus ad misericordiam, quando videt reum sic sua confiteri peccata, vt ostendat dolere sibi quia peccauit. Qui enim non dolet, irridere videtur iudicem: quia ideo precatur, vt euadat iterum postea eadem facturus. Et sequitur postea, Vsquequaq;, inquit, laua me ab iniustitia mea, & à peccato meo munda me. Quoniam multam miserationem dei prædicat, penitus se mundari precatur, vt nihil maneat delicti aut iniustitiæ in eo, vnde suspectus sit. Et vt hocipsum obtinere possit vel impetrare, adiecit, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum coram me est semper. Quoniam graui ter scit se peccasse, solicitus est ne non totum ei remittatur: Considerans enim magnitudinem peccatorum suorum timet, sciens grauia peccata non facile ignosci: ac per hoc cum fletibus confitetur, peccatum suũ ante oculos habens, vt ex omni parte propitium sibi faciat iudicem. Scit enim scriptũ esse, Dic prior iniquitates tuas vt iustificeEsai.43. ris. Et sequitur, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Nunc ex alia parte culpæ suæ medelam prospicit, vt ad effectum postulationem deducat. Hac enim prosecutione in prima causa nocentem se dicit: Nam qui alteri à deo peccat, inimicus est authoris dei: G In locum enim eius alterum eligit, cui authoritatem eius ascribat. Vnde hic ab hac se iniquitate alienum ostendens: Tibi, ait, soli peccaui, & malum coram te feci. Hoc est, quia tibi, & nulli alij quem deum per errorem dicerem, peccaui, minor mea est quàm cæterorum, qui sunt perditioni obnoxij: Non.n. impius sum sed peccator, quia nõ in te sed in legem tuã peccaui. Nec te negaui, sed te deũ & dñm cõfitens, in hominẽ peccaui. Ergo quia in illa quæ tua propria causa est, reus non sum, ignosce quod in conseruũ peccaui. Sic enim peccaui vt honorificentiá nominis tui nec negarem nec alteri darem. Fuit itaq; vnde cõmoueretur ad misericordiam iudex. Cum enim multi in illum peccent, quos etiam hortatur ad se conuerti, dum ij qui non in illum peccant, ex alijs tamen causis veniam postulant, libenter admittit. Sæper.n. dominus ad auxiliũ suũ vult confugere seruos suos: Vnde adiecit, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris: Misericordiam postulans, deum iustitiam suam non immutare precatur, cum soleat media esse iustitia, vt non peccantibus & peccantibus æqua sit, vnicuique reddat secundum opera sua: sed non ignorat H quid postulet vir innocens in dei sacramento. Sciens enim deum frequenter in lege dixisse, Quia misericors, inquit, sum ego doExo.22 minus deus vester: inde rogat vt hæc fides maneat, & in sermonibus suis deus iustificetur, dum in eo permanet quod locutus est, nec peccatis hominũ vincitur, vt non misereatur. Scientes enim qui peccant quæ promisit deus bene viuentibus, & quia in eo pdurant, iudicant illum mendacem: Non.n. credunt male viuendo vera esse quæ promisit: Idcirco petit rex Dauid, vt vincat hoc deus quod putant homines, & det quæ promisit: ut erubescant, qui dum non seruant mandata, iudicant illum non daturum. Et sequitur, Ecce n.in iniquitatibus conceptus sum. Nũc hoc adiecto causam infirmitatis humani

humani generis memorat, quia facile est homini peccare, ut examẽ circa se iudicis mitiget. Primæ enim culpæ facit mentionem, ex qua præuaricando Adam genus humanum obnoxiũ fecit pctõ. Suasu.n. & fallacia inimici iniquitatẽ cõcipiendo, omne semen suum iniquitati subiecit, vt ex eo oẽs per traducem geniti peccato essent obnoxij. Propterea adiecit, Et in delictis concepit me I mater mea: vt ab Adam deriuatio facta peccati, conceptis & natis impedimento esse ad bonam uitam agendam: ac per hoc supplici non negandam misericordiam, quia infestum habet hostem, qui ei suadet vt peccet. Per peccatum enim diabolus subiecto sibi primo homine, potestatẽ accepit carni eius se immiscere, & delictorũ quadam subtilitate oblectamenta suggerere, per quod captũ hominem spoliat vita. Quam rem magister
Rom.7. gentium memorans. Video autem, inquit, aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, vt hoc cõtuens iudex, dolenti circunuẽto porrigat manum. Et sequitur, Ecce enim veritatẽ dilexisti. Quia ergo veritatem diligis, inquit, subueni rogãti, quem scis vera pectoris sui impedimenta ex ponere, cuiq; reo olim motus misericordia, subuenire decreuisti, vt errorem admissum in terra: cœlestis prouidentia emenda ret. Propter quod subiecit, Incerta & occulta cordis manifestasti mihi. Incerta & occulta cordis hęc significat, quæ deus ad
1.Co. 2. præsidium humani generis procreauit: sicut & Apostolus, Quod oculus, inquit, nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus
K se. Qui sunt, qui diligunt deum, nisi qui legi eius consentiunt, non celãdo vel excusando peccata? Hæc ergo occulta cordis manifesta sunt diligentibus deum, vt quia dolebãt se delictis cicunueniri, correpti non negarẽt sibi & origini suæ imputantes, in authorem deum non transferentes, quæ peccabant: corda illorum illuminata sunt spiritali coruisco, ut viderent Dei prouidentiam in Christo, quia venturus erat ad damnandũ peccatum, quod ex puaricatione Adæ humano generi imperabat. Hoc ergo orat rex Dauid, vt quod decreuerat deus, in futurũ videns genus humanum laborare, sibi prius subueniret in eadem necessitate constricto qua omnibus se decreuerat subuenturum: vt donum quod gratuitum futurum erat, & ante tempus dari non poterat, huic pro prece & lachrymis concederetur. Quod quõ fiat non tacet, dicens, Asperges me hysopo, & mundabor. Recte aspersione hysopi petit se mundari. De hoc enim filij Israel postes Exo.12. suos sanguine linierunt, vt tuti præstarentur à morte: Ita & hic aspersione hysopi orat mundari se à peccatis, ne tangatur à morte. Et sequitur, Lauabis me, & super niuẽ dealbabor. Manifestum est, quia factũ dei distat à facto hominis. Ideo super niuem, inquit, dealbabor, quia quod deus fecit, mul L to melius est q̃ quod fecit homo: Propterea aspersione hysopi petit se mundari, vt sicut carnale corpus aqua abluitur, ita & per hysopi significationẽ, spiritali rõne animarũ maculæ abluantur. Aspersio.n. hysopi, illustratio quædam est, vt per id quod visibile est, inuisibiliter emundetur. Et sequitur. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. Dubium non est, quia vox prædicantis remissionẽ, gaudium præstat pctõribus. Quis.n. non lætetur cum audit dari indulgentiam? Cum enim deus remittit, & in præsenti & in futuro securus est. Propterea exultabunt ossa humiliata. Duplici genere sunt ossa humiliata, quia & vt peccaret, humiliatus est, nemo enim peccans exaltatur, & vt postea supplex veniam imploraret. Nam vtique in cilicio & cinere volutatus, misericordiam precabatur, quam obtinens eleuatus est mentis exultatione & corporis refectione. Et subiecit, Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniqtates meas dele. Hac forma remissionem postulat, sicut constitutum erat in futurum per fidem Christi, vt Saluator qui est spiritaliter est promissus, ab ipso inciperet cuncta conuersis donare peccata. Cuius enim non respiciuntur peccata, M & omnes delentur iniquitates, non habet vn de reus constituatur, & inimicorũ eius ora clauduntur. Qui.n. non respicit peccata, nõ illa imputat. Hoc est.n. auertere faciẽ à peccatis, alicuius accusationem contra eum non accipere. Et quid est hoc, vt cum de duobus peccatis correptus sit, hic addat de multis se accusando? Et cum audierit à Propheta Nathan, quia ignotum erat ei, quare sic postulat sedula prece, vt possit ad veniam peruenire: nisi quia non suam solius causam agit, sed sub accusatione peccati sui, totius populi miserias narrat? Sibi enim reformationem præcatur, quia cui ignoscitur, non est sine r[illegible]ore, nisi loco suo fuerit redditus, vt dignit[illegible]oci, ruborem exeusęt: cæteris

autem beneficium diei,quod ad cuncta peccata abluenda futurum erat, in Christo significauit. Et sequitur,Cor mũdum crea in me deus, & spiritum iustũ innoua in viscerib⁹ meis.Hoc est bona mente misericordiã deprecari. Non solum aũt de præteritis rogat,sed etiam de futuris solicitus est, vt peccator intendens odisse peccare ne peccet,adiuuetur a deo per spiritum iustitiæ, quem orat dedicari in uisceribus suis. id est, vt
A nouus ad hoc ponatur in eo vt custodiat eũ à peccatis,ne cogatur facere quod scitur nolle. Cor autem mundum sic potest habere, si neque intus,neq; foris delinquat: hoc est neque in opere, neque in cogitatione. At quia ꝓpè impossibile est, vt in omnibus seruetur, vel in dei causa seruandum est, quæ principalis est. Etiam mundum cor in sacramento dei & Christi custodiatur, dum fides inuiolata seruatur,quia & in alio loco
Pro.20. dicitur, Quis gloriabitur mundum se habere cor,aut immunem esse à peccatis? Denique rex Dauid mundum cor habuit in causa dei,quia neque auxilium aliquando in vanitate quæsiuit, quæ est idololatria, neque aliquid à deo sibi præceptum non impleuit. Ideo de cæteris adiecit, Ne proijcias me à facie tua,& spiritum sanctum tuum ne auferas a me.Hic sensus est quem supra memoraui, quia securus de venia, solicitus est de reformatione. Cui enim ignoscitur solum, solet a facie domini secerni. Quanuis enim non in illum vindicetur,in animo tamẽ dñi vel iudicis facinus eius deletum nõ est. Ideo orat,vt penitus pctm̃ eius deleat, & dignus sit accedere ad faciem domini, & iterũ prophetare, quod & factum est. Hoc est enim quod dicit, Et spiritum sanctum tuum ne au
B feras a me. Hic est spiritus Prophetarum. Et sequitur, Redde mihi lætitiam salutaris tui,& spiritu principali confirma me. Lætitiam dari sibi postulat, quæ promissa erat in Christo, vt omnibus maculis ablutus & reparatus lætus esset in salute quæsita, nec amatus, sed confirmatus in regno a spiritu sancto. Quem ideo principalem dixit,quia super omnem creaturam est, per quem reges regnent. Et subdit, Docent iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Hoc dicit,vt in eo discant iniqui pietatem dei, qui confitentes sibi suscipit peccatores, & promouet: nec impios conuersos negligit, sed hortatur dum alijs miseretur. Et sequitur, Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Hoc dicto ostendit peccatum suum morte dignum, vt dei misericordia quanta sit,prædicet: Per hoc enim etiam alios prouocat confugere ad dei clementiam. Vnde subiecit,Exultabit lingua mea iustitiam tuã domine. Gaudere se dicit iniustitia domini, quia in eo permanet quod promisit dicens, Misericordiam autem meam non mouebo Psal.88.
ab eis. Lætus ergo Dauid rex & securus in hac parte,dei sui iustitiam prædicat. Et sequitur, Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.Sic labia eius aperit,dũ C
clausa fuerint sine causa peccati: liberati.n. os patet, peccatoris autem clausum est os: pudore enim & metu correptus loqui non audet, absolutus autem, & liberatus tripudians prædicat laudẽ iudicis. Nam & Apostolus sicut ipse testatur, ꝓpter quod ab omnibus liber esset. Os nostrum, ait,patet ad 2.Co.6.
vos ò Corinthij. Et adiecit, Quoniã si voluissẽs,sacrificiũ dedissem vtiq;. Hoc de cõperto loquitur, sciens sctm Samuel dixisse ad Saul regẽ, qui cum peccatum suum non dolore mentis,neque lachrymarum miseratione, sed sacrificij oblatione obliterari putaret,Non vult,inquit,deus sacrificium ma 1.Re.15
gis quàm audiri vocem suam: quia huiusmodi sacrificia damnũ possunt facere, nõ tñ deũ placare. Deus.n.sic placat̃,si anima peccati sui memor in tribulatione, & mœrore cordis, defleat quòd peccauit. Et sequitur, Holocaustis non delectaberis. Nec delectatur holocaustis deus, sed in huiusmodi causis: Ipse.n.animus pro se satisfacere debet, nõ se de foris redimere. Nam ista adiutoriũ præstare possunt. Animus enim sicut oblectatus est in peccatis, sic tribulari debet in D
pœnitentia, & tunc delectabit deum delere eius peccata. Vnde subiecit,Sacrificium deo, spiritus cõtribulatus: cor contritum & humiliatum,deus non spernit. Ostendit quale sacrificium pro peccatis deus suscipit: quia non poterit deum placare, nisi qui lætatus est circa salutem,& contribulatus fuerit corde,& sic reparetur ad vitam. Deniq; omnis inquietus, vel indisciplinatus frequenter incurrit, vt membra corporis lædat, quæ vtique non sine dolore possunt sanitatis recipere medicinam: sic & peccatores non possunt peccata sua redimere, nisi dolorem senserit a nimus qui peccauerit. Hoc enim iustum est, vt quia contra rõnem gauisus est,secundum rõnẽ patiatur memorẽ. Et sequitur, Benigne fac dñe in bona voluntate

luntate tua Sion. Sion dicens, Ecclesiam significat, vt perseueratio nostra non improbabilis videatur, cui vt impleat deus promissum suum, suggerit, sciens se tunc plenam remissionem acceptur̃,cũ quod decreuerit deus in Christo impleuerit .i. vt ab omni peccato liberentur sperantes in salute promissa, quia non solum à proprijs,sed ab Adæ peccato quod per traducem in omnes peruenit, liberabuntur per Christum. Et
E adiecit, Et ædificabuntur muri Hierusalem. Nunquid destructi fuerant? Sed muros Hierusalem dicens, Ecclesiam significat: quæ p fidem in Christo dispositi erat construenda. Cuius muri esse sancti homines intelliguntur:docente nos Apocalypsi Ioannis Apostoli,quia & Hierusalem ciuitas & muri eius serui dei sunt intelligendi. Sciens etiam per Christum rex Dauid promissum, quod futurum erat implendum ad liberationem seruorum dei, orat vt impleatur. i. vt per fidem ædificetur Ecclesia, & liberentur sperantes de hac fide salutem. Et sequitur, Tũc acceptabis sacrificium iustitiæ,oblationes & holocausta. Hoc dicit,quia oblationes & holocausta,tunc accepta sibi haberet cum esset Ecclesia ædificata: & non palsim aut secundum omnem consuetudinem, sed sacrificiũ, inquit, iustitiæ acceptabis. Iustum est sacrificium, cum condignum munus offertur. Porrò autem nihil est tam iustum sa-
Ioan. 4. crificium & condignum,nisi vt nosipsos offeramus deo. Quia enim deus spiritus est, spiritalia illi offerenda sunt sacrificia, vt viuo viua hostia offeratur. Quia.n.dixerat, in causa peccati sacrificijs carnalibus deum minime delectari, ostendit futurum, quia spiritaliter deo offerendum erat vt hoc ac-
F ceptaret: quia hæc deo digna sunt sacrificia: hoc est, in præterito minora fuerunt, quia carnalia,nunc maiora, quia spiritalia. Et adiecit, Tunc imponent super altare tuum vitulos. Si cessantibus pristinis sacrificijs, spiritalia succesiua sacrificia significauit,q̃d est vt diceret, Tunc imponent super altare tuum vitulos? nisi quia per hæc corporalia spiritalia significat,quippe cum dixerit,quia carnalibus non delectatur? Vitulos ergo dicens,populum nouellum significauit, Christi fide renatum, cuius deuotio quotidie super altare domini delibatur. Qui enim de ecclesia intelligitur locutus,sacrificia quoq; eius spiritalia significasse debet intelligi.
113 Cur filius dei missus sit & nõ alius. Quã quam omne quod facit deus, rationabiliter & prouidenter factum credendum sit, melius tamen puto, si post fidem etiam causa facti possit aduerti, vt quod creditur, non ignoretur. Vnde dominus ait, Hæc est autẽ Ioan.17.
vita æterna, vt cognoscant te solum verum deum & quem misisti Iesum Christum. Primum.n.credi debet,sicut à Propheta dictum est,deinde sciri quod creditur: quia iã fidelẽ & in hac re diligentẽ adiuuat spiritus sanctus, vt cognoscens intelligat fidei rationem:tunc enim plenum habet gaudium cre G
dulitatis suæ, si quod credit intelligat. Hoc est enim fidei robur, hoc immobile fundamentum credulitatis,addiscere sacramentũ. Vbi enim sola fides est, non est tam mera deuotio,& potest aditum habere surreptio. Vnde vas electionis ideo laborat, vt credẽtes fidei suæ rationem ediscant. Cum enim cognouerint quantus sit cui se crediderint, & quæ sit eius potentia,nullo pacto,nullaq; ratione ab eius spe traduci se patientur. Vn- Psal.33.
de dictum legimus, Gustate & videte quoniam suauis est dominus: vt data opera cognoscant diuinitatis eius saporem, intelligẽtes nihil sapientius esse quàm in Christum credere. Quamobrem ipse magister gentiũ inter cætera ait, In quo sunt omnes thesauri Col. 2.
sapiẽtiæ & scientiæ dei absconditi. Et iterũ, Scio,inquit,cui credidi, quia potens est de- 2.Ti.1.
positũ custodire. Igitur hic scit fidei suæ rationem & non dubitat de potentia eius, cũ intelligit omnes thesauros sapientiæ & sciẽtiæ in sacramento natiuitatis & passionis & resurrectionis Christi esse absconditos. Manente ergo fide,diu mecũ contuli,vt scirem cur dominus noster de sacris & de cœlestibus sedibus ad terram incarnatus venisset, & non alius ex ijs quos ipse dominus san- H
ctos angelos vocat. Incongruum enim videtur personæ eius hoc opus subiisse,nisi causa facti noscatur. Deniq; hoc est,quod mouet multos. Nam potuerit dei patris prouisio per alteram personam hoc negocium gerere, vt & hominibus in errore constitutis ostenderet ueritatem, & diabolũ præsumptorem & salutis inuidum cum satellitibus eius cõprimeret & expoliaret deuictũ. Quia peruicacia & irreuerentia nequissimorum seruorum, ministris famulis fuerat compescenda, vt non dominus omnium rem sibi indignam experiretur. Neq; enim tãta vis & potẽtia est satanæ, vt per potestatem eius conditio superari minime potuisset, cum

cõstet dei auxilio ipsum ab hominibus vinci. Nam quanuis impar sit si ex terrenis sumamus exempla, tamen ex aliqua parte cõuenient ratione. Seruum enim contra Dauid regẽ rebellantẽ, Ioab cõseruus eius missus est persequi,& trucidare: & contra Absalon in patrem impium seruis iniuncta res est, quanto magis ad tyrannidem diaboli vincendam vnius sancti angeli ministerium sufficeret, cum vnius de multis suffecerat efficacia. Quippe cum legamus,quia repugnans contra Michaelem archangelum pdurare non potuit, sed subiectus in terram
I est.Hoc ergo mecum sæpe reputans,hoc solum sciebam, quia ideo ipse à patre missus est,ne ad iniuriam eius pertineret,si opus p eum factum,per alterum reformaretur: sed hoc scire minimum erat. Non enim satisfaciebat ad tam magnam & admirabilem causam, nisi & aliud comprehenderetur quod proficeret ad arcanum intellectum.Si factũ est, vt animaduerterem causam hoc poposciſſe vt sic veniret qui venerit. Ipsum enim rõ tangebat vt ad eum comprimendum veniret qui dignitatem eius & meritum vsurpasset. Post deũ.n.patrẽ diabolus deus dici voluit, quod & nunc vsq; cõtendit,cum vtique non illum res contingeret,sed esset hoc filij dei qui post patrem deum secũdus est, non natura, sed ordine. Ad hanc ergo causam agendam non alium oportuit venire, nisi Christum dominum nostrum:quia nõ tantum ad comprimẽdum diabolum venit, sed & manifestare seip um omni creaturæ: vt reprobata persona diaboli, hunc esse cognosceret,cuius principatum & maiestatem præsumpserat satanas:de cætero cognita ueritate relinquerent errorem, pro certo habentes Christum esse dei filium, qui solus
K deus de deo sit, & caput siue principium eorum omnium, siue quæ in cœlo sunt, siue quę in terra, quia uirtute & potentia qua superauit tyrannum satanam, manifestatus est ipse esse, cuius imperium præsumpserat impius diabolus qui est satanas. Dum enim
Esa. 14. voluit inique deus dici ut dominaretur potentiis spiritalibus, unde increpatur à Propheta dicente,Tu enim dixisti in corde tuo, Ponam sedem meam in nubibus, & ero similis altissimo:multos decepit, quorum cõspiratione princeps erroris est factus. Qui in Psalmo commonentur, ut reiicientes mendacium, suscipiant ueritate. Dicitur enim eis, Tollite portas [acipes uestras,& eleuamini portæ æternales,& introibit rex glorię. Nisi enim tollatur error de mentibus incredulorum, non poterunt suscipere fidem unius dei in Christo. Hoc.n. edocentur ut sublatis portis per quas itur ad mortem, secundum perfidiam à diabolo cœptam, suscipiant fidei sacramẽta per quæ itur ad uitam. Ista sunt enim que significãt in æternalibus portis,quia ueritas fidei æternitas est: perfidia aũt talis est, quia mendaciũ adinuentio diaboli est. Diabolus.n. cœptam pręuaricationẽ in cœlis, seminauit in terris, multorum deorum suadens cultu- L
rã,inter quos principatum haberet. Caput enim & principiũ uoluit esse cæterorũ, qđ nõ ei debebatur, sed saluatori. Vnde persequitur eũ usq; ad terrã, ut comprimens eũ ostendat erroris eius prævaricationem manifestata in se ueritate. Vnde dictum est, Ve Psal.84
ritas de terra orta est. Proiectus enim de cœlis,confugit ad terras,ut meditatam diuinitatem in supernis, expleret in inferiori- 2.Thes.
bus. Vnde dicit Apostolus,Ita ut in templo dei sedeat ostendens sese quasi sit deus. Quo quo enim modo desiderium suum implere uult & damnari: furore enim plenus minus putat damnari esse quàm non explere auiditatem erroris. Aduersus Paganos 114
quomodo temere audeant aduersus nos cõgredi,aut fidem nostram impugnare, & suã commendare. Qua ratione Pagani aduersus non audeant cõgredi,aut fidẽ nostrã impugnare, se autem putent absolutos esse non uideo. Quippe cum nulla habeant assertionum suarum documẽta superstitionis suæ magis dicam quàm religionis. Nã quæ cauta non habent proferunt, ut ipsi potius nouarum rerum authores & defensores habeant. Primo enim in loco deos se asserunt colere:quorũ nulla insignia,nulla dant testi
monia. Illos enim deos appellant,qui se ausi M
non sunt deos nuncupare, ut homines authores deorum habeantur,cum deus author debeat esse hominibus: ac per hoc uana & inanis assertio est, quicquid enim deo est, stabile esse non potest. Manifesta enim esse quæ dico probant libri eorum,in quibus nihil diuinum, nihil deo iubente legitur constitutum,sed singulos uiros propter quasdã causas diuersa asserunt instituisse numinum sacrificia, & i, qui nullius meriti uidentur, ea ipsa quæ statuerant digne statuisse probarentur. Quando ergo quos deos appellant,nihil horũ madasse legũtur,qua authoritate

thoritate hi faciunt, aut acceptũ sibi putãt, quod non probant mandatum, cum si etiã mandatum probaretur, examinãdum prius fuerat,si dignum esset aut debitum his obedire, quorum nulla signa, aut prodigia aut commendationes diuinitatis in rebus gestis existerent? Sed solent ab his excluſi ad elementa cõfugere, dicentes hæc se colere quorum gubernaculis regitur vita humana. A
A quibus vt supra requirimus,si mandatũ est, aut iussum à deo, quẽ ét ipsi magnũ & summum fatentur & negligunt.Si enim fieri debet,ab illo mandari oportuit qui author eorum dicitur. Si autem ab illo non est mandatum prẽsumptio est,& ad pœnã proficiet, non ad præmium,quia ad contumeliã pertinet,conditoris,vt contempto dño colantur serui, & spreto imperatore adorentur comites. Quomodo istud impunitum erit quod etiam in hac vita vindicari,& quidem acerbius, videamus? Sed si forte ab ipsis elemẽtis dicant mandatum,ostendant alicubi præceptum,legant aliquando aliquid illa locuta. Quod si non ostendunt qua pœna digni sunt, qui authores præsumptæ & confictæ religionis deteguntur? Libera sunt ex hac impietate elementa. Ipsa.n.luminaria mundi accusabũt illos apud iudicem deum, quia in hac consilij vanitate minime se authores ostendunt. Similiter & illos quos constat homines fuisse,deos nuncupant, cum cœperint pro peccatis suis cruciari, in hac parte minime se re os defendent, in hos crimen hoc retorquentes, quibus cum hoc non mãdassent,vt deos illos colere cœperint. Igitur quo pudore fidem nostram reprehendant aut irridendam putant, quorum legem virtutum testimonijs fultam, necnon & ipsius domini ac dei nostri relegunt vocem dicen
Esa. 44. tis, Ego sum deus, & non est alius prẽter me. Quod si nudis uerbis diceret, non erat
B ei credẽdum, ne similes Paganis videremur qui nulla deorum suorum signa maiestatis videntes, colere eos cœperunt, & quod perius est, inhonesta, Turpia.n.illic aguntur, quæ pudoris est reuelare,& prudentes se appellant. Porrò autem deus noster teste virtute coli se mandauit,& vt nihil suspitionis relinqueret, legẽ ipsam honestam & sanctã vt & deo dignum est tradidit. Nos vero qui stulti à paganis dicimur,d_o nostro nõ ere didissemus nisi nobis satisfeciſſet etiam testi monijs virtutum: nec legem eius suscepissemus,si non illam puram & ipsa profeſsione dignam cognouissemus. Hinc est vnde nihil apud nos in tenebris vel occulte geritur. Omne .n.quod honestum scitur,publicari non timetur. Illud autem quod turpe est & inhonestum, prohibente pudore non potest publicari. Quamobrẽ pagani mysteria sua in tenebris celebrant,vel in eo pudẽtes. Erubescunt.n. palàm illudi: piacula.n. quæ illic vice legis aguntur,nolunt manifestare,ne qui prudentes se dicunt,hebetes his videantur quos stultos iudicant. Sed ne forte hinc illis stulti videamur, quia lex nostra castitatem, misericordiam, pietatem, continentiam,prædicat: apud illos.n.hæc stulta sunt,quia omnis bonus malo malus est, C
& prudens stulto insensatus est. Nam intantum castitatem execrantur vt etiam cinædis delectentur,magisterio eorum subiecti, qui nisi tales fuerint,idonei non erunt ipsi,si dicẽdum est,religioni. Propterea enim abscinduntur & habitum immutant, vt de viris quasi fœminæ fiant, & circa naturã subiecti muliebria patiantur, & tunc demum apti & digni sint ministri superstitionis illorum. Nunquid accusari põt huiusmodi quẽ lex facit talẽ? Ideo .n.amissio viri & actu & habitu in mulierẽ transformantur, vt muliebria libenter patiantur. Quæ ergo putantur esse mysteria, vbi de honesto inhonestum fit, & de incorrupto corruptum,cum hic sit vere cultus religionis, qui de turpibus honestos facit,de indisciplinatis modestos? Quomodo cultores eius æmuli possunt esse bonę vitæ,qñ mysteria legis eorum sine cinædis celebrari non possunt? Si ergo lex corũ his delectatur, peccator erit & stultus quisquis non fuerit talis. Ideoq; stultos nos appellant. Colentes enim hæc turpia,prudentes ab his iudicantur, euitantes autem & fugientes,stulti. Quod quidem callide & astute ab ipsis videtur aptatum. Idcirco.n.legi D
suæ applicant nomen prudentiæ, vt contegant reprehensibilia eius, quia vbi prudentia, reprehensio nulla est. Nostram autem legem stultam dicunt, vt prohibeant ab ea. Sed sublatis nominibus prudentiæ & stultitiæ,& submota omni inuidia, quñ parit defensio ambarum partium,ipsæ leges inter se consligant, vt appareat vbi sit prudentia & vbi stultitia. Sed præsente signo crucis, obmutescit Paganitas. Et si adest, quam vocant scultam,prudentia illa,sacra illorum responder non audent. Reprimuntur enim exta illo[illegible],respondere non audent,& occultantur

tantur ob reuerentiam Christianæ maiestatis. Magna res est ut illa quam vocant prudentiam, metuat illam quam appellant stultitiam. Conferamus nunc tenorẽ legũ. Pagani deos deasq; colere se ẽt literis profitentur, & uerum est quod dicunt, quia & masculos colunt & fœminas. Ianus.n. & Saturnus, Iouis & Mercurius, & Apollo & cæteri, Itẽ & Minerua & Isis, & Fruxilla & Venus & Flora meretrix cum cæteris, dijs deabq; sunt sicut historiæ tam Græcorum q̃ Romanorum testantur. Christiani ãt, vtpote pauperes quos stultos uocant, vnum deum colunt in mysterio, ex quo sunt omnia, nec aliquid
E quod ab eo conditũ est venerantur. Ipsum .n. solum sufficere sibi & abũdare sciunt ad salutem, non ignorantes, quia si gloriam & nomen eius alijs deputauerint, offendant eum, quia nullus imperator permittit vt cũ nomine eius tribuni & comites adorentur. Conferantur nunc leges vt videatur, vtra sit prudentia, quæ creatorem colit an quæ creaturam: quæ dominum an quæ seruos. Potest fieri in aliqua domo vt præter vnum alius dñs appelletur, vt pagani literis forensibus instituti qui sibi prudentes videntur, in vno mundo ab vno deo condito multos deos deasq; venerantur. Procuratores.n. & authores mundi deos & dei nomine nuncupant, cum improuidi denegantur: Illud autẽ asserere quod perniciem pariat, improuidi est & stulti. Quoniam necesse est deũ iniuriam suam vindicare in eos qui conseruis suis deum & dei nomen & gloriam impertierũt. Dehinc considerentur præcepta. Lex nostra quos stultos vocant, antistites & ministros, idoneos, sine crimine, sanctos & irreprehensibiles præcipit ordinari. Econtra autem paganorum traditio antistites & ministros idoneos sibi esse non posse, nisi
F ex viris transfigurentur in fœminas, vt licenter & publice muliebria patiantur, & discussis in aqua inhoneste crinibus, mollẽ quassatamq; vocem & turpem emittant. Quod si publice facerent, ab omni populo lapidarentur, & Cynocephalus ille, qui mutabundus per omnia se circunferri loca quærẽs membra adulteri Osiris viri Isidis. Ecce quibus ministris siue magistris pagani prudentiæ sibi nomen asciscant, eum non solum non prudentiæ sit, sed etiam criminis. Obscœna enim & probrosa diligere funestum est. Illud autem quale est o[illegible]d in speæo velatis oculis illuduntur? [illegible].e.n.horreant turpiter dehonestari, se oculis illic velantur: alij autem sicut ales alas percutiunt, vocem coracis imitãtes, alij vero leonũ more fremunt: alij autem ligatis manibus, intestinis pullinis proijciuntur super foueas aqua plenas, accedente quodam cũ gladio, & irrumpente intestina supradicta, qui se liberatorem appellet: sunt & cætera inhonestiora. Ecce quantis modis turpiter illuduntur qui se sapientes appellãt. Sed quia hæc in tenebris patiuntur, putãt posse nesciri. Ista.n. omnia quæ à malis turpibus inuenta sunt in occulto, sancta fides Christiana prodit & detexit. Prędicata.n. fide, considerantes qui audiebant quid boni & sanctitatis pu- G
blice promitteretur, contulerunt se ad fidem, occulta illa inhonesta & turpia relinquentes, & quomodo per ignorantiam illusi sint confitentes. Tunc enim iam pridẽ oẽs prope in hoc vertebantur, errore, & idcirco sibi prudentes videbantur, quia qui reprehẽderet non erat. Nã quanquam oẽs errarent sub vno fallacis nomine idololatriæ, vnusquisq; tamen iuxta mores suos ordinauit & conuersationem & culturam, vt vnus error diuersitatem haberet ex turpitudine & conuersatione authorum. Deniq; sacra quę sacra liberi vocant, inhonesta & vanissima sunt, & plena furoris. Difficile enim impurus non iracundus est. Deniq; vbiq; cum Priapo depictus inuenitur, cum quo inhoneste viuebat. Hoc modo sunt & cætera sacra eorum, sed vt posteri his inuentionibus caperentur, subtilitate & astutia factum est Satanæ, quanq̃ non sine illius consilio ista inuenta sunt. Inuentis tamen singulis, asper sit quædam præstigia per quæ illiceret homines ad errorem. Et sic factum est, vt per traducem antiquitatis commendaretur fallacia, & excusaretur turpis inuentio. Per consuetudinem.n. cœpit non turpe videri, quod turpe erat. Nã cũ dehonestantur aliqui, pri
mo erubescunt, postea blandiente consuetu- H
dine, recedit pudor mutata fronte, præcipue si multos videant tales. Nam quæstus turpitudinis tunc est, qñ ij qui nobiles dicuntur, dehonestari videntur: facile .n. imitatores inuenit honestata nobilitas. Si ergo iam porro pridem propter hoc prudentes sibi videbantur, quia cui fœda inuentio hæc displiceret non erat: nunc quia dei misericordia illustratum est genus humanum, & declaratum crimen esse quod pro lege credebatur, stultum autem quod putabatur prudentia

dentia inuentum, vel ab hac appellatione cessare deberent, permanere nolentes in detecto crimine cognoscentes nomen sapientiæ à se alienum esse. Sed vt addant ad cumulum confessionis suæ stultitiam, in stultitia deprehensi vocant fatuos à quibus conuincuntur. Sed fidem nostram & posteritatem accusant, in præceptis autem non negant nihil posse reprehẽdi. Qui fidẽ nostrã accusant, non magis contra nos, q̃ contra authorem nostrum suscipiunt. Nos enim stultos, qui quasi rei fatuæ fidem dederimus, illum autem mendacem & circumuentorem, neenon & malitiosum pronunciant, qui fi-
I dem traderet per quã deciperemur. Credẽtes ergo prius non nos stulte credidisse probemus, deinde cãm authoris, cum in errore degeremus in quo nunc manent pagani: si nullis virtutum signis attracti, si nudis verbis quæ sacra vocant, perciperemus, prodesse putantes, non quod diuinitas commẽdauerat, sed quod vetus consuetudo tradiderat. In qua, quod non latet, diuersis illusi vanitatibus, nullam spem salutis cognouimus. Quid.n. poterat prodesse res ab hominibus inuenta? Vt autem ad fidem dei accederemus, & filium eius incarnatum & crucifixum crederemus, non verbis suasum est nobis, sed rebus. Vidimus enim mortuos suscitatos, leprosos mundatos, cæco nato oculos restitutos, dæmonia ejecta, & simul oẽs infirmitates curatas. Nunc quando stulti fuisse iudicemur, cum nudis verbis credidimus, aut cum rebus? Sine dubio enim res ante verba sunt. Quippe cum ad res significãdas inuenta sint. Si ergo traditioni humanæ, nulla suadente virtute, quæ ad illudendas mentes hominum inuenta est, fidem dedimus, quanto magis huic quam diuinam & deificam omnia signa quæ deum inuocant, contestantur? Nonne digne stulti iudicare-
K mur si virtutibus non crederemus, qui sermonibus credideramus? Nonne rationabiliter improuidi & inconsulti vocaremur, si aduocantẽ spem non sequeremur, qui desperationi fueramus obnoxij? Si autem ecõtra, stultum est quod creditur. Non.n. rationi subsistit, deum habere filiũ, neq; emortua & dissoluta corpora rursus reparari posse ad vitã probauerint oẽs philosophi & sectarũ inuentores: etiam si diuersis disputationibus seinuicem confunderent, nullus ad alterum transiens, quia vnusquisque in quo imbutus fuerat, pmanebat. Per id.n. q̃ verba contradictioni obnoxia sunt, nullus alterum superabat. Non enim erat vnde se quisque victorem ostenderet, sed inuicem contradictionibus se fatigantes, minime alter alteri persuadebat. Hinc factum est, vt dei prouidentia, cuius sensus inuestigari non potest, prædicationi suæ virtutem adiungeret, vt veritas prædicationis virtutis testimonio probaretur, vt qui verbis contradicerent, virtutibus non auderent. Quæ enim maior poterit esse testificatio veritatis, quàm est operatio virtutis? Si quis autem opera virtutum deneget, accusans scripturas, quomodo poterit stultam fidem nostram dicere denegans scripturas? Vbi enim scriptum est de Christo, quòd filius dei credendus est, eodem loco virtus testis inuenitur. Et si cui L
absurdum videtur legenti Christum dei filium crucifixum, reuoluat, & inueniet resurrexisse eum à mortuis & intelligat non ociose eum mortuum esse, neque inuitum qui potuit resurgere, sed esse mysterium. Quicunque ergo est ille, aut tacebit de cruce: quia si dixerit stultam crucem, non poterit stultam dicere resurrectionem, excusat enim resurrectio crucem. Aut si locutus fuerit de cruce, non poterit negare prouidẽtiam esse in ea, quam videt testimonio resurrectionis firmari. Aut vtrunq;.n. accipitur, aut vtrunq; refellitur, vt qui non defendet, nec audeat accusare. Quare autem crucifigi se permiserit, cognatis mysterium reseruandum est. Mortem hanc intantum commendauit, vt clarificari se per eam testatus
sit. Nam & ait, Ptãtem habeo ponendi ani- Ioan.10.
mam, & ptãtem habeo iterum sumendi eã. Non ergo coactus est mori, quia potestatem habuit & mori & resurgere. Hanc qui abnuit, non poterit dicere violenter illi mortuum illatam. Si enim istam negat, nec mortem illum poterit asseuerare, quia hoc illic continetur vbi morti traditus legitur. Nemo enim ex superioribus postrema aut
ex postremis superiora condemnat, quia M
contrarium non est quod vnius corporis est. De mortuis autem quòd resurgant, dolo dicunt stultum credere. Vident enim exempla quibus credibile iudicetur. Omnia enim semina vsibus necessaria, nisi resoluta fuerint, renasci rursus non poterunt. Si hoc in mundo hominum causa deus decreuit, cur illorum ipsorum corporibus si hoc pr[illegible]aturus credatur, stultum putatur? Nisi [illegible] ipsi stulti sunt, qui deo nõ dant

quam

quam potest mundus virtutem, cum gestarum nunc vsque appareat vmbra, quia iam tempus non est faciendarum virtutum. Initio enim fieri oportuit vt semẽ fidei per hanc crementum faceret. Tamen & modo dæmonia nominata cruce Christi terrentur, & si impensius fiat, fugantur. & dij paganorum formidine & metu nominatæ crucis responsa dare non possunt. Si opprobrium est mors Christi, quare terrori est? Res enim quæ ex crimine venit, non timeri debet, sed contemni. Quis enim timeat hominem pro crimine suo occisum? At si innocens fuerit, timeri tamen non potest, sed doleri. Itaque nisi sentirent dæmonia, vel dij Paganorum sacramento esse crucem Christi, nominata ea non terrerentur: & vt expressius dicam, nisi rei essent, non timerent. Hi etenim omnes qui ex parte diaboli sunt, consenserunt in mortem Christi. Vnde cuncta dæmonia siue dij gentium, nominata cruce Christi, terrore concutiuntur. Omnis enim qui in alicuius innocentis morte reus est, cum nomen eius fuerit memoratum, timor apprehendit cor eius. Recordatione enim habita delicti reum se videt. Quanto magis dæmonia, vel dij gentium qui rei sunt necis domini & saluatoris mundi? Sed Pagani antiquitatis causa verum se tenere contendunt, quia quod anterius est, inquiunt, falsum esse non potest. Quasi antiquitas aut vetus consuetudo præiudicet veritati. Possent enim homicidæ, aut molles, aut adulteri vel cæteri criminosi per hoc illicita sua defendere, quia antiqua sunt, & ab ipso mundi initio cœpta: cum hinc magis intelligere deberent errorem suum, quia quod reprehensibile est & turpe est, male cœptum probatur: quod autem honestum & sanctum est, digne colitur. Nec posse turpe & reprehensibile ante factum, esse honestum & irreprehensibile. Et ad extremum, Paganorum traditio esse ab homine inuenta, negari non potest, quia autem nostra lex à Deo data est, euidens res est. In monte enim apparuit maiestas Dei ad dandam legem hominibus, vt & hinc fides possit haberi. Primo misit signa multa & prodigia facta in Aegypto, quod hodie quoque libri testantur à Ptolæmeo reconditi in bibliotheca Alexandrina. Sic ergo legem dignatus est dare, vt nemo ambiguret deum esse qui tradidit. Palàm enim & manifeste visa est omnibus maiestas dei, tanto fulgore & terrore, vt etiam præter eum nemo alius deus crederetur, & quod iubebat omni obseruatione dignum haberetur. Et vt omnia deificæ rationi conueniant, inspiciatur tradita lex, si quid in ipsa iniustum, si quid inhonestum, si quid ridiculosum, sic oportuit innotescere: non vt in angulo per impostaram appareret quę claudi non potest, neque in speculo vbi aliud est quàm cernitur operante illecebrosa fallacia, neque ea seruanda celaret, quæ propterea quòd inhonesta essent in tenebris gererentur. Cum enim vnius Dei notitia obliterata esset in mundo consuetudine delinquendi, quia mendacium velamen præstiterat veritati, clemens & misericors deus, nolens opus suum perditioni obnoxium fieri, visitare dignatus est genus humanum. Non sic apparens sicut hi qui falsò dij appellari voluerunt, sed sicut est veritas dei, ita se manifestauit, vt errorem adimeret, qui falsorum deorum prædicatione mundi sensum corruperat. Denique supra sexcenta milia hominum egressa de Aegypto, videntes & cognoscentes dominum hunc esse supra omnes ex apparentia ineffabilis gloriæ proximare ad eum timuerant, sed longe curuato genu eum adorauerunt. Postea prosequentibus alijs signis, tam illis quæ fecit in deserto, quàm quæ fecerat in Aegypto, in omnibus mirabilibus manifestatus est vnus esse deus. Hæc omnibus propè innotuerunt linguis, hæc vicinis gentibus terrori fuerunt. Quid tale in dijs gentium? Cui genti, cui populo gloriam suam ostenderunt? Quæ signa aut virtutes ad diuinitatis suæ testimonium fecerunt? Vbi vel quando locuti probantur? Sed irrationale vulgus, vt apparentes vmbras, aut dæmonia, aut simulachra mortuorum vt Deos colere cœperunt: quę res in consuetudinem vetustatis deducta, arbitrantur rationis sibi veritatem posse defendi: cum veritatis ratio non ex consuetudine, quæ est ex vetustate, sed ex deo sit, qui non vetustate deus probatur, sed æternitate. Quamobrem fides non cœpta res, sed sine initio est. In deũ.n.credere, nostrũ incipere est, Nam quod creditur, æternũ est. Quomodo ergo anteriores se putant Pagani, quãdo quod colunt, post deum est? Nunquid non opus post opificem est? Pagani colunt opera, nos opificem. Illi creaturam, nos creatorem.

Exo. 20.

Certe

Certe deus fecit mundum, & à se facto noti tiam suam non ostendit? Aut fecit hominẽ, & noluit se ab eo coli quem fecit? Sed absurdum est. Factus ergo homo cœpit venerari suum conditorem, quia dignum est, & causa hoc exegit. Quod cum per desidiam hominum aboleuisset, reparauit istud Deus in Abraham, vt cognitio dei quæ fuerat in Adam, inciperet rursum in Abrahã: vt ab eo geniti, sub eius cognitione educarentur, & per traducẽ non deficeret, neq; deesset qui coleret deum: aduocatis etiam exteræ gentis hominibus ad istam dei cognitionem. Qui ergo cognouit, sub initio est: qui autem cognoscitur, supra initium est. Qua igitur ratione Pagani legem suam ante dicunt fuisse q̃ nostram? Si mundus ante deũ est, quod absit, sic poterit & Paganitas anteponi Christianitati. Nemo miretur de nomine Christianitatis, Est.n. colere vnum deum in mysterio trinitatis. Quòd si nomen Christi putatur ex chrismate, nominis tamen ratio ante chrisma est. Apud maiores.n.nostros, qui in reges vngebantur, Christi vocabantur, habentes imaginẽ Christi venturi: qui natus de Deo patre in regem non immerito Christus appellabatur, quia quod istis Chrisma, illi dedit natiuitas, quem quandiu ignorant Pagani, reprobant. Cum autem cognouerint, diligentius excolunt, gaudentes quia de malo transierunt ad bonum. Qui enim in re tam friuola & inepta pertinaces fuerunt: quanto fortiores & vehementiores erunt cognita veritate? Qualis ergo Christus noster est, qui cum nascitur, oditur: cum cognoscitur, amatur. Nam omnis malus cum nescitur, amatur: cognitus, oditur. Quanti retro oderunt Christum, qui nunc amant? Quot qui dolent odisse, quod nescierant? Imprudentis enim est odisse quod nescias, quia probandum est, an odio digna sit res. Denique qui hodie aduersantur, in crastino defendent, pœnitentiam agentes, tarde se cognouisse quod verum est. Quòd si odio digna res sic esset, aut aliquid haberet fallaciæ, quotidie ex Christianis fierent Pagani. Porrò autem, quoniam hæc veritas est, quotidie omni hora sine intermissione deserentes Iouem, inter quos sophistæ & nobiles mund. qui cum deum confessi erant, confugiunt ad Christum, cui est honor & gloria in seculorum secula.

De fato, quomodo perniciosissima sit Christianis artis Matheseos obseruatio & cura.

Nihil tam contra Christianos, q̃ si arti Matheseos adhibeant curam. Hæc enim inimica dignoscitur dei legi. Si.n.nascũtur qui mali sint, & econtra qui boni sint, frustra lex data dicitur, & non solum hæc, sed & in iustus habebitur legislator. Qui enim lege data cogit homines contra id quod nati sunt facere, sciens non posse mutare naturam, ad hoc vtiq; legem videtur dedisse, vt haberet occasionem, qua crudelitatem suam de nece hominis satiaret. Vt quid enim prohibet, q̃ scit auerti non posse? Aut quemadmodum damnat hominem, qui non fecit quod facere non potuit? Si autem iniustum videtur, vt est, quia istud de deo sentire nefariũ est, recte & salutari ratione legẽ dedit, sciens posse hominem continere se ab eo quod prohibet lex. Ergo quia iuste legem dedit, nõ est vtiq; iniquus cũ vindicat. Itaq; si legi dei fides cõmodanda est, quia iuste probatur data, ars Matheseos cuitanda & fugienda est. Hanc enim astutia & subtilitas inuenit diaboli. Quia enim aperte repugnare non audet authori, tergiuersatione id agit, vt & deo iniuriam faciat, & hominem legi inimicum constituens, morte mulctet secunda. Qui ergo authoritati cedit, & factum eius retractari nefarium ducit, legi ab illo datæ obtemperat, die nocteq; studijs eius insistens, nec aliquid aduersum respicit, non dubitans, quia potens est homo præcepta eius seruare. Nam hi qui peccare gestiunt, occasiones quærunt quomodo peccata sua à se faciant aliena, vt dum naturæ quasi imputanda peccata sint, immunis esse à pœna videatur peccator. Hoc propositum horũ est, qui desperatione promissæ futuræ vitæ, præsenti desiderant frui voluptate. At hi qui freti fiducia fidei, spem futurorum expectant, hoc implere contendunt, quod in primordio renascibilitatis polliciti sunt, vt abrenunciarent pompis & voluptatibus satanæ. Quãta ergo subtilitate vsus est satanas, vt promptiorem hominem ad peccandum faceret, per quod inuidiæ suæ expleret nequitiam? Dum.n.audit sic se natum esse vt peccet, & deum non ignorat esse iustissimũ, credit se impune peccare: quia qui iustus est iudex, non dãnat eum qui imperante natura peccauit. Nec quidem eius peccatũ dicendum est, quod alius egit per illum. Sic de

ceptus est homo, peccatis.n.pressus, factus est morti obnoxius. Igitur tollit omne hominis bonum, qui tollit & malum. Si.n. peccator non habet pœnã, nec iustus coronam, vt quid laudantur boni & reprehenduntur mali? Si.n. huius naturæ est vt peccare non possit, quid laudas in illo quod non est eius? Et vt quid condemnas in peccatore delictũ, cum scias non eius esse q̃ peccat? Quid nisi iniustus erit qui bonum laudat & malũ accusat? Si forte dicatur econtrà, Bonam naturam in homine laudo, & malam condemno: quia & vinum bonum laudatur, cum per naturam bonũ sit, & malum recusatur, cum illud æque natura & hoc præstet. Si ita esset, nihil erit reprehensionis causa, vt sic laudaretur iustus, nec corona dignus iudicaretur. Neq; ita accusaretur iniustus, vt pœna dignus diceretur. Porrò autem & in præsenti & in futuro iustos remunerari scimus & legimus, & iniustos pœnis subditos cõcremari: quod iniustum vtiq; videretur, si iste qui naturæ suæ rem gesserat, igne vltore pœnas pateretur, aut alius q̃ æque naturæ suæ rem exequitur, p̃mijs afficeretur. Si aũt laudandus est bonus, quia quod naturæ suæ erat fecit, laudari debet & malus quia & ipse similiter quod naturæ suæ erat gesit, vt vnusquisq; permanens in eo quod factus est, laudetur. Quia si in quo factus est manens vituperabilis habetur, authorẽ tangit vituperatio, qui talem nasci fecit qui displiceret. Quòd si iure remunerandus est iustus & condemnandus iniustus, iam non naturæ respondetur, sed voluntati: quia natura libera est, voluntas ãt in causa est, quæ sensibus accessus patitur & recessus: vt iniustus videãs coronari iustum, se aũt dãnari, sibi imputet, qui contra legem sensibus credens, malũ fecit cũ potuit facere bonum. Nunquid poterit accusari sol, quia vrit: aut aqua, quia infrigidat? Aut nunquid remuneranda est aqua, quia siti affectos homines recreat: vel p̃mijs afficietur sol, quia reficit homines calore suo post frigus? Quod.n. naturæ suæ est faciunt, vnde nec dãnantur nec laudant. Aliud.n. facere nesciunt. Sed quoniã ita nõ est vt æstimant stellarum speculatores, ratio actuũ probat. Nemo.n. inueniri potest qui bene faciat semper, aut male. Tunc.n. videretur sic natus vt bene ageret, si irreprehensibilis permaneret: & ita digne æstimaretur vt esset malus si in eo duraret vt male faceret semper. At cum & illum q̃ in bonum putas natum, aliquoties videas male agere, & hunc quem malum natum dicis, nonnunquam cernas facere bonum, quomodo hoc verum probas, vt malus malus sit, & bonus bonus, nisi quia hoc magis certissimum est, quia ubi animum quis dederit, in eo proficit? Nam & causæ sunt quæ generant peccata, vt aut inuidia quis litiget aut inimicus existat. Illa autem quæ à lege prohibentur non palam neq; manifeste, sed occulte admittunt. Quare? nisi quia reuerentur legẽ. Sin uero ita vt asserunt ad hoc nati essent vt male facerent, non quærerent latibula neque aliquam legi reuerentiam exhiberẽt, sed passim ea facerent quæ cogeret natura. Sed cũ videas procurari peccatis, & excogitari vt possint latenter admitti: & loca.n. & personas & tempora eligunt, vt mali propositi impleant voluntatem: Simili modo ẽt boni iudicio quodam & bona opera sua discernunt, vt pro tempore & causa alicuius bonum suum distribuant. Quod utiq; non iam naturæ imputandum est, sed quæ in natura est voluptati. Si autem naturale esset, cessaret iudicium. Nam si rẽ plenius discutiamus, q̃ nunc iusti sunt, iniustos illos prius fuisse ostendemus, data aũt opera immutati sunt. Ipse etenim Abraham per fidem iustificatus legitur: Ante ergo non fuit, Quippe cum patre suo duce idola coluisse intelligatur. Et Zachæus vtiq; cui post vulgarem vitam testimonium perhibet dñs. Et uas electionis, qui istud etiã fatetur dicens, Eramus & nos natura filij iræ sicut & cæteri, quia cedit voluntas pro natura. Ex voluntate.n. quis iudicatur, non ex natura. Sine dubio & omnes martyres, & iustificati sunt boni, quia non fideles nati, sed renati sunt. Et quantos scimus turpis vitæ fuisse & prodigos cultores luxuriæ, qui nunc continentes & sancti sunt? Accedente.n. timore dei, vincuntur vitia quæ prius dominabantur. Quantum autem possit timor legis, hinc aduertamus. Ante Iuliani edictum, mulieres viros suos dimittere nequibant. Accepta autem potestate, cœperunt facere quod prius facere non poterant. Cœperunt enim quotidie viros suos licenter dimittere. Vbi latuit fatũ tãtis tẽporibus? Timore credo legis occultabat se. Illud autem qũo subintrauit q̃d tradidit Moyses? Dormientibus credo hãtis. Tanta enim tradita sunt illis seruanda, & talia qualia nulla gens habet præcepta. Et ne hoc aliquis ad plagam cœli referendum putet,

putet, in omne propè orbem dispersi mandata legis suæ custodiunt. Hęc præcepta cõtra fata sunt. Non enim forte fuerunt tribus milibus annis & supra à constitutione mundi, Postea autem data, permanent vsque ad finem. Quod ergo tot milibus annis non fuit, quomodo cœpit? Stellarũ enim cursus à constitutione mundi est. Et quid illud est, vt cum tanta multitudo Iudęorũ sit per totũ mundũ nemo immutetur ex his vt fiat gẽtilis, cum videamus ex Paganis, licet raro, fieri Iudæos? Ecce quantum pertinet ad ritum Iudæorum, excluſum est fatum, quia & extra fatum esse cœperunt, & in eo permanẽt. Quid videtur de Sodoma & Gomorra, quorum qualis fuerit exitus, vindicta obtutibus adiacet? Sic fuit vt omnes spurcitię infamia aspersi, diuino igne consumerentur. In cataclysmo omnes vnius fati fuerãt, vt omnes vna morte & eodem tpe cuncti perirẽt excepta domo Noe. Et omnis exercitus Pharaonis vno decreto damnatus dicitur, vt ineptus error Matheseos vindicetur, quia demersi sunt in rubro mari cum suo rege. Et alia quãta exempla sunt quæ ptermittimus, quia ad satisfactionem sufficiunt duo exempla, quanto magis tot mysteria? Nam & cunctę gentes diuersa habent instituta. Et quod alibi licet, hic non licet. Et iterũ. Q̃d hic licet, alibi non licet. Hic enim in vrbe Roma & finibus eius, quę sacratissima appellatur, licet mulieribus viros suos dimittere, cum cautum sit in lege diuina, vt ne viri quidem hac potestate vterentur, excepta fornicationis causa. Ecce in hac re meliores sunt Barbari, q̃ & hoc seruari posse non impossibile est, quia prius seruatum docetur. Mutatum est ergo fatum, quia cœpit licere quod ante prohibitum erat. Et eunuchos in regno Romano fieri non licet, apud alios licet: quia autem & hic possent fieri in abscõso licitum est. Nam fatũ licet occulte probatur: si autem cessaret timor, publice fieret. Metus ergo prohibet fatũ, vincitur.n. si q̃d vult facere non facit. Et Persæ mulierũ more inaures habent, quod hic inhonestũ & illicitum est. Quia autem & hic fieri possit attestantur antistites matris quæ appellatur magna. Et reuera magna fuit, sed meretrix: sed in eo distat, quia illi cinedi sunt, illi viri. Et quid dicemus? In omni orbe terrarum hi soli hoc fato nascuntur, vt abscisi in mulieres transformentur, & toto mundo isti pauculi inueniantur quos constat minis circumueniri, & promissis præmijs ad hũc dolorem & dedecus cogi. Si autem ad hoc nati essent, non cogerentur. Persæ licitum habent cum filiabus suis conuenire, quod & hic fieri posse ostenditur per id quod à quibusdam factum probatur. Sed quia vindicta interuenit, metu correpti sunt ne facerent quod potest fieri, sed non licet. Omne enim quod prohibetur, ideo prohibetur, ne quia potest fieri fiat. Si autem fati esset, non posset fieri neq; ꝓhiberetur. Nã si non esset fati & prohiberetur, posse fieri quod fati nõ est significaretur. Et quę prudentia est prohibere quod non põt fieri? ac si aliquis prohibeat, ne quis de vrbe Romana transuolet in Hispaniam, aut ne quis humeris montẽ transferat. Illa autem quę possunt fieri cum non debeant, prohibentur. Mos Maurorum est vt inaures etiam in naribus habeant fœminæ, Nunquid fati est? Si fati esset, huc trãslati sic manerent, quia si fatum est, vnusquisque secum habet fatum suum. Sed quia non est fati, omnes inde venientes, hic immutãtur, videntes turpe istic videri quod illic decorum putatur. Certe apud omnes gẽtes numerus, numerus est: terra, terra est: & aqua, aqua est: & aer, aer est: & ignis, ignis est. Nũ quid potest alicubi reperiri terra quæ non arida sit, aut aer qui palpabilis sit, aut aqua quæ non fluxa & frigida sit, vel ignis qui frigidus sit? Sic vbiq; Iupiter, Iupiter est: & Saturnus Saturnus est: & Venus, Venus est. Eodem modo & cætera signa. Ars enim ista vna ratione tractatur vbiq;. Sed quia apud oẽs gentes instituta manent, nõ fatorũ ratione, quæ vbiq; vna est sicut tractant, sed hominum excogitatione, quilibet qui primus habitus est apud suos, quod ratione dignum visum est, & aptum decori, statuit quibus præerat. Inde vnaquæq; regio vel gens propria habet quæ seruet. Sicut Solõ & Lycurgus multa statuerunt, quæ a Græcis legis more seruarentur, quæ paulatim deficiente regno eorum obliterata sunt. Nam regibus Iudæorum mulæ placuerunt ad sessum. Romanorum autem non mulæ, sed equi. Garamantum autem, qui supra Tripolim Africæ sunt, regibus, tauri placuerunt ad sessum: Persarũ vero reges vehiculis ferũtur. Nam veteres rẽges Persarum, nec videbantur a populis. Et reges Madian camelis delectabantur ad sessum, ita vt & colla eorum aureis exornentur torquibus. Et per Africã ãsinis magnis volũt insidere q̃ equis. Cũ omnia vbiq;

Universidad de Deusto Biblioteca

nia vbiq; sint, non tamen omnia omnibus gratiosa sunt, quia vnusquisq; eligit qđ magis apud illum habeat gratiam. Nam & nobisipsis diuersa voluntas est, & in vestibus, & in cibis, & in cætero vsu, & in ipsa sententia. Quod ne fati dicant qui multorũ diuersa asserunt fata, hæc res probat, quia frequẽter mutatur in nobis voluntas. Quod enim diu amauimus, postea displicet: & diligere incipimus quod prius libenter non habuimus, & facta consuetudine immutati manemus. Ordinẽ aũt sic dicunt esse fatorum, vt sit, quid quibus efficiant temporibus per interualla recurrentia ad pristina, vt puta qđ hodie faciunt, iterum faciant post tempus, Non enim in vno dicuntur manere. Nam per disciplinam & consuetudinem vincuntur. Mulieribus etenim Romanorũ multis temporibus vini vsus incognitus fuit. Disciplina enim facta consuetudine confirmauit sensum suum, vt retineret quod prodesse dicerat. Nunquid illis temporibus hæc fata fuerunt, & postea mortua sunt vt cessaret res bene inuenta? Sed non fata hæc, sed disciplina inuenerat. At ubi recessum est à cõ
E suetudine, perijt disciplina. Et veteres Romanorum tantę continentiæ fuerunt, vt ẽt oblata munera refutarent, bonam famam diuitias arbitrantes, & virtutem voluptatibus præponentes: & his fatis successum est, aut obierunt: sed non fati fuit, sed disciplinæ q etiam ipsius fati pędagogus est. Quomodo enim potest fati esse quod neq; ante tempus habuit, neq; nunc habet? Et quidem nescio vt quid tantam inuidiam fato faciant, vt in omnibus gestis ipsum dicant authorem, cũ sit & non sit. Vbi enim disciplina est, non est: & vbi consuetudo est, non est: & vbi casus est, non est: vbi autem videtur esse, timore legis vincitur, & libido enim metu cõpescitur, & quæstus pecuniæ propter deum promerendum repudiatur. In hac ergo parte negari non potest, quia non potest non esse quod vincitur, & tũ recte põt dici & in eoipso non esse, quia caret authoritate quod vincitur. Itaq; dei legẽ qui sequitur, & consuetudinem tenet bonæ vitæ, huic cedunt omnia quæ dicuntur fata. Tantum n. potest consuetudo vt etiam bestias mitiget, Nã male viuere volentes, ipsi sibi fata cõstituunt. Per luxuriam enim & voluptatem fit intẽperantia & inquietudo, quæ parit incontinentiam & iracundiam. Et scier[illegible] istud pę
F na dignum, vt immunes se faci[illegible]t, pudorẽ passi fatis ascribunt, cũ de hac re cogitantibus adiutoriũ faciunt dęmones: quia & hoc statuunt, vt male cogitantibus tribuant effectum: istos fata appellant, non intelligentes quia sunt hominis inimici. Nã si per sensus non subintrarent peccata ad animam, sed deintus nascerentur, recte omne quod delinquitur, fatorum esse videretur. Cum ãt videãt, per visum & auditum & per reliquos sensus nasci concupiscentiam peccatorũ, adiuuantibus inimicis qui suggesserunt faciendũ quod contrariũ est, & non putatur quandiu fiat. Dulce.n. videtur cum fit, aut antequam fiat: perfectum autem apparet esse amarum quod fatis imputant. Quia ãt potest vinci hinc aduertimus, Cogitantibus etenim nobis & de aliqua re solicitis, silent inimici & conquiescit libido, Nõ enim possunt suggerere occupatis nobis. Nũquid aliquis ad aliquam rem alicui dedito aliud suggerit? Non facit, sciens aut se non audiri aut aporiari quasi importune suggerentem. Ita & inimici quos constat esse dœmones: ij sunt .n. dij Paganorũ, qui si viderint diuinis rebus nos occupatos, nõ se ingerunt ad cõtraria suggerenda, sed in insidijs sunt, quærẽtes occasionẽ qua se ingerant. Munimenta ergo sunt animorum, meditatio assidua legis dei & operatio: quia si ociosos nos viderint à rebus diuinis, excitantur ad solicitandos nos. Ipsi enim sunt qui per carnem & sanguinem seminant concupiscentias. Quãuis.n. habeat caro propriũ motũ originis suæ, q̃a non est ociosa carnalis natiuitas, tñ in hac re accedit ad necẽ hominum adiutoriũ dæmonum. Diuersa enim sunt dæmonia, & disparem habentia voluntatẽ. Quædam enim sunt, quæ cum perturbant animos, elidunt corpora, Quædam vero admiscentia se sanguini, generant animis desideria, Alia autẽ cordi hominis se copulantia, suggerunt cum blanditijs contraria. Nonnulla autem sunt, quæ sola corpora obligant infirmitatibus, Sicut & illam filiam Abrahæ, quam dominus curauit. Hæc omnia ignorãtes Pagani, fatum appellant: cum diuersæ sint causæ, & ista ab inimicis procurentur, vt quacunque ex causa irritetur homo & subijciatur passionibus. Sed fatum bonũ appellant, cum bene temperata sint corpora aut affabilitate cõmendantur, habentia gratiã quandam. Malum autem fatũ esse, si plus caloris habeant, aut humoris: aut si quis non sit aspersus
G gratia, sed magis ad detrimenta paratus, H

Dæmonia diuersa.

Luc. 13.

quos

quos infortunatos vocant. Fac vera esse. Videmus enim hæc etiã in animalibus vt plus habeant caloris: sed animalia non sunt rationalia sicut homo, vt possint adhibita cura corpus suum temperare. Ideo enim imperator corporis animus, vt gubernet illud retinaculis legis diuinæ. Ea enim quæ siue impulsu carnis, siue ab inimico suggeruntur, non esse vtilia, lex ostendit diuina. Quam ideo adiutorio dedit deus, vt dictantem inimicum mala, quasi bona respicientes legis præcepta, illum intelligamus esse seductorẽ, quia aliud suadet q̃ docet lex. Si ergo frenatur corpus, ut quia seruet, minus il i detur, & à delitijs retineatur. Sicut enim corpus febricitans si accipit escam aut potum, increscit illi calorsita & huiusmodi corpora quæ sanguinis feruore vtunt, vehementius exardescent, nisi fuerint gubernata. Igni enim si deest esca sopitur. Animi est ducere corpus. Si autẽ dimiserit illud vt eat quò vult præcipitabit ipsum, sicut equus furiosus negligentem sessorem. Et quia corporis feruor plus exardescit, agentibus inimicis ad deceptionem animæ, quia non corpus desiderat,
I sed calore suo generat animæ, desideria, dei nostri assistentia imploranda est ad tutelam ut prohibeat eos: quia non est nobis collu-
Ephe. 6. ctatio aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principes & potestates, quibus amotis, facile erit carnis & sanguinis motum cõprimere. Extinguitur enim incendium si desit materia per quam vrat. Illis aũt eueniũt quæ à Mathematicis dñr, qui credunt futurum quod dicunt. Illud enim agitur subtilitate dæmoniorum, vt ea efficiant quæ antistites illorũ dixerunt futura, ne falsi detecti credantur. Circa eos vero qui respõsioni illorũ non commodãt fidem non prævalet effectus eorũ: quia neq; ipsi tantum intenti sunt vt satisfaciant eis qui illis non credunt: neq; patitur deus facere illos per quod seducuntur fidentes de deo & non credentes diabolo. Omnia enim sic deus instituit, vt secundum vniuscuiusq; fidem eueniat, vt arbitriũ liberum maneat voluntatis: ac per hoc qui deo credit ad auxiliũ eius confugiens, nihil ei prævalere poterit: certus est enim in potestate eius esse quæ fecit, & non aud ẽ cõtra eum quẽ videt deum communẽ habere propitium. Certe fecit deus undum: & solem & stellas creauit, constituens eis cursus
K quibus gubernatur genus humanum: nunquid non habet potestatem imperare illis vt aliquando aliud faciant q̃ decretum habent? Sic enim ea condidit, vt voluntati eius subiaceant. Tunc demum cursus decretos exequuntur, si aliud minime fuerit præceptũ: vt si rogatus ab ijs fuerint quibus ministrant per id quod aut importunitate pluuiæ, aut nimia siccitate steriles fructus appareant, iubeat temperari tempus: aut si forte vt assolet, irato deo viuant homines: dum per luxuriam & unitatẽ, oberrantes non faciũt qđ placet deo, diutissima suspẽsum pluuia, vt factũ legimus sub Helia & Helisæo, 3. Reg. 18
famã exciter super terrã, satisfactionẽq; placatus, annuat vt imbres irrigent aridã. Eodẽ .n. modo moderatio mundi est vt imperiũ seculare. Quomodo enim quidam præsi à rectoribus prouinciarum, ad auxiliũ imperatorũ decurrunt vt erigantur: ita & homines si aduersa sibi viderint tẽpora, supplices se præbent deo, in cuius ptãte sunt omnia. Sed hoc Mathematicis non uidetur. Aliud enim inquiunt fieri non posse q̃ vt sydera decretas sibi impleant causas: & neq; reuocari neq; ad aliud impelli possunt, sed semel statuta seruant officia. Hæc Mathematicorum assẽueratio est, vt dicant fata immutari L
non posse, neq; precibus aliquid impetrari: quia semel deũ dicũt statuisse totius mundi rationẽ & ministris syderibus tradidisse, q̃ neque retro neq; ante fieri possunt. Hic est error Mathematicorum, quo & deum pulsant. Per hanc enim assẽuetationem negãt aliquid posse fieri extra ordinem mundi, vt omnia quæ in mundo à deo facta leguntur, si à mundi lege discordant, negent credenda: illa autem assẽuerant, quæ iuxta mundi statuta fata dicuntur: vt neq; virgo peperisse dicatur, neq; virga Aaron floruisse, neq; fructum attulisse, neq; Sara anus peperisse. Hæc enim mundi ratio non habet, quia extra mundi ordinem a deo facta leguntur. Et quid mirum, si author mundi fecit quod nõ potest mundus? Sed transgressus videretur, aiunt, rationem quam statuit, si aliter ipse fecisse dicatur quàm mundo decreuit. Age ue
ro, mundo legem statuit faciendi, aut genera
.. Nunquid & si humilitas eius erat, si sic faceret sicut ab eo conditus est mundus? Et vnde ab eo factum intelligeretur, si mundi lege fecisset quod fecit? Vt autem intelligeretur a deo factum, non a mundo, alio ordine factum est. Certe soli decreuit, vt inceſ- M
sabiliter i[illegible]leant statuta spatia, nec habeat licentiam i[illegible]di. Nunquid qui hanc legẽ

ei statuit, non ipsi licebit statuere illum? Certe iudicibus statutum est, ne liceat in reum datam sententiam reuocare, Nunquid, & ipse semper imperator sub hac erit lege? Nã ipsi soli licet reuocare sententiã & reum mortis absoluere & ipsi ignoscere. Quãto magis deo licere debet quod mũdo debuit concedi, quia creatoris sui est famulus? Deniq; mundus per legẽ sibi traditã occidere põt, viuificare non potest: p intemperantiã cœcũ creare potest, oculos illi reformare non potest, Imbecillem & ægrũ facere põt, curare illũ non potest: hoc enim sibi deus reseruauit, vnde appareat eum dominũ omnium esse. Ad subruendum enim fatum pertinet, quia mortui surrexerunt, cęco nato oculi reformari sunt, ægri & paralytici confirmati sunt, & cætera, & quæ facta sunt alia, vt confugientibus ad deũ, si quid fati esse potest, impedimentũ auferre nõ possit. Dicit.n. Ioannes Apostolus, Maior est, Ioã. 19. inquit, qui in nobis est q̃ qui in hoc mundo. Rogatus enim deus, etiam quæ statuit amouet. Nam vtique statuit in peccatores vindicandum: & tamen deprecantibus ignoA scit, quia ipsi soli licet ligare & soluere. Vñ Iosue. 10 cũ soli statio concessa non sit, sub Iesu Naue iussus est stare, & obediuit eius imperio, contra id qđ sibi in ratione mundi fuerat pceptum. Sub Ezechia autem amplius factũ 4. Reg. legitur, quia vt Ezechias qđ sibi promissum 20. erat, verũ esse non dubitaret signum tale accepit quod nouum esset & humanis auribus inauditum. Non enim sicut prius soli iussum est vt staret, sed vt reuerteretur retro, quod videns Ezechias certum haberet, cum posse sibi quinde im annos addere ad vitã, qui de hora nona fecerat sextã. Et quia contra Mathematicos est quod Ezechiæ cõcessum est, Negant enim posse addi ad vitã: signum iterũ in hac re quod cõtra Mathematicos esset accepit, Impossibile.n. asserunt, aliud astra facere q̃ habẽt constitutum. Certe fati esse dicunt, seruũ habere, aut non habere. Esto. Ab initio mũdi hæc fata vbi erãt vsq; ad diluuium? & infra multa serie annorum transacta, non fuit hæc conditio seruitutis. Aut nunquid ex Nini regis temporibus hæc fata cœperunt, qui primus dicitur finitimis bella inferre cœpisse, & captos facere seruituti obnoxios. Vide ergo postea hoc esB se inuentum, & nõ esse fati, sed actus dæmonum, quia si fati esset, ab initio mundi fuisset. Ipsa enim sunt sydera q̃ f[illegible] sunt in initio, & nunc manet cursus eorum, Et antea vita hominum agrestis erat, nec diuitijs studebatur. Quõ nunc astrologi per astra dicunt diuites & pauperes fieri? Nũquid mutata sunt astra? At versutia & pstigium est Satanæ, vt ea p stellas dicat fieri quę angelis suis ministris operatur. Accedente.n. tẽpore quo interitus ei appropinquat, maiora adinuenit per q̃ peccetur. Ecce scimus laborasse fame Italiam & Aphricã, Siciliam & Sardiniã. Dicant Mathematici, si omnes hi vnũ fatum habuerunt, cum inter cętum ne quidẽ duorum fata sibi conuenire posse dicãtur. Erubescant & taceant, & deo supplices manus tẽdat, in cuius potestate sunt omnia. Sed in hoc forte surreptum est fatis. Quid dicemus esse de Pannonia, quæ sic erasa est vt remedium habere nõ posit? O infirmitas eorum q̃ fide pendula Christianos sese profitentur. Dum.n. de promissis dubitant, nec de ijs quæ facta sunt cogitant. Si.n. ea quæ à Prophetis & Apostolis gesta sunt cõsiderarent, nunquã fabulas Mathematico C rum admitterẽt, Scirent.n. omnia in dei esse potestate, nec terrerentur q̃ bonis mala accidunt, quia in futuro iudicio remunerabuntur, memores Apostoli dicentis, Quia Act. 14 p tribulationes, inquit, oportet nos intrare in regnũ dei. Contentus.n. & dei sui expectãs iudicium remuneratus etiã vindicabitur. Si.n. in præsenti iudicari desiderat, aut omni auiditate præsentibus frui copijs, dubitat de promissa vita, ac per hoc in futuro inter perfidos deputatus pœna dignus habebitur. Mundum enim deus ꝓpter exercitium fecit, & omnibus copijs honestauit, duas causas ꝓponens, præsentẽ & futuram cœlestem & terrenam, vt ad probationem esset homini: qui spreta futura vita præsentem eligeret, carni deputaretur: qui vero præsenti futuram anteponeret, spiritalibus dignus haberetur: & qui iniuste pressus potentia iniustorum, querelam deo deponeret vel resignaret, in futuro iudicio releuatus spiritali gloria honoraretur. Vñ nullus sanctorũ in mundo gloriosus apparuit, neque præsentes dilexit delitias. Hinc Apostolus, Habentes, inquit, victu & vestitum, his 1. Ti. 6. contenti simus. Sed qui est Christianus etiã dolet si fœlix videatur in seculo, cum Christianorum d[illegible]gnitas & fœlicitas non in terris promissa sit, sed in cœlis. Quomodo D Christianum se dicit qui non illic gloriari vult vbi ꝓmissum est, sed hic vbi prohibitũ est?

est? Si.n. expediret præsentibus frui, nõ vtique hæc conténentibus cœlestia promitterentur. Qua ergo spe Christiani Mathematicis aures cõmodant, cũ audiant Ioannem
1. Ioã. 2. Apostolũ clamantẽ & dicentẽ, Nolite diligere hunc mundũ, neq; ea quæ in hoc mundo sunt? Itaq; si hæc sunt fidei vel legis nostræ præcepta, ne mundus diligatur, neque ea quæ in mundo sunt, quid est vt quidam nostrum querantur contristati de aliorum fœlicitate quæ est in mundo, quæ apud deũ forte infœlicitas est, cum magis gaudere deberent, quia non illis mundus præstat per quæ obligati teneantur humanis rebus obnoxij? Fœlicitas enim ista, securitatis facultate accepta, diuinorum caret solicitudine. Indiligens enim fit necesse est circa diuina oracula, q̃ omnibus necessarijs refartus, vnde sit solicitus non habet. Alia enim solicitudine incipere solent laborare huiusmodi, vt amplificentur in seculo, quod sine peccato E non potest fieri. Si propius aũt aspiciatur, vi debitur inimicus magis illorum esse mũdus quos beatos dicitur facere. Vix.n. aliquis illorum cœlestia cogitat. Gaudendum ergo Christianis est, dum recte conuersantes pmuntur in hoc seculo. Hic.n. vincit seculũ, qui contentus quomodo illi euenerit in hoc seculo, deo gratias agit, à quo hæc si qua denegãtur tpalia, reddi speret ęterna. Vt quid enim deus futurum iudicium statuit, nisi vt qui iniuste deprimũtur ad tempus vita æterna donentur, depressis ijs qui per potentiã contemnentes aut non credentes futurum dei iudicium impunitatem esse scelerum arbitrati sunt? Sed fatorum assertores negant futurum iudicium. Si enim nascũtur qui boni sint, & econtra qui mali sint, quid laudas aut quid accusas, quãdo neq; bonus congressus laborauit vt vinceret, neq; malus negligens fuit vt perderet? Quidam inter priuatos fabulas venditant. Nam iudicibus oblati peccatores, nunquam ausi sunt crimina sua satis excusare, sed semetipsos reos confitentes, iure se sententiam excipere non negant. Itaq; legis authoritas rationem calcat F fatorum: ita vt ne nominari quidem possint cum se cõmouerit lex. Qũo aũtẽ euasuros se in perpetuum credunt, qui nequiter versati legis diuinæ seueritatem studio quodam au tempus fugiunt, non cogitantes authorẽ legis hinc dissimulare non posse? Nam hic imago legis est, illic veritas. Et qui illudit imaginem, veritatem illudere non potest. Nunquid est aliquis locus sine deo, aut aliquis manus eius effugiat? Putant aũt blãdiẽtes sibi, quia qui hic euadit, iam securus sit. Et qũo hoc iustum æstimant, vt alijs punctis in talibus causis isti euadant? Certe deus mundũ constituit, & qua lege vteretur ostẽdit. Diligens.n. opus suum ostendit ei viam qua itur ad vitam, ordinans quibus ducibus vteretur, quia est & via quæ ducit ad mortẽ. Nunquid nõ ergo requirere debet, si ij quos ministros regni sui posuit, eo iure quo constituit populum eius gubernarunt, aut si populus edictum eius susceperit, aut à ministris fideles inuenti laude digni sunt, aut infideles subdi pœnis? Similiter & populus lege seruata laudatur, aut contempta damnatur. Hoc ius suum, hæc causa exposcit. Quomõ ergo quibusdam displicet futurum iudicium credere? Sed hoc Mathematicorum inuenit amentia. Quomodo enim possunt futurum accipere iudicium, qui præsenti repugnant, quia iudicium in natiuitate esse contendũt? Et quia natiuitati imputatur præmium, de- G sipiunt ipsi qui cum quodã iudicio naturali bonos & malos non fieri, sed asserunt nasci, peccantibus retribuunt ne patiantur inulta esse pctã. Virgis enim malos & uinculis intus corripiunt, quos foris inemendabiles asserunt natos. An quis prudentum corripit, quos scit emendari nõ posse? Quod quidem aut stulti esset, aut iniqui, Sed ne hoc ipsum fato dicant fieri, Quia si sub fato est, non facit quod vult, & ipsi naturale habeant vt uindicent in eos quos sciunt inconuertibiles manere naturaliter: & vere quia sic dicendum est, vt quicquid fati esse dicitur, stultitiæ deputetur. Quàm enim stultum est, vt cũ dicant aliquem malum natum, nec illum bonum probant quem asserunt bonum natũ. Qũo enim potest bonus iudicari, qui rem iniquam facere deprehenditur? Quid enim tam iniquum q̃ vt iniquus credatur qui negatur aliud potuisse facere q̃ fecit? Et si omnia sub fato sunt, quomodo lex subintrauit quæ non sinat fieri quod fati est? Si enim tollatur lex, passim publice illicita fient, nec potentes poterunt ferri, nec erit libertas eorũ, quia qui nunc non cogitat malum, sublato timore incipiet malus esse. Deniq; legimus H legem malorum causa datam. Sed & hoc ipsum fati forte fuit, vt lex daretur? Et qua ratione fata subsistũt, si generãt à quo destruãtur? Quicquid fati est contradicit lex fieri debere? [illegible]ent ergo ratione si cõtraria sibi

generant. Et iniqua sunt, quia nasci faciunt homines ad dānationē. Et q̄ iniqua sunt, authoritatē habere nō debent, quia omne iniquum punitioni obnoxium est. Aut ne forte legē nihil prodesse dicāt, qa qui sic natus est vt malus sit, per legē nō immutari pōt: quod si est lex superflue data est. & quō fata rem superfluā fecerunt nasci, quia nihil ꝓdesset fato? Itaque fata & pro se & contra se faciūt. Quod si ita est, stare non potest quod per inconstantiam rationis non tenet firmitatē. Sed ne propter hoc legē fata esse voluerunt, vt quos malos fata faciunt nasci, à lege damnentur, vt conueniat fatis ex lege adhibere punitionē. Ad hoc quid erit quod dicatur, nisi quia & leges & fata proprio iudicio cōdēnari merentur, si pari iniustitia hoc elaborant vt occidantur, qui non sponte, sed fatis agentibus mala fecerunt? Ad hoc re contradicie, quia fata propria professione dānanda
I sunt, Non enim negant eos qui mali sunt. Lex aūt vsqueadeo aduersa est ipsis fatis, vt neget malos fati esse q̄ mali sunt, sed illorū voluntatis, quamobrē illos puniendos rite constituit. Nihil ergo legi & fatis cōmune est, quando à lege negatur quod à fatis asseritur. Qua aūt ratione nati dicētur, qui Mathematicos vrbe Roma prohibuerunt? quod ius seruatum non ignoratur, Et certe Pagani fuerunt. Qūo fato fiunt quæ contra fatū sunt? Sed si est fatum, non facit contra se. Isti non habent fatum qui faciunt contra fatum: & si non habent fatum, non est fatum. sed est, inquiunt, fatum vnicuiq; præstans qua morte moriatur. Quod si ita est, non est accusandus homicida, Nam & duplici genere se defendat, quia & ipse fatis agentibus hoc fecit, & ille agentibus fatis occisus est. Sed inter hæc lex pulsatur, quia punit oblatum homicidā. Simili quoq; modo nascit q̄ adulter sit, & quæ adultera, & cui fiat adulterium. Quod si hæc sic se habent, & nunc lex tangitur quæ punit adulteros: qđ si vere fati esset, etiā ille puniendus erat qui tale habet fatum vt adulterium patiatur. Et ipse etiam particeps inuenitur, quia fatum eius admisit vt fieret adulteriū. Aequū ergo erat vt aut simul condēnarentur, aut simul
K absoluerētur. Inter hæc iniusta lex videtur. Ideo si a deo sunt fata, lex non erit dei, quia hoc non solum deo, sed nec prudenti conuenit id damnare quod fecit. Sed qm̄ nemo vnquam contra legem ausus est dicere, vel à deo hanc esse negare, fata à deo esse non

potuerunt, quia ista deus punit per legem. Quando enim damnatur quod fit impellentibus fatis, sine dubio fata damnantur. Sed animæ, aiunt malæ, ad hoc nascuntur vt male faciant. Esto. Sed non deberent malæ fato nasci, vt innocentes ab his possint occidi. Si enim illæ malæ animæ essent, nasci non deberent, sed puniri ne occiderent innocentes. Sed non animæ quas malas fingunt, innocentes occidunt, sed fata quæ sic faciunt nasci homines vt occidantur. Ac per hoc non animæ, sed iniqua sunt fata. Et si iniqua sunt à deo non sunt, ergo à diabolo sunt. Et si à diabolo sunt, simul damnanda sunt cum illo. Et qm̄ discernere dūr singulis quomodo moriantur, aut ferro, aut laqueo, aut precipitio, aut naufragio, vel aliter multis modis eadē præstant. Nemo enim pōt solus ab omnium fatis discrepare. Quòd si quis inuentus fuerit discrepare, iam non est fati, sed euentus. Et si in vnius morte euentus est, erit & in L
multorum, & iam non erit fati. Anaxagoras in pilā coniectus iussu regis concussus expirauit, quod non contingit vlli hominum. Et Sisari regi Allophylorum mulier palum in Iudic.4
tempora fixit, & ita reddidit spūm. Hoc modo nemo est mortuus. Et antea cruci homines figebātur, quod postea edicto prohibitū manet. Si fati erat, qūo desijt? Quando enim quod fati est prohibetur & non fit, vincitur fatum. Aut si non erat fati non fato homines crucifigebantur, sed iudicio legis. Et ita est vt non fato homines damnentur, sed conuincti à malis suis operibus. Apud rusticos natus dicitur quidam tam formosus facie, q̄ nemo vnquam fuit, Et quia vir bonus erat, ne cui in suspitionem veniret, qui etiam honestarum mulierum oculos illiciebat, faciem sibi septem plagis vulnerauit, vt pulchritudinem quæ ab omnibus desiderabatur, damnaret. Ecce qūo si fata sunt, superata sunt. Sed forte dicat, Naturæ fuit ut formosus nascerē: fati uero, vt facies eius vulneraretur. Quod si ita est, iam non nascitur fatum, sed accidens causa est. Et si accidens est, non erit fati, sed cōsilij, aut forte euentus, quantū ad
reliquas pertinet partes. Nam quid aliud est M
vincere fatū, nisi immutare naturā? Quod si à deo vtiq; esset, nec immutari posset nec vinci. Legitur nanq; cautum in quodam iuris libello, aliquando mulierem quinq; peperisse: qūo surreptum est fatis, vt huic soli hoc natura decreuerit quod non erat fati? Quod si fati fuisset, aliquantæ hac sorte onera-

tæ

tæ fuissent. Et cum quidā ad peregrina loca proficisceretur, vxorem suam amico quem fidelem sciret commendauit, non vtiq; puero, sed maturę ætatis. Qui vt diligentior custos eius esset, abscidit se ille, vt cū ea sine cuiusquam suspitione caute dormiret. Quid putamus, fati fuisse, an consilij? Sed quomodo fati fuerit quod cōtrarium est? Qui vincit enim quod natum in eo est, hic exinanit fatum. Et in studijs certe fatorum vertitur causa, vt sciat quis aliquid, aut nō possit cōprehendere. Oēs ergo senatores vnum habent fatū. Nullus.n. senatorum sine literis est, & gentes q̄ sine literis sunt, vnū habent, & oēs serui vnius sunt fati. Nemo.n. seruorū est senator. Sed si quod nascitur, dicitur fatum, quicquid accesserit, extra fatū erit. At si quod accidat, ex fato venit, quare per labo rem venit? Tunc.n. diceretur fati, si inuito
A homini euenīret. Qđ enim euenit, sine prouidentia fatorū dicitur: quod vero excogitatur, & diu pensatur, & exercitijs medijs acquiritur, cur fati esse dicit̄? Enuchus aliquis natus est, alij fiunt, vbi erit factū? In illo credo qui natus est. Qui fiunt quid dicendum de his est? Diuersum est enim nasci & fieri. Aut si hi facto facti eunuchi sunt, ille contra fatum natus est eunuchus. Et quare tam raro eunuchus nascitur, vt incredibile videat? Quædā mulier fuit in vrbe Roma, quā cōstat vndecim maritos habuisse: & alius uir qui duodecim habuit vxores, quæ fata sunt quæ his hæc decreuerunt? Nam tēpore Imperatoris Constantini manifestum est puellam in parte Campaniæ immutatam in masculum, & Romam perducta: quæ hic fata fuerunt? Alia vt opinor q̄ vos nescitis. O si de hoc nomine taceretis, & aliqua euentui, & casibus remitteretis, quędā prouidentiæ concederetis, Nā tātum potest uirtus & industria animorum, vt non solū naturæ resistat, verū & seipsam emendet aut inemēdet, quia habet iudicium sui. Traduntur enim mulieres Scytharū, q̄ Amazones dictæ sunt, cū viri earum occupati bello longinquo diu abessent, ꝓpter sobolem se miscuisse seruis, & omnem marem natum necauisse relictis fœminis, ita vt nulla lanificio operā daret, sed ab ineunte ætate palæstra, & armis imbuerent. Harum tanta virtus in rebus gerē
B dis fuit vt per multam seriē annorum regnantes, nonnullas gentes subigerent, Asiamque omnem sub tributo ponerent. Quid ad hoc poterit dici? Nunquid hæc fata fuerūt,

quæ per tot annos sic gesta sunt, vt omnia, quæ fati putātur esse, exinanirent? Primū, vt contra naturam mulieres spretis viris regnarent. Deinde, ꝙ leuis mixtæ sunt proprijs, Tertio, vt omnes nati masculi necarentur, fœminæ viuificarentur. Tāta eas prosperitas est secuta, ut sine viris regnum cœptum magnis copijs, magnis tēporibus propagarent. Certe hoc factū à constitutione mundi nunquam factum est, nisi in Scythia tantum. Ne forte dicerent, quia cū mundus innouatur post annos mille quadringentos sexaginta, sic hæc veniunt, Quippe cū mūdus iam sexto millesimo anno agitur, quandiu quod imitatus quis fuerit, facit. Nam Crassus Agelastus dictus est, quia semel traditur in vita risisse. Cur Iunius Brutus est cognominatus, quia sagaci consilio stultum se simulauit, ne à superbo rege propter pecuniæ suæ magnitudinem occideretur? Tempore Cōstantini morionem se triginta annis finxit quidam, qui Samatius vocabatur, vt Im- C,
peratorem sicut ipse postea dixit à tædijs suis auocaret. Vbi est ratio fatorum, quando vnusquisq; quod vult, facit? Exclusa est. Illud autem quale est, quòd fatorum assertores supplicationibus sunt deuoti, cū sint his aduersæ? Nam & annos suos his cōmendāt, & de nuptijs, & de professione quærunt, & de emptionibus, & de dignitatibus. Quod si fati est, quid oras, quid supplicas, quod ēt te inuito futurum est? Sed quæro, inquit, an debeam emere, Ergo non in fato consistit, quod tunc facere debere te dicis, si didiceris expedire. Nam si fati est, frustra quod velis nolis quæras non quæras, facturus es, oras. Quod autem nec apud eosipsos fixa est ista assueratio, idcirco incerta tentans, ne aliud verum inueniant quàm tractant. Sed prudentiores qui inter eos videntur, non propter fata, inquiunt, supplicamus, cum ea minime immutari sciamus, sed horum causa, quæ iuxta fata sunt, ne faciant nobis aliquid aduersum. Age vero, si nescio quis bonum fatum habet & iuxta se sit aliquid quod videatur contrarium, quid poterit esse cum fatum bonum immutari negetur sicut & malum? Certe hoc quod iuxta fatum est, ne noceat supplicatur, Nocebit enim nisi fuerit supplicatum. Quomodo ergo illud fatum D
immutari negatur, qñ hoc quod vicinum est timetur? Nec enim timeretur nisi illud immutari pōsse crederetur. Sed quia in eo magna causa consistit ne fatum mutari dicatis:

sine dubio, sine causa supplicatis. Videte aũt ne hoc fati sit quod supplicatis, quia sine malo solet esse quicquid fato assignatis. Certe non mala res est supplicare. Cur ergo non fati esse dicatur? Si ergo fati erat quòd supplicat, cuius erit supplicare, & non impetrare? Quia si fati erat, impetrare debet quod supplicat. Si autem fati est supplicare & non impetrare, stultum est fatum, quia supplicare facit hominem quem scit nõ impetrare. Quòd si nescit an possit impetrare quod illum facit supplicare, improuidum erit fatum & carens ratione: quia omnis ignorantia insipientia est, insipientia vero stultitia est. In hanc partẽ cadit omnis tractatus Paganorum. Viderint pagani qui circunfusa caligine non vident lumen. Anti
E quo enim errore circumuenti, veritati, quæ prius latebat, aures accommodare detrectãt. Quid de quibusdam Christianis dicemus, qui in saluatore seu saluatione mutati pri-
Ioan. 2. stini erroris uendicant vanitatem, in tantum hebetati, vt ipsum deum sub fato egisse contendant, dicentes, Ipse dicit, Nondum venit hora mea: vt hora hæc non voluntatis, sed fatalis conditionis fuisset necessitas, cum ille voluntatis suæ horam si-
Ioã. 10. gnificauerit, qua se tradi permiserit? Denique ait, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Cessat ergo fatalis necessitas, vbi potestas est voluntatis. Et quomodo saluator appellatur à nobis, si fati sunt, quæ agimus, vel accidunt? Quia ideo saluator dicit, quia ostendit nobis viam salutis. Itaque si ob hoc offensa est, non fati fuit, quia prius latuit, Et quod fati esse dicitur, ex improuiso venire contendunt. Hoc enim fidei meritum est, quæ non potest dici ex fato, quia quod creditur, alijs seculis auditũ non fuit. Fata.n. hoc dicũt præstare, quod in conuersatione hominũ vertitur. Hoc autẽ qua ratione præstare posse dicuntur quod ignorare deprehendũtur? Hinc est vñ Apo-
2. Co. 2. stolus ait, Quẽ nemo principũ huius seculi cognouit. Hi sunt principes et potestates malos angelos sub se habentes, qui sub no-
F mine fatorum voluptates suas efficiunt, pro vt eius libitum fuerit, sicut assolent malefici confiteri. Sunt enim quos diligunt, alios non amant, quosdam vero odiunt. Et vnicuique hoc suggerit vnusquisque quod diligit, quia & ipsi diuersas habent voluptates, alijs libidinem diuersi fluxus, alijs mu-
nera, alijs voluptatem, alijs petulantiam, alijs iram: quibusdam auaritiam, alijs lucra, alijs damna procurant, alijs charisma, alijs odia, nec non & impedimenta. Et aliquando certis temporibus satiati quiescunt in ocio. Aliquando vero ratione, aliquando occupatæ menti se non ingerunt, quia non dominantur, sed subrepunt opportunitatem quærentes qua capiant. Igitur voluntatis arbitrium liberum est, sed dum quodam desiderio negligentes circa nosipsos efficimur, solicitantes suadent nobis aduersa: maxime si cogitare nos aliquid quod legis diuinæ non est inuenerint, veniunt in eoipso adiuuantes vt impleamus quod prohibet. Nam si timor dei in animo sit, nec caro, nec sanguis, nec principes, nec potestates prævalerent, quia dei adminiculis sic eos persequuntur, vt tamen non cum laborant uincantur. Si autem potestatis nostræ non essemus, quomodo di- Matt. 7.
ceret dominus, Petite & dabitur vobis? G
Omnis enim qui petit, accipiet. Si ergo qui vult petere, accipiet, iam non est illud quod solet dici, Non quæ volumus, sed quæ data sunt habemus: quia voluntas à saluatore incitatur, vt patet & accipiat quod petierit. Fati autem hoc esse dicunt, vt siue petat siue non petat, fato tamen quod aut malum, aut bonum est consequatur. Do-
minus autem hoc excludens ait, Filia fides Matt. 9.
tua saluam te fecit. Non iam fati fit, quando fides percipit beneficium. Et iterum, Si credis, ait, omnia possibilia sunt credenti: Marc. 9.
In voluntate vtique posuit meritum: quia fidei bonum est, non naturæ. Fides autem res accedens est, quę excitat ad exercitium voluntatem: vt quia in natura non est voluntas quæ in natura est, susceptа fide, meritum ei collocet apud deum. Ita enim est natura hominum sicut lapis, qui cum ignem non habet in substantia, habet tamen in potentia, vt opere creet quod non videtur habere, quia non existit, sed quasi in semine ita est in potentia, vt per exercitium generetur, & si defuerit exercitium non fit: quia & semen nisi exerceatur, non generat, sed ipsum solum manet. Accessio ergo facit vt generet, ita & homo fidem non habet in natura, sed semen fidei habet, quod nisi fuerit prouocatum & excitatum fructum non dabit: id est, H
fidem non habebit. Mathematicorum enim fatis credentes, fidei semen exterminant,

minant, quod & creatori & iustitiæ eius testimonium perhibet. Opus enim opificem cognoscit: & æquo iure amoreq; & facto testatur. Fugiendum omnibus modis ab hac arte monemus: curiosi etenim eius, inimici dei sunt, & sine solicitudine nunquam sunt. semper.n. suspensi expectant, quod minime certe sciunt. Nos autem deum, qui de deo omnia prospera credimus, & si qua aduersa extiterint, eius nutu comprimi supplici-
ter oramus, securi de eius protectione, Nec tamen nescij, quia & si quid aduersum bene nobis agentibus euenerit, toleratum
I 16 proficiet ad coronã. De ratione Paschæ, vnde Pascha dictũ sit, & quomodo per sanguinem mystice celebretur. Pascha, dilectissimi fratres à passione appellatum est, sicut docet nos traditionis huius præfiguratio quæ perfecta est in Aegypto per famulũ
Exo. 20 dei Moysen, dicente scriptura, Immolationis Paschа hoc dñi est. Quæ ergo ratio est vt mysticum sacramentum per sanguinem fit celebratum, & reparatio vitæ per mortẽ: vt cum mors augmentum facere se putaret,
I accepto sanguine saluatoris minorata defluere ret, & cum virtute operatam se hoc existimaret infirmata rueret? Morti enim mors per opus eius diuina procuratione inuenta est vt quia semper mala vult, cederetur illi ad tempus: vt iniustitiæ suæ opere destructa, regnum sibi ablatum queri non posset. Quanuis enim omnia possit deus, nihil tamen facit quod sit rationi absurdum, iustitiam enim quam exigit, hanc & facit, non præsumens de potestate. Magna est ergo prouidentia erga genus humanum, vt iustitiam seruans, sic ea quæ iuste decreta erant solueret, & hominem à morte erueret, quan quam non immerito teneretur. Sed quia inuidia deceptus fuerat diabolꝰ, iustum fuit huic subueniri, dei.n. sentẽtia tenebatur, sed hæc operatus fuerat satanas. Vnde sicut iustum visum est hunc exuere, ita & iniustum erat per potentiam hoc facere, neglecta iustitia. Victus enim homo suadente diabolo, vt misericordiam acciperet, quasi accusator diabolus contradicebat. Vnde id actum est, vt iste qui in peccato hominis gloriabatur, peccans deprehenderetur, vt tunc demum reus factus, contradicere non auderet. Sic factum est, vt dei filius homo nasceretur, & iustitiam prædicãs, diabolum incitaret, propterea q; homines à vitijs eius prohiberet,
K ita vt & occideret eum qui peccatum nescie
bat, Tunc peccasse & grauius quidem q̃ homo quem accusabat inuẽtus est. Cum n. ex dei decreto propter peccatum hominem sibi vendicaret, quia qui peccat, ex parte diaboli est, inuentus est plus peccasse, cum eum qui non peccauerat, interfecit, vt sibi vsurparet. Per mortẽ ergo morti interitus subintrauit, vt sanguis recuperaretur, sanguis effusus est: quia vt dixi, mortis author qui est diabolus, q̃m peccasse in morte Saluatoris inuentus est, sanguinẽ eius cũ omnium nostrũ amisit: quia sicut p̃ vnum Adam peccantem, oẽs in morte tenebat, ita per vnum non peccantem oẽs amisit, Ergo sanguis saluatoris fusus iniuste, hoc præmium consecutus est, vt originis suæ sanguinẽ cũ triumpho recuperans, ad pristinũ statum reuocaret meliorata substantia. Victa.n. mors ei, q̃ illam vicerat, non potuit contradicere. Beatum itaque Paschæ mysterium quod p̃ sanguinem nos redemit, morte per mortẽ deuicta, sicuti solet venenum veneno superari.

De Abraham & eius fide, qua meruit cæ 117
terorum fidelium pater appellari. Huius Patriarchæ fides tam præcipua & admirabilis fuit, vt cæteri homines iusti patrẽ hunc credulitatis dei iudicio fateantur, Nec sit L
aliquis deo dignus & charus, nisi eius filius fuerit appellatus. Prærogatiua.n. honoris eius ac meriti, fides est quam cum rebus incredibilibus dare non ambigit, inter cætera ẽt Saluatorem videre dignus extitit in spe tunc futuræ incarnationis, dicente & probã te dño ad Iudæos, Abraham pater vester Ioan. 8.
cupiuit vt videret diem meum, & vidit & gauisus est. Qui.n. merito fidei, pater factus est, dignũ fuit vt futurorũ filiorũ suorum spẽ præuideret, q̃ propitio & prouido deo hæreditatis gratia ab humano & pio patre in filios obsequentes redundaret. Videamus nunc quid credidit fides hæc, vt ad tantum honorem & gloriã diuino iudicio perueniret. Fidem laudauimus, sed quid credidit nondum diximus. Educens etenim hunc Gen. 15
dñs ostendit ei stellas cœli & dixit, Si potes Rom. 4.
numerare eas. Sic erit semen tuum: & credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiã. Non magnũ esset credidisse deo, nisi quod credidit, mundus non credendum & stultum iudicet, quia istud in spe rerũ naturæ non est. Vnde Abraham vnus è mũdo quia hoc credidit, segregatus à mundanis iustificatus est. Hoc ergo credidisse p̃fidia mũ M
danæ sa[illegible]tiæ magnum facit, contra cuius

spem hæc credidisse maximi meriti est. Desperatio enim mundanorum, meritum est & spes Christianorum. Bonorum. n. præmiũ, causa facit malorum. Fortior nãque & plenior fides est, cum se incredibilius magis cõmittit, Hoc enim iam aridus & de uxore anicula semen se credidit habiturum, quod præcopia numerari nõ posset, Non hoc magis respiciens quod ostensum est, sed illum qui ostendit, mentiri posse non æstimans. Ideoque deputatum ei est ad iustitiam. Nã rem absurdam & quæ impossibilis scitur, hebetis est credere, nisi persona sit quæ credi istud suadet. Vnde Abraham & admirabilis fidei est, & cordis periti, dũ & illud credit quod incredibile est, & huic se committit cui non credere & stultum est & periculosum. Fidẽ enim nostram hoc probat rationalem, quia non de alio q̃ de deo credit posse ipsum qđ promittit. Hoc ergo fidei propugnaculum est, hic triumphus. Quod perspicientes quidam mundi sapientes, quia rerum natura
1.Co.1. hoc non potest, stultum aiunt credere, Ignorantes, quia secundum Apostolum, Quod
A stultum est dei sapientius est hominibus, Iuste enim stultos nos iudicarent si hoc de rerum natura crederemus, quod probatur nõ posse. Porrò autem ea quæ rerum natura non potest, nos deum credimus posse facturum quod promisit. Quæ hac re potest stultitia deprehendi? Si autem indignum deo est opus quod posse creditur, recte fides hebetudini comparatur. Quòd si dignum est per id quod creaturæ impossibile est, cur nõ laudanda fides est quæ tantum dat creatori, quantum creatura posse negatur? Magnus ergo & admirabilis Abraham, qui contra mundi sententiam deo credere non dubitauit, quia facere põt quod promittit. Natura Chaldæus, magister credulitatis apparuit: quanuis astrologiæ peritus, deum tũ præposuit humano consilio, dignum æstimans si hoc credatur de deo, quod quomodo fiat inuestigari non possit. Infirmitatem enim suã dei potentia confirmauit, quia ad maiestatis suæ vnicam magnitudinem protestandam facere disponeret quæ impossibilia & inaudita sunt mundo, quo facto ostenderet se dominum creaturæ, vt creatura subijceret se ei: cum hæc cæteris omnibus impossibile uidetur, quorum incredulitate plus su-
B blimatur fidelissimus Abraham. Fides enim eius, incredulorum pœna est, incredulorum perfidia, gloria eius est. Nam f[illegible]lium est pater, & infidelium est iudex. Huius enim exemplo & boni æterna vita donantur, & malis æterna dabuntur supplicia. Illo enim tpe quo mundus adhuc scientia paruulus erat, nec signis ac prodigijs quæ ad fidem attraherent illustratus, deo contra scientiam suam fidem non denegauit. Sanctus ergo Abraham exẽplum generi humano datus est fidelissimus: in ipso enim præfiguratæ sunt oẽs gentes ad salutem venire per fidem: cuius ut superabundans incrementum fidei noscceretur tentatur ac iubetur filium suũ deo immolare, quod factum non erat vnquam. Et nec rei nouitate turbatur: nec disputat an fieri deberet, deo iubente, parricidium, qui homicidium ne fieret comminatus est. Sic de dei voluntate intrepidus & securus, non cũctatur prouidũ esse quod iubet deus: & hunc filium quem duo senes ex promissione susceperant præmium fidei meritorũ iudicens, & in quo omnis spes ex promissione futuri seminis habebatur. Quod vt omni deuotione impleret, matri eius non iudicauit, ne quod dicationi eius impedimentum afferret, sciens circa affectum filiorum pro- C
cliuiores in amore esse mulieres: ideoque celauit eam, non ambigens impleri debere qđ iubet deus, vt hoc exemplo doceremur omni cura dei facere mandata. Si enim fidelissimus Abraham in re tam graui & aspera obediens inuenitur, quanto magis nos quibus illa præcipiuntur quæ possunt portari? O fides deo dicata, & spes in dño firma, quę tam chara & suauis est, vt parentum ac filiorum affectibus præponatur, dicente scriptura, Gustate & uidete qm̃ suauis est dominus. Patriarcha autem noster fidelissimus Psal.33
Abraham quia Propheta erat, sciuit quid se qui deberet. Ideo secundum quòd dñs nũc dixit, tunc ille fecit, vt filio quanuis charissimo, deum in dilectione præferret dicente dño. Si quis diligit patrem & matrem, aut Mat.10.
filios supra me, non est me dignus. Vnde Patriarcha vt dño præ cæteris dignus existeret, occidere filium nõ recusauit. De Iob 118
quomodo nobis iustitiæ & innocentiæ pro- Concio.
ponatur exemplum. Magna dilectio est fratres dilectissimi omnipotentis dei erga genus humanum, quæ intellecta quidem perducit ad regna cœlestia, non intellecta autem deducit ad inferos. Deus enim beneficium suum gratum vult esse & fructiferum, vt nobis proficiat, & illum misere- D
ri delectet. Igitur quoniam bonus est, & omnes

omnes homines saluos vult fieri, exemplum nobis iustitiæ in Iob famulo suo demonstrauit, sicut præsens lectio testatur, q̃ securi & malo carere & ad bonũ venire poterimus, & non solũ à pœna liberari, sed & remunerari. Quã ergo admirabilis est sanctissimus Iob, qui añ legem literis æditã in operibus suis exemplar legis ostendit, nulla in hac causa alicuius documẽta addiscẽs, sed natura ipsa duce, cui deus iustitiæ semen naturaliter inesse decreuit, vnde creatori reuerentiã pia deuotione seruauit. Quanta ergo laude dignus est, & quibus verbis facta eius debeant extolli, cui non añ legem, neq; post legem parẽ possimus inuenire? Quamuis enim quis posset gesta eius imitari, non tũ cum eo conferendus est, neq; ei similis iure dicetur. Non. n. suũ esset, q̃ talis extitisset, quia exemplũ secutus est alienum. Sanctus aũt Iob cũ nihil tale vidisset, neq; voluminibus lectitasset, talẽ se præstitit, vt nullius aliquid in se collatũ haberet, sed ipse cæteris conferret, formam præbens mirabilium gestorum ad deum promerendum. Quare &
E dñi testimonio commendatur dicẽtis, Ani-
Iob.1. maduertisti, ait, puerũ meum Iob? Non est .n. similis ei quisquã in terris verus dei cultor. Quis tantum potuit promereri cui tale testimonium dñs perhiberet, nisi hic qui nõ imitator inuenitur, sed author eorum quæ gessit? Vñ & verus dei cultor asseritur. Nulla .n. potest similatio continentiæ veritatis in eo videri, qui ante se nõ habet talẽ. Omnis enim qui fingit, hoc fingit, quod cernitur imitari. Et his tamen omnibus potiora sunt quæ dicuntur. In his enim omnibus laudibus nulla probamenta tribulationum fuerunt, sed propositum deo dicatum in exercitio & obseruationibus constitutum, quod quia ad coronam meritorum tentatori non visum est plenum, petit vt permitteretur ei diuersis tentationibus probare eius iustitiam, vt in multis constrictus, alicubi hæreret, & posset modum excedere: quia ad hoc solent peccantibus diuersæ pœnæ inferri, vt quia nemo omnia potest ferre tormenta, aliquid illorũ illiciat ei veritas confessionem. Itaq; permissum est tentatori omnia eius exterminare & perdere vsque ad mortem filiorũ: vt si dãnum ferret boum, ouiũ
F non ferret: aut si & ouium ferret, camelorũ amissionem non ferret, neq; seruorum aut totius substantiæ: aut si quia grandis animi erat & satis meræ deuotionis, his omnibus non vinceretur, certe vel affectu charitatis cogente frangeretur morte simul omnium filiorũ. Sed quia ante legẽ datam vel æditã, legem in corde suo scriptam habebat, nulla damna, neq; orbitates minorem illũ in dei deuotione fecerunt, vt formam daret ad deũ ex toto corde super omnia diligendũ. Quãta ergo dignus est gloria, qui ante legem, legẽ seruauit, v t lex quę futura erat quomodo custodienda erat demonstraret, non in verbis, sed author in factis? Quia tentator irreuerens est, nec hæc gloria satis ei visa est ad probationem viri iusti, nisi aliud aduersus eũ machinaretur quod sciret ab homine ferri non posse, Petit iterum vt illum Iob.1.
ipsum sæuo vulnere percuteret à capite vsque ad pedum vngues. Et cum hoc permissum esset, quia fides ei haberi nõ debet, præceptum est ei, vt animam eius seruaret propter arbitrium, & ne quid violenter auderet in eum quem rationis iure superare non poterat. Accepta igitur potestate recrudescente in se crudelitatis sæuitia, percussit virum iustum plaga magna nimis, vt nihil esset in corpore quod immune esset à vul-
nere, quod nemo hominum tolerare possit, G
nisi solus qui vincere potuit satanam. Et cũ nec sic nequitia diaboli aliquod murmur contra deum viro iusto illiceret, memor pristinæ calliditatis suæ qua decepit Adam, fategit si posset & istum per mulierem decipere, quia facilius quis decipitur per domesticum. Et in his omnibus nihil proficiens, immo detrimentum faciens impudentissimus satanas non solum immobilem inuenit dei seruum, sed etiam magistrum. In ipsa enim necessitate positus non tantum in dei timore durauit, verumetiam vxorem contraria suggerentem increpans, docuit omnia quæ deo permittente accidunt fortiter tolerare: quod ad duplicem pœnam pertinet improuidi satanæ, quia nec suasit quod voluit, & cũ huic inuidit alios fecit discere quod nec hunc scire volebat. Quantum enim prosit tẽtatio dei seruis & obsit diabolo, hac lectione plenius edocemur. Cum enim putat se [illegible]cere eis, promouet eos: & cum vnũ persequitur, multos ad virtutem prouocat. Videntes enim auxilijs dei hunc proptegi, multi imitatores eius existunt. Lucrum ergo volens facere, perdidit: Semper enim furor eius damnosus est. Nam cum persequitur
iustos ne munerentur, dignores eos facit, H
Et cum z[illegible]tur sanctum Iob duplicauit ei
meritum

Universidad de Deusto Biblioteca

meritum in cœlo & in terra, qui & hic auctus est, & in cœlis cum saluatore receptus, vt ista omnia ad sanctorum proficiant gloriã, ad diaboli vero pœnam. De Tobia fe re idem disquirit. Tanta prouidentia est dñi dei circa nos, vt errare nos nolens & legẽ & exẽpla bonorum operũ daret, quibus modesta & tranquilla agi posit vita cũ dei timore. Qui enim author vitæ est, nõ vult vtiq; opus suum morti esse obnoxiũ. Quãuis natura ipsa legis nõ expers sit, tamẽ quia dñs bonus & misericors est, vt maior notitia eorũ esset quæ sequenda & illorũ quę vitanda sunt, literis & exemplis ostendit, sicut præsens lectio testatur. Dei ergo famulus sanctus Thobias post legem exemplum nobis datus est, vt quæ legimus quomodo fiãt sciamus, & si tentationes aduenerint, a dei timore non recedamus, neq; auxiliũ aliunde q̃ ab eo speremus, memores scriptum esse,

Psal.36. Pusillus fui, etenim senui, & nunquam vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Nunquam ergo decipi potest, qui tota mente sperat in deum: licet ad tempus

I tribulationes ortæ fuerint per insidias satanæ, exempla nos docent sanctorum virorũ, neque a deo permitti, nisi ad incrementum meritorum nostrorum: quia si æquo animo fuerint baiulatæ, hic nobis dabitur consolatio cum effectu, & in futuro vita æterna cũ

Rom.2. gloria. Deus enim noster qui iustus est, & personarum acceptio apud illum non est, tẽtari nos permittit, quia nos diligit, vt post laborem possit nobis præmia dare amplissima. Denique Apostolo vt tentationes ab eo cessarent deprecanti, dominus ait, Suffi-

1.Co.12 cit tibi gratia mea, Nam virtus in infirmitate perficitur. Hinc subsecutus ait, Cum infirmor, tunc fortior sum & gaudeo, inqt, in tribulationibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Quam ergo laudabilis sit sanctus Tobias, scriptura docemur, cuius deuotionem nec captiuitas minuit, nec oculorum amissio quo minus deum benediceret persuasit, neq; exhausta substantia a via iustitiæ & veritatis auertit. Necessitas enim probat iustum in egestate æquitatem seruare, vera ac perfecta iustitia est. Vnde enim quorundam deuotio minuitur, inde augmẽtum fecit laude dignus Thobias: Inopia.n. inquit, humiliat virum, & qui humiliatur, non potest seruare iustitiam. Sancti autem Tobiæ erectus ad deum animus, nec capti-

K uitate fractus est, nec inopia humiliatus: quia cõtra edicta occisorũ corpora sepulturæ mũdabat, & de dei largitione securus, de ipso exiguo misericors, & sciens hanc magis placere deo misericordiam quæ de exiguo fit, Sicut & vidua illa fecit quã dñs in Euãgelio collaudauit. Hoc.n. vere fidelis est, q̃ Luc.21. non dubitat de promisis dei, qui de paruo largitur. Spe ergo futurorũ animum suum cõsolans, deo dicatus Thobias in tentatione robustus & fortis inuentus est, ostẽdens in necessitate plus in dei timore vigilandum, quia si necessitas ad dei auxiliũ nos impellit, quanto magis securitas? Certi ergo sancti viri, q̃ deus iudiciũ sibi eorum omniũ q̃ in hoc mundo fiunt exceperit, tribulationes & dãna & reliqua exercitia vel cõtumelias, non tantũ non ægre tulerũt, sed & gratãter acceperunt: sicut & nostri Apostoli, q̃ cæsi gauisi sunt, quia digni habiti sunt ꝓ nomine Act.5. Christi contumeliã pati. Indicia.n. meritorũ futurorũ exitia sunt quæ iniuste fiunt fidelibus in tribulationibus siue in cõtumelijs. Itaq; intantũ deo placuit iustus Thobias, vt duplici gñe meritorum suorũ consequeretur mercedẽ: & in præsenti.n. quod amisse rat ministro angelo recuperauit lumẽ, ac di- L

tatus est etiam copijs quæ ad psentem pertinent vitã: & in futuro hæres regni cœlorũ est factus. Vt in hoc doceremur, quia toto corde dei legi obtẽperat, nec de dei ꝓmissis dubitat, & in hoc seculo copiam sæpe auget deus, & in futuro donat illũ vita ęterna. Est etiam aliud quod nos inuitat ad diuina obsequia, Sanctus enim Thobias non solum iustitiæ suæ merita consecutus est, quia accedit ad cumulum gloriæ eius, etiã ex eorũ bonis qui imitatores eius existunt. Imitatoribus.n. exempla laudãtur. Q̃d nobis quoque poterit prouenire si sic vixerimus vt dignum sit & nos imitatores habere. De ie 120

iunio & eius obseruatione. Congruũ est fratrs charissimi deuotissime dei sacerdotẽ, ꝓpositum plebis Chri, exhortari populũ sub cura sua positum in doctrina sana, sicut mã dat Apostolus, vt opus fidei, pro tẽporis ob- Titũ.1.

seruatione, omni cura diligentiaq; alacri & deuoto animo faciamus. Ieiunia etenim q̃ nunc imminente die festo Paschæ celebranda sunt, quid proficiant, quãuis nõ lateat, taceri tamen nõ debet. Incitatur.n. deuotio, q̃ ea quæ licet non ignorẽtur, recensentur tamen, Tale enim est ingenium naturæ no- M

stræ, vt torpescat si vsus desiterit lectionis, Quia sicut ferrum, nisi vsum fuerit, æruginem

nem generat, ita & anima nisi frequentius diuinis exerceatur lectionibus, nascentur illi pctã. Hinc est vnde in Psalmo hunc dicit

Psal.1. beatũ, qui die nocteq; legem dñi meditatur. Deniq; quãuis nota sint diuina eloquia, tamen cũ fuerint sacris voluminibus memorata sic illa deuotũ pectus suscipit quasi noua, Excitatur enim desideriũ animæ erga ope-

2.Ti.1. ra salutaria. Vnde Apostolus ad Timotheũ inter cætera, Vt resuscites, inquit, gratiam dei quæ est in te. Igitur necessaria sunt nobis ieiunia, sicut vulneribus medicina, Medelam enim cõferunt vitæ perpetuæ, ita tamen vt duarum rerum testimonio cõmendentur, id est oratione & misericordia. Ieiunia ergo intemperantiam corporis mitigãt, motus aduersos reprimunt, pressurã animæ

Luc.21. auferunt sicut ait dñs, Nolite dediti esse in esca & crapula, ne grauentur corda vestra. Cum enim anima ab esu & potu nimio fuerit liberata, tunc se melius recognoscit. Sicut enim in speculo sordido non se talẽ homo aspicit qualis est, ita & si esca & crapula fuerit grauatus, alterum se sentit q̃ est, Tũc excitatur libido, accenditur ira, inflãmatur

A superbia, generatur luxuria. Vñ Apostolus,

Ephe.5. Nolite, ait, inebriari vino, in quo est luxuria. Quod si temperatũ fuerit corpus, interposito ieiunio cognitione sui recepta, anima intelligit qua deuotione obsequi debeat redẽptori. Magna ergo ex parte ieiunia sunt necessaria. Sub Hester etenim regina cum

Hester. Iudaicus populus in periculo positus esset, 4.&.5. ieiunijs suffragantibus liberatus est. Et Ni-

Ioan.3. niuitæ cum euersionis suæ prescriptũ diem à Propheta audissent, ieiunio indicto euadere meruerunt. Et iusti ac Prophetæ nri, qñ à deo aliquid impetrare volebant, ieiunio se

Psal.34. humiliabant, dicente Dauid, In ieiunio hu-

Matt.4. miliabam animã meam. Nã & saluator, cui opus non erat, vt nobis exemplũ daret, ieiunauit. Itaq; nulli dubium est, prodesse ieiunia: Sic etenim ostendit se hõ velle impetrare q̃d postulat, cũ se affligit ieiunio. Vnde dictum est, Bona est oratio cum ieiunio. Vt

Tob.11. accepta ergo posit esse oratio, consortium vult secum habere ieiunij. Et quia nthil horũ sine pietate firmũ est, adiecit, & eleemosina cũ iustitia: vt eleemosyna seruata iustitia, commendet orationẽ cum ieiunio. Deniq; orationem & ieiuniũ Cornelij misericor-

B dia cõmendauit. Ipse.n. abũdans operibus seu copijs, ieiunabat, sed & nõ habẽtes pascebat, vt illorũ saturitas, ieiunium eius faceret acceptabile. Nullis ergo indigere, & non nullis carere debet ieiunium, vt posit meri quod postulat. De paschate, quomõ lau 121

dabilis & glorioſa sit solennitas eius. Sanctũ & salutarem diem Paschæ, & omni laude prædicandum, quo mors deuicta est, diabolo regnum ablatum, sacramentum dei manifestatum, decretũ quod aduersum nos erat, vacuatum, tartari ianuæ confractæ, vincti soluti, clausi remisi, cæci illuminati, imperiti scientia donati, impij facti misericordes, iniquis & iniustis peccatorũ data remissio, inimicorum conciliatio, erroris emendatio, veritatis declaratio: deo filij ex perditis, acq̃siti, supbia depressa, humilitas exaltata, paupereres ditati, diuites exhausti: montes deplanati, valles repletæ, colles prostrati: imprudentia calcata, verecundia cõpta: animabus ad cœlum data facultas, libertas reddita, dirupta ac resoluta captiuitas: torpuerunt tenebræ, confusa est malitia, purificatus squalor, satanas deiectus, inanitus infernus: dominus noster Ieſus Christus verus dei filius approbatus, caro ad confusionem prudenC

tium mundi in cœlos sublata, cœlestia terrestria & inferna vnius dei & domini demõstrata. Itaq; fratres charissimi, hunc diem festũ colere & venerari debemus deuoti deo cum modestia vitæ & animæ lætitia, turpia & inhonesta vitantes vt ad fructum Paschæ venire mereamur per Christum dñm nostrum, cui est honor, & gloria in secula seculorum. De principio, quid sit princi- 122

piũ cũ dicitur Ioannis primo, In principio verbum. Et Geneſis primo, In principio fecit deus cœlũ & terrã. In principio erat verbũ, Quid est in principio? Qñ legimus & in veteribus libris, In principio fecit deus cœlũ & terram. Et in epistola eius cuius E- 1.Ioã.1.

uangelium est de cuius principio aliquid conamur edicere, eodem sensu significatũ est. Ait.n. Quod erat ab initio. Epistola ergo & Euangelium vnũ habent sensum. Aliud enim est q̃d in veteri ait, In principio fecit deus cœlum & terrã: & aliud cum dicit, In principio erat verbum: Et, Q̃d erat ab initio. In principio enim esse, & ab initio esse Gen.1.

vnum signãt, quia ab initio quod erat, non cœpit esse. Qui enim incipit esse, ab initio non erat: & ideo subijcitur, initio: id est vt Ioan.1.

inter cætera in ordine prius sit: quia ipse initio factus, alios cœpit post se habere qui post illum sunt facti, Sicut legimus, quia in prin D

cipio fecit deus cœlum & terram: non dixit,

in

in principio erat cœlum & terra : quia cum non essent,& disponeret deus facere mundũ in principio,hoc est inter cætera quę ad mũdi fabricam profecerunt, primum fecit deus cœlum & terram, quia principium initium est inchoantis aliquid quod sit primum in ordine. Illud autem quod dicitur, quia in principio erat.i.verbum,ante inchoationem creaturæ supernæ & infernæ significat fuisse: vt non vtique inter hæc quæ creata sunt prius factum intelligeretur, quia in principio erat cum deus disponeret facere creaturam. Ergo si in principio erat.i.ante omnia erat, semper erat. Ideoq; & verbum erat. Vbi? Apud deum,inquit,vt non indigne initio subiectum minime æstimaretur, quod semper erat apud deum. Conuenit enim,vt quod ante omnia apud deũ erat,nulli subijciatur initio. Vnde adiecit, Et deus erat verbum. Nunc ostẽdit aperte,quia quæ supradicta sunt congruunt verbo : quia deus est, inquit, uerbum & de deo aliter non opertet sentiri q̃ vt semper dicatur fuisse. Si.n.cœpit esse,creatura est : si creatura est,deus nõ est. Quicquid.n.est, aut deus est aut creatura est : ac per hoc dei nomen non competit creaturæ,sed quia cum non cœpit esse erat, digne dicitur esse deus apud deum. Aut ideo dicitur semper fuisse, quia non ex se, sed ex deo deus est. Quamobrem & nomen eius dicitur verbum dei,sicut fides eiusdem Euãgelistæ in reuelatione sua demõstrat. Ait.n. Apoc.19 inter cætera, Et nomen eius est verbũ dei. Vt.n.non ipse ex quo sunt omnia significaretur,sed per quem sunt omnia.i.nõ pater, sed filius,verbum dei appellatus est. Vt quia deus sine verbo esse non potest,hic qui verbum dei dicitur,semper apud deũ fuisse credatur. Et quia verbum non est extra eum cuius verbum est, hoc verbum quod apud deum erat non aliunde, sed deo esse significatum,intelligatur. Et quia de deo est,non absurde deus dicitur. Itaque non duos deos facit deum fuisse apud deum.Si enim essent duo,diuersi essent natura, nec vnius voluntatis. Si.n.nos homines cũ vnius sumus naturæ,diuersę tamen sumus voluntatis,quãto magis vbi diuersitas non est naturę neq; voluntatis,deus apud deum dicetur ? Deus .n.qui apud deum erat & est, non ex se habet q̃ deus est : si quo minus,nec apud deũ deus esse diceretur, neque dei verbum deus verbum appellaretur: sed quia quod de deo est, non aliud significat esse q̃ de[illegible] est, verbum dei deus est nuncupatus,vt quia verbũ dei dicitur, ad alterum deum non refertur. Quod autem deus vocatur ideo fit, ne ad iniuriam dei proficeret,si quod de deo erat, deus minime diceretur. Igitur & vnitas dei seruata est & debita honorificentia reddita: quando non in propriam gloriam exceptus est hic q̃ de deo deus est, sed in eius de quo deus est. Propterea de verbo incipit loqui Euãgelium prius q̃ loquatur de deo patre, quia quæstiones non de deo fiũt, sed de verbo dei. Nemo.n.dubitat de deo, sed de deo qui est de deo deus. Omnis.n.lingua cœlestium & terrestrium fatetur vnum deum, sed in sacramento vnius dei turbatur. Trepidat.n.audiens deum dici verbum dei: corporalibus.n.modis pulsatur,quia verbum hominis homo dici non potest:cum vtiq; deus natura sit simplex,non membris cõpositus, neque qui intus habeat & foris, neque ante & post,aut summum, & imum, sed si potest dici totus per omnia.i.nusquam varius vel absimilis,Vna autem claritas eius est immẽsa. Nam si ignis non habet anteriora & posteriora,aut intus & foris,quãto magis creator eius ? Itaque quia omne quod deus est, totum vnum est, nõ discrepat cum quod de deo est dicitur deus. Ex parte ergo humano exemplo,& ex parte non humano,dei filius qui est verbum dei, deus est. Ea.n.ratione qua filij hominum homines sunt, dei filius deus est : sed quia ex commixtione filij hominum homines sunt, non hoc exemplo filius dei deus est:quia ex simplici deo simpliciter natus est. Et quemadmodum verbum nostrum ex nobis est, hoc exemplo intelligitur verbum dei esse de deo, Sed quia verbum nostrum nõ est hoc quod nos sumus, non hac ratione verbum deus de deo est, quia verbum dei res est, non sonus qui deperit. Nec.n.quia communia vocabula nobis & deo sunt,vna ratio erit nobis & deo in rerum effectu. Nam legimus, In principio Gen. 1. fecit deus cœlum & terram, Quomodo fecit ? Nunquid sicut nos manu facimus opera ? Et in subiectis. Et dixit, inquit, deus, Fiat lux & facta est lux. Cui putamus locutum esse deum ? Quia non vtique homini locutus est,sed ei qui posset facere, qui ẽt hominem facturus erat sicut & fecit. Sed quomodo locutus e[illegible] ? Nunquid sicut nos loquimur organo corporali ? Absit. Vides ergo q̃ vocabula quidem nobis & deo communia sunt,sed discrepant in effectu. Aliter enim

Princi-piũ quid sit.

E F G H

enim deus facit q̃ facimus nos, & loqui dicitur, sed non more nostro. Sic & verbum dei non tale verbum sicut nostrũ, quia nostrum postquam fit,non est,illud autem manet. Quod autem tale verbum est quod audit & loquitur & operatur? Non solum autem verbum dei est, sed & virtus & sapientia dei,hoc est filius dei : qui quantum ad effectum pertinet,filius dicitur dei : quantum aũt ad locutionem qua nos alloquitur deus per ipsum,verbum dicitur dei: quantum vero ad sapientiam qua nos deus docet per ipsum sacramentum suum, sapientia dicitur dei : quantum aũt ad operationem qua per ipsum omnia fecit & facit deus, virtus dicitur dei. Hoc nulli alij posset competere nisi filio dei. Propterea.n.q̃ ex deo deus est, omnia dei habere dicitur, Nascendo.n.omnia consecutus est dei. Nec.n.conueniens erat degener dici verbum dei, & virtutem & sapientiam dei,hoc est.n.deus verbum, virtus Ioan. 1. & sapientia. Christus aũt quia totus de toto est de deo deus,& sapiẽtia dicitur dei & virtus & verbum, hoc est deum esse de deo & apud deum. Propter quod ait, Hoc erat in principio apud deum. Ad euincendas.n.incredulorum mẽtes coacta scriptura erupit, I vt ostenderet Christum esse deum cũ omni loco propter vnitatẽ dei,intelligi vult Christum esse deum. Nunc aũt aperta voce dicit eum esse deũ & semper fuisse apud deũ, sacramentum patefaciens dei, Ne deus omnino solitarius putaretur,declarauit nõ propterea vnũ dici deum vt solitarius æstimaretur, sed licet duæ vel tres personæ essent, tũ non præiudicaretur vnitati, quia quod deus est, ad illum ipsum refertur quia vnus est,quanuis omnia dicantur ex deo. Sed aliud est quod proprie exitit de deo,& aliud quod nutu de foris creatum est dei, hoc est aliud est quod de substantia eius processit, & aliud quod nullo modo esset nisi voluntate eius creatum esset,quia quod de substãtia dei est, nunquam fuit præter eius substãtiam,quod vero creatum est, tunc cœpit esse substantia cum creatum est, Ac per hoc initium non habet trinitas sola. Declaratio igitur mysterij merita fidei minorauit, quia quanto occultius est quod creditur, tanto magis properatior credentis est merces & minor pœna diffidentis. Declaratio aũt mysterij sicut minora fecit merita credentibus,ita maiores excitauit diffidentibus pœnas. Manifestior.n.lex plus facit reum, Nam sufficerat testimonium Saluatoris quo sibi proprium patrem dixerat deum. Quis.n.credẽtium dubitaret nihil à patre differre in substantia filium ? Sed quia hæreticorum peruersitas infidelitatis commentis fidei iura pulsare cœperat aliter accipiẽdo filium dei q̃ prædicatur, additum est & ad faciendam manifestationem, hũc ante omnia apud deũ fuisse, & deum esse, vt declararet quod filij veri ratio mystice continebat: per quod diuina clementia humanæ infirmitati prouidisse videtur, vt aperiret quod clausum potioris fidei meritis reseruauerat. Vnde adiecit dicens,Omnia per ipsum facta sunt, vt si Ioan. 1. quis ex superioribus in aliquo ambigeret, quia angusta est intelligentia hominum ad diuinas res capiendas,ex his capax fieret cũ audit, Omnia per ipsum facta sunt : vt non vtique facturam ipsum putaret,quia omnia per ipsum audit facta à deo : si aũt & ipse esset factura, nõ omnia per ipsum facta à deo dixisset. Nec.n.ipse per se fiebat. Quod vt adhuc absolutius traderet, adiecit. Et sine ipso,inquit,factum est nihil : hoc dicens,excludit omnem controuersiam & argumenta terrena: quanuis non desint qui diffidãt, tũ quia sine ipso nihil factum ostendit, nullo modo illum facturam esse suspicari debere docuit. Quomodo.n.dici potest ipse esse factura,cum nihil dicatur deus sine ipso fecisse ? Si.n.fecit, mentitur scriptura : Sed absit. Fidelis enim est scriptura : quæ vt errorem amputet, quanta potest vtitur manifestatione ad salutem hominum redimendam. Denique subiecit, Quod factum est in Ioan. 5. ipso vita est in ipso, id est in verbo quod factum est vitam esse significat, Sicut & ipse dominus ait, Sicut habet pater vitam in semetipso,ita dedit & filio vitam habere in semetipso. Non quia verbum sine vita erat, & postea aut data aut facta est in illo vita, sed ipsum verbum vitam vult intelligi esse. Si de patre deo põt dici q̃ aliud ipse est, & aliud in se habet,ita ẽt de filio eius,Quia sicut habet pater vitam in semetipso, ita dedit filio vitã habere in semetipso. Humana.n. quia non sunt idonea ad res explicandas diuinas, Ideo vitiosum videtur quod dicit, vt cũ factura non sit dei filius, in ipso dicat factum quod est. Et si dixisset, quod genitũ est in ipso etiam sic vitiosum videbatur.Sed vt substantiam generationis eius ostenderet,opus in ea factũ quali vti potuit sermone,q̃ quod [illegible]steret demonstrauit, quia ge- M. neratio

K L

neratio eius vitam in se habet? Nos .n. vi-
uimus quidem, sed non possumus alijs dare
vitam: quippe cum nec in potestate nostra
sit eadem vita. Ille autem ideo dicitur vitam
in se habere, quia potest viuificare & creare
quæ vult vt sint & viuant. Ad hoc.n. natus
dicitur, vt omnia possit facere quæ facit pa-
ter, quia sic habet vitā in se, sicut habet & pa
ter. Hoc.n. est, omnia per ipsum & in ipso
fecisse, sic eum genuisse, vt haberet in se vi-
tam per quam omnia possit facere: nō quia
ipse aliud est q̄ vita, sed dum hoc pōt vita
eius vt & viuat, & alia possit creare quæ vi-
uant, vitā dicitur habere in semetipso. Nos
Col.1. .n. viuimus, sed non habemus sic in nobis
vitam ipsam, vt ēt alijs demus vitam. Quē
sensum & Apostolus Paulus memorat in-
ter cætera dicens, Qui est imago inuisibilis
dei primogenitus ante omnem creaturam,
qm̄ in ipso cōdita sunt omnia in cœlis & in
terra, visibilia & inuisibilia, siue sedes, siue
dominationes, siue principatus, siue potesta-
tes, omnia per ipsum & in ipso creata sunt.
Conueniunt autē Euangelia in hoc duorū
Apostolorū Ioannis & Pauli, eadē.n. dicūt:
quia filius dei ante omnem creaturam geni
tus est vt crearet potentias spiritales, & mū-
dum & quæ in eo sunt visibilia. Quod.n.
A dixit Ioannes. Quia quod factum est, in
ipso vita est, hoc idem significauit & Paulus
dicens, Quia in ipso condita sunt omnia in
cœlis & in terra. Et in subiectis, Omnia per
ipsum & in ipso creata sunt. Per ipsum crea
uit, quia in substantia idem deus est, hoc est
pater in filio in ipso verbo, qm̄ sic generauit
filium vt haberet potentiam faciendi omnia
visibilia & inuisibilia. Hoc fuit fecisse in il-
lo vitam, vt & viueret, & vitam alijs præsta
ret viuendi, intelligendi, agendi: & cæteris
animantibus secundum quod voluit quasi
imago dei. Dum.n. imago dicitur dei, ad
vtrunque refertur, quia & per expressam na
tiuitatem plenam habet in se similitudinem
patris, & potest quicquid potest & pater, &
verum sit patrem videri in filio, qui est ima
go inuisibilis dei. Nūquid quia patrem in-
uisibilem dixit, filium visibilem fecit, cū ho
vtique sit filius per naturam quod & pater?
Et cū creatura cœlestis sit inuisibilis, quāto
magis creator eius? Sed hoc significauit qđ
in cœlis est, non quod in terra, quia quāuis
filius inuisibilis sit, illic tamen, id est, in cœ-
Ioā. 17. lestibus videtur ab Apostolis vel cæteris ta-
Matt. 5. libus, de quibus dixit. Pater volo vt vbi ego
sum & isti sint mecum & videant claritatē B
meam. Et alibi, Beati, inquit, mundo corde,
qm̄ & ipsi deum videbunt. Hoc est patrem
in filio, deum in imagine, quod est deum in
deo. Sicut corporalis rei corpus imago est,
ita & dei deus imago est, quia exēplum est
pater, filius vero exemplum de exemplo,
quod communicat spiritui sancto, quia de
meo, inquit, accipiet. Ideoq; in filio videtur Ioā. 16.
deus quasi sua imagine. Sicut enim nemo di Apoc. 5.
gnus inuentus est aperire librum, & signa-
cula eius nisi verbum dei: ita & deum patrē
nemo videre dignus est, neque natura, neq;
meritis, nisi verus filius. Nihil etenim me-
dium est quod obstet inter patrem & filiū,
ipso nobis teste qui ait, Neque.n. patrem vi- Ioan. 6.
dit quisquā, nisi qui est à deo, hic vidit deū.
Sed si in filio videtur pater, quare nemo di-
gnus dicitur videre deum, cum videatur in
filio, quia nihil differt à patre filius? Nihil
planè differt in substantia, quia verus filius
est, Differt autem in causalitatis gradu, quia
omnis potentia à patre in filio est, & in sub-
stantia minor non est filius: authoritate tū
maior est pater ipso dño testante & dicen-
te, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia Ioā. 14.
vado ad patrem quia pater maior me est. C
Quem etiā modum custodiens Apostolus Rom.11.
Paulus, Vnus, inquit, deus pater, ex quo om-
nia, & nos in ipso: & vnus dñs Iesus, per
quem omnia & nos per ipsum: Vt primus
gradus sit, ex quo sunt omnia: secundus, per
quem omnia: tertius, in quo omnia. Et quia
nullus ex his degener est, in vnitate dei si-
gnificati sunt, dicente Apostolo, Qm̄ ex ip-
so & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi
gloria in secula seculorum. Vtrum Adā 125
spiritum sanctum habuerit. Cōperi quos-
dam ex fratribus nostris, non plene discussis
se scripturas, sed simplicitate animi asseuera-
re quod Adam factus sanctum accepit spiri-
tum quem peccans amisit, sicut nunc datur
credentibus, Hac ducti ratione, qua solet as
seuerari à plurimis, quia per fidem instaura
tus est homo, ita vt ad pristinū redditus sta-
tum, hoc omne acciperet quod inter initia
Adam fuerat consecutus, vt quia perfectus
homo factus dicebatur, qui si non habuit,
inquiūt, spiritum sanctum, imperfectus fuit,
Ego aūt non solum hominem, sed & cūcta
quæ fecit deus, quæ nō possunt dici accepisse
spiritum sanctum, dico perfecta. Omnia.n.
genera animalium in suo perfecta sunt vt
impleant id ad quod sunt facta, ita & homo
in

in suo genere perfectus est vt potens sit di-
D scernere mala à bonis, prauа à rectis. Est.n.
animal intelligibile, perfectū ad id ad quod
factum est. Capax est.n. dicendi, excogitan-
di & faciendi, vt quæ virtute non potest, im
pleat sensu. Et quomodo ausi sunt dicere,
hominem perfectum nasci debere & totum
scire, quem vident nihil vltra nosse q̄ hic di-
scat? Quod enim discit, nescit. Denique
qm̄ qui hic non discit qualis sit nescit. Qui
se ergo nescit qualis sit, quomodo omnia
nouit, cum minus sit se nosse q̄ cætera? Sed
quia de cæteris discit, de se autem nō discit,
de alijs nouit, de se nescit, neque qualis sit,
neq; an ante corpus, an post corpus sit. Nā
si sic perfectus factus esset vt nullius egeret,
non fuerat homo, sed deus, neque circumuē
Nu.22. tus præuaricasset, Spiritum autem sanctum
habere vltra naturam & perfectionem ho-
minis est, vt possit quæ dei sunt. Nunquid
nam quia asina locuta est ad Balaam, vltra
perfectionem eius est? Accepit enim vt pos-
set quod naturæ suæ non erat, sed nostræ.
Itaque quia præstantior est homo cæteris
animalibus, idcirco illa imperfecta dicenda
sunt? Aut qui sancti angeli non sunt quod
est deus, imperfecti sunt? Vel quia lumina-
ria & stellæ imperfectiores sunt supernis an
E gelis, vel quia nubila velamine suo obscurāt
solem & lunam, minus perfecta sunt? Et qa
membra inuicem egent, non.n. possunt pe-
des quod possūt manus, imperfecta dicen-
tur? Absit. Omnia.n. pro locis & gradibus
suis firma & perfecta sunt, vt impleant id ad
quod facta sunt. Igitur omnia perfecta sunt,
quia & creator eorum perfectus est, sed ad
comparationem eius imperfecta sunt. Deus
in per omnia perfectus est, quasi fons & ori
go omnium. Nam quæ facta sunt, perfecta
quidem sunt, sed ad id ad quod facta sunt, vt
in alia parte non sint perfecta, quia alter al-
terius eget: & in eis quæ non egent, perfec-
ta sunt in quo non egent, ideoq; perfecta
& imperfecta sunt omnia. Manus indigent
pedibus, quia nisi ambulauerint pedes ocio-
sæ erunt manus. Iterum pedes indigent ma-
nibus, calcare.n. se non possunt, neque cu-
rare. Cum ergo corpus perfectum sit mem-
bris, volare tū non potest, neque ferre tan-
tum quantum potest burdo. Cumq; hi per-
fecti sint, gubernare tū se nesciunt, nec adhi-
bere sibi possunt medicinam. Vnde dictum
Psal.51. est, Nolite fieri sicut equus & mulus in qui
bus nō est intellectus. Et aqua & ignis cum
repugnant inuicē, suo genere perfecta sunt: F
Implent.n. id ad quod facta sunt. Coquit.n.
ignis & consumit, purgat & calefacit. Aqua
vero abluit & refrigerat, sitientes recreat.
Itaque cum omnia in suo genere perfecta
sint, sine homine tū nihil possunt, neque ho
mo quāuis perfectior sit, sine his. Hinc Apo
stolus imperfectos & pfectos nos dicit. Ad
comparationem.n. infideliū nos perfecti su-
mus, quia deum cognoscimus: Sed quia quæ
promissa sunt minus scimus q̄ debemus, qa
in hac vita non tantum possumus compræ-
hendere quantū est qđ creditur, imperfecti
sumus. Igitur qm̄ putant perfectionem Adę
instaurari credentibus, videamus si hæc in-
stauratio nihil vltra doni habeat diuini q̄
fuerat consecutus Adam. Factus.n. Adam
positus est in paradiso, vt operaretur ibi &
custodiret eum: hoc est vt coleret terram &
custodiret pcepta dei, p quæ sciret sic se do-
minium cunctorū accepisse, vt ipse tū sub le
ge viueret creatoris, ne dñatio extolleret eū,
& inflatus superbia immemor fieret sui cō-
ditoris. Positus ergo est vt cibis sustentaret
vita eius: Per Christum aūt hoc concessum
est, vt resurgentes nō egeant cibo vel potu:
quia quod mortale est hominis, conuertitur
in vitam. Factus est Adā vt habitaret in ter-
ra, fides aūt largiri dignata est, vt in cœlis sit G
habitatio nostra: scriptura ipsa testatur, 2.Co.15
Quia factus est, inquit, primus homo Adā
in animam viuentem, secundus autem ho-
mo in spiritum viuificantem. Primus au-
tem homo de terra terrenus, secundus au-
tem homo de cœlo cœlestis: Qualis terre-
nus, tales & terreni, & qualis cœlestis, tales
& cœlestes. Quid tam apertū q̄ qp Adam
non habuit spiritum sanctū? Factus est.n. in
animam viuentem, per Christum aūt in spi
ritum viuificantem, vt homo in aliquo simi
lis sit creatori quem credit: quia.n. mysterium fidei quod ad salutem datum est, tri-
num est: trinus fit, corpore, anima, & spiri-
tu sancto, per quem dicimur filij dei: Quod
minime Adam probatur vocatus, & terre-
nus.n. factus est: Filij autem dei non carna-
liter, sed spiritaliter nati, cœlestes dicuntur
esse. Ecce absolutum est, donum dei multo
plus gratiæ concessisse homini tēpore Sal-
uatoris, q̄ acceperat Adam, quia non solum
est instauratus, sed & melioratus. In eo in-
stauratus, quia in peccatis adiutus & instau-
ratus est, in cæteris meliorатus. Hoc.n. & iu
stitia & ro exigebat, vt tunc vberior esset
cle-

H clementia dei in dandis beneficijs, quando mysterium diuinitatis suæ innotescere voluit creaturæ: vt cognoscentes quod incogni
tum fuit à seculis & generationibus dei vnius sacramentum in trinitate consistere, p ipsa nouitatis quasi dedicatione peccatis abluti insuper iustificentur, & adoptati à deo spmsanctum acciperent per quē signū adoptionis habere videantur. Adoptio.n.à deo signū habere debet dei patris, vt non immerito filij dei appellentur. Hoc donum ēt p Prophetas promissum est, vt tunc daretur, quando mysterium dei declarari deberet in triumpho deuicta morte, vt sciret creatura patrem & filiū & spiritumsanctum vnum
Ioan. 6. esse deum. Vnde Euangelista, Spiritus, inqt, nondum erat datus, quia Iesus non erat clarificatus. Clarificatio enim hęc est cum per virtutem suam cognoscitur esse quod testificatus est de se, quia clarificatio hoc donum dedit quod per Iohelem Propheram fuerat promissum, Ait .n. deus, In nouissimis diebus effundam de spū meo super omnem car
Iohel. 2. nem & cætera. Et Apostolus inter alia, Cū
Titū. 3. autem apparuit, inquit, benignitas & humanitas Saluatoris dei nostri, non ex operibus
I iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suā misericordiam saluos nos fecit per lauacrū regenerationis renouationis per spiritū sanctum quē effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum, vt iustificati gratia ipsius hæredes efficeremur secun-
Iohel. 2. dum spem vitæ æternæ. Confirmauit Apostolus quod per Iohelē Prophetā fuerat p missum, quia hoc postquā clarificatus est Iesus impleuit deus, vt spiritum sanctum effunderet in illos qui credunt in Christum: & hoc est hæredem fieri vitæ æternæ, spiritū sanctum accipere, vt quia spiritus æternus est, æternam habeat vitam qui accipit eū. Pignus est enim immortalitatis. Qui enim accipit eum & manet in eius dilectione transfacta hac vita pergit in cœlos ad eum cuius spiritum habet. Incongruum est enim, vt qui hinc exit habēs spiritumsanctum, apud inferos teneatur. Signum est enim in homine victoriæ Christi, qua vicit mortem, spiritus eius, vt in quo fuerit spiritus eius ab inferis teneri non possit. Ac per hoc in veteribus sanctis non ita fuit spiritussanctus, sicut nunc est in fidelibus, quia exeuntes de seculo, apud inferos erant: Et non potest dici, quia spiritussanctus causa peccati Adę, quod per traducē generis omnem eius subiectum fecit inferis, simili tenebatur sententia data Adæ. Cum Prophetis ergo & iu- K
stis viris sanctum fuisse spūm non est ambiguum: cū Prophetis, propter dispensationē, cū iustis vero causa sanctitatis, Sicut legitur de sancto Simeone, Quia spūs sanctus,
inquit, erat cum eo, non vt signum esset ado Luc. 2.
ptionis in eo, sed meritorū eius gratia: Nā filij dei credentes tunc esse cœperunt, quando manifestatus est filius dei, victa morte, cunctæ creaturæ. Si autem in Adam vel in cæteris sic dicatur fuisse spiritu sanctus sicut nunc est in fidelibus, quæ noua dona dedit deus cum regnū filij sui dedicauit in nobis? Et quō fœlix & beatū tempus præ cæteris dicitur Saluatoris aductus, si ea præstitit q̄ iam fuerāt præstita? Et vbi est illud quod
dicit Saluator ad discipulos, Multi, inquit, Mat. 13.
Prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & audire quę auditis, & non audierūt? Qua ratione ergo poterit dici, quòd beatitudo temporis huius nihil amplius contulit doni quàm veteribus est collatum? Quod quidem ad iniuriam proficit Saluatoris, vt nihil habuerit nouum quod in ortu imperij sui susciperentibus se donaret, cum tamen laborare soleant diuites, vt in die festo natalis sui exquisita inuitatis dent apophoreta. Quanta ergo iniuria est, vt deus ijs quos L
ad nouum & inauditum diem festū & omni laude dignum inuitauit, non dicatur habuisse inexperta quæ donaret? Et vbi est illud
Euangelistæ Ioannis qđ dicit, In sua venit, Ioan. 1.
& sui eū non receperunt: Quotquot aūt receperunt eū, dedit eis potestatem filios dei fieri ijs qui credunt in nomine eius, qui nō ex sanguine, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt? Igitur quomodo non inusitatū est quod donauit credentibus deus in Christo, quando dedit eis potestatem filios dei fieri, id est, fratres filij sui proprij, non ex voluntate carnis & viri, sed ex deo, vt spiritaliter nascerentur? Aut si prius gratia ista concessa p batur, tunc nihil nouū aduentus Christi cō tulisse dicatur. Adæ certe terrena & carnalis fuit factura, non spiritalis. Non enim ex deo sine carne & sanguine natus est, sed de terra a deo factus est: Ideoque non potuit spiritumsanctum accipere, qui nō erat spiritalis, & cui concessum non erat patrem deū vocare in oratione. Qui enim spiritūsanctū accipiunt his datur potestas vt per id quòd spiritūsanctum habent, patrem illum Christianorum

M istianorum in oratione appellēt. Quod quia ante concessum non fuit, non possunt dici ptiores spiritumsanctum habuisse. Ij ergo qui putant Adam vel cæteros habuisse spiritumsanctum, nesciunt quale donum habeāt dei: nec gratias congruas possunt ei agere q plus cæteris accipientes, nihil se dicunt am-
124 plius consecutos. Quibus argumentationibus & exemplis ostendi posset, vnū idēq; opus differre secundum personas in laudem siue condemnationem. Vna est misericordia in diuite & paupere, sed aliter imputatur diuiti, aliter pauperi; quia plus laudanda est in paupere q̄ in diuite. Pauper.n. qui exigui
tate sua largiri non timuit, sperans à deo sibi
Pro. 28. retribui & in præsenti & in futuro. Credit
Luc. 21. .n. scripturæ dicenti, quia qui tribuit pauperibus, non egebit. Vnde & paupercula illa duitibus multa mittentibus sola meruit a deo collaudari quia penuria sua largiri non timuit. Diuites vero securi de diuitijs suis largiuntur, pauper autem securus de dño. Bene igitur faciūt diuites dum largiuntur egenis, sed multo melius pauperes. Ac per hoc alia remuneratio pauperis & alia diuitis. Diues .n. si hoc non fecerit, vapulabit. A paupere .n. non exigitur tantū. Ideoq; laudabilis est pauper misericors. Furtū in paupere & diui
A te vnū peccatū est, sed diuitē plus facit reū. quia pauper per inopiā facit furtū; dines autem cum abundet non contentus suo, tollit aliena; & quod pēius est, solet pauperes expoliare: ac per hoc differt pœna vtriusq;. Et iustitia pauperis, & diuitis vna est, sed laudabilis est in paupere magis: In egestate enim conseruare iustitiam, magnifica res est. Dines autem ideo seruare videtur iustitiam, quia alienus est ab inopia. Ergo vterq; iustus est, sed maius est in necessitate seruare iustitiam. Superbia vna est, sed plus damnanda in paupere est quàm in diuite: quia diues copia elatus est, pauper autem in egestate superbus, quod ad insaniam pertinet ac per hoc plus reus est pauper. Humilitas vna est, sed magis laudanda in diuite est. Quid .n. magnum est si pauper humilis videatur, quē ipsa inopia humilem facit? Magnificū autem si hic qui dignitate & copijs commēdatur, inclinet se, non sibi vendicans quæ mereri se nouit. Ergo in omnibus humilitas bona est, sed multo magis in diuite. Doctrina studij vna est causa, sed laudabilior in diuite est. Pauper enim cum nulla prærogatiua commendaretur, operam dedit ut B
haberet vnde posset requiri. Diues aūt cum esset vnde commendaretur adhibito labore auxit se, vt duplici genere necessarius esset: Non enim aduocatus copijs retraxit animum quo minus per se floreret: Et ideo hic magis laude dignus est q̄ pauper. Qui si studijs operam minime dedisset, per omnia remansserat vilis. Illum ergo voluntas, hunc necessitas fecit cupidū. Libido in paupere & diuite eadē est, & dānabilior in paupere q̄ in diuite est, Pauperē .n. ipsa egestas reuocare debet a cupiditate luxuriæ: Cogitare .n. debet, quia vnde hoc impleat non habet, & dum hoc festinat adimplere, alia multa mala admittat necesse est: quibus forte nec ad
præsens euadat, aut certe hoc ipsum quod habet insumens mendicus remanebit cum nota. Diuitem autem delitiarum copiæ laedessunt ad voluptatem libidinis. Præterea quia diuites securi sunt de impunitate scientes, venalia esse iudicia, & nec redargui se ab aliquo. Quis enim dignitate fultum virum & diuitē arguere audeat? Vnde magis accenduntur, vt & violenter hoc agant. Nō solū .n. minime reprehenduntur, sed in magno honore sunt, & gloriari possunt, quia tales sunt. Quòd si vterq;, id est pauper & diues pudicus sit multum differt pudicitia diuitis a pudicitia pauperis. Pauperem .n. potest hu C
militas reuocare ne quod vult possit implere, aut timor legū: Diues aūt cū multis suffragantibus causis ad voluptatem possit allici, laudabilis est, si auertat hinc animum. Alia ergo remuneratione dignus est diues pudicus, & alia pauper pudicus. Quod si rex sit pudicus, multum est & gloriosum, vt omnia in potestate habens non contingat quod scit impune à se posse fieri. Hic vere deum timet, hic uere præcepta eius custodit. qui in potestate habens leges, futurum dei iudiciū contemplatur. Itaq; grandis res est, vt qui in præsenti non habet quem timeat, vincat quod delectat, cum delectatio tātum possit, vt non solum futura, sed & præsentia minime vereatur. Vnde multum merentur quicunque hanc superant, sed maxime ij qui in
præsenti legibus & hominibus dominātur. Cæteri enim & homines & leges verentur, quare & propositū custodiunt. Nemo apud homines erubescant seruant quod diu tenuerunt, & ne condemnentur, a prohibitis se
abstinent: hic autem qui dominatione nec leges timet nec homines erubescit, magnæ gloriæ est si se abstinet. Contra Euse- 125

Dubium,utrum spiritussanctus sciuit mysteriū natiuitatis dñicæ. Memini in quodam libello Eusebij quondam egregij in reliquis viri,legisse,quia nec spiritussanctus sciat mysterium natiuitatis dñi nostri Iesu Christi, & admiror tantæ doctrinæ virum hanc maculam spirituisancto influxisse: Hoc enim dicens degenerem illum significauit. Neq;.n. potest dici de deo esse,si nescit quæ dei sunt, quia inferior natura quid in potiore sit, nescit. Sin vero substantiæ est eiusdem & diuinitatis, quomodo potest nescire quæ sua
Ioā. 10. sunt? Denique filius dei,quia,Ego, inquit,
Ioā. 16. & pater vnum sumus, propter vnitatē substantiæ,non immerito adiecit dicēs,Omnia quæ patris sunt,mea sunt. & quæ mea sunt, patris sunt. Quāobrē si spiritussanctus eiusdem diuinitatis est, qua ratione segregatur ne sit eiusdē scientiæ,cum eiusdē non negeē esse substantiæ? Quod plus est concesit, qđ minus est renuens. Creatura.n. discit & incipit aliqua scire de authore; & erunt ei q̄ didicerit cum authore suo cōmunia: Substātia autem & diuinitas non potest deo esse & creaturæ communis. Nam dei substantia nō habet quod discat,quia nihil est quod ignoret: Substantia vero hominum non habet in natura vt sciat,sed vt discat. Itaq; naturę ho
E minum accidit scientia,non tamen immutat substātia,quia hominis natura dei habet scieētiā: sic.n.cōdita est,vt p exercitiū acquirat scientiā. Igitur maior est substantia q̄ scientia:quia nō scientia acquirit substātiā, sed substantia scientiā: & substātia est sine scientia,nō tñ scientia potest esse sine substantia. In deo autem sicut est substantia, ita & scientia, qa ipse nihil habet quod discat: ipsa enim substantia est sibi scientia. Quamobrē omnia in deo substantia dicuntur: Substantia enim cui nihil deest, omnia substantialiter habet quia nihil ei accesit per studium. Quio ergo dici potest de spiritusancto,quia nescit natiuitatē filij dei,si cōsubstantiuus est ei? Nū quid pōt vna eademq; substantia,& scire,& nescire? Certe filius dei mysterium natiuitatis suæ non didicit, scit substantialiter,nō per doctrinam. Qua ergo ratione spiritus sanctus dicitur nescire,cum similiter ipse nihil habeat quod discat, quia omnia nouit p substantiam? Sicut.n. dei filius, ita & spiritussanctus dei substantia est, dicente domino, Omnia quæ patris sunt,mea sunt: Per quod significauit substantiam dei patris suā esse substantiam, & spiritumsanctum a patre dicit ꝓcedere,& de suo accipere. Et ideo, F
inquit, dixi de meo accipiet, quia omnia q̄ patris sunt, mea sunt. Si à patre procedit & de filio accipit,quomō filij nescit natiuitatem,qñ substantia eius substantia filij est? Omnia enim quæ patris sunt:filij sunt. Sine dubio ergo patris substantia & in spiritusancto est. Adiecit enim filius,dicens, Et omnia quæ mea sunt,patris sunt. Quid ergo ambigitur de spiritusancto,an eiusdē diuinitatis sit,cum sit eiusdem substantiæ? Nam si cut de se dixit dñs,qui à deo processit, ita & de spiritusancto testatur. Et ne hoc aliter posit interpretari: A patre,inquit,procedit, & de meo accipiet: vt à patre procedere hoc sit de Christo accipere. Cum enim dicitur de filio dei accipere,non ambigitur etiam ipse esse de deo, vt in sancto spiritu patris esse substantia & diuinitas non ambigatur. Itaq; qui hunc dicit nescire filij dei natiuitatē ipsi derogat cuius dicitur accepisse. Nec .n.aliud accipit, q̄ ipse est de quo accepit; quia accepisse de Christo,de deo processisse significauit, ideoq; non potest nescire quod hic de cuius accepit,s neq; ignorare dicendus est dominū,quia à Deo processit. Certe filius dei,quia de patre est, ideo scit omnia dei. Quare ergo spiritussanctus negetur scire quæcunq; Christi sunt, cum de deo acceperit? Itaq; si scit filius dei q̄ in deo sunt, dubiū non est ēt spiritumsanctum non ignorare quæ in filio dei sunt: & per id quod nouit quæ sunt in filio, nō nescire dicēdus est quæ in deo sunt. De eo enim de quo accepit,dei habet notitiā. Et quid laboramus cū testis sit in hac re Apostolus, dicens, Nemo 1.Co.2.
scit quæ sunt in deo, nisi spiritus dei? Ecce in quo diu sudauimus, Apostolo adiuuante impleuimus: & nunquid præiudicauit filio dei,quia neminē dixit scire q̄ in deo sunt, nisi spiritū dei? Absit. Sic nec piudicauit spiritusancto filius,cū dixit, Nemo nouit pa- Mat.11.
trem,nisi filius. Neminem enim dixit scire quæ in deo sunt, prēter eum qui de deo est: quia omne quod de deo est, nouit deum & quæ in deo sunt,Natura enim dei,ipsa se nouit. Quam cum intelligas esse etiam in spiritusancto, per id quod à patre processit & de filio accepit, tutum non est istum dicere nescire patrem deum, cuius naturam agnoscis in eo: & tamen saluator sic dixit, neminem scire deum Patrem nisi filium, ut reseruaret alij personæ huius cognitionem: statim .n. subiecit,dicens, Et cui voluerit fi-

lius

lius reuelare. Cui putas vult reuelare fi-
H lius? Nulli enim charior esse potest, quàm
Rom. 8. spiritusancto, quia si quis,inquit, spiritum Christi nō habet,hic non est eius. Quō ergo putas reuelatū deū patrē à filio spūsancto,nisi quō ipse dominus,ait, De meo accipiet. Creaturę.n.non potest reuelare pater deus, quia dei natura ferre non potest, nisi fuerit eiusdem substantiæ: Lucē etenim ha-
1.Tim.6 bitat inaccesibilem,creaturæ duntaxat. Sed quibusdam videt ideo recte nescire dici mysteriū natiuitatis filij dei spūsanctus, quia omnia dicitur scrutari, & qui scrutatur,in-
Rom.8. quiunt, nescit utique. Quod ex alio loco debet intelligi. Dei enim verba sunt inter cetera,dicentis, Ego deus qui scrutor renes
Hie.17. & corda. Et in Psalmo Scrutans, ait, cor-
Psal. 7. dia & renes deus. Et Apostolus. Qui scru-
Rom.8. tatur, inquit, corda, scit quid desideret spiritus: quia secundum dei volūtatem postulat pro sanctis. His exemplis cum scrutari dicitur dei spiritus non ignorate significatur. Etiam alta dei dicitur scrutari. Et, quæ sunt alta dei quæ dicitur ꝓuidere? Scrutari enim occulta significat penetrare, vt per id nihil esse occultum ei credatur. Alta.n. mysteria dei sunt interiora quę scrutari à creatura non possunt. Nam & secundum dei vo
I luntatē & pro sanctis dicitur postulare, qđ
O sancti vtiq; nesciunt, dicente Apostolo, Nā
Rom.8. quid oremus sicut oportet nescimus. Ergo alta dei scire, & voluntatem dei non ignorare, vnum significat. Quid enim tam altum mysterium q̄ voluntas est dei, quod cognitum est spirituisancto, cæteris vero incognitum est? Omnibus etenim contuendum est,
1.Co.2. quomodo dictum sit, Quoniam nemo scit quid sit in homine, nisi spiritus hominis, q̄ in eo est: spiritum animā significauit, quia nemo scit qd sit in animo hominis,nisi animus eius q̄ est spiritus: Sic & in deo nemo scit quæ sunt dei nisi spiritus dei,hoc est ipse deus. Qui enim in deo est, non aliud intelligitur esse quàm deus est. Ideo spiritus dei scit quid in deo est, quia de deo est. Nā si cogitationes hominum nemo nouit, nisi deus, quanto magis dei secreta & voluntatē nullus potest cognoscere nisi sit de deo: hoc est idem ipse deus? ipse est enim sibi soli cognitus: Nam vtique in deo non sunt cogitationes. Nec enim deus tractat apud se quid faciat,aut quid non faciat, deliberans an expediat, quia omnia, quæ in deo sunt sine dubitatione sunt, non per accidentia, sed per substantiam,nec per studiū, sed naturam; quia non immutatur. Ac per M
hoc non aliter nouit spiritussanctus mysteria dei,nisi per substantiam: una enim sub- K
stantia unum habet sensum & voluntatem. De Deo loquitur qui semper vnus & immutabilis est,siue in filio siue in spūsancto. Quod.n.vult pater,hoc vult & filius,& qđ vult filiꝰ, eadē vult & spūssanctus. Quamobrem aliqū dicitur spiritus dei, aliquando & spiritus Christi,quia a deo,inquit,procedit,& de meo accipiet. Hinc est vnde Ioannes Apostolus ait, Et hoc scimus, quia 1.Ioā.3.
deus in nobis manet, de spiritu suo quem dedit in nobis. Ergo si spiritu dei in nobis manente,manere dicitur in nobis deus,significatur esse spiritus dei. Denique,hoc est signum credentium q̄ sint filij dei, vt cū hūc accipiunt,dei se filios audeant appellare. Nisi.n.signum diuinitatis habuerit, dei filij dici non poterūt. Quanquā aliquis verus dei filius nō est, vt sit totꝰ de toto sicut & Christus: Per adoptionē aūt fiunt filij dei, vt accipientes spiritum Christi per ipsum filij dei dicantur, p id quod de deo est, quę in se habent spūm. In filijs enim quanuis adoptiui sint patris, tamē ex aliqua parte debet videri substantia. In mundo.n. quia res imperfectæ sunt adoptati ab hominibus filij, nullum pignus,sed solum nomē accipiūt: Deus L
aūt quia perfectus est,plus facit, vt adoptatis spiritum suū det,per quē aliquā veritatē A
adoptiui ab eo videantur habere,quia vocabula sine rebus inania sunt. Apostolus nostrer hanc assertionem nostram adiuuat, dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei,q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius,& Ro. 11.
inuestigabiles viç eius. Quid tamen sibi uult, q̄ cum alibi dicat, scrutabilia esse alta dei, id est,secreta,hoc in loco deneget, dicēs inscrutabilia esse. Sed in hoc loco de creatura dixit quia inscrutabilia sunt ei secreta vel iudicia dei: spiritui autem sancto, eo q̄ omnia dei nouerit, scrutabilia dixit esse cuncta quæ in deo sunt, vt quod creaturæ incognitum est, dei spiritum asserat non ignorare. Dei ergo natura negari non potest, quæ cognitum habet quod à creatura non potest cōprehendi. Qui degenerem dicunt spiritum dei sanctum, pulsant propositum qui totius creaturæ salurem in trinitatis diuinitate consistere declarauit, quia si consubstantiuus nō est deo & Christo,ineptum est ponere istū numero patris & filij, vt sine

hoc non salus alicui sit, neque dignitas. Si
M enim non est eiusdem diuinitatis, aut stulte,
aut gratis affectum est, quod absit. Quis.n.
prudentiũ deneget creatorem cum creatura
connumerari non posse, neq; æternum cum
eo qui sub initio sit comparari, neq; dominũ
cum seruo æquari, neq; potentem cũ impo-
tente conferri, neque scium cum inscio depu
tari? Sed iam cessat calumnia. Tertius enim
ordine est, non natura: gradu, non diuinita-
te: persona, non ignorãtia. Sicut enim filius
dei secundus à patre est, & diuinitate minor
non est: ita & spiritus sanctus sequens a filio
est, non impar, sed æqualis diuinitate substã-
Ioã. 14. tiæ. Denique quæ legimus de filio Dei, ea-
dem legimus & de spiritu sancto, ipso nobis
testante. Ait enim, Rogabo patrem & aliũ
paracletum dabit vobis spiritum veritatis.
Alium cũ dixit, se paracletum significauit.
1. Ioã. 2. Quod Ioannes declarat, dicens, Quia spũs
dei postulat pro peccatis nostris. Et Paulus
Apostolus, inquit, Ipse spiritus dei postulat
Rom. 8. pro nobis: Ecce scriptura ambos aduocatos
esse ostendit. Et cum veritatis illum dixit spi
ritum, nihil illum veritate à se differre, osté-
Ioã. 14. dit, quia dixit, Ego sum veritas. Missum se a
patre dixit, & ipse mittere spiritum sanctum
promisit. Si ipse a mittente impar non est,
neq; a mittẽte impar ab illo spiritus sanctus
est. Neq; enim quia tres sunt singuli, alter
A alterius membra sunt vt diuersa possit. Vna
est enim potentia trium, vt nihil desit sing u
lis. Hic finis sit. Iam enim in libello aduer-
sus Arrianam impietatem digesto, reliqua
plenius tractata sunt, quæ trinitatis comple
126 xa sunt indiscretam vnitatẽ. De eo qui fi-
dem Christi percepit, quid præminẽtiæ seu
prærogatiuæ habeat ad gratiã consequendã
plus quàm infideles. Scriptum est, Quia
iusto nihil proderit iustitia eius in qua die
errauerit: & quia iniusto nihil oberit iniu-
stitia sua cum se conuertit. Et dñs in Euan-
gelio, Qui non crediderit, inquit, iam iudica
tus est: vt per hoc eum qui crediderit, non
iudicio subiectum ad sententiam excipiendã
significaret, sed fidei merito laudẽ dignur
futurum. Ergo cognitio dei hanc habet pr
rogatiuam, vt peccatorum consequatur re-
missionem. Credens enim dei esse filium
Iesum, dignus existit ab omnibus liberari
peccatis, Diu enim errore deuius cum per
diuersa ignorantiæ fluctibus iactaretur, il-
luminatus veritatis coruscatio em nactus
est, in qua post nimias tempe es requie-
scat securus: cui congruit vt post cognitio-
nem temperet se ab ijs quæ iam pridem in
ignorantia positus agebat. Quid.n.prodest B
cognitio, si manet pristina cõuersatio? Hinc
etenim quis videtur cognouisse deum, si vi-
tam mutet, & conuersationem suam corri-
gat. Cognitus enim deus timeri debet, quia
iudicaturus prædicatur, vt & fideles iustitiæ
suæ percipiant fructũ, & impij, id est, incre-
duli perfidiæ suæ congruas pœnas exoluãt.
Conuenit enim iustos in futuro gaudere,
vbi regnabit Christus cum suis: Vt sicut in
seculo sunt opprobrio, & iniurijs subiacent,
in quo princeps est diabolus: ita & in regno
glorioſi appareant, propter quod contempti
biles iudicati sunt à mundanis: iniustos au-
tem quia falso florere videntur, per menda-
cium repugnantes veritati, in pœna tribula
ri: vt qui per fucum glorioſi visi sunt, per
verũ despecti & humiliati nimis appareãt.
Tunc.n.iusti se credidisse gaudebunt, cum
perfidos viderint cruciari: & nec pœnitebit
perfidos non credidisse, nisi viderint gloriã
eorum & suã pœnã, quos quia crediderunt
stultos & contẽptibiles arbitrati sunt. Ergo
ex eo q̃ profitetur se quis Christianũ esse,
id studere debet ne peccet, & armare se con
tra vitia. Et quia impossibile est semper vin
cere, si victus fuerit, dolere ne iterum vinca
tur: quia qui se dolet victũ, reparat se. Qui C
ergo repugnat, habet vnde se excuset si vi-
ctus fuerit. Ostendit.n.se votũ habuisse vin-
cendi, sed minime præualuisse. De hoc spes
est, quia potest se reparare, vt assidua medi-
tatione in congressione peritior & fortior
inueniatur. Nam qui ad hoc surgit, vt pec-
cet, inexcusabilis effectus pergraue habet
causam. Peius est enim sub dei viuere pro-
fessione, & voluntatem habere peccandi, q̃
si ignoret quis deũ & turpiter & contamina
te uersetur. Hic.n.nescit quę timere debeat,
Ille sciens cõtemnit. Credẽtes ergo accipiũt
remissionem peccatorũ, non tamen glorioſi
erunt, nisi post acceptã fidẽ vixerint sub dei
nominis timore, vt colluctati contra hostes
Christiani nominis victoriã faciant, vt pos
sint præmiũ mereri dũ plus vincunt q̃ vin-
cuntur. Nã qui intelligit deũ & non accedit
ad fidẽ eius ne viuat Christianus, sed in fine
vult fidem accipere, vt moriatur Christia-
nus aut erubescit Christianus viuere, aut
peccatis operam dat, quæ arbitratur posse
sibi remitti cum crediderit: istũ puto nõ bo
nam causam habere: quia vt quandiu in
seculo

seculo est, peccet, non vult fieri, nec uiuere
Christianus aut confunditur fieri Christia-
nus. Qualẽ sperat deum, cui cum militare
D erubescit, vult ab eo stipendiũ accipere. Hu
iusmodi irrisor est: Sciens.n.se iam nõ tem-
pus habere vt peccet, morte imminente, tũc
vult fieri Christianus, & quia iam non põt
peccare credere se dicit in Christum, quasi
qui execrator peccati est: nõ vt iam se nolit
peccare, sed vt non possit præueniente mor-
te. Istis debet legi, quia deus non irridetur.
Gala. 6. Nam & solent huiusmodi talia dare man-
data, vt iam defectis & alienis, tũ anhelanti
bus detur fides, timentes ne euadant, & con
fundantur quia facti sunt Christiani. Qui-
Luc. 9. bus recitanda sunt Euangelij uerba, Qui,
inquit, dominus, erubuerit me confiteri in
hac generatione, & filius hominis cõfundet
eum cũ uenerit in regno patris sui. Sed forte
dicant, scientes fragile esse genus humanũ,
idcirco in fine vitæ volumus fidem accipe-
re, ne iam peccemus. Sed fides sic accipi de-
bet, vt sciatur quid accipitur. Tunc.n.bene-
ficium eius habebit, si cognoscat, & si profi-
Rom. 10 teatur eam. Corde.n.creditur ad iustitiam,
ore autem confessio fit ad salutẽ. At p hoc,
quia iam nescit vbi sit, qũo potest dici accipe-
re? Ille.n.accipit, qui profitetur se accepis
se, sciens quia accepit. Si.n.credunt, qui, quia
datur credentibus remissio peccatorum, scire
debẽt, quia hic credit, qui corde suo teste
E credit. Quia deus qui promisit, cordis in-
spector est: ipsum.n.suscipit quem corde vi-
det credere. Itaq; cuius cor verba fidei non
aduertit, quomodo beneficiũ eius habebit?
Ergo hic potest videri temere Christianus
accepta fide, qui id agere cernitur, ne facile
peccet. Nã qui peccare festinat, idcirco non
vult accipere fidem, ne cogatur bene viuere
quod videtur nolle: sed in morte vult con-
sequi, impunitatem sperans, & remissionem
præteritorum malorum, vt & de præteritis
securus sit & de futuro, quia iam vtique nõ
poterit peccare moriturus. Sed hoc non bo
no fit consilio, neq; munda conscientia, vt
tunc velit accipere fidem, cũ iam non pos-
Rom. 5, sit, et si velit peccare. His conuenit dictũ il-
lud, Faciamus mala, vt veniant bona: hoc
est, modo peccemus, & in nouissimo creda-
mus, & remittet nobis. Ideo subiecit, Quo-
rum dãnatio iusta est. Non est.n.dignum
vt his detur remissio peccatorũ, qui scientes
deum q̃ noluit quenquam peccare, & odio
habeat pctores, peccare gestiunt: nolentes
aduertere, donũ dei his proficere, qui igno-
rantes deum sic peccãt, vt nesciãt iudicatu-
rum deum. Qui autem audiuit & tractauit
apud se, & votum habet peccandi, nõ vt vin F
catur aliqua cogente causa, sed uelit pecca-
re, durũ est ignoſci ei. Nã duæ causæ sunt q̃
habent peccatorũ remissam. Vna doni, alia
pœnitentiæ, ut qui post donum peccauerit,
per pœnitentiam reformetur. Qui.n.in ac-
cepta gratia nõ permansit, ut in libertate du
raret, sed iterum se subiecit peccato, lamen-
tatione & gemitu impetrat obliterari pctũ,
sciens.n.prudens q̃; peccauit: non q̃ aliquis
ignoret peccatum, sed qui nescit deũ iudica-
turũ impune putat futurũ q̃d peccat. Ac p
hoc gentilis si cœperit infirmari, & in ipsa
uitæ desperatione tractet apud se de fide &
spe p̃missa integram habet causam: vt huic
credenti remittantur pcta nec teneatur in
inferis, signum ferens secum euictæ mortis
ac spoliatæ, licet non habeat dignitatẽ uel re
munerationẽ. Quia debet aliquid interesse
inter eum, qui prouocatus amore sui domi-
ni contra hostes eius dimicare non timuit,
armans se continentia & obseruatione om-
nium uitiorum, ut posit resistere malo sem
per solicitus qũo imperiũ domini sui defen-
dat: & inter eum qui cum inimicis domini
sui conueniẽs & eis assistens: in fine uitæ ad
dñm suũ regressus est: non ut regnũ dñi sui
uindicaret, sed ut ipsi soli p̃desset esse ciuis Rom. 8.
antequam miles. Ille enim qui uiuere uult G
Christianus ut post mortẽ remuneretur,
scit, quia non sunt condignę passiones huius
temporis ad futurã gloriam, quę reuelabi-
tur in nobis. Ac per hoc susceptа armatura
fidei non dubitat congredi contra principes
& potestates, ut in seculo existens uictor
post seculum coronetur. Dignum est enim,
ut qui inter perfidos & rebelles domini sui
regnum ad præsens testatur, huius rei in fu-
turo mercedem habeat: ubi uidents inimi-
ci dei testem Christi propter confessionis
suæ ueritatem sublimen apparere in regno
dei, doleant confusi falsum æstimasse quod
uerum esse declaratum est: nec non & hi
qui tarde crediderunt, non in uita, sed in
morte confitentes deum, uidentes quanta
eorum gloria est, qui sub armatura dei mi-
litantes bella imperatoris sui deuote & fide-
liter gesserunt, pœniteant non se uixisse,
sed mortuos esse Christianos. Potest enim
uideri minime idoneus mori Christianus,
qui uotum non habuit uiuere Christianus.

sed forte iam moriturus idcirco voluit dici Christianus, quia iam tempus peccandi nõ erat. Ne forte, inquit, verum sit quod creditur, volo fieri Christianus, nihil amittẽs si falsum est quod creditur: & quia iam in morte non est voluptas peccandi: sed peccatum fieri desinit, tentat si prodesse poterit fides post mortem, cum hoc vtique fuerit H vtile, vt in hac vita & peccata emendarentur vbi fuerunt admissa. Tunc enim aliquis condemnasse se præterita probat, quãdo fidei lineam sequens, conuersationem, & vitã videtur mutare. Si enim prius ideo peccabat, quia nesciebat deum, cum cognoscit eum, vltra non debet peccare ne frustra sit cognouisse illum. Debet.n. aliquis perfectus esse ex cognitione dei. Christianus enim ante professionẽ debet intelligere operibus magis se probandum q̃ nomine. Nam propterea mandata data sunt cæteris legibus potiora, & ad sanctitatem pertinentia, vt ex his dei cultura appareat: si quo Luc. 6. minus audient. Quid me vocatis, domine, & non facitis quæ dico? Per quod tunc significauit, prodesse cognouisse deum, si mãdata eius seruentur. Irrisor enim videtur, qui dominum vocat eũ, cuius præcepta contemnit. Huic verba legis recitãda sunt, quę Gala. 6. dicunt, Deus non irridetur. Itaque verbis suis condẽnabitur, quia dũm vocat, quẽ minime se timere operibus suis ostẽdit. De 127 peccato Adam & Euæ, & de eorum conditiõe seu creatione & donis gratuitis. Nullt dubium arbitror, mundum istum hois causa esse fabricatum. Qui cum diuersis cõstet I substantijs, vnus est tamen multis mẽbris aptatus, vt ex his inuicem mutuis operibus, quæ necessaria homini futura erant gignerentur. Domus enim facta est homini cũ annona, ita vt singula eorum secundum genus fierent super terram: id est, vt facta hinc haberent infinitam potentiam in propagine vniuscuiusque generis eorum, quæ crearentur in terris. Origines enim institutæ sunt, quarum semen proficeret ad procreationem multiplicandorum generum Gene. 1. super terram. Vnde scriptura testatur. Et benedixit illa deus, dicens, Crescite, & multiplicamini super terram. Simili modo etiam hominum genus benedictum est. Quem sensum contuemur in lege: Cernimus enim scriptum esse, Creuit populus, Exo. 1. & multiplicatus est in Aegypto. Qua benedictione enim benedicta sunt [illegible]æ ad vti litatem creata sunt hominis, ea benedictione, & homo est benedictus: vt similiter exmare, & fœmina propago generis humani crescceret, & multiplicaretur super terram: & sicut per culturam melioranda erant semina, ita & hominum genus adhibita cura illud studeret, vt creatoris cognitione percepta vitam suam frenaret ad promerendum eum, vt simul omnia proficerent ad laudem & gloriam creatoris. Et quoniam non aliud hæc dicta significant, res ipsæ testantur: Omnia enim quæ facta sunt, dei nu K tu multiplicata & meliorata sunt super terram. Nec enim aliter posset accidere, quàm dei voluntas & benedictio decreuit feminibus. Quomodo ergo dici potest male fieri, aut non licere quod ex dei benedictione & ipso fauente augmentum facit? Cuius rei traditio etiam in synagoga mansit, & nunc in Ecclesia celebratur, vt dei creatura sub dei benedictione iungatur. Non vti que p̃ præsumptionem, quia ab authore ipso data est forma. Sed si cessare debere putatur tunc cessare debebit, quando cessatura & illa sunt quæ similiter benedicta sunt vt multiplicarentur: quia si generatio hominum cessat ad quam vtilitatem nascuntur quæ benedicta sunt super terram? Non potest enim mundus ex parte agere, & ex parte cessare. Aut totus enim operatur, aut totus pausat in ocio. Nunquid utile corpus est, cuius quædam membra uigent, quædam torpescunt? Quod ergo à domino benedictum est, cur sordidum & contaminatum opus à quibusdam asseritur, nisi quia ipsi deo manus quodammodo infertur? Non enim hoc reprehenderent nisi de deo huius operis authore male sentirent. Quia L enim aperte deo detrahere uerentur, per opus tamen ab eo inuentum accusant eum. Quando enim displicet opus, reprehenditur author. Si huiusmodi homines legerent, aut potius acciperent scripturas, memores essent Balaam, dicentis, Quid maledicam quem benedixit deus? Fru- Nu. 23. stra enim accusatur, qui à iudice laudatur: immo ipse sui accusator est, qui reum dicit quem leges defendunt. Quis ergo tu es qui damnari censes quod a deo benedictum legis, nisi quia aut deum hũc negas esse, aut scriptura falsam accusas? Sunt enim qui quasi noua accipientes, uetera repudianda putant: Sed non discrepant ab his noua, quæ per Christum Iesum præcepta sunt

sunt & populis intimata. Ipse enim roga- Ioan. 2. tus ad nuptias ire non dedignatus est, & non solum præsentia sui illustrauit eas, verum etiam cõtulit quod deerat ad lætitiam. Scriptum est enim, quia vinum lætificat Psa. 103. cor hominis. Et vt hoc secundum dei pa- Eccl. 40. tris sui voluntatem fecisse se demonstraret, Mat. 16. Iudæis interrogantibus, an liceat homini Gen. 2. dimittere vxorem suam, respondit inter cæ- Mar. 10 tera, dicens, Quoniam ab initio fecit deus M masculum & fœminam: & dixit, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Hinc est, vnde rogatus ad nuptias iret libenter, ne factum dei patris sui infirmare videretur: Magis autem legis veteris & nouæ doctrinam concordare ostendens, nuptias non solum non prohibuit, sed & interesse dignatus est, testimonium eis tribuens, quoniam deus author earum est: & quod à deo iunctum est, neq; prohiberi, neq; separari debere salutari præcepto monstrauit. Et quia natiuitas prodest, cum iam relinqueret mundum, matrem suam Ioanni discipulo suo commendauit. Quamobrem & nos per Ioan. 19 omnia legis veteris & nouæ mandata ser- Exo. 20 uantes, parentes honorare docemur: quod Deut. 5. nisi fecerimus, maledictum nos incursu- Mat. 15. ros cautum est lege. Itaque quænam est hæc præsumptio, aut ex qua lege descendit, nuptiarum aditus intercludere, quando tam noua quàm vetus lex per omnia istis fauere videatur? Sed illud est quod legimus, quia quod extra est, a malo est. Vnde Apostolus huiusmodi homines cauteria- 1. Tim. 4 tã dicit habere cõscientiã, qui prohibẽtes nubere, & a cibis quos deus ad percipiendum creauit abstinendum docent. Hoc enim in A hypocrisi inimicitiarum causa facere denotantur vt legem à deo traditam criminẽtur. Alij ideo ſtudentes præceptis salutaribus obuias manus tẽdũt, vt prauæ doctrinæ mãdata commendent. Ac per hoc cauteriatam hĩe dicuntur conscientiam. Corrupta.n. mẽte aliud scientes, aliud profitentur. Sicut & Iudæi, qui non ignorantes gesta saluatoris Mat. 12. opa esse spiritussancti, inuidentes dicebant, quia in Beelzebub eijcit dæmonia, vt populũ à fide eius auerteret. Talis est etiã supra memoratorum versutia, quia vt sanctitatis & castimoniæ amatores esse se simulẽt nuptias eẽ dicũt dãnates, vt p̃ hoc cõmẽdẽtur, & populum à veritate auertant: & vt abstinentiæ se studere fingant, temperandum à cibis tradunt, vt per hoc se alienos à mundo ad cœlestia regna festinare ostendant, per quod mentes hominum illicientes, deinceps illicita doceant licere, & licita quasi in concessa damnare. Hæc sunt præstigia satanæ, vt causas inuertat: quasi nouum insinuans aliquid, excludat veritatem, in qua nihil nouum est, quia totum æternum. Quis non aduertat sensum istum ab aduersarijs esse aptatum? Quis enim audeat dei inuentum reprobare, & quod nunquam alicui ob fuit, nisi aduersario veritatis? Qui vt im- B puritatem suam tegat, sanctimoniam prædicat, quam non amat, vt dum ex eo se quasi bonæ voluntatis ostenderet, illicita suadeat quasi licita. Commendat enim se vt promptius fallat, ac per hoc captis imprudentibus suggerat, per quę plus eos faciat peccatores: qui vt causæ suæ aliquam conferat medicinã, grauiter suadet homines peccare, magnum ex eo quærens solatium, dum criminis sui socios multos ostendit leuem pœnam esse existimãs, ac si minus grauis sit, si secum multos videat in gehenna. Cęci homines, dum vincuntur vitij, aut p̃ infirmitatem, aut per ignorantiam sese defendunt, non vindicando hæc quæ contraria decipit concupiscentia. Aut quæ obstat caligo, vt non quod verum est, videatur? Nam solent literæ aliud videri significare, dum aut non bene pronunciantur, aut impropriè distinguuntur. Cum autem legitur, Fecit deus: & benedixit quod fecit, quis hinc disputet? quis dubitet? quis quod benedictum est, maledictum putet, nisi alio spiritu animetur? Quod quidem si hominis vox esse diceretur, forte aliqua fallacia crederetur. Deus dicitur loqui, & dubitas? deus benedixit, & reprobas? Sed forte sub dei nomine Moyses errorem induxit, Satis tibi faciant signa & prodigia per Moysen facta in Aegypto, suadeant tibi mirabilia quæ in C rubro mari gesta sunt ad liberationem filio- Exo. 14. rum Israel. Audi magos confitentes, quia digitus dei est hic. Consenti Apostolo dicẽti, Exod. 8. Nolo vos ignorare fratres, qm̃ patres nostri 1. Co. 10. omnes sub nube fuerunt, & omnes per mare transierunt, & omnes per Moysen baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eãdẽ escam spiritalem manducauerunt, & omnes eundem [illegible]um spiritalem biberunt. Bibe-

bant autem de potu spiritali consequente eos petra, Petra autem erat Christus. Et vnde hoc Apostolus locutus est? Præsto est scriptura in qua legimus Christum dominum nostrum, dicentem Iudæis, Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & Ioan. 5. mihi; quia de me scripsit Moyses. Quis huic concordiæ fidē deneget? Quis audeat dicere, qđ vnum est discrepare? Quis tam malæ mentis est, vt indiuiduam charitatem contendat videri inimicitram? Ecce habes & verborum testimonia, & exempla virtutem quæ animum tuum subiugent veritati, vt non aliud putes verum q̄ ꝙ Ecclesiæ catholicæ continent libri. Quoniā igitur ꝓbatum est eundem deum fuisse in veteri testamento qui nunc noster est, & hunc multis virtutum indicijs verum esse, intantum eius authoritas debet præferri, vt etiam id ꝙ à spiritu, & si forte absurdum a nobis æstimatur, acceptum est ferri debeat, & aliter sentiri q̄ à nobis putatur, si dei iudicio commendetur, quia magis deo credere debemus q̄ nobis. Infirmitas enim nostra & imperitia, vtilia solet iudicare quæ nociua sunt, & æstimare falsa pro veris, quod de deo vel suspicari nefas est. Non est. n. natura quæ possit falli: quanto magis de coniugijs dubitari Mat. 19. non debet, deo dicente: Quod deus coniunxit, homo non separet? Est enim res aperta & simplex. Certe omnis homo gaudet cum fuerit dei dignationem adeptus, & meliorari se credit dum sacramentum creatoris addiscet, quod vtiq; non assequeretur, nisi natus. Cur ergo plangit quod gaudet, & quod gloriatur se didicisse, condemnat? Si. n. gaudet quia didicit, non aūt didicisset, nisi natus fuisset, sine dubio bonum est nasci, quia fructus natiuitatis, cognitio est veritatis. Si aūt malum est nasci, non erat bona cognitio. Cui. n. rei proderit cognitio, si damnatur natiuitas? Quia si non expedit, nec nasci debet, vt dicit, inane est vt discat damnandus. Sed quia nemo tā hebes est vt neget cognitionem dei prodesse hominibus, & bona & vtilis est. Per ipsam enim melioratur natiuitas, vt meliorata natiuitas plus mereatur q̄ fuerat collatū Adæ, quia in cœlo, non in terra regnabunt credētes: in paradiso dei patris, non in quo Adam corporaliter iussus fuerat operari. Nam si encænia celebrabantur Hierosolymis. i. dedicationis templi dei agebatur festiuitas: quanto magis ipsius hominis celebrandus natalis est qui magis templum dei est, cuius etiam, ad agendum deo gratias, manibus templum est fabricatum? Melius est enim templum, corpus nostrū: quia hoc dei ope, illud vero humano labore constructum est: & hoc sub spe æternitatis est, illud perditionis. Itaque qui deo instituente natum se nouit, vt ei gratias agat, cognitum habens mysterium eius, debet in natali suo gaudere, videns profectū esse natiuitatis suæ. Vere autem illi nasci nō debuerunt, qui creatorem suū relinquētes, gloriam eius alijs deputant: horum enim F natiuitas proficit ad pœnam, sed non natiuitas crimen incurrit, sed voluntas. Sed q̄s es tu qui nuptias prohibes? Forte Marcion, quia corpus non à deo fabricatum putas, sed à diabolo: animam vero errore quodam lapsum passam, vel ad tenebrarum partes in quibus mundus est, contendis. Quo ergo posset hinc iberari, si prohitur generari? Natus enim cognouisti casum tuum, & data opera id egesti vt remeares ad patriam sedem, redditus forti suæ. Denique gratias agere te dicis Christo, per quem hanc cognitionem assecutum te gratularis. Age uero, Si natus non esses, cessaret cognitio, nec prosequeretur liberatio. Itaq; si gaudes animam liberari, faue natiuitati. Nam si natiuitati resistis, minimus es animarū. Aut si Manichæus es, qui nuptias quasi contrarias renuis, quæro à te, si corpora minime gignerentur, quomodo anima hinc, quā fusam in tenebrarum partem & hærentem hylicis rebus asseris, eriperetur? Nascendo. n. liberari eam in libris vestris scriptum habetis, vt à luna susceptæ animæ exeuntes de corporibus soli tradantur, quem deum animarum vestrarum asseritis. Nam gaudetis cū Manichæi vocamini. Per hoc enim nomen liberationem animarum vestrarum flagitatis, quod vtiq; nesciretis, nisi nati essetis. Longe itaque apparet per hypocrisim vos nuptias condemnare. Sanctimoniam enim G profitentes, latenter immunditiæ studetis, quod non solum priuatum, sed etiam edictis proditum est imperatorum. Audi nunc catholice, & ex Euangelio disce, prodesse hominis natiuitatem. Cum Simeon enim vir iustus vellet exire de seculo, sufficere sibi putans creatoris sine mysterij eius cognitione notitiam, non permissum est ei nisi crementum faceret in dei perceptione, vt plenam haberet fidei suę mercedem. Denique natum saluatorem accipiens

Luc. 2. cipiēs in manibus benedixit deum, & dixit, Domine, nunc dimitte seruum tuum secundum verbum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Manifeste ostensum est dei beneficium esse in hominis natiuitate, quando viro iusto de morte cogitanti responsum est, quòd non ante moreretur quàm Christum domini vidisset: intantum enim proficiebat in vita, vt dignus fieret etiam in præsenti videre, quem liberatorem sperabat post mortem. Qui ergo reseruatus in vita non permissus est mori, nisi spei suæ fructum vidisse, vt securus esset, quia de vita ad uitam transiret, quomodo potest dici nō huic profuisse natiuitas? Si enim malum est quòd nascimur, non paradisus promitteretur, non vita æterna, non regnum cœlo- H rum, sed pœna & gehennæ perditio: vt timeret alterum generare, qui se sciret natum ad perditionem: vt ille qui se illicite natum sciret, non affectaret generare. Sed forte dicatur, Regnum quidem cœlorum promissum est, sed fidelibus & bene agentibus. Recte vides. Itaq; non video reos fieri homines, quia nati sunt, sed quia male conuersati sunt. Neque enim non natis promissum est regnum cœlorum, vt natiuitati imputent quibus non dabitur. Promissum est autem natis bene agentibus, vt neq; natiuitas prosit male agenti, neq; obesse possit bene agenti. A fidelibus enim & bene agentibus melioratur natiuitas, ab infidelibus autem & male agentibus deterioratur. Sic etenim est natiuitas, quasi arbor quæ inseritur: quia si bono surculo inseritur, melior fiet & bona dicetur: si vero malo surculo inseratur, deterior erit, & non bona, sed mala vocabitur. Ita & natiuitati si bona accedat doctrina, bonos faciet fructus: si autem mala, malos faciet fructus. Itaque sicut necessaria est arbor vt sit vbi inseratur: ita etiam necessaria est natiuitas vt sit vbi proficiatur. Sed respondetur econtra, Si vtilis est natiuitas, cur renascimur? Non renasceremur nisi vtilis esset natiuitas. Renasci enim renouari est, & qui renouantur instaurantur. Non ergo accusat renascibilitas natiuitatem, sed reformat. Et quod reformatur, bene ab initio institutum probatur. Igitur quòd renasci- I mur; consilio mutamur, corporis expiatione suscepta, vt reddamur ad pristinum statum Adæ: animæ autem peccato maculatum est corpus. quo reparato & meliorato per fidem, consilio abluimur: vt sicut per contemptum dei fuerat pollutum, ita per obedientiam abluatur, vt effugiat sententiam datam Adæ & possit resurgere. Itaque si ab anima cœpit peccatum, cur non à corpore accusatur cum in causa peccati Adæ nō fuerit desiderium curporale, sed spe deitatis illecta anima transgressa sit dei præceptum, vt corpus suum subingaret peccato & nascerentur homines sub peccato? Quod quidem nihil obest homini, si tamen legi dei obediat, nisi quòd moritur, cui rei beneuolentia dei promisit mercedem, vt qui in creatoris deuotione fideles inueniantur, saluentur. Per præuaricationem autem, quia Adæ corruptioni subiecti sunt & morti, pro hac re suscipiant à iudice deo vltra quàm fuerat concessum Adæ, vt in futuro & glorioſi sint, & æternam habeant vitam, & adoptati filij dei K vocentur, vt lucrum sit, quia nati sunt. Ex hoc iam reuertar ad reliquam partem lectionis. Cum positus esset homo in paradiso hæc accepit mandata. Ex omni, inquit, li- Gene. 2. gno quod est in paradiso, ad escam edes. De ligno autē vnde dignoscitur bonum & malum non edetis ex eo. Omnia ligna quæ commemorat, fructus sunt ad esum creaturarum. Denique vno nomine ligna dicuntur, sed varia intelliguntur in fructibus. Omnia tamen ligna sunt, & edendi vnum est genus, quanuis diuersa sunt quæ edantur. Cum enim multa fructuum ligna creasset homini ad edendum, sicut dixi, de vno ligno edi prohibuit: vt reuerentiam creatoris ex aliqua parte haberent, qui omnia in potestate acceperant, dum vna reseruata est arbor, cuius licentiam non haberent, vt memores essent conditionis legis. Quomodo autem ex sententia peccati genus intelligebatur? Et homicidæ enim & malefico & adultero & infami congruit hæc sententia. Achar Iosue. 7. quoque filius Charmi cum peccasset, consumi cum omnibus suis adiudicatus est. Quomodo ergo potest hæc sententia peccati genus intelligi? Grande delictum fuisse potest cognosci, non tamen genus delicti intelligi. Scimus enim alios hac damnatos sententia, cum sciantur aliter deliquisse. Et Amorrei & Sodomitæ cum omnibus suis L perisse noscuntur. Ita. n. fit, vt & vnius pec- Gen. 19. cati rei diuersa feriantur supplicia, & diuersi criminis peccatores vno atque eodem genere puniantur. Quamobrem Adæ & Euæ non ex data sententia peccati genus potest intelligi. Quamuis enim vnum eorum peccatum

cum sit, sed secundum personam suam vir & mulier sententiam acceperunt, nec non & serpens, vt non solum in eo q̃ facti sunt non manerent, verumetiam adderetur eis labor ad pœnam. Cum enim omnia pecora & animantia homini fuissent sicut legimus, subiecta, serpens contra hanc constitutionem erexit se, & dolo & fallacia circunuentum hominẽ sibi subiecit. Sine dubio enim qui aliquem capit, intra se vim facit. Propter quod serpens ne astutiæ suæ effectum haberet, sententia dei reuocatur & reprimit vltra q̃ fuerat factus, ne supra hominem esset, vt calliditate sua non solum ad nihil se profecisse doleat, sed & deterioratsse. Cum enim prudentior legatur fuisse cæteris bestijs, postquam decepit hominẽ, maledictus factus est ab omnibus bestijs terræ. Post sententiam datam in hominẽ, datam in fœminam, datam in serpentem, sequitur ut & mulier quam sibi sociauerat ad contemnendam M dei legẽ, excipiat sententiam. Ait.n. Replẽs Genc.3. replebo erumnas tuas & gemitum tuum, in tristitia paries filios: & ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Nemo quod reprehendit, ipse confirmat. Si ideo concessi sunt filij, quia usurpauerat coitum, ergo plus vsurpatio præstitit. Sed quia dixit, In tristitia paries filios: si inde putas generationem sumpsisse principium, vbi erat quod dictum est, Crescite & multiplicamini? Intelligite ergo hoc ad pœnam tantum additum, vt cum per lætitiam fuerat ante cõcessum, tristitia subderetur ad pœnam, & vt durior & multiplicata pœna mulierem semper vrgeret, additur conuersio ad virum, vt esset vnde dolor iterum innouaretur. Si coitum dñs damnabat, cur in subiectis addebat, & ad virum conuersio tua? Nemo quod dãnat, hoc pro pœna constituit, cum vtiq; pœna sit damnationi contraria, nec vnquam ex vno, sed econtra proueniãt. Quòd si in vno essent, damnationẽ nemo metueret. Deniq; aliquis in hoc addisceret, ex quo in lege cõmissum videret esse: hoc est confirmasse, nõ A punisse peccatum: sed ideo cõuersio fœminæ ad virum & ex eo q̃ colit, & non quod verum est conuersio simpliciter ante concessa cum vltima seruitute, propter pœnam eidem credatur imposita, quoniam per mulierem concessam subiectus factus fuerat vir. Et sine dubio superior videbatur, cuius cõsilio vsus putauit prodesse quod suasit, vt factum de subtilitate serpentis desi videretur: instauratur per sententiam dei institutam, vt reuertatur mulier ad conditionis subiectionẽ humiliata viro sicut fuerat constitutum: & additum ei quod additur ad pœnam, cum audit. Replens replebo mœrores tuos, & gemitum tuũ, In tristitia paries filios, & ad virum tuũ conuersio tua, & ipse tui dñabitur. Nunquid fuerat aliter decretũ, q̃ vt mulier dominio viri esset subiecta? Hinc ergo apparet mulierem reuocatã esse ad id quod fuerat cum additamento. Vnde ait, Replens replebo mœrores tuos & gemitum tuum. Quod replet, in eo quod minus est addit, nõ in eo quod nõ est videtur operari. Hac ergo sententia, quæ ante processerat, Crescite & multiplicamini: non incipit ad Gene.1. creandũ, sed ad creaturæ, quæ fuerat concessa, pernicié. Mulier ad pariendũ filios, dolor additur, difficultas imponitur, non procreationis noua forma cõponitur: nam si ex hoc recte generatio sperat̃, magis intelligi potest arbitrio serpentis generationem extitisse, q̃ dñi: & est verum, vt ait ille, Progenies viperarum. Si quis autem se existimat ita natum, quid mereatur, aduertat, vt ꝓpter peccatum amplificaretur ei dolor partu, vt quæ modicum doloris habitura erat filiorũ crescret ei causa delicti: quia & cum gemitu & mœrore pariuntur, nati aũt sine tristitia non habentur. Nunc tertio promitur in virum sententia talis. Q̃m audisti, inquit, Gene.3. vocẽ mulieris tuæ, & edisti de ligno, de quo præceperam tibi ne ederes ex eo, maledicta terra in operibus tuis, & in mœroribus tuis edes ex ea omnibus diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi. Et hinc idem Adam ad hoc reuocatur, ad quod fuerat factus, sed cum decremento. Ante.n. positus erat, vt operaretur terram simpliciter, vt sequeretur eum laboris effectus: at vbi autem spreuit præceptum dei, melius sibi procurari credens consilio serpentis q̃ fecerat deus, ad institutum pristinum reuocatur cum laboris dispendio: vt terra ei secũdum laborẽ C minime responderet maledicta non sibi, sed operibus eius, vt ostenderetur propositum dei subuerti nõ posse, neq; melius posse quẽquã prouidere q̃ deũ. Nemo.n. põt alterius opus plus diligere, q̃ ipse qui fecit, dicente Ephe.5. Apostolo, Quis nemo, inquit, carnem suam odio habet, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Videamus nunc sequentia legis, an concordent cum initijs eius. Abraham cum placuisset deo, inter Gen.18

cætera

cætera quæ ad remunerationem fidei eius pertinent, cum senior esset, vnum filium generare dignus est iudicatus. Q̃o ergo accusari potest, quod pro merito concessum videtur, vt qui ipsius dei voluntatem fecerat, deus voluntatem eius impleret: quæ minime fuisset impleta, nisi innoxia esset: nec deus impleret quod male vel imperite poscividebat, maxime ab eo qui sibi placeret, hoc
1.Reg.1 enim nec homini conuenit? Et Anna cum sterilis esset, & deum diligeret, petijt vt haberet filium, & accepit: quod si contrarium esset, moneri potuit ab eo quem diligebat, ne rem postularet aduersam. Et natus ex ea sanctissimus Samuel, filios genuit, non tamen iustitiæ suæ merita minuit. Prima.n. ætate sua semper auctus est, vt in senectute pro- D pensiori dei testimonio commendaretur. Et
Luc.1. Zacharias sacerdos vir iustus, in senectute sua dei nutu genuit filium: quo nondum nato, meruit prophetare. Qua ergo ratione accusatur, quod minime obesse probatur? Et quis neget bonum debere dici, quod neminẽ lædit? Et vt hoc loco aliquid de Apostolis dicatur, quod ad robur pertinet causæ, certe sanctus Ioannes castimoniæ fuit custos: cõdiscipulus autem eius. i. sanctus Petrus, vxorem habuisse cognoscitur: & primatum vt acciperet inter Apostolos, non ei obstitit generatio filiorum. Quomodo ergo condemnandum putatur, quod nõ impedit meritũ? Hinc Apostolus eum, qui vxorem habeat, si in cæteris seruet mandata, sacerdotem fieri posse ac debere ostendit. Quod si illicitũ esset, non poterat vtique peccatorem dicere debere fieri sacerdotem. Et quid tam apertum? Eiusdem enim Apostoli vox est di-
1.Co.7. centis, De virginibus autem imperium domini non habeo. Cum enim Corinthij exagitarentur ab hæreticis, qui in hypocrisi nuptias damnandas docebant, consuluerunt Apostolum literis, an liceret nubere, an vxorem remittere. Tunc præcepit Apostolus, non debere vxorem à viro recedere, cũ habuerit occasionem dicendi, si sciisset, sic do- E cendum, non licere nubere: quomodo quod sibi non sit traditum, docere se non posse ostendit. Quis audet discipulorum docere, quod à magistro traditum non est? Vel quis
1.Ti.5. non audiat prædicantem, Volo adolescentulas nubere, filios procreare? Sed forte dicatur, Si licet, & bonum est nubere, cur sacerDe matrimonio sacerdotum. dotibus non licet vxores habere. i. vt ordinatis iam non liceat conuenire? Quis nesciat vnumquodque suam legem habere? Est enim quod omnino generaliter omnibus non liceat: est item quod alijs licet, & alijs non licet: & est quod aliquando licet, & aliquando non licet. Fornicari omnibus semper non licet: negotiari vero aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari: facto iam, non licet. Et Christiano cum vxore sua conuenire aliquando licet, aliquando vero non licet. Propter dies n. processionis aliquando non licet conuenire: quia etiam à licitis abstinendum est, vt facilius impetrari possit quod postulatur. Vnde Apostolus, 1.Co.7
Ex consensu, ait, abstinendum ad tempus, vt vacetur orationi. Nam secundum legem in ieiunio cædi & iurgari non licet, postea licet: quia maior reuerentia debetur dei cau F sis. Nunquid omne, quod ante cæteros licet, ante imperatorem licet? Quanto magis in dei causis? Ac per hoc antistitem eius puriorem cæteris esse oportet, ipsius. n. personam habere videtur: est enim vicarius eius, vt quod cæteris licet, illi non liceat: quia necesse habet quotidie Christi vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. Et non solum huic concubitus nõ licet, verumetiam ministro eius: quia ipse mundior debet esse, quia sancta sunt quæ ministrat. Nam sicut ad comparationem lucernæ tenebræ non tantum obscuræ, sed etiam sordidæ sunt, ad comparationem autem stellarum lucerna caligo est, ad solis vero comparationem stellæ nebulosæ sunt, ad dei autem claritatem sol nox est. Ita & quæ ad nos licita & munda sunt, ad dei autem dignitatem quasi illicita & immunda sunt: quanquam enim bona sunt, dei tamen personæ non competunt. Nunquid non tunica mediocris hominis, quanuis munda, imperatori tamen sordida & illicita est? Similiter & Saxonicia senatori: ac per hoc antistites dei puriores esse debent quam cæteri, quia & Christi habent personam & ministros Dei mundiores esse oportet. Nemo, enim imperatori ministrat, nisi vestimentis claris & mundis indutus: deus aũt quia natura clarissimus est, ministros eius natura magis q̃ G
vestibus mundos esse oportet, Cui laus & gloria in secula seculorum. Amen.

FINIS.

Inter

ADMONITIO LECTORI.

INter alia nanq; incidimus in vetustissimum exéplar diui Victoris ad muros Parisienses, in quo mirum dictu quàm variarẽt omnia ab exemplaribus alijs & scriptis & typis expresis, Conueniebat alicubi à capite vsque in medium, à medio nihil consonabat quæstioni. Alibi in fine pulchre congruebat, sed erat sine capite fabula, Interrogationi subinde responsio accinebat
I vt tibiæ tuba. Multæ insuper erant nõ spernendæ, hactenus nunquam formis excusæ, quod diligenti collatione animaduertere licet.

QVAESTIONES EX VETERI Testamento.

1 ADuersum eos qui negãt ad deum aliquid pertinere.

Multis, quos secularis ista caligo cæcauit, plurimum displicemus, si soliciti dei præcepta seruemus, si occasiones delinquẽdi fugiamus, si bona omnia salutari studio implere conemur, si illecebrarum, vitiorumq; blandimẽta seductoria negligamus, si nulla nos seculari dulcedine capi patiamur, si sponte pro dei nomine cruciatus pœnasq; subeamus, si mortem ipsam virtute spiritus contemnamus. Illis nimiũ quibus omne quod geritur, sensus iste mortalis nec laude, nec vituperatione dignum esse persuasit. Nolunt enim ad deum horũ aliquid pertinere. Nõnulli adeo scelera sua criminaq; defendere cupientes, nihil, inquiunt, prodest bene an male viuas. Neque
K enim ista nunc deo cura est, vt te diuersa p instituto proprio morboq; gerentem solicite festinet aspicere, & fœdis aliquando tuis actibus oculos permiscere. Vana sunt omnia, quæ vt libitum fuerit celebrantur: is qui ad deũ pertinet, secretus est & remotus ab istis rebus humanis, & ideo nec irascitur, nec mouetur, nulla illi humanarum rerum, nulla nostri actus est cõtemplatio, totus rotati seculi cursus, & quædam mundani orbis inexplicabilis volutatio, ita correptum rapit & proijcit, vt stultus credatur, quisquis se ad curã dei reuocare posse putaret. Nec martyrum quidem probabilis est animus qui deum suum quem misericordem esse pronunciant, effusione sui sanguinis æstimant delectari. Nihil illi charum in nobis, nihil est odiosum: nulla mortis nostræ conditione nulla sanitatis integritate lætatur: nec quid vbi geratur scire desiderat, non q̃ impossibile sit maiestati diuinæ omnium ferè quæ gesta sunt vel geruntur habere notitiam, sed q̃ scire nolit miserias hominum, vanitatesq; mundanas. Sic denique scriptũ est, Vanitas vanitatum vniuersa vanitas. Ecclesia
Quorum sententia desperatione firmata, vt stes 1.
dei iussus authoritate dissoluitur, sic ipsorũ L
sacro sermone vulgari, qui maximus habetur in vsu, conuincitur expugnata. Nam cũ inter negocia diuersorumq; cõtractus fides perfidiaq; contendunt, vt testis diuinitas adhibetur: quæ aliquando quid agamus scire negatur. Testis est, inquiunt, deus, Deus videat, Deus iudicet, Deus faciat, Deus reddat. Et cum ad necessitatem iurisiurandi venitur, & iurantis animus metuit ne sibi aliquid obueniat peieranti: & iusiurandum exigit, & reddi ei posse confidit, qui sibi male iurauit. Et cum sanitas exoptata & bona valetudo fuerit consecuta, diuinitati gratiæ referuntur. Et cum aliqua decidente materia casu proximus illæsus euaserit, deus bonus dicitur præstitisse. Et cum aduerso ventorum flatu commoti æquoris fluctus insurgunt, & nauis vndique cæsa quassatur, naui gantium turbæ ad cœlum manus extendũt, deum voce supplici deprecantur, & exaudiri se & liberari posse confidunt. Vnde hæc si deo nulla nostri est cura, si quid agamus ignorat? Inanis est igitur ista persuasio. Omnia deo sunt cognita. Nullus sibi de impunitate commissorum scelerum blãdiatur. Bonæ vitæ maximus fructus est, malæ perpetua pœna & æterni cruciatus. Igitur no- M
bis qui deum omnia nosse credimus, qui deuote ad martyrium festinamus, inæstimabilis fructus, perpetua vita præstabitur: impijs vero, qui deum scelera sua, criminumque nescire docuerunt arcana, ignis flamma cõsumens, incendiumque semper indeficiens ministrabitur. An spiritus qui super 2
aquas ferebatur, spiritussanctus intelligatur, Gen. 1.
quia dictum est, Spiritus dñi ferebatur su- Supra in
per aquas. Si ideo à quibusdam spiritus- mixtis.
sanctus putatur, quia dei esse spiritus legi- q. 106.
tur, inualida & inanis assertio est. Non solum enim ordo hoc non patitur, & ratio abnuit, sed & verba ipsa infirma probantur ad

ad hanc assertionem astruendam. His enim verbis aliud dictum significatur frequenter
Gen. 6. in lege, Ait autem dominus deus, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, p̃pea q̃ sint caro. Et in subiectis, Sed deleã, inquit, omnia, ab homine vsque ad pecus. Hoc vtiq; dicit, quia diluuium inducere habuit super terrã. Nũquã hic spiritussanctus potest intelligi. De animabus.n. dixit, Nam non solũ nostrę animæ spiritus dicũtur, sed
Gen. 7. & pecorum. Sic enim scriptum est, Et mortua est omnis caro in aqua, in qua erat spiritus vitæ. Et in Ezechiele Propheta sic dictũ
A est, cum de reformatione hominum promit
Eze. 37. tit deus dicens, hęc dicit dominus ossibus istis, Extendam super vos cutem, & dabo in vos spiritum meum & viuetis. Non vtique ex eo spiritussanctus debet intelligi quia dictum est à domino. Dabo spiritum meum in vos: cũ manifeste de anima dixerit deus. Commune est enim hoc omni spiritui cum sancto spiritu vt similiter dicatur, omnis spiritus, dei spiritus. Intelligentia enim hic necessaria est quæ discernat res vnius nominis. Nam dei vtiq; spiritus dicitur, & anima hominis spiritus dicitur, & ventus similiter, & aer, & anima pecoris, & angeli, & quęcũque acceperunt vt viuant per substantiam propriam. Sed iam per intelligentiam discernis aliter deũ spiritũ dici, & aliter creaturã sicut aliter intelligis Christum dici filium dei, & aliter homines vocari filios dei. Quotienscunq; autem spiritum qui proprie de deo est vult scriptura significare, addit dicens, spiritumsanctum: vt per hoc non creatura intelligatur. Sed quia de deo est, non aliud esse quàm est deus creator. Moyses autem cum creaturam hylicam. i. cõfusionẽ rerum describeret, quæ vtique sensu bruta est, super terrã & abyssum. & tenebras spiritũ dei superferri interlocutus est, vt ex eo spi-
B ritu & loco in quo ferebatur, superior creatura, quam spiritalem dicimus, cognoscatur. Nam & ex eo q̃ superferri illum, dixit creaturam illum significauit, quia omnis creatura dei fertur virtute à quo accepit vt sit. Nam quis ordo est vt spiritussanctus super aquas ferretur, quem constat vtique super
Col. 3. omnem esse creaturam? Si enim Christus in dextera dei est super omnes cœlos, illic est & spiritussanctus. Res enim vnius naturæ vnitę simul sint oportet, quanquam vbique deus esse nõ negetur. Hoc est trinitatis potestas, tamen debita honorificentia etiam reseruatur, vt super omnem creaturam esse dicatur, vt proprium illi hoc sit. Quare & Matt. 6.
dicimus, vt Pater noster qui es in cœlis. Et, 1. Tim. 6
Qui lucem habitas inaccesibilem. Si Adam factus à deo & animatus, spiritumsanctum accepit: quia scriptum est, Insperauit deus in faciem eius spiritum vitę. Non erat ordinis vt acciperet spiritumsanctum, quia hoc imposterum reseruatum est à deo, vt in nouissimis diebus cum mysterium vnius dei manifestum est daretur credentibus. A principio quidem prædicata est trinitas, sed quasi sub velamine erat intelligẽtia eius. dei enim patris primum persona sine cunctatione & figura prædicata & manifestata C
est, quia ab ipso sunt omnia. Filij autem, eius domini nostri Iesu Christi, & spiritussancti personæ non tacebantur, sed neque manifestabantur. Denique de domino fit à perfidis quæstio, & de spiritusancto. Quidã enim dementes spiritumsanctum ipsum patrem dicunt, sicut & Sabellius ipsum dicit patrem quem & filium. De dei autem patris persona nemo dubitat. Cum ergo trinitatis fit manifestatio, tunc demum spiritussanctus datur credentibus, vt & persona eius manifesta sit, & accipientes illum, signum habeant, quia filij sunt dei, per id quod spiritum dei, qui de deo vtiq; est, habent in se. Perfectionis enim significatio hæc est cum scitur & pater esse & filius & spiritussanctus. Hæc perfectio hoc tribuit donũ. Aduenies enim filius dei, & hæc adaperiens ac manifestans, plus aliquid habuit dare, & dignũ fuit tribuere perfectionẽ hanc credẽtibus, quia nec in filio, nec in patre solo perfectio est vel salus, Sed in nomine patris & fi-
lij & spiritussancti. Vnde dicit Ioannes E- Ioan. 1.
uangelista, quia de plenitudine eius nos oẽs accepimus, gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est, Apertum est ad- D
uentente saluatore plenitudinẽ factã ueritatis. Quæ enim latebãt, & quod pmissum est dum reuelatur & manifestatur, plenitudo sit veritatis, tũc credẽtes accepto spiritu sancto fiunt filij dei. Nã inspiratio quæ dicitur facta à deo in Adam, animæ traditio est. Spiritus.n. frequenter pro anima ponitur, dicente Euangelio inter cætera, Et reuersus Luc. 8.
est, inquit, spũs eius ad illa. Et in Psalmo, Spi Psal. 50.
ritũ, ait, cõtribulatũ, & cor cõtritũ deus nõ li. 1. con
spernit. Frequenter tamẽ aliqui codices nõ tra adue
sic habe quia insperauit deus: sed, insuf-
flauit

lege & p
ph.c.14. flauit deus in faciem eius spiritum uitæ, &
Gen. 7. factus est homo in animam viuentem. Non
quia dixit, spiritum vitæ ideo spiritúsanctũ
significauit. Nã & de animalibus ita ait, In
quibus erat spũs vitæ. Spũs vitæ, dicitur, qui
4 animat corpora ad uitã. Cur Adã in mũ
do positus mandatũ vel legẽ accepit, cũ ipse
dominium cæterorũ haberet? Quãuis in
mũdo dñs positus sit Adã, tñ quia nõ vtiq;
ex se, sed à deo id accepit, debuit huius rei si-
gnificationem ex lege accipere, vt ipse qui
dominus videtur, per legem subiectus ei es-
set qui illi hanc dederat potestatem, vt au-
thoritas creatoris reuerẽtiã illi faceret p le-
gẽ, ne dominatio tãta extolleret illũ, & im-
5 memor fieret dei cõditoris sui. Cur deus
E dicat, Non permanebit spiritus meus in ho
minibus istis quia sunt caro: anni illorũ cen-
tũ viginti, &c. Cum gigantes essent illis
diebus super terrã, pestiferi & superbi à ma-
gnitudinis statura elati, post desideria car-
nis euntes, nati Apostatę. Tunc cũ displice-
ret deo, promisit genus humanum diluuio
deleturum & tempus statuit, vt si quis forte
ira dei audita & indignatione super hoc vel-
let se corrigere, haberet spatium emendandi
se. Deniq; centum annis arca hac ratione
videtur fabricata. Ante arcæ autem inchoa-
tionem viginti anni fuisse perhibentur. Sed
narratio istud quod post quã de numero an-
norum Noe dixit, subiecit, obscurare vide-
tur. Ná hæc sententia antequam quingen-
Gen. 6. torũ annorũ esset Noe, dinoscitur lata. Qđ
enim dicit, Non permanebit spiritus meus
in hominibus istis: Propterea & subiecit,
quia malitia increuit super terram, Delebo
hominẽ à facie terræ vsq; ad pecus: qđ vtiq;
diluuio facto impletũ est. Nam & post di-
luuiũ multis annis homines vixisse memini
Nu.20. mus: & Aarõ frater Moysi cẽtũ viginti tres
F annis vixisse memoratur. Ipse aũt Moyses
Nu. 27. vt centũ & viginti annos trãsire nõ posset,
fecit quod deum in contradictione aquæ nõ
clarificauit. Nam intraturus erat in terrã p
misionis, si non obstitisset peccatũ. Videtur
enim hoc quibusdam dictum ad tẽpus. Moy
2.Pa.24 si pertinere cum inueniatur Ioiada sacerdos
6 centum triginta annos vixisse. Quid cõ-
Gen. 48 tineat benedictio Iacob quam dedit filijs
suis. Non solum ex præsentibus causis fu
tura vniuscuiusq; tribus prædixit, sed & de
futuris futura, quorum adhuc vmbra non
erat, in populo Iudaico significauit. Qua-
les enim futurę essent singulæ [illegible]bus mori-
bus, fide, disciplina, luxuria, petulantia, con-
temptu fidei, vt cum de vno erant & tñ vnũ
non seruarent, ostẽdit. Aliqui.n. profecerũt
in melius, alij deteriorauerunt, alij perman-
serunt, ut per hoc non sibi prærogatiuam
generis uendicarent, cum ab eoipso prædi-
ctum esset, quosdam ex his, qui utiq; ex eius
essent origine, reprobos futuros, immo mul
tos perituros, ita ut alij significarentur sub-
intrare qui ad eorum dedecus, & damnatio-
nem insererentur in naturam ex qua illi
exciderunt. Promiscuum ergo populum in
omnibus tribubus futurũ declarauit. Qua
uarietate tam boni sed pauci, quàm mali sed
multi intelligerentur. Et quanuis sceptrum
dederit filio suo Ioseph ad tempus, Iudã tñ
præfecit omnibus. Non q̃ oẽs ex Iuda ido- G
nei essent futuri. Sed quia saluator, qui uere
rex est, ex ea tribu oriundus erat secundum
carnem. Cur angelus missus loqui ad
Moysen, in igne & rubo apparuit. Natu- 7
ra angelica secundum se simplex est, cuius Hæc nu
substantia superiora appetit non inferiora. m.40 q.
Ideoq; dominus in igne apparuit, cuius na- uete. &
tura semp ad superiora tẽdit, vbi Christus noui te.
est. In rubo aũt idcirco quia & spinas habet, supius a
quæ noceant, & facilis est ad cõbustionẽ, & lijs uer-
tamen ab igne non combustus est. Igne fac bis &
esse legem quia peccatoribus ignis est. Ru tẽtijs ha
bus aũt in peccatis significatur quia à sal- betur.
uatore ad cõparationẽ cęterorũ rubus mala
arbor significata est: Et peccata nihil aliud
quàm malitia. Igitur ignis cum in persona
legis apparuit, non tamen exusit rubũ, sicut
lex data pręteriti peccati causa, id nõ vtiq;
uindicauit, sed magis abstinuit uim iustitiæ
suæ, ut postea iam data si cotempta fuisset,
uindicaret. Hac ergo causa dominus in
igne & rubo apparuit, quia in rubo ignis
legem significauit. Non fuit aliud signũ 8
quod fieret à Moyse palam Pharaoni, nisi
serpens. Qui hoc reprehensibile putat, di
cat quid aliud fieri debuit. Ná vtiq; serpẽtẽ
fecit, qui & terrorem incuteret, non tũ obes-
set, per id quod stupore quodàm ad nocẽdũ H
tardior est. Si enim leonem fecisset, aut ur-
sum, aut aliud tale, quomodo euaderent qui
aderant? Nec enim occidere uoluit quem-
quam, sed solum timorẽ ponere, & ostẽdere
uirtutem, ut quia prima præuaricatio per
serpentem cœpit, similiter & recordatio co-
gnitionis dei & morum emendatio serpen-
tis signo proueniret, ut quomodo peccatũ
est, sic & emendaretur: sicut & per mulierẽ
peccatum

peccãtum factum, per mulierem sublatũ est,
Mariam matrem. s. domini, ex qua Christus
natus damnauit peccatum. Eua virgo adhuc
puaricauit, sicut & Maria virgo erat. Hoc
ergo modo ad statum pristinum reuocata
sunt, quæ perierant. Quia & regnum per li-
gni gustum amissum erat, & iterum per li-
gnum quæsitum est. Dominus enim ait, re-
gnauit à ligno. Simili mõ & mundus in quo
factus est, in eo & reformandus est. i. in prin
cipio mensis primi, quod est Pascha. Nulla
ergo mala erit natura nisi sola præuaricatio
quando peccatum per id emendatum est,
I per quod & admissum est. Si vnus deus
est, cur in tribus spes salutis est & non in
duobus aut quatuor, aut certe in eo vno: &
quare non est trinitas prius prædicata.
9 Vnus quidem est deus, sed non singularis
Deu. 6. est. Habet ex æternis in mysterio alterum
Supraí qui sit cũ altero. Et qm̃ deus pater in se ha-
q. noui bet alterum cum altero, sicut dixi, dignum
testa. nu fuit vnum prædicare prius non manifesta-
mer.87. to mysterio qđ erat in ipso. Qm̃ caput filij
pater est, & caput spirituſſanctı filius, quia
de ipso accepit: & sicut pater misit filiũ, ita
& filius misit spiritumsanctum. Postq̃ aũt
cognitus est deus ex quo sunt omnia, tunc
scientibus se manifestauit filium suum quẽ
ex æterno habuit apud se. Manifestatus aũt
filius ostendit patrem esse qui prius vnus
deus prædicabatur esse. Quo cognito palàm
fecit esse etiam spiritumsanctum qui tertius
sit à patre, secundus autem à Christo, se-
cundum numeri ordinationem, iuxta sub-
stantiam aũt nõ esse & nõ differre alterũ ab
altero: & hoc ex æternis fuisse in mysterio
dei, qui in trinitate est adorãdus. In eodẽ. n.
honore vult recipi quod ex ipso est in quo
recipitur ipse à quo est. Dignũ. n. est quia in
ipso fuerunt, & omnia per filiũ facta, & per
spiritũ sanctũ sunt illuminata, in trinitate
salus prædicetur, seruato ordine personarũ
K vnius diuinitatis indiscreta adoretur pote-
stas, vt ergo tres sint non plus aut infra, ra
tio facit: quiá omnis numerus vsq; ad tres p
tenit. Tres enim quia inuicem in se sunt,
vndique trinitas annunciatur, quia in vno
tres sunt, & tres vnũ sunt: vnum qui videt,
10 videt tres, dum nihil differt alterum ab al-
tero. Tres ergo vnum, & vnũ tres. Hæc est
trinitas vndiq; perfecta. Et hæc est trinita-
tis intelligentia, quæ tũc perfecta est si vnũ
dicantur. Vt quid circuncisio & præce-
pta data sunt populo, q̃ prius non erat, neq;
nunc in authoritate habetur. Circunci-
sio signum est fidei Abrahæ, vt cum in filijs
eius hoc signum videretur, scirentur eius
filij esse qui deo credens hoc signum acce-
perit. Præcepta aũt sabbatorũ, & pteritorũ Gen.17.
testimonio data sunt, & futurorum quæ ha-
berent figurã. Futuri. n. sabbati, qđ in æter-
nis dabit requiem, figura est hoc sabbatum
quod in hebdomadam impletũ factum est.
Escarũ aũt lex nõ primordio legis data est,
sed cum duce perfidia de verbis & pmissis
fidem nollent dare, ad duritiam cordis sui
acceperunt præcepta non bona sicut dicit Eze. 20
Propheta. Id enim actum est, vt ceruix eo-
rum premeretur, ad profectum illorum. Su-
perbis. n. hominibus & contumacibus, non
debuit tota creatura subijci. Postea autem L
misericordia dei veniente, reddita est liber-
tas edendi. Vnde dicit Petrus Apostolus,
Quid imponitis iugum sup ceruicẽ fratrũ, Act. 15:
quod neq; nos neque patres nostri portare
potuimus? Si propter diffidentiam & de- 11
tractiones dum acceperant Iudæi mandata,
quia peccauerant filij eorum: vt etiam ipsi
his mandatis astringerentur. Patribus da
ta lex est, quæ filijs similibus oneri esset.
Nam postea non minus, sed forte amplius
in deum peccauerunt, quàm patres illorum.
Præterea enim deus, filijs magis hanc legem 12
dedit, quia illi omnes in eremo obierunt.
Cur in lege etiam ipsi Aaron dictum est, vt
pro peccatis suis holocausta offerret, cum
dicat Dauid, Pro delictis holocaustum non Psa. 29.
postulasti. Et in subiectis, Holocaustis non Psa. 50.
delectaberis: quomodo offerri prꝯcepit quo
non delectatur? Manifestum est holo-
caustis deum non delectari, sed pro satisfa-
ctione peccati gemitu & dolore cordis ve-
niam posse mereri. Sacrificium autem te-
stimoniũ peccati voluit esse, vt se peccator p
oblationem sacrificij confiteretur peccasse?
Remissio autem qũo obtineretur, ipse alio
loco ostendit dicens, Frange esurienti pa- Esa. 58.
nem tuum. Si videris nudum vesti, & do- M
mesticos seminis tui ne despicias: aut certe
cor contritum & humiliatum deus non sp-
nit. Primum ergo confitendum delictum
monuit, deinde quomodo ignosci possit, o-
stẽdit. Nam nunq̃ pro manifesto delicto sa-
crificium mandauit, sed pro ignoratis, quia
etiam cum nescit homo peccat, & cum se
putat recte agere, intentione quadam de-
linquit. Tale peccatum dixit per sacrificium 13
posse pur[illegible]ri. Quid est vt missa mors

In

in Iacob, venerit in Israel: cum Iacob sit ipse Israel? Vnius populi duo nomina posuit. Nam vtique qui prius Iacob dicebat, Esa. 9. Sap. in q. vete. test. nu. 37. postea accepit nomen Israel, cũ colluctatus est cum filio dei, & uidit cũ per intellectũ homo videns deũ. Populus ergo quem Iacob nuncupat, hoc in loco, & in hac causa non videns deum intelligitur, sed quasi carnalis habetur, propter opera bona: vt sicut Iacob prius quam videret deũ Christum, non dicebatur Israelita, & hi dũ populus dicitur Iacob, non videntes deũ designentur. Israel autem populũ dicit, qui operibus dei factus dignus habetur videre deũ. Itaq; populus Iacob, quia carnali fretus erat auxilio desperans de adiutorio dei, idola. n. diligebat, traditur morti, dum excitatur aduersus A eos rex Assyriorum. De Samaria aũt hoc dictũ intelligitur ab Esaia Propheta, q̃ prius malum fecit coram deo, vaccas instituens quibus sacrificarẽt noua sacerdotia, aduenie te Hieroboam, mors ad eos missa est. Primi enim ipsi capti sunt, & transmigrati à Salmanasar rege Assyriorum, vt illorum exemplo populus Iuda & Beniamin & Leui, quę duæ tribus remanserunt, & dimidia in Hierusalem Roboam filio Salomonis, quæ in templo domini per sacerdotes domini sacrificabant. Hos ergo dicit populũ Israel propter tribum Iuda & Leui, & qui & ipsi cũ exemplo Samariæ territi recte agere debuerunt, maligne fecerunt idolis seruientes: tamen fuerunt aliquanti reges in Hierusalẽ, qui post excessum Salomonis, & filij eius Roboam, viam secuti sunt Dauid, recte ambulantes in conspectu dei. Omnes aut̃ reges Samariæ maligne egerunt in conspectu domini vsque ad transmigrationem suã. Ideoque carnali nomine nuncupati sunt. Et quia Hierusalem eorum impietatem secuta est, traditur etiam ipsa in captiuitatẽ Nabuchodonosor regi Babyloniæ: & hoc B est mississe mortem in Iacob, & venisse in Israel. Missa est enim in Samariam, sed dum causa per quam missa est in Samariam inuẽta est in Hierusalem, missa illuc uenit etiam in locum quo eadem res. Non enim locũ sequitur vindicta, sed causam. Si anima 14 quæ peccat, ipsa morietur, quid est vt Char Sap. in q. uete. test. nu. mi peccante triginta sex viri occisi videantur causa eius? Charmi quidem peccauit, & mortuus est lapidibus. Illi autem trigin 26 taſex viri qui in pugna mortui sunt, non Iosue. 7. vtique presi à deo sunt, sed [illegible] adiuti. Imbecillitate enim sua, dum fortiter facere nequiuerunt, occisi sunt. Charmi ergo causa hæc præstitit vel obfuit, quia qui adiuuari habuerant, neglecti à deo sunt. Hinc ergo est, quòd Iesus filius Naue cõtristatus excidit vestimenta sua, quia intellexit deum adiutorem suum auxilium subtraxisse in hoc loco. Quid est quòd dicit 15 Propheta, Lætare sterilis quæ non paris, Esa. 54. erumpe, & clama quæ non parturis: quia Sup. in multi filij desertę magis quàm eius quæ habet virum. Duas matres hoc in loco intelligimus cœlestem & terrestrem. i. Hierusalem 40. Gala. 4. C liberam, de qua dicit Apostolus, quæ est mater nostra: & Hierusalem istam quam seruire dicit cum filijs suis, hoc est Iudęis. Propheta enim aduentũ domini prædicans, & tempus gratiæ plenũ in exultatione vocis obtestans, Hierusalem cœlestem, quæ ideo deserta dicta est, quia inhabitantes filiõs per fidem generatos non habebat, lætari debere hortatur. Tempus enim venerat, vt haberet filios olim prædictos & multo plures q̃ fuerant huius Hierusalem: quia Christiani supergressi sunt numerum Iudæorũ. Sterilis ergo dicta est, quia virgo est, quæ non per cõmixtionem & complexum generat filium, sed per solam fidem spiritaliter. Vnde nec parturire dicitur, Quæ enim parturit, dolores patitur. Hæc enim exclamat in lætitiam salutis humanæ. Hierusalem vero terrena ideo virum habuisse dicta est, quia carnaliter generabat. Ciuitas enim quasi in matrem est significata, sicut & habitatio cœlestis illa ad quam vocamur, mater nostra dicitur. Benedicat terra do- 16 minum, ait, hoc est laudet, & confiteatur Danie. 3 virtutem tuam: quomodo ergo in Psalmis, Psal. 29. Nunquid confitebitur tibi, inquit, pul- Sup. in uis, aut annunciabit virtutem tuam? Nõ q. uete. est sic intelligendum vt legitur, & sonant test. nu. verba. Neque enim sensum habet terra vt 38. gratias agat creatori. Si aũt spiritaliter hoc D acceperis, terram hominẽ intellige, secundũ Ps. 102. dictum Prophetæ, Memento domine quoniam terra sumus: quã operam facti mundi in laudẽ creatoris prorumpere exhortatur, vt confessionẽ veritatis eius aquirat illis, quę licet taceat, clamare dicitur laudẽ creatoris cuius opus est. Hæc ergo causa est quòd in creatione terra deum dicitur benedicere. In sole, inquit, posuit tabernaculũ 17 suum, id est, corpus suum in quo habitauit Psal. 18. Christus, qui à Pilato flagellis cæsus est, quomodo

Psal. 90. quomodo ecgo dicit in Psalmo de Christo, Flagellum non appropinquabit tabernaculo suo: quippe cum templum suum dixerit? Et filij hominis, & dei filij corpus templum esse intelligitur. Deus tamen, id est dei filius, quanuis in carne venerit, in animo tamen habitauit: Ergo tam anima q̃ corpus tabernaculum est filij dei, licet vnus sit deus, & homo filius dei, & filius hominis. Ergo ex hac parte, flagellum nõ appropinquasse dicitur tabernaculo eius. i. anima eius, in qua habitat diuinitas eius, immunis E fuit à pœna inferni vel principum eius. Ne quia hic quasi peccator, cum sit innocens crucifixus est, & passa est caro, aliquid mœstitiæ apud inferos anima eius passa putaretur, ostendit scriptura non potuisse animam eius turbari apud inferos, quia ad hoc descendit, hoc est pati se permisit, vt confunderet tenebras, & principes earum remitteret Mat. 26. Mar. 14. hebetes. Vnde & ipse dominus ait, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Permissa est enim quod naturæ suæ erat, vt tristaretur, trophæum protinus referens & spolia eorum à quibus contristata fuerat vsque ad mortem, post mortem iam in eterno gaudio constituta. Potest & de toto homine intelligi: quia qui peccatum nescit, à lege flagel- 18 lari non potuit. Cur Salomon spiri- 1. Reg. 3 tum sapientiæ habuit, cum vitam mun- 1. Reg. 11 dam non habuit? valde enim mulieribus delectabatur, ac per hoc peccabat. Primum merito suo accepit spiritum prudentiæ, postea vero quàm mulieribus nimium cœpit vti, & per hoc peccare, si habuit spiritum sapientiæ, regni merito habuit: sicut & Na- Dan. 3. buchodonosor regni merito in camino Chri- 19 stum vidit. In Salomone, Spes est, inquit, Eccleſia stes 9. in tenebris: melior est canis viuus leone F mortuo. Tenebræ ignorantiam significant & gentilitatem: quia spes est in gentili potius, quàm in apostata. Hunc enim dicit leonem mortuum, hoc est Christianum apostatam: quoniam quandiu in fide durauit, leo erat: At vbi recesit, mortuus dicitur. Canem vero gentilem dixit, de quo spes est vt credat. Quandiu viuit enim speratur de illo. Illius autem spes peribit, Nam canem, gentilem significari saluator Mat. 15. ostendit dicens, Non licet panem accipere 20 filiorum, & mittere canibus. In sapientia, Qui creauit, inquit, orbem ex materia inuisa: & contrà, quia ex nihilo facti sumus. Sapiẽ. 1. Deum simul confusas substantias creasse, scripturarum sensus declarat, permixtas vtique tenebris, hanc confusionem rerum .i. aera, ignem, aquam, terram, tenebras, materiam dixit inuisam, sicut in Genesi legi- Gen. 1. tur, Terra autem, inquit, inuisibilis & incõposita. Ex hac ergo confusione creauit orbem instituto firmamento, vt intra ipsum aquis congregatis in vnum, habitatio fieret generi humano. Distinctis. n. & discretis substantijs, in concauo domum habitabilem fecit.

QVAESTIONVM SECVNda pars ex nouo Testamento.

CVr facta & dicta dominica quatuor voluminibus à quatuor scriptoribus sunt in scripturam digesta. 1

Cõgruum fuit annũ dñi acceptabilẽ, sicut dixit Pro- Esa. 61. pheta, à quatuor voluminibus veluti quatuor vicibus contineri. Sicut. n. annus quatuor temporibus euoluitur, ita vt inuicem sui egeant, ita & gesta & dicta dñi quatuor libris definita sunt, ita vt alter alterius indigeat. Simul autẽ plenitudine perfecta sunt. Vt autem à quatuor scriptoribus ordinarentur, hæc fuit causa vt quia temporum diuersa sunt nomina, Euangeliorum quoq; essent diuersa vocabula. Et siqua videntur in verbis contraria, sensu tñ non discrepant, per interpretationem aptam causæ, sicut tempora cum videantur vtique diuersa nomine, aere, & cursu syderum, in effectu tamen eorum quæ gignuntur non discrepant. Qm̃ 2 constat quatuor libros rite conscriptos ge- H storum & dictorum dñi, sciendum quis ordo eorum sit. Euangelium ordinatione colligitur magis q̃ tempore. Matthæus ergo primus ponendus est, quia ab ipsa promissione sumpsit initium. i. ab Abraham cui facta promissio est incarnationis dñi nostri Iesu Christi. Post hunc Lucas, quia incarnationem hanc quomodo facta est narrat. Tertius Marcus, qui Euangelium quod prędicatum est à Christo, testatur in lege promissum. Quartus aũt Ioannes, quia hunc qui promissus est Abrahæ incarnandus, & à Luca quemadmodum incarnatus est dictum est, & à Marco Euangelium eius iuxta Esaiam Prophetam prædicatũ ostensum est, aperta voce ostendit deũ dicens, In principio erat verbum, & verbũ erat apud deũ, Ioan. 1.

3 & deus erat verbum. Quare Matthæus
Matt.1. Euangelium Christi describens dicit, Liber
generationis Iesu Christi filij Dauid: cum
prior sit Abraham. Propterea sic cœpit vt
prius de ipso diceret à promissione incarna
tionis eius genealogiam describens, sicut di-
Rom.9. cit Apostolus, Quorum patres & ex quibus
Christus secundum carnē: Ideo dixit, Liber
I generationis: quia ex multis & diuersis in-
carnatio Christi constitit, vt quia ex vno di
uersi esse cœperunt, de omnibus corpulen-
tiam traheret. De Iudæis & gentibus, & de
dignis & indignis, quia Ruth Moabitida
fuit, & Bersabeæ ex mœcha facta vxor est,
vt omnium carnem ad se trahens, ad vnita-
tem illos geminam reuocaret. Idcirco, Iesu
Christi filij, ait, Dauid, cum prior sit Abra-
ham: quia specialiter Christus dicitur filius
Dauid propter regnum: vt sicut deus de
deo, ita & rex de rege ortum caperet iuxta
carnem. Sicut.n. dictum est ad Dauid, De
Ps.131. fructu ventris tui ponam super sedē tuam.
4 Quid est vt generationes oēs in tres par
Matt.1. tes diuideret supradictus Matthæus Aposto
lus? Causæ faciunt diuisiones & tēpora.
Idcirco ab Abraham vsque ad Dauid distin
xit. Prima.n. pars causæ ab Abraham vsque
ad Dauid est, quia Abraham pater fidei est,
& Dauid pater regni. Saul.n. indignus effe-
ctus, seipsum regno priuauit. Ad Dauid ve-
ro vsque ad transmigrationem alia pars cau
sæ, in qua regnum amiserunt facti reprobi
Iudæi. Post transmigrationem autem Baby
lonis vsque ad Christum tertia pars lamen-
tationis & miseriæ, captiuitatis & dispersio-
K nis illorū: quia quāuis post transmigratio-
nem Babylonis & septuaginta annorū tem-
pus, qñ à Cyro dimissi reuersi sunt ad sua,
nunquam tñ pausam vel requiē habuerunt.
Neque.n. postea Iudæa regnare potuit, sed
soliciti semper & peruagantes fuerunt. Ná
vtique tempore natiuitatis Christi captiui
fuerunt, dicentes: Nos non habemus regem
Ioā.19. nisi Cæsarē. Hac ergo causa Matthæus tres
gradus fecit generationis, vt ēt meritorū &
causarum mutationes ostenderet à promis-
sione facta vsq; ad Christum, Anni aūt tem
pora vsque ad finem in vnam gratiam per-
manere. Quare cum XLI. sint genera-
5 tiones, Euangelista XLII. numerasse vide
Matt.1. tur: Ter enim XIIII. quid faciunt, nisi
XLII? Secundum numerum XLI. gene-
rationes numerantur, iuxta rationem au
tem XLII. probantur. Iechonias aūt in
transmigratione genitus est. i. rex factus, si-
cut continetur in Paralipomenon, finem se
cit secundæ parti. Et quia post transmigra-
tionem remansit in regno permittente rege
Nabuchodonosor, ab ipso incipit tertia pars
q̄ venit vsq; ad Christum. Ideoq; bis cōpu-
tatur, vt & concludat secundam partem, &
initiet tertiā Iechonias. Sic.n. habet, Et post L.
trāsmigrationē Babylonis Iechonias genuit
Salathiel. Vsq; ad istum aūt Salathiel regna-
uerunt qui sunt ex Iuda. s. quorum ex radi-
ce nascitur Ioseph. Nam Iechonias primū
filiū habuit Assur nomine. Sed qm̄ Ioseph
p radicem Salathiel originem trahit, præ-
termisso Assur Salathiel Iechoniæ patri suo
subiunctus est, vt veniretur ad Ioseph, cui
erat desponsata virgo Maria. Nam & post
Iosiam Iechonias sequitur. Sed quia p. Ioa-
chim patrem Iechoniæ venitur ad Ioseph,
prætermisso eo. i. Ioachim Iechoniam po-
suit, vt numerum XIIII. generationum
non egrederetur, & quia post Iechoniam Sa
lathiel & filius eius per quē oritur Ioseph.
Quare in Matthæo pater Ioseph Iacob 6
scribitur, & in Luca Heli, vt aut duos patres Matt.1.
habere imperite descriptus sit, aut certe qui Luc.3.
vere pater sit nesciatur? Non est ambi- Supra in
guum patrem Ioseph Iacob fuisse. Ordo.n. q.no. re.
à Dauid per Salomonem tramitem suū te- nu.56.
nens, recto cursu peruenit ad Iacob, cuius
filius est Ioseph. Heli autem filius Matha-
tiæ, qui à Dauid per Nathan filium eiusdē
Dauid ordinem tenet vsque ad tempus quo
fuit Ioseph. Hi enim duo filij. i. Ioseph &
Heli duorum fratrum, Salomonis & Na-
than, singuli ex singulis fratribus per ordi-
nem generationum suarum peruenerunt ad
tempus quo Saluator aduenit. Vnde singuli
Euangelistæ à Dauid singulorum fratrum
generationum ordines prosecuti quasi fur-
cam fecerunt, vt Matthæus à Dauid per Sa-
lomonem descenderet ad Ioseph. Lucas ve-
ro ab Heli, qui tempore fuit saluatoris, ascē M
dit per traducem Nathan filium Dauid, &
vtriusque, id est Heli & Ioseph iunxit tri-
bum, ostendens vnius generis esse vtrunq;,
vt cum Heli sociato Ioseph non discre
pare eos in generatione, sed fratres ostēdat:
ac per hoc nō solum Saluator filius Ioseph
esse ostenditur, sed Heli. Ipsa enim ratio-
ne qua Ioseph pater Saluatoris est, & Heli,
& cæterorum omnium qui de eadem tribu
sunt. Nā diuina rōne Lucas permotus hoc
cogitauit describere vt ab Heli ascendens
perue-

perueniret ad Dauid per Nathan patrem
eius, & superiora tāgens, ascenderet ad Sem
filium Noe, & adhuc super diluuium perue
niret ad Seth filium Adæ, qui redditus erat
pro Abel, & sic Saluatorem faceret filium
Adæ, sicut videbāt filius esse Ioseph & He-
A li: & super Adam ascēdens assignaret Chri-
stum esse filium dei ante omnem carnem,
non q̄ quibusdam videtur quia Heli acce-
perit vxorem Iacob, qūo lex mandauit, vt
si quis mortuus fuisset sine filijs, acciperet
frater aut ex genere eius vxorem eius, &
resuscitaret semen fratris sui, & ita factum
vt Heli gñasset Ioseph Iacob cuius vxorē
acceperat, & per hoc iungi generationē, vt
non immerito Ioseph hīe Heli dicatur. Il-
lud aūt quod supradictū est, & gñationem
iungit per duos fratres filios vnius, & Chri
stum filium dei ostendit fuisse ante omnem
Luc. 3. generationē: quia Euangelista cum refert
dicens, Et ipse Iesus erat incipiens annorū
ferè triginta, filius sicut æstimabāt, Ioseph,
qui fuit Heli, idest Iesus filius æstimabatur
Ioseph: non solum Ioseph erat filius, sed &
Heli: nō quia Ioseph filium dicit Heli, sed
eodem genere quo Iesus Ioseph putabatur
esse filius, hoc etiam modo filius erat Ie-
sus & Heli, vt per Heli ascendat vsque ad
Noe, & Seth, & Adā, & ante mundū osten-
dat esse Iesum filium dei ad cōfusionē Pho-
tini, qui Christū non nisi ex Maria, nec an-
7 te fuisse contendit. Manifestū quia natus
Saluator dei filius & Christus appellatus
est, cur ergo post baptismū accesit ad eum
tētator dicens, Si filius dei es, &c? Sic na-
tus Saluator ex virgine est, vt & Chs esset
& filius dei, nō factura sed ortu. Adhuc aūt
in minori ætate potentiā suam euacuās hoc
est potestate sua dissimulans, impudentiam
diaboli non prouocauit. Baptizatus autem
descendente in se spiritu sancto, cum appa-
ruisset hominibus testimonio dei patris, æ-
B mulatione zeli ductus est inimicus ad iniu-
Matt. 4. riam. Videns hoc factum sibi obesse, in-
Marc. 1. tellexit enim ordinationem baptismatis ad
Luc. 4. salutem hominum procuratam. Ideoque ac-
cedit ad Saluatorem huius rei principē, non
vt approbet, sed vt locum inueniat euerten
di. Tentatio.n. aliquando ad probationem
fit, aliquando sub dolo ad subuersionē. Arbi
tratus est enim si Saluator elicuisset secun-
dum dolum voluntatis suæ responsum, vt re
gnum suum totum haberet securus, quod du
ce saluatoris doctrinæ subiecto nemo mor-
tem eius euaderet. Cur saluator tentanti 8
se diabolo non aliter q̄ exemplis legis resi- Matt. 4.
stit. Saluator non solum diabolo tentan- Marc. 1.
ti respondit, sed & Iudæis per quos crude- Luc. 4.
litatis suæ impietatem egit in Saluatorem. C
Præscius enim Iudæos se inimicum legis di
cturos, patris eorum impudentiam diaboli,
testimonijs legis compressit, vt patrem in fi
lios, & filios in patrem condemnaret. Vt 9
quid Saluator post baptismum quadraginta Matt. 4.
diebus ieiunauit, postea esurijt? Qui enim Marc. 1.
quadraginta diebus ieiunauit, potuit iam Luc. 4.
non esurire. Scriptum est, Fili accedens Eccles. 2.
ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, stici.
præpara animā tuam ad tentationē. Ideoq;
Saluator vt formam nobis daret, ieiunauit,
vt simili modo nos quoque ieiunijs insistē-
tes, omnem motum diaboli contra nos op-
positum, dei auxilio superemus, scientes exē
plo saluatoris tunc magis insidias aduersa-
rij cauendas, cum ad dei timorem accedi-
mus. Dolet.n. q̄ recesserimus ab illo: ideo
plus sæuit aduersum nos. Hoc nobis gesit
saluator non sibi. Similiter & quod esurijt,
non sua causa sed nostra est. Ieiunijs enim
cum superatæ fuissent tentationes diaboli,
quæ ideo scriptæ non sunt, quia ad profectū
doctrinæ non pertinent, Postea. i. post qua-
draginta dies permisit vt quod hominis erat
pateretur famem, videns diabolus qui vt
iam fuerat superatus, infirmitate in eo fa-
mis incitaretur rursum ad tentandum, vi-
dens hominem esse à quo vincebatur. Hoc D
enim fuit mysterium saluatoris, vt quia ho-
mini victo insultabat & dominabatur, ab ho
mine vinceretur, vt dei virtus homini victo
riam acquireret, sic magis vilis effectus est
satanas, cum & hominem cernit & virtu-
tem nō hominis intelligit. Mirabatur enim
stupore heberatus quòd mysterium inesset,
quod se lateret: vt potestas esset accedēdi, cir-
cumueniendi non esset. Duabus enim ex
causis torquebatur. Vidēs enim infirmitatē
accedebat, & inueniebat virtutē, vt cernens
hominem suspectus esset de dei virtute. Ad
hoc ergo esurijt, vt illuderet astutiam sata-
næ. Idcirco autem non amplius ieiunauit, vt
concordaret Moysi & Heliæ. Quid est 10
vt cum prius Ioannes Baptista testimonū Matt. 3.
perhibuerjt saluatori, postea dubitauerit di Marc. 1.
cens per discipulos, Tu es qui venturus es, Luc. 7.
an alium expectamus? Qui Ioannem pu Mat. 11.
tant dubitasse, detrahunt saluatori. Aut
enim illum recte asserūt dubitasse, aut certe

Universidad de Deusto Biblioteca

imperitiæ arguunt saluatorẽ,quia, sicut putant,male de se sentiẽtem laudauit. Sed quia falli saluatorem impossibile est,recte laudatus ab eo Ioannes est.Si recte laudatur,non dubitauit. Ipso.n.tempore quo misit ad Iesum Ioannes de carcere discipulos suos dicens,Tu es qui ventturus est an alium expectamus? tunc Iesus respondit discipulis eius E
Luc.7. dicens, Ite dicite Ioanni q̃ videtis & auditis: Cæci vident,surdi audiunt, leprosi mũdantur,claudi ambulant,mortui resurgunt, & beatus ille qui non fuerit scandalizatus in me. Abeuntibus aũt nuncijs Ioannis, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne Baptista. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento moueri? aut hominem mollibus vestibus indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Dico vobis q̃m
Matt.3. pluſquam Prophetam. Hic est de quo scriptum est,Ecce ego mitto angelum meũ ante faciem tuam,qui præparet viam tuam. Tũc publicani laudauerunt deum baptizati baptismo Ioannis. Quanta aũt laus data Ioanni est vt plus diceretur esse q̃ Propheta, & beatum vocat saluator eum qui non scandalizatur in se. Q̃o laudatur Ioannes qui dubitando scandalizatus est? Sed non vtique dubitauit. Laus.n.beatum illum probat, qa non est scãdalizatus. Nam & saluator idcirco ipso tempore in laudem Ioannis proru-
F pit,vt ostenderet sensum Ioannis esse liberũ à discipulorum eius dubitatione. Ioannes .n.volens mirantes discipulos suos corroborare in fide saluatoris,sciens exitum sibi imminere,ea quæ de ipso dicebat, ore eius voluit confirmari: ideo vt testis verus sit,testimonium potioris implorat, vt eorum concordia omnis ambiguitas auferretur. Hoc cõmentum Ioannis est, vt dubios suis quasi verbis mitteret,vt eadem audientes à Saluatore quæ audierant à Ioanne,firmarentur, scientes idonei procuratoris & dñi cœlestis testimonium in dubium vocari non posse. Idcirco & Saluator quasi Ioanni respondit, vt inter Ioannem interrogantem & Saluatorem respondentem discerent veritatem.
11 Quid est vt superius Herodem mortuum
Matt. 3. legimus,infra aũt,& post multos annos He-
Mat.14. rodem Ioannem occidisse, cũ superius mor-
Marc.6. tuo Herode Ioannes superuixerit? Herodes rex fuit Iudææ: hic habuit filios quatuor, Archelaum, Herodem, Philippum, & Lysaniam: sed mortuo Herode patre eorũ, successit Archelaus,quo mortuo in quatuor partes diuisum est regnum supradicti Herodis, ita vt Pilatus in partem regni quartam admitteretur,quasi præses non quasi rex. Filij aũt regis Herodis dicerentur. Denique G
mortuo iterum Philippo,accepit vxorem illius. Herodes frater eius,de qua arguebatur à Ioanne Baptista,qua causa occidit eũ Herodes filius supramemorati Herodis. Quid .n.dicit. Herodes,inquit,tetrarcha.i.in parte quarta regni positus sui patris Herodis. Quid ergo ambigitur q̃n significatio adiecti cognominis ostendit aliũ hunc esse Herodem? Ipse est.n.qui & Iacobum occidit gladio fratrem Ioãnis, qui postea percussus
ab angelo dei scatens vermibus expirauit. Acto.12

Orandum vtique pro inimicis docuit do 12
minus. Quid est ergo vt contra animæ occi Matt.5.
sorum vlcisci petant, à dño postulantes vin- Luc.6.
dictam? Apocalypsis cum futura mala & Supra in
tribulationes diffidentiæ & malæ vitæ cau- q.no.te-
sa deo vindice testaretur,Exemplare ẽt pœ- nu.68.
narum vniuscuiusque peccari occulata fide demonstrans, vt nihil impietatis & crudelitatis inultum remanere probaret, animas occisorum die ac nocte dicit vindicari se postulare: quod quidem non est contrarium. Quia deus vtique qui hanc legem dedit,vindicare se in diem iudicij repromisit, vt hoc præceptum ad præsens dedisse videatur, qd excusat occisorum animas,si illic iam positi H
diem vltionis depoſcunt: & tñ vt uerius dicam,causam clamare intelligendum est. Ipsa.n.non tacet, sed semper vindictam flagitat: sicut dicit deus ad Cain, Sanguis fratris Gen.4
tui clamat ad me de terra. Quid est hoc, nisi quia causa facinoris clamat vindicari desiderans. Si enim dicimus, propter opus laudat terra dominum, cum vtique neque uocem habeat, & careat intellectu: sic propter opera mala clamare dicitur sanguis. Nam utique non tam impatientes erant, neque tam imperiti, ut ante diem futurum iudicij uindicari se peterent,neque postularent fieri quod sciebant non effici ante tempus definitum. Et saluator similiter, Non fa Luc.18.
ciet, inquit, deus uindictã electorum suorũ 13
clamantium die ac nocte? Si iam prædi- Matt.5.
cante saluatore uel Ioanne lex cessauit, q̃o Supra in
Saluator ait, Non ueni soluere legem aut q.no.te-
prophetas,sed adimplere. Si.n.cessauit,quo- nu.69.
modo non soluta est, aut destructa quæ agendi amisit authoritatem? Prophetarum dicta de saluatoris aduentu impleta sunt

cum

cum venit. Q̃si enim quod prædictum est fa
I ctum est impletum videtur. Lex aũt quam ad tempus datam diximus, cum tpe quod transgredi prohibita est, quia quod implet, cessat. Authoritatẽ.n.amisisset & destructa videretur, si iniusta ante prædictum tps cessasset. Nam si alicui in pãte constituto successor datur, nunquid destructus dicetur? Destructa plane esset lex si tpe quo viguit accusaretur. Et non dixit, Impleſſe se legem aut propheras: sed adimplere. Adimplere autem non aliud significat q̃ plene addere. Quid est autem addere prophetis, nisi culturam dei sub trinitatis nomine ordinare? Quanuis.n.prophetæ in dei nomine docuerunt & corripuerunt populũ, Hoc tñ mysterium in absconditο erat. Legem aũt, hoc est adimplesse, manentibus præteritis noua addere, vt puta. Audistis, inquit, quia dictum est antiquis, Oculum pro oculo dentem pro dente. Ego autem dico uobis non resistere malo: Sed si quis percusserit te in maxillam tuam dexteram, præbe illi & sinistram. Hoc fuit adimplere. Non.n.destruxit illam, sed potiora addidit, non vt peccare uideretur q̃ vindicat, sed vt melior sit qui non retribuit. Nec aliud ergo uoluit quàm, quòd lex in sensu habet, sed uoluntatem eius perficit. Vt enim lex hominem iustitiam doceret, &
K per hanc saluum faceret, mandanti vt si quis oculum tolleret alicui, oculum amitteret: Et ut hoc timore territi homines non facerent quod sibi fieri nolebant, & per hoc salutẽ haberent. Sed q̃m fragile genus est hominum, & ad peccandum procliue, ideo incurrit vt patiatur quod sibi fieri non vult. Immutatis ergo saluator verbis docuit qd̃ saluti prodesset, vt sensum legis adimpleret, ve quia timore legis salui esse nequiuerunt, per patientiam victi emendarentur, sese corrigentes. Hoc præceptum datum est, vt non insolentes viuerent patientia bonorum dum non illis retribuunt condigna vt si voluerint corrigi, boni ex hoc profectum habeant, illi vero geminam pœnam. Non est iustitia destructa, quam uidemus etiam per
Acto. 5. Apostolos operatam: quia & Petrus Apo-
Act. 13. stolus in Anania & Saphyra hanc seruauit, & vas electionis non repudiauit sed vsus est dum & Simonem magum resistentem viæ domini excæcauit. Est etiam aliud quod impleta lex est, Dicit enim dominus, Audistis quia dictum est, Diliges proximum tibi, & odio habebis inimicum tibi: hæc iustitia est. Dãs autem, Ego autem, inquit, dico vobis, Diligite inimicos vestros. Addit vtiq; qd̃ est adimpleuit, quia non destruxit vetera, sed ut perfectos faceret potiora mandauit. L
Inimicos.n.hoc est malos, quia retributione, quæ iustitia dictante fit, emendare & corrigere non potuit, per amorem illos & obsequium saluos fieri uoluit, quod & lex in sensibus habebat. Lex enim sic voluit inimicitiam tollere, vt per retributionem territi homines desinerent esse inimici: & quoniam audacia sua homines timorem legis & naturæ spreuerunt, crescentes in malum, per humiliratem saluator inimicitiam voluit uinci vt vel sic homines flecterentur ad bonum, dum viderent non sibi reddi inimicitiam. Permanentes autem grauius tractandos fore, quia nec humilitate eius cuius vicissitudinem experiri debuerãt victi sunt. Non ergo iustitia in vindicta obliterata est, sed suspensa ad utrunque, quia cessauit circa eum qui sese cognouit: si quominus, pecteret cõtumacem. Quare lex & prophetæ usque Mat.11.
ad Ioannem, & post recte cessare dicuntur, Lucæ.1.
quia iam de quo prophetabant aduenit qua M
re lex usque ad Ioannem, cum Apostolus Mat.11.
dicat, Legi nos subditos debere esse: quæ au- Rom.11.
tem, inquit, sunt, à deo ordinata sunt.

Legis quidem vnum nomen est, sed tripartitam habet intelligentiam. Prima enim pars legis de deo est, Sic enim lex à lectione dicta est, vt de multis quid eligas scias. Inter errores ergo positi acceperunt vt eligant verum, id est, reprobato diabolo eligant deum. Secunda autem legis pars hæc est quæ lex præceptis continetur, quæ sic incipit, Honora patrem & matrem. Tertia vero in neomenijs & in sabbato est, & in escis discernendis ac eligendis, & in circunciſione & in hostijs pecudum offerendis. Hanc itaq; legem dicit vsque ad Ioannem, non vltra seruandam. Sic enim data est vt completo tempore cessaret, nec enim fuit ab initio, sed ex causa data ad tempus est, vt aduenιente saluatore cessaret lex.

Ergo de deo manet tam lex præceptorum quam natura eius quæ sine dubio est, ab A
ipso aboleri non potest. Per ipsum enim proficiscitur ad promissum præmiũ. Timor enim solicitudinem parit. Cur saluator baptismum Ioannis de cœlo dicat, cur Nicodemo, cum de baptismo loquitur, dubi- Mat.11
tanti ait, Si terrestria dixi vobis & non cre- Luc.20.
ditis, &c. Quod dixit, Si terrestria dixi Ioan.3.

tis: non pertinet ad baptismum, quia baptismum nostrũ scimus esse spiritale, quanuis per aquam celebretur. Sed ratio illic vertitur cœlestis, Nec.n.aqua purificat, sed inuisibiliter & incõprehensibiliter deus. Pertinet vero ad imitationem dati exempli, id ẽ, ad id quod dixit, Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat, vel quo eat. Per hoc.n.exemplum ad fidem Nicodemum voluit informare, vt crederet renasci hominẽ per aquam & spiritum, non tamen posse capi qũo fiat: fit enim spiritaliter. Sicut enim spiritus, hoc est venti vocem audis, quæ est sonus, sed nescis vnde veniat, vel quo eat: sic & eum qui renascitur, qũo immutetur nescis, tamen quia fit sentis, qa immutationẽ ipsam sentis. Si enim ventus, vbi uult spirat, quanto magis spiritus qui de deo est, quem vult sanctificat? Ideo autẽ
B dixit, Vbi vult spirat: quia omnis creatura quanuis sub lege agatur, proprio tamen dimissa est arbitrio. Si quis autem spiritũ istũ, spiritum sanctum putat intelligi, non stat: quippe cum exempli causa spiritum istum posuerit, per quem quod dixerat renasci p aquam & spiritum hominẽ oportere, & à Nicodemo non credebatur, suaderet. Nam vtiq; aliud est exemplum, & aliud quod firmatur exemplo. Si ergo in exẽplum datus est, non est spiritus sanctus mundanus, qui dicitur ventus. Volens enim rationem spiritalem suadere, non credenti Nicodemo, exẽplum spiritus dedit, vt per ipsum ratio, & operatio sancti spiritus crederetur, Spiritus tamẽ sanctus scimus quia de cœlo venit, vt se infundat credentibus, sicut factum legi-
Acto. 2. mus inter initia Apostolis, & sonum tunc vocem appellatam. Ita enim dictum est, Et subito factus est de cœlo sonus tãquam aduenientis spiritus validi: Sic vtique dixit spiritum sanctum descẽ
C disse & sonuisse sicut ventus validus. Hũc ergo spiritum ad exemplum dedit. Denique ait, Sic est omnis qui renascitur, & hic vnde
16 veniat nescimus. Spiritus autem sanctus de
Mat.15. cœlo uenit. Quid est vt saluator mulieri
Luc. 7. alienigenæ, id est, Chananææ inter initia misericordiam denegaret, cum & Centurioni alienigenæ, & leproso quem ipse cesus alienigenam dixit, beneficium impertiendæ salutis non negauerit? Dignum factum saluatoris ipsa causa designat. Absurdum enim erat & ad iniuriam promissionis patrũ pficiebat, si mulier quæ Iudæorum deũ non confessa fuerat acciperet beneficium promissum genti confitenti Deum inter initium ideo negatum est illi, At vbi autem ceruice flexa saluatoris verbis fidem non negauit, sed confessa est Iudæos credentes esse filios gẽtes autem canes, vel seruos, per quod iunxit se fidei dominicæ, quia serui dominum indicant: & dominus non est sine seruis. Vnitas facta est subiecti, & subijcientis. Hinc est vnde meruit consequi quod precata est, Centurio autem qui beneficium a saluatore accepit, olim se dei rebus infecerat. Denique dicunt maiores Iudæorum ad
D dominum, Dignus est vt præstes illi. Diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse ædificauit nobis. Leprosum vero alienigenam dixit dominus, non fide, sed natione: Erat enim Samaritanus, quos constat ex origine esse Babyloniorum, Et hic tamen non sine confessione consecutus est beneficium: quia dictum erat discipulis à domino, In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oues, q̃ perierunt domus Israel. Mat.10.
X Hoc est, vt non prius prædicaretur Samaritanis & Gentibus quàm Iudæis, quorũ fuerat promissio hæc. At vbi ergo Iudæi cœperunt repudiari fidem Christi, tunc & Samaritanæ se obtulit saluator, & post crucem Centurioni Cornelio, Chananæa autem requisitus susceptus eam, quia non erat adhuc tempus vt offerretur illis salus.

Quomodo probatur quod dixit saluator, quia post tres dies, & post tres noctes 17
Mat.12. à mortuis resurgeret: cum vtique cœna pu- Sap. 14.
noui te- ra passus illucescente die dominico, cum adstã. nu. huc tenebræ essent, resurrexit? Vnde nu- 64.
merus dierum, & noctium non conuenisse videtur. Præscius saluator omnium
E quæ in se futura erant; hæc protestatus est, certus ad hoc se à Iudæis comprehendi vt occideretur, se quoque impietati illorum non repugnaturum, cum posset vtique eos illudere. Quippe cum propterea iam detentus, aurem serui principis sacerdotum, quã producto gladio abscideratPetrus Apostolus, reddidit se ostenderet non infirmitate humiliatum, sed prouidentia quadam voluntati illorum cessisse ad tempus, vt

per

Supra q. noui testa. nu. 59.

per hoc regnum inferni destrueret. Improuidus.n.diabolus sensibus se Iudæorum immersit, vt eos ad necem saluatoris incenderet, quasi sibi prodesset, si hic qui viam veritatis ostenderet, tolleretur de vita: nescions futuram aduersum se. Cum.n.peccati causa de captiuitate hominis triumpharet, inuentus ipse reus per id q̃ Christum innocentẽ occidit, vt eum qui pctm nesciebat, inter peccatores teneret: & ita factum est, vt etiam illos quos iure in inferis tenebat amitteret. Igitur horum præscius saluator, noctẽ qua comprehẽsus est simul computauit. Omnis enim detentus, qui se iudicis manus nõ credit euadere, antequam feriatur, iam se mortuum dicit. Adde huic diem quo passus est & sequentem noctem. Adde & sabbatum & noctẽ quæ lucescit in diem dñicum cum ipso die dñico, & compleuisti mysterium ver-
F borum dñi. Nouissima.n.nocte cum adhuc tenebræ essent, & dies inciperet oriri, inter lucem & tenebras surrexit, vt & nox computetur & dies, quo posit numerus à saluatore prædictus integer inueniri. Quare
Mat.24. saluator orat & ait. Ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato: cum tps persecutionis huius differri non possit, dicente Apostolo, Qui
1.Co.3. cuelabitur in suo tpe. Et in Actibus Apo-
Act. 17. stolus inquit, definiens tpa & terminos habitationis eorum? Et cur hyeme fugam vel sabbato non expedire significat. Hyeme tuta fuga non est, frigora enim sunt, imbres assidui, ningit, gelat, flumina exeunt, ideoq; fugientibus pergraue est: latere enim in syluis non possunt, neq; in montibus, neq; in speluncis. Sabbato autem ciuitatem iuxta Iudæos exire non licet longius, nec autem ascẽdere, ac per hoc fugi sabbato non potest. Quomodo hæc tempora fugam tutam non faciunt, propter impedimenta supradicta, ita & fuga nostra tuta non erit, si nos obligatos impedimentis carnalibus inuenerit prædicta persecutio. Detinent.n.homines quasi compedes desideria secularia, id est, facultates mundanæ, ne edicta diaboli possint effu-
G gere. Ideo ergo orandum est, ne tẽpore quo fugiendum, est, hyemis & sabbati in nobis ratio inueniatur, sed vt liberos nos ab his impedimentis dei præstat auxilium vt non sit quod nos desiderio sui captos, mancipit, mundo. Quoniam ergo de nouissima persecutione loquebatur Saluator, quæ futura est ab Antichristo, ideo hyemem posuit, qui nouissimum tempus est: & sabbatum similiter, quia postremus dies est, vt sicut his temporibus aspera & difficilis fuga est, ita significaret illo tempore tam graues futuras persecutiones & pressuras, vt vix aliquis eas possit effugere. Saluator cum se passurum Mat.26.
diceret, & post tertium diem resurrecturũ: & 28.
adiecit. Et postquã resurrexero, præcedam Mar.14.
vos in Galilæam: ibi me videbitis. Et ange- & 16.
lus mulieribus similiter: cum tamen inueniatur à mulieribus & à discipulis suis in Hierusalem. Verba saluatoris retractare infidelis est, sed te video non de verbis saluatoris dubitare, sed sensum requirere, quare cum in Hierosolymis post passionem suã visus sit, dixit se in Galilæam ab his videri, in Hierosolyma visus est: sed particulatim ad recreandos animos discipulorum, in Galilæa viso ab omnibus simul. Ergo qui in Hierusalem visuri illum erant per partes: in Galilæam illis constituit vt simul omni- H
bus appareret & ad ordinandam disciplinã 20
daret præcepta. Tres Euangelistæ sexta hora crucifixum dicũt saluatorem, Marcus Mat.27.
vero Euangelista tertia hora dicit crucifi- Luc.23.
xum. Sed quidam strenui industria sua ter- Ioã. 19.
tia hora simul sententiam datam dicunt, ac Mar.15.
per hoc tertia hora crucifixum. Data.n.quis Supra in
sententia iam mortuus habetur. Sed constat q. noui
post quintam horam in sextã Pilatũ sedisse testa. nu.
pro tribunali, & sic sententiam dedisse, sicut 63.
Ioannes ostendit. Obscuris vera inuoluere non est bonum. Nam tres Euangelistas verũ dixisse ipsa concordia obtestatur. Mar cum aũt sensum, nescio quem, occultum voluisse prodere, res ipsa declarat. Nec.n.falli posset, q. authorum exempla secutus, ea quæ scripsit magna deuotione & industria didicit. Quid ergo ex hoc dicto prodere voluit, solerti vigilantia inuestigandum est. Nec.n. ociose à tribus Euangelistis discordare se passus in verbis est. Animaduertamus ne verum dicant, qui sententiam datam tertia hora dixerunt, ac per hoc tertia hora crucifixum saluatorem, quanuis illud probare nõ valuerunt. Sensum.n.forte sciunt, sed quate- I.
nus defendatur, ignorãt. Ideoq; Pilati persona interim sequestrata videamus. Vnde sententia data in saluatorem, accepit exordium, & tunc apparebit an posit verum videri quod dicimus. Constat itaq; principes Iudæorum præmonuisse Iudæos vt Barrabam latronem peterent, sibi in die festo dimitti, Iesum vero crucifigere debere. Contra quod Pilatus cum diu resisteret, volens

dimittere ſaluatorem, frequenter intrans & exiens ad Iudæos, dicebat nullam ſe in eo cauſam mortis videre. Illi aũt inſiſtentes dicebant, crucifigatur. Hinc moræ ortæ ſunt, & cum illuditur à militibus & producitur, & veſte purpurea induitur, & fit ei corona de ſpinis, & adoratur, & cõſpuitur, & flagellatur, & palmis verberat, ꝓpterea ſexta hora in crucem poſitus eſt. Ad Pilatum autem adductus eſt, tunc exiuit ad eos Pilatus foras, qm ipſi non introierunt prætorium & allocutus eſt eos, & audiuit falſas accuſationes eorum, & miſit illum ad Herodẽ, & regreſſus eſt, & iterũ interrogauit Ieſum, & ip ſe econtra rñdit ei, & poſtea iterum exiuit ad Iudæos & collocutus dicebat, Nullã cauſam mortis eſſe in ſaluatore. Interea peruẽ-

K tum eſt ad horam tertiam per has moras. De con- Tunc Iudæi volenti Pilato dimittere eum ſenſu E- dixerunt, Crucifigatur. Contra quos Pila- uangeli- tus diu reſiſtens, cum non potuiſſet obtine- ſtarum. re, tradidit Ieſum ſententiæ illorum hora ſe li.3.c.13 rè ſexta. Sic.n. ſcriptum eſt, Tunc tradidit eum voluntatibus illorum. Ideoq; dictum eſt recte ſententiã tertia hora datã, quia non à Pilato data eſt, ſed à Iudæis. Pilatus autẽ inuitus conſenſiſſe videtur: ꝓpter inuidiam .n. maxime dicentium, Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris. Quid ergo Marcus volẽs purgare, hoc ſecutus eſt, videamus. Oſtẽdere voluit ſaluatorem non iudicis ſententia occiſum, quia difficile qui iudicis ſententiã
21 excipit, non iuſte occiſus videtur. Si ideo Marci.1 ſaluator baptizatus eſt vt exẽplo eſſet, qua Luc.4. re circunciſus cæteros prohibuit circũcidi? Sup. i q. Circunciſio vſque ad Chriſtum indulta no.teſta. eſt, Abraham aũt circunciſionem in Chri- mu.50. ſto promiſſo accepit, vt tãdiu circũciſio curreret, quandiu Chriſtus naſceretur promiſſus Abrahæ, qui omnes gentes iuſtificaret per fidem, ſicut fuerat iuſtificatus Abrahã. Ideo debuit circuncidi, vt ipſe probaretur eſſe qui promiſſus Abrahæ eſſet: ita vt de

L cætero circunciſio ceſſaret impleta promiſſione. Baptiſmum autem non debuit ceſſare, quia forma renaſcibilitatis eſt à Chriſto cœpta, non prius data, & vſque ad Chriſtũ conſummata. Sed à tẽpore Chriſti incipiẽs & curſum ſuum tenens vſque ad conſum-
22 mationem mundi. Iudæis accuſantibus Marc. 2. diſcipulos cõ quòd facerent contra legem, Supra in ſabbatis ſpicas vellendo, ſaluator exemplum q. noui te protulit Dauid, dicens: Neſcitis quid feceſta.nu.6 rit Dauid cum eſuriret, quomõ accepit panes propoſitionis & mãducauit, & dedit his qui ſecum erant, quod non licebat niſi ſolis ſacerdotibus? Quod exemplum non excuſare videtur diſcipulos, Sed poſſunt tam hi quàm Dauid prævaricatores videri. Noluit ſaluator de tẽpore impleti ſabbati præiudicare Iudæos. Aperte.n. audire quod verum eſt non illos dignos iudicauit, vtpote infideles: Sed de eo illos voluit conuincere, quod ſibi præſumebant .i. de tempore quo adhuc ſabbatum robur ſuum tenere videbatur, cum accuſarent diſcipulos cur ſabbatis ſpicas vellerent, & confricantes manibus manducarent, & iam ſabbati ſeruandi tempus eſſet impletum. Prætermiſſo hoc, oſtendit illis etiam tunc quãdo ſabbati adhuc lex manebat, neceſsitatis cauſa ſabbatum fuiſſe M violatum. Quod enim non licebat, fecit Dauid: Et quod prohibuerat fecit Ieſus Naue, quando muros Hiericho ſeptem diebus armatos iuſſit circumire, Et quod interdictũ erat Machabæi geſſerunt, ſabbatis ſe defendentes: Et in templo, inquit, ſacerdotes ſabbatum violant, & ſine crimine ſunt. Per hæc ergo oſtendit, maleuolentia magis q̃ errore accuſari diſcipulos à Iudæis. Quando hæc omnia ſcientes à volentibus ſabbatis geſta, & à ſanctis quidem, accuſabant innocentes. Sic enim mandatum eſt ſabbatũ coſtodire, vt ſi neceſsitas tamen eſſet, reus non fieret qui ſabbatum violaſſet. Ideo ſabbatis circuncidi nõ eſt prohibitum, quia neceſsitas erat vt fieret. Vnde & diſcipuli eſurientes ſpicas vellebant, quod nõ licebat ſecundum præteritum tempus, ſed neceſsitate famis factum eſt licitum, ſicut & Dauid fecit, quod non licebat cum eſuriret, & ſciẽs famem hoc excuſare. Talis hæc cauſa eſt, qualis hodie in ieiunijs legitimis. Nunquid ſi quis æger ieiunium corruperit, reus conſtituitur? Non utique, quia non eſt peccatũ. A Hoc enim aliquando, licet, ſicut ſabatũ apud ueteres. Quod.n. ſemper non licet, non habet excuſationem neceſsitatis. Cur ſalua- 23
tor diſcipulos ſuos filios tonitrui appellauit, Marc. 3.
qui plus magis videantur filij dei dici. Toni
tua.n. dicuntur colliſione nubium fieri.
Quoniam tonitrua terrorem incutiũt, hac cauſa filios tõitrui diſcipulos appellauit, qua ſi eius filij qui timendus ſit. Quanuis.n tonitrua colliſione nubium fiant, uoluntate tamen dei fiunt & ſunt terribilia. Quid eſt 24
vt ſecundum Marci euangeliſtæ relationẽ, Marc 7
Chriſti non ſit impleta uoluntas, Intrans.n.

inquit,

inquit, in domum voluit neminem ſcire, & non potuit latere. Si ergo voluit latere & nõ potuit, infirmata voluntas eius eſt. Hoc quod per compendium propoſitũ eſt, vt plus ſenſum poſſet occulere in finibus factũ legitur Tyri, quia cum Saluator peruenisſet in fines Tyri, intrauit in domum: Et quia non adhuc gentibus prędicare oportebat, iuſſit neminem alicui nunciare aduentum ſuũ: hoc eſt, neminem voluit ſcire: & ſubauditur, à ſuis noluit nunciari ali ui qa erat in domo. Requiri autem ſe voluit, quia tempus offerendi gentibus gratiã nõ erat. Denique veniens mulier, comperto ab alijs qui viderant illum intraſſe in domum, orabat expelli dæmonium à filia ſua. Saluator
B autem ſciens non eſſe tempus dandi vltro gratiam gentibus, ait, Sine nati prius ſaturentur. Non enim licet accipere panem filiorum & mittere canibus. Tunc mulier conſenſit Saluatoris verbis, & accepit beneficium quod volebat. Conſentiendo enim junxit ſe deo Iudæorum. Hac ergo cauſa noluit per ſuos ſciri quòd eſſet in domo: & ita
25 factum eſt vt voluit. In euangelio legi- Luc.1. mus, angelum dicere ad Mariam matrem Dan.6. domini, quòd regni eius, ideſt Chriſti non &.7. erit finis. Et Daniel eadem dicit: ait enim, 1.Co.15 Tunc exurget regnum in æternum qđ nunquam corrumpetur. Contra Apoſtolus de dño, Cum tradiderit, inquit, regnum deo & patri. Qño regnum æternum habebit, quod traditurus dicitur deo & patri? In cauſa patris & filij .i. dei & Chriſti, traditio non Mat.11. abolitio intelligitur. Conſidera.n. cũo pater tradiderit filio regnum, ipſo hęc dño ꝓteſtante, Omnia enim inquit, mihi tradita ſunt à patre meo. Si pater ergo deſijt habere cum tradidit, põt & de Saluatore dici, qa cum trãdidit amiſit. Nam filius poſtquam traditum ſibi à patre regnum dixit, patrem adhuc præferens ait, Hæc eſt autem vita Ioã. 17. æterna vt cognoſcant te ſolum & verum C deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Secundum hunc igitur ſenſum & filius non amittit regnum cum tradit, vt hæc vera ſint, & angelus & Daniel non diſcrepare ab hoc ſenſu dicantur. Qui horum enim teſtimonium retractandum putat, perfidia plenus eſt. Sed nunc videamus manentes in hac fide, quid ſit tradere filiũ patri regnũ: hoc enim eſt quod inter cætera alio loco di- 1.Co.15 cit Apoſtolus, Tunc & ipſe ſubiectus erit ei qui ſubiecit ei omnia, vt ſit deus omnia in omnibus. Subiectio igitur hæc, ipſa eſt traditio regni. Itaq; hoc loco interpretatio videtur neceſſaria, vt & ſubiectus patri filius non negetur, & nihilominus æternum regnum habere dicatur, hoc eſt regnum filij, quia in nomine Ieſu omnia genua flectũtur Phil.2. tunc cœleſtia, terreſtria, & inferna. Quod etiã firmat Petrus Apoſtolus dicens, Non Acto.4. eſt aliud nomen datũ ſub cœlo in quo oporteat ſaluum fieri. Et ipſe dñs diſcipulis ait, Vſq; modo nihil petiſtis in nomine meo, pe- Ioã.16. tite ego faciam. Sic regnat filius, cum omnia in nomine eius ſaluantur, & dantur quę poſtulantur vſq; ad finem mundi. Poſtquã vero omnia Chriſtum fuerint cõfeſſa, ſiue vi, D ſiue voluntate, & ſubſtructa potentia eius cui reſſiterant, myſterium vnius dei cũctis manifeſtabitur, & omnis gratiarum actio referetur à patre ex quo ſunt omnia, vt ceſſante prædicatione vnus deus ſciatur in myſterio trinitatis. Cum.n. oẽs poteſtates, omnes principatus & dominationes Chriſto genu flexerint, tunc filius manifeſtabit, non ſe eſſe à quo ſunt omnia, ſed filium eius & illũ in ſe videri. Hæc eſt ſubiectio & regni traditio, Oſtẽdens.n. patrem eſſe à quo ſunt omnia, ſubiecit ſe illi, cũ de eo ſe dicit eſſe. Tãta enim maieſtas & claritas in aduentu filij videbitur, vt omnes potentiæ & chori angelorũ hunc ſingularem putent deum. Saluator autẽ cum ſe non illum eſſe dixerit, qui dicitur pater, ſed filium eius, regnans tradit regnum patri. In hac re manifeſtata eſt & ſubiectio & regni traditio: quia cum & à patre ſe profitetur eſſe, quicquid habet patris confitetur eſſe, omnẽ ſummam referens ad eum. Saluator ait, Si quis non reliquerit 26
omnia ſua, id eſt, domũ, & agrum, & cætera, Luc.14.
non poteſt meus diſcipulus eſſe. Et contra Marc.15
Euangeliſta, Venit, inquit, Ioſeph ab Ari- Luc.23.
mathia homo diues, & qui ipſe diſcipulus E
erat Ieſu, expectans regnũ dei. Quid eſt vt Euangeliſta profiteatur eũ diſcipulum, quẽ ſaluator negauit. Nam & Zachæus diues erat, & Cornelius Centurio diues, & mulieres quæ illis miniſtrabant de facultatibus ꝑ ijs. Hunc ſenſum paucis abſoluit Apoſtolus dicẽs, Qui hñt, quaſi non hñtes ſint: & qui vtuntur hoc ſeculo, quaſi non vtanꝰ: & qui emunt, tanquã non poſſidẽtes. Qui ergo hæc ſic habẽt, quaſi nõ habeat, reliquiſſe vꝰ. Qñ.n. non præſumit de his, neq; ſcia
ꝯat, ſed humiliter incedit, non tãtum habitu, ſed & mẽte, diſpenſatorem ſe harum &

miniſtrum

Universidad de Deusto Biblioteca

ministrum intelligens, omnia sua reliquisse videtur. Hoc.n. relinqui dicitur, quod à desiderio recedit, & gratiam non habet. Si
27 Luc. 16. lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem, quo saluator ad sacerdotes mittit offerri munera
Luc. 9. pro emundatione? Hoc secutus est Apostolus Paulus, Cum.n. prædicaret, iã non oporVide su. in. q. uo- tere circuncidi quenquã, ipse Timotheum
testa nu. circuncidit, ꝓpter scandalum Iudæorũ. ma-
60. luit enim rem superfluam, facere, q̃ imperitis ex quibus aliqui possint saluari, scandalo esse. Dñs aũt prope similiter vt Iudæis qđ de illo opinabantur auferret, Dicebant .n. hunc inimicũ traditionis Iudaicæ, tunc iussit vt leprosus offerret munera pro emunda
F tione sua sicut præceptum erat à Moyse: & subiecit, In testimonium illis: vt hæc res testis esset contra illos, quia saluator nõ erat legis inimicus. Factum itaq; est quod iam cessare debuerat. Sed quia solent superflua iam sion nocere, Ideo factum est vt prodesset illis vtiq; qui male opinabantur, vt satis sibi facerent, quia saluator nõ erat legis ini-
28 micus. Si lex & Prophetæ vsq; ad Ioannẽ,
Luc. 16. ex quo regnum cœlorũ prædicatũ est, ipse est. n. inchoator nouæ ꝓdicationis, cur baptismum eius cessauit? Baptismũ Ioannis cœptum non cessauit, sed additum est ei quod deerat. Ioannes. n. tantum baptizauit, non spũm sanctum credentibus dedit: sicut & ipse de saluatore dicit, Ego baptizo vos in a-
Matt. 3. Marc. 1. qua in pœnitentiam, ipse autem vos baptiza-
Luc. 14. bit in spiritu sancto. Non tñ datur spiritus sanctus vt purificati filij dicantur, hoc enim saluatori reseruatum est, vtpote domino, vt filij dei non fierent, nisi accepto à filio dei spiritu sancto. Effectus ergo baptismi Ioã-
G nis, quod tacite operabatur sine interrogatione, non tamen sine saluatoris mentione vt firmum esset quod agebat, trinitatis est donum, quod dignatio saluatoris ostendit, dans formam trium nominum, quæ à primordio sub vnius dei nomine vel persona vnum opus & indifferens operata sunt. Interpretatio ergo accessit ad baptismũ Ioannis cum significatione latentis dudum mysterij, accessit & amplius donum, vt baptizati accepto spiritu sancto sint filij dei. Am-
29 plificatum ergo est, non euacuatum. In
Ioan. 1. Euangelio Ioannis, Lex, ait, per Moysen da-
Supra in ta est, gra autẽ & veritas per Iesum Christũ
q. no. facta est. Si ergo per Christum veritas facta
test. nu. est, ante nõ fuit: Si ante non fuit quo à deo
76. data lex dicitur, in qua veritas non erat?

Videndum est quid sit, Lex per Moysen data est. Per Moysen aũt lex data manifesta habet præcepta, & quid illic non erit verũ, Non occides, non fornicaberis, talia & cætera sunt. Sed scripsit & historiã in qua vsque ad aduentum saluatoris quę esset veritas manifestata non erat. Cum ergo per Christũ manifestatur, cuius persona dicat, faciamus: & quæ sit q̃ faciat: & quis fuerit qui in rubo Exod. 3.
aũt Patriarchis visus sit, & qui in petrã, cũ Gen. 17.
aquã ipse ꝓduxit, operatus sit, quia petra, 18. & 26.
inquit, erat Christus. Fit ergo veritas per Exo. 17.
Chrm, dum ea quæ in dubiũ veniebãt, quid, 1. Co. 10
significẽt intelliguntur. Itaq; lex per Moy- H
sen data reos cõstituit peccatores, Gratia autẽ promissa in lege aduenies, donatis peccatis pctõres morte priuauit. Ordo ergo fuit primũ legẽ dare, postea vero misericordiã, quæ tunc fit gratia, dum donat peccata. Ante .n. promissio erat, quæ postea fit gratia. Veniet. n. inquit, ex Sion qui eripiat & auer- Esa. 59.
tat impietatem ab Iacob. Hæc ꝓmissio per Scdm se-
Chrm, facta est gra, dum donat gratis pecca- ptuagĩ.
ta. Quo aũt donaret peccata, si nõ prius legem daret, per quã reis factis venia largiretur? Nã non daret nisi qđ sibi debebatur. Deberi aũt nõ poterat, nisi lex præcederet.

Sabbatũ certe lex est vel pars legis, quo 30
ergo nõ euacuata lex est, dicente Euangelista, Non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum? Soluit sane Ioan. 5.
sabbatum saluator, sed sine præiudicio dati sabbati, cum. n. sabbati iam tempus cessaret, Iudæi aũt sabbatum adhuc manere asserebant, saluator sabbatis operans, & infirmo lectum suum sabbatis portare præcipiens, secundum sensum Iudæorum sabbatum solue bat. Nam iuxta veri fidem tale est si dica I
tur quòd iam cessauerat, quale est si dicatur de aliquo qui præfectus dicendus est, & iniuriam passus fuerit, quia præfectura iniuriã passa est. Non ergo sabbatum solutum est, sed homines qui impudenter sabbati authoritatem vendicabant, delusi sunt cum iam sabbato successisset noua lex. Si arbitrio 31
proprio viuimus, cur saluator, Nemo, in- Ioan. 6.
quit, venit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et non discordans ab his Apostolus, Neq; volentis, inquit, neq; curren Rom. 9.
tis, sed miserentis est dei? His vtiq; pertur ba Supra in
ri videtur arbitrium liberæ voluntatis. Si q. no.
enim nemo vadit nisi tractus, non erit illius test. nu.
delictum qui non vadit, quia nõ est tractus. 79.
Et si non qui petit & currit accipit, sed cui
vult

vult dat deus, sine culpa erit & crimine qui vult & non obtinet: & ad illum redundat crimen qui petentem spernit. Nullo genere ex his arbitrij causa poterit turbari. Si .n. dicta ad causam referas qua dicta sunt, scies hinc magis arbitrij liberi firmari sententiam. Cum.n. Iudæi studio maleuolẽtiæ
Luc. 4. suæ de saluatore dicerent, Nonne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrẽ? Quo ergo hic dicit, quia de cœlo descendit? Ad
K hoc respondit Iesus, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Nunc videndum est quo trahit pater ipsius saluatoris, Verbum sumatur, Dicit. n. opera quæ facio, pater fecit: credite quia ego in patre & pater in me. Si ergo in filio pater ope-
Ioã. 14. ratur. Opera aũt sunt quæ inuitant ad fidẽ: recte dixit, quia nemo venit ad me, nisi quẽ pater traxerit. Trahit aũt, cum operatur per filium. Nam qui sibi vult credi, quo tollit liberi arbitrij voluntatem? Et qui incredulũ arguit, qua ratione trahit inuitum? Ad Iudæos vtiq; hoc protulit, qui alium patrem illius, quàm qui est dicebant. Nemo. n. saluatori credit, nisi qui patrem illius dicit deũ. Apostolus quoq; non vt arbitriũ pulsaret, hæc fatus est quæ nunc præposita sunt: sed vt ostenderet dei esse iustum iudicium, qui falli non potest, in danda aut non danda misericordia. Est enim qui postulat, & nõ meretur accipere: Alius vero petit & meretur accipere. Hoc.n. non solis verbis sed operibus obsecratur: hic sola lingua, ille corde
Esa. 29. tribulato: talis enim potest impetrare. Deniq; quid dictum in lege est? Plebs hæc labijs me honorat, cor aũt illorum longe est à me. Si ergo duo petant, vnus autem ex his
L accipiat, debet sciri hunc sic postulasse vt dignus esset accipere: quia deus qui iustus est, non dat nisi cui dandum sit. Vides ergo non arbitrium negatum, sed firmatum. Nam si vna mente, vna operatione, duos audieris postulasse, & vnum ex his exauditum, alterum despectum: recte & arbitrium non esse, & deum acceptorem personarum putares. Quid est vt cum saluator omnes ꝓpe verbo curasset, cæco tamen per lutum
32 de sputo factum oculos reseruarit? Hoc
Ioan. 9. saluator ad confusionem illorum fecit, qui creatorem accusant. Q̃ enim nõ aliter vitium corporis emendauit q..àm cõditor fecit, authorem operis huius commendauit. Per id enim emendauit, quo erat condita. Omne .n. quod fit, si lapsum per id qđ fuerat factum reformetur, rectum factum probabitur. Si. n. saluator per hoc se deum testatur, quia damna & vitia corporis emendauit, quanto magis deus est qui ipsius corporis inuentor est? Quid est quòd saluator 33
ait, Ego sum ianua qui ante me fuerunt, fu Ioã. 10.
res sunt & latrones: quod dictum videtur M
Prophetas pulsare? Quia nemo vadit ad Contra
deum patrem, nisi per fidem Christi, idcir- Faustũ
co se ianuam dicit saluator regni cœlorum, Manich.
Si ergo ianuæ verbis vtitur, quid opus erat li. 16. ca.
vt de anterioribus diceret, Quotquot an- 12.
te me fuerunt: cum nulla quæstio de præteritis verteretur? Sed vtique quasi præsens ianua de præsentibus quęreretur. De Iudęis enim dicit saluator, qui non per fidem sed per iustitiam legis in regnum dei se intrare putabant. Ante saluaturem enim venientes, idest ante illum stantes, obtrectabant ei contradicentes, vt etiam alios à fide eius auerterẽt. Vnde fures & latrones appellati sunt: Nam eo tempore hæc dicta sunt, quo Pharisæi disceptabant, cum illo qui erat ex cæco illuminatus, cui saluator oculos reddidit, quos natura negauerat quem volebant à fide saluatoris auertere, dicentes: Non per hanc posse, quia sabbatum violat, sed per iustitiam legis intrare in regnum dei. Tunc saluator, Ego sum, inquit, ianua, per me si quis introibit, pascua inueniet: Si quis autem aliunde intrare voluerit, ille fur est & latro. Quomodo hoc ad personam pertinet Prophetarum? Nunquid Prophetæ contra Christi doctrinam per iustitiam legis sine fide deum promereri posse dicebãt, qui Christum in carne scierunt? Hoc ergo A
de ꝑsentibus dixit, vt quicunq; ante ipsum fuerunt, astantes vel sedentes, fures intelligãtur & latrones. Seuocantes enim illum qui fuerat cæcus, volebant eum à fide saluatoris auertere, dicentes, Da honorem deo: scimus quia hic homo peccator est. Quos ille arguit dicens, A seculo nunquam auditum, quòd aperuerit quis oculos cæci nati: nisi hic esset à deo, non poterat facere quicquam. De hoc ergo quia perseuerauit in fide: & de illis qui dixerunt, hæc verba non sunt dæmonium habentis, Nunquid potest dæmonium cæcorum oculos aperire, dixit saluator, Sed non audierunt eos pues: illos vtique quos fures & latrones appellauit. Nã quomodo non audierunt Prophetas oues, cum constet scripturis omnes bonos obedisse Prophetis, & malos Pseudoprophetis?

Quid

Universidad de Deusto Biblioteca

Quid est vt admirabilem & incognitam
Ioā.11. virtutē facturus, Lazarum. s. à mortuis resu
scitaturus, fleret, aut locum vbi positus erat
quasi ignarus quæreret? Saluator deus &
homo est, ac per hoc duas vices egit semper,
vt quia hominis affectus habet ploret. Sed
quia & deus erat, hunc quem fleuit resuscitauit. A minimis ergo semper ad maiora ve
B nitur, vt quia homo cernebatur, deum autē
35 se operibus asserebat. Cum saluator dicat,
Ioā. 17. Ego pro eis rogo quos mihi dedisti: non pro
1.Ioā. 2. mundo rogo: Ioannes Apostolus contra,
Habemus, inquit, aduocatum apud patrem,
deprecatorem pro peccatis nostris, & non
solum pro nostris, sed pro vniuerso mūdo.
Hoc contrarium videtur. Quanuis non
longe discrepet sensus, tamē aliud est quod
dicit saluator, & aliud quod firmat Apostolus Ioannes. Nam saluator rogat pro discipulis, vt à mali infestatione tuti præstentur:
Ioā. 17. denique sic dicit, Non rogo vt tollas eos de
mundo, sed vt serues eos à malo. Apostolus autem Ioannes aliud genus precationis
1. Ioā. 2 inducit: Ait nanque, Habemus aduocatum
qui postulat pro peccatis nostris & totius
mundi. Pro Christianis ergo duplici genere postulatur, quia & pro peccatis illorum
oratur, & vt tuti à diaboli infestatione præstentur. Pro his autem qui nō credunt hæc
sola deprecatio est, vt cum pro peccatis suis
& perfidia plecti mererentur, bonitas & patientia expectet illos, si forte vellent corrigi.
Non enim postulatur, vt ignoscantur illis peccata diffidentibus, sed vt dilationem
C accipiant longam, vt si se emendauerint, dimittantur illis delicta. Hoc ergo postulat p
36 illis saluator, quod diximus. Quid est vt
Ioā. 20. saluator dicat Mariæ volenti se tangere causa gaudij, Noli me tangere. Nondum enim
ascendi ad patrem: cū legatur à cæteris mulieribus & tactus & adoratus? Indignantis verba sunt dicentis, Noli me tangere.
Quanuis. n. desideraret saluatorem, alijs tamen resurrectionem eius credentibus, hæc
ad monumentum stabat plorans, quam iam
Ibidem. gaudere oportuerat. Audierat. n. à Ioanne
& Petro Apostolis resurrexisse dominum
Sic. n. habes, Et vidit linteamina & sudariū
in vnum locum, & credidit, nondum enim
sciebat scripturam, quia oportebat eū à mortuis resurgere. Sed Maria quia nō illum videbat resurrexisse, non credebat, Nimius. n.
amor dubitare illam faciebat. Deniq; quos
diligimus, si incommodum patiantur, non
eos euadere credimus: quos autem odimus,
si iam prope mortem sint, incredulū nobis
est. Mariæ ergo, qm obstupuerat & mœrorem patiebatur per amorem, quam oportuerat sequi discipulorum fidem, primum se ostendit dominus, vt desineret à mœrore, nō
tamen sine indignatione. Hinc audit, Noli D
me tangere. Hoc est, carnalem sensum quæris, abstine, te, & spiritalia sequere quæ non
videntur, Nondum enim, inquit, ascendi ad
patrem. Tale est hoc quale illud beati Ioan
nis Baptistæ mittentis discipulos suos ad Ie
sum & dicentis, Ite dicite, Ioannes Baptista Mat.11.
misit nos ad te dicens, Tu es qui venturus Luc.7.
es, an alium expectamus? Sub sua persona
discipulorum suorum agit causam. Nec. n.
Ioannes dubitabat, qui dixerat, Ecce agnus Ioan. 1.
dei, ecce qui tollit peccata mundi: sed vt discipulis suis satisfaceret, mittit illos suis verbis, vt saluatoris ore firmaret, quod ipse de
illo docebat, vt post excessum suum sine dubitatione aliqua discipuli sui Christum sequerentur: Ita & saluator in se Mariam arguit dicens, Nondum ascendi ad patrem. i.
adhuc cor tuum humi pressum est, quem si
non vides, non credes. Si. n. ad deum cor eleuasset, resurrexisse dominum cum discipulis
credidisset. Virtus altissimi sine dubio 37
Christus est, Ad ipsius enim personā perti- Qōnem
net dictum. Hoc signum. n. filij dei, hoc est 51. ex
cum dicitur, Virtus dei. Iuxta diuinitatem quæstio-
vero & pater virtus est, & sanctus spiritus nibus no
virtus est, & trium horum vna virtus, quia ui testa.
vna substantia est. Spiritus sanctus ergo car- E
nem ex virgine fecit saluatori: Virtus altis- verficu-
simi autem. i. Christus, obumbrauit eam ve lo virtus
niens in carnem factam à spiritu vt in cor- altissi-
pore & anima lateret filij virtus. Latere au mi, &c.
tem eius, est ad tempus non intelligi. Obum vetera
bratio autem quid penitus intelligatur con- sic profe
siderandum est. Vis aūt huius verbi si expri quūtur.
matur, obumbratio virtutis dei, impertitio
aliqua intelligitur, vt dum obūbratur corpus, aliquid sumere ex dei virtute dignoscitur. Hoc autem aliquid totum est, quia non
potest partiri diuinitas. Sequitur itaq;, pro Luc. 1.
pterea & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Quod enim de spiritu sancto natum est, in se habens obumbrationem
virtutis dei, quæ est filius dei, sine dubio sanctum natum est. i. corpus filij dei. Sancti. n.
corpus sanctum est. Sanctus ergo filius dei
in sancto corpore natus est. Sic etenim de
carne Christi dixit Dauid, Non dabis sanctum

ctum tuum videre corruptionem: vt in cor
38 pore sancto ipse significetur. Orietur stel
Qōnem la ex Iacob & exurget homo de Israel &
ex nouo confringet duces Moab, & prædabitur om-
testamē- nes filios Seth, & erit Edom hæreditas eius,
to nu. &c. Hæc ergo prophetia est Balaam, non qa
63. ab eo fuit Propheta, sed deus causam populi sui
F egit per illum, non voluntarium sed inuitū,
loco orie sicut prophetasse inueniuntur missi à Saul
tur stel- ad Dauid capiendum, Et sicut ipse Saul cū
la, &c. sic dictum est, Nunquid & Saul Inter Prophe-
vetera tas? Hunc enim probare voluit deus quan-
deducūt. ta sit maiestas dei Iudæorum, qui cum maledicere veneret, conuertit vt bonum illi videretur benedicere populum dei. Nec enim
maledictum eius poterat timere, cuius cor
habebat in potestate. Hunc ergo Prophetā
hanc intimasse collegis suis datur intelligi,
qui cū curiosi sint circa astra, videntes stellam incognitam & nimia claritate fulgentem, ita vt solem luce superaret. Videbatur
. n. per diem, conferentes inter se animaduerterunt hanc esse stellā quam futurā dixerat
39 Balaam. Quid sibi vult vt Esaias Pro-
Hanc a- pheta de Christo dicat. Qui peccatum non
lijs & fecit. Contra autem Apostolus, Qui pecca-
verbis & tum, inquit, nescibat, peccatum pro nobis
sentētijs fecit? Quantum ad proposita pertinet
reperies non solum verba discrepant sed & personæ
supra in diuersæ sunt, Fecit enim & non fecit, con-
qōnibus trarium est. Sed quia non ab hoc factum in-
ex nouo telligitur, qui fecisse negatus est, contrariū
testa. nu. dici non potest. Prophetæ enim dictum ad
74. personam pertinet Christi, Apostoli vero
G ad personam patris, Deus enim pater recō
ciliauit sibi mundum per Christum, & ita
factum est vt eum, idest Christum faceret
peccatum, Hoc est enim fecisse eum peccatum, dare illum vtero virginali, vt nasceretur homo ex parte carnis factus peccatum,
quia caro peccari est hic vtiq;, quoniā fors
& conditio non tāgebat hominem procrea
re. Ad hoc igitur natus est, vt hostia pro pec
catoribus offerretur. Peccatum ergo factus
dicitur, quia secundum legem hostia quæ
pro peccatis offerebatur, peccatum nuncupabatur. Similis locus est alius Apostoli ad
Gal. 3. Galatas dicentis de saluatore, Factus p nobis maledictum: Ipse sensus est, Factus est
pro nobis peccatum siue maledictū nra cā
à deo patre, qui permisit illum à Iudæis occidi, vt incredulitatis suę causa abdicarentur à nobis in locum illorum inductis, si-
Mat. 21. cut dicit saluator, Tolletur à vobis regnū,
& dabitur genti facienti fructum eius. Nā
omne quod permittit deus, facere dicitur,
quia si non permittat non fit. Vnde dicit do Ioā. 19.
minus ad Pilatum, Nō haberes potestatem
in me, nisi data esset tibi desuper. Non ergo
inuidens sed permittens dare dicitur potestatē, vt dum mala mens potestatis suæ acce H
pit potestatem, sit rea: sicut Iudæi qui occidentes saluatorem, fecerunt illum maledictum sine dei iudicio. Crux enim saluatoris
maledictū est Iudæorum. Non. n. sicut hostia quæ pro peccatis abluebat offerentem,
sed contra oblatus saluator, macula & pecca
tū sit offerentium. Iustificatio aūt illorum
qui dissentiunt, vt gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu, Oblatio. n. Iudæorū profecit gentibus nō dissidentibus à
fide Iesu Christi. Certe qui filius dei nō 40
est, diaboli est: Semper ergo filius est, sed Hāc hā
aliquando dei, aliqñ diaboli. Quid ergo na- bes supra
scimur requirendum est, vtrum filij dei, an in qstio-
diaboli, an aliud tertium, si possit admitti. nibus no
Dominus cum filij Israel sæpe delinque ui te. nu.
rent educti de Aegypto, iratus nullum illo- 80.
rum in terram promissionis intrare permisit, excepto Caleph & Iesu Naue. Filios aūt
eorum qui nati fuerant in deserto, ipsos dixit intraturos, eò quòd nescirēt bonum aut
malum. Nescire autem bonum vel malum
simplicitas quædam est naturalis, quæ neq;
ad bonum neq; ad malum erudita est, hoc
est ignorantia sine malitia. Sine sensu enim
nascimur, sed nostra natura capax est edisce
re veritatem. Filius autē diaboli est, qui na-
tus malis rebus imbutus, ijs studet quæ ad- I
uersus creatorem sunt, dicens multos esse
deos & ijs sacrificandum quasi mundi rectoribus. Hic si resipiscat, ad naturalem re
gressus iustitiam, recipiens fidem Christi,
erat filius dei: ac per hoc neq; filij dei sunt
qui nascuntur, neque diaboli. Quid enim
dicit saluator Iudæis, Vos de patre diabolo
nati estis, & concupiscentias patris vultis Ioan. 8.
facere? Vides ergo operibus & professione
filios diaboli procreari. Sicut enim deus instituit genus nostrū vt sine sensu nasci pos-
sit, tamen erudiri ad vtrunque, vt siue
ad bonum, siue ad malum ipsi nobis quodāmodo simus authores, vt lætemur in nobis
cum recte agentes remuneramur, aut nobis imputemus si praua sequentes pœnis
subijciamur. Ideo iudicio nostro nos dimisit, vt neque queramur de malis, neque frustra, sicut & dei filios per fidem fieri, de nobis

bis gaudeamus si coronemur. Deus conditor & author substantiæ nostræ voluit aliquid nos proprium nostrum habere, vt nō indigne gloriemur de fide, quam habemus in deo. Qui enim potestatis suæ non est, quicquid habuerit alienum est, vt ne gloriari possit de bonis, nec reus constitui de malis. Nam non est dubium credentibus, nō datum esse spiritum, nisi postquam denicta morte clarificatus est dominus. Ante asēsum enim dominus formam discipulis dedit quomodo accipere deberent baptizati spiritum sanctum, quod nunc Epis custoditur. Triū ergo officiorū formæ doni spiritus sancti in Apostolus datæ sunt. Prima est q̄ generalis est, quæ in Pentecosten data est, non solum in Apostolos verūetiam in oēs decidit spiritussanctus credentes, vt loqrentur magnalia dei linguis diuersis vnius gentis homines. Secunda forma specialis est, Non enim pertinet ad omnes credentes, sed ad Episcopos tantum vt baptizatis per manus impositionem dent spiritumsanctum: quæ inter Episcopos potest dici generalis. Tertia forma est, quæ solis Apostolis est cōcessa in signis ac miraculis faciendis ad fidei incrementū. Semina.n. sunt fidei virtutes per Apostolos factæ. Itaq; per ordinem officiorū spūssanctus Apostolis datus est, vt primū decideret in eos, sicut in cęteros credentes in Pentecosten. Deinde quasi primi sacerdotes aut Epi, manus imponentes credentibus darent spiritūsanctum. Nam prodigia vt fierent per Apostolos, temporis gratia est non personarum: sed beatificati sunt, quia tempus eos inuenit quo dominus donum suum effudit super terram, vt potestatē acciperēt, ad exēplū credētiū, p spiritumsanctū faciendarū virtutū. Vt aūt præsente domino dæmonia pellerent, & virtutes cæteras facerent, Apostolis potestas data est, vt sine inuocatione nominis imperarent dæmoniis aut cæteris ægrorum passionibus, & salutis prosequeretur effectus. Hac.s. rationis potestate, qua vsi sunt Prophetæ, Helias, Hæliseus, in virtutibus faciendis. Deniq; dicit saluator discipulis suis, Amen amen dico vobis, Si quid petieritis à patre in nomine meo, dabit vobis, vsque modo non petistis in nomine meo: petite & accipietis. Quoniam ergo sine inuocatione nominis fecerunt virtutes Apostoli sicut supra memoraui, non tamen omnino sine nominis potestate. Per id enim q̄ ab ipso missi erant: qui dæmonibus & passionis terrori erāt, iplo metu fugabantur dæmonia & infirmitates curabantur. Itaq; nomen dñi tacite operabatur. Deniq; Apostolus Petrus dicit Iudęis inter cætera, In nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos abnegastis & crucifixistis, hic astat sanus corā vobis. Nec quidē aliud nomē datū est sub cœlo in quo oporteat saluos fieri. Vnde & Apostolus, Qui proprio, inquit, filio suo non pepercit. Nam patrem & filium vnius esse substantiæ, ipsa nominum ratio docet. Vt.n. mysterium quod ratio humana propter suam infirmitatem non capit, possit sciri, nomina sacris rebus aptata sunt congrue, vt per hoc veritas patris & filij possit aliquatenus intelligi. Nihil enim sic Christum dominum de deo esse deum facit aduerti, q̄ nomen hoc quod dicitur filius dei, & quia malignitas etiam ipsi nomini vim perfidia sua infert, vt aliter q̄ ratio ipsa se habet, nominis ipsius causam interpretetur, addidit, verus filius: vt obstrueret os paruum, & mente peruersum. Deniq; nemo in hæresim ruit, nisi à nominum ratione discedens, simplices vero permanentes in ratione nominum catholicæ fidei adhæserunt. Ipsa enim simplicitas non aliter hoc aduertit imperturbata q̄ traditū est. Accidente autem tergiuersatione dum re bene & simpliciter posita commouent quæstiones, non contenti credere qđ sonant verba, indignum putantes si non sibi addant aut demant, de traditione pręcipitantur. Solicitos enim se faciunt ne deus aliter debeat credi quàm tradidit, Ratio nominum parris & filij inducit ad ueritatem vnitatis eorum. Nec enim potest discrepare alter ab altero, quorum imago vna sacris scripturis refertur: quod etiam ipse filius firmat, cum dicit, Qui me videt, videt & patrem. Si ergo vnum ex ijs videt, ambos videt, sine dubio pater & filius vnā habent imaginē, quæ non esset vna, nisi substātiui essent pater & filius: qđ quidem nō est ambiguū circa notitiam humanā. De vero enim filio qđ aliud poterit iudicari, q̄ vt vnitas eorū ipsa nominū ꝓprietate nascētis & generantis firmetur? Quis.n. aliud generet q̄ ipse est? Si.n. filius tantum diceretur, & non adijceretur ad intellectum quia verus est, testāte ꝓstud Apostolo Ioāne, q̄ ait, Sumus in vero filio Iesu Christo, q̄ est verus deus & vita æterna. Et Apostolo Paulo similiter ꝓdicante, Qui ꝓprio, inq̄t, filio suo non pepercit: posset de nudo nomine filij dubitari. Nā cū addat verū hūc esse filiū dei, quid est q̄ ab hac voce & sensus recedant, ipsi sibi propria immittāt? Configunt .n. sibi & persuasione quadam opinionis puersæ aliud debere credi asserunt, quàm ratio fidei continet, quasi plus dent deo q̄ ipse de se voluit credi. Si.n. adiectum non fuisset, vere, posset dubitari. Diceretur enim similis esse patri propter hoc quod ait, Qui me videt, videt & patrem: vt sicut lac & gypsum quātum ad colorē pertinet simile est, quantum ad naturam, longe dissimile. Sic & id quod dictū est, Qui me videt, videt & patrem: possit videri. Sed quia veri filij dei verba sunt, non debet aliud ad intellectum admitti, q̄ vt ideo hoc videatur dixisse, quia vnum sunt natura pater & filius, hoc est, in nullo discrepare alterum ab altero. Nam si saluator de viro & muliere propterea quòd vna amborum substantia est, ait, Iam enim non sunt duo, in vna carne, quantomagis pater & filius non sunt duo dicendi iuxta substantiam? Ne autem scissa, vel diuisa aut certe dispares, dissimilis eorum substantia dinoscatur. deniq; Paulus Apostolus vnitatem substantia eorum firmans dicit, Qui non rapinā arbitratus est esse se parē deo. Parilitas ergo vnde erit hæc nisi de vnitate substantię? Hinc ambo vnius sunt imaginis. Si ergo Apostolus ait, Non rapinā arbitratus est esse se parem deo, verū se dei filiū demonstrauit. Deo enim par esse non poterat, nisi esset de ipso. Pares enim ij sunt qui aut ambo veri sunt, aut ambo falsi. Nec.n. parilitatem recipit, cœptum & æternū, aut vnitatem. Vnum.n. se esse dicendo Christus cum patre, parē se deo fecit. Non solum.n. inquit soluebat sabbatum, sed & patrem proprium deum sibi dicebat, æqualem se faciens deo: hoc est patri. Nonne manifestum est æqualitatem hanc de proprietate natiuitatis descēdere? Proprium .n. se.i. verum dicens dei filium æqualem se faciebat deo. hoc est vnde dicit, Qui me videt, videt & patrem: per id quod cōsubstantiui sunt, qui vnū videt, ambos videt. Sicut enim habet pater vitā in semet ipso, ita & dedit filio habere vitā: hoc est, æqualem sibi pater genuit filium, & omnia quæ patris sunt, filij sunt: & quæ sunt filij patris sunt: & nemo potest quicquam rapere de manu patris, neque de manu filij. Et subiecit, Ego & pater vnum sumus. Et, verba, inquit, q̄ loquor vobis, à meipso non loquor: pater autem manens in me ipse loquitur, & opera quæ facio ipse facit, credite mihi quòd ego in patre & pater in me: alioquin propter opera ipsa credite, Quia.n. generatio non à semetipsa est, sed ab eo qui genuit, idcirco quicquid facit, factum dicit patris sui. Hæc omnia illud firmet, quia ideo verus dicitur filius dei Christus, vt de ipso natus credatur. Cum saluatorem natum profiteamur, quid est vt Apostolus factum eū dicat ex semine Dauid, cū aliud sit fieri, aliud nasci? Quanquā hoc loco possit factura natiuitatis intelligi. Factura enim à generatione distat quidem. Sed in alijs causis non nisi carnis & corporis vertitur ratio. Apostolus tamē nō sine causa taliter verbis locutus est, quia & in alio loco, Factum, inq̄t, ex muliere. Aliquid ergo significauit hoc dicto. Quoniam.n. sine humano semine concreta caro domini est in vtero virginis, & corpus effecta, sed effectu & virtute sancti spiritus: ideo sic locutus est Apostolus. Aliud est.n. semine admixto sanguinem coagulare, & generare, & aliud non permixtione, sed virtute procreare. Ideo factū potius dixit q̄ genitum. Si ex semine Dauid Christus dei factus est filius secundum carnem: hoc est natus iam filius dei est in vtroque, quia sanctificatus natus est: quō ergo postquā baptizatus est, dictum ei à deo est, Tu es filius meus, ego hodie genui te? Christus filius dei secundum spiritum ex æterno est, iuxta carnem dei filius ex semine Dauid est ex natiuitate. Non per baptismum factus, quia de spiritu sancto natus purificatum corpus habuit. In baptismo autem ideo audit, filius meus es tu, ego hodie genui te: vt ostenderet per mysterium baptismatis filios dei fieri. Denique spiritu descendente & manente in se audit hæc verba, quia ante acceptum spiritumsanctum non sunt filij dei. Audit ergo non sibi, sed nobis, vt in illo discereremus quomodo filij dei esse possemus. Non enim sibi baptizatus est sed nobis: quomodo alio loco ipse dominus ait, Nō ꝓpter me venit hæc vox, sed ꝓpter vos vt credatis: ita & hoc factum est vt forma nobis fieret. Apostolus legē data à Moyse, & sanctam, & iustam, & bonam, & spiritalem appellat. Alibi dicit, Lex enim iram operatur: & vbi non est lex, nec præuaricatio. Ipsa dicta conferens, satis tibi debueras facere. Nam sic solent dubij facere quæstiones, vt vnius dicta, & quem

K 41 Vide supra in q̄ stionib. noui te. q. 92. uersiculo. Nam non est dubiū, ꝓ post uetera sequuntur ut hic.

L

Ioan. 14.

Mat. 19.

A

B

C

Ioan. 5.

Ioā. 14. Ioan. 5.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

M 42 Fragmē tum q̄ stiōis. 97 ex nouo test. à uersicu. Vnde et apostolus, ex uete. ad finē usq; sic sequitur.

D

E

43 Rom. 1. Gal. 4. 44 2. Ti. 2. Matt. 3. Psal. 2. Hebr. 5.

45 Rom. 7. Rom. 4.

fas

Universidad de Deusto Biblioteca

fas non est reprehendere, pugnantia & inimica quærantur. Si.n. Apostolus legem sanctam & iustam & bonam & spiritalem vocat, vir omni laude præcipuus, & vndiq; veritate munitus: sufficeret hoc ad fidem, & de hoc quod videtur in verbis contrarium, sine obstinatione & inuidentia quærendum erat. Propositio.n. hæc impunitatem peccādi vult. Nā Apostolus vtique cum legem fidei pro temporis merito & gratia præferret apud Romanos, qui sub fide Christi in legē fuerant inducti. In legē dico, non eam q̄ naturalis est. Nā vtiq; in legē erant Romani quā de Athenis decē viri missi, & post alij duo attulerunt q̄ in duabus tabulis scripta est, q̄ in Capitolio obrutæ sunt, sed eam q̄ factorum appellatur, vt circunciderent̄, sabbatum obseruarent, neomenias, discernerent escas, circa mundāda vasa essent soliciti, & cætera q̄ continent̄ in lege huiusmodi. Hāc ergo legē dicit iram operari, propterea.n. ira to deo addita sunt hæc vt oneri essent perfidiæ Iudæorū. De tantis.n. necesse esse vt aliquis prætereat. Vnde Apostolus Petrus.

Act.15. Quid, inquit, imponitis iugum super cerui cem fratrū, quod neq; patres nostri neque nos potuimus portare? Deniq; dicit deus p

Eze.20. Prophetā, Dedi illis præcepta nō bona. Post enim offensiones multas & tentationes in deū & contumelias factas Moysi & detractiones de deo hæc data sunt, quæ obseruarent, vt premeret̄ dura ceruix eorū, & quocunq; se conuerterent, legem haberent, vt

G nullum eis esset refrigeriū. Vt ergo ab hac illos lege tolleret Apostolus, ait. Non est lex nec præuaricatio: vt securi per compendiū possint deo seruire spiritaliter, q̄a, inq̄t, legem Iudæorū seruātes, necesse est vt præuaricetis. Tanta.n. sunt præcepta, quæ implere impossibile est. Nā qūo de ista lege diceret, quæ naturalis est? Nā Moyses ideo scripsit, vt authoritatem illius firmaret, non qa ante non erat, cum legamus vindicatum esse ante Moysen, Sed vt exponeret Romanis

Ro.13. non debere viuere iam sub lege, quos sub lege agere expediebat. Nec aliter enim posset seruari iustitia. Denique dicit ad eos. V non timere ptātem, bonum fac: Et, Qui cōtemnunt, ipsi sibi damnationē acquirūt. Spiritalē ergo hanc legē dicit, quam & sanctā, & iustam, & bonam ostendit. Hæc est quam naturalem diximus, quæ prohibet peccare. Dux est.n. bonæ vitæ, huic addita lege fidei perfectū hominē facit. Nam quia communi nomine nūcupatur lex hæc quā naturalem dixi, & illa quæ factorū lex dicitur cōtra legem loqui videtur Apostolus, Sed ne hanc

Rom.7. inanire videretur, sine qua vita hæc gubernari non potest, dicit, Scimus quia lex spiritalis est, vt illā quā inanit, lex sabbati & circuncisionis & escarum, & neomeniarū sciretur. Illa.n. idcirco spiritalis dicitur, quia omnia punit peccata. Qua rōne sapiētia 46 carnis inimica est deo. Vel quæ est ipsa sa- Vide in pientia quæ legi dei non est subiecta. Nō fra. nu. discrepat sensu quæstio hæc à superiore. 61. Nam carnem dicendo quid significet, decla Qūo liratum est. Vnde quæ sit eius sapientia facile beri &c. posit dignosci, Diximus ergo elemēta om- Rom.8. nia carnē appellari .i. visibilium substātias, quorū ratio talis est, vt nihil æstiment posse fieri sine commixtione spiritali & simplici, potentiæ rationem horrentis ad fatuam iudicantes. Hi enim qui de spiritalibus diffidētes, carnalia sequuntur, nihil aliud sapiunt ac putant verum q̄ ratio continet elementorum, vt neq; virginem peperisse, neq; carnis credant resurrectionem, quia hoc ratio carnis, ideſt elemētorum, nō recipit. Omnia.n. quæ gignuntur in tēpore, permixtione operāte generantur: & emortua & resoluta corpora non posse rursus reddi ad vitam, quia vnumquodq; elementum permixtione discreta reuertitur in propriam naturam. His modis inflati, negant futurum vel factū q̄ credimus, Ac per hoc assueratio illorū inimica est deo, dum stultum & inane putat I quod fecit & facturum se promisit deus. 47 Apostolus dicit de principibus & potestati- 1.Co.2. bus huius seculi, Quòd si cognouissent, nūquam dominum maiestatis crucifixissent. Econtra Marcus Euangelista de dæmonibus ait, Sciebant enim ipsum esse. Si dæmo- Marc.1. nes sciebant, qūo potestates ignorabant? Supra in Quibusdam videtur principes & potestates q.nouī te huius seculi Iudæorum maiores & princi- stamē. pes dixisse, qui iuxta Petri Apostoli dicta, nu.66. ignorauerunt quid mali fecerunt. Ait enim, Act.3. Scio fratres quia per ignorantiam gessistis hoc malum sicut & principes vestri. Iudæorum principes hi fuerunt non tamen huius seculi principes dici potuerunt: quippe cum in potestate redacti fuerant Romanorum, profitentes se nō habere regē nisi Cæsarē. Hi autem sunt principes isti, quos alio loco significat Apostolus, dicens. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, sed aduersus huius mundi principes, & tenebrarum harum

harum rectores. Si ergo hi sunt principes qui nescientes dominum maiestatis Christum esse, cruci fixerunt, qūo à dæmonibus potuit sciri? Non illum aliter scierunt dæK mones q̄ sciebāt principes huius seculi. Sciebant enim ipsum esse qui promissus erat in lege per signa prophetiæ, non tū mysteriū erat, quo filius dei erat ex æterno, sciebant,

48 neq; sacramentum incarnationis. Quē spiritum Apostolus saluandum asserit, cum

1.Co.5. dicit, Tradidi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis &c. Interitus carnis est cum quis voluptatis & desiderijs carnalibus deditus, gehennam sibi procurat. Interitum enim ex opere carnis acquirit. Ex his enim totus fit carnalis, quia sicut secundum legem viuens totus homo spiritalis efficitur, vt etiam caro hoc dicatur quod anima, ita si secūm desiderium mundi & voluptates libidinū viuat, totus homo fit caro, p̄ficiens in interitum carnis .i. vt sicut caro p̄pterea q̄ fluxa & corruptibilis & mortalis est, & amissa anima deformatur, caruit figura, defluit in interitum, interit enim cum vigorē omniū mēbrorū amittit; sic & anima de tali corpore deformata est in eius vigore, despecta erat in pœna cum carne in qua se vitijs maculauit, vt nullus profectus sit carni per animā, sed interitū habeat anima per carnē, quia non corpus gubernauit spiritaliter, cum regina data sit carni, sed ipsa

L ducit opera carnalia. Talem igitur hominē cum Ecclesia abijcit, spiritum habet saluū, sanctum .s. qui Ecclesiæ curator est, quia si passi fuerint talem inter se habere, quē vxorem patris habentem non potuit lege imposita pellere, contaminat omnes, & sanctus spiritus recedit, & Ecclesia, quia fuit pollicitus ante, habebit saluum spiritum Ecclesiæ. Quod.n. amittitur non est saluum, & in die domini nudi ab spiritu inuenti, inter filios dei computari non potuerunt. Spiritus etenim testimonium perhibet quòd sumus filij dei. hæc Apostolus ad plebem loquitur, quia adhuc Episcopi ecclesijs non erāt locis omnibus ordinati. Ideo plebem iubet facere quod facturus esset si illi creatus fuisset Eps, vt conspirantes in vnum eijcerent illum de cœtu suo ne consentire viderentur operibus eius quia qui non arguit eum quem potest, sed recipit quasi non errantem, delinquendi illi fomitem præstat, qua causa contaminatur, & ipse fugans à se ipsum factum. Ad Thessalonicenses nanque simili modo inter cætera dicit, integer spūs vester & anima & corpus sine querela in 1.Th.5. aduentu domini nostri seruetur. Ipse sensus est, hoc est enim saluum esse quod integrū. Nam dicit rex ad Danielē, Salvane sunt signa? Et Daniel respondit, Salua rex. i. integra, vt nobis sit integer spiritus, cum nō nos M deserit. Quos enim spiritus deserit, iam non erunt integri in causa regenerationis, quia nō habent eū per quē filij dei vocabuntur. Nec hoc est contrariū, si spiritum sanctum dicamus, nobis peccantibus nos deserere & integrum non esse. Tunc enim integer non est, quia datur nobis vt dux & rector noster sit, quasi caput nostrū, & nos velut membra eius. Cum autē aduersum aliquid facimus, non ille nos, sed nos illum videmur deserere, & tunc ille videtur integer non esse, cum nos amittit. Hoc enim verum ac manifestū est, quia non ille se à nobis auertit, sed nos ab illo cum peccamus. Et ad Colossenses inter cætera ait, Ex quo omne corpus submi-

Dan.14.

nistratum & productum crescit in crēmētū Colo.2. domini. Quod iuxta sonum verborū si accipiam, non conuenit. Nec in.deus aliquid de nostro hēt, vt crementū faciat per nos: Sed nos dū reuertimur ad authorē vitæ nostræ & confitemur illum, atq̄ rens nos ad salutē crementū fecit in nobis diuinitas, ideo O in eis qui recedunt, detrimentū est. Hoc est ergo integrū non esse, qd̄ est & detrimentū A facere. Cum multa peccata in corpus 49 admitti videantur, Omnis enim qui sibi ex quacunque parte corporis vim intulerit, in corpus vtique suum peccat, Est enim qui se abscidit, est qui laqueo vitam finit, est qui ferrum in se iniecit: quare A- 1.Cor.6. postolus, omne, inquit, peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat?

Imperitum putas fuisse Apostolum? aut vim dicti explanari desideras? Nam Apostolus corpus dicēs, nō singularē hominem significauit, sed simul cōphēdit & fœminā, q̄a portio viri est mulier, Nā omnia suprādicta facinora q̄ violēter in se vnusq̄sq; admittit, nō totum maculāt corpus, singularis enim peccat, ac p̄ hoc solus fiet reus. In fornicatione aūt totū polluitur corpus, q̄a cōsensus cōtaminationis & virum tenet & fœminā, ideo graue delictū esse fornicationē. Pessime.n. peccatur cum quis facinori suo socium quærit ad perditionē. Si.n. vt bene viuens etiam pro eo præmiū accipiet, quē

Aug. mus quartus Rr lucrum

Universidad de Deusto Biblioteca

lucrum fecit,& malus non tantum se,sed & in illo sit reus quem participem voluit ha-
B bere dānationis, quanto magis qui fornicatur,quē constat vno delicto seipsum bis quo dāmodo contaminare?Si.n.in carnem, quæ ex se est peccat, bis vtiq; seipsum adulterat. Si quis autem quæstionē hanc trasfigurare se putat,vt aut ad Ecclesiam, aut ad corpus Christi dictum hoc aptet,non stabit. Impropric.n.dicetur, & Nouatiano similis erit, qui vt causam furoris sui pronunciat eum qui fornicatur non in corpus suū peccare aſserens,sed in Christi,quia Christiani membra & corpus Christi sunt:vt fornicatio hoc sit quod sacrilegium,ut talis in Christum dicatur peccare,sicut qui negat Christum,qđ quidem infirmum est & fragile,quia ex qua uis parte hæret in laqueum & non euadit. Si enim qui fornicatur in corpus Christi peccat, cętera pcta non erunt in Christum admissa: vt si Christianus fratrem occidat, aut sacrificet idolis, vel aliud genus peccati admittat,quia omne pctm non est extra corpus, sed quodcunq; fuerit in Christum admittitur. Qui furatus aut periurat, & qui mentitur,aut qui percutit fratrem, aut aliud tale admittit,in Christum vel in spiritūsanctum dicitur peccare,quod valde absurdum
C est, & tamen Apostolus Ecclesiæ membra corpus Christi appellat, ita vt nos inuicem simus membra. Quo ergo qui fornicatur in suum corpus peccat, & non magis in Christi? quia secundum Ecclesiæ mysteriū non nostrum corpus dicimur,sed Christi,& hoc à lōga causa est,quia fornicatur,ideo in corpus suum peccat, qm totus Adam contami-
50 natur. Cur Apostolus omnibus omnia se
1.Co. 9. factum dixit, quod factum adulatoris uidetur, & hypocritę? Adulator ille est qui ideo dat consensum ne offendat eum quem optat habere propitium. Qui.n.propter scādalum aliquid facit,quod non quidem periculosum, sed superfluum sit, saluti studet illius quem scandalum pati non vult. Cum circuncidit Timotheum propter Iudæos, & purificatus intrauit in templum, talem se vtique præstitit,ne illi quia æmuli erant traditionis paternæ scandalum passi aut occiderent illum, aut religionem nostram sibi inimicā putarent. Minus ergo admittere uoluit, vt plus posset lucrari. Grauiter enim potuerat peccare, si non Iudæum se fecisset ad horam, subiecit ergo se vt illis prodesset. His autem qui sub lege sunt, id est, Samaritanis,hac rōne consensit,qua constat illos libros Moysi recte confiteri esse à deo, & circuncisionem & sabbata à deo data. Ex his autem ostendebat illis Christum quem D
sperabant hunc esse quem prædicabat,Sic.n. habes,dicente Samaritide ad dominum, Scio Ioan. 4
quia Messias uenit: cum ergo uenerit, ille annunciabit nobis omnia. Iuxta ergo hunc sensum persequebatur verba librorū Moysi qui dixit, Quia Prophetam vobis suscita- Deu.18.
bit dominus deus fratribus uestris. His autem qui sine lege sunt, ex hac parte assensit, quia mundum dicunt factum à deo, & Acto.17
hominum genus. Ait enim, sicut quidam 51
ex vobis dixerunt, Huius etenim genus sumus. Sic ergo factus est omnibus omnia, 1.Co.10
vt saluti eorum proficeret. Quid est q Supra i
dicit Apostolus, Tentatio uos non appre- mixtis.
hendat nisi humana: quasi optet hanc fieri? núe. 99.
Et quę est hæc humana tentatio? Nam per hanc ostendit esse & diuinam tentationem. Discernendæ ergo sunt, & quæ sint ostendit. Omnis quæstio vt dilucidari possit 1.Co.10.
ad originē reuocanda est. Apostolus autem cum Iudæorū perfidia quæreretur, & quę deum in solitudine tentauerunt. unde dicit, Neque tentemus Christum, sicut quidam tentauerunt. Dum ergo hæc memoraret, & quid propter ista mala passi sunt, ad terrorem incutiendum exponeret, vt ipso nos exemplo malitiæ vel tentationis, quæ in do- Vacat
mino fit reuocaret. Diuina itaqua tenta- hic.
tio est, si sub lege dei agens ex alia parte E
aut ab idolis auxilium petat diffidens de deo: ideo hoc Apostolus cauendum monet. Vt autem humana tentatio nos teneat, exhortatur: quia humana tentatio est in dei causa de sperare de homine, & promptum esse in fide dei. Tentatio enim hęc diffidentia intelligitur vt de promissis & spebus dei non diffidant. De humanis, quia in omni errore seductionis humana tentatio est, quæ infesta immundis rationibus dei lege subsistet, desperans de repromissis eius. Habes ergo manifestatum quæ sit in deum tentatio, & quæ est humana tentatio,quam fastidire non debemus, si fidei participes sumus. Quid est quod dicit Apostolus,Ne 52
mo potest dicere,dominus Iesus, nisi in spi- 1.Co.12.
ritusancto. Ergo Fotinus, qui negat Chrm deum, pōt dominū nostrū Iesum Christū in spiritusancto fateri? & Marcion & Manichæus, qui negant Christum in carne uenisse,hi in spiritusancto pōt dicere, dominū Iesum

Iesum Christum vel meretrices & spurci, cum spūssanctus non habitet in corpore sub
Sapiēs.1 dito peccatis, & in maleuolam animam non
F intret sapientia? Veritas non ex persona probatur vel improbatur, Quicquid enim bene & verum dicitur, sine dubio in spiritu sancto dicitur. Nō ergo si quis in alijs reus est,& in hoc illi præscribi debet,quo verum loquitur, nec illi tamen præscribitur, sed Christo domino contradicitur. Qui enim negat istum verum dicere, Christo iniuriā facit. Si autem verum dicitur,negetur quod verū est in spiritusancto dici, quod & Xps admittit, Nemo enim bonorum vera de se dicentem arguit. Nec.n.ex reuelatione edisci tur, quod per traditionem discitur, nemo verum dicens poterit improbari. Aposto
53 lus dicit, Christum pro omnibus mortuum
2.Co.5. esse. Sic enim ait, Ergo omnes mortui sunt,
Mat.20. & pro omnibus mortuus est. Ipse vero dominus ait, Venit filius hominis dare animā suam redemptionem pro multis. Hoc modo cōtrarium. Verba quidē diuersa sunt, sed vnus est sensus. Quo iterum verba eadē
Ro. 14. diuersum habent sensum: vtputa, Omne qđ non est ex fide peccatū est. Et lex ait, Non est ex fide,nec tamen peccatum. Hoc ergo quos multos dixit Saluator,ipsos Apostolus omnes significauit. Multi enim sunt, quia maxima pars ex omni populo & gente credita est saluatori. Istos Apostolus creden
G tes,omnes nuncupauit. Sic enim inter cæte-
1.Co.5. ra ait, Pro omnibus mortuus est. His vtiq; qui crediderunt & crediturī sunt. Est enim & pro ipsis mortuus, qui credere nolūt. Sed dum illi beneficium non recipiunt, nolunt pro se mortuum esse Christum, ac per hoc non videtur mortuus pro his quibus nihil profuit, sed magis officit. Pro his autem rite mortuus dicitur,quibus acquisita victoria est, qui intelligentes mysterium, ideo gratias referunt, per Christum dominum
54 nostrum. Cur Apostolus Paulus Petrū
Gala.2. coapostolum suum reprehendit, quò timens eos qui erant ex circuncisione,subtrahebat se a gentibus, cū & ipse timēs eos qui erant ex circuncisione,accipiens circuncidit
Acto.16 Timothæum quod fieri prohibebat? & ipse ergo reprehendendus est. Incredibile est tantum Apostolum in alterum reprehendisse in quo se sciret succubuisse. Hoc à tam magno viro factum, non est fas credere, quia ijs competit qui carnaliter viuunt. Caret itaque Apostoli Pauli factum repre-
hensione. Cum enim prædicaret non circūcidi,volens autem Timotheum secum assūmere, qui cum esset natus matre Iudæa patre autem Græco, & hoc Iudæis esset scandalum vt ex Iudea natum incircuncisum assumeret, tulit subiectioni esse ad horam, & accipiens circuncidit eum. Rem ergo su- H
perfluam fecit permittēte eo qui passus est. Quia enim erat ex matre Iudæa, eruditus ab infantia in synagoga literis sacris, id est, voluminibus Hebræorum, permisit circuncidi se vt Iudæis scandalum tolleret, quia zēlum habebant generis sui. Denique cū Titus,inquit,esset Grecus, non est compulsus circuncidi, Timotheum autē,quia de matre Iudæa erat, sicut dixi non sunt passi Iudæi assumi inter doctores incircuncisum. Ad hoc illum assumpsit Apostolus vt eum Episcopū ordinaret,sicut fecit. Eruditus enim propheticis literis,ad asserendum Christum idoneus magister inuentus est. Apostolus enim Petrus non esset reprehensus,si se more Iudæorum à gētilibus segregasset, ne illis scandalo esset. Sed hoc reprehensum est in Apostolo Petro,quòd cum ante credētibus Græcis gentiliter uiueret,aduenientibus ab Iacob Iudæis, timor subiectus ex gētilibus credentibus iudaizare debere docebat,Hinc audit, Si tu cum sis Iudæus gentiliter uiuis,quomodo cogis gentes iudaizare? Du- I
bitare enim fecerat de Euāgelica disciplina, quod crimen est, dum, quæ ædificauerat, destruebat. Ideo simulationem hāc vocat Apostolus Paulus, quem constat si circuncidisset Timotheum, vt non taceret rem se superfluam propter illorum scandalum facere, & ideo secedere, propter quod matrem haberet Iudæam, nec enim Iudæi insisterent, nisi inuenta occasione matris Iudææ, quia hoc minime possent improbare gentilibus, nec habere facile de his scandalum, qui non essent de genere Israel. Non ergo simulatione hoc fecit, sed uiolentia. Supradicta enim causa simulationem habuit non minimam. Nam multi reprehensi sunt in hac causa ita vt aliqui Iudæorum, & Barnabas consentirent huic simulationi. Apostolus ait, Nos natura Iu- 55
dæi. De Iudæis ergo Iudæos nasci ostendit. Denique in eremo, qui nati sunt, Gala.2.
non circunciſi Iudæi erant, Non ergo cir- Sup.i q.
cuncisio Iudæum facit, sed natiuitas sub dei sta. núe.
creatoris deuotione progenita. Si ergo de Iu 81.
dæis Iudæi nascūtur, & de Paganis Pagani

Universidad de Deusto
Biblioteca

nascuntur,etiam de Christianis Christiani nascũtur. Non omne quod nascitur,hoc est quod & unde nascitur. Nam & aurum de terra nascitur,& non tamen terra est, & & gemmæ & alia multa. Nam & de ligno K esca nascitur, & de ouo pullus. Et hac causa de Paganis Pagani nascuntur,quia omnis Paganus in ignorantia est,& qui nascitur de eo sine sensu utique est, ignorans siue bonum siue malum: ambo ergo ignorantes sunt. Sed hoc interest inter eos, quia qui generat Paganus sine dubio blasphemus est & quasi prophanus. Infans autem natus nescit blasphemare, sicut & nescit benedicere, Paganus tamen est, quia sine sensu est, neque suum habens meritum,neque alterius. De Iudæo autem idcirco Iudæus nascitur, quia sub creatoris deuotione generat- Gen. 4. tur,sicut dixit Adam de Cain,Procreaui hominem per deum:quia sicut Pagani indeuoti creatori, dæmoni gratias agunt in omnibus quę agunt, ita & Iudæi deo creatori supplices, licet imperfecte,laudant eum in omni actu suo. Hoc modo etiam de Iudæo Iudæus nascitur, Christianus quia ipse qui generat, non natus,sed factus est Christianus: idcirco & istum qui nascitur, fieri oportet ut sit. Sed dicitur econtra, Si factus utique est qui generat, hoc debet generare quod ipse est, ut iam accepta dignitas traducem faciat: sicut & in Iudæis: quia L Abraham de Pagano dei cultor factus est, & ex eo origo Iudæorũ,sicut & facti senatores,iam senatores generant.Sed senatorũ dignitas non apud deum meritum habet, neque ipsa natura, id est, substantia consequitur beneficium, sed in sola fama, & sermone dignitas uertitur, ac per hoc currit sermo per traducem carnis, nihil aliud præstans quàm opiniorem mũdanæ dignitatis. Quare autem de Iudæo Iudæus nascitur, iam dictum est. Christianus autem cum boni dignitas naturæ ipsi accedit, ut substantia hominis qua constat beneficium cõsequatur, ut non opinio sola, sed & res sit in effectu apud deum. Denique accepta remissione peccatorũ, purificat totus homo, ita ut & filius à deo adoptetur. Quamobrem omnes natos renasci oportet, quia misericordia dei singulis donat gratiam. Nec enim alter alteri potest remissionem accipere. Anima enim quæ nascitur in corpore, uel cum corpore, subdita morti inuctæ ab Adam, nisi signũ acceperit uictæ mortis,tartarum inferni non euadit. Vnusquisque.n.sibi accepit beneficium, nõ & ei qui nõdum est.Si.n.factus Christianus immor- M talis iam esset, recte natus de illo hoc esset quod & genitor. Nam qui fiunt Christiani, signum accipiunt ne à morte secunda teneantur,non tñ mortem pãtem,quam adiuenit,euadunt. Infantes autẽ propterea baptizantur,cum sint innocentes,vt anima rudis nata in corpore, signum habeat mortis euictæ, ne possit ab ea teneri. Hoc signum Abraham non habuit, neque Prophetæ, qa tempus illos non inuenit: Reseruatum est autem filio dei, qui veniens vinceret mortem, & hanc gratiam credentibus largiretur. Hinc est unde dominus ait Iudæis, Ioan. 8. Abraham pater uester cupiuit vt videret diem meum,& vidit & gauisus est. Siens.n. Abraham Christum ad liberationem humani generis repromissum, Semper enim necesse erat ortum eius in inferis positos expectare, quem vbi in spiritu natum esse vidit, gauisus est, certus quòd in breui de inferno ereptus induceretur in cœlos. Quomodo ergo de Christianis nasci deberent Christiani, quando qui non crediderit, aut non fuerit baptizatus non erit Christianus?

Quid opus erat ut Galatis argues Apo- 56
stolus hoc interponeret. Galatas enim post Gala. 3.
Euangelium ad legem confugientibus inter cætera ait, Mediator autem vnius non est. Deus autem vnus est: quasi Galatę unum deum negarent? Quippe cum hac ratione A in lege fuissent, vt unum deum & singularem crederent, Christum autem ministrũ tãtũ ex prædestinatiõe uenisse ad dispensandum donum gratiæ dei. Manifestum sic inductos Galatas in legem fuisse ut & Christum profiterentur, sed non sicut dignum est,sed more Fotini,vt quia unum deum lex prædicat, contra legem sit si Chistus deus dicatur. Hoc commentum Iudæorum est, qui magnalibus uirtutum uicti crediderunt post crucẽ Christi, ita ut profitentes Christum, legem tamen seruarent, quasi non esset spes in Christo ponenda. Hi sunt quos Gala. 2.
Apostolus falsos fratres appellat. Isti ergo 2. Co. 11.
post Apostolorum traditionem, Galatarũ sensum corruperant, ita ut Iudæos eos facerent sub nomine saluatoris. Hinc Apostolus Christum dicit uenisse arbitrum circumcisionis, & præputij, sicut dicit ad Ephe- Ephe. 2.
sios,In uno nouo homine faciens pacẽ.Si ergo arbiter uenit Christus, arbiter autem sic

sic facit pacem inter duos vt nouam regulã ponat,auferens ambobus professiones reco ciliat eos,vt eius sententiam secuti,amittant discordiam pristinam. Iudæo enim circuncisionem iudicante,& gentili præputium,discordia fit. Cum vero hoc ambobus auferB tur,fit pax. Si igitur sic se hæc habent,quomodo vos,inquit,Galatæ Iudæi facti Christi arbitrium corrumpitis? Ideo dixit illis, Euacuati estis à Christo. Ius enim reconciliationis quod inter eos constituerat spernentes,ad pristinum Iudæorum sensum cõuersi sunt, accusantes tam se quàm reconciliatorem.Omne enim quod displicet,accusatur. Et quoniam hæc res Galatas ad legem conuerti coegerat, vt vnum deum sine mysterio faterentur, quasi legi esset inimicum, si Christus deus diceretur, dicit, arbiter, hoc est mediator vnius non est, sed duorũ vtique: Vos aũt conuersi ad legem, arbitrũ recusastis,deus tamen vnus est. Non dicit sic se Christum deum prædicare vt alterũ deum faceret,aut duos profiteretur,sed vnũ esse deum, sicut & in lege dictum est, quia Christus cum de deo deus prædicatur, non ad alterũ proficit deũ: quia qui de deo est, non se permittit alterum deum dici. Siue.n. deus, siue quod de deo est, vnus est deus. Nihil enim vtique distat inter deum & qd de deo est. Est enim alter. Ipse enim alter, propter personam qua filius nuncupatur: ipse uero,propter vnitatem substantiæ, ne reprehensibile videatur quia personam diC xi. Solent enim hoc quidam abnuere, sed Apostolum sequamur qui ait, Nam quod donaui,si quid donaui, propter vos,in perso- 2. Co. 2
nam Christi. Si p Christum salus & ue- 57
ra & perfecta cognitio, cur non ante venit Gala. 3.
vt anteriores nostri qui in ignorãtia fuerũt 1. Tim. 1
addiscerent veritatem? Denique post aduen- Supra
tum Christi multi salui facti sunt magis q̃ q. noui
prius: Vnde si ante venissent, multo plures testa. nu
saluati fuissent. Si ergo ita est,reprehensibi- mero
le videtur. Si ei cui necessitas imminet,an- 83.
te subueniatur,erit quidem gratus, non valde tamen poterit scire quid sibi præstitum est. Si autem in ipsa necessitate posito auxilium feras,sciet quale beneficium consecutus sit. De tribulatione enim ereptus plus gratias agit, quomodo si esurienti offeras panem. Si autem offeras non esurienti, quæ erit gratia? Idcirco recte factum est, vt nõ antè veniret dominus. Primum enim dimisit genus humanum vti voluntate sua,nõ sine testimonio sui:quia ex ipsa fabrica mundi & annua munera, quæ elementorum ministerio humanis vsibus exhiberi decreuit, cognosci & timeri diuinitatem suam voluit. Postea vero cum obsolesceret notitia dei teris, & mores immutarentur, dignatus est visitare genus hominum, vt data lege vel D reformaret eum in natura, sed negligi cœperat, & notitiam sui & legis authoritatem restauraret, vt recognito deo & reuocata lege timere inciperent, certi quia qui legem dedit, iudicaturus esset actus humanos. Et quia accepta lege à peccatis se cohibere nequiuerunt,cum possent, diu etiam per Prophetas admoniti, motus deus misericordia misit filium suum, qui se pro illis offerens, & mortem destruens, data illis remissione peccatorum deo patri illos iustificatos offerret scientes de quo periculo sint erepti, sine cessatione deo gratias agant,vt etiam si vsus exegerit sanguinem pro illo fundentes, nec sic se illi vicem reddere profiteãtur. Quàm gratum ergo & preciosum beneficium existimant, quòd nec morte compensari putant? Sed forte contradicatur,simul ante legem, & post legẽ peccatis pressi totos se carni dederunt, sine dubio fuerunt aliqui qui creatori deo deuoti à uitijs se infrenarent- Age nunquid hi expuncta hac vita non in infernum descenderunt? Si autem ante,post mortem Adæ Christus venisset, liberato Adam qui peccato proprio tenebat à morte, cæteris ad cœlum iter fecerit credentes E vt quia hic bene vixerat,grati creatori & restauratori, defuncti reciperentur in cœlum. Damnum ergo est, quia nõ ante venit Christus. Damnum esse manifestum est. Sed quęre an iustum, an iniustum sit. Solent enim damna iusta esse. Nunquid fur deprehensus,cum in quadruplum, iuxta legem damnatur,non damnum patitur? Sed iustum est ac per hoc iustum quod hominum genus passum est, iuste prouenit, ideo & permissum est. Quare & saluator inter ipsa primordia venire non debuit. Cum enim diabolus superbiret, & homo à deo factus positus est illi inimicus, vt auxilijs dei munitus, quia impar erat viribus, resisteret illi accepto mãdato vnius dei imaginem in terris ad errorem auferendũ,per id quòd vnus ab uno factus,ex quo cæteri,demonstraret. Diabolus autem solita subtilitate simulauit se ignorare qd præceptum fuisset a deo,& inuenit Euam instabilem, post autem pro-

mittens illis, quòd si interdum degustassent, futuri essent dij, circunuenit. Sic diabolus deuicto homine triumphauit, hic victus genus suum vendidit peccato. Non ergo iustum erat victoris statim auferre violenter spolia, quia quod facit deus, iuste facit. Præterea cum acerbe peccauerit homo. Assentiens. n. fieri se deū, idolatriam admisit, hoc est, in deū peccauit. Ideoq; non illi statim F debuit subueniri, qui nec pœnituit. Post aũt iustis multa mala intulit Satanas, Iob, Ioseph, Hieremiæ, Esaiæ, Zachariæ, & cæteris Prophetis, & iustis. Idcirco commissus est Christus à deo patre suo qui illum vinceret, & se manifestaret, regnum eius auferens ratione non præ̃re. Quanquã omnia possit deus, sed illud facit quod congruit rationi, 58 vt irreprehensibilis perseueret. Paganos Gala. 4. sub elementis esse nullu dubium est. Quid- Supra i ergo Apostolus dixit, Eramus, & nos sub nouis elementis huius mundi seruientes. Si itaq; nu. 82. & Iudæi sub elementis erant, quid differũt, à Paganis? Pagani non sub elementis seruiunt, sed ipsis elementis. Colunt. n. astra, solem lunam & sydera: hæc in firmamento. In inferioribus autem terram, aquam. In mari vero Neptunum. In inferis autẽ Plutonem apertam creaturam mundanam colunt, præterito creatore. Nam Iudæi hoc modo sub elementis, deo tamen seruiebant: quia hęc ipsa mandata dederat. Obseruant enim Neomenias, sabbata, pecorum sacrificia. Initio mensis septimi tuba canere, quin G todecimo autem die mensis septimi medullas palmarum & ramos ligni spissos, & ramos salicis circumferre, & in casis septem diebus habitare. Hæc ergo obseruantes, recte sub elementis dicuntur seruisse. Hæc enim ex elementis sunt. Christiani autẽ nõ sub elementis, sed supra elementa deo seruiunt, ad Hierusalem cœlestem properantes, in spiritu deum adorant, non in visibilibus & mundanis, sed in animo dei culturam habentes, inuisibili inuisibiliter seruientes, sicut dicit dominus in Euangelio, Ioan. 4. Veniet hora in qua ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Hæc ergo veritas est spiritu deo seruire, animo magis quàm corpore, vt quia deus spiritus est, spiritaliter excolatur. Ex hac parte Iudæos sub elementis subiectos dicit fuisse, qua supra memoraui. Ex alia autem parte legis spiritalem fuisse rationem, qua & peccare prohibuit, & diligẽdum ex omni parte dominum mandauit, & spem in Christo Apostolis prædicãtibus hæc magis defendebãt, quæ carnaliter data fuerãt. Hęc Apostolus memorat vt obfuscet Iudæos, qui obtrectantes legis spiritales, uisibilibus erant subiecti: & vt hæc vere ad comparationem legis fidei infirma ostenderet, etiam interposita persona hoc denotat, qui vtiq; eorum æmulus fuerat vehementer. Cognito aũt Christo, hæc contempni æstimauit, quia multum H differt gratia dei per Christum à lege factorum. Quando Apostolus Galatis di- 59 cit, quos sic reprehendit & arguit per totã epistolam, Estote sicut ego, quia ego sicut vos. Si ergo talẽ se præstitit quales illi erãt, superfluum fuit dicere, Estote sicut & ego. Aut forte in quibusdam imitator illorum esse cœperat, & in aliquibus vult illos sui similes existere? Quid illorum poterat imitari Apostolus? Aut quid illi deerat ma- Gala. 4 gistro gentium? Sed hortatur illos vt imitatores eius sint: & quoniam non est impossibile, sic reprobat cum dicit, quia hoc sum quod uos: homines enim estis sicut & ego, ideo facite quod ego. Potest & ad aliud illud referri, vt quoniam omnibus se omnia factum dicit, per assensum in quibus à vero non discrepabant, maxime gentiles, Nec. n. 1. Co. 9 fuit aliquid eorum, quia iam fieri oportebat minime. Prius autem recte factum erat ut circuncisio, sabbatorum obseruatio, neomeniarum, escarum. Sed si quid gentium probabit, non cessare iam debere ostendit. Mũdum enim dicunt à deo & hominibus fabricatum. Hoc semper stat. Si ergo in his con I sentiens illis factus est sicut & illi, hortatur illos vt simili modo & hi fiant sicut & ille est, consentientes doctrinæ eius. Quomo 60 do liberi sumus arbitrij ac voluntatis, cum Gala. 5 dicat Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, Spiritus vero aduersus carnem, &c. vt non quæ vultis ea faciatis. Etsi caro aduersus spiritum concupiscit, mala est. Spiritus enim domini mala suggerit.

Carnem substantiam carnis hoc loco intelligas, sed actus malos & perfidiam significatam in carne. Per id enim quòd omnis errror exuisibilibus & mundanis, caro autem cognata eorum est, Ex elementis enim constat. Omnem errorem carnem appellat, non solum adulteria, fornicationes & luxuriam opera dicit carnis, sed & idololatriæ, & maleficia, & blasphemia, & talia. Nunquid caro blasphemiam cogit aũt idololatriam? Nonne hæc animæ vitia sunt dum consentit errori? Recte autem agentibus dicit, q̃ non sint in carne, sed in spiritu. Et vtique ad hoc in corpore sunt. Qui ergo bene ambulat, nec diffidit de spe fidelium in carne positus, non esse dicitur K in carne. Male autem viuẽs & blasphemus, in carne dicitur esse & caro: quia quomodo bene agentes spiritales sunt cum ipsa carne, sic male viuentes carnales sunt cum ipsa anima. Hoc enim nuncupatur quod dicit, Hic itaq; error, quem carnem appellat, concupiscit aduersus spiritum. i. suggerit mala. Idẽ est spiritus qui est lex dei. Ad duas enim leges inducit, dei & diaboli. Vnde spiritum dicit, propterea q̃ lex dei spiritalis est contra carnem, hoc est contra vitia repugnare vt hominem conseruet deo. Lex autem diaboli, qui est error, contradicit per oblectamenta, luxuria, & mundana dulcedine. His ergo repugnantibus medius homo est, qui consentit spiritui, non vult caro, Cum autem manum dat carni, spernit spiritum, id est, legem dei contemnit. Consentientem ergo carni, spiritus reuocat ne faciat quod vult: Assentientem autem spiritui, caro solicitat ne faciat, quod putet vtile. Sed spiritus recte & prouidenter contradicit & reuocat, vt eripiat hominem à consilijs Satanæ. Caro autem quæ est lex aduersa, idcirco solicitat & spiritus legi resistit, vt per fallaciam decipiat. Ideo ergo hic Apostolus publicat, vt ostendat arbitrio humano cui rei voluntatem suam committat, non vt arbi- L trium libertatis inaniat, sed docet arbitriũ cui rei se coniungat. Si autem non est voluntatis arbitrium, neque lex diaboli quæ est caro, neq; lex dei quæ est spiritus, inuicem sibi aduersando hominem consilijs solicitarent. Qui enim solicitat, suadet: Qui autem suadet, non vim infert sed circunuenit: Qui circunuenitur, fallacijs quibusdam voluntas illi mutatur. Si autem non est & arbitrium liberum, nolens homo traheretur ad ea quæ non vult.

61 Si in Christo omnes thesauri sapientiæ Colo. 2. & scientiæ sunt absconditi, quomodo iden Mat. 24. Saluator de die & hora futuri iudicij di- Mar. 13. cit se nescire? Si autem sciat, & dicit se nescire, videtur mentiri. Dictum hoc duplicem continet sensum. In Christo enim omnes thesauros sapientiæ & scientiæ sic dicit absconditos, vt qui habet Christum, pro omni sapientia & scientia illi cedat: vt scire Christum totũ sit scire, & omnem sapientiam comprehendisse, sicut dicit ad Colossenses, nemo uos circunueniat per philosophiam & inanem seductionem, secundum elementa huius mundi & non secundũ Christum: quia in Christo inhabitat omnis plenitudo corporaliter: Hoc est nihil indigere ad salutẽ, eum qui credit in Christum, & illi hoc abũ dare, quia plenitudo diuinitatis in fide eius M est. Et iterum in eadem Epistola inter cætera ait, Nemo vos obducat in humiliationem cordis, & superstitionem angelorum, quæ videt, extollens se, frustra inflatus mẽte carnis suæ, & non tenens caput ex quo omne corpus submministratum & productũ crescit in incremẽtum dei. Si itaque credentes in Christum, caput totius principatus & potestatis venerantur, nullius indigent, sed totum quod ad salutem opus est habent, nihil illis oberit inferiora, quæ ad salutem nihil conferunt, nescire, quando id quod necessarium est, norunt. Huiusmodi ergo totum scire dicendi sunt, qui hoc sciunt q̃ illis proficiat ad salutem. Est etiam illud, quia in Saluatore omnes thesauri sapientiæ & scientię sunt absconditi. Omnia enim sacramenta paterna ipsi sunt cognita: & omnẽ creaturam ipse metitur: & nec pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: & nemo scit, quæ sunt in deo nisi spiritus dei, qui est & Christi. Quomodo ergo & diem & horam futuri iudicij nescire dicendus est, cuius spiritus, quę in deo sunt nouit, quem dixit, quia de eius accepit? Si ergo qui de eius accepit nouit quæ futura sunt, quomodo non sciet Christus qui mi- A sit spiritum sanctum? Et potest fieri vt iudex nesciat diem futuri iudicij? Quippe cum omnia signa dederit, quando speretur, forte etiam hos dicatur vere nescire quibus dixit, Amen dico vobis quòd nescio uos. Mat. 25. Nec virgines stultas & improuidas dicetur scire, quia dixit etiam ipsis dicentibus, Domine domine aperi nobis: Amen dico vobis, nescio vos. Causa ergo est vt dicat se Mat. 24. nescire quod scit. Denique sic ait, Vigilate quia nescitis qua hora dominus vester uenturus sit. Vt ergo solicitos nos & vigilantes faceret, interrogatus nescire se dixit diẽ & horã futuri iudicij, sed vt nobis prodesset, negauit se scire quod scit. Ignorantibus ergo nobis, quid prosit nobis, scire omnino volumus. Quod si scierimus, oberit nobis.

Christus autem prouisor salutis nostræ ne
auderemus quod contra nos esset, dixit se
nescire. Nunquid si alicui in dolore posito
gladiũ poscẽti vt se pimat, q̃ habet respon-
62 deat se nõ habere, mẽdacij arguẽdus erit ne-
gãs? Q̃d si nõ neget, sciat cõtrariũ. Quid
est vt cũ Apostoli oẽs curas sibi oblatas sa-
Phil. 2. nassent, proprijs tũ infirmis medelam non
B dederint? Nam vtiq; Epaphroditus vsq; ad
mortem non ægrotasset, si intercessio Apo-
stoli fuisset audita. Quis enim dubitet oras-
se hoc sæpe Apostolũ & nõ impetrasse? Si. n.
auditus fuisset, statim infirmitas fuisset ad-
empta. Signa & virtutes ideirco ab Apo-
stolis facta sunt, vt infidelitas cogeretur ad
fidem, vt videntes facta quæ hominibus im-
posibilia sunt, dei ex hoc esse prædicationẽ
agnoscerent, & rationem esse in fide, virtu-
te probarent: vt quoniam verbis semper
contrahitur, testis virtus posita est, cui cum
verba cedunt, rationem esse in fide signifi-
cat, quæ verbis exprimi non potest. Inter
fideles igitur non signa & prodigia sunt ne-
cessaria, sed spes firma. Postquam enim di-
scitur vera esse quę promissa sunt, ad hoc se
armat animus vt spretis præsentibus futuris
Eccli. 2. dignus existat, meritum sibi collocans p la-
borem, hoc Salomone testante qui ait, Fili
accedens ad seruitutem dei, sta in iustitia &
timore, & præpara animam tuam ad tenta-
Act. 14. tionem, quoniam tentationibus proficit ho-
mo, hæc data sunt monita. Vnde Apostõ-
lus, per tribulationes, inquit, oportet nos
C intrare in regnum dei. Hæ tribulationum
tentationes diuersis modis accidunt, vt per-
seuerantis animus, in accepta fide posit co-
ronari. Non solum enim in fide tentatur
homo, sed & in ægritudine, & in dãno, &
in persecutione, & in morte charorum, vt si
in his passionibus ad auxilium dæmonio-
rum non fuerit adductus, sine sanguinis pre-
cio mercetur martyrium. Non ergo ad di-
spendium Epaphroditi non impetrauit A-
postolus quod petijt, sed ad profectum, quia
2. Co. 12 & in sua cum postulasset audiuit, Sufficit ti-
bi gratia mea, vera virtus in infirmitate p-
64 ficitur. Petrus Apostolus dicit, Christus
1. Pet. 3. mortuus est pro nobis. Paulus vero Apo-
Phil. 2. stolus asserit quia & pro se mortuus est,
Factus, inquit, obediens vsque ad mortem:
propter quod donauit illi deus nomen qđ
est super omne nomen. Quod si ita est, im-
perfectus videbitur fuisse qui per opera sua
fecit augmentum. Filium dei perfectum
natum esse de deo nemo fidelium ambigit,
Omnia enim diuinitatis paternæ accepit na
scendo de deo patre, Tunc ergo accepit no-
men quod est super omne nomen. i. vt hoc
dicatur quod pater, deus. Nam nihil apud
cum futurũ dicitur: Omnia enim ante se ha D
bet, Ideo ad hæc omnia creanda & restau-
randa natus est. Nam vtiq; ordo & ratio
hoc habet, vt patri non homini omne genu
flectatur. Hoc pater donauit filio, propter
ea quæ erat acturus. Donauit autem quãdo
genuit: Sic enim illum genuit, vt in eodem
honore esset quod ipse pater est. Quid 64
est quod dictum est Ioanni, sicut in Apo- Apo. 10.
calypsi scriptum legitur, Vade & accipe li-
brum & deuora illum, & amaricabit vẽtrẽ
tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquã mel?
Quis est hic liber? Vel quomodo amarum
facit ventrem, cum sit dulcis? Frequẽter
qui compendium quærit solet errare. Quid
est vt non omnia ad causam dicta propo-
nas, sed aliqua reprimas vt obscurior fiat
sensus? Nam dictum est Ioanni, Vade & ac-
cipe librum qui est in manu angeli, & deuo-
ra illum, & erit in ore tuo dulce tanquam
mel, sed amaricabit ventrem tuũ: & ait, Me
oportet prophetare iterũ populis & linguis
& gentibus multis. Quantum ergo ad veri
pertinet rationem post exiliũ Euangelium
scripsisse ꝓbatur, In exilio enim positus in
insula Pathmos, in quam fuerat à Domitia-
no Imperatore relegatus, vidit reuelationẽ E
sicut dicit in die Dominico: pòst sicut dixit
scripsit Euangelium, quod hæreticis amarũ
est, quos in ventre significauit. Sunt enim
carnales qui male intelligant Christum. In
ore autem tuo, quod dicit, erit dulce tanquã
mel: quasi omnium Christianorum vnum
facit corpus, vt singuli membra sint alter al-
terius, ita vt in ore, quod vtique capitis pars
est, honorabiliores & fideliores significet,
quibus veritas quæ de Christo est, dulcis
est. In ventre hæreticos significat, quia
carnales sunt, Veritas enim ijs qui Chri-
stum verum deum loquitur, amara est. To-
tum enim Euangelium Ioannis contra hæ-
reticos est, contra Fotinum. n. qui Christũ
ante Mariam negat, probat de cœlis descẽ-
disse Saluatorem. Contra Arrium autem
ostendit Christum initium non habere:
quia in initio erat deus Christus filius dei
apud deum patrem, & quia nihil sine illo fa-
ctum est, ipsum non posse dici facturam, Si
enim factura erat, factum esset aliquid sine
illo.

illo. Sed quia nihil sine illo erat, semper fuit.
Sabellium autem qui vnionem accepit pa-
F trem & filium, vt vnus singularis duobus
Ioan. 14. nominibus nuncupetur sic confutat vt di-
cat, Si me diligeretis gauderetis vtique quia
vado ad patrem, quia pater maior me est:
vbi manifestauit duorum personas, quando
filius patrem maiorem appellat. Nec enim
singularis ipse sibi maior est. Necnon con-
Ioan. 1. uincit & Marcionem qui carnem Christi
denegat, Dixit enim, Et verbum caro factũ
est, & habitauit in nobis. Hoc sensu etiam
Manichæum arguit, qui & Christum in car
ne venisse nescit, & nuptiarum aditus in-
tercludit, ignarus saluatorem nuptiarum
conuiuium remunerasse. Simili modo &
Prophetæ Ezechiel dictum est ab angelo vt
acciperet volumen & deuoraret illud, &
dulce esset in ore eius, ventrem autem eius
repleret. Hoc dictum Prophetæ cum mis-
sus est arguere populum perfidum & indi-
sciplinatum, qui similiter in ventre signifi-
cati sunt, q̃ erant carnales. Ex his sunt quos
scriptura in Esaia propheta licet mali sint,
fratres appellat, Dicit enim, Vos qui time-
tis deum, dicite illis qui vos oderunt, nec au
dierunt præcepta mea, Fratres nostri estis.

G QVAESTIONES EX vtroque mixtim.

1 Gen. 1. Su. in q. net. test. num. 45

QVid sit ad imaginem & si-
militudinem dei fecisse ho
minem: & an mulier ima-
go dei sit. Hoc est ad ima
ginem dei factum esse ho-
minem, quia vnus vnũ fe-
cit, Vt sicut ab vno deo sunt omnia, ita & ab
vno homine omne genus humanũ. Simili-
tudo aũt hæc est, vt quemadmodũ de patre
& filius, sic & de viro mulier: vt vnius prin-
cipij authoritas cõseruetur. Sed filius ines-
fabiliter, incomprehensibiliter natus est de
deo patre, Mulier autem corporaliter, si-
cut legimus facta de viro est, vt per eam
natiuitas oriretur. Filius vero dei ideo na-
tus est vt per ipsum fieret creatura. In eo
ergo dissimilis est, Nam & de deo deus
natus est, de viro autem fœmina: quia il-
lic simplicitas est, & non potuit nisi de sim-
plici simplex nasci, spiritus de spiritu, deus
de deo: igitur vir imago dei est. Sic etẽ
nim scriptum est, Et fecit deus hominem,
ad imaginem dei fecit eum. Vnde Apo-
stolus, Vir quidem, inquit, non debet velare
caput, cum sit imago & gloria dei: Mulier Gen. 9.
autem velet caput. quare? quia non est ima- 1. Co. 11.
go dei. Vnde & denuo dicit Apostolus, Mu- H
lier autem docere non permittitur, neque 1. Ti. 2.
dominari in virum. Euangelium testa- 2
tur quia nemo vidit deum. Contra, Iacob Ioan. 6.
& Moyses & Esaias asserunt deum se vidis- 1. Ti. 6.
se. Sed dicit quis. Patrem nemo vidit. Quid Ioan. 1.
ad rem? Si filius visus est, visus & pater est: Gen. 32
quippe cum pater & filius vterq; sit vnus Exod. 9.
deus, & in substãtia & in imagine, quia duo- Esa. 6.
rum imago est, & sicut ipse dicit, Qui me Ioan. 14
videt, videt & patrem. Quomõ ergo nemo
vidit patrẽ deũ, cũ filius dicat videri patrẽ
cũ ipse videtur: quia neq; alter deus. Si ergo
alter non est, ipse idẽ quia vnus est, visus est
deus. Quantũ ad Euangelistam perti- Ioan. 1.
net, de patre deo hoc dixit, quia nemo vidit
deũ nisi filius vnigenitus qui est in sinu pa-
tris ipse enarrauit. Credamus filio, ipse e-
narrauit enim qa nemo nisi ipse vidit deũ.
Hoc autem ideo dixit, vt doceret se semper
apparuisse Patriarchis & Prophetis. Non
ergo hoc ad vnum deũ pertinet, sed ad per-
sonã patris, de quo nõ põt dici aliter q̃ deus
pater, Filius autem sic se visum dicit, vt in-
uisibilis sit. tamen in eoipso cũ videri puta- I
tur. Visus enim hic intellectus est, quia nõ
vtiq; oculis visus est, sed mente intellectus:
Et hoc fuit vidisse, intellexisse, in eo q̃ ap-
paruit ibi inesse deũ: Cũ aũt dicit Saluator, Ioan. 14
Qui me vidit, vidit & patrem: non vtiq; ad
oculorum visum hoc retulit, sed ad mentis,
& vt nihil inter patrem & filiũ diuersum eẽ
putaretur. Neuter ergo eorũ visus est iux-
tã substantiã. Circumapparentia aũté solus
filius visus est mente, nõ carnalibus oculis,
quia inuisibilis est sicut pater. Vetus lex 3
deũ iurasse allegat, Sic enim dicit. Per me- Gen. 22.
metipsum iuraui dicit dominus. Saluator iu- Exo. 33
rasse prohibuit, quomodo non destruxit ve- Matt. 5.
tera? Antequam notitia dei esset in tertis,
non aliter oportuit prouocare homines ad
spem inauditam, q̃ iureiurãdo promissio il-
lis fieret ab eo vtiq; quem nõ vt dignũ erat
sciebant. At ubi aũt cœpit sciri, non vtique
iurare oportuit, quem mentiri fas non esset
arbitrari. Ideoq; ergo dominus nec seruos
iam iurare præcepit, sed tales se instituere,
vt fermonibus illorum fides hãbeatur. Sa-
cramentũ enim iurisiurandi aut pfidia exe-
git, aut fallacia inconstantis, vt quia fallere
homines solent, timore forte dei reuereantur:

K tur: aut certè satis erit, & qui fallitur quia
4 ex hoc offensam acquirit. Quid est ꝙ in
Luc 23. cruce positus Saluator, ait, Pater ignosce
illis, nó enim sciunt quid faciunt. Si nesciũt,
quid est quòd ignoscitur, maxime cum di-
cat Abimelech ad deum, Nunquid ignoran-
Gen. 20 tes perdes? Non omnis ignorans immu-
Sup. in nis a pœna est. Hic.n. qui potuit discere, &
q. noui non dedit operam, reum se fecit. Erat enim
test. nu- vt disceret, & à quo disceret, sed negligen-
mer. 67. tior luxuria aut maleuolentia factus, inexcu
Ioã. 15. sabilis est à crimine. Vnde dicit Saluator, Si
non venissem & locutus eis fuissem, pecca-
tum non haberent. Ille autem qui non suo
uitio ignorat, ideo.n. ignorat, quia non fuit
à quo disceret, nec rumore comperit doctri-
næ opinionem, omni genere immunis à cõ-
demnatione est. Ideo his si conuertantur,
dñs veniam postulat à patre, qui cum prædi
caretur veritas, ut eam addiscerent, operam
non dederunt, sed per ignorantiam author-
em eius occiderunt. Vñ Petrus Apostolus
Acto. 3. in Actibus ait, Conuertimini vt deleantur
5 peccata vestra. Si in lege nemo iustifica-
Deu. 21. tur apud deum, quare scriptum est, Maledi-
ctus omnis qui nõ permanserit in omnibus
quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea? si
ex fide iustificantur homines, & non per le-
gẽ, vt quid maledictus est qui non impleuit
Gala. 2. legẽ, cum non proficiat ad iustitiam. Lex
L data per Moysen iustitiam habebat quidem,
sed terrenam, vt seruantes legem iusti essent
ad præsens, vt non rei fierẽt. Iustus est. n. ex
Leui. 18. lege, qui nulli nocet. Vñ Apostolus, Lex, in-
Deut. 4. quit, non est ex fide, sed qui fecerit ea viuet
Gal. 3. in eis: Hoc est faciens legem non morietur,
sed viuit ad præsens: Iustitia aũt quę ex fide
est, iustificat homines apud deum vt remu-
nerentur in futuro seculo. Addiderunt. n.
temporali iustitiæ iustitiã fidei. Iustũ est. n.
nosse ex quo & per quem sumus vt patris &
filij vera confessio ad cœlestia regna nos
perducat. Nam & veteres qui non solum le
gis præcepta seruauerunt, sed & deum dile-
xerunt, spem habentes in promissione, iusti-
ficati sunt apud deum. Solam.n. legem dicit
non iustificare homines apud deum, sicut
nec sola fides exceptis his bonis operibus
commendat apud deum, sed seruata iustitia
terrena & diuina, perfectos facit. Hinc dicit
dñs, Nisi abundauerit iustitia vestra plus-
quam Scribarum & Pharisæorum, non in-
troibitis in regnum cœlorum. Quid est
Matt. 5. vt Dauid dicat, Confundantur & erubescãt
qui dicunt mihi, euge euge, Dñs aũt, Euge,
inquit, serue bone & fidelis & cæt.? Quod 6
Dauid pro malo accepit, hoc Saluator bonis M
meritis dignum ostendit. Nõ valde istud Psal. 69.
discrepat à superiore quæstione. Vnũ enim Mat. 25.
verbum diuersas habet significationes sicut Sub pro-
supra memoraui. Obtrectatores enim Dauid xime in
cum exitijs eius fauerent, gratulabantur mã q. noui
lis eius. Dũ enim ille pressuras & angustias test. nu-
pateretur à Saul & filio suo Absalon, illi re- mer. 54.
cte & bene fieri dicebant: tale est si aliquis
dicat, de eo qui iniurias patitur, Bene illi,
hoc est gaudere i malis: hoc est dicere, recte
illi fit, sic enim meretur. Si modo & Salua-
tor lætus in bonis operibus, meritum homi-
nis pronunciat, dicens, Euge serue bone &
fidelis: Exultat enim quia seruus digniorem
se fecit, dicens: Bene, hoc est, recte egisti, vti-
nam maius meritum collocares. Vnum igi-
tur verbum duabus contrarijs causis apta-
tur. Nam solemus de aliquo dicere, Adiudi-
catus est: Sed qũo dicatur, causa aut subse-
quens aut prædicatio declarat. Aliqñ. n. ad
bonum dicitur, aliquando ad malum: sicut
& concupiscentia aliquando ad bonum, ali-
quando ad malũ aptatur. Quid est qđ in A
Psalmo, Homines, inquit, & iumenta saluos 7
facies. Et ad Ionam prophetam, Non parcã, Psal. 35.
ait, ciuitati in qua habitant centum triginta Ionæ. 4.
milia hominum & pecora multa. Contra au 1. Co. 9.
tem Apostolus, Nunquid, ait, de bobus cura
est deo? Quantũ ad verba pertinet, videt
contrarium. Si causa aũt hominis & pecо-
rum inspiciatur, manifestabitur esse non dis-
par. Omnium curam gerit deus, quasi om-
nium opifex. Sed non seruat pecora propter
ipsa, sed ꝓp homines seruat pecora, nõ homi
nes ꝓp pecora. Itaq; qui hominum curam
gerit, custodit pecora, vt non illi cura sit de
bobus, sed de hominibus. Quæ.n. spes in pe-
coribus? In Tobia, Opera, inquit, dei re- 8
uelare & confiteri honorificum est: Salua- Tob. 12.
tor aũt opus dei faciens, Nulli, ait, dixeris. Marc. 8.
Nõ Saluator opera dei celare debere di- Mar. 15.
xit: Nam alio loco, Vade, inquit, & narra
quanta tibi fecerit deus. Sed illorũ testimo-
nium refutauit aliqñ & iactantiam prefsit:
ne videretur, quod prudentibus absurdum
est, ipse sibi, vt seductor, testimonium perhi-
bere. De æternitate filij. Quoniã sunt 9
quidam qui non dum adhuc discussa erroris
caligine, nec purgata vel detersa veternosæ
vitæ carie terreno sensu existimantes du-
bitant, vel de dei filio, vel duos vnum esse.

Persi-

B Perfida enim quoq; & contumax natio Iu
dæorum, quibus fons legis & sacrorum the-
sauri hoc monstrare potuerunt, non ambi-
git, sed nepharijs pernegat vocibus, breuiter
quantum tractus contractior patitur edisse-
ram. Spes enim ignorantibus integra si ve-
lint discere, dimittitur, pœna dissimulanti-
bus perpetua destinatur. Deus omnipotens,
cum magnitudine ac bonitate præstantior
sit, magnum aliquid & maxime bonum æde
re exeat, quæ exhibere debuerat, sed si quid
ædidisset, quod contra modum excellentiæ
suæ foret, aut non potuisset amplius, quod
in omnipotentem non cadit, aut noluisset,
quod imbenignissimum videretur. Certe
in summo deo grande non fuerat fecisse qđ
infra se positum vim plenæ summitatis non
esset habiturum. Super se ergo nihil erat. Ni
hil est. n. quod deum vincat infra se parũ fue
rat, quia minus maximo non cõgruebat. Si-
millimum itaq; suum filium creans, edidit
ex se quasi alterum se à se, illud summum &
maximũ bonũ, quod nobis ex deo suppetit,
per eius ad nos propaginem redundauit.
Quinetiam hæc simul intelligẽda ratio est,
deum qui hunc mundum condidit, ei qui in-
C ter cętera pulchritudinis ordinationisque
miracula, creandi quoq; naturam sufficien-
dis sui cuiuslibet generis fœtibus tribuit,
ipsum prius vtique habuisse quod dederit.
Nullus enim dat quod ipse nõ habet. Qui
habuit ergo filium totis sibi similitudinis
partibus congruentem, hoc est vnus vnicũ,
probus probum, bonus benignum, beatus
beatum, maximus maximum, sempiternus
æternum, habuit vtiq; ante mundum creatę
sobolis principatum, de quo rebus oriundis
impertiebat exemplum, vt gignentium ger-
mina suis respondere seminibus cogerentur. Nec sane aliter sitiebat ordo legitimus,
q̃ vt pater rerum futurus, ante esse debuerit
pater proprius, hoc est proprij sui fœtus.
Sed quòd æditum filium diximus, non sic
est accipiendum tanquam nostri similẽ ha-
beat ortum, natusq; ita sit, vt mortales na-
sci videmus, cum prorumpentẽ fœtu existãt
quæ ante non fuerant. Illa enim aliunde
insitis concepta seminibus, elementorum su
biectorum cœtu in generis sui speciem coa-
lescunt. Hæc autem nullo auxilio adiun-
ctionis externæ ex se id qđ in se ac secum
semper habuit, induxit & ꝓtulit. Vt enim si
lucem nasci ex sole dicamus, quòd ab eo ꝓ-
D cedat & profluat, non vtiq; sic dicimus, qua-
si aliqñ sine luce sol aut esse posit, aut fuerit,
vt eam tpe aliquo à se posteriorem genera-
uerit. Sed vt ꝙ secum semper obtinuit, eam
de se. s. genitam sine cœpti aliqua distinctio-
ne principij, qua semper fulgeat, semper ex
se velut munere reparante collustret, sic dei
filius ab æterno omnipotenti patri cohęrẽs.
Hanc quoq; eius similitudinem tenuit, vt
nec ortum habeat, nec occasum, & vt deus
sine origine sempiternus, ita & filius sempi-
ternus. Et vt deus vnus est simplex, idemq;
sic cum patre permixtus vt nominibus & af
fectibus quidem distincti, sed idem sint. In
ambobus vnus, & vterq; in vno inseparabi-
li maiestate continuus. Deus itaque filium
non ex materijs discordantibus tractum:
sed ex simplici ac singulari naturæ suæ stir-
pe ac seminario æditum, semper in se ha-
bitum nec à se vlla vnquam separatione di-
missum, ita secum continet & amplectitur,
vt nihil in ambobus de illa vnitate mute-
tur. Quid est quod Apostolus dicit Ga- 10
latis, Miror quòd si tam cito transferemini
ab eo qui vocauit vos in gratia, in aliud Euã
gelium quod non est &c.? Ideo aliud di-
cit Euangẽlium ad quod vocati fuerant, qa
nõ hoc est qđ postea sequi cœperãt Galatę. E
Ab Euangelio. n. Christi adducti, in Iudaís-
mum fuerant attracti sub nomine Christi,
quasi hoc esset sequẽdum. Aliud aũt, inquit,
Apostolus prædicabat affirmabant, Vnde su
blegitur, Sicut vobis suadent Apostoli, aut
circunueniunt gentiles credentes, hoc dice-
bant à Saluatore traditum, quod ipsi dice-
bant, sicut continetur in Actibus Apostо- Act. 15.
lorum, ꝙa nisi circuncidamini more Moysi,
non poteritis salui esse. Hinc Apostolus do
lore euersionis illorum commotus, scribit
ad eos dicens, Miror ꝙ sic tam cito transfe-
rimini ab eo qui vocauit vos in gratia, in
aliud Euangelium, quod non est aliud. Mi-
ratur ergo quia post rem leuem & minus
grauem, aspertati studerent & oneri: hoc
est, vt post dei simplicitatem circuncidi se,
pro elementis mitterent, neomenias colerẽt
& sabbatum, elementis subiecti ac prouoca-
ti erant, id est gratiæ non legis factorem. Et
ne pseudo apostolis occasionem dedisse vi-
deretur, dicentibus aliud esse quod accepe-
rant Galatæ quàm veritatis habet traditio,
statim subiecit quod non est aliud, nisi sunt
aliqui qui vos conturbent, & volũt cõuer-
tere Euangelium Christi. Aliud ergo erat
ad quod ab Apostolo vocati erant Euan-

gelium

Universidad de Deusto Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de Cura pro mortuis gerenda, ad Paulinum, Liber vnus.

DIu ſanctitati tuæ coepiſcope venerande Paulino reſcripſeras conſolans eam: idq; etiam nuncians de cadauere fidelis iuuenis Cynegij, quod materno & pio affectu deſiderauit, eſſe completum, vt.ſ.in beatiſsimi Felicis confeſſoris Baſilica poneretur. Qua occaſione factũ eſt, & per eoſdem perlatores literarum tuarum etiam mihi ſcriberes, ingerens huiuſcemodi qõnem: atq; vt reſponderem quid inde mihi videretur, expoſcens, nec tacens ipſe quid ſentias. Nam dicis videri tibi non eſſe inanes motus animorum religioſorum atq; fideliũ pro ſuis iſta curantiũ. Adiungis ét vacare non poſſe, ꝙ vniuerſa pro defunctis eccleſia ſupplicare conſueuit: vt hinc & illud conijci poſsit, homini prodeſſe poſt mortem, ſi fide ſuorum humando eius corpori talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio ét iſto modo quæſita ſanctorum. Sed cum hæc ita ſint, qũo huic opinioni contrarium nõ ſit, quod dicit Apoſtolus, Omnes.n.aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt ferat vnuſquiſq; ſecundum ea, quæ per corpus geſsit, ſiue bonum ſiue malum: non te ſatis videre ſignificas. Hæc quidem Apoſtolica ſententia ante mortẽ admonet fieri, quod poſsit prodeſſe poſt mortẽ: non tunc qñ iam recipiendum eſt quod quiſq; geſſerit ante mortem. Verum hæc ita ſoluitur quæſtio, quoniam quodam vitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore viuitur, vt aliquid adiuuent iſta defunctos: ac per hoc ſecundũ ea quæ per corpus geſſerunt, eis quæ poſt corpus religioſe pro illis facta fuerint, adiuuantur: Sunt.n.quos nihil omnino adiuuãt iſta: ſiue pro eis fiant, quorum tam mala ſunt merita, vt neque talibus digni ſunt adiuuari: ſiue pro eis, quorum tam bona, vt talibus non indigeant adiumentis. Gene-

Vnde ſit vt ꝓſint defunctis.

Cap. 1.

2.Co.5.

re igitur vitæ, quod geſsit quiſq; ꝓ corpus, efficitur proſint vel non proſint, quæcunq; pro illo pie fiunt, cũ reliquerit corpus. Nã meritũ, per qđ iſta proſint, ſi nullũ cõparatũ eſt in hac vita, fruſtra q̃ritur poſt hanc vitã. Ita fit, vt neq; inaniter eccleſia vel ſuorũ cura pro defunctis, qđ potuerit religionis impẽdat: & tũ ferat vnuſquiſq; ſecđm ea quæ per corpus geſsit, ſiue bonum ſiue malum, reddente dño vnicuiq; ſecđm opera eius. Vt.n.hoc qđ impẽditur, poſsit ei ꝓdeſſe poſt corpus, in ea vita acquiſitum eſt, quam geſsit in corpore. Poterat inquiſitioni tuæ ſufficere mea breuis iſta rñſio: ſed quia alia mouent, quibus rñdendum exiſtimo, parũ per attende. In Machabæorum libris legimus, oblatũ pro mortuis ſacrificium. Sed & ſi nuſquam in ſcripturis veteribus omnino legeretur, non parua vniuerſæ eccleſiæ quæ in hac conſuetudine claret authoritas: vbi in precibus ſacerdotis, quæ dño deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum. Sed vtrum aliquid proſit animæ mortui locus corporis ſui, operoſius inquirendũ eſt. Ac primum vtrum interſit aliquid ad inferendam vel augendã miſeriam poſt hanc vitã ſpiritibus hominum, ſi eorum corpora ſepulta non fuerint: non ſecđm opinionem vtcunq; vulgatam, ſed potius ſecđm religionis noſtræ ſacras literas eſt videndũ. Neq; n. credẽdũ eſt, ſicut apud Maronẽ legitur, inſepultos à nauigando atq; tranſeundo inferni amne prohiberi: quia ſcilicet, Nec ripas datur horrẽdas, nec rauca fluenta Tranſportare prius quàm ſedibus oſſa quierũt. Quis cor Chriſtianum inclinet his poeticis fabuloſiſq; figmentis, cùm dominus Ieſus, vt inter animi eorum manus, qui eorum corpora in poteſtate haberent, ſecuri occumberent Chriſtiani, nec capillum capitis eorum aſſerat periturum, exhortans ne timeant eos, qui cum corpus occiderint, amplius non habent quid faciant. Vnde in primo libro de ciuitate dei, ſatis quantum exiſtimo, ſum locutus, vt eorum dentem retunderem, qui Barbaricam vaſtitatẽ, præcipuè q̃ ꝙ Rom perpeſſa eſt, chriſtianis tribus imputando; etiam id obijciunt, ꝙ ſuis illic non ſubuenerit Chriſtus. Quibus cũ reſponſum fuerit, animas fidelium pro ſuis meritis ab illo fuiſſe ſuſceptas, inſultant de cadaueribus illorũ inſepultis. Totum itaq; iſtum de ſepultura locum verbis talibus explicaui. Ait.n.

Vtrum conferat honos ſepulturę.

Cap. 2.

Aen. 6.

De ciui. dei li. 1. cap. 12.

in tanta, inquam, ſtragẽ cadauerum nec ſepeliri potuerunt. Neque iſtud pia fides nimium reformidat, tenens prædictum, neque abſumentes beſtias reſurrecturis corporibus obfuturas, quorum capillus capitis non peribit. Nullo modo.n. diceret veritas, Nolite timere eos, qui corpus occidunt, animã aũt non poſſunt occidere: ſi quicquam obeſſet vitæ futuræ, quicquid inimici de corporibus ſanctorũ facere voluiſſent, Niſi forte quiſpiã ſic abſurdus eſt, vt cõtẽdat eos, q̃ corpus occidũt, nõ debere timeri ante mortem, ne corpus occidant. & timeri debere poſt mortem, ne corpus occiſum ſepeliri nõ ſiuant. Falſum eſt ergo quod ait Chriſtus, Qui corpus occidunt, & poſtea non habent quid faciant, ſi habent tanta quæ de cadaueribus faciant? Abſit vt falſum ſit quod veritas dixit. Dictum eſt enim aliquid eos facere cum occidunt, quia in corpore ſenſus eſt occidendo: poſtea vero nihil habere quod faciant, quia nullus ſenſus eſt in corpore occiſo. Multa itaq; corpora Chriſtianorum terra non texit, ſed nullum eorum quiſquam à cœlo & à terra ſeparauit, quam totam implet præſentia ſui, qui nouit vnde reſuſcitet quod creauit. Dicitur quidem in Pſalmo, Poſuerunt mortalia ſeruorum tuorum eſcam volatilibus cœli, carnes ſanctorum tuorum beſtijs terrę: Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hieruſalem, & non erat qui ſepeliret, Sed magis ad exaggerandum crudelitatem eorum, qui iſta fecerunt, non ad eorum infœlicitatem, qui iſta perpeſsi ſunt. Quanuis enim hæc in conſpectu hominũ dura & dira videantur, ſed preciosa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Proinde iſta omnia, i. curatio funeris, conditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidia morturorũ. Si aliquid prodeſt impio ſepultura preciſa, oberit pio vilis aut nulla. Præclaras exequias in conſpectu hominum purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorum: ſed multo clariores in conſpectu domini vlceroſo illi pauperi miniſterium prębuit angelorũ, qui eum non extulerunt in marmoreũ tumulum, ſed in Abrahæ ſinum ſuſtulerunt. Rident hæc illi, contra quos defendendam ſuſcepimus ciuitatem dei: veruntamen ſepulturæ curam etiam eorum Philoſophi contempſerunt: & ſæpe vniuerſi exercitus, dũ pro terrena patria morerẽtur, vbi poſtea iacerent,

Pſal. 78.

Luc. 12. Mat. 10.

A

B

13. q. 2. ca. aiæ. 4. ſent. di. 45. ca. de põ.

Mat. 10.

Lucan.

Matt. 2.

Philip. 2

2.Ma. 12

Cap. 1.

Supra in ex. q. no. tẽ. 62

tribu Iuda, Rachel filios ſuos plangere dicatur. Rachel filij, quantum ad hiſtoriam pertinet, olim pro malefico ſuo opere Sodomitarum & ſpurcitia quam in concubinam hominis Leuitæ operati ſunt, extincti fuerunt & eraſi ſunt à reliquis tribubus. Filij autem Liæ in primæuis annis ætatis in cauſa ſaluatoris occiſi ſunt, quorum cauſas ideo planctui non aſcribi vult, quia & innocentes occiſi ſunt, & in dei cauſa, à quo merẽdis vice æterna vita donati ſunt. Hac igitur cauſa planctum Rachel filijs competere, qui & in præſenti & in futuro periſſe noſcuntur, Vnde conſolationem non recipere dicta eſt, ſciens eorum qui perierunt nullam ſpem eſſe conſolationis. Nam ideo filius Lię paſsis & occiſis in dei cauſa, planctum adimpletum Rachel Euangeliſta teſtatur, quia tunc plus plangere filios ſuos cœpit, quando filios ſororis ſuæ in tali cauſa vidit occiſos, vt ad vitam pertineant, quia cui aduerſum aliquid euenit, ex fœlicitate alterius infauſta ſua miſerius luget.

Quid eſt quia occiſis filijs Liæ, qui ſunt

Matt. 10.

Quid conferat honos ſepulturę.

Cap. 2.

Aen. 6.

De ciui. dei li. 1. cap. 12.

facerent, uel quibus beſtijs eſca fierent, non curauerunt. Licuitq; poetis de hac re plauſibiliter dicere, Cœlo tegitur qui non habet vrnã: quanto minus debent de corporibus inſepultis inſultare Chriſtianis, quibus & ipſius carnis, membrorumq; omnium reformatio, non ſolũ ex terra, uerumetiã ex aliorum elementorum ſecretiſsimo ſinu, quo dilapſa cadauera receſſerunt, in tpis puncto reddenda & redintegranda promittitur.

Locanus in,7.

C Quare honos addatur ſepulturæ. Cap.3. li.1.de ciuit. dei ca.13.q. 2.c. Animæ. Gen.23. &.25. Gen.45. To.2.& 12. Mat.26. Ioã. 12.

Nec ideo tũ contemnenda & abijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeque iuſtorum ac fidelium, quibus tãquam organis & vaſis ad omnia bona opera ſanctus vſus eſt ſpiritus. Si enim paterna veſtis & annulus, ac ſi quid huiuſmodi, tanto charius eſt poſteris, quanto erga parentes maior extitit affectus nullo modo ipſa ſpernenda ſunt corpora, quæ vtiq; multo familiarius atq; coniunctius, q̃ quælibet indumenta geſtamus. Hæc enim non ad ornamentum vel adiutorium, quod adhibetur extrinſecus, ſed ad ipſam naturam hominis pertinent. Vnde & antiquorum iuſtorum funera officioſa pietate curata ſunt, & exequiæ celebratæ, & ſepultura prouiſa: ipſiq; cum viuerent, de ſepeliendis vel etiam trãsferendis ſuis corporibus filijs mandauerunt. Et Tobias ſepe-

D liẽdo mortuos, deũ ꝓmeruiſſe, teſte angelo

Ioã. 19.

commendauit. Ipſe quoq; dñs die tertio reſurrecturus, religioſę mulieris bonum opus prædicat, prædicandumq́ue commendat, ꝙ vnguentum precioſum ſuper membra eius effuderit, atque hoc ad eum ſepeliendum fecerit: & laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptũ, diligenter atq; honorifice tegendum ſepeliẽ dũq; curarunt. Verum iſtæ authoritates nõ hoc admonent, quòd inſit vllus cadaueribus ſenſus, ſed ad dei prouidentiam, cui placent etiam talis pietatis officia, corpora quoque mortuorum pertinere ſignificant, propter fidem reſurrectionis aſtruendam. Vbi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſsit eſſe re-

13.q.1. ca. Animæ.

muneratio pro eleemoſynis, quas viuentibus & ſentientibus exhibemus, ſi neque hoc apud deum perit, quod exanimis hominum mẽbris officij diligentiæq; perſoluitur. Sunt quidem & alia, quæ ſancti Patriarchę de corporibus ſuis vel condendis vel transferendis prophetico ſpiritu dicta intelligi uoluerunt, non aũt hic locus eſt, ut ea pertractemus, cum ſufficiant iſta quæ diximus. Sed ſi ea, quæ ſubſtentandis viuentibus ſunt neceſſaria, ſicut victus & amictus, quanuis cum grauiafflictione deſint, non franguntin bonis perferendis tolerandiq; virtutem: nec eradicant ex animo pietatem, ſed excitatam faciunt fœcundiorem: quanto magis cum deſunt ea, quæ curandis funeribus cõdendisq; corporibus defunctorũ adhiberi ſolent, non efficiunt miſeros, in occultis piorum ſedibus iam quietos? Ac p hoc, qñ iſta cadaueribus Chriſtianorum in illa magnæ urbis, vel etiã aliorũ oppidorum vaſtatione defuerunt, nec viuorum culpa eſt, qui non potuerunt iſta cultę pio prębere: nec mortuorum pœna, qui non potuerunt iſta ſentire. Hæc eſt mea de ſepulturę cauſa atq; rõne ſententia. Quã propterea ex alio libro meo in iſtum tranſtuli, quia facilius hoc à me recenſeri potuit q̃ idipſum alio modo eloquendum fuit. Quod ſi verum eſt, profecto etiam prouiſus ſepeliendis ſe corporibus apud memoriam ſanctorum locus, bonæ affectionis humanæ eſt erga funera ſuorum: qñ ſi nonnulla religio eſt vt ſepeliantur, non põt nulla eſſe, qñ vbi ſepeliãtur attenditur. Sed cum talia uiuorum ſolatia requiruntur, quibus eorum pius in ſuos animus appareat, non uideo quæ ſunt adiumenta mortuorum: niſi ad hoc, vt dum recolunt vbi ſint poſita eorum quos diligunt corpora eiſdem ſanctis illos tanquam patronis ſuſceptos apud dñm adiuuandos orãdo cõmendent. Quod quidem facere poſſent, etiã ſi talibus locis eos humare non poſſent. Sed non ob aliud vel memoriæ vel monumenta dicuntur, ea quæ inſignita ſiunt ſepulchra mortuorum: niſi quia eos, qui uiuẽtium oculis morte ſubtracti ſunt, ne obliuione etiam cordibus ſubtrahantur, in memoriam reuocant, & admonendo faciunt cogitari: nam & memoriæ nomen id apertiſsime oſtendit, & monumentum, eo ꝙ moneat mentem, id eſt admoneat, nuncupatur. Propter qđ & Græci μνημα vocant, quod nos memoriam ſeu monumentum appellamus: quoniam lingua eorum memoria ipſa, qua meminimus μνημη dr. Dum itaq; recolit animus ubi ſepultum ſit chariſsimi corpus, & occurrit locus nomine martyris venerabilis, eidem martyri animam dilectam commendat recordantis & precantis affectus. Qui cum defunctus à fidelibus chariſsimis exhibetur, eum prodeſſe non dubium eſt ijs, qui cũ in corpore uiuerent, talia ſibi poſt hanc vitam prodeſſe meruerunt. Verũ & ſi aliqua neceſsitas vel humari corpora, vel in talibus locis humari nulla data facultate permittat, non ſunt prætermittendæ ſupplicationes pro ſpiritibus mortuorũ: quas faciẽdas pro omnibus in Chriſtiana & catholica ſocietate defunctis, & tacitis nominibus quorumq; ſub generali commemoratione ſuſcepit eccleſia, vt quibus ad iſta deſunt parentes, aut filij, aut

G quicunq; cognati vel amici, ab vna eis exhibeantur pia matre cõi. Si autẽ deeſſent iſtæ ſupplicationes, quæ fiunt recta fide ac pietate pro mortuis, puto ꝙ nihil prodeſſet ſpiritibus eorum quamlibet in locis ſanctis ex

Locus p occaſionẽ quan tũ ꝓſit. Cap.5.

anima corpora ponerentur. Cum ergo fidelis mater fidelis filij defuncti corpus deſiderauit in Baſilicam martyris poni, ſi quidem credidit eius animam meritis martyris adiuuari: hoc quod ita credidit ſupplicatio quædam fuit, & hæc profuit ſi quid profuit. Et ꝙ ad idem ſepulchrum recurrit animo, & filium precibus magis magisq; commendat, adiuuat defuncti ſpm, non mortui corporis locus, ſed ex loci memoria viuus matris affectus. Simul.n. & quis & cui commendandus ſit, non vtiq; infructuoſe religioſam mentem prædicantis attingit: nam & orantes de membris ſui corporis faciũt quod ſupplicantibus congruit, cum genua figunt, cũ extendunt manus, vel etiam poſternuntur ſolo, & ſi quid aliud viſibiliter faciunt: quanuis eorum inuiſibilis voluntas, & cordis intentio deo nota ſit: nec ille indigeat his iudicijs, vt humanus ei pandatur animus: ſed his magis ſeipſum excitat homo ad orandum gemendumq́ue humilius atq; feruen-

H tius. Et neſcio quo, cum hi motus corporis fieri, niſi motu animi præcedente non poſſint, eiſdemq́ue rurſus exterius viſibiliter factis, ille interior inuiſibilis, qui eos fecit, augetur: ac per hoc cordis affectus, qui, vt fierent iſta, præceſſit: quia facta ſunt, creſcit. Veruntũ ſi eo modo quiſq; teneatur, vel etiam ligetur, vt hæc de ſuis membris facere nequeat, non ideo non orat interior homo, & ante oculos dei in ſecretiſsimo cubili vbi cõpungitur, ſternitur. Ita etiam cum plurimũ interſit vbi ponat corpus mortui ſui, qui ꝓ ſpiritu eius deo ſupplicat, quia & præcedens affectus locum elegit ſanctum, & illic corpore poſito, recordatus locus ſanctus eum qui præceſſerat renouat & auget affectum: tũ & ſi non poſsit, vbi religioſus amicus elegit humare quem diligit, nullo modo debet à ſupplicationibus neceſſarijs in eius commendatione ceſſare. Vbicunq; enim iaceat vel non

iaceat defuncti caro, ſpiritui requies acquirenda eſt. Qui cum inde exiret, ſecum abſtulit ſenſum, quo intereſſe poſsit qũo quiſque ſit, ſiue in bonis ſiue in malis. Nec ab ea carne expectat adiuuari vitam ſuã, cui præbebat ipſe vitam, quam detraxit excedens, & redditurus eſt rediens: qñ non caro ſpiritui, ſed ſpiritus carni etiã ipſius reſurrectionis meritum comparat, vtrum ad pœnam, an ad

I gloriam reuiuiſcat. Legimus in eccleſiaſtica hiſtoria, quã Græce ſcripſit Euſebius, & in Latinam linguam vertit Rufinus, martyrum corpora in Gallia canibus expoſita, canumq; reliquias, atq; oſſa mortuorum vſque ad extremam conſumptionem ignibus concremata: eoſdemq; cineres fluuio Rhodano, ne quid ad memoriam qualemcunq; relinqueretur inſperſos. Quod nõ ob aliud credendum eſt diuinitus fuiſſe permiſſum, niſi vt diſcerent Chriſtiani in conſtendo Chriſtum, dum contemnunt hanc vitam, multo magis contemnere ſepulturam. Hoc enim quod ingenti ſæuitia de corporibus martyrum factum eſt, ſi eis quicquam noceret, quo minus beatè requieſcerẽt eorum victoriоſiſsimi ſpũs, non vtiq; fieri ſineretur. Re ipſa ergo declaratum eſt, nõ ideo dixiſſe dñm, Nolite timere eos, qui corpus occidũt, Luc.12. & poſtea non habent quid faciant: quod non eſſet permiſſurus aliquid eos facere de ſuorũ corporibus mortuorum: ſed qñ quicquid facere permiſſi eſſent, nihil quo minueretur Chriſtiana defunctorum fœlicitas fieret, nihil inde ad ſenſum poſt mortem viuentium

K perueniret: nihil ad detrimentum, ſaltem ipſorum corporum, quo minus integra reſurgerent, pertineret. Et tamen ex illo humani cordis affectu, quo nemo vnquam carnem ſuam odio habet, ſi cognoſcãt homines aliquid poſt mortem ſuam ſuis corporibus ſuorumq; defunctorum deeſſe, quod in ſua cuiuſq; gente vel patria poſcit ſolennitas ſepulturæ, contriſtantur vt homines: & quod ad eos poſt mortẽ non pertinet, ante mortẽ ſuis corporibus timent: ita vt inueniatur in regnorum libris deum per Prophetam minari alteri Prophetæ, qui eius trangreſſus eſt verbum, ꝙ non inferretur cadauer eius in ſepulchrũ patrum eius. Quæ ſcriptura ſic ſe habet, Hæc dicit dñs, qñ inobediens 3.Re.13. fuiſti ori domini, & nõ cuſtodiſti mandatũ, quod præcepit tibi dñs deus tuus, & reuerſus es, & comediſti panem, & bibiſti aquam in loco, in quo præcepit tibi ne comede-

Corpora exuſta. Capu.6.

Cura ſepulturę. Cap.7. Ephe.5.

reꝰ

res panem, neq; biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrũ tuorum. Quanti hæc pœna pendenda sit, si secundum Euangelium cogitemus, vbi post corpus occisum nihil metuendũ esse didicimus, ne mẽbra exanima patiuntur, nec pœna dicenda est. Si aũt humanum erga suam carnem consideremus affectum, potuit inde terreri vel contristari viuus, quod sensurus non erat mortuus: & hæc erat pœna, qñ dolebat animus id de suo corpore futurũ, quãuis cum fieret, non doleret. Hactenus. n. voluit dñs seruum suum plectere, qui non sua contumacia spreuerat præceptum eius implere, sed aliena decipiente fallacia, obedire se credidit, qñ non obediuit. Neq; enim putandum est ita fuisse interemptũ morsu bestiæ, vt ad supplicium tartareum eius deinde anima raperetur: qñquidem ipsum eius corpus idem leo, qui occiderat, custodiuit, iumento etiam quo vehebatur illæso, & simul cum illa immani fera, intrepida præsentia ad sui dñi funus astante. Quo mirabili signo apparet hominem dei coercitũ potius tpaliter vsque ad mortem, q̃ punitum esse post mortem. De qua re Apostolus, cum propter quasdam offensas commemorasset
1. Co.11. infirmitates mortesq; multorum, Si enim nosipsos, inquit, iudicaremus, à dño non iudicaremur. Cum iudicamur aut̃, à dño corripimur, ne cum mundo damnemur. Eum sanè ipse, qui deceperat, in monumẽto proprio honorifice sepeliuit, seq; sepeliendum
M iuxta ossa eius curauit: ita sperans parci posse quoque ossibus suis, cum veniret tempus qñ secundum illius hominis dei prophetiã,
4. Reg. Iosias rex Iuda in illa terra multorum eruit
23. ossa mortuorum, eisdemq; ossibus sacrilega altaria, quæ sculptilibus constituta fuerant, funestauit, pepercit quippe illi monu-
2. Reg. mento, vbi iacebat Propheta, q̃ ante annos amplius q̃ trecentos ista prædixerat: & propter ipsum nec illius, qui eum seduxerat, se-
Ephe.5. pultura violata est. Affectu nanque illo, quo nemo vnquam carnem suam odio habet, prouideat cadaueri suo, qui occiderat mendacio animam suam. Ex hoc igitur q̃ carnem suam quisq; naturaliter diligit, & illi pœna fuit addiscere, non eum futurum in se

Affectus pulchro patrum suorum: & huic cura prohuman? spicere, vt parceretur ossibus suis, si iuxta dolet in- eum iaceret cuius sepulchrum nemo violasepultos ret. Hunc affectum martyres Christi eos quos pro veritate certantes, vicerunt, quia contempserunt quod non futurã peracta morte sensuri, qui non potuerunt eis, quos viuẽ- amat.
tes sentiebant cruciatibus vinci. Poterat vti- Cap.8.
que deus, qui leonem Prophetæ corpus, qd̃ 3. Reg.
ipse occiderat, vlterius non permisit, attin- 13.
gere, & fecit de peremptore custodem: pote- A
rat, inquam, à suorum interfectis corporibus
canes quibus fuerant proiecta prohibere: po
terat & ipsam hominum innumerabilibus
modis terrere sæuitiam ne cadauera incendere, ne cineres dispergere auderẽt. Sed hoc
quoque experimentum multiplici varietati
tentationum deesse non debuit, ne fortitudo confessionis quæ immanitati persecutionis pro corporis salute non cederet, pro sepulchri honore trepidaret: postremo ne fides
resurrectionis consumptionem corporum
formidaret. Debuerunt ergo & ista p̃mitti, vt etiam post hæc tanti honoris exẽpla martyres in Christi confessione feruentes, huius quoq; testes fierent veritatis, in qua didicerant eos à quibus sua corpora interficerẽtur, postea nihil hñe quod facerent, qm̃ quicqd mortuis corporibus facerent, vtiq; nihil facerent: qñ in carne omni vita carente, nec aliqd sentire posset qui inde migrauerit, nec aliquid inde perdere qui ereauit. Sed inter
hæc quæ fiebant de corporibus occisorum, cum martyres ea non metuentes magna fortitudine paterentur, tñ apud fratres luctus ingens erat: q̃ nulla dabatur potestas sanctorũ funeribus iusta persoluere, nec occulte
subtrahere aliqd sicut eadem testatur histo- B
ria, crudelium custodũ vigiliæ permittebãt.
Ita cum illos qui occisi fuerant, in dilaceratione membrorum suorum, in conflagratione ossium, in dispersione cinerum, miseria
nulla contingeret, istos tamen qui nihil eorum sepelire poterant, magna miseria cruciabat: quia nullo modo illis sentientibus ipsi quodammodo sentiebant: & vbi iam illorum nulla erat passio, erat istorum miserã
compassio. Sc̃dm istam quam dixi mise- Officiũ
ram compassionem laudantur illi, & à rege sepultu-
Dauid benedicuntur, qui Saulis & Ionathę ræ.
ossibus aridis sepulturæ misericordiã præ- Capu.9.
stiterunt. Quæ tandem misericordia præsta 2.Re.2.
tur nihil sentientibus? An forte hoc reuocãdum est ad illam opinionem, q̃ inferni fluuium insepulti non poterant transmeare? Absit hoc à fide Christiana, Alioqn pessime actum est cũ tanta martyrum multitudine, quorũ nõ potuerunt corpora sepeliri, & fallaciter eis veritas dixit, Nolite timere eos Luc.12
qui

qui corpus occidunt & postea non habent quid faciant: si eis tanta mala facere potuerunt, quibus impedirentur ad loca exoptata transire. Sed quia hoc sine vlla dubitatio-
C ne falsissimum est, nec aliquid obest fidelibus negata eorũ corporibus sepultura, nec aliquid si exhibeatur infidelibus prodest: cur ergo illi qui Saulem & filium eius sepelierunt, misericordiam fecisse dicuntur, & ob hoc à rege pio benedicuntur: nisi quia bene afficiuntur corda misserantium, quando ea dolẽt in mortuorum corporibus alienis, quæ illo affectu, quo nemo vnquam car-
Ephe.5. nem suam odio habet, nolũt fieri post mortem suam corporibus suis: & quod sibi exhiberi nolunt quando sensuri non sunt, alijs non sentientibus curant exhibere dum ipsi
Qũo de sentiunt? Narrantur visa quædam quæ
functo- huic disputationi non negligendam videan-
rum ani tur inferre quæstionem. Feruntur quippe
mę viuẽ mortui nonnulli vel in somnis vel alio quo
tibus ap cunque modo apparuisse viuentibus, atque
pareant. vbi eorum corpora iacerent inhumata ne-
Cap.10. scientibus, locisq; mõstratis admonuisse vt sibi sepultura q̃ defuerat præberetur. Hæc si falsa esse responderimus, contra quorundam scripta fidelium, & contra eorum sensus qui talia sibi accidisse confirmant impudenter venire videbimur. Sed respondendum est, non ideo putandum esse mortuos ista sentire, quia hæc dicere vel indicare vel petere videntur in somnis, Nam & viuentes
D apparent sæpe viuentibus dormientibus, dũ seipsi nesciunt apparere: & ab eis qui hæc somniauerint audiunt dicentibus, quòd eos in somnis agentes aliquid vel loquentes viderint. Si ergo me potest aliquis in somnis videre, sibi aliquid quod factum est indicantem, vel etiam quod futurum prænuncian-
tem: cum id ego prorsus ignorem, & omnino non curem, nõ solum quid ille somniet, sed vtrum dormiente me vigilet, an vigilante me dormiat, an vno eodemq; tempore vigilemus ambo siue dormiamus, quando ille somnium videt & in quo me videt: quid mirum si nescientes mortui, nec ista sentientes, tamen à viuentibus videtur in somnijs, & aliquid dicunt, quod euigilantes verum esse cognoscant? Angelicis igitur operationibus fieri crediderim, siue permittatur desuper, siue iubeatur vt aliquid dicere de sepeliendis corporibus suis videantur in somnis, cum id penitus nesciant quorũ illa sunt corpora. Id autem aliquando vtiliter fit, siue ad viuorum qualecunque solatium, ad quos pertinent illi mortui, quorum apparent imagines somniantibus: siue vt his admonitionibus generi humano sepulturæ cõ
mendetur humanitas. Quæ licet defunctis non opituletur, culpanda tamen irreligiositate negligitur. Aliquãdo autem fallacibus E
somnis hi homines in magnos mittuntur errores, quos talia perpeti iussum est: velut si
quisquam videat in somnis, quod Aeneas Aen.6.
vidisse apud inferos poetica falsitate narratur: & vt ei cuiuspiam non sepulti appareat imago, & loquatur, qualia fertur illi locutus fuisse Palinurus: & cum euigilauerit, ibi corpus eius inueniat, vbi iacere inhumatum cum somniaret audiuit, admonitus & rogatus vt sepeliret inuentum: & quia id verum esse comperit, credat ideo mortuos sepeliri, vt eorum animæ ad loca transeant, vnde insepultorum animas inferna prohiberi lege somniauit. Nonne ita credens, plurimum à tramite veritatis exorbitat? Sic autem infirmitas humana sese habet, vt cũ Visorũ
mortuum in somnis quisque viderit, ipsius exempla
animam se videre arbitretur: cum autem vi- duo.c.ii.
uum similiter somniauerit, non eius animã, neque corpus, sed hominis similitudinem sibi apparuisse non dubitet: quasi non possint & mortuorum hominum, eodem modo nescientium, nõ animæ sed similitudines apparere dormientibus. Pro certo cum Mediolani essemus, audiuimus, quòd cum debitum repeteretur à quodam, defuncti patris p
cautione prolata, quod filio nesciente à patre iam fuerat persolutum, cõtristari homo grauissime cœpit atque mirari, q̃ ei pater moriens non dixerit quid deberet, cum fecisset etiam testamentum. Tunc nimis anxio apparuit idem pater eius in somnis, & ubi esset recautum, quo illa cautio vacuata fuerat, indicauit. Quo inuento iuuenis atque monstrato, nõ solum falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternum recepit chirographum, quod pater non receperat, quando est persoluta pecunia. Hic itaque putatur animam hominis curam gessisse pro filio, & ad eum uenisse dormientem, ut docens quod ignorabat, à magna eũ molestia liberaret. Sed eodem ipso ferme tempore, quo id audiuimus, id est nobis apud Mediolanum constitutis Carthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadem arte discipulus fuit, sicut mihi ipse, posteaquam in Africam remeauimus retulit, cum rheto-

ricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionem, quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum. Quo nõ intellecto, vix potuit dormire solicitus, qua nocte somnianti, ego illi quod non intelligebat exposui: immo non ego, sed imago mea nesciente me, & tam longe trans mare aliquid aliud, siue agente, siue somniãte, & nihil de illius curis omnino curante. Quõ fiant ista, nescio. sed qúolibet fiant, cur non eodem modo fieri credimus, vt in somnis quisque videat mortuum, qúo sit vt videat & viuum ambobus vtique nescientibus, neq; curantibus quis vel vbi vel qñ eorum imagines somniet? Similia sunt aút somnijs nonnulla ẽt visa vigilantium, qui turbatos habent sensus, sicut phrenetici vel quocunque furentes modo: nam & ipsi loquuntur secum, quasi vere præsentibus loquantur, & tam absentibus q̃ præsentibus, quorum imagines cernunt, siue viuorum, siue mortuorum. Sed quemadmodũ ij, qui viuunt, ab eis se videri, & cum eis se loqui nesciunt: neque.n. re vera ipsi assunt, aut ipsi sermocinantur, sed turbati sensibus homines talia visa imaginaria patiuntur: eo modo & ij, qui ex hac vita migrarũt, sic affectis hominibus videntur quasi præsentes, cum sint absentes, & vtrum aliquis eos imaginaliter videat, omnino nescientes. Huic rei simile est ẽt illud, eũ homines altius q̃ si dormirent, subtrahũtur corporis sensibus, & occupantur talibus visis. Et his.n. apparẽt imagines viuorum atque mortuorum: sed cum fuerint sensibus redditi, quoscunque mortuos vidisse se dixerint, vere cum eis fuisse creduntur: nec attendunt qui hæc audiunt, similiter ab eis absentium atque nescientium quorundam ẽt imagines visas esse viuorũ. Homo quidam de turma, Curma nomine, municipij Tullienſis, quod Hipponi proximum est, curialis pauper, vix illius loci duũ viralitius & simpliciter rusticanus, cũ ægrotaret ablatis sensibus penè mortuus iacuit aliquot diebus: tenuissimus flatus in naribus, qui manu admota vtcunque sentiebatur, & exiguum erat viuentis indicium, illũ sepeliri vt exanimem non finebat. Nullos artus mouebat, nulla sumebat alimenta: nihil oculis, nihil vllo alio sensu corporis qualibet impacta molestia sentiebat. Videbat tñ multa velut in somnis, q̃ tandem aliqñ post dies plurimos quasi euigilans, visa narrauit, Ac primum mox vt aperuit oculos, Eat aliquis, inquit, ad domum Curmæ fabri ferrarij & videat quid ibi agatur. Quo cũ itum esset, inuentus est mortuus eo momẽto quo iste fuerat sensibus redditus, & penè à morte reuixerat. Tunc intentis qui aderant, illũ exhiberi iussum esse qñ ipse dimissus est, indicabat: seq; illic vnde redierat dixit audisse, q̃ non Curma curialis, sed Curma faber ferrarius ad loca illa mortuorum præceptus fuisset adduci. In illis ergo visis tanquam in somnijs, fuit inter eos defunctos quos videbat pro meritorũ diuersitate tractari. Agnouit etiam nonnullos quos nouerat viuos. Ipsos autem vere mortuos forsitan credidissem, si non inter illa quasi somnia sua vidisset etiam quosdam qui nunc vsque adhuc viuunt, clericos videlicet aliquos regionis suę, quorum ibi à præsbytero audiuit, vt apud Hipponem baptizaretur à me, quod & factum esse dicebat. Viderat itaque in illa visione præsbyterum, clericos, meipsum, nondum.s. mortuos, in qua postea vidit & mortuos. Cur non etiam illos sicut nos vidisse credetur, vtrosque.s. absentes atque nescientes: ac per hoc non ipsos sed similitudines eorum, sicut etiam locorum? Nam & fundum vidit vbi erat ille cum clericus presbyter, & Hipponem, ibi à me quasi baptizatus est. In quibus locis profecto non erat, qñ ille sibi esse videbatur. Nam quid ibi ageret eo tempore nesciebat, quod proculdubio sciret si vere ibi esset. Visa sunt igitur ista quæ non præstantur in ipsis rebus vt sunt, sed in quibusdam rerum imaginibus adumbrantur. Denique post multa quę vidit, etiam in paradisum se introductum esse narrauit, dictumq; sibi esse, cum inde dimitteretur rediturus ad suos, Vade baptizare, si vis esse in illo loco beatorum. Deinde vt à me baptizaretur admonitus, iam factum esse respõdit. Cui rursus ille qui cum eo loquebatur, Vade, inquit, vere baptizare, nam illud in visione vidisti. Post ista conualuit, perrexit Hipponem. Pascha iam appropinquabat, dedit nomen inter alios competentes, pariter cum plurimis incognitus nobis: nec ille mihi visionem, nec cuiquam conseruorum indicare curauit. Baptizatus est, peractis diebus sanctis remeauit ad propria. Biennio vel amplius transacto, ego cuncta hæc cognoui. Primo per quendam meum eiusq; amicum in conuiuio meo, dum quædam talia loquerentur. Deinde institi ac feci vt hæc mihi præsens ipse narraret, attestantibus honestis ciuibus

Tertiũ exẽplũ de Curma. c. 12.

Competentes.

tibus suis, & de mirabili eius ægritudine, vt iacuerit penè mortuus per dies plurimos, & de illo alio Curma fabro ferrario, quod cõmemoraui superius, & de his omnibus, quæ cum mihi diceret, ẽt & tunc ab illo audisse recolebant atq; firmabant. Quamobrem sicut vidit baptismum suũ & meipsum Hipponem & basilicam & baptisteriũ, nõ in rebus ipsis, sed in quibusdã similitudinibus rerum, ita & alios quosdam viuos eisdem nescientibus viuis. Cur non ergo ita & illos mortuos eisdem nescientibus mortuis? Cur non istas operationes angelicas credimus p dispensationẽ prouidentiæ dei bene vtentis & bonis & malis, secundum inscrutabilem altitudinem iudiciorum suorũ: siue instruantur hinc mentes mortalium, siue fallantur: siue consolentur, siue terreãtur: sicut vnicuiq; vel præbenda est misericordia, vel irroganda vindicta, ab illo cui misericordiã & iudicium non inaniter cantat ecclesia: vt volet accipiat quisque quid dicam. Si rebus viuentium interessent animæ mortuorũ, & ipsæ nos qñ eas videmus alloquerentur in somnis, vt de alijs taceam, meipsum pia mater nulla nocte desereret, q̃ terra mariq; secuta est vt mecum viueret. Absit.n. vt facta sit vita fœliciore crudelis, vsqueadeo, vt qñ aliquid angit cor meum, me tristem filium consoletur, quem dilexit vnice, quem nunquam voluit mœstum videre. Sed profecto quod facer Psalmus personat, verum est, qñ pater meus & mater mea dereliquerũt me, dñs aút assumpsit me. Si ergo dereliquerũt nos patres nostri, qũo nostris curis & rebus intersunt? Si aút parentes nõ intersunt, qui sunt alij mortuorũ, qui nouerunt quid agamus, quidve patiamur? Esaias propheta dicit, Tu es.n. pater noster: quia Abraham nos nesciuit, & Israel non cognouit nos. Si tanti Patriarchæ quid erga populum ex his procreatum ageretur, ignorauerunt, quibus deo credentibus populus ipse de illorũ stirpe promissus est, qũo mortui viuorũ rebus atq; actibus cognoscendis adiuuandisq; miscentur? Qũo dicimus eis fuisse consultũ, qui obierunt antequam venirent mala, quæ illorum obitum consecuta sunt: si & post mortẽ sentiunt quæcunq; in vitæ humanæ calamitate contingunt? An forte nos errando ista dicimus, & hos putamus quietos, quos inquieta vita viuorum solicitat? Quid est ergo quod pijssimo regi Iosiæ pro magno beneficio promisit deus, q̃ esses antè moriturus, ne videret mala q̃ ventura illi & loco & populo minabatur? Quæ dei verba ista sunt, Hæc dicit dñs deus Israel, Verba mea q̃ audisti, & veritus à facie mea cum audisti, q̃ locutus sum de isto loco, & qui cõmorantur in eo, vt deseratur, & in maledicto sit: & conscidisti vestimenta tua, & fleuisti in conspectu meo, & ego audiui dixit dñs deus sabaoth: Non sic, Ecce ego apponam te ad patres tuos & apponeris cum pace: & non videbunt oculi tui omnia mala, q̃ ego induco in locum hunc, & qui commorãtur in eo. Territus iste dei comminationibus fleuerat, & sua vestimenta conciderat: & fit omnium malorum futurorum de properatura morte securus, q̃ ita requieturus esset in pace, vt illa omnia non videret. Ibi ergo sunt spiritus defunctorum, vbi non vident quæcunq; aguntur, aut eueniunt in ista uita hominibus. Qũo ergo uidẽt tumulos suos, aut corpora sua, vtrum abiecta iaceant, an sepulta? Qũo intersunt miseriæ uiuorum, cum uel sua ipsa mala patiantur, si talia merita contraxerunt: uel in pace requiescant, sicut huic Iosiæ promissum est, ubi mala vlla nec patiendo nec compatiendo sustineãt, liberati ab omnibus malis, q̃ patiendo & cõpatiendo cum hic uiuerent, sustinebant?

Dixerit aliquis. Si nulla est mortuis cura de uiuis, qũo ille diues, qui apud inferos torquebatur, rogabat Abraham patrem, ut mitteret Lazarum ad quinque fratres suos nõdum mortuos, & ageret cũ eis, ne uenirent & ipsi in eundem tormentorum locum? Sed nunquid quia hoc ille diues dixit, ideo quid fratres agerent uel quid paterentur in illo tempore, sciuit? Ita illi fuit cura de uiuis, quanuis quid agerẽt, omnino nesciret: quémadmodum est nobis cura de mortuis, quanuis quid agant, omnino vtique nesciamus. Nam si nihil de mortuis curaremus, non utique pro illis deo supplicaremus. Deniq; Abraham nec Lazarum misit, & Moysen ac Prophetas hic eos habere respondit, quos audire deberent, ut ad illa supplicia non uenirent. Vbi rursus occurrit qũo quid hic ageretur Abraham pater nesciebat, ubi sciebat esse Moysen & Prophetas, id est libros eorum, quibus homines obediendo, tormenta inferni euitarent: ubi denique nouerat diuitem illum in delitijs, pauperem uero Lazarum in laboribus doloribusq; uixisse: Nã & hoc illi ait, Memento fili, quia percepisti bona in uita tua, Lazarus autem mala.

Obiectio ad superiora. c. 14.

Luc. 16.

Luc. 16.

Sciebat ergo hæc quæ vtiq; apud viuos, nō apud mortuos gesta fuerant. Verum non cum agerentur in viuis, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit quod ait Propheta, Abraham nescicuit nos. Proinde fatendum est, nescire q-
C Esai. 63 dem mortuos quid hic agatur, sed dum hic
Animæ quomō sciant. agitur, postea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt. Non quidem omnia, sed quæ sinuntur indicare, qui sinū-
Cap. 15. tur etiam ista meminisse: & quę illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Possunt & ab angelis, qui rebus quæ aguntur hic, præsto sunt, audire aliquid mortui, quod vnum quemq; illorum audire debere iudicat cui cuncta subiecta sunt. Nisi enim essent angeli, qui possent interesse & viuorū & mortuorum locis, non dixisset dominus Iesus,
Luc. 16. contigit autem mori inopem illum, & ferri ab angelis in sinum Abrahæ. Nūc ergo hic, nunc ibi esse potuerunt, qui hinc illuc quē voluit abstulerunt. Possunt etiam spiritus mortuorum aliqua quæ hic aguntur, quæ necessarium est eos nosse, & quæ necessarium non est eos nō nosse, non solum præterita vel præsentia, verumetiam futura spiritu dei reuelante cognoscere: sicut non omnes homines, sed Prophetæ dum hic viuerent cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quæ illis esse reuelanda dei prouidentia iu-
2.Co.2. dicarat. Mitti quoque ad viuos aliquos ex mortuis, sicut econtrario Paulus ex viuis
D in paradisum raptus est, diuina scriptura te-
1.Re.18. statur. Nam Samuel Propheta defunctus viuo Sauli etiam regi futura prædixit: quāuis nonnulli non ipsum fuisse qui potuisset
Ad Simplicianū magicis artibus euocari, sed aliquem spiritum tam malis operibus congruentem, illius existiment similitudinem figurasse: cū
q.3. liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Sirach scripsisse traditur, & propter eloquij nonnullam similitudinem Salomonis pro-
Ecc. 46. nunciatur, contineat in laude patrum, q̄ Samuel etiam mortuus prophetauerit. Sed si huic libro ex Hebræorum, quia in eo nō est, canone contradicitur, quod de Moyse
Deu. 34 dicturi sumus, qui certe & in Deuteronomio mortuus, & in Euangelio cum Helia,
Mat. 17. Cap. 16. qui mortuus non est, legitur apparuisse viuentibus? Hinc & illa soluitur quæstio, quonam modo martyres ipsis beneficijs q̄ dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agant
viui. Nō. n. solis bñficiorū affectibus, verū-
etiā ipsis hominū aspectibus confessoré apparuisse Felicē, cuius inquilinatū pie dili- Li. 1. de
gis, cū à Barbaris Nola oppugnaretur, au- ciuit. dei
diuimus, nō incertis rumoribus sed testibus cap. 10.
certis. Verū ista diuinitus exhibētur, longe aliter q̄ sese habet vsitatus ordo, singulis E
creaturarū generibus, attributus, Nō. n. qa
in vinū aqua, cū voluit dñs repēte conuersa est, ideo non debemus, quid aqua valeat Ioan. 2.
in elementorū ordine proprio, ab istius diuini operis raritate vel potius singularitate
discernere. Nec qm̄ Lazarus resurrexit, Ioan. 11
ideo mortuus omnis qū vult surgit, aut eo modo exanimis à viuente, quo à vigilante dormiens excitatur. Alij itaq; sunt humanarum limites rerū, alia diuinarum signa virtutum: alia sunt quæ naturaliter, alia q̄ mirabiliter fiunt: quanuis & naturæ deus asit vt sic, & miraculis natura nō desit. Nō igitur ideo putandū est viuorū rebus quoslibet interesse posse defunctos, qm̄ quibusdam sanādis vel adiuuādis martyre sassunt: sed ideo potius intelligendum est, q̄ per diuinam potentiā martyres viuorū rebus interfunt, quoniam defuncti per naturam p-
priam viuorum rebus interesse nō possunt. Quomō
Quanquam ista quæstio vires intelligen- animæ
tiæ meæ vincat, quēadmodum opitulentur martyrum ad-
martyres iis quos per eos certum est adiu- sint peri
uari: vtrum ipsi per seipsos asint vno tpe clitanti-
tam diuersis locis, & tanta inter se lōginqui bus, ne-
tate discretis, siue vbi sunt eorum memo- gat se
riæ, siue præter suas memorias vbicunque F
adesse sentiuntur: an ipsis in loco suis meri- posse de-
tis congruo ab omni mortalium conuersa- finire.
tione remotis, & tamen generaliter orantibus pro indigentia supplicantum, sicut nos oramus pro mortuis, quibus vtiq; non prę-
sentamur, nec vbi sint vel quid agant sci-
mus, deus omnipotēs qui est vtiq; præsens, nec concretus nobis, nec remotus à nobis, exaudiens martyrum preces, per angelica ministeria vsquequaque diffusa, præbeat hominibus ista solatia, quibus in huius uitæ miseria iudicat esse prębenda: & suorum merita martyrum ubi uult, quando vult, quomodo vult, maximeq; per eorū memorias, qm̄ hoc nouit expedire nobis ad ædificandā fidem Christi, pro cuius illi cōfessione sunt passi, mirabili atq; ineffabili potestate ac bonitate commend-t. Res hæc altior est quàm vt à me possit attingi, & abstrusior quam vt à me valeat perscrutari: & ideo quid horum duorum sit, an vero fortasis vtrun
que

que sit, ut aliquando fiant per ipsam præsentiam martyrum, aliquando per angelos suscipientes personam martyrum, definire nō audeo, mallem à scientibus ista perquirere. Neque enim nemo est qui hæc sciat, nō. qui
G sibi scire videatur & nesciat: dona enim dei
1.Co.12 sunt, his alia & illis alia largientis, secundū Apostolum, qui dicit, vnicuique dari manifestationem spiritus ad vtilitatem. Alij quidem, inquit, datur per spiritum sermo sapiētiæ, alij sermo sciæ secundum eundem spiritum, alteri autem fides in eodem spiritu, alteri gratia curationum in vno spiritu, alij operationes virtutum, alij prophetia, alij diiudicatio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Omnia autem hæc operatur vnus atq; idem spiritus, diuidens propria vnicuique prout vult. Horum omnium spiritalium donorum, quæ commemorauit Apostolus, cuicunque data est diiudicatio spirituum, ipse scit ista sicut sciē
De Ioā- da sunt. Talem fuisse credendum est il-
ne mona- lum Ioannem monachum, quem de belli ci-
cho. uilis euentu maior Theodosius cōsulit Im-
Cap. 17. perator: habebat quippe etiam prophetiā. Neque enim singulos singula munerū istorum, sed etiam plura vnum habere posse nō ambigo. Ioannes ergo iste cuidam mulieri religiosissimæ impatienter eum videre cupienti, atque vt hoc impetraret per maritū suum vehementer instanti, cum ille nollet, quoniam id nunquam permiserat fœminis,
H Vade, inquit, dic vxori tuæ, videbit me nocte proxima, sed in somnis. Et factum est. Monuitque illam quicquid fidelem coniugatam moneri oportebat. Quæ cum euigilasset, talē se vidisse hominem dei viro suo, qualem ille eum nouerat, & quid ab illo audierit, indicauit. Qui hoc ab eis comperit, retulit mihi vir grauis & nobilis & dignissimus, credidi. Sed si illum sanctum monachum ipse vidissem, quia, sicut fertur, patientissime interrogabatur, & sapientissime respondebat, quæsissem ab eo quod ad istam pertinet quæstionem: vtrū ipse ad illam fœminam venisset in somnis, ideſt spiritus eius in effigie corporis sui, sicut nosipsos in effigie corporis nostri somniamus: an ipso illud agente, vel si dormiebat aliud somniante, siue per angelum, siue quocunque alio modo in mulieris somnio talis facta sit visio: atque id futurum, vt ipse promitteret prophetiæ spiritu reuelante præsciuerit. Si enim ipse interfuit somnianti, mirabili gratia vtique id potuit, non natura: & dei munere, non propria facultate. Si autem ipso aliud agente, sine dormiente, & visis alijs occupato, eum mulier vidit in somnis: profecto tale aliquid factum est, quale illud est quod in
Actibus Apostolorum legimus, vbi domi- I
nus Iesus loquitur Ananiæ de Saulo, & indicat ei quòd Saulus vidit ad se venientem Ananiam, cum hoc Ananias ipse nesciret. Quodlibet horum mihi respōderet ille homo dei: & de martyribus ab illo pergerem Acto. 9.
quærere: vtrum ipsi asint in somnis, vel quocunq; alio modo videntibus eos in qua figura voluerint: & maxime quando ab eis se torqueri dæmones in hominibus confitētur, & rogant eos vt parcant sibi: an ista fiāt dei nutu per angelicas potestates, in honorem commendationemque sanctorum, ad vtilitatem hominum, illis in summa quiete positis, & ad alia longe meliora visa vacantibus seorsum à nobis, orantibusque pro nobis: Nam Mediolani apud sanctos Protasium & Gerusium martyres, expresso no De sctō
mine, sicut defunctorum quos eodem mo- Ambro-
do commemorabant, adhuc viuum dæmo- sio.
nes Episcopum cōfitebantur Ambrosium, atque vt sibi parceret obsecrabant, illo aliud agente, atque hoc cum ageretur omnino ne sciente. An forte aliquando per ipsam præsentiam martyrum fiant ista, aliquando per angelorum: & vtrum possint, vel quibus signis possint à nobis duo ista discerni: an ea
sentire ac iudicare nō valeat, nisi qui habeat K
illud donum per dei spiritum diuidentem 1.Co.12.
propria vnicuiq; prout vult. Dissereret mihi, vt arbitror, hæc omnia sicut vellem ipse Ioannes: vt aut eo docente discerem, & ea quæ audirem, vera & certa esse cognoscerem: aut ego crederem quæ nescirem, illo docente quæ sciret. Quòd si mihi forsitan de sancta scriptura respōderet ac diceret, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne Eccl. 3.
scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi dominus, illa cogita semper: id etiam gratanter acciperem: non enim paruus est fructus, si aliqua obscura & incerta, quæ comprehendere non valemus, clarum saltem certumq; sit nobis non esse quærenda: & quod vnusquisque vult discere, putās prodesse si sciat, discat non obesse si nesciat. Quæ cum ita Epilo-
sint, non existimemus ad mortuos, pro qui gus dis-
bus curam gerimus, peruenire, nisi quòd putatio- pro eis siue altaris, siue orationum, siue elee nis.
mosynarum sacrificijs solenniter supplica- Cap. 18.

mus: quamuis non pro quibus fiunt omnibus prosint, sed ijs tantum, quibus dum viuunt comparatur vt prosint. Sed quia non discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint & debeant peruenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt, quàm eis deerunt quibus prosunt. L
Diligentius tamen facit hęc quisque pro necessarijs suis, quòd pro illo fiat similiter à suis. Corpori autem humano quicquid impenditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secundum affectum, quo nemo vnquam carnem suam odio habet.
Ephe. 5. Vnde oportet vt quã potest pro carne proximi curam gerat, cum ille recesserit qui gerebat. Et si hæc faciunt qui carnis resurrectionem non credunt, quanto magis debent facere qui credunt, vt corpori mortuo, sed tamen resurrecturo & in æternitate mansuro impensum eiusmodi officium, sit etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium? Quòd vero quisque apud memoriam martyrum sepelitur, hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio, affectus pro illo supplicationis augeatur. Habes ad ea quæ à me putasti esse quærenda qualem potui reddere responsionem meam, quæ si vltra quàm sat est prolixa est, da veniam, id enim factum est amore diutius loquendi tecum. Hunc ergo librum quemadmodum acceperit venerabilis dilectio tua, peto rescriptis tuis nouerim, quem tibi perlator eius faciet sine dubio gratiorem, frater scilicet & compresbyter noster Candidianus, M
quem per tuas literas cognitum toto corde susceperi, inuitusque dimisi. Multum enim nos in charitate Christi sua præsentia consolatus est, & quod fatendum est, eius instantia tibi parui. Nam cor meum tanta distendunt, vt nisi ipso assidue commonente non sineret obliuisci, profecto interrogationi tuæ mea responsio defuisset.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI De Catechizandis rudibus,

Liber vnus.

PEtis à me frater Deogratias, vt aliquid ad te de catechizandis rudibus, quod tibi vsui esset scriberem. Dixisti enim quòd apud Carthaginem vbi diaconus es, ad te sæpe adducantur, qui fide Christiana primitus imbuendi sunt, eo quòd existimeris habere catechizãdi vberem facultatem, A
& doctrina fidei & suauitate sermonis: te autem penè semper angustias pati idipsum quòd credendo Christiani sumus, quo pacto commode intimandum sit vnde exordienda, quousque sit perducenda narratio: vtrum exhortationem aliquam terminata narratione adhibere debeamus, an præcepta sola quibus obseruandis cui loquimur nouerit Christianam vitã professionemq; retinere. Sæpe autem tibi accidisse confessus atque conquestus es, vt in sermone longo & tepido tibi ipse vilesceres essesque fastidio, nedum illi quem loquendo imbuebas, & cæteris qui audientes aderant eaq; te necessitate fuisse compulsam, vt ea me quam tibi debeo charitate compelleres ne grauarer inter occupationes meas, tibi de hac re aliquid scribere. Ego vero non ea tantum quam familiariter tibi, sed etiã quã matri Ecclesiæ vniuersaliter debeo, charitate ac seruitute compellor, si quid per operã meam quam domini nostri largitate possum exhibere, idem eos dominus quos mihi fratres fecit adiuuari iubet, nullo modo recusare, sed potius prompta & deuota voluntate susipere. Quanto enim cupio latius erogare pecuniam dominicam, tanto magis me oportet, si quam dispensatores conseruos meos difficultatem in erogando sentire cognosco, agere quantum in me est, vt facile atque expedite possint, quod impigre ac studiose volunt. B
Sed quod ad tuam proprie Debet
considerationem pertinet, nolim te moueri sibi non
ex eo quod sæpe tibi abiectum sermonem fa omnino
stidiosumq; habere visus es. Fieri.n. potest, displice-
vt ei quem instruebas, non ita sit visum, sed re qui di
quia tu aliquid melius audiri desiderabas eo cit. ca. 2.
tibi quod dicebas videretur indignum auribus aliorum. Nam & mihi propè semper

per sermo meus displicet. Melioris enim auidus sum, quo sæpe fruor interius, anteq; eum explicare verbis sonantibus cœpero: quod vbi minus q̃ mihi notus est cualuero, contristor linguam meam cordi meo non posse sufficere. Totum.n.q̃ intelligo, volo vt qui me audit intelligat, & sentio me non ita loqui vt hoc efficiam: maxime cp ille intellectus quasi rapida coruscatione perfundit animum: illa autem locutio tarda & longa est, longeq; dissimilis. Et dum ista voluitur, iam se ille in secreta sua condidit: tamen
C quia vestigia quædam miro modo impressit memoriæ, perdurant illa cum syllabarũ morulis atq; ex eisdem vestigijs sonantia signa peragimus, quæ lingua dicitur vel Latina, vel Græca, vel Hebræa, vel alia quælibet: siue cogitentur hæc signa, siue etiam voce proferantur, cum illa vestigia nec Latina, nec Græca vel Hebræa, nec cuiusq; alterius gentis sint propria, sed ita efficiantur in animo vt uultus in corpore. Aliter enim Latine ita dicitur aliter Græce, aliter atq; aliter aliarum diuersitate linguarum, non autem Latinus aut Græcus est vultus irati. Non itaque omnes gentes intelligunt cum quisque dicit, iratus sum, sed Latini tantum: at si affectus excandescentis animi exeat in faciem, vultumq; faciat, omnes sentiunt qui intuentur iratum. Sed neque ita licet educere & quasi exporrigere in sensum audientiũ per sonum vocis illa vestigia quæ imprimit intellectus memoriæ, sicut apertus & manifestus est vultus. Illa enim sunt intus in animo, iste foris in corpore. Quapropter conijciendum est quantum distet sonus oris nostri ab illo ictu intelligentiæ, quando ne ipsi quidem impresioni memoriæ similis est. Nos autem plerunque in auditoris vtilitatem vehementer ardentes, ita loqui volumus quemadmodum tunc intelligimus, cum per ipsam intentionem loqui non possumus: & quia non succedit angimur, & velut frustra opera insumamur, tædio marcescimus: atque ex ipso tædio languidior fit
D idem sermo, & hebetior quàm erat, vnde perduxit ad te tædium: sed mihi sæpe indicat eorum studium, qui me audire cupiunt, non ita esse frigidum eloquium meum vt videtur mihi: & eos inde aliquid vtile capere, ex eorum delectatione cognosco, mecumque ago sedulo, vt huic exhibendo ministerio non desim, in quo illos video bene accipere quod exhibetur. Sic & tu, eoipso quòd ad te sæpius adducuntur qui fide imbuendi sunt, debes intelligere non ita displicere alijs sermonem tuum vt displicet tibi: nec infructuosum te debes putare, cp ea quæ cernis non explicas ita vt cupis quando forte vt cupis nec cernere valeas. Quis enim in hac vita nisi in ænigmate & per speculum videt? Nec ipse amor tantus est vt carnis dirupta caligine penetret in æternum serenum, vnde vtcunque fulgent etiam ista quæ transeunt. Sed quia boni proficiunt de die in diem, ad videndum diem sine volumine cœli, & sine noctis incursu, quem oculis non vidit, nec 1.Co.2.
auris audiuit, nec in cor hominis ascendit: E
nulla maior causa est cur nobis in imbuendis rudibus noster sermo vilescat, nisi quod libet inusitate cernere, & tædet vsitate proloqui. Et re quidem vera multo gratius audimur, cum & nos eodem opere delectamur: afficitur enim filum locutionis nostrę ipso nostro gaudio, & exit facilius atque acceptius. Quapropter non arduum est negocium, ea quæ credenda insinuantur præcipere vnde & quousque narranda sint: nec quomodo sit varianda narratio, vt aliquando breuior, aliquando longior, semper tamen plena atque perfecta sit: & quando breuiore, & quando longiore sit vtendum: sed quibus modis faciendum sit, vt gaudens quisque catechizet. Tanto enim suauior erit, quanto magis id potuerit: ea cura maxima est: Et præceptum quidem rei huius in promptu est. Si enim in pecunia corporali, quanto magis in spiritali, hilarem datorem diligit deus. Sed hęc hilaritas ad horam vt adsit, eius est misericordiæ qui ista præcepit. itaque prius de modo narrationis qđ te velle cognoui, tũ de p̃cipiẽdo atq; cohortãdo, postea de hac hilaritate cõparanda, q̃ deus suggesserit differemus. Narratio plena est, cũ q̃sq; primo F
catechizat ab eo qđ scriptũ est, In principio Quõ sa
fecit deus cœlũ & terrã vsq; ad p̃sentia tpa cri libri
Ecclesię: nõ tñ ppea debemus totũ Pẽtateu catechu
chũ, totosq; Iudicũ & Regnorũ & Esdræ menis
libros, totumq; Euãgelium & Actus Apo- exponẽ-
stolorũ, vel, si ad verbũ edidicimus memo- di.
riter reddere, vel nostris verbis omnia quæ Cap. 3.
his continentur voluminibus narrando euoluere & explicare: quod nec tempus capit, nec vlla necessitas postulat: sed cuncta summatim generatimq; complecti, ita vt eligantur quædam mirabiliora quæ suauius

uius audiuntur, atque in ipsis articulis constituta sunt: & ea tanquã inuolucris ostendere, statimq; à conspectu abripere non oportet, sed aliquantum immorando quasi resoluere atque expandere, & inspicienda atque miranda offerre animis auditorum: cætera vero celeri percussione inferendo contexere: Ita & illa quæ maxime commendari volumus, aliorum submissione magis eminẽt: nec ad ea fatigatus peruenit, quem narrando volumus excitare, nec illius memoria confunditur, quẽ docendo debemus instruere. In omnibus sanè non tantũ nos oportet intueri præcepti finem, qđ est charitas de
1.Ti. 1. corde puro & conscientia bona, & fide non
G ficta, quò ea quæ loquimur cuncta referamus, sed etiam illius quẽ loquendo instruimus, ad id monendus atque illuc dirigendus aspectus est. Neq; enim ob aliud ante aduẽtum domini scripta sunt omnia quæ in sanctis scripturis legimus, nisi vt illius cõmendaretur aduentus, & futura præsignaretur Ecclesia: id est, populus dei per omnes gentes, quod est corpus eius: adiunctis atque annumeratis omnibus sanctis, qui etiam ante aduentum eius in hoc seculo vixerunt, ita
Ge. 25. eum credentes venturum esse, sicut nos venisse. Sicut enim Iacob manum prius dum nasceretur emisit ex vtero, qua etiã pedem prænascentis fratris tenebat, deinde vtiq; secutum est caput, tum demũ necessario membra cætera: sed tamen caput non tantum & membra q̃ secuta sunt, sed etiã ipsam manũ quæ in nascendo præcesserit, dignitate ac potestate præcedit, & quamuis nõ tempore apparendi, tamen naturæ ordine prius est, Ita & dominus Iesus Chrs, & si antequam appareret in carne, & quodammodo ex vtero secreti sui, ad hominũ oculos mediator dei & hominũ hõ procederet, qui est super oẽs deus bñdictus in secula, præmisit in sanctis Patriarchis & Prophetis quandã partẽ corporis sui, qua velut manu se nasciturũ esse
H 1.Ti. 1. pnuncians, etiam populũ præcedentẽ superRom.2. be, vinculis legis tanquã digitis quinq; supplantauit: q̃ & per quinq; tẽporum articulos prænunciari venturus prophetariq; nõ destitit: & huic rei consonans per quẽ lex data est, libros quinq; conscripsit. Et superbi
Ro. 10. carnaliter sentiẽtes, & suã iustitiã volentes
Psal.19. constituere, nõ aperta manu Christi repleti sunt benedictione, sed constricta atq; conclusa retenti sunt. Itaq; illis obligati sunt pedes, & ceciderunt, nos vero surreximus & erecti sumus. Quãuis ergo, vt dixi, præmiserit dñs Christus quandam partẽ corporis sui in sanctis, qui cũ nascendi tẽpore præierunt, tamẽ ipse est caput corporis Ecclesię, il Col.1.
liq; oẽs eidem corpori cuius ille caput est cohæserunt, credendo in eũ quem pnunciabant. Non.n. præcurrendo diuulsi sunt, sed adiuncti potius obsequẽdo. Nã & si manus à capite prẽmitti potest, cõnexio tamen eius sub capite est. Quapropter omnia quæ ante scripta sunt, vt nos doceremur scripta Ro. 15.
sunt, & figuræ nostræ fuerunt, & in figura cõtingebant eis: scripta sunt aũt ꝓpter nos, in quos finis seculorum obuenit. Quæ 1.Co.10
aũt maior causa est aduẽtus dñi, nisi vt ostẽ I
deret deus dilectionem suam in nobis, com- Præcimendans eam vehementer, quia cum adhuc pua causa aduen
inimici essemus, Christus ꝓ nobis mortuus tus Chri
est? Hoc aũt ideo, quia finis præcepti & ple- sti.
nitudo legis charitas est: vt & nos inuicem Cap.4.
diligamus, & quẽadmodum ille ꝓ nobis ani Rom.5.
mam suã posuit, sic & nos pro fratribus ani 1.Ti.1.
mã ponamus: Et ipsum deũ quoniam prior Ro. 13.
dilexit nos, & filio suo vnico non pepercit, 1.Ioã.3.
sed pro nobis omnibus tradidit eum, si amare pigebat, saltem redamare nõ pigeat. Nul 1.Ioã.4.
la est enim maior ad amorem inuitatio, q̃ Rom. 8.
præuenire amando. Et n mis durus est animus, qui dilectionem si nolebat impendere, nolit & rependere. Quòd si in ipsis flagitiosis & sordidis amoribus videmus, nihil aliud eos agere, qui amari vicissim volunt, nisi vt documentis quibus valent aperiant & ostendant quantum ament, eamque imaginem iustitiæ prætendere affectant, vt vicem sibi reddi quodammodo flagitent ab eis animis quos illecebrare moliuntur. ipsiq; ardentius æstuant, cum iam moueri eodem igne etiam illas mentes quas appetunt sentiunt, Si ergo & animus qui torpebat, cum se amari senserit excitatur, & qui iam feruebat cum se redamari didicerit, magis accenditur: manifestum est nullam esse K
maiorem causam, qua vel inchoetur vel augeatur amor, quàm cum amari se cognoscit, qui nondum amat, aut redamari se [illegible] posse sperat, vel iam probat qui prior [illegible]. Et si hoc etiam in turpibus amoribus, quanto plus in amicitia? Quid enim aliud cauemus in offensione amicitiæ, nisi ne amicus arbitretur quòd eum vel non diligamus, vel minus diligamus quàm ipse nos diligit? Quod si crediderit, frigidior erit in eo amore quo inuicẽ homines mutua

tua familiaritate perfruuntur: & si non ita est infirmus vt hæc illum offensio faciat ab omni dilectione frigescere, in ea se tenet qua non vt fruatur, sed vt consulat diligit. Operæprecium est autem animaduertere, quo modo, quanquam & superiores velint se ab inferioribus diligi, eorumq; in se studiose delectentur obsequio, & quãto magis id senserint, tanto magis eos diligant, tamen quãto amore exardescat inferior, cum à superiore se diligi senserit. Ibi enim gratior amor est, vbi non æstuat indigentiæ siccitate, sed vbertate beneficentiæ profluit. Ille nanque amor ex miseria est, iste ex misericordia. Iã
L vero si etiam se amari posse à superiore desperabat inferior, ineffabiliter commouebitur in amorem: si vltro ille fuerit dignatus ostendere, quantum diligat eum qui nequaquam sibi tantum bonum promittere auderet. Quid autem superius deo iudicante, & quid desperatius homine peccante: qui se tãto magis tuendum & subiugandum superbis potestatibus addixerat, quæ beatificare non possunt, quãto magis desperauerat posse sui curam regi ab ea potestate, quæ non malitia sublimis esse vult, sed bonitate sublimis est? Si ergo maxime propterea Christus aduenit, vt cognosceret homo quantum eum diligat deus: & ideo cognosceret vt in eius dilectionem à quo prior dilectus est inardesceret: proximumq; illo iubente & demonstrante diligeret, qui nõ proximum, sed longe peregrinantem diligendo factus est proximus: omnisq; scriptura diuina q̃ ante scripta est, ad prænunciandum aduentum domini scripta est, & quicquid postea
Mat.22 mandatum est literis & diuina authoritate firmatum, Christum narrat & dilectionem monet: manifestum est non tantum totam legem & Prophetas in illis duobus pendere
M præceptis, dilectionis dei & proximi, quæ adhuc sola scriptura sancta erat cum hoc dominus diceret, sed etiam quæcunque posterius salubriter consecrata sunt, memoriæq; mandata diuinarum volumina literarum. Quapropter in veteri testamento est occultatio noui, in nouo testamento est manifestatio veteris. Secũdum illam occultationem, carnaliter intelligentes carnales, & tunc & nunc pœnali timore subiugati sunt. Secundum hanc autem manifestationem spiritales, & tunc quibus pie pulsantibus etiam occulta patuerunt, & nunc qui non superbe quærunt, nec etiam aperta claudunt, spiritaliter intelligentes donata charitate liberati sunt. Quia ergo charitati nihil aduersius q̃ inuidentia, Mater autem inuidentiæ superbia est, idem dominus Iesus Christus, deus homo, & diuinę in nos dilectionis indicium est, & humanæ apud nos humilitatis exemplum, vt magnus tumor noster maiore contraria medicina sanaretur. Magna est enim miseria, superbus homo, sed maior misericordia, humilis deus. Hac ergo dilectione tibi tanquam fine proposito, quo referas omnia quæ dicis: quicquid narras ita narra, vt ille cui loqueris audiendo credat, credendo speret, sperando amet. De ipsa etiam seueri- A
tate dei qua corda mortalium saluberrimo Ficte ac-
terrore quatiuntur, charitas ædificanda est, cedẽs ad
vt ab eo quem timet, amari se gaudens, eum catechisredamare audeat, eiusq; in se dilectioni etiã mũ quasi impune posset, tamẽ displicere vereatur. liter sit
Rarissime quippe accidit, immo vero nun- instruen
quam, vt quisquam veniat volens fieri Chri dus. c.5.
stianus, qui non sit aliquo dei timore perculsus. Si enim aliquod commodum spectando ab hominibus quibus se aliter placiturum non putat, aut aliquod ab hominibus incõmodum deuitando, quorum offensionẽ aut inimicitias reformidat, vult fieri Christianus, non fieri vult potius q̃ fingere: fides.n. non res est saluandi corporis, sed credentis animi. Sed planè sæpe adest misericordia dei per ministerium catechizãtis, vt sermone commotus iam fieri velit quod decreuerat fingere: quod cum velle cœperit, tunc cum venisse deputemus: & occultum quidẽ nobis est quando veniat animo, quem iam corpore præsentem videmus: sed tamen sic cum eo debemus agere, vt fiat in illo hæc voluntas, etiam si non est. Nihil enim deperit, quando si est, vtique tali nostra actione firmatur, quanuis quo tempore vel qua hora cœperit ignoremus. Vtile est sanè vt præ- B
moneamur antea, si fieri potest, ab ijs qui eum norunt, in quo statu animi sit, vel quibus causis commotus ad suscipiendam religionem venerit. Quòd si defuerit alius à quo id nouerimus, etiam ipse interrogãdus est, vt ex eo quod responderit ducamus sermonis exordium. Sed si ficto pectore accesserit, humana commoda cupiens, vel incommoda fugiens, vtique mentiturus est: tamẽ ex eo ipso quod mentitur capiendũ est principium: non vt refellatur eius mendacium quasi tibi certum sit, sed vt si dixerit eo proposito se, venisse quod vere approbandum est,

est, siue ille verum siue falsum dicat, tale tamen propositum quali se venisse respondit, approbantes atque laudantes, faciamus eum delectari esse se talem qualem videri cupit. Si autem aliud dixerit q̃ oportet esse in animo eius qui Christiana fide imbuendus est, blandius & lenius reprehendendo tanquam rudem & ignarum, & Christianæ doctrinæ finem verissimum demonstrando atq; laudando breuiter & grauiter, ne aut tempora futuræ narrationis occupes, aut non prius collocato animo audeas imponere, facias cũ velle quod aut per errorem aut per simulationẽ nondum volebat. Q̃d si forte se diuinitus admonitum vel territum esse respõderit vt fieret Christianus, lætissimum nobis exordiendi aditum præbet, quanta deo sit cura pro nobis. Sanè ab huiusmodi miraculorum siue somniorum, ad scripturarũ solidiorum viã & oracula certiora transferenda est eius intentio: vt & illa admonitio q̃ misericorditer ei prærogata sit, noverit, antequam scripturis sanctis inhæreret. Et vtique demonstrandum est ei, quòd ipse dñs non eum admoneret aut compelleret fieri Christianum, & incorporari Ecclesiæ, & talibus signis aut reuelationibus erudiret nisi iam præparatum iter in scripturis sanctis, vbi non quæreret visibilia miracula, sed inuisibilia sperare consuesceret, neque dormiens sed vigilans moneretur, cum securus & tutius carpere voluisset. Inde iam exordienda narratio est ab eo quòd fecit deus omnia bona valde, & producenda vt diximus vsq; ad præsentia tempora Ecclesiæ: ita vt singularum rerum atque gestorum quæ narramus causæ rationesque reddantur quibus ea referamus ad illum finem dilectionis, vnde neque agentis aliquid neque loquentis oculus auertendus est. Si enim fictas poetarum fabulas, & ad voluptatem excogitatas animorum quorum cibus nugæ sunt, tamen boni qui habentur atque appellantur Grammatici, ad aliquam vtilitatem referre conantur quanquam & ipsam vanam & auidam saginæ secularis: quanto nos decet esse cautiores, ne illa quæ vera narramus, sine suarum causarum redditione digesta aut inani suauitate, aut etiam pernitiosa cupiditate credantur? Non tamen sic asseramus has causas, vt relicto narrationis tractu cor nostrum & lingua in nodos difficilioris disputationis excurrat: sed ipsa veritas adhibita rationi, quasi aurum sit gemmarum ordinem ligans, non tamen ornamenti seriem vlla immoderatione perturbãs. Narratione finita, spes resurrectionis intimanda est, & propter iudicij capacitatem ac viribus audientis, proque ipsius temporis modulo, aduersus vanas irrisiones infidelium, de corporis resurrectione tractandũ, & futuri vltimi iudicij bonitate in bonos, seueritate in malos, veritate in omnes: commemoratisq; cũ detestatione & horrore pœnis impiorum, regnũ iustorum atq; fidelium, & superna illa ciuitas eius q̃; gaudium, cum desiderio prædicandum est. Cum vero instruenda & animãda est infirmitas hominis aduersus tẽtationes & scandala, siue foris siue in ipsa intus Ecclesia. Foris, aduersus gentiles vel Iudæos vel hæreticos: intus aũt, aduersus areæ dñicæ paleas. Non vt contra singula peruersorũ genera disputetur, omnesq; illorum prauæ opiniones propositis quæstionibus refellantur: sed pro tempore breui demonstrandum est, ita esse prædictum, & quæ sit vtilitas tentationum erudiẽdis fidelibus, & quæ medicina in exemplo patientiæ dei qui statuit vsque in finem ista permittere. Cũ vero aduersus eos instruitur, quorum peruersæ turbę corpora liter implẽt Ecclesias, simul etiam præcepta breuiter & decenter cõmemorantur. Christianæ atque honestæ conuersationis, ne ab ebriosis, auaris, fraudatoribus, aleatoribus, adulteris, fornicatoribus, spectaculorũ amatoribus, remediorum sacrilegorum alligatoribus, præcantatoribus, mathematicis vel quãuislibet artiũ vanarum & malarum diuinatoribus, atq; huiusmodi cæteris ita facile seducatur, & impunitum sibi fore arbitretur, quia videt multos qui Christiani appellantur, hæc amare, & agere & defendere, & suadere, & persuadere. Quis enim finis p̃stitutus sit in tali vita perseuerantibus, & q̃ sint in ipsa Ecclesia tolerandi, ex qua in fine separandi sunt diuinorum librorum testimonijs edocendum est. Prænunciandum etiam inuenturum cum in Ecclesia multos Christianos bonos, verissimos ciues cœlestis Hierusalem si esse ipse cœperit. Ad exemum ne spes eius in homine ponatur sulo monendus est: quia neque facile ab homine iudicari potest quis homo sit iustus; & si facile posset, non ideo nobis proponi exempla iustorum, vt ab eis iustificemur, sed vt eos imitantes ab eorum iustificatore nos quoque iustificari sciamus. Hinc enim fiet, quod maxime commendandum est, vt cum

Exordiũ catechismi. Cap. 6.

Gen. 1.

Resurrecta. vita. c. 2.

Hie. 17.

cum ille qui nos audit, immo per nos audit deum moribus & sciẽtia proficere cœperit, & viam Christi cum alacritate ingredi, nec nobis audeat assignare, nec sibi: sed scipsum & nos & quoscunq; alios diligit amicos in illo & propter illum diligit qui eum dilexit inimicum, vt iustificans faceret amicũ. Hic iã non te puto præceptore indigere, vt cum occupata sunt tempora, vel tua vel eorum qui te audiunt, breuiter agas: cũ autem largiora, largius eloquaris, hoc enim nullo admonẽte ipsa necessitas præcipit. Sed illud

Docti quomodo tractandi. Cap. 8.

planè non prætereundũ est, vt si ad te quisquã catechizandus venerit liberalibus doctrinis excultus, qui iam decreuerit esse Christianus, & ideo venerit vt fiat, difficillimũ omnino est vt non multa nostrarũ scripturarũ literarũ q̃; cognouerit, quibus iã instructus ad sacramentorum participatioẽ tantummodo venerit. Tales.n. nõ eadẽ hora Christiani fiunt, sed ante solent omnia diligẽter inquirere, & motus animi sui cũ quibus possunt cõmunicare atq; discutere. Cum his itaq; breuiter agendũ est, & nõ odiose inculcando quæ norunt, sed modeste perstringendo: ita vt dicamus nos credere quod iã nouerint illud atq; illud: atque hoc modo cursim enumerare omnia q̃ rudibus indoctisq; inculcanda sunt, vt etsiquid nouit eruditus iste, non tanquã à doctore audiat: & si quid forte adhuc ignorat, dum ea cõmemoramus q̃ illum nosse iã credimus, discat. Nec ipse sanè inutiliter interrogatur, quibus rebus motus sit vt velit esse Christianus vt si libris ei persuasum videris, sicut canonicis siue vtilium tractatorum, de his aliquid in principio loquaris, collaudãs eos p̃ diuersitate meritorũ canonicæ authoritatis, & exponentiũ solertissimæ diligentię: maximeq;

H cõmendans in scripturis canonicis admirãdæ altitudinis saluberrimam vtilitatẽ in illis aũt pro sua cuiusq; facultate aptum superiobus & per hoc infirmioribus animis stylũ sonantioris & quasi ornatioris eloquij. Sane etiam exprimendũ de illo est, vt indicet quem maxime legerit, & quibus libris familiarius inhæserit, vnde illi persuasum est, fociari vellet Ecclesiæ. Quod cum dixerit, tum si nobis noti sunt illi libri, aut Ecclesiastica fama saltem acepimus a catholico aliquo memorabili viro esse conscriptos, læti approbemus. Si autem in alicuius hæretici volumina incurrit, & nesciens forte quòd vera fides ĩprobat, tenuit animo, & catholicum esse arbitratur: sedulo edocendus est, prælata authoritate vniuersalis Ecclesiæ aliorumq; doctissimorum hominũ, & disputationibus & scriptionibus in eius veritate florentium. Quanquam & illi qui catholici ex hac vita migrarunt, & aliquid literarum Christianarum posteris reliquerũt, in quibusdam locis opusculorũ suorum, vel non intellecti, vel sicuti est humana infirmitas, minus valentes acie mentis abditiora penetrare, & verisimilitudine aberrantes a veritate præsumptoribus & audacibus fuerunt I occasioni ad aliquã hæresim moliendam atque gignendam. Quod mirũ non est, cum de ipsis canonicis literis vbi omnia sanissime dicta sunt, non quidem aliter accipiẽdo quædam q̃ vel scriptor sensit, vel scipsa veritas habet: nam si hoc solũ esset, quis non humanæ infirmitati ad corrigendum paratæ libenter ignosceret: sed id quod peruerse ac praue opinati sunt, animositate acerrima, & peruicaci arrogantia defensitantes, multi multa pernicioſa dogmata, conscissa cõmunionis vnitate pepererunt. Hæc omnia eũ illo, qui ad societatem populi Christiani, non idiota, vt aiunt, sed doctorũ libris expolitus atq; excultus accedit, modesta collatione tractãda sunt tm assumpta p̃cipiendi authoritate, vt caueat præsumptionis errores, quantum eius humilitas quæ illum adduxit iam sentitur admittere. Cætera vero secundum regulas doctrinæ salutaris, siue de fide quęcunque narranda vel differenda sunt, siue de moribus, siue de tentationibus, eo modo percurrendo quo dixi, ad illam superemminentiorem viam omnia referenda sunt. Sunt item quidam de scholis vsitatissimis Grammaticorum Oratorumq; ve- Grãmatici & rhetores quo accipiendi. Cap. 9. K Dist. 38. ca. Sedulo.
tici & nientes, quos neque inter idiotas numerare audeas, neq; inter illos doctissimos quorum mens magnarum rerum est exercitata quæstionibus. His ergo qui loquendi arte cæteris hominibus excellere videntur, cum veniunt vt Christiani fiant, hoc amplius quàm illis illiteratis impartire debemus, quòd sedulo monendi sunt, vt humilitate induti Christiana, discant, non contẽnere, quos cognouerint morũ vitia quàm verborum amplius detestare: & corde casto linguam exercitatam nec conferre audeant, quam etiam præferre consueuerant. Maxime autem isti docẽdi sunt scripturas audire diuinas, ne sordeat eius solidum eloquium, quia nõ est inflatũ: neq; arbitrentur carnalibus

libus integumentis inuoluta atque operta dicta vel facta hominum, quæ in illis libris leguntur, non euoluenda atque aperienda vt intelligantur, sed sic accipienda vt literæ sonant: deq; ipsa vtilitate secreti, vnde etiã mysteria vocantur, quid valeant ænigmatũ latebræ ad amorem veritatis acuendum, discutiendumq; fastidij torporem, ipsa experientia probandum est talibus, cum aliquid eis quod in promptu positum non ita mouebat, enodatione allegoriæ alicuius eruit.

Dist.38. ca. Sedulo. His enim maxime vtile est nosse, ita esse ponendas verbis sententias, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores q̃ disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores q̃ formosiores habere amicos. Nouerint etiam non esse vocem ad aures dei, nisi animi affectũ. Ita.n. non irridebunt, si aliquos antistites & ministros Ecclesiæ forte animaduerterint, vel cum barbarismis & solœcismis deum inuocare: vel eadem verba quæ pronunciant non intelligere, perturbateq; distinguere, Non quia ista minime corrigẽda sunt, vt populus ad id quod plane intelligit dicat amen: sed tamen pie tolerãda sunt ab eis qui didicerunt, vt sono in foro, sic voto in Ecclesia benedici. Itaque forensis illa nonnunquam forte bona dictio, nunquam tamen benedictio dici potest. De sacramento autem quod accepturi sunt sufficit prudẽtioribus audire quid res illa significet: cum tardioribus autem aliquanto pluribus verbis & similitudinibus agendum est, ne contemnant quod vident. Hic tu fortasse exẽplum aliquod sermonis desideras, vt ipso tibi opere ostendam, quomodo facienda sint ista quæ monui. Quod quidem faciam quantum domino adiuuante potuero, sed

Non uocem sed affectũ audit deus.

Remedium aduersus tædium catechi-

ste. c. 10. prius de illa hilaritate comparãda quod pol M licitus sum dicere debeo. Iam enim de ipsis præceptis explicandi sermonis, in catechizando eo qui sic venit ut Christianus fiat, quantum satis visum est quod promiseram exolui. Indebitum quippe est, ut etiam ipse faciam in hoc uolumine, quod fieri oportere præcipio. Si ergo fecero, ad cumulum ualebit. Cumulus autem quo pacto à me superfundi potest, antequam mẽsuram debiti expleuero? Neque enim te maxime conqueri audiui, nisi q̃ tibi sermo tuus vilis abiectusque uideretur, cum aliquem Christiano nomine imbueres. Hoc autem scio, non tam rerum quæ dicendæ sunt, quibus te satis noui paratum & instructum, neque ipsius locutionis inopia, sed animi tædio fieri vel illa causa quam dixi, quia magis nos delectat & tenet, quod in silentio mente cernimus, nec inde volumus euocari ad verborum longe disparem strepitum: vel quia etiam cum sermo iocundus est, magis nos libet audire aut legere quæ melius dicta sunt, & quæ sine nostra cura & solicitudine promuntur, q̃ ad alienum sensum repentina verba coaptare incerto exitu: siue vtrum occurrant pro sententia, siue vtrum accipiantur utiliter: vel quia illa quæ rudibus insinuantur, eo q̃ nobis notissima sunt & profectui nostro iã non necessaria, piget ad ea sæpissime redire, A nec in eis tam vsitatis & tanquam infantilibus, cum aliqua voluptate iam grandiusculus animus graditur. Facit etiam loquenti tædium auditor immobilis, vel quia nõ mouetur affectis, vel quia nullo motu corporis indicat se intelligere, uel sibi placere quæ dicuntur: non quia humanæ laudis nos esse auidos decet, sed quia ea quæ ministramus dei sunt. Et quãto magis diligimus eos quibus loquimur, tanto magis eis cupimus vt placeant, quæ ad eorum porriguntur salutẽ. Quod si non succedit, cõtristamur, & in ipso cursu debilitamur & frangimur quasi frustra operam conteramus. Nonnunquam ẽt cum auertimur ab aliqua re quam desideramus agere, & cuius actio aut delectabat nos, aut magis nobis necessaria videbatur, & cogimur aut iussu eius quem offendere nolumus, aut aliquorum ineuitabili instantia catechizare aliquem, tam conturbati accedimus ad negotium, cui magna tranquillitate opus est, dolentes q̃ neque ordinem actionum nobis conceditur tenere quem volumus, nec sufficere omnibus possumus: atque ita ex ipsa tristitia sermo procedens minus gratus est, quia de ariditate mœstitiæ minus exuberat. Aliquando item ex aliquo scandalo mœror pectus obsidet, & tunc nobis dicitur, Veni loquere, Hic Christianus vult fieri. Dicit enim ab ignorantibus, quid nos clausum intus exurat: quibus si affectum nostrum aperire nõ oportet, suscipimus ingratius quod voluit: & profecto languidus & insuauis ille sermo erit per venam cordis æstuantem fumantemq; traiectus. Tot igitur ex causis, q̃ libet earum serenitatẽ nostræ mentis obnubilet, secundum dominum sunt quærenda remedia, quibus relaxetur illa contractio, & feruore spiritus exultemus & iocun-

& iocundemur in trãquillitate boni operis.

2.Co.9. Hilarem enim datorẽ diligit deus. Si enim causa illa contristat quòd intellectum nostrum auditor non capit, à cuius cacumine quodammodo descendentes cogimur in syllabarum longe infra distantium tarditate demorari, & curam gerimus quemadmodum longis & perplexis anfractibus præcedat exore carnis, quod celerrimo haustu mentis imbibitur, & quia multum dissimiliter exit, tædet loqui & libet tacere: cogitemus quid

1.Pe.2. nobis prærogatum sit ab illo qui demõstrauit nobis exemplum, vt sequamur vestigia C eius. Quantumuis enim differat articulata vox nostra ab intelligentiæ nostræ viuacitate, longe differentior est mortalitas carnis ab æqualitate dei. Et tamen cum in eadẽ forma esset semetipsum exinaniuit formam serui accipiẽs, &c. vsq; ad mortem crucis. Quã ob causam, nisi quia factus est infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaceret? Audi eius

Phil.2. imitatorem alibi etiam dicentem, Siue enim

1.Co.9. mente excessimus, deo: siue temperantes sumus vobis: Charitas enim Christi compel-

2.Co.5. lit nos iudicantes hoc, quia vnus pro omnibus mortuus est. Quomodo.n. paratus esset impendi pro animabus eorum, si eum pigeret inclinari ad aures eorum? Hinc ergo factus est paruulus in medio nostrũ tanquam

1.Th.2. nutrix fouens filios suos. Num enim delectat, nisi amor inuitet, decurtata & mutilata verba immurmurare? Et tamen optant homines habere infantes quibus id exhibeant. Et suauius est matri minuta mansa inspuere paruulo filio, quam ipsam mandere ac deuorare grandiora. Non ergo recedat de

Mat.23. pectore etiã cogitatio gallinæ illius quæ languidulis plumis teneros fœtus operit, & susurrantes pullos confracta voce aduocat, cuius blandas alas refugientes superbi, præda fiunt alitibus. Si enim intellectus delectat in penetralibus syncerissimis, hoc etiam intelD ligere delectet, quomodo charitas, quanto officiosius descendit in infima, tanto robustius recurrit in intima per bonam conscientiam, nihil quærendo ab eis ad quos descendit præter eorum sempiternã salutem. S

Error in catechismo qũo sanãdus. Cap.11. aũt magis appetimus ea quæ iã parata sunt, & melius dicta legere vel audire & ideo piget incerto exitu ad tempus coaptare quæ loquimur, tantum à veritate rerum non aberret animus. Facile est vt si in verbis auditorem aliquid offenderit, ex ipsa occasione discat, q̃ sit re intellecta contemnendum, si minus integre, aut si minus proprie sonare potuit, quod ideo sonabat vt res intelligeretur. Quòd si humanæ infirmitatis intentio etiam ab ipsa rerum veritate aberrauerit, quanquã in catechizandis rudibus, vbi via tritissima tenenda est, difficile potest accidere, tamen ne forte accidat vt etiam hinc offendatur auditor, non aliunde nobis debet videri accidisse, nisi quia deus experiri nos voluit, vtrum cum mentis placiditate corrigamur, ne in defensione nostri erroris maiore præcipitemur errore. Quod si nemo nobis dixerit nosq; & illos qui audierũt omnino latuerit, nullus dolor est, si nõ fiat iterũ.

E Plerunq; aũt nosipsi recolentes quæ dixerimus, reprehendimus aliquid, & ignoramus quomodo cũ diceretur acceptũ sit magisq; dolemus q̃ in nobis feruet charitas, si cum falsum esset libẽter acceptũ est. Ideoq; oportunitate reperta, sicut nosipsos in silentio reprehendimus, ita curandũ est, vt etiã illi sensim corrigantur, qui no deo verbis, sed planè nostris in aliquam lapsi sunt falsitatem. Ro. 12.

Si vero aliqui liuore vesano cęci errasse nos gaudent, susurrones, detractores, deo odibiles, præbeant nobis materiam exercendæ patientiæ cum misericordia, quia & patientia Rom.2. dei ad pœnitentiam eos adducit. Quid.n. est detestabilius, & quid magis thesaurizat iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, quam de malo alterius mera diaboli similitudine atq; imitatione lætari? Nonnunquam etiam cum recte omnia vereq; dicantur, aut non intellectum aliquid, aut contra opinionem & consuetudinẽ veteris erroris ipsa nouitate asperum, offendit, & perturbat audientem. Quòd si apparuerit, sanabilemq; se præbet, authoritatum rationumq; copia sine vlla dilatione sanandus est. Si autem tacita & occulta offensio est, dei medi-F cina opitulari potest. At si resilierit & curari recusauerit, consoletur nos dominicum illud exemplum: qui offensis hominibus ex verbo suo, & tanquam durum refugientibus, etiam ijs qui remanserant ait, Nunquid Ioan. 6. & vos vultis ire? Satis enim fixum atq; immobile debet corde retineri, Hierusalem captiuam ab huius seculi Babylonia, decursis temporibus liberari, nullumq; ex illa esse periturum, quia qui perierit nõ ex illa erat. Firmum enim fundamentum dei stat, habẽs signaculum hoc, Nouit enim dominus qui 2.Ti.2. sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen domini. Ista cogitantes & inuocantes

Universidad de Deusto Biblioteca

inuocantes dominum in cor nostrum, minus timebimus incertos exitus sermonis nostri propter incertos motus auditorum, delectabitque nos etiam ipsa perpessio molestiarum pro misericordi opere, si non in eo nostram gloriã requiramus. Tunc .n. est vere opus bonum, cum à charitate iaculatur agẽtis intentio: & tanquã ad locum suũ rediẽs, rursus in charitate requiescit. Lectio vero quæ nos delectat, aut aliqua auditio melioris eloquij, vt eam promendo sermoni nostro præponere volentes, cum pigritia vel tædio loquamur, alacriores nos suscipiet, iu
G cundiorq; præstabitur post laborem: & maiore fiducia deprecabimur vt loquatur nobis deus quomodo volumus si suscipiamus hilariter, vt loquatur per nos quomodo possumus: ita fit vt diligentibus dñm omnia
Rom.8. concurrant in bonum. Iam vero si vsitata & paruulis congruentia sæpe repetere fastidimus, congruamus eis per fraternũ, paternum maternumq; amorem, & copulatis
Hilaritas in catechismo. Cap.12. cordi eorum etiã nobis noua videbuntur. Tãtum.n. valet animi cõpatientis affectus, vt cum illi afficiuntur nobis loquentibus, & nos illis discentibus, habitemus in inuicem: atq; ita & illi quæ audiunt quasi loquantur in nobis, & nos in illis discamus quodãmodo quę docemus. Nonne accidere hoc solet, cum loca quædã ampla & pulchra, vel vrbium vel agrorũ, quæ iam nos sæpe videndo sine aliqua voluptate præteribamus, ostendimus eis qui antea nunquã viderant, vt nostra delectatio in eorum nouitatis delectatione renouetur? Et tãto magis quanto sunt amiciores: quia per amoris vinculũ inquantum in illis sumus, intantum & nobis noua fiunt quæ vetera fuerunt. Sed si in rebus cõ
H templandis aliquantũ proficimus, iam nolumus eos quos diligimus lætari & stupere cum intuẽtur opera manuum hominũ: sed volumus eos in ipsam arcem cõsiliumve institutoris attollere, atq; inde exurgere in admirationem laudemq; omnicreantis dei, vbi amoris fructuosissimus finis est: quãto ergo magis delectari nos oportet, cum ipsum dñm iam discere homines accedunt, ꝓpter quem discenda sunt quæcunq; discẽda sunt, & in eorum nouitate innouari: vt si frigidior est solito nostra prædicatio, insolita eorum auditione feruescant? Huc accedit ad comparandam lætitiam, ꝙ cogitamus & cõsideramus, de qua erroris morte in vitam fidei transeat hõ. Et si vicos vsitatissimos cũ benefica hilaritate transimus, qñ alicui forte qui errando laborauerat, demonstramus viã: quanto alacrius & cum gaudio maiore in doctrina salutari, etiã illa q̃ propter nos retexere nõ opus est, pambulare debemus: cum animã miserandam, & erroribus seculi fatigatam peregrinationis pacis, ipso qui nobis eam præcepit iubere deducimus? Sed reue Fastidio
ra multũ est perdurare in loquendo vsque catechu-
ad terminum præstitutum, cũ moueri non meni
videmus audientem: ꝙ siue nõ audeat, reli- quomõ
gionis timore constrictus, voce aut aliquo I
motu corporis significare approbationem medẽdũ.
suã, siue humana verecundia reprimatur: si- Cap.13.
ue dicta non intelligat, siue contemnat: quãdoquidem nobis non cernentibus animum eius incertum est, omnia sermone tentanda sunt, quæ ad eũ excitandum, & tanquã de latebris eruendum possint valere. Nam & timor nimius atq; impediẽs declarationem iudicij eius, blanda exhortatione pellendus est, & insinuando fraternam societatem verecundia temperanda: & interrogatione q̃rendum vtrum intelligat, & danda fiducia, vt si quid ei contradicendum videtur libere proferat. Quærendum etiã de illo, vtrũ hæc aliquando iam audierit, & fortasis eum tanquam nota & peruulgata non moueant, & agendum pro eius responsione, vt aut planius & enodatius loquamur, aut opinionem contrariam refellamus, aut ea quæ illi nota sunt non explicemus latius, sed breuiter cõplicemus, eligamusq; aliqua ex his quæ mystice dicta sunt in sanctis libris, & maxime in ipsa narratione, quæ aperiendo & reuelando noster sermo diluceſcat. Quod si nimis tardus est, & ab omni tali suauitate absurdus & auersus, misericorditer sufferendus est, breuiterque decursis cæteris ea quæ maxime necessaria sunt, de vnitate catholicæ, K
de tentationibus, de Christiana conuersatione propter futurum iudicium terribiliter inculcanda sunt, magisque pro illo ad deum, quàm illi de deo multa dicenda. Sæpe etiam fit vt qui primo libenter audiebat, vel audiendo vel stando fatigatus, non iam audans sed oscitans labia diducat, & se abire velle etiam inuitus ostendat. Quod vbi senserimus, aut renouare oportet eis animum, dicendo aliquid honesta hilaritate cõditum & aptum rei quæ agitur, vel aliquid valde mirandum & stupendum, vel etiam dolendum atque plangendum: & magis de ipso vt propria cura punctus euigilet, quod tamen non offendat eius verecundiam asperitate aliqua, sed potius familiaritate conciliet: aut oblata sessione succurrere, quanquã sine dubitatione melius fiat vbi decenter fieri potest, vt à principio sedens audiat. Longeq; consultius in quibusdam Ecclesijs trãsmarinis, non solũ antistites sedentes loquuntur ad populũm, sed ipsi etiam populo sedilia subiacent ne quisquam infirmior stando lassatus à saluberrima intentione auertat, aut etiam cogatur abscedere. Et tamen multum interest, si se quisquam de magna mul-
L titudine subtrahat ad reparandas vires, qui iam sacramẽtorum societate deuinctus est: & si ille discedat, quod plerunque ineuitabiliter vrgetur, ne interiore defectu victus etiam cadat, qui primis sacramentis imbuẽdus est: & pudore enim non dicit cur eat, & imbecillitate stare non sinitur. Expertus hoc dico, Nam fecit hoc quidam cum eum cathechizarem homo rusticanus. Vnde magnopere præcauendum esse didici. Quis.n. ferat arrogantiam nostram cum viros fratres nostros vel etiam quod maiore solicitudine curandum est, vt sint fratres nostri, coram nobis sedere non facimus: & ipsum dominum nostrum cui assistunt angeli, sedens mulier audiebat? Sanè si aut breuis sermo futurus est, aut consessui locus non est aptus stantes audiant, sed cũ multi audiunt, & non sunt initiandi. Nam cum vnus, aut duo, aut pauci, qui propterea venerunt vt Christiani fiant, periculosè loquimur stantibus: tamen si iam sic cœpimus, saltem animaduerso auditoris tædio, & offerenda sessio est, immo vero prorsus vrgendus vt sedeat, & dicendum aliquid quo renouetur, quo etiã cura si qua forte irruens eum auocaret cœperat, fugiat ex animo. Cum enim causæ incertæ sint, cur iam recusет audire, iam sedenti aliquid aduersus incidentes cogitationes secularium negociorum dicatur, aut hilari, vt dixi, aut tristi modo: vt si ip-
M sæ sunt quæ mentem occupauerant, cedant quasi nominatim accusatæ: si autem ipsæ nõ sunt & audiendo fatigatus est, cum de illis tanquam ipsæ sint, quandoquidem ignoramus, inopinatum aliq̃d & extra ordinariũ, eo modo quo dixi, loquimur, tædio renouatur intentio. Sed & breue sit, maxime quia extra ordinem inseritur, ne morbum fastidij cui subuenire volumus, etiam augeat ipsa medicina: & acceleranda sunt cætera, & promittendus atque exhibendus finis propinquior. Si autem cõfregit animum Catechi
tuum alterius actionis, cui tanquam magis sta quo
necessariæ iam suspensus eras omissio, & suũ ani-
propterea tristis insuauiter catechizas: co- mum de
gitare debes, excepto quòd scimus miseri- beat ex
corditer nobis agendum esse quicquid cum timulare
hominibus agimus, & ex officio syncerisi- cap. 14.
mæ charitatis hoc ergo excepto, incertum esse quid vtilius agamus, & quid oportunius, aut intermittamus, aut omnino omittamus. Quia enim merita hominum
pro quibus agimus, qualia sunt apud do- A
minum non nouimus, quid eis ad tempus expediat aut nulla aut tenuissima & incertissima cõiectura suspicamur, potius quàm comprehendimus. Quapropter res quidẽ agendas pro nostro captu ordinare debemus, quas eo modo quo statuimus si perage re potuerimus, non ideo gaudeamus quia nobis, sed quia deo sic eas agi placuit. Si aũt aliqua inciderit necessitas qua noster ille or do turbetur, flectamur facile ne frangamur: vt quem deus nostro præposuit, ipse sit noster. Aequius est enim vt nos eius, quàm vt ille nostram voluntatem sequatur: quia & ordo agendarum rerum, quem nostro arbitrio tenere volumus, ille vtique approbandus est vbi potiora præcedunt. Cur ergo nos dolemus homines à domino deo tanto potiore præcedi, vt eoipso quo nostrũ amamus ordinem, inordinati esse cupiamus? Ne
mo enim melius ordinat quid agat, nisi qui paratior est non agere, quod diuina potestate prohibetur, quàm cupidior agere qđ hu
mana cogitatione meditatur. Quia multæ Pro.19.
cogitationes sunt in corde viri, consilium autem domini manet in æternum. Si vero ex aliquo scandalo perturbatus animus nõ valet ædere serenum iocundumq; sermonẽ, tantã esse charitatem oportet in eos ꝙ qui- B
bus Christus mortuus est, volens eo pretio sanguinis sui ab errorum secularium morte redimere, vt hoc ipsum quod nobis tristi bus nunciatur, præsto esse aliquem qui desideret fieri Christianus, ad cõsolationem il-
lius resolutionemque tristitię valere debeat, sicut solent lucrorum gaudia dolorem lenire damnorum. Non enim scandalum nos contristat alicuius, nisi quem perire aut per quem infirmum vel credimus vel videmus. Ille igitur qui initiandus aduenit, dum speratur posse proficere, dolorem deficientis abstergat.

Mat.23. abſtergat. Quia & ſi timor ille ſuggeritur, ne fiat proſelytus filius gehennæ, dū multi tales verſantur ante oculos ex quibus oriuntur ea quibus vrimur ſcandala, nō ad retardādos nos pertinere debet, ſed magis ad excitandos & acuendos. Quin & quem imbuimus moneamus, vt caueat imitationem eorum qui non ipſa veritate, ſed ſolo nomine Chriſtiani ſunt: ne eorum turba commotus, aut ſectari velit eos, aut Chriſtum nolit ſectari propter eos: & aut nolit eſſe in Eccleſia dei vbi illi ſunt, aut talis vbi velit eſſe C quales illi ſunt. Et neſcio quomodo in huiuſmodi motu ardentior ſermo eſt, cui fomitem ſuum miniſtrat præſens dolor: vt non ſolum pigriores non ſimus, ſed coipſo dicamus accenſius, atque vehementius, quod ſecuriores, frigidius & lentius diceremus, gaudeamusq; nobis occaſionem dari, vbi motus animi noſtri ſine fructificatione nō trā ſeat. Si autem de aliquo errato noſtro vel peccato nos mœſtitudo comprehendit: nō tantum meminerimus ſacrificium deo ſpiPſal.50. tum eſſe cōtribulatum, ſed etiā illud, Quia Eccl. 3. ſicut aqua ignem, ſic eleemoſina extinguit Oſeæ.6. peccatum. Et quia miſericordiā, inquit, magis volo q̄ ſacrificium. Sicut ergo ſi periclitaremur incendio, ad aquam vtique curreremus, qua poſſet extingui, & gratularemur ſi quis eam de proximo offerret, Ita ſi de noſtro fœno aliqua peccati flamma ſurrexerit, & propterea conturbamur, data occaſione miſericordiſſimi operis, tanquam de oblato fonte gaudeamus, vt inde illud quod exarſerat opprimamur. Niſi forte tā ſtulti ſumus, vt alacrius arbitremur cum pane currendū, quo ventrem eſurientis impleamus, q̄ cum verbo dei, quo mentem ſtudentis inſtruamus. Huc accedit, quia ſi tantummodo prodeſſet hoc facere, non facere autē nihil obeſſet, infœliciter in periculo ſatis, non iā proximi ſed noſtræ, oblatum remedium ſpernē D remus. Cum vero ex ore domini tam miMat.25. naciter ſonet, Serue nequam & piger, dares pecuniam meam nummularijs: quæ tandē dementia eſt, quoniam peccatum noſtrum nos angit, ideo rurſus velle peccare, non dō do pecuniam dominicam volenti & petenti? His atque huiuſmodi cogitationibus & conſiderationibus depulſa caligine tædioſi, ad catechizandum aptatur intentio, vt ſuauiter imbibatur quod impigre atque hilariter de charitatis vbertate prorumpit. Hæc enim non tam ego tibi, q̄ omnibus nobis dictat ipſa dilectio, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. Sed nunc etiam illud quod priuſ- Rom.5. quam promitterem non debebam, iam fortaſſe debitum flagitas, vt aliquod ſermonis exemplum tanquam ſi ego aliquem catechizem, non pigeat explicare, & intuendum tibi proponere. Quod priuſquam faciam, volo cogites aliam eſſe intentionem dictantis, cum lector futurus cogitatur: & aliam loquentis, cum præſens auditor attenditur: & in coipſo aliam in ſecreto monentis, dū nullus alius qui de nobis iudicet præſto eſt: aliam palam docentis aliquid, vbi diſſimiliter opinantium circūſtat auditus. Et in hoc genere aliam, cum docetur vnus, cæteri autē E tanquam iudicantes aut atteſtantes quæ ſibi nota ſunt audiunt: aliam cum omnes communiter quid ad eos proferamus expectāt. Et rurſus in hoc ipſo aliam, cum quaſi priuatim conſideretur, vt ſermocinatio conſeratur: aliam, cum populus tacens, vnum de loco ſuperiore dicturum ſuſpenſus intuetur. Multumq; intereſt, & cū ita dicimus, vtrū pauci aſsint an multi: docti an indocti an ex vtroque genere mixti: vrbani an ruſtici, an hi & illi ſimul, an populus ex omni hominum genere temperatus ſit. Fieri enim non poteſt, niſi aliter atque aliter afficiant locutorum atque dictorum: & vt ſermo qui profertur, affectionis animi à quo profertur, quendam quaſi vultum gerat, & pro eadem diuerſitate diuerſe afficiat auditores, cum & ipſi ſeipſos diuerſe afficiant inuicem præſentia ſua. Sed quia de rudibus imbuendis nunc agimus, de meipſo tibi teſtis ſum: aliter atque aliter me moueri, cum ante me catechizandum video eruditum, inertem, ciuem, peregrinum, diuitem, pauperem, priuatum, honoratum, in poteſtate aliqua conſtitutum, illius aut illius gentis hominem, illius aut illius ætatis aut ſexus, ex illa aut illa ſecta, ex illo aut illo vulgari errore vehientem, ac prō diuerſitate motus mei ſermo ipſe & procedit & progreditur & finitur. Et quia cum eadem omnibus debeatur charitas, non eadem eſt omnibus adhibenda medicina, ipſa item charitas alios parturit, cum alijs infirmatur, alios curat ædificare, alios cōremiſcit offendere, ad alios ſe inclinat, ad alios ſe erigit: alijs blanda, alijs ſeuera: nulli inimica, omnibus mater. Et

Pro peronarū diuerſitate tempe rāda oratio. c.15.

Gal.4. 2.Cor.

Et qui nō expertus eſt eadē charitate quod dico, cum videt nos, quia facultas aliqua nobis donata delectat laudabiliter innoteſcere in ore multitudinis, inde nos beatos putat. Deus autem in cuius conſpectum intrat gePſa. 78. mitus competitorū, uideat humilitatem noPſa. 24. ſtram & laborem noſtrum, & dimittat omnia peccata noſtra. Quamobrem ſi quid tibi in nobis placuit, vt aliquam obſeruationem ſermonis tui à nobis audire quęreres, melius videndo & audiendo cum hæc agimus, quàm legendo cum hæc dictamus ediſceres. Sed tamen faciamus aliquem veniſſe ad nos qui vult eſſe Chriſtianus, & de geneFormula oratio re quidem idiotarum, non tamen ruſticanonis catechiſte. rum, ſed vrbanorum, quales apud Chartagi Ca. 16. nem plures experiri te neceſſe eſt. Interrogatum etiam vtrum propter vitæ præſentis aliquod commodum, an propter requiem, q̄ G poſt hanc vitam ſperatur, Chriſtianus eſſe deſiderat, propter fututam requiē reſpondit: tali fortaſſe a nobis inſtruerē alloquio. Deo gratias frater, valde tibi gratulor, & gaudeo de te, q̄ in tantis ac tam periculoſis huius ſeculi tempeſtatibus de aliqua vera, & certa ſecuritate cogitaſti. Nā & in hac vita homines magnis laboribus requiē quærunt & ſecuritatē, ſed prauis cupiditatibus non inueniunt. Volunt enim requieſcere in rebus inquietis, & non permanentibus. Et quia illę tempore ſubtrahuntur et tranſeūt, timoribus & doloribus eos agitāt, nec quietos eſſe permittunt. Siue.n. in diuitijs velit homo requieſcere, magis ſuperbus efficitur quàm ſecurus. An nō videmus q̄ multi eas ſubito perdiderint, multi etiam propter illas perierint, aut cum eas habere cupiūt, aut cum eius oppreſsis à cupidioribus auferūt? Quę ſi etiam per totam vitam cum homine permanerent, & non deſerentes delectorem ſuū, ipſe illas ſua morte deſereret. Quāta eſt enim vita hominis etiam ſi ſeneſcat? Aut cum ſibi homines optant ſenectutem, quid aliud optant niſi longam infirmitatē? Sic & honores huius ſeculi, quid ſunt niſi riH ſus & inanitas & ruinę periculum? Qui ſic ſcriptura ſancta dicit. Omnis caro fœnum, & claritas hominis vt flos fœni. Fœnum aruit, flos decidit, verbum autem domini manet in æternum. Ideo qui veram requiem & veram felicitatem deſiderat, debet tollere ſpē ſuam de rebus mortalibus & prætereuntibus, & eam collocare in verbo domini, vt hærens ei quod manet in æternum, etiam ipſe cum illo maneat in æternū. Sunt etiā homines qui nec diuites eſſe quærunt, nec ad vanas honorū pompas ambiunt peruenire, ſed gaudere, & requieſcere volunt in popinis & in fornicationibus, & in theatris atq; ſpectaculis nugacitatis, quæ in magnis ciuitatibus gratis habentur. Sed ſic etiam ipſi aut conſumunt per luxuriam paupertatem ſuam, & ab egeſtate poſtea in furta & effracturas, & aliquando etiam in latrocinia proſiliunt, & ſubito multis & magnis timoribus implentur: & qui in popina pauloante cantabant, iam planctus carceris ſomniāt. Stadijs autem ſpectaculorum fiūt dæmonibus ſimiles clamoribus ſuis incitando homines, vt ſeinuicem cædant, ſecunque habent contentioſa certamina qui ſe nō læſerunt, dum placere inſano populo cupiūt: I quos ſi animaduerterint eſſe concordes, tunc eos oderunt, & perſequuntur, & tanquam colluſores vt fuſtibus verberentur exclamāt, & hanc iniquitatem facere etiam vindicem iniquitatum iudicem cogunt. Si autem horrendas aduerſus inuicem inimicitias eos exercere cognoueriut, ſiue ſint qui appellentur ſcænici & thymelici, ſiue aurigæ, ſiue venatores quos miſeror non ſolum homines cum hominibus, ſed etiam homines cum beſtijs in certamen pugnamque committunt. quo maiore aduerſus inuicem diſcordia fuere ſenſerint, eo magis amāt & delectantur, & incitati fauent, & fauentes incitant, plus aduerſus ſeipſos inſanientes ipſi ſpectatores alter pro altero, quàm illo quorum inſaniam inſani prouocant, & inſaniendo ſpectare deſiderant. Quomodo ergo ſanitatem pacis tenere animus poteſt, qui diſcordijs & certaminibus paſcitur? Qualis enim cibus ſumitur, talis valitudo conſequitur. Poſtremo quanuis inſana gaudia non ſint gaudia tamen qualiacunque ſint, & quantumlibet delectent, iactantia diuitiarum, & tumor honorum, & uorago popinarum, & bella theatricorum, & immundicia fornicationum, & prurigo thermarum, aufert omnia iſta vna feK bricula, & adhuc uuentibus totam falſam beatitudinem ſubtrahit: remanet inanis & ſaucia conſcientia, dominum ſenſura iudicem, quem noluit habere cuſtodem, & inuentura aſperum dominum quem dulcē patrem quærere, & amare contempſit. Tu autem quia ueram requiem, quæ poſt hanc vitam Chriſtianis promittitur quæ-

ris, etiam hic eam inter amarissimas vitæ huius molestias, suauem iocundamq; gustabis, si eius qui eã promisit præcepta dilexeris. Cito enim senties dulciores esse iustitiæ fructus, quàm iniquitatis, & verius atq; iocundius gaudere hominem de bona conscientia inter molestias, quàm de mala inter delitias, quia nõ sic venisti cõiũgi Ecclesiæ dei, vt ex ea temporalem aliquã vtilitatẽ requiras. Sunt enim qui propterea uolũt esse Christiani, vt aut promereantur homines à quibus temporalia commoda expectant, aut quia offendere nolunt quos timent. Sed isti reprobi sunt, & si ad tempus eos portat Ecclesia sicut area vsque ad tempus ventilationis paleam sustinet: si non se correxerint, & propter futuram sempiternã requiem Christiani esse cœperint, in fine separabuntur. Nec sibi blandiantur quòd in area possunt esse cum frumento dei, quia in horreo cum illo non erunt, sed igni debito destinabuntur. Sunt etiam alij meliore quidem spe, sed tamen non minore periculo qui iam deũ timent, & non irrident Christianum nomẽ, nec simulato corde intrant Ecclesiam dei, sed in ista vita expectant fœlicitatem, vt fœliciores sint in rebus terrenis, quàm illi qui non colunt dominum. Ideoque cum viderint quosdam sceleratos & impios ista seculi prolperitate pollere & excellere, se autem vel minus habere ista vel amittere, perturbantur tanquam sine causa dominum colant, & facile à fide deficiunt. Qui autem propter beatitudinem sempiternam & perpetuam requiem, quæ post hanc vitam sanctis futura promittitur, vult fieri Christianus, vt non eat in ignem æternum cum diabolo, sed in regnum æternum intret cum Christo, vere ipse Christianus est: cautus in omni tentatione, ne prosperis rebus corrumpatur, & ne frangatur aduersis, & in abundantia bonorum terrenorum modestus & temperans, & in tribulationibus fortis, & patiens. Qui etiam proficiendo peruenit ad talem animum vt plus amet dominum quàm timeat gehennam: vt etiam si dicat illi deus, vtere delitijs carnalibus sempiternis, & quantum potes pecca: nec morieris, nec in gehennam mitteris, sed mecum tantummodo non eris: exhorrescat, & omnino non peccet, non iam vt in illud quod timebat non incidat, sed ne illum quem sic amat offendat: in quo una est requies, quam oculus non

Qui vere Christiani. Cap. 17. Mat. 3.

L

M

Mat. 25.

audiuit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quam præparauit deus diligentibus se. De qua recte significat scriptura, & non tacet, quòd ab initio mundi ex quo fecit deus cœlum, & terram & omnia, quæ in eis sunt sex diebus operatus est, & septimo die requieuit. Poterat enim omnipotens, & uno momento temporis omnia facere, non autem laborauerat vt requiesceret, quando dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt: sed vt significaret, quia post sex ætates mundi huius septima ætate tanquam septimo die requieturus est in sanctis suis: quia ipsi in illo requiescent post omnia bona opera in quibus ei seruierunt, quæ ipse in illis operatur qui uocat, & præcipit, & delicta præterita dimittit, & iustificat eum qui prius erat impius. Sicut autem cum illi ex dono eius bene operantur, recte dicitur ipse operari: sic cum illi requiescunt, recte dicitur ipse requiescere. Nam quod ad ipsum attinet, pausationem non quærit, qui laborem non sentit. Fecit autem omnia per verbum suum, & verbũ eius ipse Christus, in quo requiescunt angeli, & oẽs cœlestes mundissimi spiritus in sancto silentio. Homo autẽ peccato lapsus perdidit requiem quam habebat in eius diuinitate, & recepit eã in eius humanitate: ideoq; opportuno tempore, quo ipse sciebat oportere fieri, homo factus & de fœmina natus est. A carne quippe contaminari non poterat, ipse carnem potius mundaturus. Ipsum etiam antiqui sancti venturum in reuelatione spiritus cognouerũt & prophetauerunt: & sic salui facti sunt credendo quia ueniet, sicut nos salui efficimur credendo quia uenit: vt diligeremus dominum qui sic nos dilexit, ut vnicum filium suum mitteret, qui humanitate nostræ mortalitatis indutus, & à peccatoribus, & pro peccatoribus moreretur. Iam enim olim ineuntibus seculis mysterij huius altitudo præfigurari præ-
nunciariq́ue non cessat. Quoniam deus omnipotens, & bonus & iustus & miseri- Cur ita
ors: qui fecit omnia bona, siue magna cõditus
siue parua, siue summa siue infima: siue, homo.
quæ videntur, sicuti sunt cœlum, & terra Ca. 18.
& mare, & in cœlo sol & luna, & cætera B
sydera: in terra autem & mari arbores, & frutices, & animalia suæ cuiusq; naturæ, & omnia corpora vel cęlestia vel terrestria: siue quæ nõ videtur, sicuti sunt spiritus quibus corpora uegetantur & viuificant. Fecit

1. Co. 2.

Gen. 1. & 2.

Ps. 148.

& hominẽ ad imaginem suam: vt quemadmodum ipse per omnipotentiã suã præest vniuersę creaturæ, sic homo per intelligẽtiã qua etiam creatorem suum cognoscit & colit, præesset omnibus terrenis animalibus. Fecit illi etiam adiutorium fœminã: nõ ad carnalem concupiscentiam, quandoquidem nec corruptibilia corpora tunc habebant antequam eos mortalitas inuaderet pœna peccati: sed vt haberet & vir gloriam de fœmina, cum ei præiret ad dominum: seq́; illi præberet imitandum in sanctitate atq; pietate, sicut ipse esset gloria dei cum eius sapientiã sequeretur. Itaq; constituit eos in quodã loco perpetuæ beatitudinis, quẽ appellat scriptura paradisum, præceptumq́; illis dedit, quod si non transgrederetur, in illa semper immortalitatis beatitudine permanerent, si
1 C autem transgrederetur, supplicia mortalitatis expenderẽt. Præsciebat aũt deus eos trãsgressuros, sed tñ quia conditor est & effector omnis boni, magis eos fecit, qñ fecit & bestias, ut impleret terram bonis terrenis. Et vtiq; melior est homo etiam peccator q̃ bestia. Et præceptum quod non erant seruaturi, magis dedit vt essent inexcusabiles, cũ in eos vindicare cœpisset. Quicquid.n. hõ fecerit, laudabilẽ in suis sanctis inuenit deũ: si recte egerit, laudabilem inuenit per iustitiam præmiorum: si peccauerit, laudabilẽ inuenit per misericordiam indulgentiarum. Cur ergo non faceret deus hominẽ, quanuis eum peccaturum prænosceret, cum & stantem coronaret, & cadentem ordinaret, & surgentẽ adiuuaret, semper & vbiq; ipse gloriosus bonitate, iustitia, clementia maxime quia & illud prę̃sciebat, de propagine mortalitatis eius futuros sanctos, qui non sibi quærerent, sed creatori suo gloriam darent, & cum colendo ab omni corruptione liberati, cum angelis sanctis viuere semper, & bt̃e viuere merentur? Qui enim hominibus dedit liberum arbitrium, vt non seruili necessitate, sed ingenua voluntate deum
D colerent, dedit etiam angelis, Et ideo nec angelus, qui cum spiritibus alijs satellitibus
Iudæ. 1. suis superbiendo deseruit obedientiam d
2. Retr. & diabolus factus est, aliquid nocuit deo, sed
cap. 14. sibi: Nouit enim deus ordinare deferentes se animas, & ex earum iust. miseria inferiores partes creaturæ suæ, conuenientissimis & congruentissimis legibus admirandæ dispensationis ornare. Itaque nec diabolus aliquid deo nocuit, quia uel ipse lapsus est, uel

hominem seduxit ad mortem: Nec ipse hõ in aliquo minuit veritatem aut ptãtem aut beatitudinem conditoris sui, quia coniugi suæ seductæ à diabolo, ad id quod deus prohibuerat, propria voluntate consentit: iustissimis enim dei legibus omnes damnati sunt deo glorioso per æquitatem vindictæ, ipsi ignominioso per turpitudinem pœnæ: vt & homo à suo creatore auersus victus diabolo subderetur, & diabolus homini ad creatorẽ suum conuerso vincendus proponeretur, vt quicũq; diabolo usq; in finem cõsentirẽt, cum illo irent in æterna supplicia quicunq; aũt humiliarent se deo, & per eius gratiã diabolum vincerent, æterna præmia mererentur. Neque hoc nos mouere debet, quia multi diabolo consentiunt, & pauci dominũ sequũtur: quia & frumẽtum in cõparatione palearũ ualde pauciorẽ habet numerũ. Sed E
sicut agricola nouit quid faciat de ingenti Q d̃ Ec-
aceruo paleæ, sic nihil est deo multitudo pec clesia p̃-
catorum, qui nouit quid de illis agat, ut ad- figurata
ministratio regni eius ex nulla parte turbe- in ueteri
tur. Neque ideo putandus est uicisse diabo- testamẽ-
lus, quia secum plures, cum quibus à paucis to, semp
vinceretur attraxit. Duæ itaq; ciuitates, una pauciori
iniquorum, altera sanctorum, ab initio ge- numero
neris humani vsq; in finem seculi perducũ contra
tur, nunc permixtæ corporibus, sed volun- diabolũ
tatibus separatæ, in die iudcij uero etiã cor- uicerit.
pore separandæ. Omnes enim homines ca. 19.
amantes superbiam & temporalem dominationem, cum vano typho & pompa arrogantiæ, omnesq́; spiritus qui talia diligunt, & gloriam suam subiectione hominum quærunt, simul una societate deuincti sunt: sed & si sæpe aduersum se pro his rebus dimicant, pari tamen pondere cupiditatis in eandem profunditatem præcipitantur, & sibi morum & meritorum similitudine coniunguntur. Et rursus omnes homines & oẽs spiritus humiliter dei gloriã q̃rentes nõ suã, & eũ pietate sectãtes, ad unã ptinẽt societatẽ: & tñ deus misericordissimus, & sup F
impios homines patiens est, & præbet eis Gen. 7.
pœnitentiæ atq; correctionis locum. Nã & q̃ omnes diluuio deleuit, excepto uno iusto cum suis, quos in atca seruari uoluit, nouerat quidem q̃ non se correcturi essent, verũ etiam tum, per centum enim annos arca fabricata est, prædicabatur vtique eis ira dei uentura super eos, vt si conuerterentur ad dominum, parceret eis: sicut pepercit postea Niniuę ciuitati agenti pœnitentiam, cum ei

Gen. 3.

Universidad de Deusto Biblioteca

per Prophetam futurum interitum prænũciasset. Hoc autẽ facit deus etiam illis quos
Ionæ. 3. nouit in malitia perseueraturos, dans pœnitendi spatium, vt nostram patientiam exerceat & informet exẽplo suo: quo nouerimus quantum nos oporteat tole rabiliter malos sustinere, cum ignoremus quales postea futuri sint quando ille parcit & finit eos viuere, quem nihil futurorum latet. Prænunciabatur tamen etiam diluuij sacramento, quòd per lignum iusti liberati sunt, futura Ecclesia, quam rex eius & deus Christus mysterio suæ crucis ab huius seculi submersione suspendit. Neq; enim deus ignorabat ꝙ etiam ex illis qui fuerant in arca seruati, nascituri erant mali, qui faciem terrę iniquitatibus implerent, sed tamen & exemplum
G futuri iudicij dedit, & sanctorum liberatione ligni mysterio prænunciauit. Nam & post hæc non cessauit repullulare malitia ꝓ superbiam & libidines & illicitas impietates, cum homines deserto creatore suo, non solum ad creaturam quam deus condidit lapsi sunt, vt ꝓ deo colerẽt quod fecit deus: sed etiam ad opera manuum hominum, & ad fabrorum artificia curuauerunt animas suas, vbi de illis turpius diabolus & demonia triumpharent: quæ se in talibus figmentis adorari venerariq; lætantur, dum errores suos humanis erroribus pascunt. Neq; tunc sanè defuerunt iusti qui dominum pie quærerent, & superbiam diaboli vincerent, ciues illius sanctæ ciuitatis, quos regis sui Christi ventura humilitas per spiritum reuelata sanauit. Ex quibus Abraham pius &
Gen. 22 fidelis dei seruus electus est, cui demonstraretur sacramentum filij dei, vt propter imitationem fidei, omnes fideles omnium gentium, filij eius futuri dicerentur. Ex illo natus est populus, à quo vnus deus verus coleretur, qui fecit cœlum & terram. Cum cæteræ aũt gentes simulachris & dæmonijs seruirent, in eo planè populo multo euidentius
H futura Ecclesia figurata est. Erat enim ibi multitudo carnalis, quæ propter visibilia beneficia colebat dominum. Erãt autem ibi pauci futuram requiem cogitantes, & cœlestem patriam requirentes, quibus prophetando reuelabatur futura humilitas dei regis & domini nostri Iesu Christi, vt per eã fidem ab omni superbia & tumore sanarentur. Horum sanctorum qui præcesserunt tempore natiuitatem domini, non solum sermo, sed etiam vita & coniugia & filij & facta, prophetia fuit huius temporis, quo per fidem passionis Christi ex gentibus congregatur Ecclesia per illos sanctos Patriarchas Prophetas carnali populo Israel, qui postea etiam Iudæi appellati sunt, & visibilia beneficia ministrabantur, quæ carnaliter à domino desiderabant, & coercitiones pœnarũ corporalium quibus pro tempore terrerentur, sicut horum duritiæ congruebat. Et in his tamen omnibus mysteria spiritalia significabantur, quæ ad Christum & Ecclesiam pertinerent: cuius Ecclesiæ membra erant etiam illi sancti, quamuis in hac vita fuerint antequam secundum carnem Christus dominus nasceretur. Ipse enim vnigenitus dei filius, verbum patris, ęquale & coæternum patri, per quod facta sunt omnia, homo propter nos factus est, vt totius Ecclesiæ tan- I
quam totius corporis caput esset: sed velut totus homo dum nascitur, etiam si manum nascendo præmittat, tamen vniuerso corpori sub capite coniuncta atq; compacta est, quemadmodum etiam nonnulli in ipsis Patriarchis ad huius ipsius rei signum manu præmissa nati sunt: ita omnes sancti qui ante domini nostri Iesu Christi natiuitatem in terris fuerunt, quamuis ante nati sunt, tamen vniuerso corpori cuius ille caput est', sub capite cohæserunt. Populus ergo ille Gradus
delatus in Aegyptum, seruiuit regi dirissimo: & grauissimis laboribus eruditus, quæ- populi
fiuit liberatorem deum, & missus est eis v- vsq; ad
nus de ipso populo sanctus dei seruus Moy- Hieroso
ses, qui in virtute dei magnis miraculis ter- lymã Et
rens tunc impiam gentem Aegyptiorum, eccleſiæ
eduxit inde populum dei per mare rubrum: typus.
vbi discedens aqua viam præbuit transeun- cap. 20.
tibus. Aegyptij autem cum eos perseque- Exo. 7.
rentur, redeuntibus in se fluctibus demer- &. 8.
si, extincti sunt. Ita quemadmodum per di- Exo. 14.
luuium aquis terra purgata est à nequitia Gen. 7.
peccatorum, qui tunc in illa inundatione deleti sunt, & iusti euaserunt per lignum, Sic ex Aegypto exiens populus dei, per aquas
r inuenit, quibus ipsorum hostes consum
i sunt. Nec ibi defuit ligni sacramentum. K
Nam virga percussit Moyses vt illud mi- Exo. 14
raculum fieret. Vtrunque signum est sancti baptismi, per quod fideles in nouam vitam transeunt: peccata vero eorum tanquam inimici delentur atque moriuntur. Apertius autem Christi passio in illo populo figurata est, cum iussi sunt ouem occidere & manducare, & de sanguine eius postes
suos

suos signare, & hoc celebrare omni anno, & appellare Pascha domini. Manifestissime quippe Propheta de domino Iesu Christo
Esai. 53. dicit, Quia tanquam ouis ad immolandum ductus est. Cuius passionis & crucis signo in fronte hodie tanquam in poste signãdus es omnesq; Christiani signantur. Inde per desertum populus ille ductus est ꝓ quadraginta annos: accepit etiam legem digito dei
Deut. 9. scriptam quo nomine significatur spũssan-
Luc. 11. ctus, sicut in Euangelio manifestissime declaratur. Neq; enim deus forma corporis finitus est, nec sic in illo membra & digiti cogitandi sunt, quemadmodum uidemus in nobis: sed quia per spiritum sanctum dona dei sanctis diuiduntur, vt cum diuersa possint, non tamen discedant à concordia charitatis: in digitis autem maxime apparet quædam diuisio, nec tamen ab unitate præcisio:
L siue propterea siue propter aliam quãcunque causam spiritus sanctus appellatus est digitus dei, non tamen cum hoc audimus, hu-
i. Co. 3. mani corporis forma cogitanda est. Accepit ergo ille populus legem digito dei scriptam in tabulis sanè lapideis, ad significandam duritiam cordis illorum quòd legem non erant impleturi. Corporalia quippe dona desiderantes à domino, magis carnali timore quàm spiritali charitate tenebantur,
Ro. 13. legem autem non implet nisi charitas. Ideo multis sacramentis visibilibus onerati sunt, quo seruili iugo premerentur, in obseruationibus ciborum & in sacrificijs animaliũ, & in alijs innumerabilibus, quæ tamen signa erant rerum spiritalium, ad dũm Iesum Christum & ad Ecclesiam pertinentium: quæ tunc à paucis sanctis & intelligebãtur ad fructum salutis, & obseruabantur ad cõgruẽtiam temporis, à multitudine vero carnalium tantũmodo obseruabantur, non intelligebantur. Per multa itaq; & varia signa rerum futurarum quas longum est omnes
M cõmemorare, & eas nunc in Ecclesia videmus impleri, perductus est ille populus ad terrã promissionis, vbi temporaliter carnal' terq; regnaret pro modo desiderij sui, quo tamen regnum terrenũ regni spiritalis imaginem gesset. Ibi Hierusalem condita est famosissima ciuitas dei, seruiens in signo libe ræ ciuitatis, quæ cœlestis Hierusalẽ dicitur, quod verbum est Hebræũ, & interpretatur visio pacis. Cuius ciues sunt omnes sancti ficati homines, qui fuerunt & qui sunt, & qui futuri sunt, & omnes sanctificati spiritus etiam quicunque in excelsis cœlorum partibus pia deuotione obtemperãt deo, nec imitantur impiam diaboli superbiam & angelorum eius. Huius ciuitatis rex est dominus Iesus Christus verbum dei quo reguntur summi angeli, & verbũ hominem assumẽs vt eo regerentur & homines qui simul omnes cum illo in æterna pace regnabunt. Ad huius regis præfigurationem in illo terre- Rom. 9.
no regno populi Israel maxime eminuit Captiui
rex Dauid, de cuius semine secundum car- tas Ba-
nem venit & uerissimus rex noster domi- byloni-
nus deus Christus, q̃ est super omnia deus ca & in
benedictus in secula. Multa in illa terra pro- ea gesta
missionis gesta sunt in figurã venturi Chri- q̃d signi
sti, & Ecclesię, q̃ in sanctis libris paulatim ficent.
discere poteris. Post aliquot tamen gene Ca. 21.
rationes ostendit alium typum ad rem ma- A
xime pertinentem. Nam captiuata est illa ciuitas, & multa pars eius ducta in Babylo niam. Sicut autem Hierusalem significat ciuitatem societatenq; sanctorũ, sicut Babylonia significat ciuitatẽ societtẽaq; iniquorũ, quoniã dicitur interpretari cõfusio. De quibus duabus ciuitatibus, ab exordio generis humani vsq; in finem seculi permixta temporum varietate concurrentibus, & vltimo iudicio separandis pauloante iam diximus,
Illa ergo captiuitas Hierusalem ciuitatis, & Hie. 25.
ille populus in Babyloniam ductus, ad serui &. 29.
tutem ire iubetur à domino per Hieremiã
illius temporis Prophetam. Et extiterũt re- 1. Esd. 1.
ges Babyloniæ sub quibus illi seruiebant, q̃ Hie. 29.
ex eorum occasione cõmoti quibusdã miraculis, cognoscerent & colerent & coli iuberẽt vnũ uerum deũ qui condidit vniuersam creaturã. Iussi sunt ãt & orare pro eis à quibus captiui tenebant, & in eorum pace pacẽ sperare, ad gignẽdos filios & domos ædificãdas, & plantandos hortos & uineas. Post-septuaginta aũt annos promittitur eis ab illa captiuitate liberatio. Hoc autem totũ figurate significat Ecclesiã Christi in omnibus sanctis eius, qui sunt ciues Hierusalem cœlestis, seruituram fuisse sub regibus huius seculi. Dicit enim & Apostolica doctrina, vt om- Ro. 13.
nis anima sublimioribus potestatibus subdi- B
ta sit: & vt reddantur omnibus omnia, cui Ptãtes
tributum tributum, cui vectigal vectigal: munda-
& cætera quæ saluo dei nostri cultu, constitutionis humanæ principibus reddimus: nę.
quando & ipse dominus, vt nobis huius sanæ doctrinæ præberet exemplum, pro capite homini quo erat indutus, tributum sol- Mat. 17.

uere non dedignatus est. Iubentur aũt etiã
Ephe.6. serui Christiani & boni fideles dñis suis tẽporalibus æquanimiter fideliterq; seruire: quos iudicaturi sunt, si vsq; in finẽ iniquos inuenerint, aut cũ quibus æqualiter regnaturi sunt si & illi ad verum dũm cõuersi fuerint. Omnibus tamẽ præcipitur seruire humanis potestatibus atque terrenis, quousq; post tempus præfinitum, qđ significant septuaginta anni, ab istius seculi cõfusione tanquam de captiuitate Babyloniæ, sicut Hierusalem liberetur Ecclesia. Ex cuius captiuitatis occasione ipsi etiam terreni reges desertis idolis, pro quibus persequebantur Christianos, vnum verum deũ & Christum dominum cognouerunt & colunt, pro quibus
1.Ti. 2. Apostolus Paulus iubet orari, etiam cũ persequerentur Ecclesiam. Sic enim dicit. Obsecro itaq; primum fieri deprecationes, orationes, interpellationes, gratiarũ actiones, pro regibus, pro omnibus hominibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, vt securã & trãquillam vitã agamus, cum omni pietate & charitate. Itaq; per ipsos data pax est Ecclesiæ: quãuis tẽporalis trãquillitas tpis ad ędificãdas spiritaliter domos & plantandos hortos & uineas. Nã & te modo per istum sermonẽ ædificamus atq; plantamus. Et hoc
1.Co.3. fit per totum orbẽ terrarum cũ pace regnũ
Hie.25. Christianorum, sicut idem dicit Apostolus,
&.29. Dei agricultura, dei ædificatio estis. Et post annos quidem septuaginta quos mystice prophetauerat Hieremias, vt finem temporum præfiguraret, tamen vt ipsa figura integraretur, facta est in Hierusalem restitutio ædificationis templi dei. Sed quia totum figurate agebatur, non erat firma pax ac libertas Iudæis. Itaque postea à Romanis victi sunt, & tributarij facti. Ex illo sanè tempore ex quo terram promissionis acceperunt, & reges habere cœperunt, ne in aliquo regnum suorum completum esse arbitrarentur, quod eis liberator Christus promittebatur, apertius per multas prophetias prophetatus est Christus, non solum ab ipso Dauid in libro Psalmorum, sed
D etiam à cæteris & magis & sanctis Prophetis, vsque ad tempus captiuitatis in Babyloniam. Et in ipsa captiuitate fuerunt Prophetæ, qui uenturum dñm Iesum Christum liberatorem omnium prophetarẽt: & postea quam templum transactis septuaginta annis restitutum est, tantas pressuras & calamitates regibus gentium Iudæi per p[illegible]ti sunt, vt intelligerent nondum venisse liberatorem quem non spiritaliter liberaturum intelligebant, sed pro liberatione carnali desiderabant. Peractis ergo quinque ætatibus se- Aetate
culi, quarum prima est ab initio generis hu sexta
mani, id est ab Adam, qui primus homo qualis
factus est vsque ad Noe, qui fecit arcam in Christ⁹
diluuio. Inde secũda est, vsque ad Abraam, venerit.
qui pater dictus omnium quidem gentium, Ca. 22.
quæ fidem ipsius imitarentur, sed tamen ex Gen. 6.
propagine carnis suæ futuri populi Iudæo- Ge. 17.
rum: qui ante fidem Christianam gentium, vnus inter omnes omnium terrarum populus, vnum verum deum coluit ex quo populo saluator Christus secundum carnem veniret. Isti enim articuli duarũ ætatum eminent in ueteribus libris, reliquarum autem
trium etiam in Euangelio declarantur, cum Matt. 1
carnalis origo domini Iesu Christi commeE
moratur. Nam tertia est ab Abraham vsque ad Dauid regem, Quarta à Dauid vsque ad illam captiuitatem qua populus dei in Babyloniam transmigrauit. Quinta ab illa transmigratione vsque ad aduentum domini nostri Iesu Christi, ex cuius aduentu sexta ętas agitur: vt iam spiritalis gratia quæ paucis tũc Patriarchis & prophetis nota erat, manifestaretur omnibus gentibus: ne quisquam dominum nisi gratis coleret, non uisibilia præmia seruitutis suæ, & præsentis vitæ fœlicitatem, sed solam vitam æternam in qua ipso deo frueretur, ab illo desiderans, vt hac sexta ætate mens humana renouetur ad imaginem dei, sicut sexta Gen. 1.
die homo factus est ad imaginem dei. Tũc enim & lex impletur, dum non cupiditate rerum temporalium, sed charitate illius qui præcepit fiunt quæcunque præcepit. Quis autem non redamare affectet iustissimum, & misericordissimum deum, qui prior sic amauit iniustissimos, & superbissimos homines, vt propter eos mitteret vnicum filium per quem fecit omnia: qui non sui immutatione sed hominis assumptione homo factus, non solum cum
[illegible]s viuere, sed etiam pro eis, & ab eis posset occidi? itaque nouum testamentum F
hæreditatis sempiternæ manifestans, in quo renouatus homo per gratiam dei ageret nouam vitam, hoc est vitam spiritalem, ut uetus ostenderet primum, in quo carnalis populus agens hominem veterem exceptis paucis intelligentibus Patriarchis & Prophetis, & nonnullis latentibus sanctis,

ctis, carnaliter uiuens, carnalia præmia desiderabat à domino deo, & in figura spiritalium bonorum accipiebat. Omnia ergo bona terrena cõtempsit homo factus dominus Christus, vt contemnenda monstraret: & omnia terrena mala sustinuit quæ sustinẽda præcipiebat: vt neq; in illis quæreretur fœlicitas, neq; in istis infœlicitas timeretur. Natus enim de matre, quæ quanuis à uiro
Mat. 1. intacta conceperit, semperq; intacta permãserit, uirgo concipiens, uirgo pariens, uirgo moriens, tamen fabro desponsata erat, omnem typhum carnalis nobilitatis extinxit. Natus etiam in ciuitate Bethleẽ, quæ inter
Mat. 2. omnes Iudææ ciuitates ita erat exigua, vt hodieq; uilla appelletur, noluit quempiam de cuiuspiam terrenæ ciuitatis sublimitate gloriari. Pauper etiam factus est cuius sunt omnia, & per quem creata sunt omnia: ne
G quisquam cum in eum crederet, de terrenis diuitijs auderet extolli. Noluit rex ab hominibus fieri, quia humilitatis ostendebat viã miseris, quos ab eo superbia separauerat: quamuis sempiternum eius regnum vniuersa creatura testetur. Esuriuit qui om-
Mat. 4. nes pascit, Sitiuit per quem creatur omnis
Ioan. 4. potus, & qui spiritaliter panis est esurien-
Mat.26 tium, fonsq; sitientium. Ab itinere terrestri fatigatus est, qui seipsum nobis viam fecit in cœlum, Velut obmutuit & obsurduit coram conuitiantibus, per quem mutus locutus est, & surdus audiuit, Vinctus est qui de infirmitatis uinculis soluit. Flagellatus est qui omnium dolorum flagella de hominum corporibus expulit, Crucifixus est, qui cruciatus nostros finiuit. Mortuus est qui mortuos suscitauit, Sed & resurrexit nunquam moriturus, ne ab illo quisquam sic disceret
Primor mortẽ contẽnere, quasi nunq̃ futurus. Indi
a Eccle de cõfirmatis discipulis, conuersatus cũ eis
się. quadraginta diebus, eisdem spectãtibus ascẽ
Cap. 23. dit in cœlum, & completis à resurrectione
Acto. 1. quinquaginta diebus, misit eis spiritum san-
& 2. ctum, promiserat enim: per quẽ diffusa cha
Rom. 5. ritate in cordibus eorũ, nõ solũ sine onere
H sed etiã cum iucunditate legẽ possent impre, quæ data est Iudæis in decem præceptis, quod appellant decalogum. Quæ rursus
Deut. 6. ad duo rediguntur, vt diligamus dominum ex toto corde, ex tota anima & ex tota mente, & diligamus proximum sicut nosipsos, Nam in his duobus præceptis totam legem Prophetasque pendere ipse dominus & di-
Mat.22. xit in Euangelio, & suo manifestauit exemplo. Nã & populus Israel ex die quo primum Pascha in imagine celebrarunt, ouem Mar.12.
occidentes & manducantes, cuius sanguine Exo.12.
postes eorum ad salutis tutelã signati sunt. Ex ipso ergo die quinquagesimus dies impletus est, & legem acceperunt scriptam di- Exo.19.
gito dei, quo nomine iam diximus significa- Deut.9.
ri spiritum sanctum: sicut post domini passio Luc.11.
nem & resurrectionẽ qđ est uerũ Pascha, quinquagesimo die ipse spiritus sanctus discipulis missus est. Non iam lapideis tabulis corda dura signi ficans, sed cum essent vnũ in locum congregati in ipsa Hierusalem, Acto.2.
factus est subito de cœlo sonus quasi ferretur flatus uehemẽs: & uisæ sunt illis linguę diuisæ quasi ignis, & cœperunt linguis loqui, ita vt omnes qui ad illos venerant, suã linguam agnoscerent quisque. Ad illam.n. ciuitatem ex omni terra conueniebant Iudæi quacunq; dispersi erant, & diuersas gentium linguas diuersarum didicerant. Deinde cum tota fiducia Christum prædicantes, I
in eius nomine multa signa faciebant, ita vt quendam mortuum transeunte Petro vmbra eius tetigerit, & resurrexerit: Sed cum Acto.5.
viderent Iudæi tãta signa fieri in eius nomine, quem partim per inuidiam, partim per errorem crucifixerunt, alij irritari sunt ad persequendos prædicatores eius Apostolos: alij uero idipsum amplius admirantes, quòd in eius nomine quem veluti à se oppressum & uictum riserunt, tanta miracula fierent, pœnitendo conuersi crediderunt in eum milia Iudæorum. Non erant illi temporalia beneficia terrenumque regnum desiderantes à deo, nec promissum regem Christum carnaliter expectantes, sed immortaliter intelligentes, & diligentes eum qui pro ipsis ab ipsis tanta mortaliter pertulit, & eis vsq; ad sui sanguinis effusionẽ peccata donauit, & immortalitatem à se sperandam & desiderandam exemplo suæ resurrectionis ostendit. Itaq; iam veteris hominis terrena desideria mortificantes, & spiritalis vitæ nouitate flagrantes, sicut præceperat in Euangelio Acto.2.
dñs, vendebant omnia quę habebant, & pre- &.4.
cia rerum suarum ante pedes Apostolorum K
ponebant, vt ipsi distribuerent vnicuiq; sicut cuiq; opus erat: viuentesque in Christiana dilectione concorditer, non dicebant aliquid suum, sed erant illis omnia communia, & anima & cor vnum in dño. Deinde etiam ipsi à Iudæis carnalibus ciuibus carnis suæ p[illegible]secutionẽ passi atq; dispersi sunt,

vt latius Christus eorum disperſione prædicaretur, & imitarentur etiam ipſi patientiam domini ſui: quia qui ante eos manſuetus paſſus fuerat, manſuefactos pro ſe pati iubebat. Ex ipſis ſanctorũ perſecutoribus fuerat & Apoſtolus Paulus, & in Chriſtianos maxime ſæuiebat: ſed poſtea credẽs & Apoſtolus factus, miſſus eſt vt gentibus Euangeliũ prædicaret, grauiora ꝓpeſſus ꝓ nomine Chriſti q̃ fecerat contra nomẽ Chriſti. Eccleſias aũt cõſtituens per oẽs gentes quà Euangelium ſeminabat, impenſe ꝓcipiebat, vt quoniã ipſi ex idolorũ cultu veniẽtes, & ad vnum dñm colendum rudes, non facile poterant rebus ſuis venditis & diſtributis ſeruire deo, oblationes facerent in pauperes ſanctorum qui erant in Eccleſijs Iudeæ qui Chriſto crediderant: ita illos tanquam milites, illos autem tanquam ſtipendiarios ꝓuinciales Apoſtolica doctrina cõſtituit: inſerens eis Chriſtum velut lapidẽ angularẽ, ſicut per Prophetam prænunciatus erat: in quo ambo quaſi parietes de diuerſo venientes, de Iudæis videlicet atq; gentibus, germana charitate corpularentur. Sed poſtea grauiores & crebriores perſecutiones ex incredulis gentibus aduerſus Chriſti Eccleſiã ſurrexerunt, & implebatur in dies ſingulos verbum domini prædicentis, Ecce ego mitto vos velut oues in medio luporũ. Sed illa vitis quæ per orbem terrarum, ſicut de illa prophetatum & ab ipſo domino prænunciatum erat, fructuoſos palmites diffundebat, tanto pullulabat amplius, quanto teneriore martyrum ſanguine rigabatur. Quibus per omnes terras innumerabiliter pro fidei veritate morientibus, etiam ipſi perſequentia regna ceſſerunt, & ad Chriſtum cognoſcendum atq; venerandum fracta ſup-bię ceruice conuerſa ſunt. Oportebat autem vt cadẽ vitis, ſicut à domino identidem prædictum erat, putaretur, & ex ea præciderentur infructuoſa ſarmenta, quibus hæreſes & ſchiſmata per loca facta ſunt, ſub Chriſti nomine, non ipſius gloriam ſed ſuam quærentium, per quorum aduerſitates magis magiſque exerceretur Eccleſia, & probaretur atque illuſtraretur & doctrina eius & patientia. Omnia ergo hæc, ſicut tanto ante prædicta legibus, ſic & facta cognoſcimus: & quemadmodum primi Chriſtiani, quia non dum iſta prouenirſe videbantur, miraculis mouebantur vt crederent: ſic nos quia omnia iſta ita completa ſunt, ſicut in eis libris legimus, quia longe ante quam hæc implerentur conſcripti ſunt, vbi omnia futura dicebantur & præſentia iam videntur, ædificamur ad fidem, vt etiam illa quę reſtant ſuſtinentes & perſeuerantes in domino, ſine dubitatione ventura credamus. Sic quidem adhuc tribulationes futuræ in eiſdem ſcripturis leguntur, & ipſe vltimus iudicij dies, vbi omnes ciues ambarum ciuitatum receptis corporibus ſurrecturi ſunt, & rationem vitę ſuæ ante tribunal Chriſti iudicis reddituri. Veniet enim etiam in claritate poteſtatis, qui prius in humilitate humanitatis venire dignatus eſt, & omnes pios ab impijs ſegregabit: non tantum eis qui in eum credere omnino noluerunt, ſed etiam eis qui fruſtra & infructuoſe crediderunt in eum: illis daturus regnum ſecum æternum, illis autem pœnam æternam cum diabolo. Sed ſicut nullum gaudium rerum temporaliũ ex aliqua parte ſimile poteſt inueniri gaudio vitæ æternæ, quam ſancti accepturi ſunt. ita nullus cruciatus pœnarum temporalium poteſt ꝓ ſempiternis iniquorum cruciatibus comparari. Itaque frater confirma teipſum in eius nomine atque adiutorio cui credis, aduerſus linguas eorum qui fidem noſtram irrident, de quibus diabolus ſeductoria verba loquitur, maxime volens irridere fidem reſurrectionis. Sed ex teipſo crede futurum te eſſe cum futuris, q̃ cum ante non fueris, nũc eſſe te vides. Vbi.n. erat iſta moles corporis tui, & iſta forma membrorumq̃; cõpago ante paucos annos priuſquam natus, vel etiam priuſquam in matris utero conceptus eſſes? Vbi erat hæc moles & hæc ſtatura corporis tui? Nonne de occultis huius creaturæ ſecretis, domino deo inuiſibiliter formante, proceſſit in lucem, certisq; ętatum incrementis in iſtam magnitudinem formamq; ſurrexit? Nunquid ergo difficilius eſt deo, qui etiam aggeres nubium ex occulto in momento cõtrahit, & cõtegit cœlũ in ictu tpis, reddere iſtã quãtitatẽ corporis tui ſicut erat, qui eã cere potuit cum non erat? Crede ergo forter & inconcuſſe, quia omnia quæ videntur quaſi pereundo humanis oculis ſubtrahi, ſalua & integra ſunt omnipotentiæ dei, qui eam cum voluerit, ſine vlla mora & difficultate reparabit, ea duntaxat quæ iuſtitia eius reparanda eſſe iudicat: vt in his corporibus reddant homines factorum ſuorum rõnẽ, in q̃bus ea fecerũt: & in his meretur, aut

Act. 8:

Pſa. 117. L

Ephe. 2.

Mat. 10.

Perſecutio et hæreſes, & iudicij expectatio. c. 24

Ioan. 15.

M

Ro. 14. 2. Co. 5.

Mat. 25.

A

Exhortatio ad cõſtãtiã in fide.

cap. 25.

B

aut commutationem cœleſtis incorruptionis pro meritis pietatis, aut corruptibilem corporis conditionem pro meritis iniquitatis, non quæ morte ſoluatur, ſed quæ materiam ſempiternis doloribus præbeat. Fuge ergo per immobilẽ fidẽ ad mores bonos. Fuge frater illa tormenta, vbi nec tortores deficiunt, nec torti moriuntur, quibus ſine fine mors eſt, non poſſe in cruciatibus mori: & exardeſce amore, atq; deſiderio ſempiternæ vitę ſanctorũ, vbi nec operoſa erit actio, nec requies deſidioſa: laus erit dei ſine faſtidio, ſine defectu: nullum in animo tædium, nullus labos in corpore, nulla indigentia, nec tua cui ſubueniri deſideres, nec proximi cui ſubuenire feſtines. Omnes delitiæ deus erit, & ſocietas ſanctę ciuitatis in illo, & de illo ſapienter beateq; viuentis. Efficiemur enim ſicut ab illo ꝓmiſſum ſperamus & expectamus, æquales angelis dei, & cum eis pariter illa trinitate perfruemur iam per ſpeciem, in qua nũc per fidem ambulamus. Credimus enim quod non videmus, vt ipſis meritis fidei etiam videre qd̃ credimus & inhærere mereamur: vt æqualitatem patris & filij & ſpiritusſancti, & ipſius trinitatis vnitatem, qũo ſunt hæc tria vnus deus, non iam verbis fidei & ſtrepentibus ſyllabis perſonemus, ſed contemplatione puriſſima & ardentiſſima in illo ſilentio ſorbeamur. Hæc tene fixa in corde tuo, & inuoca dominum cui credis, vt tueatur te aduerſus tentatio nes diaboli: & eſto cautus, ne tibi aliunde hoſtis ille ſubrepat, qui ad ſolatiũ maleuolentiſsimum damnationis ſuæ, cum quibus damnetur inquirit. Non enim per eos ſolos qui Chriſtianũ nomen oderunt, & dolent eo nomine occupatum eſſe orbẽ terrarũ, & adhuc ſimulacris & dæmoniorum curioſitatibus ſeruire deſiderant, audet ille tentare Chriſtianos: ſed etiam per eos quos pauloante commemorauimus, de unitate Eccleſiæ, velut putata vite præciſos, qui hæretici vel ſchiſmatici dicuntur, conatur etiam id quidem interdũ. Sed tũ id etiã aliqñ conatur & per Iudã tentare atq; ſeducere. Sed maxime cauendũ eſt, ne per homines qui ſunt in ipſa catholica Eccleſia, quos velut paleam vſque ad tps uentilationis ſuæ ſuſtinet, v iuſquiſq; tentetur & decipiatur. Propterea.n. deus patiẽs eſt in illos, vt & ſuorum electorum fidem atq; prudentiã ꝓ illorum peruerſitatẽ exercendo confirmet. Er quia de numero eorũ multi proficiunt, & ad placendum deo, miſerati animas ſuas, magno impetu conuertuntur. Non.n. omnes ſibi per patientiam dei theſaurizant iram in die iræ iuſti iudicij eius, ſed multos eadẽ omnipotentis patientia perducit ad ſaluberrimũ pœnitentiæ dolorem. Quod donec fiat, exercetur per illos illorum qui iam rectã viã tenent, non ſolũ tolerantia, ſed etiã miſericordia. Multos ergo viſurus es ebrioſos, auaros, fraudatores, aleatores, adulteros, fornicatores, remedia ſacrilega ſibi allegantes, præcantatoribus & Mathematicis, vel quorumlibet impiarum artium diuinatoribus deditos. Animaduerſurus etiam ꝓ illæ turbæ impleant Eccleſias per dies feſtos Chriſtianorum, quæ implent & theatra per dies ſolẽnes Paganorũ, & hæc videndo ad imitandum tentaberis. Et quid dicã, videbis ꝓ etiam nũc iam vtique noſti: non.n. neſcis multos qui appellãtur Chriſtiani, hæc omnia mala operari, q̃ breuiter cõmemoraui. Et aliqſi fortaſſe gra uiora facere homines nõ ignoras, quos noſti appellari Chriſtianos. Sed ſi hoc animo veniſti vt quaſi ſecurus talia facias, multũ erras: nec tibi ꝓderit nomen Chriſti cum cœperit ille ſeueriſsime iudicare, qui prius dignatus eſt miſericordiſsime ſubuenire. Prędixit.n. iſta & ait in Euãgelio, Nõ omnis q̃ dicit mihi dñe dñe, intrabit in regnũ cœlorũ, ſed is qui facit volũtatẽ patris mei. Multi dicent mihi in illa die, Dñe dñe, in nomine tuo mãducauimus & bibimus. Omnibus ergo qui in talibus operibus perſeuerant, damnatio finis eſt. Cum ergo videris multos, non ſolum hæc facere, ſed etiam defendere atque ſuadere, tene te ad legem dei, & non ſequaris prævaricatores. Non.n. ſecundum illorum ſenſum, ſed ſecundum illius veritatem iudicaberis. Coniungere bonis, quos vides amare tecum regem tuum. Multos enim inuenturus es, ſi & tu talis eſſe cœperis. Nam ſi in ſpectaculis cum illis eſſe cupiebas, & eis inhærere qui tecum vel aurigam, vel venatorem, vel aliquem hiſtrionem ſimul amabant: quanto magis te delectare debet eorum coniunctio qui tecũ amant dominum, de quo nunquam erubeſcet amator eius, quia non ſolum ipſe non poteſt vinci, ſed etiam dilectores ſuos reddet inuictos? Nec tamen etiam in ipſis bonis qui te vel prędecedunt vel comitantur ad dominum, ſpem tuam collocare debes: quia nec in teipſo debes quantumcunque profeceris,

Rom. 2.

Matt. 7.

Luc. 13.

C

D

E

F

ceris, sed in illo qui eos & te iustificando tales facit. Securus es enim de deo quòd non mutatur, de homine autem imprudenter securus es: sed si illos qui nondum iusti sunt amare debemus vt sint, quanto ardentius qui iam sunt, amandi sunt? Sed aliud est diligere hominem, aliud spem ponere in homine: tantumq; interest, vt illud deus iu-
Hie.17. beat, hoc prohibeat. Si autem aliquas, vel insultationes vel tribulationes pro nomine Christi passus non defeceris à fide, nec a bona vita deuiaueris, maiorem mercedem acceperus es. Qui autem in his diabolo cesserint, etiam minorem perdunt. Sed humilis esto deo, vt non te permittat tentari vl-
1.Co.10. tra vires tuas. His dictis interrogandus
Exposi- est, an hæc credat, atq; obseruare desiderat.
tio signo Quod cum responderit solenniter, vtique
rum. signandus est, & Ecclesiæ more tractandus.
Cap.26 De sacramento sanè quod accepit, cum ei bene commendatum fuerit, signacula quidem rerum diuinarum esse uisibilia, sed res ipsas inuisibiles in eis honorari: nec sic habendam esse. Illam speciem benedictione sanctificatam, quemadmodum habetur
G in usu quolibet: dicendum etiam quid significet & sermo ille quem audiuit, quid in illo condatur, cuius illa res similitudinem gerit. Deinde monendus est ex hac occasione, ut si quid etiam in scripturis audiat quod carnaliter sonet, etiam si non intelligit, credat tamen spiritale aliquid significari, quod ad sanctos mores futuramq; uitam pertineat. Hoc autem breuiter discet, vt quicquid audierit ex libris canonicis quod ad dilectionẽ æternitatis & ueritatis & sanctitatis, & ad dilectionem proximi referre non possit figurate dictum uel gestum esse credat, atque ita conetur intelligere, vt ad illam geminã referat dilectionem, Ita sanè ut proximus non carnaliter intelligat, sed omnem qui cũ eo in illa sancta ciuitate potest esse, siue iam, siue nondum appareat. Et ut de nullius hominis correctione desperet, quem patientia
Rom.2. dei uidet uiuere, non ob aliud, sicut Apostolus ait, nisi ut adducatur ad pœnitentiam. Si longior tibi uidetur iste sermo, quo tanquã præsentem rudem hominem instruxi, licet ea tibi dicere breuius, longiorem tamen esse debere nõ puto: quamquam multum inte-
H rest, quid res ipsa cum agitur moneat & quid auditorum præsentia, non solum ferre, sed etiam desiderare se ostendat. Cum aũt celeritate opus est, uide q̃ facile explica ri tota res possit. Fac rursus adesse aliquẽ, qui velit esse Christianus, Ergo & interrogatũ illud qd̃ superior respondisse, quia & si hoc nõ respõdet, hoc eũ respõdere debuisse dicẽdũ est. Deniq; hoc mõ & cætera contexenda, Vere frater, illa magna & vera beatitudo est, quæ in futuro seculo sanctis ꝓmittitur. Omnia vero visibilia transeunt, & omnis huius seculi pompa & delitiæ & curiositas interibunt, & secum ad interitum trahunt amatores suos. A quo interitu, hoc est, pœnis sempiternis deus misericors volens homines liberare, si sibi ipsis non sint inimici, & non resistant misericordiæ creatoris sui, misit vnigenitũ filiũ suũ: hoc est, verbũ suũ æquale sibi, per qd̃ cõdidit omnia: & manẽs quidem in diuinitate sua, & non recedens à patre, nec in aliquo mutatus, assumendo tamen hominem, & in carne mortali hominibus apparendo venit ad homines vt quem- Rom.5.
admodum per vnum hominem qui primus I
factus est, id est Adam mors intrauit in genus humanum, quia consensit mulieri suæ seductæ à diabolo, vt præceptum dei transgrederentur: sic per vnum hominem qui ẽt deus est dei filius, Iesum Christum deletis omnibus peccatis præteritis, credentes in eũ omnes in ẽternam vitam ingrederentur. Qd̃ facta in Ecclesia videantur in scriptura & futura fienda sicut & ꝓcedentia credẽda sint.
omnia enim quæ nunc vides in Ecclesia Ca. 27.
dei, & sub Christi nomine per totum orbem terrarum geri, ante secula iam prædicta sunt, & sicut ea legimus, ita videmus, & inde ædificamur in fidem. Factum est aliquando diluuium per totam terram, vt peccatores delerentur, & tamen illi qui euaserunt in arca, sacramentum futuræ Ecclesiæ, demonstrabant, quæ nunc in fluctibus seculi natat, & per lignum crucis Christi à submersione liberatur. Prædictus est Abrahæ fideli seruo dei vni homini, quòd de illo esset populus nasciturus, qui coleret vnum deum inter cæteras gentes quæ idola colebant. Et omnia quæ illi populo vẽtura prædicta sunt, sic euenerunt ut prædicta sunt. Prophetatus est in illo populo etiam Chris- s rex omnium sanctorum & deus ventu- K
s ex semine ipsius Abraham secundum arnem quam assumpsit, vt omnes etiam filij essent Abrahæ, qui fidem eius imitarentur, & sic est factum. Natus est Christus de Maria virgine, quæ ex illius genere fuit. Prædictum est per Propheta ꝙ in cruce passurus esset ab eodem populo Iudæorum, de cuius genere secundum carnem veniebat, & sic

sic est factum. Prædictum est quod resurrecturus esset, resurrexit: & secundum ipsa prædicta Prophetarum ascendit in cœlum, & discipulis suis spiritum sanctum misit. Prædictum est non solum à Prophetis, sed etiam ab ipso domino Iesu Christo, quòd Ecclesia eius per vniuersum orbem terrarum esset futura, per sanctorum martyria passionesq; disseminata: & tunc prædictum quando adhuc nomen eius & latebat gentes, & vbi notum erat irridebatur: & tamen in uirtutibus miraculorum eius, siue, quæ per se, ipse, siue quæ per seruos suos fecit, dum annunciantur hæc & creduntur, iam videmus quod prædictum est esse completũ regesq; ipsos terræ, qui antea persequebantur Christianos iam Christi nomini subiugatos. Prædictum est etiam ꝙ schismata & hæreses ex eius Ecclesia essent exituræ, & sub eius nomine per loca ubi possent, suam non Christi gloriam quæsituræ, & ista cõpleta sunt. Nunquid ergo illa quæ restant
L non sunt ventura? Manifestum est quia sicut ista prædicta uenerunt, si etiam illa ventura sunt: quæcunque tribulationes iu storum adhuc restant: & iudicij dies qui separabit omnes impios à iustis in resurre-
Mat.25. ctione mortuorum, & non solum eos qui sunt extra Ecclesiã, sed etiã ipsius Ecclesiæ
Matr.3. paleas, quas oportet vsque ad nouissimam ventilationẽ patientissime sufferat, ad ignẽ debitum segregabit. Qui autem irridentes resurrectionem, putantes ꝙ caro ista putrescit, resurgere non potest, ad pœnas in ea resurrecturi sunt: & ostendet eis deus, quia q̃ potuit hæc corpore facere antequam essent, potest ea in momento restituere sicut erãt, Omnes autẽ fideles regnaturi cũ Christo, ita resurgent in eodẽ corpore, vt etiam commutari mereantur ad incorruptionẽ angelicã: vt fiant æquales angelis dei, sicut dominus ipse promisit, & laudẽt eũ sine aliquo
Mat.22. defectu, & sine aliquo fastidio, semper viuẽtes in illo & de illo, cum tali gaudio & beatitudine, qualis nec dici nec cogitari ab h
mine potest. Tu itaq; credens ista, caue tentationes, quia diabolus quærit qui seeũ pereant: vt nõ solũ per eos qui extra Ecclesiã
M sunt, siue Pagani, siue Iudæi, siue hæretici, non te hostis ille seducat, s d etiam quos in ipsa Ecclesia catholica videris male uiuentes, aut immoderatos voluptatibus uentris & gutturis, aut impudicos aut vanis curiositatibus vel illicitis deditos, siue spectaculorum siue remediorum sacrilegorũ, aut diuinationum diabolicarum, siue in pompa & typho auaritiæ atq; superbiæ siue in aliqua vita quam lex damnat & punit, non eos imiteris: sed potius coniungaris bonis quos inuẽturus es facile, si & tu talis fueris, vt simul colatis & diligatis dũm gratis, quia totum præmium nostrũ ipse erit, vt in illa æterna vita, bonitate eius & pulchritudine perfruamur. Sed amandus est, non sicut aliquid qd̃ videmur oculis, sed sicut amatur sapientia, & veritas, & sanctitas, & iustitia, & charitas, & si quid aliquid tale dicitur, non quẽadmodum sunt ista in hominibus, sed quemadmodum sunt in ipso fonte incorruptibilis & incommutabilis sapientiæ. Quoscunque ergo videris hæc amare, illis coniungere, vt per
Christũ qui homo factus est, vt esset media 1.Ti.2.
tor dei & hominum, reconcilieris deo. Homines aũt peruersos, etiam si intrent parietes Ecclesiæ, nõ eos arbitreris intraturos in regnũ cẽlorũ, q̃a suo tpe separabuntur, si se in melius nõ cõmutauerint. Homines ergo bonos imitare, malos tolera, oẽs ama, quoniam nescis quid cras futurus sit qui hodie A
malus est. Nec eorum ames iniustitiam, sed ipsos ideo ama vt apprehendant iustitiam, quia non solum dilectio dei nobis præcepta est, sed etiã dilectio proximi, in quibus duo Mat.22.
bus præceptis tota lex pendet & Prophetæ. Quam non impleuit nisi qui donum acceperit spiritum sanctum patri & filio vtique æqualem: quia ipsa trinitas deus est, in quo deo spes omnis ponenda est. In homine non est ponenda, qualiscunque ille fuerit: Aliud est enim ille à quo iustificamur, aliud illi cum quibus iustificamur. Non autem solũ per cupiditates diabolus tentat, sed etiam per terrores insultationum & dolorum & ipsius mortis. Quicquid autem homo passus fuerit pro nomine Christi, & pro spẽ vitæ æternę & permanens to lerauerit, maior ei merces dabitur: quia si cessserit diabolo, cũ illo damnabitur: sed opera misericordiæ cum pia 1.Co.10
humilitate impetrant à domino, vt non permittat seruos suos tentari plusquã possint sustinere. Finis.

D. AV-

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI liber de Incarnatione verbi, qui aliquibus intitulatur, de deitate, & incarnatione verbi, ad Ianuarium.

Tres personę c. 1

SPecies vero eorum quæ per prædicationē Apostolicā manifeste traduntur, istę sunt. Primo q̄ vnus est deus qui omnia creauit atq; composuit, quiq; cum nihil essent esse fecit vniuersa. C Deus à prima creatura & conditione mundi omnium iustorum: deus Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, duodecim Patriarcharum, Moysi & Prophetarum, Et quòd hic deus in nouissimis diebus, sicut per Prophetas suos ante promiserat, misit dominū Iesum Christum, primo quidem vocaturū Israel, secundo vero etiam gentes post perfidiam populi Israel. Hic deus iustus & bonus pater domini nostri Iesu Christi, legem
Ioan. 1. & Prophetas & Euangelia ipse dedit, qui & Apostolorum deus est & veteris ac noui testamenti. Tum deinde quia Iesus Christus ipse qui venit ante omnem creaturam natus ex patre est: qui cum in omni conditione patri ministrasset, per ipsum nanque omnia facta sunt, nouissimis temporibus seipsum exinaniens homo factus est, incarnatus est cum deus esset, & homo factus, mansit quod erat deus. Corpus assumpsit nostro corpori simile, eo solo differens, quòd natum ex virgine & spiritusancto est. Et quoniam hic Iesus Christus natus & passus est in veritate, & non per phantasiam communem hanc mortem vere mortuus est. Vere enim & à mortuis resurrexit, & post resurrectionem conuersatus cum discipulis suis assumptus est. Tum demum natura, honore ac dignitate patri ac filio sociatum tradidit spiritum-
D sanctum. Sanè q̄ iste spiritussanctus vnum. quenq; sanctorum vel Prophetarū vel Apostolorum inspirauerit, & non alius spiritus in veteribus, alius vero in his qui in aduentu Christi inspirati sunt fuerit, manifeste
Animæ liberū arbitriū & origo. in Ecclesia prædicatur. Post hæc iam q̄ anima substantiam, vitamque habens propriam, cum ex hoc discesserit mundo pro suis meritis dispensabitur, siue vitæ æternæ
Cap. 2. ac beatitudinis hęreditate potitura, sicut hoc ei sua gesta præstiterint: siue igni eterno ac supplicio mancipanda, si in hoc mundo eandem scelerum culpam non deterserit. Sed & erit tempus resurrectionis mortuorum, cū corpus hoc quod nunc in corruptione seminatur, surget in incorruptione, & quod seminatur in ignominia, surget in gloria. Est & illud definitum in ecclesiastica prædi- 1. Co. 15
catione, omnem animam esse rationalem, liberi arbitrij & voluntatis: esse quoque ei certamen aduersus diabolum & angelos eius, contrariasq́ue virtutes: ex eo quòd peccatis eam illi onerare contendant, nos vero si recte consulteq́ue viuamus, ab huiusce modi labe nos exuere conemur. Vnde & consequens est intelligere, non nos necessitati esse subiectos, vt omnino etiam si nolimus, vel bona vel mala agere cogamur. Si E enim nostri arbitrij sumus, impugnare nos fortasse possunt aliquæ virtutes ad peccatū, & aliæ iuuare ad salutem, non tamen necessitate cogimur, vel recte agere, vel male: qđ fieri arbitrantur hi qui stellarum cursum & motus, causam dicunt humanorū esse gestorum, non solum eorum quæ extra arbitrij accidunt libertatem, sed eorum quæ in nostra posita sunt potestate. De anima vero vtrum ex seminis traduce ducatur, ita vt ratio ipsius, vel substantia inserta ipsis corporalibus seminibus habeatur: an vero aliud habeat initium: & hoc ipsum initium si est genitum, aut non genitum: vel certe si extrinsecus corpori inditur, nec ne, satis manifesta prædicatione distinguitur. De dia- De diabolo quoque & angelis eius contrarijsq́ue virtutibus, Ecclesiastica prædicatio docuit, quoniam sint quidem hæc: quæ autem sint, aut quomodo sint, non satis clare disposuit. Apud plurimos tamen ista habetur opinio, q̄ angelus fuerit iste diabolus & apostata effectus, quam plurimos angelorum secum declinare persuaserit, qui & nunc vsq; angeli ipsius nuncupantur. Est & præterea illud Mundi
in Ecclesiastica prædicatione, quòd mun- F principiū
dus iste factus sit, & à certo tempore cœperit, & sit pro ipsa sui corruptione soluen- & finis.
dus. Tum demum quod per spiritum Cap. 4.
dei scripturæ conscriptæ sint, & sensum Scripturæ sēsus
habeant, non eum solum qui in manifesto est, sed & alium quendam latentem arcanus.
quamplurimos. Formæ enim sunt hæ quę Cap. 5.
describuntur sacramentorum quorundam & diuinarum rerum imagines: de quo totius Ecclesiæ vna sententia est, esse quidem omnem legem spiritalem, Non ramen

men ea quæ spirat lex esse hominibus nota, nisi ijs solum quibus gratia spiritussancti in verbo sapientiæ ac scientiæ condonatur.

Boni angeli. c. 6. Est etiam illud in Ecclesiastica prædicatione, esse angelos dei quosdam & virtutes bonas, quæ ei ministrant ad salutem hominum consummandam: sed quando isti creati sint, vel quales aut quomodo sint, non satis manifesto distinguitur. Oportet igitur ue

Quō in daganda veritas. Cap. 7. lut elementis ac fundamētis huiusmodi vti secundum mandatum, quo dicitur, Illuminate vobis lumen scientiæ. Omnis qui cupit seriem quandam, & corpus ex horum G omnium ratione perficere, vt manifestis & necessarijs assertionibus de singulis quibusque quid sit in vero rimetur, & vnum, vt diximus, corpus efficiat, exemplis & affirmationibus, vel ijs quas in scripturis sacris inuenerit, vel quas consequenter ipsius indagine ac recti tenore repererit. Nos semper deū

Filius absque initio natus. Cap. 8. patrem nouimus vnigeniti filij sui, ex ipso quidem nati, & quod est ab ipso trahentis, sine vllo tamen initio: non solum eo quod aliquibus tēporum spatijs distingui potest, sed ne illo quidem, quod sola apud semetipsam mentis inuenire solet, & nudo, vt ita dixerim, intellectu, atque animo conspicari. Extra omne ergo quod vel dici vel intelligi potest initium, generatam esse sapientiā credendum est. In hac ipsa sapientiæ subsistentia, qua omnis virtus ac deformatio futuræ in erat creaturæ, vel eorum quæ principaliter existunt, vel eorum quæ accidunt consequenter virtute præscientiæ præformata atque dispositā. Pro ijs ipsis quæ in ipsa sapiētia velut descripta ac præfigurata fuerant
Pro. 8. creaturis, seipsam per Salomonē dicit creatā esse sapientia initium viarū dei, continēs scilicet in semetipsa vniuersę creaturæ, vel ini- H tia, vel rationes, vel species. Quali autē modo intelleximus, sapientiā initium viarum dei esse, & quomodo creata esse dicitur, species scilicet in se & rationes totius præformans & cōtinens creaturæ, hoc modo etiā verbum dei eā esse intelligēdum est: per hoc q̄ ipsa cæteris omnibus, id est, vniuersæ creaturæ, mysteriorum & arcanorum rationē, quę vtique intra dei sapientiam continetur, aperiat: & per hoc verbū dicitur, quia sic arcanorum mentis interpres est. Ioannes in
Ioan. 1. initio Euangelij sui propria definitione deū definiens, esse verbum dicit, Et deus erat verbum, & hoc erat in initio apud deū. Qui aūt dat initium verbo dei vel sapientiæ dei, intuere ne magis in ipsum ingenitum patrem impietatem suam iactet, cum eum neget semper patrem fuisse, & genuisse verbū, & habuisse sapientiam in omnibus anterioribus vel temporibus vel seculis, vel si quid illud est quod nominari potest. Hic ergo exemplā filius, etiam omnium quæ sunt, veritas est, & res in vita, & via. Et recte: Nam quomodo uiuerent quæ facta sunt, nisi ex uita? Vel quō cap. 9. ueritate constarent ea quæ sunt, nisi ex I veritate descenderent? Vel quomodo rationales esse possent substantię, nisi uerbū uel ratio p̄cederet? Vel quo modo essent sapientes, nisi esset sapientia? Via factum est uerbum dei & sapientia, quæ uia idcirco dicitur, q̄ ad patrem dueit eos qui incedunt per eam. Quęcunq; ergo diximus de sapiētia dei, hæc etiam conueniēter aptabūtur & intelligentur pro eo q̄ filius dei uita est, & pro eo q̄ verbū est, & p eo q̄ ueritas est, & pro eo q̄ uia est, & pro eo q̄ resurrectio est: quia hæ omnes appellationes ex operibus eius ac uirtutibus nominatæ sunt: & in nulla harum uel leui opinione intelligi corporale aliquid p̄t, uel qđ magnitudinem desi- In cogignare uideatur, uel habitum, uel colorem. tabilis

Verum q̄n ij qui apud nos filij hominū uerbi natidentur, uel cæterorū animaliū, semē eorū tuitas. à quibus seminati sunt, rīdent, uel earū in cap. 10. quarū utero formantur ac nutriuntur, habentes ex his quicquid illud est qđ in lucē hanc assumunt ac deferunt processuri: nephandum est & illicitum, deum patrem in generatione vnigeniti filij sui, atq; in substantia eius exæquare alicui uel hominū uel aliorū animantium generāti. Sed necesse est exceptum aliquid esse & deo dignum, cuius nulla prorsus cōparatio, non in rebus solū, sed ne in cogitatione quidē uel sensu inueniri potest, ut humana cogitatio possit ap- K prehendere, quomodo ingenitus deus, pater efficitur unigeniti filij. Est nanq; ita æterna ac sempiterna generatio, sicut splendor generatur à luce: Non enim per adoptionem spiritus, filius fit extrinsecus, sed natura filius est. Videamus tamen quomō æc quæ dicimus etiam diuinæ scripturæ authoritate muniamus. Ait Apostolus Paulus, Col. 1.
unigenitum filium imaginem esse inuisibi- Heb. 1.
lis dei, & primogenitum esse totius creaturæ. Ad hebræos uero scribens de eo dixit, quia sit splendor gloriæ & figura expressa substantię eius. Inuenimus etiam nihilominus in sap tia quę dicitur Salomonis descriptionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptionem quandam de dei sapientia, hoc modo scriptã, Vapor est enim, inquit, virtutis dei. Et ait, ἀπόῤῥοια, id est emanatio gloriæ omnipotentis purissima. Ideo ergo nihil commaculatum in eam incidere potest: Splendor est enim lucis æternæ & speculũ immaculatum operationis dei, & imago bonitatis eius. Sapientiam vero dei dicimus sicut superius diximus, subsistentiam habentem non alibi nisi in eo qui est initium omnium, ex quo nata est. Quæ sapientia, quia ipse est qui est solus natura filius, idcirco & L unigenitus dicitur. Videamus sanè quid intelligi debeat etiam de hoc, q̃ imago inuisibilis dei dicitur, vt & per hoc aduertamus quomodo deus recte pater dicitur filij sui. Et consideremus primo ex ijs quæ consuetudine hominum imagines appellari solẽt. Imago interdum dicitur ea quæ in materia aliqua, id est, ligni vel lapidis depingi vel sculpi solet. Interdum imago dicitur eius qui genuit, is qui natus est, cum in illo similitudinem liniamenta eius qui genuit in eo qui natus est mentiuntur. Puto ergo posse quidẽ priori exẽplo aptari eum qui ad imaginẽ & similitudinẽ dei primus factus est hominũ, de quo diligentius, deo fauente, cũ locũ ipsum in Genesi exponere cœperimus, videbimus. Secundẽ vero comparationi imago filij dei, de quo nunc sermo est, comparari potest, etiam secundum hoc q̃ inuisibilis dei inuisibilis imago est. Sicut secundum historiã dicimus imaginem Adæ esse filium eius Seth. Ita enim scriptum est, Et genuit Adam Seth secũm imaginẽ suam & secundũ spẽm suam. Quæ imago etiã naturę ac substantiæ patris ac filij continet veritatem. Si enim omnia quæ fecit pater hæc & filius similiter facit, in eo quòd ita facit omnia filius sicut pater, imago patris deformatur in M filio, qui vtiq; natus ex deo est velut quædã voluntas eius ex mente procedens. Et ideo ergo arbitror, quòd sufficere debeat voluntas patris ad subsistendum hoc quod vult pater. Volens enim non alia via vtitur, nisi quæ consilio voluntatis profertur. Ita ergo & filij ab eo subsistentia generatur, qu necesse est in primis suscipi ab his qui nihil ingenitum, id est, innatum præter solum deum fatentur patrẽ. Obseruandum namq; est, nequis incurrat in illas absurdas fabulas eorum q̃ prolationes quasdam sibiipsis depingũt, vt diuinam naturam in partes vocẽt & deum patrem quantum in [illegible] est diuidãt: cum hoc incorporea natura vel leuiter sit spicari non solum extremæ impietatis sit, verumetiam vltimę insipientiæ, nec omnino vel intelligentiam consequens, vt incorporeæ naturæ substantialis diuisio posit intelligi. Magis ergo sicut voluntas procedit è mente, & neque partem aliquam mentis secat, neque ab ea separatur aut diuidĩtur, tali quidem specie putandus est pater filium genuisse, imaginem scilicet suam: vt sicut ipse inuisibilis est per naturam, ita imaginem quoque inuisibilem genuerit. q̃ Verbum enim est filius, & ideo nihil in eo sensibile intelligendum est. Sapientia est, A & in sapientia nihil corporeum suspicandũ est. Lumen est verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundũ, sed nihil habet commune ad solis huius lumen. Imago ergo est inuisibilis dei patris saluator noster: quantum ad ipsum patrem quidem veritas, quãtum autem ad nos quibus reuelat patrem, imago est per quam cognoscimus patrem, quam nemo alius nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Reuelat autẽ per hoc quòd ipse intelligitur. A quo.n. ipse fuerit intellectus, consequenter intelligitur & pater, secundum hoc quod ipse dixit, Qui videt me, videt & patrem.

Sed quoniam sermonem Pauli inseruimus de Christo dicentis, in eo q̃ ait, Quia splendor est gloriæ dei & figura expressa substantiæ eius, quid de hoc sentiendum sit, videamus. Deus lux est secundum Ioannẽ. Splendor ergo huius lucis est vnigenitus filius, ex ipso inseparabiliter, velut splendor ex luce procedens, & illuminans vniuersam creaturam. Secundum hoc nanque superius exposuimus, quomodo uia sit & ducat ad patrem: & quomodo verbum sit, arcana sapientiæ & scientiæ mysteria interpretans ac proferens rationabili creaturæ: quomodo etiam ueritas uel uita est, uel resurrectio est. Consequenter intelligere debemus etiam B splendoris opus, Per splendorem nanque quid sit lux ipsa cognoscitur & sentitur. Quia splẽdor fragilibus se & infirmis mortalium oculis placidius ac lenius offerens, & paulatim velut edocens & assuescens claritatem lum[illegible]nis patri, cum ab eis dimouerit omne quod [illegible]sum obducit & impedit, secundum quòd dixit dominus, Eijce trabem de oculo tuo, capaces eos efficit ad suscipiendam gloriam lucis, etiam in hoc velut quidam mediator hominũ ac lucis effectus. Verum

Sapiẽ. 7.

Verbum imago patris.

Cap. 11.

Ioan. 1.

Mat. 11.

Ioã. 14.

Christ⁹ figura

Cap. 12.

Hebr. 1.

1. Ioan. 1

Matt. 7.

Hebr. 1

tum qm̃ non solum splendor gloriæ esse dicitur ab Apostolo, sed & figura expressa substantiæ vel subsistentiæ eius, non mihi videtur otiosi esse intellectus, aduertere quomodo alia præter ipsam dei substantiam vel subsistentiam, quæcumq; illa substantia vel subsistentia dicitur, figura substantiæ eius esse dicatur. Et vide ne forte qm̃ filius dei, q̃ & verbum eius & sapientia dicitur, qui & so

Mat. 11. lus nouit patrem, & reuelat quibus vult, id est, qui capaces verbi ipsius & sapiẽtiæ fiũt, secundum hoc ipsum quod intelligi ac agnosci deum facit, figuramq; substantiæ vel subsistentiæ eius dicatur exprimere, id est, cum C in semetipsa primum describit sapiẽtia quæ reuelare vult cæteris, ex quibus ab illis cognoscitur & intelligitur deus: & hęc dicatur figura expressa substantiæ dei. Vt autem plenius adhuc intelligatur quomodo saluator figura est substantiæ vel subsistentiæ dei, vtamur etiam exemplo, quod quanuis rem non plene nec proprie significet de qua agimus, tamen ad hoc solum videatur assumptum, q̃

Ppili. 2: exinaniens se filius qui erat in forma dei, per ipsam sui exinanitionem studuit nobis diuinitatis plenitudinem demonstrare. Verbi gratia, Si facta esset aliqua statua talis quę magnitudine sui vniuersum orbem terrę teneret, & pro sui immensitate considerari à nullo posset: fieret autem alia statua membrorum habitu ac vultus liniamentis, specie ac materia per omnia similis absq; magnitudinis immẽsitate, pro eo vt qui illam immẽsam considerare atq; intueri non possent, hãc videntes illam se vidisse considerent, pro eo q̃ omnia membrorum vel uultus liniamenta, vel ipsam speciem materiamq; similitudine prorsus indiscreta seruaret, Tali quadam similitudine exinaniẽs se filius dei de æqualitate patris, & viam nobis cognitionis eius ostendens, figura expressa substantiæ eius ef

D ficitur: vt qui in magnitudine claritatis suæ positam gloriam meræ lucis non poteramus aspicere, per hoc q̃ splendor nobis efficitur, intuendæ diuinæ lucis viam, per splendoris capiamus effectum. Comparatio de statuis quasi sanè in rebus corporalibus posita, ad nihil aliud recipiatur quàm ad hoc, quòd filius dei breuissime insertus humani corporis formæ, ex operum virtuti que similitudine, dei patris in se immentam atque inuisibilem magnitudinem designabat, per hoc

Ioã. 10. & 14. quòd dicebat ad discipulos suos, Quia qui videt me, videt & patrem. Et Ego & pater vnum sumus. Quibus & illud simile intelligendum est, quod ait, Quia pater in me, & ego in patre. Videamus nunc etiam illud Filius ua qualiter sentiendum est quod in sapientia por uir- Salomonis scriptum legimus, qui ita ait de tutis disapientia. Quia vapor est quidem virtutis uinæ. dei, & ἀπόῤῥοια, id est, emanatio omnipoten Cap. 13. tis gloriæ purissima, & splendor lucis æter- Sapiẽ. 7. næ, & speculũ immaculatum inoperationis siue virtutis dei, & imago bonitatis eius. Quinq; igitur hæc de deo definiens, ex singulis quibusq; certa quædã inesse sapientiæ dei designat. Virtutem nanq; dei nominat, & gloriam & lucẽ æternã, & inoperationẽ, & bonitatem. Ait aũt sapientiam vaporem esse non gloriæ omnipotentis neq; æternæ lucis, neq; inoperationis patris, nec bonitatis E eius: Neq;. n. conueniens erat alicui horum asscribi vaporem: sed cum omni proprietate ait, virtutis dei vaporem esse sapientiã. Intelligenda est ergo virtus dei, qua viget, qua omnia visibilia & inuisibilia, vel instituit, vel continet, vel gubernat: quia ad omnia sufficiens est quorum prouidentiam gerit, quia velut vnita omnibus adest. Huius ergo totius virtutis tantæ & tam immensæ vapor, & vt ita dixerim, vigor ipse in propria subsistentia effectus, quanuis ex ipsa virtute velut voluntas ex mente procedat, tamen & ipsa voluntas dei nihilominus dei virtus efficitur. Efficitur ergo virtus altera in sua proprietate subsistens, vt ait sermo scripturæ. Vapor quidem primæ & ingenitæ uirtutis dei: hoc quidem quod est inde trahens, non est autem quando non fuerit. Si.n. quis dicere voluerit quasi prius non extiterit, sed postea ab subsistentiã venerit: dicat cãm quare, qui eam subsistere fecerit, pater autẽ hoc non fecerit. Quòd si aliquod initium semel dederit, quo initio uapor iste uirtute dei processerit, iterum interrogabimus, quare non & ante illud quod dixit initium. Et ita semper de anterioribus inquirentes, & uerbo interrogationis ascendentes, peruF niemus in illum intellectum: ut quoniam & poterat deus semper & uolebat, nunquam [illegible]l decuerit, uel causa aliqua existere potuerit, ut non hoc quod bonum uolebat semper habuerit: Ex quo ostẽditur semper fuisse uaporẽ istum uirtutis dei, nullum habẽtẽ initium nisi ipsum deũ. Nõ. n. dicebat aliud esse initium, nisi ipsum deum, unde est & nascitur. Scđm Apostolum uero dicentẽ, quia Chrs dei [illegible]tus est: iam nõ solũ uapor uir 1. Co. 1.

tutis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutis dei,sed virtus ex virtute dicenda est:ne autem videatur alicui anterior esse in deo omnipotentis appellatio, natiuitate sapientiæ per quam pater vocatur,quoniam dicta est aporrhœa omnipotentis gloriæ purissima esse sapientia, qui est filius dei. Audiat qui hæc ista vult suspicari, quòd manifeste
Ps. 103. pronunciat scriptura diuina,dicens. Quia
Ioan. 1. omnia in sapientia fecisti. Et Euangelium docet, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et intelliget ex hoc,quia non potest antiquior esse in deo appellatio omnipotentis quàm patris: Per filium etenim omnipotens est pater. Sed qñ gloriam dixit esse omnipotentis,cuius gloria
G aporrhœa dicitur,id est,sapientia,hoc intelligi datur,quòd etiam in omnipotentia gloriæ societatem habeat sapientia, per quam deus omnipotens dicitur. Per sapientiã quæ est Christus, tenet deus omnium potentatum, non solum dominantis authoritatem, uerumetiam subiectorum spontaneum famulatum. Vt autem vnam eandemq; omnipotentiam patris ac filij esse cognoscas,sicut
Apoc. 1. vnus atq; idem est cum patre deus & dñs, audi hoc modo Ioannem in Apocalypsi dicentem, hæc dicit dñs deus,qui est,qui erat, & qui venturus est omnipotens. Qui enim venturus est,quis est alius nisi Christus? Et sicut nemo debet offendi cum deus sit pater quòd etiam saluator deus est ita & cum omnipotens dicitur pater, nullus debet offendi q; etiam filius dei omnipotens dicitur. Hoc nanq; modo verum erit illud quod ipse di-
Ioã. 17. cit ad patrem, Quia omnia mea tua sunt,& tua mea,& glorificatus sum in eis. Si ergo omnia quæ patris sunt Christi sunt, inter omnia vero quæ est pater, est etiam omnipotens, sine dubio etiam vnigenitus dei filius esse debet omnipotens,vt omnia quæ habet
Phili. 2. pater,etiã filius habeat. Et glorificatus sum, inquit eis, In nomine Iesu omne genu flecti tur,ẽcœlestium,terrestrium,& infernorum,
H & omnis lingua confitebitur, quia dñs Iesus in gloria est dei patris. Igitur aporrhœa gloriæ dei,secundum hoc quòd omnipotens est,pura ac limpida ipsa sapientia dei est glorificata tanquam aporrhœa omnipotentiæ vel gloriæ. Vt autem manifestius intelligatur quæ sit gloria omnipotentiæ,etiam hæc addimus. Deus pater omnipotens est,eo q potentatum omnium teneat, id est, cœli & terræ,maris & omnium quæ in eis sunt. Horum autem potentatum gerit ꝑ verbum suum, quia in nomine Iesu omne genu flectitur,cœlestium,terrestrium,& infernorũ. Et si omne genu flectitur Iesu,sine dubio Iesus est omnipotens cui subiecta & per quem subiecta patri sunt omnia. Per sapientiam namq;,id est,verbo & oratione,nõ ui & necessitate subiecta sunt. Et ideo in eoipso q obtinet omnia,gloria sua est:& hæc est omnipotentiæ purissima ac limpidissima gloria,cum ratione ac sapientia,non vi ac necessitate cuncta subiecta sunt. Purissima vero Gloria
ac limpidissima gloriæ sapientia satis conue & splen-
nienter dictum est, ad distinctionem eius dor &
gloriæ quæ non pura nec syncera gloria di nitas.
citur. Omnis enim natura quæ cõuertibilis Cap. 14.
& commutabilis est,etiam si glorificetur in I
operibus iustitiæ vel sapientiæ per hoc ipsum quòd accidentem habet iustitiam vel sapientiam, & quod accidit etiam discedere potest,gloria eius syncera ac limpida dici nõ potest. Sapientia vero dei,qui est vnigenitus filius, quoniam in omnibus inconuertibilis est & incommutabilis, & substantiale in eo omne bonum est,quod vtiq; mutari ac conuerti nunquam potest, ideirco pura eius ac syncera gloria eius prædicatur. Sempiternũ Sempi-
vel aternum proprie dicitur quod neque ini ternum
tium vt esset habuit,nec cessare vnquam po quod di
test esse quod est. Hoc autem designatur a- catur.
pud Ioannem,cum dicit, Quia deus lux est.
Splendor autem lucis eius sapientia sua,non 1. Ioan. 1
solum secũdum id quòd sempiterna lux est, ita vt æternus & æternitatis splendor sit sapientia sua. Quod si integre intelligatur,manifeste declarat quia substantia filij ab ipso patre descendit,sed non temporaliter,neque ab vllo alio initio, nisi vt diximus ab ipso deo. Sed & speculum immaculatum paternę operationis, dei nominatur sapientia esse. Ergo inoperatio virtutis dei quæ sit prius intelligenda est, quæ est vigor quidam, vt ita dixerim,per quem inoperatur pater, vel cum creat,vel cum prouidet, vel cum iudicat, vel cum singula quæq; in tempore suo disponit atque dispensat. Sicut enim in speculo omnibus motibus atque omnibus actibus,quibus is qui speculum intuetur mouetur vel,agit ijsdẽ ipsis etiã ea imago quę per speculum deformatur, actibus vel motibus commouetur, vel agit,in nullo prorsus declinans,ita etiam sapientia de se vult intelligi, cum speculum immaculatum paternæ uirtutis,inoperationisq; dei nominatur, sicut & dominus Iesus Christus,qui sapientia dei

dei est,de semetipso ꝓnunciat,dicẽs. Quia opera q̃ facit pater,hæc ẽt & filius facit simi
Ioan. 5. liter. Et iterũ dicit,Qm̃ non põt filius à se-
Ibidem. metipso facere quicquam, nisi quod viderit patrem faciẽtem. Qm̃ ergo in nullo prorsus filius à patre virtute operum immutatur ac differt, nec aliud est opus filij q̃ patris, sed vnus atq; idem,vt ita dicam,etiam motus in omnibus est, ideirco eum speculum immaculatum nominauit: vt per hoc nulla dissimilitudo filij intelligatur à patre,cũ in Euãgelio filius similia facere nõ dicatur, sed eaFilius dem similiter facere. Supereſt,quid sit imaimago go bonitatis eius inquirere, in quo eadem, bonita- vt opinor, intelligi conuenit, quæ superius tis diui- de imagine ea quæ per speculum formatur næ.c.15. expressimus. Principalis nanque bonitas si-
L ne dubio pater est, ex qua filius natus, qui per omnia imago est patris, proculdubio ẽt bonitatis eius conuenienter imago dicitur: Non.n.alia aliqua secunda bonitas existit in filio, præter eam quæ est in patre. Vnde &
Mar. 10 rectè ipse saluator in Euangelio,dicit, Quia nemo bonus,nisi vnus deus. Quo.s.p hoc intelligatur filius non esse alterius bonitatis,sed illius solius quę in patre est,cuius recte imago appellatur, quia neq; aliunde est, nisi ex ipsa principali bonitate, nec altera bonitas q̃ ea quæ in patre est, videtur in filio, Neque aliqua dissimilitudo aut distantia in filio est bonitatis, propter quod non debet velut blasphemiæ aliquod genus putari in eo q dictum est, Quia nemo bonus, nisi vnus deus: vt propterea putetur, vel Christus vel spirituſsanctus negari q bonus sit:Sed vt superius diximus, principalis bonitas in deo patre sentiẽda est, ex quo vel filius natus, vel spirituſsanctus procedens, sine dubio bonitatis natura in se fert,quæ in eo fonte de quo vel natus est filius, vel procedens est spirituſsanctus. Iam vero si qua alia bona in scripturis dicũtur,vel angelus, vel homo, vel seruus, vel thesaurus, vel cor hominum,vel arbor bona: hæc omnia abusiue dicuntur,accidentem, non substantialẽ
M in se continentia bonitatem. Multum aũ
Spiritus est,& alterius vel operis vel temporis, con-
sancti di gregare omnes filij dei appellationes. Verbi
gnitas. causa, qũo vel lumen verum est vel hostia,
cap. 16. vel iustitia,vel sanctificatio, vel redemptio,
& alia innumera,quibus ex causis, vel virtutibus, vel affectibus vnumquodque horum nominetur, exponere. Sed contenti his de quibus superius disseruimus, consequenter ẽt reliqua perquiramus. Consequens est igitur nunc de spiritu sancto, q̃ possumus, breuiter requiramus. Et oẽs quidem,qui quoquomodo prouidentiam esse sentiunt,deum esse ingenitum qui vniuersa creauit atque disponit,confitentur, eumq; parentem vniuersitatis agnoscunt: hunc tũ esse filium nõ nos soli pronunciamus,quanuis satis hoc & mirum & incredulũ videatur his qui apud Græcos vel Barbaros philosophari videntur: tũ ipsorum ẽt à nonnullis habita videtur eius opinio, cum verbo dei vel ratione creata esse omnia confitentur. Nos vero secundum fidem doctrinæ eius quam diuinitus inspiratam pro certo habemus, eminentiorem diuinioremq; rationem de filio dei nullius alterius posſibilitatis esse credamus exponere, atq; in horum cognitionem proferre,nisi eius scripturæ solius q̃ à spiritusan A
cto inspirata est.i. Apostolicæ atque Euangelicæ, necnon legis & Prophetarum, sicut ipse Christus asseruit. De substantia vero spirituſsancti nec suspitionem vllam habere quis potuit, præter eos qui in lege & Prophetis versati sunt,vel eos qui se in Christo credere profitentur. Nam de deo quidem patre quanuis digne proloqui nemo valeat, tamen posſibile est intellectum aliquem capi ex occasione visibilium creaturarum, & ex his quæ humana mens naturaliter sentit. Insuper etiam de scripturis sanctis confirmari posſibile est. Sed & de filio dei quãuis nemo nouerit filium nisi pater,tamen ex diuinis scripturis etiam de ipso qualiter sentiri debeat mens humana firmatur nõ solum in nouo,sed etiam in veteri testamento, per ea quæ à sanctis gesta figuraliter ad Christũ referuntur,ex quibus aduerti vel diuina natura eius, vel humana quæ ab eo est assumpta,potest. De spiritu vero sancto, quia sit, multæ nos scripturæ docuerunt: sicut Dauid in quinquagesimo Psalmo dicit, Et spiritumsanctum tuum ne auferas à me. Et in Daniele dicitur, Spirituſsanctus qui in te est. In nouo vero testamento abundantibus B
testimonijs edocemur, cum spirituſsanctus Matt. 3.
per eum descendisse scribitur, & cum ipse dominus insuſsſlauit in Apostolos post resurrectionẽ,dicens, Accipite spiritũ sanctũ. Ioã. 20.
Et ad Mariam dicitur ab angelo,Spiritus ſan Luc. 1.
ctus superueniet in te. Paulus vero docet, quia nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Et in actibus Apostolorũ 1. Co. 12
ꝓ impositionẽ manuum Apostolicarũ spi- Acto. 8.

Augustinus quartus. Vu rituſ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rituſſanctus dabatur in baptiſmo. Ex quibus omnibus didicimus tantæ authoritatis eſſe & dignitatis ſpũſſancti ſubſtantiam, vt ſalutare bapt ſma non aliter niſi excellentiſſimæ omnium trinitatis authoritate.i. patris & filij & ſpirituſſancti cognominatione cõpleatur, & ingenito deo patri, & vnigenito
Mat.12. eius filio nomẽ quoq; ſpirituſſancti copulet tur. Quis ergo non ſtupeſcat quanta maieſtas ſit ſpũſſancti, cum eum qui dixerit verbum in filium hominis audeat ſperare poſſe veniã, cum vero qui in ſpmſanctum blaſphemauerit, veniam non habere, neq; in præſen
Spũs voti ſeculo, neq; in futuro. Veruntamẽ vſq;
cabulũ ad præſens, nullum ſermonem inuenire in
in ſcripturis. ſcripturis ſanctis potuimus, per quem ſpirituſſanctus factura eſſe vel creatura dicere-
Cap.17. tur, ne in eo quidem modo quo de ſapientia
G referre Salomonem ſupra docuimus, vel q̃
Gen. 1. de vita, vel verbo alijsque appellationibus filij dei intelligenda eſſe tractauimus. Spiritus igitur dei qui ſuper aquas ferebatur, ſicũt ſcriptum eſt in principio facturæ mundi, puto quòd nõ ſit alius q̃ ſpirituſſanctus, ſecundum quòd ego intelligere poſſum: ſicut & cum ipſa loca exponeremus, oſtendimus: non tñ ſecundũ hiſtoriam, ſed ſecundum intelligentiam ſpiritalem. Quidam ſanè ex præceſſoribus noſtris in nouo teſtamento obſeruauerunt, quòd ſicubi ſpiritus nominat ſine adiectione ea q̃ deſignet qua-
Gal.5. lis ſit ſpiritus, de ſpũſancto debere intelligi: vtputa, Fructus autem ſpiritus eſt, charitas, gaudium, pax &c. Item ibi, Cum cœperitis ſpiritu, carne conſummamini. Nos vero etiam in veteri teſtamento putamus diſtinctionem iſtã poſſe ſeruari: ſicut cum dicit,
Gal.3. Qui dat ſpiritum populo qui eſt ſuper terram, & ſpiritum his qui calcant eam. Sine dubio enim omnis qui calcat terram, id eſt terrena & temporalia, particeps eſt ſpirituſſan-
Mat.11. cti, à deo eum accipiens. Sicut enim de filio dicitur, quia nemo nouit eum niſi pater: & patrem, niſi filius, & cui voluerit filius reuelare: hæc eadem docet etiam Apoſtolus
D de ſpiritu ſancto, cum ait, Nobis autem reue-
1.Co.2. lauit deus per ſpiritum ſuum: Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam alta dei. Sed & rurſus in Euangelio de diuinis ac profundioribus doctrinis commemorans ſaluator, quæ nondum capere poterant diſcipuli ſui, ita
Ioã. 16. ait ad Apoſtolos, Adhuc multa habeo vobis dicere, ſed nõ poteſtis illa portare modo: cum aũt venerit conſolator ſpũſ[illegible]uctus qui à patre proceſſit, ille vos docebit omnia, & commonebit omnia quæ dixi vobis. Et De ſpũſ
ita ſciendum eſt, q̃ ſicut filius dei qui ſolus ſancti in
cognoſcit patrem, reuelat cui vult, ita & ſpi fluxibus
rituſſanctus q̃ ſolus ſcrutatur etiã alta dei, & varijs
reuelat deum quibus vult. Spũs enim, vbi operatio
vult ſpirat. Neq; n. putandum eſt, q̃ etiam nibus.
ſpũs filio reuelante cognoſcit: Si n. filio re- Cap.18
uelante cognoſcit patrem ſpirituſſanctus, er Ioan.3.
go ex ignorantia ad ſcientiam venit, quod vtiq; & impium pariter & ſtultũ eſt ſpmſanctum confiteri, & ignorantiam ei aſcribere. Non n. cum aliquid aliud eſſet antequam ſpirituſſanctus per profectum venit in hoc vt ſpirituſſanctus eſſet: aut quis audeat dicere, quia tunc quidẽ cum nondum eſſet ſpirituſſanctus, ignorabat patrem, poſtquam vero recepit ſcientiam, etiã ſpirituſſanctus eſſe E
ctus eſt? Quod ſi eſſet, nunquam vtique in vnitate trinitatis, ideſt dei patris inconuertibilis, & filij eius, etiam ſpũſſanctus haberetur, niſi quia & ipſe ſemper erat ſpirituſſanctus. Hoc ſanè quod dicimus, vel ſemper, vel erat, vel ſi quod aliud tale temporalis ſignificationis nomen aſciſcimus, ſimpliciter & cum venia accipiendum eſt, q̃m nominum quidem horum ſignificationes temporales ſunt. Ecce autẽ de quibus loquimur, tractatu quidem ſermonis temporaliter nominatur, natura autem ſui omnẽ intelligentiam ſenſus temporalis excedunt. Deus pater præſtat omnibus vt ſint, participatio vero Chriſti ſecundum id quod verbum vel ratio eſt, facit ea eſſe rationabilia. Ex quo conſequens eſt, ea vel laude digna eſſe, vel culpa, quia & virtutis & malitiæ ſunt capacia. Propter hoc conſequenter adeſt etiam gratia ſpũſſancti, vt ea quæ ſubſtantialiter ſancta non ſunt, participatione ipſius ſancta efficiantur. Cum vero primo vt ſint, habeãt ex deo patre: ſecundo vt rationabilia ſint, habeant ex verbo: tertio, vt ſancta ſint, habeãt ex ſpirituſſancto: rurſum Chriſti ſecundũ hoc quòd iuſtitia dei eſt, capacia efficiuntur
[illegible] quæ ſanctificata ante iam fuerint per ſpi- F
itumſanctum. Et qui in hunc gradum profecere per ſanctificationem ſpũſſancti, conſequuntur nihilominus donum ſapiẽtiæ ſecundum virtutem inoperationis ſpũs dei. Et hoc puto volum dicere, cum ait, Quibuſdam dari ſermonẽ ſapientiæ, alijs ſermonem ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum. 1.Cor.12
Et deſignans vnãquanq; diſcretionũ donorum, refert omnia ad vniuerſitatis fontem
&

& dicit, Diuiſiones. n. operationum ſunt, ſed vnus eſt deus qui operatur omnia in omnibus: Vnde & inoperatione patris, q̃ eſſe præſtat omnibus, clarior ac magnificentior inuenitur: cum vnuſquiſq; per participationẽ Chriſti ſecundum id q̃ ſapientia eſt, & ſecũdum id quod ſcientia eſt, & ſanctificatio ẽ, proficit, & in altiores profectuum gradus venit: & per hoc q̃ participatione ſpũſſancti ſanctificatus eſt quis purior ac ſyncerior effectus dignius recipit ſapientiã ac ſcientiæ gratiã: vt depulſis omnibus expurgatisque pollutionis atq; ignorantiæ maculis, tantũ profectum ſynceritatis ac puritatis accipiat, vt hoc quod accepit à deo vt eſſet, tale ſit quale deo dignum eſt, eo qui vt eſſet vtiq; pure præſtitit ac tam perfecte, vt tã dignũ ſit id quod eſt quàm eſt ille qui id eſſe fecit.
G Ita nanq; & virtutem ſemper eſſe, atque in æternum manere: percipiet à deo id is qui talis eſt, qualem eum voluit eſſe ille qui fecit. Quod vt accidat, & vt indefinenter atq; inſeparabiliter aſsiſtant ei qui eſt, ea quæ ab ipſo facta ſunt ſapientiæ, id opus eſt aſtruere atque erudire ea, & ad perfectionem adducere ſpũſſancti confirmatione, atq; indefinẽti ſanctificatione, per quam ſolum capere poſſunt. Ita ergo indefinenti erga nos opera patris & filij & ſpirituſſancti confirmatione atque indefinenti ſanctificatione, per quã ſolum vix, ſi forte aliqũ, intueri poſſumus ſanctã & beatam vitã. In quam cum poſt multos agones peruenire potuerimus, ita perdurare debemus, vt nulla vnquã nos boni illius ſatietas capiat, ſed quanto magis de illa beatitudine percipiemus, tanto magis in nobis vel dilatetur deſiderium eius, vel augeatur: dũ ſemper ardentius ac capacius patrem & filium & ſpiritum ſanctum, vel capiamus, vel teneamus. Si autem ſatietas aliquando ceperit aliquem ex his, qui in ſummo perfectoq; conſtiterint gradu, non arbitror, quòd ad ſubitum quis euacuetur ac decidat, ſed paulatim & per partes defluere eũ
H neceſſe eſt: ita vt fieri poſſit interdum, vt ſ
breuis lapſus aliquis acciderit, & cito reſip
ſcat, atq; in ſe reuertatur, non penitus ruere, ſed reuocare pedem, & redire ad ſtatum ſuum, ac rurſum ſtatuere poſſet id quod per
Phil.2. negligentiam fuerat elapſum. Nam vnigenitus filius dei qui erat verbum & ſapientia patris, cum eſſet in ea gloria apud patrem, quam habuit antequã mundus eſſet, exinaniuit ſemetipſum, & formã quę ſerui eſt, accipiens: efficitur obediens vſq; ad mortem: vt obedientiam doceret eos qui non aliter, niſi per obedientiam, ſalutem conſequi poterant, in ſemetipſo prius complẽs, quod ab alijs volebat impleri. Idcirco non ſolum vſque ad mortem crucis patri obediens factus eſt, verumetiam in conſummatione ſeculi, in ſemetipſo complectens oẽs quos ſubijcit patri, & qui per eum veniunt ad ſalutem, cum & ipſi & in ipſis ipſe quoq; ſubiectus dicitur deo patri: dum omnia in ipſo conſtant, & ipſe eſt caput omniũ, & ipſe eſt ſalutẽ cõſequẽtium plenitudo. Hoc ergo eſt q̃d
de eo dicit Apoſtolus, Cũ aũt ei omnia ſub- 1.Co.15
iecta fuerint, tũc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui ſibi ſubdidit omnia, vt ſit deus omnia in omnibus. Verũ neſcio quo pacto hæretici non intelligentes Apoſtoli ſenſum q̃ in I
his verbis continẽ, ſubiectionis in filio nomen infamant: cuius appellationis ꝓprietas ſi requiratur, ex cõtrarijs facile poterit inueniri. Nã ſi ſubiectũ eſſe, non eſt bonum, reſtat vt illud quod contrarium eſt, bonum ſit, ideſt non eſſe ſubiectum. Sermo nanque Apoſtoli ſecundum q̃ iſti volunt, hoc videt
oſtendere, dũ dicit, Cum aũt ſubiecta fue- Ibidem
rint ei omnia, tũc & ipſe filius ſubiectus erit ei qui ſibi ſubdidit omnia: vt quaſi is qui
nunc patri ſubiectus non ſit, ſubiectus futurus ſit, tunc cum ei pater prius vniuerſa ſubiecerit. Sed miror quo hoc intelligi poſſit,
vt qui nõdum ſubiectis ſibi omnibus, non
eſt ipſe ſubiectus, tunc cum ſubiecta ſibi fuerint omnia, cum rex omniũ fuerit, & poteſtatem tenuerit vniuerſorũ, tunc eum ſubijciendum putent, cum ſubiectus ante nõ fuerit. non intelligentes: quòd ſubiectio Chriſti ad patrem beatitudinem noſtrę perfectionis oſtendit, & ſubiecti ab eo operis palmam
declarat: cum non ſolum regendi atq; regnãdi ſummam, quam in uniuerſa emendauerat creatũra, verumetiam obedientiæ & ſubiectionis correcta reparataq; humani generis patri offerat inſtituta. Si ergo bona & ſalutaris accipitur iſta ſubiectio, qua ſubiectus
eſſe dicitur filius patri: ualde conſequens &
cohærens eſt, ut & inimicorum, quæ dicitur
filio dei eſſe ſubiectio, ſalutaris quædam in- K
telligatur eſſe & utilis: ut ſicut cum dicitur
filius patri ſubiectus, perfecta uniuerſæ creaturæ reſtauratio declaratur: ita cum filio
dei inimici dicuntur eſſe ſubiecti, ſubiectorum ſalus in eo intelligatur, & reparatio ꝓditorũ. Verũ cęteris q̃buſq; & modis & diſciplinis

sciplinis & temporibus subiectio ista cõplebitur.i.non necessitate aliqua ad subiectionem cogente: nec per vim subditus fiet omnis mundus deo, sed verbo, ratione, doctrina, prouocatione meliorum, institutis optimis, comminationibus quoq; dignis & competentibus, quæ iuste imminеant his q̃ salutis & vtilitatis suæ curam sanitatemq́; contemnunt. Deniq; ẽt nos homines, vel cũ seruos vel filios erudimus, dum adhuc p̃ ætatẽ rationis incapaces sunt, minis eos & metu coercemus. Cũ vero boni & vtilis & honesti intelligentiã cœperint, tunc iam cessãte verberũ metu, verbo atq; rõne suasi, ad omnia q̃ bona sunt, acquiescunt. Q̃o aũt seruata omnibus rationabilibus creaturis arbitrij libertate, vnusquisq; debeat dispensari

L .i. quos velut iam paratos & capaces sermo dei & inueniat & instruat: quos aũt interim differat: à quibus vero penitus occultetur, & longe eorũ à se fieri dispensẽt auditum: quousq; rursum contemnentes indicatũ sibi & p̃dicatũ verbũ dei correptionibus quibusdam & castigationibus illatis perurgeat ad salutẽ, conuersionemq́; eorũ quodammodo exigat & extorqueat: quibus vero ẽt occasiones quasdã præstet salutis, ita vt interdũ ẽt ex responsione sola fide prolata indubitatam quis cœperit salutem: quibus ex causis, vel quibus occasionibus fiãt, quid vel introspiciens diuina sapiẽtia, vel quos motus propositi eorum videns hæc vniuersa dispenset, soli deo cognitum est & vnigenito eius, per quem creata ac reparata sunt vniuersa: & spirituisancto, per quem cuncta sanctificantur, qui ab ipso patre & filio procedit, cui est gloria in æterna secula. Amen.

LIBER SECVNDVS
in quo tractat eadem.

MBique & in omnibus dicimus esse deum, pro eo q̃ nihil potest esse vacuum deo, non tamen ita esse dicimus, vt omnia sit nũc in quibus est. Vnde diligentius intuẽdum est, quale est hoc quod perfectionem beatitudinis rerumq́; finem significat, quod non solum in omnibus deus esse dicitur, sed etiam omnia esse dicitur deus. Quæ sunt ergo illa omnia quæ deus futurus sit in omnibus, inquiramus. Et ego quidẽ arbitror, quia hoc quod in omnibus omnia deus esse dicitur, significet ẽt in singulis eum omnia esse. Per singulos autem omnia erit hoc modo, vt quicquid rõnabilis mens expurgata omnium vitiorum fece, atq; omni penitus extersa nube malitiæ, vel sentire, vel intelligere, vel cogitare põt, omnia deus sit: nec vltra iam aliud aliquid nisi deũ sentiat, deum cogitet, deum videat, deũ teneat: omnis motus deus sit, & ita erit ei omnia deus. Non.n.iam vltra mali boniq́; discretio, quia nusquam malum. Omnia.n.ei deus est, cui iam non adiacet malum. Nec vltra ex arbore sciendi bonum & malum edere concupiscet, qui semper in bono est, & cui omnia deus est. Sic ergo finis ad principiũ reparatus, & rerum exitus collatus initijs, restituet illum statum quem tunc habuit natura rationalis, cum de ligno sciendi bonum & malum edere non egebat. Et amoto omni malitiæ sensu, & ad syncerum purumq́ue detorso, solus deus qui est vnus bonus, hic ei fiet omnia, & non in paucis aliquibus vel in pluribus, sed vt in omnibus ipse sit omnia. Et cũ iã nusquã mors, nusquã aculeus mortis, nusquã omnino malum, tunc vere deus omnia in omnibus erit. Tempus est iam decursis his prout potuimus q̃ supra dicta sunt, nunc cõmemorationis gra eorum quæ sparsim diximus recapitulare singula: Et primo omnium de p̃re & filio & spũsancto repetere. Deus p̃ cum & indiuisibilis sit, & inseparabilis à filio, non prolatione ab eo, vt quidam putant, generatus est filius. Si enim prolatio est filius patris, prolatio vero dr̃ q̃ talem signat generationem, qualis animaliũ & hominum solet esse progenies, necessario corpus est, & is qui protulit, & is qui prolatus est. Non enim dicimus, sicut hæretici putant, partem aliquam substantiæ dei in filium versam, aut ex nullis subsistentibus filium creatum à patre.i.extra substantiã suã ut fuerit aliquando, quando non fuerit: sed abscisso omni sensu corporeo, ex inuisibili & incorporeo deo, verbum & sapientiam genitam dicimus, absq; vlla corporali passione, velut si voluntas procedat è mente. Nec absurdum videbitur cum dicatur filius charitatis, si ẽt hoc modo voluntatis putetur. Sed & Ioannes indicat, quia deus lux est: & Paulus designat, quia filius splẽdor lucis æternæ sit. Sicut ergo nunquã lux sine splendore esse potuit, ita nec filius quidẽ sine patre intelligi põt, qui & figura expressa substantiæ eius, & uerbum, & sapientia dicitur.

Q̃o

A

B

Quo fi-lius p̃ subijcã-dus. Cap. 19

1. Ioã. 1. Heb. 1.

Quomodo ergo potest dici, quia fuit aliq̃n q̃n non erat vel fuerat filius? Nihil enim aliud est dicere, nisi quia fuit aliq̃n q̃n veritas non erat, q̃n sapientia non erat, q̃n vita non erat, cũ in his omnibus perfecte dei patris substantia sentiatur: Non.n.ab eo dirimi hæc, vel ab eius possunt vnquam substantia separari. Quæ quidem quanuis intellectu multa esse dicantur, re tñ & substantia vnum sunt, in quibus est plenitudo diuinitatis. Hoc autem ipsum quod dicimus, quia nunquam fuit q̃n non fuit, cum venia accipiendum est, ne & hæc ipsa nomina temporalis vocabuli significantiam gerant, vt est quando, vel nunquam: supra omne autem tempus, & supra omnia secula, & supra omnem æternitatem intelligenda sunt ea quæ de patre & filio & spiritusancto dicuntur. Hæc.n.sola trinitas est, q̃ omnẽ sensum intelligentiæ, non solum temporalis, verũetiã æternalis excedit. Cætera vero quæ sunt extra trinitatem, in seculis & in tẽporibus

Ioan. 1. metienda sunt. Hunc igitur filium dei secũdum hoc q̃ verbũ est deus, qui erat in principio apud deum, nemo consequenter putat in loco aliquo contineri, neq; secundum q̃ sapientia est, neq; secundum q̃ vita est, neque secũdum q̃ iustitia vel sanctificatio vel redemptio est: hæc.n.omnia non indigent loco vt agere quid vel operari possint, sed pro his qui virtutis eius inoperationisque participant hæc singula intelligenda sunt. Si vero quis dicat, q̃ eos qui participes sunt verbi dei, vel sapientię eius, vel veritatis, vel vitæ, ẽt ipsum verbum & sapientiam videri in omni loco esse. Respondendum est ei, q̃a dubium non est, q̃ Christus secundũ q̃ verbum & sapientia est, vel cætera omnia, erat

2. Co. 13 Gal. 2. in Paulo. Propter quod dicebat, An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Et iterum, Viuo aũt, iam nõ ego, viuit vero in me Christus. Tunc ergo cum esset in Paulo, quis dubitabit q̃ similiter erat in Petro, & in Ioanne, & in singulis quibusq́; sanctorum, & non solum in his qui in terris sunt, verumetiã & in his qui in cœ-

D sunt? Absurdum nanque est dicere, quia in Petro quidem & in Paulo erat Christus, in Michaele vero archãgelo & in Gabriele nõ erat. Ex quo manifeste deprehenditur, quia diuinitas filij dei non in loco aliquo cõcludebatur: alioquin in ipso tantum fuisset, & in altero non fuisset: Sed secundum incorporeæ naturæ maiestatẽ, cum in nullo loco includatur, in nullo rursum deesse intelligitur. Verum illa sola intelligenda est differentia, q̃ ẽt si sit in diuersis, sicut diximus in Petro vel Paulo, vel Michaele, vel Gabriele, non tamẽ in vniuersis similiter est. Plenius .n. & clarius, vt ita dixerim, apertius in archangelis est, q̃ in alijs sanctis viris. Quod Mat. 22. ex eo manifestum est, quia cum ad summã perfectionem venerint sancti quique, dicũtur angelis similes effici vel æquales, secundum Euangelicam sententiam, Vnde cõstat, in singulis quibusq́; tm effici Christũ, quãtum ratio indulserit meritorum. His igitur nobis de trinitatis fide breuiter repetitis, cõsequens est ẽt illud pariter admonere, q̃ per filium creata dicuntur omnia quæ in cœlis sunt, & quæ in terra visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue potestates, siue principatus, omnia in ipso & per ipsum creata sunt: & ipse est ante omnes, & E omnia illi constant qui est caput. Quibus consona ẽt Ioannes in Euãgelio dicit, Quia Ioan. 1. omnia p̃ ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Dauid vero totius trinitatis mysterium in vniuersorum conditione significãs, ait, Verbo domini cœli firmati sunt, & spiri- Psal. 32. tu oris eius omnis virtus eorum. Post hæc vero competenter admonebimus de aduentu corporali & incarnatione vnigeniti filij dei. In quo non ita sentiendum est q̃ omnis claritatis eius maiestas, intra breuissimi corporis claustra concluſa sit, ita vt omne verbum dei & sapientia eius, ac substantialis veritas & vita, uel à patre diuulsa sit, vel intra corporis illius breuitatem coercita & circũscripta, nec vsquam præterea putetur operata. Sed inter vtrunque tãta pietatis debet esse confessio, vt neq; aliquid deitatis in Christo defuisse credatur, & nulla penitus à paterna substãtia, q̃ vbiq; est, facta putetur diuisio. Tale nanq; aliquid ẽt Baptista Ioãnes indicat, cum corporaliter absente Iesu, dicebat ad turbas, Medius vestrum stat, quẽ vos Ioan. 1. nescitis, qui post me venit, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum. Quod vtiq; dici non poterat de eo qui absens erat, quantũ ad præsentiam corporalem pertinet, quia medius staret eorũ inter quos F corporaliter non aderat. Vnde ostenditur, Ioan. 1. quia & in corpore totus, & vbiq; totus aderat filius dei. Ne quis tamen nos existimet q̃ hoc illud affirmare, q̃ pars aliqua deitatis filij dei fuerit in Christo, reliqua pars alibi vel vbiq; qđ illi sentire possunt, q̃ naturam

Universidad de Deusto Biblioteca

substantiæ incorporeæ atq; inuisibilis ignorant: Impossibile nanq; est de incorporeo, diuisionem aliquã fieri, Sed in omnibus & per omnia, & super omnia est, eo modo quo superius diximus. i. quo sapientia, vel verbũ, vel vita, vel veritas intelligãt, per quẽ intellectũ omnis sine dubio conclusio localis excludit. Volens igitur filius dei deus pro salute humani generis apparere hominibus, & inter homines cõuersari, suscepit non solũ corpus humanũ, vt quidã putant, sed & animã quidẽ nostrarum animarum similẽ per naturã: proposito vero & virtute similẽ sibi, & talẽ qualem oẽs voluntates & dispensationes verbi & sapiẽtię indeclinabiliter posset implere. Quòd aũt habuerit animã, manifestissime in Euangelio designat ipse saluator, dicens. Nemo tollet à me animã meã, Ioã. 10. Mat. 26. sed ego pono eam. Et iterum, Potestatem G habeo ponendi animã meam, & potestatem habeo iterũ sumendi eam. Et rursum, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. Et iterum, Nunc anima mea turbata est. Neq; n. tristis & turbata anima, verbũ dei intelligẽdum est, quod ex authoritate diuinitatis, dicit, Potestatem habeo ponendi animã meã. Ioã. 12. Ioã. 10. Nec tamen ita dicimus fuisse filiũ dei in illa anima, sicut fuit in anima Pauli vel Petri cæterorumq; sanctorũ, in quibus Christus similiter vt in Paulo loqui creditur. Sed de Iob. 25. illis omnibus illud sentiendũ est quod scriptura dicit, Quia nemo mũdus est à sorde, nec si vnius diei fuerit vita eius. Hæc vero Esa. 4. anima q̃ in Christo fuit priusquã sciret malũ, elegit bonum, & qa dilexit iustitiam, & Psal. 44 odio habuit iniquitatem, ꝓpterea vnxit eã deus oleo lætitiæ p̃ participibus suis. Oleo ergo lætitiæ vngitur, cum verbo dei immaculata fœderatione cõiuncta est: & per hoc sola omnium animarũ peccati incapax fuit, qa filij dei bene & plane capax fuit. Ideoq; & vnum cum ipso est, atque eius vocabulis nuncupatur, & Iesus Chr̃s appellatur, per quẽ omnia facta esse dicunt. De qua anima, qñ totam in se sapientiã dei & veritatem vitamq; receperat, etiam illud arbitror dixisse Apostolum, quod ait, Qñ vita vestra abscondita est, cum Christo in deo: Cum aũt Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quid enim H Col. 3. aliud hic intelligendum est Christus, qui in deo absconditus dicitur, & postea apparituros, nisi ille qui oleo lætitiæ vnctus, refertus. i. substantialiter deo repletus est, in quo nunc absconditus dicitur? Proptérea. n. & omnibus credentibus ad exẽplum Christus exponitur. Quia sicut ille semper, & antequã sciret omnino malũ elegit bonum & dilexit iustitiã, & odio habuit iniquitatem, & ꝓpterea vnxit eum deus oleo lætitiæ, ita vnusquisq; vel post lapsum vel per errorem expurget se à maculis, exemplo proposito: & habens itineris ducem, arduã viam virtutis incedat: vt si forte per hoc, inquantũ fieri põt, per imitationem eius, particeps efficiatur diuinæ naturæ. Sicut scriptum est, Quia Ioan. 2. qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Hoc ergo verbũ & hæc sapientia, p̃ cuius imitationẽ, vel sapientes, vel rõnabiles dicimur, omnibus sit omnia, vt oẽs lucrifaciat. Et fit infirmis infirmus, vt infirmos lucrifaciat: Et qa 1. Co. 9 infirmus efficitur, propter hoc dicit de eo, 2. Co. 1. Etiã si crucifixus est ex infirmitate, sed vi- I uit ex virtute dei. De quo Corinthijs qui 1. Co. 2. infirmi erant, Paulus nihil se scire indicat inter ipsos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Quidam aũt volunt de ipsa anima dictum videri, cũ primum de Maria corpus assumpsit, etiã illud quod Apostolus dicit, Qui cũ in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetip Phil. 2. sum exinaniuit formam serui accipiens: quo eã sine dubio in formã dei melioribus exemplis & institutionibus repararet, atq; in eam plenitudinẽ vnde se exinaniuerat, reuocaret. Sicut. n. participatione filij dei quis in filiũ adoptatur, & participatione sapientiæ in deo sapiens efficitur: ita participatio spiritus sancti, sanctus & spiritalis efficitur. Vnum. n. atque idem est spiritus sancti participium sumere, quod est patris & filij, quippe cum vna incorporea sit natura trinitatis. Igitur vnigenitus filius dei, per quem omnia facta esse visibilia & inuisibilia, in superioribus sermo disputationis edocuit, secũdũ scripturæ sententiã, & fecit omnia, & quæ fecit diligit. Nã cum inuisibilis dei ipse sit imago inuisibilis, participationẽ sui vniuersis rationalibus creaturis inuisibiliter præbuit, ita K tantum ex eo vnusquisque participij sumeret, quanto erga eum dilectionis inhæsisset affectu. Verum cum pro liberi arbitrij facultate varietas vnumquemq; ac diuersitas habuisset electorem, vt alius ardentiore, alius tenuiore & exiliore erga suum authorem amore teneretur: Illa anima, de qua dixit Iesus, Quia nemo aufert à me animam Ioã. 10 meam:

meam: inseparabiliter atq; indissociabiliter inhærens, vtpote verbo & sapientiæ dei & veritati ac luci veræ, & tota totũ recipiens, atq; in eius lucem splendoremq; ipsa cedẽs, facta est cum ipso principaliter vnus spiritus. Sicut & Apostolus his qui eã imitari 1. Co. 6. deberent, promittit, Quia p̃ se iunxit deo, vnus spũs est. Hac ergo substantia ánimæ inter deum carnemq; mediante, non. n. possibile erat dei naturã corpori sine mediatore misceri, nascitur vt diximus, deus homo, illa substantia media existente, cui vtiq; contra naturã non erat corpus assumere. Sed neque rursum anima illa vtpote substantia rationalis, contra naturã habuit capere, in quẽ vt superius diximus, velut verbũ & sapientiam & veritatem tota iã cesserat: vnde & merito pro eo qꝺ vel tota esset in filio dei, vel totũ in se caperet filium dei, etiã ipsa, cũ ea quam assumpserat carne, dei filius, L & dei virtus Christus, & dei sapientia appellatur. Et rursum dei filius, per quẽ omnia creata sunt, Iesus Christus & filius hominis nominatur: nam & filius dei mortuus est dicitur, pro ea. s. natura, quæ mortem vtique recipere poterat. Et filius hominis appellãt, qui venturus in gloria dei patris cũ sanctis angelis prædicatur. Et hac de causa secundum oẽm scripturam, tã diuina natura humanis vocabulis appellatur, q̃ humana anima nuncupationis diuinæ insignibus decoratur. Magis. n. de hoc, q̃ de vllo alio dici potest, quod scriptũ est: quia erunt ambo in carne vna: & iam non sunt duo, sed vna caro. Magis. n. verbum dei cũ anima in carne Gen. 2. vna esse, q̃ vir cum vxore putandus est. Sed & vnus spiritus esse cum deo, cui magis cõuenit, quàm huic animæ, quæ se ita deo per dilectionem iunxit, vt cum ipso deo vnus spiritus merito dicatur, Propheta dicente, Psal. 44. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis? Dilectionis ergo merito vngitur oleo lætitiæ, id est, anima cum verbo dei Christus efficitur. Vngi nãque oleo lætitiæ, nõ aliud intelligatur quàm spiritu sancto repleri. Quòd autem præ participibus dixit, indicat, quia nõ gratia spiri- M tus, sicut Prophetis data est, sed ipsius verbi dei in ea substantialis inexistit plenitudo. sicut & Apostolus dixit, in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Col. 3. Denique propter hoc, non solum dixit, Dilexisti iustitiam: sed addidit, & odisti iniquitatem. Odisse enim iniquitatem, illud est quod scriptura dicit de eo, Qui peccatum 1. Pet. 2 non fecit, nec inuẽtus est dolus in ore eius. Heb. 4. Et quod ait. Tentatus est per omnia pro Ioan. 8 similitudine absq; peccato. Et iterum ipse di Ioã. 14. cit de se, Ecce venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. quæ omnia nullum in eo peccati sensum indicant extitisse. Quod vt Propheta euidentius designaret, quia nunquã in eum iniquitatis sensus intrarẽt, ait, Priusquam sciret puer vocare Esa. 8. patrem aut matrem: auertit se ab iniquitate. Quòd si alicui difficile id videbitur, pro eo qꝺ rationabilem animam esse in Christo supra ostendimus, (quam utiq; naturam animarum boni maliq; capacem per oẽs disputationes nostras frequenter ostẽdimus) arbitror sanè Hieremiam Prophetã intelligentem q̃ sit in eo natura dei sapientiæ, quæ etiã hæc quam pro salute mundi susceperat, dixisse, Spiritus vultus nostri Christus dñs, cui A diximus, qꝺ in vmbra eius viuemus in gentibus. Pro eo enim qꝺ sicut vmbra corporis nostri inseparabilis est à corpore, & indeclinabiliter motus ac gestus corporis suscipit & gerit, puto cum animæ Christi opus, ac motum qui inseparabiliter inhærebat, & pro nutu eius ac voluntate cuncta perpetrabat, ostendere volentem vmbrã Christi domini hanc vocasse, in qua vmbra nos viuere mus in gentibus. In huius nanq; assumptionis sacramẽto gentes viuunt q̃ imitantes eã per fidem veniunt ad salutem. Sed & Dauid Psal. 88. dicit, Memor esto opprobrij mei domine quod exprobauerunt me in commutationẽ Christi tui: similia mihi videtur ostendere. Et Paulus quid aliud sentit, cũ dicit, Vita Col. 3. nostra abscondita est cum Christo in deo? Et quid enim in alio loco dicit, An experi- 1. Co. 13 mentum quæritis eius qui in me loquitur Christus? Et nunc Christum in deo dicit absconditum: Cuius rei intellectus est difficilis, nisi talis aliquis indicetur qualem per vmbram Christi à Propheta significatum esse supra diximus. Fortasse enim hoc sensum humanæ mentis excessit. Quinimo quod verius est, massam sicut in fornacibus sæpe fieri oculis depre- B hendimus, totam ignem effectam dicimus: quia nec aliud in ea nisi ignis cernitur, Sed & siquis contingere atque contrectare attentauerit, non ferri, sed ignis vim sentiet. Hoc ergo modo etiam illa anima quæ quasi ferrum in igne, sic semper in

verbo,semper in sapiẽtia,semper in deo posita est: omne quod agit, quod sentit, quod intelligit deus est. Et ideo nec vertibilis, nec mutabilis dici potest,q̃ inconuertibilitatem ex uerbi dei vnitate indesinenter ignita possidebit. Ad omnes denique sanctos calor aliquis verbi dei putandus est peruenisse. In hac autem anima ignis ipse diuinitus subsiãtialiter requieuisse credendus est,ex quo ad cæteros calor aliquis uenerit. Deniq; quod
Psal.44. dixit, Quia vnxit te deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis: ostendit q̃ ista anima aliter oleo lætitiæ,i.verbo dei & sapientia ungitur, & aliter participes eius.i.sancti
Cant.1. Prophetæ & Apostoli. Illi.n.in odore unguentorum eius cucurrisse dicuntur,ista vero anima vasculum vnguenti ipsius fuit, ex cuius fragrãtia participes digni quiq; Prophetæ & Apostoli fiebant. Sicut ergo alius est unguenti odor, & alia est unguenti sub-
C stantia,ita aliud est Christus, & aliud participes sui. Et sicut vas ipsum quod substantiã continet unguenti, nullum genus potest aliud recipere liquoris: ita anima Christi velut uas in quo inerat substantia unguenti, impossibile fuit, ut contrarium reciperet odorem. Participes uero eius q̃ proximi fuerint uasculo, tam odoris erunt participes & capaces. Et qui ex ordine eius participant, si se paulò longius à fragrantia eius amouerint,impossibile est ut non incidant in odorem contrarium. Hoc modo huius rei explanabitur difficultas, naturam quidem animæ illius hanc fuisse,quæ est omnium animarũ, non potest dubitari: alioquin nec dici anima potuit, si uere non fuit anima: uerum quoniam boni maliq; eligendi facultas omnibus præsto est,hæc anima quæ Christi ẽ, ita elegit diligere iustitiam, vt pro immensitate dilectionis ei incõuertibiliter atq; inse parabiliter inhæreret: ita ut propositi firmitas & affectus immẽsitas,& dilectiobis inextinguibilis calor omnem sensum conuersionis abscinderet: ut quod in arbitrio erat positum, longi usus affectu iam uersum sit in naturam. Ita & fuisse quidem in Christo humana & rationabilis anima credenda est
D & nullum sensum uel possibilitatem eã putandum est habuisse peccati. Ad pleniorem tamen rei explanationem nõ uidetur absurdum, si etiam similitudine aliqua utamur. Licet in re tam ardua tamq; difficili, ne exẽplis quidem uti commodis copia est, tamen ut absque aliquo præiudicio dicamus: Ferri metallum capax est, & frigoris & caloris. Si ergo massa aliqua ferri semper in igne sit posita, omnibus suis poris, omnibusq; uenis ignem recipiens, & tota ignis effecta, si neque ab ea ignis cesset aliquando,neq; ipsa ab igne separetur, nunquam dicemus hanc quæ natura quidem ferri massa est, in igne positam, & indesinenter ardentem posse aliquando frigus recipere. Sed & quamplurima alia in scripturis diuinis de umbræ significantia uidemus inferta: ut illud in Euangelio secundum Lucam, cum dicit Gabriel Luc.1.
ad Mariam,Spiritus domini ueniet super te, Hebr.8.
& uirtus altissimi obumbrabit tibi. Et Apostolus de lege dicit, quia similitudini & umbræ deseruiunt cœlestium, hi qui carnalem habent circumcisionem. Et alibi dicitur, Nonne uita nostra umbra est super terrã? Si ergo & lex quæ super terram est, umbra est: & uita omnis nostra quæ est super terram umbra est: & in umbra Christi uiue- 1.Co.13
mus inter gentes: uidendum est, ne omniũ E
harum ueritas umbrarum in illa reuelatione noscatur,cum iam non per speculum, & in ænigmate, sed facie ad faciem, sancti quique, & gloriam dei, & rerum causas ac ueritatem speculari merebuntur: cuius ueritatis accepto iam pignore per spiritum sanctũ, dicebat Apostolus, Et si cognouimus Christum secundum carnem aliquando, sed nũc iam non nouimus: Hæc interim nobis ad præsens de rebus tam difficilibus disputantibus,id est de deitate & incarnatione Christi, occurrere potuerunt. Si quis sanè melius aliquid potuerit inuenire, & euidẽtioribus de scripturis sanctis assertionib. q̃ dicit comprobare, illa potius q̃ hæc recipiantur.

FINIS.

DE TRINITATE ET VNItate Dei, Liber unus.

F
PErsonam geniti filij principium Geneseos euidenter ostendit: ait enim, In principio fecit deus cœlum & terrã. Quem alium principium intelligendum putamus, nisi filium? Ipse enim de se interrogantibus Iudæis quis esset,respondit. Principium qui & loquor uobis. Ergo principium filius. Per filium fecit deus cœlum & terram, sicut Ioannes Euãgelista narrat, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso Ioan.1. factum

Ingenitus,genitus,& procedens.c.1 Gen.1.

Ioan.8.

factum est nihil. Filius dei natura est filius, non adoptione, sicut scriptum est, Ante Luciferum genui te. Deus pater vterum non habet sicut nos, aut corporeus esse credendus est: sed per vterum substantiam intelligi voluit, de qua natus est filius. Quod est pater, hoc genuit: deus deum, lux lucem: sicut homo hominem gignit, & canis ca-
G nem. Nunquam visum est vt homo gigneret canem. Ac per hoc pater non de nihilo, neque de aliqua alia substantia, sed de seipso genuit filium. Spiritumsanctum neq; ingenitum neq; genitum fides recta declarat: quia si dixerimus ingenitum, duos patres affirmare videbimur: si autem genitũ, duos filios credere culpamur. Sed quod certa fides tenet, nec ingenitus est, nec genitus, sed ab vtroq; procedens,ideſt à patre & à filio. Et vt hoc testimonijs approbemus,ipsum dominum nostrum Iesum Christum ad discipulos audi dicentem, Cum venerit,
Ioã.15. inquit, paracletus, quem ego mittam vobis à patre spiritum veritatis,qui à patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Et rursum ipse dñs Iesus Christus post resurrectionem suã, vt ostenderet à se procedere spiritumsanctum, sicut & à patre,insufflans
Ioã.20. in discipulos suos,ait, Accipite spiritumsanctum. Vnus est ergo spiritus patris & filij, vnus amborum spiritus. Igitur q̃ patris sit spiritus,ipse dominus & Saluator noster di-
Mat.10. scipulis suis ait,Non.n. vos estis qui loquimini, sed spũs patris vestri, qui loquitur in vobis: Et q̃ idem & filij sit spiritus,Paulus
H Apostolus testis est, Si quis autem, inquit,
Rom.8. spiritũ Christi non habet, hic non est eius.

Spiritus deus & Chfs vnus. Cap.2. Gen.1.

Proculdubio in nomine dei pater: in nomine principij, filius intelligẽdus est. Profecto cũ dixisset,In principio fecit deus cœlum & terrã: & subsecutus adiunxit, Et spiritus dei ferebatur super aquas: qui est tertia in trinitate persona. Igitur si non esset trina
Mat.28. persona, nunquam dñs noster Iesus Christus diceret discipulis suis, Ite baptizate oẽs gẽtes in nomine patris & filij & spirituſſancti. Nec baptizato domino à Ioanne in Iordane, fieret vox de cœlo dicens, Hic est
Matt.3. filius meus dilectus,in quo mihi bene cõplacui: nec spũſſanctus in specie columbæ descendisse super eum, & manisse diceretur. Ideo tres personas secũdum scripturas sanctas intelligimus.i.alium esse patrem,alium filium,qui genitus est à patre,alium spiritũsanctũ: non aliud,quia substantia vnũ sunt. Personas distinguimus, non deitatẽ separamus. Quod autẽ pater & filius & spiritussanctus de vna substantia sit, beatus Paulus Apostolus de filio ad Romanos scribens demonstrat. Quorũ patres,inquit,ex quibus Rom.9.
Christus secundum carnẽ, qui est super omnia deus bũdictus in secula. Et iterũ in Euã I
gelio secundum Ioannem, Vt cognoscant te Ioã.17.
solum verũ vnum deum, & quem misisti Iesum Christum .i. te, & quem misisti Iesum Christũ verum vnũ deum. Et rursus scriptura dicit, Vt simus in vero filio eius Iesu Ioan.5.
Christo,ipse est verus deus & vita æterna. Et vt æqualitatem suam ostenderet, ait ipse dñs, Ego & pater vnum sumus. s.natura nõ Ioã.10.
persona. Et iterum inquit, Propterea quærebant Iudæi interficere Iesum,quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Et
Phil.2. rursus beatus Paulus inquit, Qui cũ in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Non poterat essẽ rapina, vbi æqualis erat natura: non erat vsurpata, sed nata: non rapuit, quia vere habuit. Spiritum vero sanctum deum, acta Apostolorum apertissimè docent. Anania,inquit Pe Acto.5.
trus, cur tentauit Satanas cor tuũ, mentiri te spiritui sancto? Et infra, Non hominibus, mentitus es, sed deo. Et in Euangelio,inq;, Ioan.4.
secundum Ioannem, Dñs spiritus est. Paulus ad Corinthios scribens,ait, Nescitis qa 1.Co.6.
corpora vestra templum sunt spũſſancti,qui in vobis est, quem habetis à deo, & nõ estis vestri? Idem Paulus. Empti enim estis pre- Ibidem.
cio magno, glorificate & portate deum in corpore vestro. Pater, inquam, deus, filius deus, spirituſſanctus deus: non tres dij, sed K
vnus est deus, vt Moyses dicit, Audi Israel, Deut.6.
dñs deus tuus, vnus est deus: ac per hoc sicut dicimus, non tres deos, nõ tres essentias: ita nec tres sapientias, nec tres spiritus. Nã interrogati de singulis personis, si sit pater sapientia, vel filius, vel spirituſſanctus. Respondemus, pater est sapientia, filius est sapientia, spirituſſanctus est sapientia: nõ tres sapientiæ, nec tres spiritus, sed vna sapientia, & vnus spiritus, sicut vna substantia, & vna essentia: quia hoc illi patri est esse, q̃ filio sapientiæ & spiritui sancto est esse. Et cum æquales sint pater & filius & spirituſsanctus, filius tamen dicit, Pater maior me Ioã.14.
est. Et, Non veni voluntatem meam facere, Ioan.6.
sed voluntatem eius qui me misit. Et, Pater Mat.26.
si possibile est, transeat à me calix iste. Et,

Mea

Ioan. 7. Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit. Ista omnia, & alia q̃ dicit filius secundum formã serui quã assumpsit intelligenda & dicta sunt. Igitur cũ primus homo cõditus esset à deo, & libero arbitrio muneraretur, præceptumq; ei positum esset, vt si cu
L stodisset q̃ ei deus pceperat, morte nõ corporis, nec animæ moreretur, sed ille inobediens mandato dei, atq; elatus superbia, suasioni serpentis obediẽs, mandata contẽpsit. Et hęc causa extitit vt mortis periculum incurreret: & ab illo vno homine omnis humana natura vitiata, atq; peccato obnoxia,
Rom. 5. mortalis existeret. Vñ Apostolus Paulus iuquit, Per vnum hominẽ peccatũ introiuit in mundum, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines mors pertransiuit, in quo oẽs homines peccauerũt. Quia sicut p vnũ hominem omnes homines in condẽnationem ceciderunt, ita & per vnius iustitiam oẽs homines in iustitiam vitæ surrexerũt.
1. Co. 15 Et iterum, Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis: Cœlestẽ itaq; dico, quia non ex humano conceptus semine, sed de Maria virgine, pro nostra salute, assumptus à filio dei, sicut Ioannes te-
Ioan. 1. statur, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Verbum caro factũ est, non in carnem mutatum, vt desisteret esse quod erat, sed cœpit esse, quod non erat: sumpsit .n. carnem, nõ conuertit in carnem. Carnẽ istam à parte totum hominẽ intelligimus. i. carnem & animã rationalem: vt primus homo & carne & anima mortuus fuerat, ita etiam oportuit, vt per mediatorẽ dei & hominum, hominẽ Christum Iesum & carne
M & anima viuificaretur. Ergo, vt supra diximus, secundum assumptionis formam carnis, dictum est, Pater maior me est. Nõ est credendum posse filium dei, & filium hominis duos filios esse: quia non sunt duo filij, sed vnus. Nã ille qui erat filius dei, factus est filius hominis in vnitate pſonæ: vt anima & caro vnus est homo, ita verbũ & hõ vnus est Christus. Duas substantias accipimus in vno filio dei, vnã deitatis, aliam humanitatis, non duas personas. Et si dixerimus duas personas, introducemus etiam duos filios dei: & iam tunc nõ erit trinitas, sed quaternitas: quod absit. Profecto. n. per id quod est deus, & æqualis patri, & vbique præsens est: & in cœlo est totus, & in terra totus, & in nullo continetur loco. Per id qđ homo, & passus & mortuus, & resurrexit & ascendit in cœlũ, sedetq; ad dexterã patris, & sic veniet ad iudicandũ viuos & mortuos, quẽadmodum est ire visus in cœlum, in eadem forma carnis atq; substãtia, cui profecto immortalitatẽ dedit, naturam non abstulit: licet vna substantia sit, neq; pſona patris, neq; spũssancti, sed sola filij suscepit carnẽ. Et vt hoc intelligamus, cõparationibus vtar. Certe vt ex creatura intelligas creatorem, sic in anima est ratio: & cum A
sint vnum, aliud anima egit, aliud rõ: anima viuimus, ratione sapimus: ita pater & filius & spũssanctus cum sint vna substantia, tota trinitas operata est hominem, quẽ non tota trinitas assumpsit, sed sola filij persona. Nec voluntate, nec necessitate genuit pater filiũ. Non necessitate, quia necessitas in deo non est: nõ voluntate, quia voluntas præire sapientiam non potest, quæ est filius. Igitur prius est rationabiliter sapere, q̃ rationabiliter velle. Vnde nec voluntate nec necessitate, sed naturaliter sola sapientia pater ge- Ioan. 5
nuit filium. Sicut pater vitam habet in semetipso, sic dedit filio habere vitam in semetipso. Scimus filium dei à semetipso non esse, sed à patre genitum esse: patrem vero à nullo genitum esse, à nullo vitam accepisse. Dedit pater filio vitam, gignendo uitam quam pater habuit in se: non quòd priu fuerit filius sine uita, & postea acceperit uitam: sicut nos qui per peccatum amisimus uitã, & per gratiam Saluatoris recepimus uitam. Ideo de eo dicitur, Filius à patre accepit uitam, quia non à seipso est genitus, non existendo dedit, sed gignendo. Quoniã Natiui-
& ratione & testimonijs persuasimus de tas & p
subiectione filij, quia non secundum substã eessio
tiam minor, sed secundum formã serui quã quid dis-
assumpsit. Sed ut missus esse dicatur, aliquid ferant.
dicere uolumus. Scimus sicut filius, non se- Cap. 3.
cundum substantiam dicitur missus, seu mi B
nor: ita nec spiritussanctus propter columbam vel ignem missus dicitur. s. quia non ea substantia, qua æqualis est patri, apparuit, sed ut dictum est per subiectam creaturam. N enim sicut filius hominem assumpsit, n æternum permaneat, sic spiritussanctus columbam uel ignem: sed illæ factæ ui siones de creatura inferiore ad manifestandum spiritum, sse postea destiterunt. Nunquam enim illa incomprehensibilis immutabilisq; diuinitas, q̃ est trinitas deus, ab oculis carnalibus uideri potest, nisi vt dictum est per subiectam creaturam. Inter

genitum

genitum filium & processionem spiritussanctus hoc distat, q̃ filius dei sic est de patre, quomodo natus, non quomodo datus: spũs uero sanctus sic est de patre & filio nõ qũo natus, sed quomodo datus. Filius natus solius est patris, nõ spiritussancti. Amborũ est spũs. i. parris & filij: quia si spũs filius diceretur, amborũ filius diceretur. Nullus autẽ filius est duorum nisi patris & matris: quod absit vt inter deum patrem & filium quis
C suspicetur, quia nec filius hominis simul & ex patre & matre procedit: sed cum procedit ex patre, non tunc procedit ex matre: & cũ procedit ex matre in hanc lucem, non tunc procedit & ex patre. Spiritus vero sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de vtroq; procedit. De eo q̃ à Ioanne dicitur, q̃ spiritussanctus non loquitur à
Ioan. 16. semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur: nõ loquitur à semetipso, quia non est à seipso: pater enim à nullo est natus, filius à patre est genitus, spiritussanctus à patre & filio procedens: ideo non loquitur à seipso, sed quæcunque audiet, loquetur. Audire illi esse est, à se non est, sed à patre: ideo quæcunque audiet, loquetur. Quid sit q̃ spiritussanctus pro nobis interpellare dicitur, quod dicit Paulus ad Romanos scribens, Nam q̃d
Rom. 8. oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deũ postulat pro sanctis. Modus iste locutionis, qui frequenter in scripturis sanctis inuenitur, est: sicut deus dicit ad Abraham, Nunc
D cognoui qm̃ timeas deũ, hoc est cognoscere
Gen. 22 te feci: sicut dicit Apostolus, Nunc cogno-
Gala. 4. scentes deum, immo cogniti à Deo. Nempe omnia in præsentia dei sunt anteq̃ fiant, psentia sunt futura, quasi iam facta sunt: quomodo dicit cogniti à deo, nisi faciente deo vt cognoscamus deum: sic & hic scribitur spiritussanctus gemere pro nobis. i. gementes nos facere, infundendo nobis charitatem in deum & proximum, sicut legitur, Lætdies, quia lætos homines faciat. Pater solu nusquam legitur missus, sed missionem filij
Ibidem. ita scribit Apostolus, Cum autem venerit plenitudo temporis, misit de s filium suum natum ex muliere, factum ub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Quòd filius dei natus de Maria virgine, venit in mun-
Ioan. 1. dum, testatur Euangelista dicens, In mundo erat, & mundus per ipsum factum est. Et ipse ait, Ego à patre exiui, & ueni in hunc Ioan. 16
mundum. Item Euangelista dicit, Et mun- Ioan. 1.
dus eum non cognouit. Deinde subiungit, In sua propria uenit: illuc vtiq; missus est, quò uenit: sed in hunc mundum est missus, vbi erat, Quæ missio tamen esse opus san- Solœcis-
ctæ trinitatis, nulli sit catholico dubitandũ. mus.
Nusquam scriptum est, q̃ deus pater maior sit spirituisancto, uel spiritussanctus minor E
deo patre, quia non est ita. Quia persona diuinitatis suæ assumpta est à filio dei ex virgine Maria in personam suæ humanitatis, unitatem habitumq; coniunxit æternum. Quanuis spiritussanctus apparuisset in specie columbæ vel ignis, non possumus tamẽ dicere spiritumsanctum deum & columbã, aut deum & ignem, sicut dicimus filium deum & hominem. Propter has igitur corporales formas, in quibus apparuit spiritussanctus, missus dicitur, non propter has minor patre dici potest: sicut filius propter formam serui, quæ inhęsit illi ad unitatem personæ perpetualiter. Illi uero species corporaliter, vt est colnmba, uel ignis, ad demonstrandum quod opus fuit, ad tempus apparuerunt, & esse postea destiterunt. Nonne apparere debuerunt creaturæ sicut oportuit, seruientes creatori ad nutum eius, qui incommutabiliter in seipso permanet, ad eũ significandum & demonstrandum, sicut significari & demonstrari mortalibus oportebat mutatæ atq; conuersę? A quibus- Triplex
dam dubitari solet, an spiritumsanctum ha- uis spũs
buerunt Apostoli illo tempore, quo fuerũt Cap. 4.
cum Christo domino, secundum q̃ Euan- Ioan. 7.
gelista dicit, Spiritus nondum erat datus, Ioan. 14.
quia Iesus nondum erat glorificatus. Et in F
alio loco ait, Si diligitis me, prędcepta mea seruate: & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut vobiscum sit in ętternum, spiritum ueritatis: quem mundus non potest accipere; quia non uidet eum, neque cognoscit eum. Vos autem uidetis eum, & cognoscitis eum: quia apud uos manet, & uobiscũ est. Et ẽt post resurrectionẽ suã le- Ioan. 20
gitur insufflasse & dixisse discipulis, Accipi- Acto. 2.
te spm̃sanctũ. In Pẽtecoste uero legit spũssanctus in Apostolos descẽdisse. Ad hæc dicẽdũ, q̃a unus spũs ẽ, sed dona habet multa. Nõ ẽ dubiũ, quin spũs ẽ actus erat cũ eis: q̃a vbi Cristus ẽ, spũssanctus est. Et q̃a vẽturũ spm̃sanctum à patre pmiserat Christus, nõ defuit in hoc indifferens eius diuinitas.

Trium

Trium officiorum formæ doni spiritussancti in Apostolis sunt ostensæ: quarum prima hæc est, quæ ad ius ecclesiasticum pertinet, in regenerandis: ecclesiastica potestas intelligitur esse in officijs Episcoporum & sacerdotum, qui omnia in traditione dominica per spiritumsanctum agere debent,
Ioã. 20. Vnde illis dicit Iesus, Quorũ tenueritis peccata, tenebuntur: & quorum remiseritis, remittuntur eis. Secunda est, quæ in Pentecoste data est, quæ generalis est: non solum.n. in Apostolos, verumetiam in omnes credentes decidit spiritussanctus. Tertia est, quæ solum Apostolis vel ordinatis in initio concessa est, in signis ac virtutibus faciendis, vsque dum fidei semina iacerentur ad cremen tum. Semina.n. fidei sunt virtutes per Apostolos factæ: ipsi.n. Apostoli antistites positi sunt huiusmodi veritatis, qui per signa & prodigia rationabilem esse fidem nostrã testãtur. Igitur spiritussanctus datur omnibus generaliter credentibus, sed si manet in eis: in signis vero & prodigijs filij dei esse probantur. Etiam spũssanctus non manet quan doq; in homine, sed vocatus aduenit, vt sug gerat necessaria, & recedat. Similiter & in traditione vel ordinatione, de foris gratiam & tuitionem præstat deuotis fidei, vt commendatiores habeantur per inspirationem
Filius patri coæternus. eius. Pater, filius, & spũssanctus vnus est verus deus, secundũ illud quod scriptũ est,
Cap. 5. Audi Israel, dñs deus tuus deus vnus est.
Deut. 6. Et in Euangelio scriptum est, Vt cognoscãt te solum verũ deum, & quem misisti Iesum
Ioã. 17. Christum. Et de Christo dicitur à Ioanne
1. Ioã. 5. Apostolo, Ipse est verus deus, & vita æterna. Ante omnia tempora filius erat, vt intel
Ioan. 1. ligendum in hoc est, In principio erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt, quia & tempus sine aliquibus creaturæ motibus nõ potest esse. Et ideo per filium facta confitemur & tempora, per quæ facta sunt omnia: ideo proculdubio æqualis genitus, & coæternus est patri filius. Dicitur filius dei ex voluntate & præcepto patris, cœlestia, terrestria, visibilia & inuisibilia, corpora & spũs ex nullis extantibus. i. ex nihil vt essent, suo virtute fecisse, cum ipse ex nullis extãtibus, hoc est ex nihilo non factus sit, sed ex deo patre deus: quæ res indicat, vnam & eãdem patris filijque naturam. Filius per seipsum non potuit, tanquam non esset antequã fieret, vt esset ipse per quem fieret idem ipse. Porrò si per aliquẽ alium à patre factus est filius: quis est ipse alius, cum omnia per ipsum facta sunt, hoc est per verbum eius? An tequam faceret vniuersa omniũ futurorum deus & dñs, rex & creator erat constitutus, & omniũ futurorum in natura habens præscientiam, & in faciendo in omnibus expectans patris iussionem. Ipse voluntate patris descendit de cœlo, & venit in mundum, sicut ipse ait, Non enim à meipso veni, sed Ioan. 8.
ille me misit. Vna quippe ipsa trinitas est, I
quoniã ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Dicimus iubente patre filium creasse omnia, non esse nisi verbum, per quod facta sunt omnia. Quod aũt pater miserit filium, qui cum ipso venit, ipse testatur qui
ait, Non sum solus, quoniam pater mecum Ibidem.
est. Nunquã ideo diuersa natura est, quia pater mittit, & mittitur filius: põt homo pater mittere hominẽ filium, nõ vnius eiusdemq; substãtiæ, cum homo missus ab homine mittente seperetur, quod non potest deus. Sed ignis mittit splendorem suum, nec põt splẽdor separari ab igne mittente. Cum.n. splendorem mittit ignis, longius peruenit inde splendor, quò ignis non peruenit. Vũ splendor ab igne qui est in lucerna missus, vtiq; vere possit dici in pariete, quò sine lucernæ igne peruenit ignis. Super hoc filius dicit, Ibidem.
Qui me misit, mecum est: quod vere potuit filius dicere, Pater mecum est. Cum igitur hæc à patre missio filij prorsus ineffabilis sit, nec capi vllius cogitatione possit, hoc ẽt hic potest intelligi, vt à patre missus esse dicat, quòd filius hominibus apparuit in carne, non pater: quò.n. mittitur filius vbi non est? vbi autem non est sapientia dei, quod est
Christus? De qua legitur, Attingit à fine K
vsq; ad finẽ fortiter, & disponit omnia suauiter. Cum ergo etiam vbiq; sit filius, quò Sapiẽ. 8.
mittendus. fuerat vbi non erat, nisi apparendo sicut in carne apparebat? Quanquam & spiritumsanctũ missum legamus, q certe in vnitatem personæ suæ naturam non assumpsit humanam: nec à filio solo missus est, sicut scriptum est, Cum ergo iero, mittam il- Ioã. 16.
lũ ad vos. s. à patre, sicut scriptum est, Quẽ Ioã. 14.
mittet pater in nomine meo: vbi ostendit, q nec pater sine filio, nec filius sine patre mi sit spũsanctum, sed pariter miserunt: inseparabilia quippe sunt opera trinitatis. Solus pater non legitur missus, quoniam solus non habet authoritatem, à quo genitus sit, vel à quo procedat. Et ideo non propter naturæ diuersitatem, quæ in trinitate nulla est:

est: nec propter authoritatẽ alius super eũ, solus pater non dicitur missus: non enim splendor aut feruor ignem, sed ignis mittit siue splendorẽ siue feruorem, sic pater mittit filium, & spiritussanctus ab vtroq; procedit. Dñs Iesus Christus honorans faChrist9 quo misecturam suam, dum dignatur se humanam nor pre. carnem suscipere, & ostendere, quia nõ est
Cap. 6. homo vilis, sed preciosus, sicut scriptum est,
L Magnus homo, & preciosus vir: ideo solum hominem patri suo hæredem, sibi enim cohæredem facere dignatus est, vt quod minus acceperat in natura, plus haberet in honore. Vnde de susceptione carnis in epistoHeb. 2. la quæ ad Hebræos scribitur, Minorasti eũ
Psal. 8. paulominus ab angelis. Et in alio loco ip-
Ioã. 14. se dicit, Pater maior me est: Non ad diuersitatem naturæ patris & filij illud valet dici, sed ad illud potius, quòd in forma serui propter infirmitatem, in qua & pati & mori potuit, minor etiam angelis factus est. Cũ
Gal. 4. venit plenitudo temporis, misit deus filium suum natum de muliere, ipse qui voluntate patris carnem suscepit, ipse & voluntate & præcepto ipsius in corpore conuersatus
Ioan. 6. est, sicut & ipse ait, Descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntaLuc. 3. tem eius qui me misit. Ipse & voluntate patris triginta annorum baptizatus, voce & testimonijs patris manifestatus, voluntate
Luc. 4. & præcepto patris Euangelium regni cœlorum prædicabat, sicut ipse ait, Et alijs ciuitatibus oportet me Euangelium prædicare: in hoc enim missus sum, & ipse mandatum dedit mihi. Ipse etiam voluntate & præceM pto patris ad passionem & mortem pro-
Mat. 26. perauit: sicut ipse ait, Pater, transeat a me calix iste: non tamen quod ego volo, sed quod tu vis: Et Apostolo asserente & dicen
Phil. 2. te, Christus obediens, inquit, factus patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. His testimonijs sanctarum scripturarum ad il-
Rom. 5. lud referatur, quod dicitur, Per vnum hominẽ peccatum venit in hunc mundum, & p peccatũ mors: & ita in omnes homines pertransijt, in quo oẽs peccauerunt: faciẽdo luntatem suam, non eius à quo factum est vniuersum genus humanum, quod propagine vitiata culpæ & pœnæ fecit obnoxium. Vnde à contrario, per quem liberandi fuera mus, non fecit voluntatem suam, sed eius à quo missus est. Homo qui contra voluntatem dei fecit: hanc habuit Adam, vt in illo moreremur, hanc nõ habuit Christus, vt in illo viueremus. De natura quippe humana hoc recte dici potest, in qua extiut per obedientiã voluntas propria, quæ dei voluntati esset aduersa. Cæterũ quod attinet ad diuinitatẽ filij dei, vna eademq; voluntas est patris & filij: nec põt vllo modo esse diuersa, vbi est natura trinitatis immutabilis ad vniuersa. Et ideo non potuit fieri, vt mediator dei & hominum, homo Christus Iesus face 1. Ti. 2.
ret propriam, quæ deo aduersa est voluntaA
tem: nõ erat tantũ homo, sed deus & homo in natura sua, per quã mirabilem singularemq; gratiã, vt humana in illo sine peccato vllo esse posset natura. Propter hoc ergo
ait, Descendi de cœlo, non vt faciam volun- Ioan. 6.
tatem meã, sed voluntatem eius qui me misit: vt ea causa esset tantæ obediẽtiæ, quę omnino sine vllo peccato esset hominis, quem gerebat, quia de cœlo descenderat: hoc est non tantum homo, verumetiam deus erat: vnã quippe ostendit esse personã in vtraq; natura, hoc est dei & hominis. Qm itaq; gemina quædam substantia, scilicet vna persona est, propterea quòd dictum est, Descendi de cœlo: refertur ad dei excellentiam: quod vero adiunctum est, non vt faciam voluntatẽ meam: propter Adam qui fecit suã, refertur ad hominis inobedientiam. In Christo autem, idest deo & homine, obediẽtia in illo quæ est contraria inobedientiæ, primi hominis secundum id quod homo est
commendatur. Vnde ait Apostolus, Sicut Rom. 5.
enim per inobedientiã vnius hominis peccatores constituti sumus multi, ita per iustitiam vnius hominis multi sunt iustificati.
Nec enim quia dixit, vnius hominis: separa B
uit deum ab homine, quẽ in hominem assumpsit: ac per hoc propter istã vnitatẽ personæ in vtraq; natura intelligendam, & filius hominis dicitur descendisse de cœlo, & filius dei dicit crucifixus & sepultus. Quãuis hæc non in diuinitate ipsa qua est vnigenitus patri coæternus, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpessus: nã filium homi nis descendisse de cœlo, ipsum dixisse sic legimus, Nemo ascendit in cœlum: nisi qui de Ioan. 3.
cœlo descendit, filius hominis qui est in cœlo. Vnigenitum vero filium dei crucifixum & sepultum, oẽs etiã & in symbolo confitemur, vnde est illud Apostoli, Si enim co- 1. Co. 2.
gnouissent, nunquam dñm gloriæ crucifixissent. Hanc vnitatem personæ Christi Iesu dñi nostri, sic ex natura vtraq; cõstantẽ, diuina scilicet & humana, vt quælibet earũ vocabulum

uocabulum ẽt alteri impertiat, & diuina humanæ, & humana diuinæ: beatus ostendit Apostolus, ybi nos ad humilitatem p Christi misericordiam exhortatur exẽplũ. Hoc sentite, inquit, in vobis quod & in Christo
Phil. 2. Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinã arbitratus est se esse æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus & habitu inC uentus vt homo, humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Cum ergo Christi nomẽ ex eo
Psal. 44. illi sit quod scriptum est in prophetia, Vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis: vnde ad id quod homo factus pertinet. i. quod formã serui accipiẽs, habitu est inuentus vt homo, qui vtique habitus cœpit ex tempore: de ipso tñ eodẽq; Christo dictũ est, Cum in forma dei esset: cum profecto in forma dei antequam ab illo forma serui esset accepta, nondũ erat filius hominis, sed filius dei, cui patris æqualitas rapina nõ erat, sed natura. Non.n. erat vsurpando electus, sed ad hoc erat natus. Et ideo
Phil. 2. veritas dicitur. Nondũ ergo erat Christus, quod esse cœpit, cũ semetipsum exinaniuit, non formam dei amittens, sed formã serui accipiens. Verum si quæramus, Quis ille q cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo: Respondetur nobis voce Apostolica, Christus Iesus. Ergo & illa diuinitas, huius humanitatis nomen accepit. Item si quæramus, Quisnam sit factus obediens vsq; ad mortem, mortem aũt crucis: Rectissime respondetur, Ille qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Ergo & ista humanitas, ilD lius diuinitatis nomen accepit. Et apparet tñ idem ipse Christus geminæ gigas substãtiæ. Dñs Iesus Christus pendens in cruce, voluntate & præcepto patris carnem humanam, quã de sancta virgine Maria suscepit, in manus hominum dereliquit, & diuinitatem suam in manus patris commendauit di-
Luc. 23. cens, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: quia Maria moriturum corpus peperit, deus autem immortalis, immortalẽ filium genuit. Ergo mors Christi, non diminutio est diuinitatis, sed depositio corporis. Sicut.n. generatio eius ex virgine, non fuit corruptio deitatis ipsius, sed susceptio corporis: Ita & in morte ipsius, non fuit passio & defectio deitatis ipsius, sed separatio carnis eius. Sicut.n. qui vestimenta conscindit, indUuit non deitatem, sed carnem: ita & qui corpus suscepit, non deitatem, sed carnem suscepit. Ergo & qui crucifixerunt, diuinitati ipsius cõtumeliam intulerunt. Ad vnitatem etiam personæ Hypo-
Christi, vt anima humana pertineat, sicut stasis
in Christo carnem & diuinitatem tantum- Christi,
modo confitemur, quandoquidem cum pen q̃ cõple-
deret in ligno, ut ait, Pater, in manus tuas cõ ctatur.
mendo spiritum meum: humanum spiritũ cap. 7.
intelligimus filium commẽdasse patri quod E
est anima. Audiamus ergo Christũ adhuc Mat. 26.
plura exempla de anima sua cõmemorasse, Ioã. 10.
Tristis est anima mea usque ad mortem: Po Ioã. 15.
testatem habeo ponendi animam meam, & Psal. 15.
iterum sumendi eam: Maiorem charitatem nemo habet, q̃ ut animam suam pro amicis suis ponat. Et de hac etiam dicitur in Psalmo, Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. His atque huiusmodi sanctarum scripturarum testimonijs fatemur Christum, carnem, animam quoq; humanam uerbo unigenito coaptasse, q̃ esset una persona, ut Christus est, uerbum & homo: sed & ipse homo, anima & caro. Et ideo sic intelligendum, geminæ substantiæ, diuinæ. s. & humanæ: ac per hoc Christus, uerbum, anima & caro, ut ipse ex anima humana constet & carne: tantum dictum est, Ver
bum caro factum est: quasi diceretur. Ver- Ioan. 1.
bum homo factum est: de quo homine aper
tissime dictum est, Vnus mediator dei & ho 1. Ti. 2.
minum, homo Christus Iesus. Item dñs no
ster Iesus Christus uoluntate & p̃cepto patris totã dispensationem adimpleuit, corpus suũ à morte suscitauit: & cũ ipso corpore, ut pastor cũ oue, & sacerdos cum oblatione, & rex cũ purpura, & deus cũ tẽploa p̃e assumptus est in gloriã. Quærendũ est nobis, qua lẽ ouẽ pastor reportauerit p̃fi. Si.n. caro sine anima est, quã reportauit, q̃d ẽ ouis ista, F
nisi terra sine sensu, q̃ nec gras agere potest:
q̃a sine anima caro mihil est quod facere potest? Deus q̃ uoluntate patris descendit & ascendit, uoluntate & p̃cepto patris sedet ad dexterã eius. Audiens patrẽ sibi dicentem, Ps. 109.
de ad dexteram meã, donec ponã inimi-
os tuos scabellũ pedũ tuorũ: iste uoluntate
& p̃cepto p̃fisin cõsummatione seculi uẽturus est, Apostolo uociferante & dicente, Et
ipse dñs in iussu in uoce archangeli, & in tu 1. The. 4
ba dei descender de cœlo. Filius dei uoluntate & p̃cepto patris iudicaturus est totũ mundũ in æquitate, & redditurus singulis secundũ fidẽ & opera sua, sicut ipse ait, Pater iudicat

Ioan. 5. dicat heminem, sed omne iudicium filio dedit. Item, Sicuti, audio, iudico, & iudicium meum verum est: quia non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. Vnde & in iudicando patris præsentiam
Mat. 25 præponit, & suam diuinam dignitatem & potestatem postponit, dicens, Venite benedicti patris mei. Ergo iustus iudex est filius: iudicãtis vero est honor siue officiosa aduoG catio & consolatio vnigeniti dei iusti iudicis est dignitas. Quòd voluntati & præcepto patris obediens est filius, secundum q̃ homo factus est, hoc patet: quia diuersam imparemq; naturam patris præcipientis, & filij obedictis deus habet in se. Quòd Chri
Psal. 2. stus non tantum sit deus, qua natura æquaIis pater, sed etiam homo, qua natura maior est pater: nam inde est illud propheticum, Dominus dixit ad me filius meus es tu. Ibi est quippe filius inferior substantia, quàm pater maior sit: & serui forma, cui pater dñs sit. Hæc autem forma humanitatis eius, qua manente formam diuinitatis accepit, vt in iudicio homo apparebit. Ideo dictum est de patre, q̃ non iudicabit quemquam, sed omne iudiciũ dedit filio: Formã nãq; in Chri
Zac. 12. sto hominis tantum, ab eo iudicandi vide-
Ioan. 19 bunt impij, de quibus dictum est, Videbunt in quem transfixerunt. dei vero formam in eodem ipso Christo, quæ æqualis est patri, utique non uidebunt. Deniq; vt Propheta
Isa. 26. testatur, Tollatur impius, ut non uideat claritatem dei: ad hoc enim pertinet, Beati mũ
Matt. 5. do corde, quoniam ipsi deum videbunt. Deniq; hoc apertissime testatur, ubi dicit, Potestatem dedit ei iudicium facere, quoniam
Ioan. 5. filius hominis est, Nõ ergo quoniam filius deus est: sed tamen coæterna illi cum patre, unã eademq; potestas est. Secũdum q̃ filius
H hominis est, illi est quod cœpit esse ex tempore. Quomodo aliquid faceret pater, nisi p unigenitum filium: nec sine spiritusancto, quia inseparabilia sunt opera trinitatis? Ac per hoc q̃ potestatem filio dedit, q̃n filius est, per eundẽ ipsum ipse dedit, q̃n filius
Ioan. 1. est. Omnia.n. p ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Sed honorifice & cõpetẽter tribuit pater filio, quod ẽt ipse facit ut
Filius quõ nihil agit de deo. Audiuit ẽt filius a patre, Sede ad
nisi ius- dexterã meã. Et ideo sedet ad dexteram pa-
Cap. 8. fecerit potestate. Quæ est autem patris dex
Psa. 109. tera, nisi paterna illa ineffabilisq; fœlicitas, quo peruenit filius hominis, etiam carnis immortalitate percepta? Nam si secundum effectiuam virtutem sapienter & fideliter cogitemus, quid intelligimus de filio, nisi ipsum vnigenitum, per quem facta sunt omnia? De quo etiã Propheta dicit, Et brachiũ
Esa. 53. domini cui reuelatum est? Quo aũt audit filius patrem? Quo dñr à patre multa verba vnico verbo? Quomodo transeunter loquitur ei, quẽ stabiliter loquitur? Quo tẽpora
I liter ei dicit, in quo sibi coæterno iam erant omnia, quæ congruis quibusq; temporibus dicit? Quis hæc audeat quærere? Quis valeat inuenire? Et tamẽ, Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis. Et quia dictum est, ideo factum est. Hoc ergo iam erat in verbo, q̃d Psa. 109
verbum caro factum est. Et quia in verbo Ioan. 1.
ante carnem iam erat sine tempore: ideo in carne completum est suo tempore, In qua carne ascendit in cœlum, qui de cœlo non recessit, & tamen inde descendit. Et in qua 1. Th. 4.
carne sedet ad dexteram patris, brachium patris. Et in qua descensurus est ad iudiciũ in iussu in voce archangeli, & in tuba dei, vbi filius minor patre videtur potestate, q̃a iussu dictus est descensurus. Sed quærendũ quomodo temporalibus verbis iubeat pater æterno suo verbo, vt descendat de cœlo. Si quidem vt est ipsa dei iussio quæ fiet in tpe suo, ita iam erat ante omnia tempora in ipso dei verbo. Per hoc q̃ verbum dei filius patris est, per ipsum patrem iubetur, vt descendat de cœlo. Quicquid ergo illud erat quod fieri oportebat ad filium, non facit pater, nisi per eundem filium: ad ipsum scilicet, q̃a filius hominis est, & factus est inter omnia. Per ipsum autem, quia filius dei est: & per illum fiunt à patre omnia. Quòd dictũ K
est, in iussu, in voce archangeli, quid in his restat, nisi vt vnigenitus filius angelis etiam minor dicatur humanitate, quorũ iussis obedire perhibetur? Vnde in Psalmo, Minorasti eum paulominus ab angelis. Nõ sic hic, vt iubente archangelo, minor sit ille cui iubetur. Vel potest sic intelligi & melius, vt ipsa vox archangeli iussu dei accipiatur: id est, vt angelus dei qui tuba dei esse intelligendus est, à domino deo iubeatur emittere vocem suam, quod inferiori creaturæ necessarium erit audire, cum filius dei descendet de cœlo. Ipse enim est tuba de qua
dicitur alio loco, Canet enim tuba, & 1. Co. 15
mortui resurgẽt icorrupti. Dixit ergo filius Ioan. 5.
Sicut audio, iudico: & hoc siue ex humana,
subiectione

subiectione, qua & filius hominis est: siue secundum illam incõmutabilem simplicẽq; naturã, quæ sic est filij, vt ei tñ de patre sit: in qua notatur: non esse aliud audire, aliud videre, aliud esse: sed quod est esse, hoc audire, hoc videre. Vñ ab illo est ei audire & Ibidem. videre, à quo illi est ipsum esse. Nam illud quod alibi ait, Non potest filius à se facere quicquã nisi quod viderit patrem facientẽ, multo est ad intelligendum difficilius quàm I. istud, Sicut audio, iudico. Quo poterit filius iudicare, si patrem nõ viderit iudicantem? Ibidem. Sed pater nõ iudicat quenquã. Omne quippe iudicium dedit filio, ideo .n. dictum est, q̃ non facit aliquid filius à se, quia non est à se. Et quicquid facit, patrem audit iubentẽ, & videt facientem. Hoc est, quia audit & videt ex ipso faciendi se habere potentiam, ex quo se videt existendi habere naturam. Et quòd ait, se non posse: non deficientis est, sed in eo quòd de patre natus est permanentis. Tam laudabile est omnipotentem non posse mutari, quàm laudabile est q̃ omnipotens non potest mori. Ita bene posset filius facere quod non vidisset patrem facientem, sicut posset filius facere qd̃ per illum non fecit pater. Neq; naturæ immutabiliter bonæ quæ à patre genita est, hoc conueniret si facere posset: quia non potest, hoc non est deficientis, sed potentis. Eadem nanq; sunt opera patris & filij, quia nullum opus est filij quod non per eũ pater facit, nec vllũ patris quod non per filiũ simul facientem facit. Quæcunq; .n. pater facit, hæc eadem filius facit. Nec vtiq; pater & filius operantur sine spiritusancto: neque enim ad faciendum amborum operibus vllo modo amborum seperabitur spiritus, cum tamen operãM dum est in his tribus dissimili facilitate, nõ tamen diuersa potentia & potestate. Miro itaq; eodemq̃ vtique diuino modo, ab omnibus fiunt etiam opera singulorum, nam omnium opera sunt cœlum & terram, omnisq̃ creatura. De filio quidẽ dictum est, Omnia per ipsum facta sunt. Quis autem à spiritusancto audeat alienare opera quælibet creaturarum, quem certit operari per dona sanctorũ? De quibus scriptũ est, Omnia autem hæc operatur vnus atq; idem spi- Ioan. 1. ritus, diuidens propria vnicuiq; prout vult. 1.Co.12 Trinitatis opera indiuisa. Postremo cum sit Christus dñs omniũ, & super omnia deus benedictus in secula, quis ex omnibus negare potest etiam spiri- cap. 9. tussancti opus, quod ipsum Chri[illegible]ũ in vtero virginis est operatus? Cum .n. angelo futurum partum sibi nuncianti virgo dixisset, Luc. Quõ fiet istud, qm̃ virum non cognosco. Responsum accepit, Spiritussanctus superueniet in te. Singulorum autem opera dicũ tur, quæ ad vnamquanque manifestantur pertinere personam: sicut natus ex virgine, non nisi filius: & vox de nube, Tu es filius Matt. 3 meus dilectus, ad solius personam pertinet patris: & in specie corporali columbæ solus apparuit spiritussanctus: tamen & illam carnem solius filij, & illam vocem solius A patris, & illam speciem columbæ solius spiritussancti vniuersa trinitas operata est: nõ quòd inualidus sit vnusquisque eorum sine alijs quod operatur implere: sed non potest operatio esse diuisa, vbi non solum æqualis esset, uerumetiam indiscreta natura: ita ut cũ tres sint, ac eorum singulus quisq; deus sit, tres tñ dij non sint. Nam & pater deus est, & filius deus est, & spũssanctus deus est: nec filius idem est, qui est pater: nec idẽ spiritussanctus, qui aut pater aut filius: sed pater semper pater, & filius semper filius: & amborum spũs nunquam cuiquam eorum aut pater, aut filius, sed semper utriusq; spiritus: uniuersa tñ trinitas, unus ẽ deus. Quis itaque neget non patrem, non spiritumsanctum, sed filium ambulasse super aquas? Solius .n. caro est, cuius carnis illi pedes aquis impositi, & per aquas ducti sunt. Absit aũt, ut hoc sine patre fecisse credatur, cũ de suis operibus uniuersaliter dicat, Pater in me manens, facit opera: aut sine spũsancto, cũ similiter sit opus filij, quòd eiecit dæmonia: Ioã. 14 Illius quippe carnis, ad solum filium pertinentis, lingua erat, in qua imperabatur dæmonibus, ut exirent, & tamen dicit, In spiritusancto eijcio dæmonia. Item quis nisi solus filius resurrexit, quia solus mori potuit, qui carnem habuit? Et tamen ab hoc o- Mat.12. B pere, quo solus filius resurrexit, non erat pater alienus, de quo scriptum est, Qui suscitauit à mortuis Iesum. An forte seipsum Gal.1. suscitauit, ut qui ait, Soluite templum hoc, Ioan. 2. triduo suscitabo illud? Qui etiam potestatem se habere dicit ponendi, & iterum sumendi animam suam. Quis aũt ita desipiat, ut putet spũsanctũ resurrectionẽ hominis Ioã. 10. Chri Iesu non cooperatũ, cum ipsum hominem Christũ in virgine Maria fuerit operatus? Est in homine simile etiã quoddã, illius trinitatis q̃ deus est, excellentię cõparandũ, Ille .n. deus, ista creatura hõ est: habet tñ

&

& ista ubi qualicunq; modo, id quod de il- Gen. 1. la ineffabili natura dicitur, possit intelligi, Non est frustra dictum, Faciamus hominẽ: quia pater non dicit, ad imaginem meam, neq; filius ad imaginem meam, neq; spiritussanctus: sed ad imaginem nostram. Qd̃ ex persona. i. natura ipsius trinitatis rectissime accipitur. Tria itaq; ista in hominis anima cogitemus: memoriã, intelligentiã, & voluntatem: ab his tribus fit omne quod facimus. Et cum tria ista bene rectẽq; se haC bent, bonum & rectum est omne quod facimus: si nec memoriã decipiat obliuio, nec error intelligentiam, nec iniquitas voluntatẽ. Ad dei quippe imaginem sic reformamur. Omne igitur opus nostrum ab his tribus fit: nihil enim agimus, quod non hæc tria simul agant. Deinde cũ de singulis loquimur, etiam quod ad singula pertinet, ab omnibus agitur. Nec .n. sermonem, quem de sola memoria facimus, memoria sola facit: sed intelligentia voluntasq; cooperantur eum, q̃us ad solam memoriam pertineat. Hoc & de duobus ceteris videri facillimũ est: nã q̃q̃d de se intelligentia loquitur, non sine memoria & voluntate loquitur: & quicquid ipsa voluntas de se dicit aut scribit, hæc non facit sine intelligentia & memoria. Quatenus sint autem ista similia in anima, & rursum quantum sint dissimilia illi incommutabili trinitati, quæ est deus, longum est enucleatissime disputare. Sed ideo tantum hoc commemorandum putaui, vt etiam de ipsa creatura, quæ est homo & anima, aliquid adhi- Probat deitatẽ spũssancti. C.10 berem: vnde intelligamus q̃ non absurdum sit, quod de patre & filio & spiritusancto dicimus, inseparabilia fieri ab omnibus opa, non solum ad omnes, verumetiam ad singulos pertinentia. Sicut audit ergo filius, iuD dicat: siue quia & filius hominis est, siue qa non de ipso est, sed verbum patris est. Qd̃ enim nobis est, cum audimus verbum, accipere, hoc illi est, à patre verbum esse. Quoniam sic pater dici potest filio dedisse verbum, hoc est vt verbum sit: quemadmodum dicitur pater dedisse filio vitam: hoc est, v vita sit. Ipse nanq; ait, Sicut habet pater vi- Ioan. 5. tam in semetipso, ita dedit filio habere vitã in semetipso. Non itaq; vt aliud sit ipse filius, aliud sit pater quam vita quæ in ipso est: sed vt eadem uita sit iden. ipse filius, sicut pater non aliud est q̃ vita quæ in ipso est. Sed illam vitam filius patri nõ dedit, qa patrem nõ genuit: dedit aũt pater filio vitã, sicut est etiam pater ipsa vita: nec etiam pater sic genuit verbum, tanq̃ & ipse sit verbum. Vitam quippe cum dicimus, põt esse de nullo alio, sicut est patris vita, vel quod expressius dicitur, pater vita, cui de alio non est vt sit. Cum vero dicitur verbum, nullo modo potest nisi alicuius intelligi, & illius vtiq; de quo est. Non itaq; sicut est filius deus de deo, lumen de lumine, uita de uita, dici potest verbum de verbo, quoniam solus est verbum. Et sicut patri proprium est verbum gñare, ita filio proprium est esse verbum. Et ideo sicut audit, iudicat: quia sicut genitum est verbum, vt idem uerbum E sit veritas, ita secundum veritatem iudicat: & iudicium eius vtiq; iustum est, quia non quærit voluntatẽ suam, sed volũtatẽ eius q̃ eum misit. Hoc enim dicens, ad illum homi Ibidem. nem Adam voluit referre intentionem nostram: qui voluntatem suam quærendo, non eius à quo factus est, non habuit iustum iudicium de seipso, sed iustum iudiciũ habitũ est de ipso. Ipse quippe homo perficiens voluntatem suam, non dei, moriturum se esse non credidit, sed hoc iudicium eius non iustũ fuit. Deniq; fecit vt sit mortuus, quia iudicium dei iustum. Quod iudicium facit dei filius, nõ quærẽdo voluntatẽ suam, cũ ẽt sit hominis filius, non quia ipsius iudicãdo nulla volũtas est. Quis itaq; insipiẽtissimus dixerit, q̃ voluntas filij sit ita propria, vt sit à voluntate patris aliena: vt tres, patrem, filium & spiritumsanctum, tanquam tres homines inæquales, ac dissimilis dignitatis faceret: tanquam imperatorem, patrem: iudicem, filium: aduocatum, spiritumsanctum: secundum quos iudicaret filius, velut imperiales leges: tanquam iudicis sit dignitas, q̃ habeat aduocatum, sicut imperatoris est F dignitas. Animalis enim homo non perci- 1.Co. 2. pit q̃ sunt spiritus dei. Ergo patris & filij & spiritussancti disparem non cogitet potestatem, qui natura saltem confitetur æquales. Absit in illa trinitate, vt sit ea conditio tanquam in generis humani mortalitate. Porrò sancta scriptura quæ istos diuinos actus, non differentia potestatum, sed operum ineffabilitate metitur: aduocatum nostrum, etiam ipsum iudicem nouit, dicente Apostolo Ioanne, Si quis peccauerit, aduocatum 1.Ioã. 2. habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Quod etiam ipse significat vbi di- Ioã. 14. cit, Rogabo patrem, & alium aduocatum dabit vobis. Neq; enim esse spiritussanctus

aduocatus alius, nisi hoc esset & filius: qui tamen vt inseparabilia sua & patris opera
Ioā.16. demonstraret, ait, Cum ipse iero, mittam eū
Ioā.14. ad vos: quanuis alio loco dicat, vbi ostenditur, ꝙ pater & filius miserunt spiritum sanctum. Quem mittet pater in nomine meo.
Esa.48. Etiam ostenditur per Propheram, ꝙ & pater & spiritus sanctus miserunt filium. Nam quis nisi filius per Esaiam aduentum suum
G prænuncians dicit, Audite me Iacob & Israel quem ego vocabo, Ego sum primus, & ego in æternum, & manus mea fundauit terram, dextera mea solidauit cœlum: vocabo illos, & astabunt simul? Conuenient etiam vniuersi & audient. Ego vocaui, adduxi illum, & prosperam eius viam feci: conuenite ad me, & audite ista. Hæc enim ab initio in obscuro locutus sum, cum fiebant, ibi eram: & nunc dominus misit me & spiritus eius. Vide eudentius, Ecce ipse se dicit missum à spiritu sancto, qui fundauit terram, & solidauit cœlum. vbi agnoscitur vnigenitus per quem facta sunt omnia. Consolatorem verum, quod officium tanquam personę infimę, in illa trinitate isti spiritui sancto deputant, deum dicit Apostolus, sicut in epistola eius legimus ad Corinthios, Is qui consolatur humiles, consolatur nos deus. Sanctorum ergo deus est consolator, ipsi quippe
Dani.3. sunt humiles. Vnde tres illi viri in camino dicunt, Benedicite sancti & humiles corde. Deus est itaq; spiritussanctus, qui consolatur humiles. Quòd spiritussanctus cum
Mat.19. filio aduocatus sit, & Apostoli iudices, hoc ostendit dominus vbi dicit, Vos qui secuti estis me, sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israel. Absit autem ista à fideli corde vecordia, ut sit iudicibus minor aduocatus spiritussanctus, cum illi vtiq; vt iudices sint repleantur spiritu sancto, secundum quem viuentes fiunt spiH ritales. Spiritalis enim omnia iudicat. Quo
1.Co.2. modo ergo minor est iudice, qui iudices facit: cum faciat vt membra sint iudicis illius,
1.Co.6. & membra & suum templum, dicente Apostolo, Corpora vestra membra sunt Christi? Eodemq; itidem dicēte, Corpora vestr templum in vobis est spiritus sancti. Hinc Salomonē regē nec lignis, nec lapidibus iussu dei templū ita bonū fertur struxisse spiritui sancto, vt illi ēt tā acceptabile templum fabricaretur. Sicut est cum dñs dicat, Dñm
Matt.4. deum tuum adorabis & illi soli seruies. Et ita membra Christi fiant templum dei, cū ipse sit uerbum dei: nec vllo modo imperatorum legi subiaceat, sed leges faciat. Filius à patre est, non factus, sed genitus: & spiritussanctus à filio non factus est, sed à patre & filio procedens. Pater prædicat filium di- Matt.3.
cendo, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite: spiritussanctus annunciat filium esse venturum: ac per hoc non solum patris gloriam filius, uerumetiam gloriam filij reuelat pater: nec solum filij spiritussanctus, sed etiam filius manifestat sanctispiritus dignitatem. Et ideo sicut filius patri, ita & pater filio: & sicut spiritussanctus filio, ita filius spirituisancto perhibet testimonium. A patre autem & fi- I
lio missus est spiritussanctus, & à patre & spirituisancto missus est filius. Filius non est minister patris, nec spiritussanctus minister filij. Vnde Apostoli, qui se ministros dei esse dicūt: eius qppe ministri facti sunt, in cuius nomine etiam baptizati. i. patris & filij & spirituissancti: sic ministri trinitatis sunt, in qua tres personæ secundum deitatem ęquales sunt in ministerio. Filius non iubetur à patre, nec spirituissanctus à filio: quis in sacris scripturis filium obedientem legamus secundum formam serui, qua minor est patre. Legitur itaque in scripturis sanctis, filius subditus patri: ibi enim est forma serui, in qua & parentibus hominibus subditus erat, sicut Euangelium loquitur, Et descendit cum eis, & uenit Nazaret, & Lucæ.2.
erat subditus illis. Non alicubi scriptura sancta dicit spūm sanctū subditū filio. Proinde & quæ iubet pater, operatur filius pp formā serui: & quæ operatur pater, opatur & filius pp formam dei. Nō. n. ait, Pater iubet hæc quæcunque facit filius: sed hoc ait, Quæcunq; pater facit, hæc & filius facit si- Ioan.5.
militer. Porrò ēt spirituissanctus loquitur q̄ mandat filius, quia scriptum est, De meo accipiet, & annunciabit vobis. Et filius ea lo- K
quitur q̄ mandat spūissanctus, cū dicat Apo- Ioā.16.
stolus, Quę dei sunt, nemo scit nisi spūs dei. 2.Co.2.
Et cū ipse Iesus de seipso impletū esse cōfir- Lucę.4.
net, qđ scriptum est, Spūs dñi super me, pp Esa.61.
qđ vnxit me euangelizare pauperibus. Si. n. pp hoc vnctus est euāgelizare pauperibus, quia spūs dñi super eū erat, quid euāgelizabat pauperibus, nisi quod spiritus dñi habebat, quo repletus erat? Nam & hoc de illo scriptum est, ꝙ repletus sit spirituisancto. Filius adorat & honorat pttrem, & spirituissanctus adorat & honorat filium. Propter formam

formam. n. serui dicuntur ista de filio, quia
Ioā.17. videlicet scriptum est, Pater ego te honorificaui super terrā, opus qđ mihi dedisti, cōsummaui: & de spirituisancto dicit filius, Il-
Ioā.16. le me honorificābit, quia de meo accipiet, et annunciabit vobis. Ista vt visa sunt, ad rem nō pertinēt, sed vt postea videbuntur. Honorat. n. omnis qui adorat, non autē adorat omnis qui honorat. Nā & sēdm Apostolū,
Ro. 12. fratres inuicem honore se pręueniunt, nec tū inuicem adorant: alioquin honorificare, hoc est hic qđ adorare. Cū filius & spūssanctus ambo à patre, ille nascatur, iste ꝓcedat, quæ duo in illius naturæ sublimitate dicernere omnimodo sit difficile. Ergo ne putare
L tur, dictum est, Quia de meo accipit ista si-
Ioā.16. ne dubio intelligi volēs, ꝙ de patre accipiet: sed ideo de ipso filio, quia omnia q̄ habet pater, ipsius sunt: hic aūt nō est diuersitas naturæ, sed vnius principij cōmendatio. Secūdum hoc itaq; spūssanctus nō à seipso loquitur, quia nō est à seipso, qui de patre procedit. Sicut nec filius pōt à se facere quicquā, qui nec ipse à seipso est: nō qđ in omnibus nutum patris expectat, aut qđ viderit patrē innuentē, sed vt ipse faciat ꝙ viderit patrē
Ioan. 5. facientē. Quòd aūt spirituissanctus Xpi filij ꝓceptum expectet: sicut. n. dictū est, A seipso
Ioā. 16. non loquitur, sed quæcunq; à me audierit, loquitur: hoc est, omnia q̄ habet pater, mea sunt: propterea dixi, de meo accipiet. Vnde aūt accipiet inde est proculdubio quod loquitur, quia inde audit vnde procedit. Scit .n. verbum dei procedendo inde, vnde nascitur verbum, ita vt sit cōmuniter spiritus & patris & verbi. Nec moueat quenquam ꝙ futuri temporis verbum est, accipiet, quasi nondum haberet: Et indifferenter quippe dicuntur temporis uerba, quanuis sine tempo-
M re manere intelligatur æternitas. Nam &
Rom.8. accipiet, quia de patre nunquam procedere desinet, sicut deus est, & fuit, & erit. Et cū initium vel finem temporis nec habet nec habuit nec habebit filius pro nobis interpellat patrem, spirituissanctus postulat pro nobis, non autem postulat Christum vel filium sed interpellare nos facit ad deum, sicut deus dicit ad Abraham, Nunc cognoui:
Gene.2. non quòd ante nesciebat. Quod quid est
Gala.4. aliud, nisi feci vt cognoscat? Sic ergo, & ait Apostolus, Cogniti à deo: ut intelligerent, quòd illos gratia sua deus fecerit cognitores suos. Vel secundum istum locutionis modum, dictum est, Nolite contristare spiritum dei: hoc est, nolite nos contristare, qui secundum spiritum dei contristamur ex vobis. Charitate quippe confundebantur, quam diffundebat spūssanctus in Rom.5.
cordibus eorum, & per hoc alios fratres tristes ipsi faciebāt. Deniq; idē Apostolus, Accepisti, inquit, spm adoptionis filiorum dei, in quo clamamus, abba pater. Quomodo Rom.8.
ibi, in quo clamamus, hoc mō hic clamantē faciet clamare. Vt autem sēdm ipsorum sensum sic accipiamus clamantē, tanquam non solum clamare nos faciat, sed ipse clamet, ecce dicendo, Abba pater: non interpellamus A
filium, sed patrem. Non ergo alio modo audebimus dicere, quàm patrem filium & spiritūsanctum idem esse. Nō scimus per nosmetipsos quod oremus sicut oportet, sed ip se spūs interpellat, id est, interpellare nos facit, quæ sunt sēdm deum. Quod nisi faciat,
1.Ioā.2. non oramus nisi sēdm hunc mundum, ad explendam concupiscentiam carnis, & concupiscentiam oculorum, & ambitionem seculi, q̄ non sunt ex patre, sed ex mūdo sunt.

Totius sanitatis & sapiētiæ & virtutis patris, uiua & uera ꝓpria & cōdigna imago dī filius. At Apostolus Paulus, non uirtutis dei & sapientiæ imaginē, sed eū ipsum esse dicit uirtutem & dei sapientiā. Eoipso ergo ꝙ imago patris est filius, uirtus eius & sapientia eius: imago autem plena, & perfecta id est, non ab illo ex nihilo facta, sed de illo genita, nihil minus habet q̄ ille, cui imago est. Patris quippe imago summa, id est similis est filio unigenito, ut in dissimile aliquid nō sit. Non tū audemus diuidere ab his imaginē spirituissancti, qui dī manifestatio. Quis autem catholicus dixerit esse partē uel portionem patris filium, aut partem filij spiritū B
sanctum? Quod omnino negandū est vt inter nos nulla sit quæstio. Eiusdē naturæ dicimus esse trinitatē, nō aliquā ibi personam partē cuiuspiā nūcupamus. Sed cum negamus partē patris esse filiū, ut tamē dicamus proprium & dilectissimū, perfectum & plenum, unigenitum filiū, quærendū est, à nobis, quos filios suos facit deus uoluntarie gignens eos uerbo ueritatis, cum ad eā perfectionē peruenerint ut ꝑfectiores esse nō possint, utrū sit ēt ipsi proprij dilectissimi perfecti & pleni filij dei? Quòd si erūt, nec unigenitus ille erit, quia æquales multos habebit, sed tantūmodo primogenitus. Si autem non erunt, qūo accipienda est illius plenitudo, & ꝑfectio, ut sit prorsus gignenti æqua-

lis,& in nullo omnino dissimilis? Et vt breuius planuisq; dicamus,Sunt isti filij gra,il le natura,quia in istis participatio diuinitatis,in illo plenitudo:quanuis & ille qui suscepit hominē,verbū caro factū,non sit iteratus:deinde nō filius, sed primum & præcipuum opus filij præ cæteris vniuersis dicit esse spiritumsanctus. Vtrum filij meliores futuri sint spiritusancto, quos voluntarie genuit pater verbo veritatis, an filius patris? Ad hoc proculdubio dicere cogimur, q̄ me C lius sit filius esse patris q̄ opus filij: atq; fateamur in illa trinitate,nullā personā, præter q̄ filius manens deus homo factus, est omnino esse creaturam, vt aliquid à deo factum: sed totum quicquid illud est,summū esse,verum immutabilem. deum. Absit.n. vt pater maior sit filio,secundum id quod vnigenitum verbum eius est, sed secundum id quod verbum caro factum est: & nō est mirum,cum in eandem carne factus est ēt angelis minor. Absit etiam vt melior & maior sit filius spiritusancto :& quod insanissimū est credere, templum minoris sint membra maioris. Pater quidem deus & dñs est filio suo,quia inest in eo forma seruilis, quę prophetabatur cū dicebatur, Dñs dixit ad me, Psal.2. filius meus es tu:cui etiam dicitur, De ventre matris meæ deus meus es tu. De ventre Psal.21. quippe matris eius vbi hominem assumpsit, deus eius est, qui propter quod eum non solum ante ventrem matris, sed ante omnia secula coæternum filium genuit, pater eius est, pater immobiliter & impassibiliter volens filium genuit:filius sine labore & fatigatione sola virtute sua fecit spm. O præcipuam dico & laudem filij & spiritussancti, quia non nos pater mobiliter & passibiliter inuitus genuerit, qui nos voluntarie genuit D verbo veritatis. Quid profuit hoc dicere,q̄ filius cœlum & terrā cum labore & fatigatione creauerit? Vnde nulla sit quæstio, q̄ scilicet sine vno labore & fatigatione, vel pater gignat,vel faciat filius. Pater potest facere quod filius facit,sed filius non potest face Ioan. 5. re nisi quod viderit patrem facientē. Et quęcunq; pater facit, similiter hæc eadem facit filius. Verum est autem, q̄ pater omnibus quæ sunt vt essent dedit, & ipse q̄ est à nemine accepit, sed æqualitatem suam nemini dedit nisi filio,qui natus est de illo, & spiritusancto, qui procedit de illo. Quod cum ita sit,non est differentia trinitatis: nam indifferens in trinitate natura, indifferens in trinitate potentia est: vt omnes honorificēt filium,sicut honorificant patrem, quod ipse Ibidem. ait,Et qui volunt pie viuere, dominū deum suum adorent,& illi soli seruiant,quod & antiquis patribus,dei lege præceptum est. Nec vllo modo aliter fieri potest,vt soli domino Deut.6. nostro deo seruiamus,nisi ipse dominus deus noster vniuersa sit trinitas. Si verò aliquibus molibus terræ templum fabricaremus, quis dubitaret nisi seruitute ipsis seruiremus? Quomodo ergo spirituisancto seruitutem exhibemus,cui templum nō facimus, sed nos ipsi sumus, de quo dicit Apostolus, Nescitis quia vos estis templum dei,& spiri E tus dei habitat in vobis? Et paulopost, Glorificate ergo deum in corpore vestro. Corpora autem nostra, templum in nobis dicit esse spiritussancti. Cum ergo & patri & filio & spirituisancto seruitute seruiamus,audiamus legem dei præcipientem, vt nulli alteri, sed solum dño deo nostro hanc latriam seruitutis exhibeamus, Proculdubio vnus & solus dñs noster est ipsa trinitas cui vni & soli talem seruitutem pietatis iure debe- Ioan. 6. mus: sicuti nemo potest sine filio ad patrem transire, ita & nemo potest sine spiritusancto filium in veritate adorare: quasi & non ad filium sine patre quisquam possit venire, cum ipse dicat, Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum. Aut ad spiritumsanctum sine patre & filio peruenire non possemus. Quid est enim aliud eos ad nos venire,nisi qui nobis suam gratiam conferunt eos habitantes in nobis habere? Hoc enim modo & ipsi ad nos veniunt, cum deus vbiq; sit, & nullo corporali continecatur loco. Ipse Saluator de se dicit, & de patre. Veniemus ad eum,& mansionem apud eum faciemus. Et de spiritusancto dicit. Ni Ioā. 14. si ego abiero,aduocatus non veniet ad vos. Ioā. 16. Nam si nemo potest sine spiritusancto filium adorare in veritate,& in spiritusancto adoratur filius, profecto veritas est etiam spiritussanctus, quia cum in illo adoratur F filius,in veritate adoratur. Ac per hoc & in seipso & in spiritusancto adoratur filius. Quis autem sit sic impius vt inde separaret patrem? Quomodo enim non & in illo adoramus, i quo viuimus,mouemur & sumus? Act. 17. Nam per filium glorificari patrem quis ne- Ioā. 12. gat? Sed & filium glorificari per patrem,negare quis audeat? Cui dicit ipse filius,Glorifica me pater. Cui etiam dicit pater,Fili ego te glorificaui. Glorificare & honorificare

Personæ tres eadē operantur. Cap.12.

rificare ac clarificare,tria quidem uerba, sed res vna est. Proinde adorare filiū in spiritu sancto etiam nos dicimus. Spiritussancti.n. opus est,& diligentia sanctificare,& sanctos custodire', & non solum rationabilia, sed ēt irrationabilia plura sanctificare: & etiam eos qui ceciderunt propter suam negligentiam,ad pristinum statum reuocare:ignorātes docere,obliuiscentes admonere, peccantes arguere, errantes ad viam veritatis deducere: pigros hortari de salute sua cogitare, & solicite agere: infirmos curare, & fragilitatem corporis p alacritatem animæ contiG nere,& ad amorem pietatis & castitatis confirmare & omnes illuminare. Super omnia fidē & charitatē præbet singulis, pro studio quoq; et diligentia,pro synceritate et simplicitate mētis, pro mēsura fidei & merito cōuersationis gratiam ad vtilitatem vult diuidere,& vnusquisq; in quo opere & proposito fuerit habilis,in ipso eū vult ordinare facto. Hæc quidem spiritussanctus facit, sed absit vt hæc sine filio faciat. Quis.n.sic deuiet a uia veritatis, ut neget à Christo custodiri sanctos, lapsos aūt in statum pristinum reparari,ignorantes doceri,obliuiscentes admoneri,peccantes argui, pigros hortari,errantes ad uiam adduci,infirmos sanari, Mat.23. cæcos illuminari? Et cętera quæ sunt spiritu sancto attribuenda,tāquam ipse solus faciat non putemus. Vt.n.de cæteris ne longum sit tāceam,quomodo negabimus à Christo doIoan. 1. ceri sanctos, quibus idem dicit, Nolite abhominibus vocari rabbi,vnus enim est magister vester Christus? Quomodo negabimus à Christo illuminari, de quo scriptum legimus, Erat lux vera quæ illuminat omnē hominem: & cætera? Spiritus ergo sanctus sicut sine Christo non docet aut illuminat Exo.31. quenquam,ita sine Christo non sanctificat H quenquam. Illud autem dictum eligamus, quod per Prophetam dicit deus, Vt sciant, quia ego sum qui sanctifico eos: & non seiungamus à patre, nec à filio opera spiritussancti sanctificatoris. Sed quòd melius est, vox illa est intelligenda per Prophetam ip- Rom.11. sius trinitatis nullo dubitante. Vnus deus est pater & filius & spiritussanctus, ex quo omnia,per quem omnia,in quo omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Cum itaque fateamur fieri a spiritusancto, quæ ab illo fieri commemoramus, non est ex eo consequens, alium esse à filio quàm à patre spiritumsanctum natura & ordine,gradu, assestu,dignitate & potestate,virtute & operatione. Qm quidem hominum viuersa natura est,quorū separabilia opera esse possunt, quod trinitatis non esse noscitur:q̄ aut gradus,aut affectus, qui inuenitur in creaturæ disparilitate & infirmitate, nullus est in illa coæterna & æquali & impassibili trinitate. Dignitas vero & potestas qūo non æqualis est omnibus,qui eadē & similiter operātur? Has omnino falsum esse cōmonemus diuersas in operatione trinitatis,sed dicimus similes cē. Hoc nos catholici impossibile esse dicimus de deo vt vnus idemq; sit pater & filius: generans & nascens: cui testimonium perhibetur:& qui testimoniū perhibet: maior,& is qui maiorē cōfiteturis qui ad dex I teram sedet & stat, & is qui sedens dat honorem:qui missus est,& is qui misit:discipulus & doctor,vt ipse dicit & docuit,Sicut docuit me pater,ita loquor. Similis imitator,& Ioan. 8. is cui similis, & quem imitatur:is qui orat, & is qui exaudit:is qui gratias agit,& is qui benedicit:is qui suscipit mandatum,& is qui dedit mandatum, minister & præcipiens: supplex & eminens:subditus & superior: vnigenitus & ingenitus: sacerdos & deus. Licet ex parte aliqua vera sint prædicta in patre diuisim secundum deitatem, & in fi- Quòd lio secundum humanitatem, non tamen eū non sit vnum & eundem filium dicimus esse qui patre ma pater est. Nos aūt patrem gignentem & fi- ior fili⁹, lium genitum, duas dicimus esse personas, sed coæsed non duas diuersasq; naturas. Non ergo tern : & vnus & idem est pater & filius. Quòd ue quomoro maior est pater,non pertinet ad naturam do in fugignentis & geniti,sed hominis & dei, secū turo etiā dum quam formam susceptihominis, & ad seculo dexteram sedet vel stat, & orat, & gratias patri suagit,sacerdos est, & minister est, & supplex bi jciēd⁹ est,& subditus est.Secundum autam formā asserat. dei in qua æqualis est patri, vnigenitus est, Cap.13. & gignenti coæternus. Et licet vt tunc sit K primogenitus omnis creaturæ, quia in illo cōdita sunt omnia, priusque ille est genitus quàm hæc condita, tamen sempiternus est, sicut pater,nec cœpit ex tempore. Nam & patrem rectissime dicimus priorem esse q̄ vniuersa q̄ condidit,quanuis genitus nō sit. Nihil.n.tam primum q̄ id ante quod nihil est. Sed sicut nihil est ante patrem, ita & nihil est ante vnigenitum filium, patri vtiq; coæteruum. Neque enim quia ille genitus est,ideo est pater tempore anterior: nam si inter patrem gignentem, & genitum filium

aliquod tempus est,profecto tempus est ante filium, & non est iam primogenitus oīs creaturæ,quia & tempus vtiq; creatura est. Nec omnia per ipsum, si tēpus ante ipsum: sed omnia per ipsum,nullū ergo tps ante ipsum. Ac per hoc quēadmodū ignis & splendor qui igne gignitur,& circunquaq; diffunditur,simul esse incipiunt, nec genitus à gignente præceditur, & sicut ignis gignens & splendor genitus coæui sunt: ita deus pater gignens,& deus filius genitus coæterni sunt. Sed quia iste de illo, ille non de isto,ideo & mandatum accepit à patre, cum mandatum ipse sit patris, & docet eum pater,cū ipse sit
L paterna doctrina. Sic enim accepit à patre vitam,cum sicut pater ipse sit vita:ita est patris similis,vt in nullo sit omnino dissimilis. Testimonium cum inuicem sibi perhibeant pater,& filius,quomodo isti alterum eorum faciant testimonium perhibentem, & alterum cui testimonium perhibeatur,ignoro.
Matt. 3. Nonne pater dicit,Hic est filius meus dilectus? Nonne & filius cum testimonium petit à patre, dicit, Testimonium perhibet de
Ioan. 8. me,q me misit? Ergo eos ita distinguemus, vt patrem dicamus qui testimonium perhibet,& filium secundum carnem cui testimonium perhibetur. Secundum deitatem autē inter præcipientem,& cui præcipitur, nullā faciemus distinctionē: similiter de patre mittente,& de filio emisso. Pater vnigeniti dei nunquam præscius erat se patrem futurum, quia nunquā non pater erat habens filium coæternum, & eū generans sine tēpore,per quē condidit tempora. Et sicut deum se non præsciuit futurum quod semper erat, sic nō tempore se præsciuit patrem,quia cum filio semper erat. Nec magno filio maior,nec bono melior, quia non patri tantum, sed vniuersæ trinitati dictum est, Tu es deus solus
Psal.89. magnus. Nec de patre tantum, sed de vni-
M uersa trinitate recte intelligitur dixisse idē filius,Nemo bonus nisi vnus deus: quando appellauit magistrum bonum qui eum nōdum intelligebat.sed tanquam diceret,si vocas bonum intellige deum. Nemo tū bonus nisi vnus deus, Trinitas igitur vnus deus solus magnus & bonus,cui vni soli, ficut p̄cepit lex eius,illa quæ latria dicitur seruitute seruimus. Absit autem vt dicamus, humilitatis & non veritatis gratia filium aliquan
Mat.10. do sic loqui ut se patri subijciat,eumq; secūdum deitatē maiorē esse testetur. Nouimus quippe in filio formam serui secundum carnem, non fictā simulatamq; sed veram:propter quā scilicet humanū habitū,& propter quod ipse de patre,non de ipso deus est. Nā deus pater & filius & spiritussanctus vnius eiusdemq; substantiæ: vel vt expressius dicatur, essentiæ sunt & naturæ, quæ οὐσία Græce nuncupatur. Quāta igitur voragine impietatis immerguntur, qui confitentes vnigenitum dei filium, nolunt eiusdem naturæ cuius est pr confiteri, sed diuersæ atq; imparis & multis modis rebusq; dissimilis: tanquā non ex deo natus,sed ab illo de nihilo sit creatus:ac per hoc & ipse creatura,gra filius non natura? quem nos fatemur filium esse patris ante omnia secula sine tempore. Dicit Apostolus ēt in futuro seculo patri fi- A
lium subiectū futurum,ubi ait,Tunc & ipse 1.Co.15 subiectus erit ei q illi subiecit omnia. Quid mirum,qñquidem illa in filio forma humana mansura est,qua semper maior est pater. & nos illam filij subiectionem ipsius humanæ formæ, in diuinam substantiā credimus cōmutatam? Ostendimus ideo dixisse Apostolum, etiā tunc patri filium subiectum futurum,ne quis in eo putaret spiritum & corpus humanum aliqua cōuersione periturū, vt sit deus per omnia, non tantum in illius unius forma hominis, sed in omnibus.i.ad exhibendam uitam, & faciendum in bonis desiderium nostrum natura diuina sufficiat. Tunc enim deus omnia erit in omnibus, cum præter ipsum nihil omnino habere uelle cœperimus. Omnia quippe ipse erit nobis, si qñ sufficiente ipso nihil deerit nobis.
B

FINIS.

DE ESSENTIA DIVInitatis, Liber unus.

OMnipotens deus pater & filius et spiritussanctus,unus atque trinus: unus uidelicet in natura, trinus uero extat in personis: solus inuisibilis, solus immensus atque incomprehensibilis, solus incircunscriptus,solus immutabilis, incorporeus & immortalis: ubique præsens,sed latens:ubique totus,sed immensus. Inuisibilis est,quia in essentia sui uideri omnino non pōt, Apo- Inuisibilis deus.
stolo attestante,qui ait, Quē nullus homi- 1.Ti. 6.
num uidit,sed nec uidere potest. Et in Euan- Ioan. 1.
gelio, Deum nemo uidit unquam. Incor-
poreus

Incorporeus deus. poreus est, quia nullius membrorum liniamentis compositus, siue compactus existit: sicut veritas in Euangelio ait, Spiritus est
Ioan. 4. deus, & eos qui adorant eum, in spiritu &
C veritate adorare oportet. Immensus est,qa
Immensus deus quantitas eius vel qualitas à nullo ex creaturis metiri potest. Cui Salomon oratione
3.Re.8. sua supplicans ait,Si cœlum & cœli cœlorū
Incircū scriptus te non capiunt, quanto magis domus ista q̄
& illocalis deus. ædificaui? Incircunscriptus est,quia circunscribi nullo modo potest. Illocalis est, quia
Esa. 66. de loco ad locum nequaquam transit,sed ne que in loco quolibet retinetur,ipso de semetipso per Esaiam Prophetam testimonium perhibente atq; dicente,Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorū.
Hie.23. Et per Hieremiam, Nunquid non cœlū &
Psa.138. terram ego impleo dicit dominus? Cuius immensitatem Propheta in Psalmo confitens ad ipsum deum ait: Si ascendero in cœlum, tu illic es: & si descendero ad infernū,ades. De cuius adhuc immensitate in libro beati Iob scriptum est,Excelsior cœlo est, & q̄d
Iob. 11. facies? Profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius, & latior mari. Qui enim cœlum & terram implet, proculdubio nullus est locus ab eius præsentia absens. Super omnem quippe creaturam p̄sidet regendo: subtus omnia est sustinendo atq; portando, non pondere laboris,sed infatigabili virtute: qm̄ nulla creatu-
D ra ab eo condita per se subsistere valet, nisi
Immutabilis deus ab illo sustentetur qui illam creauit. Extra omnia est,sed non exclusus:intra omnia est, sed non inclusus. Immutabilis est,quia mutari omnino ab eo quod est non potest,ipso
Mala.3. dicente per Malachiam Prophetam, Ego dominus & non mutor. Ideo autem deus immutabilis dicitur,quia in natura eius,ira, furor,pœnitentia,obliuio,recordatio,& alia his similia, nullo modo accidunt. Simplex enim natura est & immutabilis atq; imper-
Immortalis deus turbata,neq; aliud est ipse & aliud quod habet & quod est. Immortalis est, quia mori
1.Ti. 6. nullo modo potest. Apostolo hoc attestante atque dicente, Qui solus habet immortalitatem,lucem habitans inaccessibilem, quem nullus vidit hominum, nec videre potest. Vbicunq; autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros, motus in deum animæ seu humana membra describit.i.caput,capillos, oculos,palpebras,nares,os,labia, linguam, cor,imaginem,vterum,manus,dexteram,sinistram,digitos seu digitum, brachium,alas, posteriora,pedes:item motus animæ,iram, furorem,obliuionem,recordationem,pœnitentiam:hæc & alia his similia non carnaliter iuxta historiam à recte intelligentibus sentienda sunt,sicut à Iudæis & à plerisque hæreticis carnaliter sentientibus, qui deum E
corporeum atq; localem opinantur, sed spiritaliter omnia de eo intelligenda & confitenda sunt. Si quis autem humana in deo mēbra, seu motus animæ more humano inesse credit,proculdubio in corde suo idola fabricat. Igitur vt dictum est figuraliter in deo Caput
caput cum legimus, ipsam essentiam diuini dei.
tatis eius quæ omnia præcedit, & cui omnia Capilli
subiecta sunt intelligere debemus. Capillos dei.
uero capitis eius, sanctos angelos seu vni- Dani.7.
uersos electos typicè accipi oportet. Vnde in libro Danielis Prophetæ scriptum est, Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Vestimenta eius quasi nix candida,& capilli capitis eius quasi lana munda. Hoc enim significat per vestimētū eius candidum quod & per capillos capitis eius, sanctos videlicet angelos & multitudinem sanctorū dealbatorum. Vel certe ideo capilli eius lanæ mundæ comparantur,vt p hoc antiquus dierum esse credatur. Oculos habere dicitur deus, eo q̄ omnia videt, & Oculi
nihil eum latet, in cuius conspectu, vt ait dei.
Apostolus, nulla creatura inuisibilis est, Heb. 5.
Omnia.n. nuda & aperta sunt oculis eius. Aliter vero oculi dñi, respectus gratiæ eius intelligitur, ut est illud in Psalmo, Oculi Psal.33.
dñi super iustos. Itē aliter oculi dñi, præce- F
pta eius per quæ nobis lumen scientiæ subministratur,mystice accipiūtur, vt est illud in Psalmo, Præceptum dñi lucidū illumi- Psal.18.
nans oculos. Palpebræ dñi occulta atq; in Palpe-
comprehensibilia iudicia eius,siue spiritalis bræ dei.
in diuinis libris locutio innuitur, de quibus in Psalmo scriptū est,Palpebræ eius interro
gant filios hominū.i.probant. Aures habe Psa. 10.
re dicitur deus, p̄p q̄ omnia audit & nihil Aures
illi sub silentio latet. Hinc in libro Sapiētiæ dei.
est scriptum, Auris zeli audit omnia,& tu- Sapiē.1.
multus murmurationum non absconditur. Nares dei, inspiratio eius in corda fideliū, Na res
vt est illud in libro Regum, Ascēdit fumus dei.
de naribus eius.i. lachrymosa compunctio 2.Re.22
pœnitentis per inspirationem illius. Facies Facies
dei est cognitio diuinitatis eius ad homines, dei.
de qua cognitione scriptum est, Ostende Psa. 76.
nobis domine faciem tuam & salui erimus. Hoc est, da nobis cognitionem tuam: quæ

Universidad de Deusto Biblioteca

cognitio per filium hominibus innotuit, ipso dicente in Euangelio, Nemo nouit patrē
Mat.11. nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Alitер vero facies dei significat inuisibilem essentiam diuinitatis, filij dei. De qua ipse
G Moysen per angelum respondens ait, Po-
Exo.33. steriora mea videbis, faciem autē meā videre non poteris. Ac si diceret, Incarnationē meā videbis in nouissimis diebus, diuinitatē aūt meā videre non poteris. Os dei, filius
Os dei. Thre. 1. dei patris. i. Christus dominus: de quo Heremias propheta ex persona Iudæorū effatus ait, Quia os eius ad iracundiā prouocauimus. Aliter vero os dñi sermo eius siue
Esa. 58. iussio accipitur. De quo sermone domini
Verbū dei. Esaias Propheta ait, Os dñi locutum est. Verbum dei, est filius dei patris per qđ omPsal.32. nia facta sunt. De quo in Psalmo, Verbo do
Psa.106. mini cœli firmati sunt. Et alibi, Misit verbū
Ioan.1. suū & sanauit eos. In principio inquit, erat
Lingua dei. verbū, & verbū erat apud deū, & deus erat verbū. Lingua dei mystice significat spiri-
Psa. 44. tumsanctū, per quem deus pater secretum
Labia. dei. suū hominibus manifestauit. Vnde in Psalmo, Lingua mea calamus scribæ velociter
Prou.16 scribentis, Labia dñi, vtriusq; testamenti cō
Esa. 51. sonantia intelliguntur. De quibus duobus
Brachiū dei. testamentis in Prouerbijs scriptū est, Diuinatio in labijs eius, in iudicio non errabit os
Hie.32. eius. Brachia dei patris, filius eius & spiri-
H tussanctus intelliguntur: Sic in Esaia, Et brachia mea populos iudicabunt. Brachiū dei patris singulariter, filius eius accipitur. De quo Hieremias propheta ad ipsum ait, Et nunc dñe deus meus qui eduxisti populum tuum de terra Aegypti in manu forti & brachio extento. Idcirco aūt filius dei patris, brachiū eius, dr, quia omnis creatura electa
Dextera dei. ab ipso continetur. Dextera dei patris. i. vni genitus filius eius accipitur. De quo in Psal-
Psa. 117 mo ex persona hominis assumpti, Dextera, inquit, dñi fecit virtutē, dextera dñi exaltauit me, Aliter aūt dextera dñi gloriā patris significat. i. æternam beatitudinē. De qua in
Psa.109. Psalmo ex persona patris ad filium, Sede à dextris meis. Dicitur autem & dextera dei omnis electa creatura in cœlo & in terra, sicut & per sinistram eius intelligitur reprobā creatura. i. dæmones & omnes impij qui ad læuam positi æterna supplicia sustinebunt.
Manus dei. Manus dei patris, filius accipitur, pro eo qp per ipsum facta sunt omnia. Sicut est illud
Esa. 66. in Esaia Propheta, Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt omnia. Aliter vero manus dei potestas eius intelligitur. De qua potestate in libro Hieremiæ scriptū est, Si cut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Israel. Iterum manus dñi, flagellum ipsius accipitur. De cuius percussio
Soph.1. ne in Sophonia Propheta scriptū est, Et extendā manū super Iudam & Hierusalē, & I disperdā de loco hoc reliquias Baal &c. De qua percussione domini beatus Iob ait de semetipso, Manus dñi tetigit me. Digitus dei singulariter, spiritussanctus accipitur, à quo spiritusancto lex in duabus tabulis lapideis in monte Sina scripta narratur. Ipse enim scripsit qui scribenda dictauit. i. spiritussanctus. De quo spiritusancto, dominus in Euā gelio, Si ego, inquit, in digito dei ejcio dæmonia. Quod alius Euāgelista declarās ait, Si Ego in spiritu dei ejcio dæmonia. Sicut enim digitus cum manu & brachio, manus vero & brachium vnum sunt cum corpore in natura, ita pater & filius & spiritussanctus tres quidem sunt personæ, vna autem substantia diuinitatis. Digiti vero pluraliter sancti intelliguntur Prophetæ, per quos spiritussanctus libros legis ac Prophetarum sua inspiratione descripsit. De quibus in Psalmo scriptum est. Videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum. Per cœlos enim libros legis & prophetarum: per digitos vero sanctos, vt dictum est, Prophetas accipimus. Imago dei patris inuisibilis, vnigenitus est filius eius, de quo Apostolus ait, Qui Col. 1.
K est imago dei inuisibilis. Aliter nanque est imago dei patris in filio suo, quem non aliunde, sed ex semetipso, hoc est ex substantia sua per omnia sibi similem genuit & æqualem: aliter vero est in anima hominis, quam non ex se. i. de substantia sua, sicut plerīq; hæretici opinati sunt, genuit, sed ex nihilo creauit. Sicut aliter est imago cuiuslibet regis in filio eius quem ex semetipso genuit sibi similem, id est, homo hominem: aliter vero in annulo eius, siue in cæra imago eius impressa, quæ non est hoc quod ipse, sicut filius qui naturaliter est hoc quod & pater. Cor
Cor dei dei patris, arcanum sapientiæ eius mystice
Psa. 44. Alæ dei innuit, ex quo verbum, id est, filium suum impassibiliter sine initio genuit, ipso dicente per Prophetam, Eructauit cor meum verbum bonum. Alas habere dicitur deus, pro eo quòd more auis electos suos tanquā pullos sub se colligit, fouet, & ab insidijs diaboli & malorum hominum protegit. De cuius protectione Propheta in Psalmo ad id

sum ait, Sub umbra alarum tuarū protege
Psal.16. me. Scapulas habere dicitur deus, quia infir
Scapulæ dei. ma membra ecclesię patienter quasi in scapulis suis portat, & portando protegit. De quo in Psalmo viro iusto dicitur, Scapulis
Psal.90. suis obūbrabit tibi, & sub pēnis eius sperabis. Venter dei pris, secreta origo substantiæ
Venter dei. vel scientię eius accipit ex qua origine inef
L fabiliter ante oēm creaturā filiū suū genuit: ipso testimoniū perhibente per Prophetā. i.
Ps. 109. patre ad filium, Ex vtero ante Luciferū genui te. Aliter vterus dei incomprehensibilia & occulta iudicia eius, q̄ rimari nequeunt, mystice insinuat. De quibus occultis iudi-
Iob 38. cijs eius in Iob scriptum est, De cuius vte-
Posterio ro egressa est glacies, & gelu de cęlo quis ge
ra dei. nuit? Posteriora filij dei, incarnatio eius accipit, quę extremo tpe ob redēptionē humani generis facta est. De qua posteriori parte filius dei in mōte Sinai ad Moysen p angelum ait, Posteriora mea videbis, faciē autem
Exo.33. meam videre non poteris. Ac si diceret, Incarnationem meam videbis, diuinitatē meā
Pedes dei. videre non poteris. Pedes dei, stabilimentum virtutis ac potentiæ eius sunt, eo quòd vbique præsens sit & vniuersa illi sint subiecta, ipso dicente per Esaiam Prophetam,
Essa.66. Cœlum mihi sedes est, terra autem scabel-
M lum pedum meorum. Aliter vero pedes filij dei, incarnatio eius intelligitur, quæ diuinitati subiecta est, tanquam capiti pedes. Siue pro eo quòd circa finem mundi ipsa incarnatio facta est. Sicut enim per caput, vt dictum est, diuinitas, ita per pedes figuraliter humanitas eius exprimitur. De qua humanitate in Exodo scriptum est, Viderūt
Exo.24. eum filij Israel, hoc est, Moyses & Aaron & Nadab & Abiu & septuaginta de seniоribus populi. Et paulopost, Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cum serenum est. Sicut autem per lapidem sapphirum cœlestes creaturas, id est, angelos sanctos: ita per cœlum serenum sanctam electorum ecclesiam ex hominibus assumptam figuraliter demonstrare voluit. Super quas duas creaturas ho o
Psal. 8. assumptus à filio dei in perpetuum regnā. De quo in psalmo, Omnia, inquit, sub pedibus eius oues & boues vniuersas. Aliter per pedes domini Iesu Christi, signati sunt sancti prædicatores, de quibus in Deutero-
De. 33. nomio scriptum est, Qui appropinquāt pe-
Vestimē dibus eius, accipient de doctrina eius. Vesti
tum dei. mentum filij dei aliquando caro eius, quæ à diuinitate assumpta est in diuinis libris figuraliter accipitur. De quo indumento carnis eius Esaias propheta vaticinās ait, Quis Esa. 63.
est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Rursum vestimenta eiusdem domini, sancta accipitur ecclesia, quæ per fidē & dilectionem ei coniuncta est. De qua in A
Psalmo scriptum est, Dominus regnauit, de Psal.92.
corem indutus est. Et in alio Psalmo ad ip- Psal.30.
sum dominum, Confessionem & decorē induisti amictus lumine sicut vestimento. Pal Pallium
liū dei, antedicta ecclesia recte intelligitur, dei.
de qua in libro Geneseos scriptū est, Lauabit Ge. 49.
in vino stolam suā: hoc est, in sanguine pas- Calceasionis carnem suā: & in sanguine vuæ palliū menta
suum. i. ecclesiam. Calceamenta dei mystice dei.
significant incarnationē suam, quā ex mortalitate humani generis assumere dignatus est. De qua incarnatione sua ipse per Prophetā in Psalmo ait, In Idumæam extendā Psal.59.
calceamentum meum. i. plebi Gentiliū manifestabo incarnationem meā. Gressus domini, aduentus filij dei in mundum est, & regressio eius ad patrem. De quibus gressibus Psal.67.
Psalmista canit, Visi sunt gressus tui deus, ingressus dei mei regis qui est in sancto. De cœlo. n. venit in vterum virginis, de vtero virginis nascendo, positus est in præsepio. Postquam autem omnia impleuit pro quibus à patre missus venerat, appensus est ligno crucis: de cruce autem depositus, secundum carnem sepultus est: secundum animā vero ad inferna descendit tertia vero die p
potentiam diuinitatis suæ carnem suam de B
sepulchro suscitauit: & post dies resurrectionis suæ, quadragesimo. s. die, uidētibus Apostolis ascēdit in cœlum, & sedet ad dexteram patris, id est, in gloria eius. Hi sunt. n. gressus filij dei, iste descensus & ascensus & regressus eius qui frequenter in sacris scripturis legitur. Ascendere deus dicitur, cum Ascende
filius dei carnem de nobis assumptam in cę re dei.
lum velut captiuam duxit: sicut est illud in Psalmo, Ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem: quia naturam humani generis quæ à diabolo captiua in mundo retinebatur, assumens, secum in cœlum ubi nunquā antea fuerat tanquam captiuam deportauit. Abscondere faciē suā deus legitur, cum Abscon-
quibusdam reprobis eorū exigētibus culpis dere dei.
cognitionem suam abscondit: sicut in populo Iudæorum nunc impletum videmus, qui negantes filium dei, scientiam ueri dei perdiderunt, vt similes forent gentibus, quæ

deum

deum non nouerunt. Oſtẽdere dicitur deus

Oſtendere dei. faciem ſuam, cum reſpectu gr̃æ ſuæ quibus vult, electis. ſ. ſuis, ſeipſum in corda eorũ occulta inſpiratione inſinuat, & ad diligendũ ſe amore ſuũ infundit. Sedere dicitur deus,

Sedere dei. non corporaliter humano more, ſed potenC tialiter ſuper omnẽ creaturã rationalẽ præ-

Pſal 46. ſidere, vt eſt illud in Pſalmo, Regnauit dñs ſuper gentes, deus ſedet ſuper ſedẽ ſanctam ſuã. Sedere ẽt dñs dicitur ſuper Cherubin qđ interpretaf plenitudo ſcientiæ ſiue multitudo, per qđ ſignificantur ſancti angeli, ſiue mẽtes ſpiritualiũ virorũ in quibus deus inuiſibiliter præſidet & regnat. In illis enim ſedet q ſciẽtia eius & dilectione pleni ſunt. In Prouerbijs quippe Salomonis ſcriptum eſt, Anima iuſti ſedes eſt ſapientię. Sapientia vero dei patris Chriſtus eſt, qui ſuper ani-

Deſcẽdere dei. mas iuſtorum ſedere dicitur. Deſcendere in mundum deus legitur, quando aliquid nouum quod antea non fuerat in creatura humana operatur: ſicut filius dei patris deſcendiſſe narratur, quando verã carnem ex Maria virgine propter redẽptionem noſtram ſuſcepit, & verus homo fieri dignatus eſt, nõ amittendo quod erat, ſed aſſumendo quod non erat. De cuius deſcenſione, hoc eſt, in-

Pſal. 17. carnatione, de ipſo ſcriptum eſt in Pſalmo, Inclinauit cœlos & deſcendit, & caligo ſub pedibus eius. Cœloa inclinauit, quia ante aduentum ſuum prænũcios angelos ſiue Prophetas miſit, qui eius aduentum hominibus nunciarent. Caligo ſub pedibus eius fuit,

D quia impij homines à ſua militia cæcati,

Stare dei eius incarnationẽ agnoſcere non potuerũt: ſed neq; nunc pũt. Stare deus dr̃, cũ nos infirmos .i. creaturam ſuam ad pœnitentiam conuerſione vitæ patienter ſuſtinet, vt eſt

Abac. 3. illud in Abacuc Prophet a, Stetit & menſus eſt terram & diſſoluit gentes, id eſt, ſtetit ad ſubueniendum & diſſoluit credentes in ſe à peccatorum vinculis. Tranſire dici-

Tranſire dei. tur deus, cum à cordibus quorundam hominum, in quibus ante per fidẽ inhabitare credebatur: poſtea ſurrepente perfidia vel quolibet delicto ab his recedit, & ad alios tranſit. Quemadmodum de Iudæis ad gentes, & de hæreticis ad catholicos, ſeu de quibuſlibet irreligioſis & negligentibus à quibus pro uitio ſuo recedere dicitur deus, & ad alios tranſire, quod non localiter aut viſibi-

Ambulare dei. liter, ſed inuiſibiliter occulto iuſtoq́ue iudicio facere conſueuit. Ambulare dicitur deus non de loco ad locum tra[illegible]ſcundo, quod impium eſt ita credere, ſed deambulatio eius eſt in cordibus ſanctorum delectari, ſicut ſcriptũ eſt, Et inhabitabo in eis & inãbulabo, & ero illorũ deus. Vel certe ambulare dei eſt in ſanctis p̃dicatoribus ſuis de loco ad locũ tranſire. Loqui dei, eſt inuiſibiliter ſine ſono vocis vel quolibet ſtrepitu occulte in mentibus ſanctorũ voluntatẽ ſuã atq; rectũ intellectũ inſpirare, ſeu futura ſicut ſanctis Prophetis reuelare. Quæ locutio oris dei, vt quidã volunt, tribus modis accipitur. Primo nanq; mõ per ſubiectã creaturã, ſicut ad Moyſen, cum in rubo & igne apparuit, vel ſicut ad Abrahã, ad Iacob, ſiue vt iã dictũ eſt Moyſen & cæteros ſanctos, quibus voluit, in angelis apparere dignatus eſt. Secũdo mõ in ſomnis, ſicut ad Iacob & ad Zachariã Prophetã & ad Ioſeph ſponſum Mariæ, & ad alios ſanctos quibus voluit ſecreta reuelare. Tertio autẽ modo, neq; per creaturam viſibilem, neq; per ſomnium, ſed occulta tãtum inſpiratione inuiſibiliter corda ſanctorum tangendo loquentes efficit, quemadmodum in libris Prophetarum legitur, cum ipſi Prophetæ diuino ſubito afflati ſpũ exclamabant dicentes, Hæc dicit dominus. Videre dei, eſt acta bona approbare, ſicut illud eſt in Geneſi, vidit deus cuncta q̃ fecerat, & erant valde bona .i. intelligẽtibus bona eſſe demonſtrauit. Aliter videre dei eſt mala hominum ſciendo reprobare, ſicut eſt illud in Eſaia Propheta, Et vidit dominus, & apparuit malum in oculis eius. Itẽ aliter videre dei eſt, nos videntes, id eſt, ſcientes facere, vt eſt illud in Pſalmo, Proba me domine & ſcito cor meum: interroga me & cognoſce me, & ſemitas meas. Et vide ſi uia iniquitatis in me eſt: &c. Modus iſte locutionis & in libro Iob ſimiliter reperitur, vbi de ſapientia dei patris poſtquam plurima, & inſignia locutus eſt de deo patre, adiecit, Tunc vidit illam & narrauit & inueſtigauit & præparauit, id eſt, videntes fecit atque prædicantes, & inueſtigantes atque alijs nunciantes. Cognoſcere d[illegible] eſt cognoſcentes facere, ſicut ait ipſe ad [illegible]orahã, Nũc cognoui q̃ timeas deũ. Neq; [illegible]m. ille ex tpe nouit q̃ ſcit oĩa anteq̃ fiant. cognoſcere dicit deus cognoſcẽtes facere, vt q prius de ſe quales eſſent incogniti erãt, p eius interrogationẽ. i. probationẽ ſibimetipſis manifeſti fierent. Tale eſt & illud in lege Moyſi de populo Iſraelitico, Vt tẽtẽ, inquit, eos vtrũ cuſtodiãt mãdata mea, an nõ.

Loqui dei. E

Triplici mõ deus loqui dicitur.

Videre dei.

Iob. 28.

Cognoſcere dei quid ſit. Ge. 22.

Deu. 23.

Neſcire dei quid ſit.

Neſcire

Zelare dei quid ſit. Neſcire dei, eſt quoſdam reprobos reprobare, ſicut in Euãgelio, Neſcio vos vnde ſitis, recedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Zelare dicitur deus cum creaturam

Luc. 13. ſuam quam non vult perire ſæpe caſtigat,

Pſal. 6. corripit atq; flagellat, & flagellando ad ſe reG ducit. Vel certe zelare deus dicitur cum nullum peccatum impunitum vult relinquere. Iuſtus. n. eſt, & ideo omnis iniuſtitia execrabilis eſt illi, quam vt dictum eſt impunitã

Iraſci dei quid ſit. nullo modo relinquere patitur. Iraſci dicit deus, non animi motu vel qualibet perturbatione, quæ illi omnino accidere non põt: ſed creaturæ delinquenti. i. hominibus impijs & peccatoribus iuſtam inferre dicitur vltionẽ: hoc eſt. n. illis reddere quod meren

Pœnitere dei quid ſit. tur, & hæc vltio diuina & ira vel furor eius dicitur. Pœnitere deus dicitur, non q̃ more hominum pro tranſactis operibus ſuis pœniteat. Qui enim omnia nouit antequam fiant, pro præteritis factis ſuis pœnitere nõ poteſt. Sed pœnitentia dei eſt ſtatuta mutare, & quod prius aliter inchoatum fuerat in

1. Re. 15 aliud mutare. i. de bono exigentibus culpis in malum: ſicut de Saule legitur pœnituiſſe dñm, quòd conſtituit eum regem: & ſicut nunc videmus in populo Iudæorum factũ, qui cum eſſet populus dei, ob impietatem ſuam facti ſunt ſynagoga ſatanæ. De malo vero in bonum, ſicut accidit in populo gentium, qui ante non populus dei, nunc autem per gr̃am Chriſti populus dei effectus eſt.

H Hoc quippe modo occulto dei iudicio Iudas proditor de Apoſtolatus gradu lapſus in inferui barathrum demerſus eſt, Latro vero poſt crimen rapacitatis de cruce ad paradiſum tranſlatus eſt. Hanc vero immutationẽ de bono ad malum, vt dictum eſt, ſiue de malo ad bonũ quæ occulto iuſtoq́; iudicio dei, ſeu per ſeueritatem iuſtitiæ, ſeu per miſericordiam eius fiat, pœnitentiam dei dicimus.

Non pœnitere dei quid ſit. Quod expreſsius in libro Hieremiæ ſcriptum eſt. Non pœnitere dei eſt, ſtatuta nullo modo mutare. Vt eſt illud in Pſalmo, Iurauit dñs & non pœnitebit eum. i. pater ad filium: tu es ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech. Sacerdos patris c[illegible]ctus eſt filius dei, non ſecundum diuinitatẽ, ſed propter humanitatem, in qua ſe pro nobis per paſsionem & mortem ſuam acceptabile ſacrificium deo patri obtulit, vt ipſe eſſet ſacerdos qui ſacrificium. Obliuiſci dicitur deus cum quibuſdam impijs & peccatoribus non miſeretur, quod vtique non

Obliuiſci dei quid ſit.

facit per credulitatem, quæ in deo non eſt, ſed per occultum iuſtumq́; iudicium ſuum.

Indurare dei quid ſit. Indurare dicitur deus quorundam malorũ corda, ſicut de Pharaone rege Aegypti ſcriptum eſt: non q̃ omnipotens deus per potẽtiam ſuam corda eorum induret, quod eſt impium ita credere: ſed exigentibus eorum culpis, cum duritiam cordis, quam ipſi ſibi mala perpetrando nutriunt non aufert: quaſi ipſe eos induret, quia iuſto iudicio indurari

Dormire dei quid ſit. Hier. 31 dormitinit. Dormire dei eſt, cum vnigenitus filius patris in aſſumpta carne pro nobis mori dignatus eſt. Cuius mors recte dulcis ſomnus prædicatus eſt, ipſo dicente per Hieremiam Prophetam, Ideo quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum & vidi, & ſomnus meus dulcis eſt mihi. Aliter dormire dicitur deus, cum fides eius inter proſpera huius mundi in quorundam fidelium corde non vigilat, ſed dormit.

Matt. 8. Hanc dormitionem Saluator noſter in ſe ſignificauit, cum in naui inter fluctus maris dormiuit. Vel certe dormire dei, eſt electis ſuis in tribulationibus huius mundi poſitis tardius ſubuenire, ſicut illud in Pſalmo,

Pſal. 43. Exurge, quare obdormis domine? Vigilare dei, eſt in defenſionem electorum ſuorũ & Vigilare in vltionem inimicorum ſuorum ſe manifeſtum deum demonſtrare. Hæc omnia quæ ſit dei quid ſit. prædicta ſunt, & alia ijs ſimilia quæ de deo ſacra ſcriptura iuxta hiſtoriam narrat, non ſecundum literam, vt dictũ eſt, ſed figuratiua locutione accipienda ſunt: quia omnipotens deus in eſſentia diuinitatis ſuæ ſpiritus eſt non caro inuiſibilis atque incorporeus, nullisq́; humanis membris compoſitus eſt,

K Et idcirco non de oculis carnis, ſed de oculis cordis contemplandus eſt. Deus ſapientia eſt, veritas eſt, charitas eſt, iuſtitia eſt, & ideo eiſdem oculis videndus eſt quibus hæc omnia contemplantur. Et idcirco non corporeis, vt dictum eſt, obtutibus, ſed ex corde mundo à fidelibus intuendus eſt. Scriptum quippe eſt in Euangelio, Beati mundo corde q̃m ipſi deum videbunt. Hoc eſt. n. p̃-

Matt. 5. mium ſanctorum, non in hac tm̃ vita, ſed potius in futura repromiſſum dicente beato Ioanne Apoſtolo, Chariſsimi, nunc filij dei ſumus & nondum apparuit quid erimus.

1. Ioã. 3. Scimus. n. q̃m cum apparuerit, ſimiles ei erimus, q̃m videbimus eum ſicuti eſt. Hæc p̃miſsio, vt dictum eſt, poſt reſurrectionem carnis & iudicium dei, eſt in ſeculo futuro ſanctis repoſita. In preſenti vero vita nullus tam ſanctus, neq; ita perfectus ex electis

dei

dei qui ipsum dñm in essentia diuinitatis
suæ sicuti est, vidit vnquam, aut videre pote
rit, ipso dicente ad Moysen, Non.n.videbit
Exo.33. me homo & viuet. Ac si diceret, Nemo
quandiu mortaliter viuit, deum vt est vide
re poterit. Vident.n.sancti in præsenti vita
deu, non ita vt est in substantia, sed per spe
culum in ænigmate, postea aũt facie ad fa
L ciem. Vident in hac vita credendo, non cor
1.Co.12 poreis oculis cernendo. Videre enim deum
est recte illum credere & ex corde illum di
ligere. Hoc quippe signat nomen Israel, qđ
interpretaẽ vir videns deum. Sed quia filius
dei qui in substantia diuinitatis cum pa
tre vnum est, ob reparationẽ humani gene
ris, quod in Adã lapsum fuerat, prope finẽ
mundi in vterum Mariæ virginis illapsus,
veram carnem eius substantia creauit, atq;
in singularitate personæ suæ ita vniuit, vt
deus pariter esset & homo: simplici vero p
sona, vt dictum est, gemina vero substantia
ex eadem virgine incorruptio pudore nasce
retur: vt qui erat & est in diuinitate verus
deus à patre genitus inuisibilis & incorpo
reus atq; incomprehensibilis sicut & pater,
ipse esset & verus homo visibilis, corporeus,
& circumscriptus, atq; idem ipse, non alius
deus & alius homo, sed deus & homo, vnus
est Christus dei filius, passus pro salute no
stra, in sola carne mortuus & sepultus, in ea
dem carne in qua etiam die tertio per virtu
tem diuinitatis suæ de sepulchro resurgens
ascendit in cœlum & sedet ad dexteram pa
tris: quem inde venturum ad iudicandũ vi
M uos & mortuos in eadẽ carne in qua ascen
dit, sed glorificata, uniuersalis expectat eccle
sia, quemadmodum & in symbolo vniuersi
decantant fideles. Et idcirco eundem dei fi
lium secũdum substanciã diuinitatis suæ in
uisibilem & incorporeum & immortalem
atq; incircumscriptum sicut & patrẽ & spm̃
sanctum nos credere & confiteri oportet.
Iuxta humanitatem vero visibilem, corpo
reum, localem atq; omnia membra humana
veraciter habentem credere conuenit & cõ
fiteri. Quoniam sicut eundem dei filium &
redemptorem nostrum secundum diuinita
tem inuisibilem & incorporeum, sicut &
patrem & spiritum sanctum non credere im
pium est: ita eundem dei filium in homine
assumptum, visibilem, corporeum, atque lo
calem post resurrectionem non credere &
profiteri prophanum est. Illud enim quod
in Genesi scriptum est dicente deo patre ad
filium, Faciamus hominem ad imaginem &
similitudinem nostram: non ita accipiendũ
est quasi deus corporeus sit & membrorum
liniamentis compositus: ad quam compositionem corpoream exteriorem hominem
nostrum, humanum videlicet corpus, ve
luti ad similitudinem suam fecerit, sicut Iu
dæi & cæteri infideles plerq; opinati sunt, A
quod ita credere impium est. Deus autem,
vt sæpe dictũ, spiritus est, non caro: substan
tia est, non corpus. Ad imaginem quippe
suam deus hominem fecit, non in corpore,
sed in anima: non in corpore, sed in sensu, nõ
in exteriore homine, sed in rõne. Animaque Quare
hominis, vt dictum est, ideo ad imaginẽ dei anima
facta esse perhibetur, quia spiritalis creatura ad imagi
est inuisibilis & incorporea atq; immorta- nem dei
lis: non de substantia dei originem trahens, facta sit.
sicut Manichæi & Priscillianistæ hæretici
falsè opinati sunt, sed ex nihilo à deo creata.
Quæ initium habet, finem vero habere ne
scit. Quæ humana anima, ob hoc quòd à
deo rationalis, quòd intellectualis facta est,
imago dei dicitur. Inest enim illi per natu
ram rationalis sensus, per quem intelligit, sa
pit, atq; inter bonum malumque discernit.
Inest illi memoria, per quam transacta re
cordatur. Inest volũtas, per quam quæ vult
eligit. Inest & sensus, per quem & sentit.
Inest & ratio, per quam & occulta & inui
sibilia contemplatur, per quam deum crea
torem suum intelligit, per quam vera à fal
sis discernit, per quam inuisibilia & deum
oculis cordis contemplatur seu speculatur.
In his omnibus anima hominis ad imaginẽ B
dei facta esse narratur, hæc omnia cõmunia
habet cum angelis, Corpus vero cũ animali
bus brutis quæ intellectu carent. Huius ani
mæ origo occulta est, & soli deo cognita. Ip
sa quoq; anima hominis pro eo qp spiritalis
creatura est, aliqñ in sacra scriptura spiritus
dicitur, aliqñ vero natura, aliquando etiã vi
ta, nonnunquam vero cor esse dicitur. Et
cum sit vna in natura sua, propter varios
effectus, diuersa vocabula sortita est. Simili
ter & vero dei in homine refertur ad opus iu
stitiæ, dicẽte domino in lege, Sancti estote, Leui.19.
quia ego sanctus sum deus vester. De qua
sanctitate beatus Paulus informans ait, Re- Ephe.4.
nouamini spiritu mentis vestræ, & indui
te nouum hominem qui secundum deum
creatus est in iustitia & sanctitate veritatis.
Et iterum ipse, Imitatores mei estote si- 1.Co.11.
cut & ego Christi. Et Ioannes exhortans 1.Ioã.2.
ait,

ait, Qui dicit se in Christo manere, debet
ambulare sicut ille ambulauit. Et veritas in
Luc. 6. Euangelio, Estote misericordes sicut & pa
ter vester cęlestis misericors est. Sicut enim
imago dei ad naturam pertinet animæ, ita
similitudo refertur ad opus iustitiæ.

FINIS.

CENSVRA.

LIbellus hic ex diuersis Augustini epistolis consarcinatus est, maxime quod ad sententias attinet. Probabile est & hunc esse Hugonis Victorini.

DE FIDE RERVM Inuisibilium, Liber unus.

SVnt qui putant Christianã religionem propterea ridẽdam potius quàm tenendam, quia in ea nõ res quæ videatur ostenditur, sed fides rerum quæ non videntur hominibus imperatur. Nos ergo ad hos refellendos, qui prudenter sibi videntur nolle ostendere, quod videre non possunt, etsi non valemus humanis aspectibus monstrare diuina quæ credimus, tamen humanis mentibus & illa quæ non videntur credenda esse monstramus. Ac primum isti quos oculis carneis sic stultitia fecit obnoxios, vt quod per eos non cernunt, non sibi existimẽt esse credendum admonendi sunt, quàm multa non solum credant, verumetiam sciant, quæ talibus oculis videri non possunt. Quæ cum sint innumerabilia in ipso animo nostro, cuius inuisibilis est natura, vt alia taceam, fides ipsa qua credimus, siue cogitatio qua nos vel credere aliquid, vel non credere nouimus cum prorsus aliena sit ab istorum conspectibus oculorum, quid tam nudum, tam clarum, quid tam certum est interioribus visibus animorum? Quomodo ergo credend n non est quod corporeis oculis nõ videm cum vel credere nos, vel non credere vbi corporeos oculos adhibere non possumus, sine vlla dubitatione videamus? Sed inquiunt, Ista quę in animo sunt, cum possimus ipso animo cernere, non opus habemus per oculos corporis nosse: quæ autem dicitis vos vt credamus nec foris ostẽditis, vt ea per oculos corporis moueremus, nec intus in animo nostro sunt, vt ea cogitando videamus. Sic ista dicunt, quasi quisquã credere videretur, si iam sibi præsentatum posit videre quod creditur. Ideo vtique debemus credere nonnulla etiam temporalia quæ non uidemus, vt æterna etiam mereamur videre quæ credimus. Sed quisquis es qui non vis credere nisi quod vides, ecce præsentia corpora corporeis oculis vides, E
præsentes voluntates & cogitationes tuas, quæ in animo tuo sunt, ipso animo vides. Dic mihi obsecro te, amici tui erga te voluntatem quibus oculis vides? Nulla enim voluntas corporeis oculis videri potest. An vero etiam hoc vides animo tuo, quod in animo agitur alieno? Quod si non vides, quomodo amicabili beneuolentiæ vicem rependis, si quod non potes videre nõ credis? An forte dicturus es alterius voluntatem per eius opera te videre? Ergo facta uisurus, & verba es auditurus, de amici autem voluntate id quod videri & audiri non potest crediturus. Non enim voluntas illa color est, aut figura vt oculis ingeratur, vel sonus aut cantilena vt auribus illabatur: aut voluntas tua est, vt tui cordis affectione sentiatur. Restat itaque ut nec visa nec audita, nec apud te intus conscripta credatur, ne tua vita deserta sine vlla amicitia relinquatur, vel impensa tibi dilectio vicissim abs te non rependatur. Vbi est ergo quod dicebas, te credere non debere nisi quod videres, aut extrinsecus corpore, aut intrinsecus corde? Ecce ex cor- F
de tuo, credis corde non tuo: & quò nec carnis, nec mentis dirigis aciem, accommodas fidem, amici faciem cernis corpore tuo, fidem tuam cernis animo tuo. Amici vero non abs te amatur fides, si non in animo tuo vlla sit fides, qua credas quod in illo non vides? Quanuis homo posit, & fallere fingendo beneuolentiam: aut si nocere non cogitat, tamen expectando à te aliquam commoditatem simulat, quia charitatem non habet. Sed dicis, ideo te credere amico cuius videre cor nõ potes, quia in tuis tentationibus eum probasti, & cuiusmodi animum erga te haberet in tuis periculis, vbi te non deseruerit cognouisti. Nunquid ergo ut amicorum probetur erga nos charitas, videtur tibi nostra optanda calamitas? Nec quisquam erit ex amicis certissimi fœlix, nisi fuerit aduersis rebus in-

Etiã in reb⁹ humanis multa credi, q̃ non cernuntur oculis. Cap. 1.

fœlix,

Universidad de Deusto
Biblioteca

fœlix, vt videlicet explorato alterius amore nõ fruaẽ, nisi suo dolore vel timore cruciẽ, & quo in habendis veris amicis optari iam potuisset, timeri fœlicitas potest, quam probare nisi infœlicitas non potest: & tamen verum est haberi posse amicum & in rebus prosperis, probari autem certius in rebus G aduersis. Sed vtiq; vt eum probes periculis tuis, nec te committeres nisi crederes. Ac Tractat idem. Cap. 2. per hoc cum te committis vt probes, credis antequam probes. Certe.n. si rebus non vis credere, non debemus qñq; & nondum certius probatis amicorum cordibus credere. Et cũ ea malis nostris bona probauerimus, etiam tunc eorum erga nos beneuolentiam credimus potius q̃ videmus: nisi quia tanta fides est, vt non congruenter quibusdã oculis eius, nos iudicemus videre quod credimus, cũ propterea credere debeamus, quia videre non possumus. Si auferatur hic fides de rebus humanis, quis non attẽdat quanta earum perturbatio, & q̃ horrenda confusio subsequatur? Quis.n. mutua charitate diligetur ab aliquo, cum sit inuisibilis ipsa dilectio, si quod non video credere non debeo? Tota itaq; peribit amicitia, quia non nisi mutuo amore constat. Quid.n. eius poterit ab aliquo recipere, si nihil eius creditum fuerit exhiberi? Porrò amicitia pereunte, nec cõnubiorum neq; cognationum & affinitatũ vincula in animo seruabũtur, quia & in his vtiq; amica consensio est. Non ergo coniugẽ cõiunx vicissim diligere poterit, qñ se dili gi, quia ipsam dilectionem non põt videre, H non credit. Nec filios habere desiderabunt, quos vicissim sibi reddituros esse nõ credũt. Qui si nascantur & crescant, multo minus ipsi parentes suos amabunt, quorum erga se amorẽ in eorũ cordibus, quia est inuisibilis non videbunt, si ea quæ non videntur non laudabili fide, sed culpabili temeritate credũtur. Quid iã de cæteris necessitudinibus dicã, fratrum, sororũ, generorũ, atq; socerorũ, & qualibet consanguinitate & affinitate iũctorum, si charitas incerta, voluntasq; suspecta est, & filijs parentum, & parentibus filiorũ dum beneuolentia non redditur debita, quia nec deberi putatur, qñ in alio quod non videtur, esse non creditur. Porrò si non ingeniosa, sed odiosa est cautela, vbi nos amari non credimus, q̃ amorem amantium non videmus, vicemq; non rependimus, quibus eam nos debere mutuam non putamus: vsqueadeo res humanæ perturbant[illegible], si quod non videmus, non credamus, vt omnia funditus euertantur, si nullas credamus hominum voluntates, quas vtiq; videre non possumus. Omitto dicere q̃ multa isti qui nos reprehendunt, quia credimus quæ non videmus: credant famæ & historiæ, vel de locis, vbi ipsi non fuerunt: nec dicant, non credimus, quia non vidimus: qm̃ si hæc dicant, co I guntur fateri incertos sibi esse parẽtes suos: quia & hinc alijs narrantibus, nec tũ quia iam præteritum est id ostendere valentibus crediderunt, nullum retinentes illius tpis sensum, & tũ alijs inde loquentibus adhibentes sine vlla dubitatione consensum: quod nisi fiat incurratur necesse est aduersus parentes infidelis impietas, dum quasi vitatur in his quæ videre non possumus credendi temeritas. Si ergo non credentibus nobis Indicia q̃ confirmant fidem. Cap. 3. quę uidere non possumus, ipsa humana societas, concordia pereunte, non stabit, quanto magis fides, quanuis q̃ non videntur, rebus est adhibenda diuinis? Quæ si nõ adhibeat, non amicitia quorumlibet hominum, sed ipsa summa religio uiolatur, vt summa miseria consequatur. Sed amici hominis inquies, erga me beneuolentiam q̃q̃ videre non possum, multis tũ indicijs indagare possum: uos autem quę vultis vt non visa credamus, nullis indicijs potestis ostendere. Interim non paruum est, q̃ fateris quorundam indiciorum perspicuitate res aliquas, etiam quæ nõ videntur, credi oportere: & iam sic constat non omnia quæ non videntur, non esse credenda. Iacetq; illud abiectũ atq; conuictũ, K q̃ dicitur, ea quæ non videmus, nõ debere nos credere. Multum aũt falluntur qui putant nos sine vllis de Christo indicijs credere Chm. Nam quæ sunt indicia clariora, q̃ ea quę nunc videmus prædicta & impleta? Proinde qui putatis nulla esse indicia credere de Christo debeatis, quæ non vidistis, attendite quæ uidetis. Ipsa ecclesia vos ore maternæ dilectionis alloquitur, Ego quam miramini per vniuersum mundũ fructificantem atq; crescentem, qualem me cõspicitis aliquando non fui. Sed quia olim Abrahæ promissio à deo facta est, In semine tuo benedicentur oẽs gentes: me promittebat per oẽs gentes in Christi benedictione diffundi. Semen Abrahæ Christum, succedentium generationũ ordo testatur. Quod vt breuiter colligam, Abrahã genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit duodecim filios, ex quibus ortus est populus Israel. Gen. 22. Matt. 1.

Iacob

Iacob quippe ipse appellatus est Israel. In his duodecim filijs, genuit Iudã, vñ nomen est Iudęorum, ex quibus nata est virgo Maria, quæ peperit Christum. Et ecce in Christo, id est, in semine Abrahæ benedici oẽs gentes, videtis & stupetis, & adhuc in eum L credere timetis, in quem non credere, potius timere debuistis. An credere dubitatis uel recusatis virginis partum, cum magis credere debeatis, sic decuisse nasci hominem deũ? Esaiæ. 7. Et hoc namq; accipite per Prophetã fuisse prædictum. Ecce virgo concipiet in vtero, & pariet filiũ, & vocabunt nomẽ eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Non ergo dubitabitis virginẽ parientẽ, si velitis credere deum nascentem, mundi regimen non relinquentẽ, & ad homines in carne venientẽ: matri fœcunditatẽ afferẽtẽ, integritatẽ non auferentẽ. Sic hominẽ nasci oportebat, etsi semper erat deus, ex quo nascendo fieret nobis deus. Hinc de eo rursus Psal. 44. Propheta dicit, Thronus tuus deus in seculum seculi, virga dilectionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Ista vnctio spiritalis est, qua deus vnxit deum, pater. s. filium: vnde appellatum à chrismate. i. ab vn Psal. 44. ctione nouimus Christum. Ego sum ecclesia de qua illi in eodem Psalmo dicitur, & tanquã factũ quod futurum fuerat prænũciatur, Astitit regina à dextris tuis, in vestitu deaurato circumamicta varietate. i. in sacrario sapientiæ linguarum varietate deco- M rata: Vbi mihi dr, Audi filia & vide, & inclina aurem tuã, & obliuiscere populum tuũ, & domum patris tui: Quia concupiuit rex speciem tuã, qm̃ ipse est dñs deus tuus. Et adorabunt eum filiæ Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabũtur oẽs diuites plebis. Omnis gloria eius filiæ regis intrinsecus in fimbrijs circumamicta varietate. Adducentur regi virgines post eam, proximæ eius adducentur tibi, Adducentur in lætitia, & exultatione, adducentur in templum regis. Pro patribus tuis, nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super omnem terram Memores erunt nominis tui domine in omni generatione & generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in seculũ, & in seculum seculi. Si hanc reginam non videtis, iam etiam regia prole fœcundam: Si non videt impletum, quod audiuit esse promissum, cui dictum est, Audi filia, & vide: Si non reliquit ipsa ritus pristinos mundi, cui dictum est, Et obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, Si non vbique Christum dominum confitetur, cui dictum est, Concupiuit rex speciem tuam, quia ipse est dominus deus tuus: Si non videt ciuitates gentium Christo preces fundere & munera A offerre, de quo illi dictũ est, Adorabũt eum filij Tyri in muneribus: Si non & superbia deponitur diuitum & ab ecclesia deprecantur auxilium, cui dictum est, Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: Si non agnoscit filiam regis, cui dicere iussa est, Pater noster qui es in cœlis: Et in sanctis suis Matt. 6. interiori homine renouatur de die in diem, de qua dictum est, Omnis gloria eius filiæ regis intrinsecus, qua & oculos extraneorũ surgentes fama prędicatorum suorum in diuersitate linguarum velut fimbrijs aureis, & vestis varietate perstringat. Si nõ posteaquam diffamatur in quocunque loco odore bono, eius etiam consecrandæ virgines adducuntur ad Chm de quo dicitur, & cui dicitur, Adducuntur regi virgines post eam, proximæ eius adducentur tibi: Et ne quasi captiuæ in aliquem velut carcerẽ viderentẽ adduci, Adducẽtur, inquit, in lætitia & exultatione, adducentur in tẽplum regis. Si non parit filios, ex quibus habeat tanquã patres quos constituat sibi vbiq; rectores, cui dr, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super oẽm terrã: quorũ se orationibus mater & prelata & subiecta cõ- B mendat. Vñ subiectum est, Memores erunt nominis tui dñe in omni generatione & generatione, Si non propter eorundem patrum prædicationẽ nominis eius sine intermissione meminerunt, & tam magnæ in ea multitudines congregantur, eiq; laudẽ gratiæ sine fine linguis proprijs cõfitentur, cui dr, Propterea populi confitebũtur tibi in seculum, & in seculum seculi. Si non ista ita Pendet demonstrantur esse perspicua, vt non inue à superiore. niant oculi inimicorum, in quam partẽ auertantur, ubi non eadem perspicuitate ferian- Cap. 4. tur, vt ex ea fateri mãnifeste cogantur merito fortasse dicitis quòd nulla vobis ostendantur indicia, quibus visis credatis etiam illa quæ non videtis. Si vero hæc videtis, q̃ & longe ante prædicta sunt, & tanta manifestatione cõplentur, si se ipsa veritas & p̃cedentibus vobis & cõsequentibus declarat effectibus. O reliquiæ infidelitatis, vt credatis quæ non videtis, ijs erubescite, quæ videtis.

Me

Me attendite, vobis dicit ecclesia, me attendite, quam videtis, etiam si videre nolitis. Qui.n. temporibus illis in Iudæa terra fideles fuerunt, ex virgine natiuitate mirabile, ac passione, resurrectione, ascensione Christi, omnia diuina dicta eius, & facta p̃sentes p̃sentia didicerũt. Hæc vos nõ vidistis, propterea credere recusatis. Ergo hæc aspiciet, in hæc intendite, hæc q̃ cernitis cogitate, q̃ vobis nõ præterita narrant, nec futura præ-
nunciant, sed p̃sentia demonstrant. An vobis inane vel leue videt, & nullũ vel paruũ putaris esse miraculũ diuinum, quod in no-
Esa. 7. mine Christi vnius crucifixi vniuersum genus currit humanum? Non vidistis q̃ prædictum & impletum est de humana Xpi natiuitate, Ecce virgo in vtero concipiet & pariet filiũ: sed videtis q̃ p̃dictum & impletũ est ad Abrahã dei verbum, In semine tuo
Ge. 22. benedicentur oẽs gentes? Nõ vidistis quod de mirabilibus Christi prædictũ est, Venite & videte opera dñi quę posuit prodigita su-
Psa. 42. per terrã: sed videtis quod p̃dictũ est, Dñs dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postola à me & dabo tibi gẽtes hære-
Psal. 2. ditatẽ tuam & possessionẽ tuã terminos terræ? Non vidistis q̃ prædictũ est & impletũ
Psal. 21. de passione Christi, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, Diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestẽ meam miserunt sortẽ: sed videtis q̃ in eodem psalmo prędictũ est, & nunc apparet implerum, Cõmemorabũ-
D tur & conuertentur ad dñm vniuersi fines terræ, & adorabunt in cõspectu eius vniuersæ patriæ gentium: Q̃m domini est regnũ, & ipse dominabitur gentium? Nõ vidistis quod de resurrectione Christi prædictum atq; cõpletum est, loquẽte Psalmista ex persona eius prius de traditore & persecutoribus eius, Egrediebantur foras, & loquebant
Psal. 48. simul in idipsum: Aduersum me susurrabãt omnes inimici mei, aduersum me cogitabãt mala mihi: Verbum iniquũ disposuerũt aduersum me? Vbi vt ostenderet nihil eos valuisse occidendo, resurrecturũ subiecit atq; ait, Nunquid qui dormit nõ adijciet vt resurgat? Et paulopost cũ de ipso suo traditore per eandem prophetiã p̃dixisset, q̃d in Euangelio quoq; scriptum esse commemorauit, Qui edebat panes meos ampliauit sup me calcaneum: hoc est, conculcauit me: & continuo subdit, Tu autem domine miserere mei & resuscita me, & reddam illis. Impletum est hoc, Dormiuit Xps & euigilauit, hoc est resurrexit: qui per eandem prophetiam in E
alio Psalmo ait, Ego dormiui & somnũ ce- Psal. 3.
pi, q̃m dominus suscepit me. Verum hoc nõ vidistis, sed uidetis eius ecclesiam, de qua similiter dictum & impletum est, Dñe deus Hie. 16.
meus ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent, Vere mendaica coluerunt patres nostri, simulachra, & non est in illis vtilitas? Hoc certe siue velitis seu nolitis aspicitis, etiam si adhuc aliquam putatis esse vel fuisse in simulachris vtilitatẽ: certe tamen innumeros gentium populos relictis vel abiectis vel confractis huiusmodi vanitatibus audistis dicere, Vere mẽdatia coluerunt patres nostri, simulachra, & non est in illis vtilitas: si faciet homo deos, & ecce ip
si nõ sunt dij. Ne putetis aũt ad unũ aliquẽ dei locũ gentes prædictas fuisse uenturas, q̃m dictum est, Ad te gentes venient ab extremo terræ: Intelligite si potestis ad deum Christianorũ q̃ summus & uerus est deus non ambulando venire gentiũ populos, sed credendo. Nã res eadẽ ab alio Propheta sic pronũciata est, Præualebit, inq̃t, dñs aduersus eos, & exterminabit oẽs deos gentiũ terræ: & adorabũt eum vnusquisq; de loco suo omnes insulæ gentiũ. Q̃d ait ille, Ad te omnes gentes veniẽt. Hoc ait iste, Adorabũt eũ
vnusq̃sq; de loco suo. Ergo veniẽt ad eũ nõ F
recedentes de loco suo, quia credentes in eũ inuenient eũ in corde suo. Non vidistis q̃ Ps. 107.
prædictũ & impletũ est de ascensione Christi, Exaltare super cœlos deus: sed videtis q̃ continuo sequitur, Et super oẽm terrã gloria tua? Illa de Christo facta atq; transacta omnia nõ vidistis, sed ista p̃sentia in eius ecclesia videre vos non negatis. Vtraq; vobis p̃dicta monstramus: vtraq; aũt impleta p̃terea demonstrare videnda nõ possumus, quia reuocare in conspectũ præterita non valemus. Sed quemadmorum voluntates Ex præ-
amicorum quæ non uidentur, creduntur p̃ teritis fu
indicia quæ videntur: sic ecclesia quæ nunc tura cre-
uidetur, omniũ quæ nõ uidẽtur, sed in eis li dimus.
eris vbi & ipsa est p̃dicta monstrantur, & Cap. 5.
index est præteritorũ & prænuncia futurorum. Quia & p̃terita quæ iam non possunt uideri, & p̃sentia quę nec p̃t uideri omnia, cũ prænunciarent nihil horum poterat tũc uideri. Cum ergo fieri prædicta cœperunt, ex illis quæ facta sunt usque ad ista quæ fiũt de Christo & ecclesia, quæ prædicta sunt ordinata

ordinata serie cucurrerunt: ad quam seriem p̃tinet de die iudicij, de resurrectione mortuorum, de impiorum æterna damnatione cum de diabolo, & de piorum æterna remuneratione cum Christo, quæ similiter prædi-
G cta ventura sunt. Cur ergo res primas & nouissimas quas non videmus non credamus, cum testes vtrarunq; res medias quas videmus habeamus, atque in Propheticis libris & primas & medias & nouissimas vel audiamus prænunciatas antequam fierent, uel legamus: nisi forte arbitrentur homines infideles à Christianis illa esse conscripta, vt ista quæ iam credebant maius haberent pondus authoritatis si antequam venirent puta
Iudæo- rentur esse promissa? Quod si suspicanrum ge- tur, inimicorum nostrorum Iudæorum co-
nus qua- dices perscrutentur. Ibi legant siue ista quæ
re nõ oc commemorauimus prænũciata de Christo
tiditur . in quem credimus, & ecclesia quam cerni-
Cap. 6. mus ab initio laborioso fidei vsque ad sempiternam beatitudinem regni. Sed cum legunt, non mirentur q̃ ista illi quorum codices sunt, propter inimicitiarum tenebras nõ intelligunt. Nam eos non intellecturos, ab eisdem Prophetis ante prædictum est: quod vt cætera oportebat impleri, & occulto iustoq̃; iudicio dei, meritis eorum pœnam debitam reddi. Ille quippe quem crucifixerunt, & cui fel & acetum dederunt: quanuis in ligno pendens propter eos quos fuerat in
Luc. 23. lucem de tenebris educturus, dixerit patri, Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, tñ
H propter cæteros quos occultioribus causis fuerat deserturus, per Prophetam tanto an-
Psal. 68. te prædixit, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto: Fiat mensa eorum coram ipsis in muscipulam, & in retributionem & in scandalum: Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Cum causæ itaque nostræ pręclarissimis testimonijs circumquaque ambulant oculis obscuratis, vt per eos hæc prohibeantur, vbi & ipsi reprobentur, ideo factum est, ne sic delerentur, vt eadem facta omnino nulla essent: sed dispersa est super terras, vt portans in nos collatæ gratiæ prophetias ad conuincendos firmius infideles nobis vtiq; prodesset. Et hoc ipsum
Psal. 58. quod dico, accipite quemadmodum fuerit prophetatum, Ne occideris eos, inquit, ne quando obliuiscantur legem tuam: dispergе eos in virtute tua. Non sunt ergo occisi, eo q̃ non sunt quæ apud eos legebantur & audiebantur obliti. Si.n. scripturas sanctas, quanuis eas non intelligant, penitus obliuiscerentur, in ipso Iudaico ritu occiderẽtur, quia cum legis & Prophetarum nihil nossent, Iudæi prodesse nõ potient. Ergo occisi non sunt, sed dispersi, vt quanuis in side vade salui fierent, non haberent, tamen vnde I
nos adiuuaremur, memoria retinerent, in libris suffragatores, in cordibus nostri hostes, in codicibus testes. Quanquam etiam si Prædica
de Christo & Ecclesia testimonia nulla pœ tio mira
derent, quem non mouere deberet vt crede bilis.
ret, repente illuxisse diuinam humano gene Cap. 7.
ri claritatem, quando videmus relictis dijs falsis, & eorum confractis vsquequaq; simulachris, templis subuersis, siue in vsus alios commutatis, atque ab humana & veternosissima consuetudine, tot vanis ritibus extirpatis, vnum verum deum ab omnibus inuocari, Et hoc esse factum per vnum hominẽ ab hominibus illusum, compræhensum, vinctum, flagellatum, expoliatum, exprobratũ, crucifixum, occisum. Discipulos eius idiotas, & imperitos, & piscatores, & publicanos per quos eius magisterium commẽdaretur, elegit: annunciantes eius resurrectionem, ascensionem, quam se vidisse dixerunt, & impleti spiritusancto, hoc Euangelium linguis omnibus quas non didicerant, sonuerunt. Quos qui audierunt partim crediderunt, partim non credentes prædicantibus ferociter restiterunt. Ita fidelibus vsq; ad mortem pro veritate, non mala rependendo, sed perpetiendo certantibus, nec occidendo, sed moriendo vincentibus: sic in istam religio-
nem mutatus est mundus, sic ad hoc Euan- K
gelium corda conuersa mortalium, marium & fœminarum, paruulorum atque magnorum, doctorum atque indoctorum, sapientium atque insipientium, potentum & infirmorum, nobilium & ignobilium, excelsorũ & humilium, & per omnes gentes Ecclesia sic diffusa succreuit: vt etiam contra ipsam catholicam fidem nulla secta peruersa, nullum genus exoriatur erroris, quod ita reperiatur Christianę veritati aduersari, vt non affectet atque ambiat Christi nomine gloiari: quod quidem non sineretur pullulare per terram, nisi exerceret sanam & ipsa contradictio disciplinam. Quando tandem crucifixus illa potuisset, nisi deus hominem
susceptisset, etiam si nulla per Prophetas futura talia prædixisset? Cum vero tam magnum pietatis sacramentum habuerit ante

credentes vates suos atque præcones, quorum diuinis vocibus est prænunciatum, & sic venerit quemadmodum est prænunciatum, quis ita sit demens, vt dicat Apostolos de Christo fuisse mentitos, quem sic venisse prædicauerunt, quemadmodum eum venturum Prophetæ antea prædixerant, q nec de ipsis Apostolis vera futura tacuerunt?

L

Psal. 18. De his quippe dixerant. Non sunt loquelę neque sermones quorum non audiantur voces eorum: In omnem terram exiuit sonus eorum. Quod certe in orbe videmus impletum, & si in carne nondum vidimus Christum. Quis itaque nisi mirabili dementia cæcatus, aut mirabili pertinacia durus ac ferreus, nolit habere sacris literis fidem, quæ toAd fidei immobilem obseruãtiã cohortatio. c. 8. tius orbis prædixerunt fidem? Vos autem charissimi qui hanc fidem habetis, vel qui nunc nouam habere cœpistis, nutriatur & crescat in vobis. Sicut.n. venerunt temporalia tanto ante prædicta, venient & sempiterna promissa. Nec vos decipiant vel vani Pagani, vel falsi Iudæi, vel fallaces hæretici, necnon in ipsa catholica ecclesia mali Christiani, tanto nocentiores, quanto interiores inimici. Quia & hinc ne perturbarentur infirmi prophetia diuina non tacuit,

Cant. 2. vbi loquens in Cantico canticorum, sponsus ad sponsam. i. Christus dominus ad Ecclesiam, Sicut lilium, inquit, in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarum. Non dixit in medio extraneorum: sed in

Mat. 13. medio filiarum. Qui habet aures audiendi, audiat. Et dum sagena quæ missa est in mare & congregat omnia genera piscium, sicut

M sanctum loquitur Euangelium, trahitur ad litus. i. ad seculi finem, secernat se à piscibus malis, corde non corpore: mores malos mutando, non retia sancta rumpendo: vt qui nunc probati reprobis videntur esse permixti: non vitam sed pœnam reperiant sempiternam, cum cœperint in litore separari.

LIBER DE SVBSTANTIA dilectionis & amoris.

Cupiditas & amor. Cap. 1.

QVotidianum de dilectione sermonem serimus, ne forte scintillet in cordibus nris, & exardescat ignis, flammam faciens, aut totũ consumens, aut purgãs totum. Ex eo namque totum est quod bonum est: & totum quod malũ est, ex eo est. Vnde fons dilectionis intus saliens, duos riuos infundit. Alter est amor, mundi cupiditas: alter est amor, dei charitas: medium quippe est cor hominis, vnde fons amoris erumpit: & quum per appetitum ad exteriora decurrit, cupiditas dicitur: quum vero desideriũ suum ad interiora dirigit, charitas nominatur. Ergo duo sunt riui qui de fonte amoris emanant, cupiditas & charitas, & omnium malorum radix cupiditas, & omniũ bonorũ radix charitas. Ex eo igitur totum est, quod bonum est, & totum quod malum est, ex eo est. Quicquid ergo illud est, magnũ est quod in nobis est: & ex eo totum est, quod ex nobis est: hoc autem est amor. Quid est amor: quid & quantum est amor, & vnde est amor? Et sermo dei de amore loquitur. Nunquid hoc negocium non potius illorũ est, qui pudicitiam prostituere consueuerunt? Ecce q̃ multi qui eius ministeria volentes suscipiunt: & q̃ pauci qui verba eius in medium proferre nõ erubescunt? Quid ergo nos facimus? Forsitan multa improbitate frontem fractam habemus, qui non verecundamur amorem indictatum sonare: quem & impudici aliquando non possunt sine verecũdia verbis exprimere. Sed aliud est inuestigare initium vt eradicetur: aliud exhortari ad vitium, vt virtus & veritas nõ ametur. Nos igitur inuestigamus & quærimus, vt sciamus & scientes caueamus, quod illi inuestigant vt sciant, sed sciant, vt faciãt. Quærimus igitur: quid illud in nobis sit, quod desideria nostra sic multifariam diuidit, & cor vnum in diuersa diducit. Inuenimus autem hoc aliud non esse præter amorem: qui quum sit motus cordis secundum naturam singularis & vnicus, secundum actionem autem diuisus, cum se inordinatè mouet. i. ad ea quæ non debet, cupiditas dicitur, cum vero ordinatus est, charitas appellatur. Ipsum igitur hũc cordis motum, quẽ amorem appellamus, qua definitione significare poterimus? Expedit nobis propius intueri eum, ne lateat aliquatenus & nesciatur, propterea q̃; nec caueatur, cũ malus est: nec appetatur aut inueniatur, cum bonus est, vt impleatur: de quo & cum malus est tanta mala veniunt, & cum bonus est tãta bona proueniunt. Ipsum igitur quomodo definimus inuestigemus: consideremus q̃ occultum est quod dicitur, quantoq; interius collocatum est, tanto magis in vtraq; parte cordi dominatur. Illud igitur videtur

Quid sit amor Cap. 2.

esse amor. Et amor est delectatio cordis aliC cuius ad aliquid, propter aliquod desideriũ in appetendo, & gaudium in perfruendo, p desiderium currens, requiescens per gaudium. Hinc bonum est, & hinc malum est cor tuum humanum, quia nec aliũde bonus es si bonus es, nec aliunde malus es si malus es, nisi q̃ bene vel male amas quod bonum est. Nam omne quod est, bonum est: sed cum id bonum est male amatur, illud bonum nõ est, & hoc malum est. Igitur nec qui amat malum est, nec quod amat malum est, nec amor quo amat malũ est, sed q̃d male amat malũ est, & hoc oẽ malũ est. Ordinate ergo charitatẽ, & iam malum nullum

Charitate deo connectimur. cap. 3. est. Magnam rem cõmendare volumus. Omnipotens deus qui nullo indiget, quia ipse summum & vnum bonum est: qui nec de alio accipere potest quo crescat, q̃n ex ipso sunt omnia: nec de suo amittere quo decidat, q̃n in ipso immutabiliter consistunt vniuersa: ipse rationalem spiritum creauit sola charitate, nulla necessitate, vt eum suæ beatitudinis participem faceret. Porrò vt idem aptus esset tanta beatitudine perfrui, fecit in eo dilectionem spiritalem, palatum cordis quodammodo per hanc sensificans ad gustum dulcedinis internæ: quatenus p

D ipsam videlicet dilectionem, suæ fœlicitatis iocunditatem saperet, eiq; infatigabili desiderio inhæreret. Per dilectionem ergo copulauit sibi deus creaturam rationalem, vt ei semper inhærendo, ipsum quo beatificanda erat bonum, ex ipso quodammodo per affectum sugeret, & de ipso per desiderium biberet, & in ipso semper gaudium possideret. Suge ò apicula, fuge fuge & bibe dulcoris tui inenarrabilem suauitatem: immergere, & replere, quia ille deficere nescit, si tu non incipias fastidire. Adhære ergo & inhære, sume, fruere: si sempiternus gustus fuerit, sempiterna quoque beatitudo erit. Nõ iam pudeat nos neque pœniteat de amore fecisse verbum: non pœniteat, vbi tanta vtilitas, non pudeat vbi tanta honestas. Igitur p

De gemino charitatis funiculo. c. 4 amorem sociata est factori suo creatura rationalis, solumq; est dilectionis vinculum quod ligat vtrosque in idipsum, & tanto fœlicius, quanto fortius. Propter quod vt indiuisa societas & concordia vbique perfecta haberetur, geminatus est nexus, in charitate dei & proximi: vt per charitatem dei omnes vni adhærerent, per charitatem proximi omnes vnum fierent: vt quod de illo vno cui omnes inhærebant quisque in semetipso non caperet, plenius atque perfectius per charitatem proximi in altero possideret, & bonum omnium, fieret totum singulorum. Ordinate ergo charitatem. E Quid est, ordinate charitatem? Si desiderium est amor, bene currat: si gaudium, bene requiescat. Est enim amor, sicut dictum est, delectatio cordis alicuius, ad aliquid, propter aliquod desiderium in appetendo, & in perfruendo gaudium, per desiderium currens, & requiescens per gaudium: currens ad illud, requiescens in illo, ad quid? aut in quo? Audite si forte explicare possimus quò currere debeat amor noster, aut in quo requiescere. Tria siquidem sunt quæ amari bene aut male possunt, deus, proximus, & mundus. Deus super nos est, proximus iuxta nos est, mundus subter nos est. Ordinate ergo charitatem. Si currit, bene currat: si requiescit, bene requiescat. Desiderium currit, gaudium requiescit. Propter quod gaudium vniforme est, q̃ semper in vno est, nec vicissitudine vitiari potest. Desiderium autem mutabile est, & mutabilitatem suscipit, & idcirco non se continet in vno, sed varias species repræsentat. Omnis nanque cursus aut de illo est, aut cum illo, aut in illo ad quod est. Quomodo ergo currere debet desiderium nostrum? Tria sunt, deus, proximus, mundus. F Tria deus, duo proximus, vnum mundus habeat in cursu desiderij nostri, & in desiderio ordinata charitas. Amor nanque per desiderium & de deo, & cum deo, & in deum ordinate currere potest. De deo currit, quãdo de eo accipit vnde eum diligit. Cum deo currit, quando eius voluntati in nullo contradicit. In deum currit, quando in ipso requiescere appetit. Hæc sunt tria quę ad deũ pertinent. Duo autem sunt proximi. Potest.n. desiderium de proximo & cũ proximo currere, sed in proximum non potest. De proximo, vt de eius salute gaudeat & profectu. Cum proximo, vt eum in via dei comitem itineris & socium peruentionis habere concupiscat. Sed in proximum non potest, vt. s. in homine spem & fiduciam cõstituat. Hæc sunt duo quæ ad proximum pertinẽt, id est de ipso, & cum ipso, & non in ipsum. Vnum est mundi, de ipso curremus, non ad ipsum, aut cum ipso, aut in ipsum. De mundo enim desiderium currit, q̃n inspecto foris dei opere, per admirationem &

Ordinata charitas. ca. 5

Universidad de Deusto
Biblioteca

laudem ardentius intus ad ipsum se conuertit. Cum mundo curreret, si se per mutabilitatem temporalium, siue deijciẽdo in aduersis, siue eleuando in prosperis, huic conformaret. In mundum curreret, si in eius delectationibus semper requiescere vellet. Ordinate ergo charitatẽ, vt per desiderium curret de deo, & cum deo, & in deum: de proximo, cum proximo, & non in proximum: de mundo, nec cum mundo, nec in mũdum: vt in solo deo requiescat per gaudium. Hæc est ordinata charitas, & præter ipsam omne quod agitur non ordinata charitas est, sed inordinata cupiditas. Vita cordis amor est, & idcirco omnino impossibile est, vt sine amore sit cor quod viuere cupit. Quid hinc sequatur considera. Si enim humana mens sine amore esse nõ potest, vt seipsam, aut certe, aliud aliquid à se diligat necesse est. Quia vero in seipsa perfectum bonum nõ inuenit, si se solam diligeret, fœlix amor non esset. Oportet ergo si fœliciter amare desiderat, aliud aliquid præter se quod amet inquirat. Si autem imperfectum aliquid extra se amare cœperit, amorem quidem suũ irritat, sed miseriam non exeludit. Fœliciter ergo non diligit, donec ad vnum & summũ bonum per amoris desiderium se cõuertit. Et quia summum & vnum bonũ solus est deus, ille fœliciter amat, qui deum amat, & tanto fœlicius quanto amplius. Hæc igitur est cordis nostri requies, cum in amore dei per desiderium figitur: nec vltra quicquam appetit, sed in eo quod tenet, quadam fœlici securitate delectatur. Quando enim nec appetitus vltra protrahit, nec timor repellit, quodammodo in idipsum iocunditatis vexatione requiescit. Sed quia humanæ mentis infirmitas, vt non dicam semper, sed vix aliquando in illam diuinæ cõtemplationis dulcedinem figi potest: quodam interim studio ad illam, ad quam necdum pertingere sufficit stabilitatem, assuefacienda est, id est, si deum semper cogitare non possumus, saltem cor nostrum ab illicitis & vanis cogitationibus restringendo, in cõsideratione operum dei, & mirabilium eius teneamus: vt dũ semper minus instabiles esse satagimus, tandẽ aliquando domino donante, vere stabiles fieri valeamus. Vt autẽ huius pronaui prę motionis aliquod tibi exemplum subijciá, sentis vniuersus iste mundus quasi quoddam diluuium est, eo q̃ omnia, quæ in hoc mundo sunt, ad similitudinem aquæ incertis euentibus fluctuando decurrant. Vera autem sides quæ non transitoria, sed æterna promittit, quasi à quibusdam fluctibus, sic ab huius mundi cupiditate in superna animum attollit: & portari quidem ab aquis potest, sed mergi omnino non potest: quia ad necessitatem hoc mundo vtitur, sed eius desiderijs per affectum non implicatur. Quisquis ergo æterna non credens: sola quæ transeunt appetit: hunc quasi sine naui laborantem in fluctibus, impetus aquæ decurrentis secũ trahit. Qui vero æterna credens, transitoria diligit, hic iuxta nauem naufragium facit: qui autem æterna bona credit & diligit, hic in naui positus, fluctuantis maris vndas securus pertransit: quia qui per desiderium fidei nauem non transgreditur, iam quodãmodo in fluctibus terræ stabilitatem imitatur. Primum ergo, si hoc mare magnum illæsi pertransire volumus, fabricemus nauẽ, vt fidem integram habeamus: deinde nauẽ fidei inhabitemus per charitatem, vt credamus quod diligere debemus, & diligamus quod credimus: sicq; & lex dei in corde nostro sit per rectę fidei cognitionem, & cor nostrum in lege dei sit per dilectionem. Sed vt facilius cognoscas qũo vel vnde hanc, quam dixi, nauem vel arcam in corde tuo ædificare debeas, per quã huius diluuij naufragio eductus, ad portum quietis perueniας: duo opera dei considera, videlicet opus conditionis, & opus restaurationis. Opus autem conditionis est creatio cœli & terræ, & omnium quæ in eis continentur, quæ sex diebus facta sunt. Opus vero restaurationis, incarnatio verbi, & omnia quæ à principio mundi vsque in finem, vel ad eam prænunciandam præcesserunt, vel ad ipsam confirmandam secuta sunt, aut sequentur: quæ sex ætatibus fiunt. Sed opera restaurationis magis pertinent ad fidem catholicam, quæ idcirco sancti amplius diligunt, quia in eis suæ salutis remedia agnoscunt. Hæc autem partim per homines, partim per angelos, partim per semetipsum operatus est deus: vt in arca spiritali prima sit mãsio operum hominum, secunda opera angelorum, tertia opera dei: supremus cubitus, ipse author vniuersorum deus:

In quo sit cordis nostri vera requies. Cap. 6.

Qua in prę sentis vitæ diluuium ifte

H

K

DE

DE CONTINENTIA,
Liber vnus.

Continẽtia libidinis oris & cordis Cap. 1.

DE virtute animæ, quę continentia nominatur, satis cõuenienter & digne disputare difficile est, sed exiguitatem nostrã sub tanti põderis sarcina ille cuius hęc virtus magnum est munus, adiuuabit. Nã qui eam donat continentibus fidelibus suis, ipse dat sermonem de illa loquentibus mini strisuis. Deniq; de re tanta, quod ipse dederit locuturi, dei donum esse continẽtiam primum dicimus & probamus, In libro sapientiæ scriptum habemus, Nisi deus det, continentem esse neminẽ posse, Dñs de ipsa maiore & gloriosiore continentia, quæ coniugali vinculo continetur, ait, Non omnes capiunt verbum hoc, sed quibus datum est. Et qm̃ ipsa quoque castitas coniugalis, nisi contineatur ab illicito concubitu, nõ potest custodiri, vtrunque Apostolus donum dei esse prædicauit, cum de vita vtraque. i. & coniugali & ea quæ est sine coniugio loquetur dicens, Vellem oẽs homines sic esse sicut meipsum. Sed vnusquisq; proprium donum habet à deo, alius sic, alius autẽ sic. Et ne in sola inferiorum partium carnis libidine continentia necessaria videretur à dño sperãda, etiam in Psalmo canitur, Pone dñe custodiam ori meo, & ostium continentiæ circum labia mea. In hoc autem diuini eloquij testimonio, si os intelligamus sicut intelligere debemus, ibi posita continentia quantum sit dei munus agnoscimus. Parum est quippe os corporis continere, ne aliquid inde quod non expedit per sonum vocis erumpat. Intus est os cordis, vbi sibi custodiam & ostium continentiæ poni desiderauit à dño, qui verba illa dixit, nobisq; dicenda conscripsit. Multa. n. corporis ore nõ dicimus, & corde clamamus. Nullum autem procedit rei alicuius ex ore corporis verbũ, cuius est in corde silentium. Inde igitur qđ non emanat, foris nõ sonat: quod vero emanat inde, si malum est, & si non moueat linguam, inquinat animam. Ibi ergo ponenda est continentia, vbi & tacentium loquitur conscientia. Fit enim per ostium continentiæ, vt non inde exeat quod etiam clausis labijs carnis vitam polluat cogitantis. Denique vt apertius os interius quod per illa verba significauit ostenderet, cum dixisset, Pone dñe custodiam ori meo, & ostium continentiæ circum labia mea: continuo subdidit, Ne declines cor meum in verba maligna. Declinatio cordis quid est, nisi consensio? Nondum. n. dixit, quisquis in corde occurrentibus suggestionibus quorumque visorum, in nulla cordis declinatione consensit: si autem consensit, iam corde dixit, etiam si ore non sonuit, etiam si manu vel qualibet corporis parte non fecit, fecit tamẽ quod cognitione faciendũ sibi esse iam statuit: diuinis legibus reus, quanuis humanis sensibus absconditus, verbo in corde dicto, nullo facto per corpus admisso, Nequa quam vero membrum foris mouisset in facto, cuius facti initium non intus præcessisset in verbo: neque enim mendaciter scriptũ est, initium omnis operis, verbum. Multa quippe homines faciunt ore clauso, quieta lingua, voce frenata: sed tamen nihil agunt corporis opere, quod non prius dixerint in corde. Ac per hoc multa sunt peccata in interioribus dictis, quæ non sunt in exterioribus factis: nulla sunt autem in exterioribus factis, quæ non procedant ab interioribus dictis. Erit ab vtrisque puritas innocentiæ, si circum interiora labia ponatur ostiũ continentiæ, propter quod etiam ipse ore proprio dñs ait, Mũdate quæ intus sunt, & quæ foris sunt, munda erunt. Itemq; alio loco cũ Iudæorum stultiloquia refutaret, quia calumniabantur discipulis eius non lotis manibus manducantibus, Non quod intrat in os, inquit, coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Quæ sententia si tota de ore corporis accipiatur, absurda est. Neque. n. quem nõ coinquinat cibus, coinquinat vomitus. Cibus quippe in os intrat, vomitus ex ore procedit. Sed proculdubio priora verba pertinent ad os carnis, vbi ait, Non quod intrat in os, coinquinat hominem: Posteriora vero ad os cordis, vbi ait, Sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominẽ. Denique cũ ab illo Apostolus Petrus expositionẽ velut parabolæ huius exquireret, ille respondit, Adhuc & vos sine intellectu estis? non intelligitis, qa oẽ quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Hic certe in quod intrat cibus os carnis agnoscimus. In his vero quæ adiũgit, vt agnosceremus os cordis, non sequeret nostri tarditas cordis, nisi & cũ tardis ambulare veritas dignaret. Ait. n. Quæ aũ procedunt de ore, de corde exeũt

Pf. 140 A

Mat. 23. B

Marc. 7.

Mat. 15.

Sap. 8.

Mat. 19.

1. Co. 7. M

Pf. 140

Os corporis & cordis. cap. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

canquam diceret. Cum audis de ore,de corde intellige vtrunq; dico,sed alterum ex altero expono. Habet os interius,homo interior, & hoc discernit auris interior: de hoc ore quæ procedunt, de corde exeunt, & ea coinquinant hominẽ. Deinde iã relicto oris nomine quod potest & de corpore intelligi, apertius quid dicat ostendit. De corde enim exeunt, inquit, cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hæc sunt quæ coinquinant hominem. Nihil est certe istorum malorum, quæ perpetrari etiã membris corporis possunt, quod cogitatio non antecedat mala, & coinquinet hominem, etiam si aliquid impediat,ne subsequantur opera flagitiosa & facinorosa membrorum. Si.n.potestas non datur, vacat manus ab hominis interfectione,nunquid ideo mundũ est ab scelere cor homicidæ? Aut si rem surripere alienam, non vt quis vult, potest: nunquid ideo in ipsa voluntate fur non est? Aut si casta est, quam vult adulterare non castus, ideo eam non est in corde mœchatus? Aut si meretrix non inueniatur in fornice, ideo qui eã quærit,non fornicatur in mente? Aut si cupienti per mendacium lædere proximum,tempus vel locus desit,ideo falsum testimonium nõ ore interiore iam dixit? Aut si quisquã homines timens, non audeat lingua carnis sonare blasphemiam:ideo non est huius criminis deus, qui dicit in corde suo, non est deus? Ita cætera mala facta hominum, quæ nullus agit corporis motus, quæ nescit vllus corporis sensus,reos suos occultos habent, quos etiam solus inquinat in cogitatione consensus,idest interioris verbum malignum. In quo timens ille declinari cor suum,ostium cõtinentiæ circum labia oris huius poni poscit à domino, quę contineat cor,ne declinetur in verba maligna. Contineat autem, non finendo cogitationem procedere in consensionem, sic enim secundum præceptum Apostolicum, non regnat peccatum in nostro mortali corpore,neq; exhibemus membra nostra arma iniquitatis peccato. A quo præcepto implendo vtiq; alieni sunt, qui ob hoc ad peccandum membra non mouent, quia potestas nulla permittitur: quæ si asit protinus ex membrorũ velut armorum motibus, quis in eis intus regnet, ostendunt. Proinde quantum in ipsis est, membra sua exhibent arma iniquitatis peccato:quia hoc volunt,qui præterea non exhibent, quia non possunt. Ac per hoc illa quæ in genitalibus mẽbris pudicitia refrenatis, solet maxime ac proprie continentia nominari, nulla transgressione violatur, si superior continentia,de qua iam diu loquimur,in corde seruetur. Propterea dñs cum dixisset,De corde.n.exeũt cogitationes malæ deinde quid pertineat ad cogitationes malas adiunxit,homicidia,adulteria:& cætera. Nec dixit omnia,sed quibusdam exẽpli gratia nominatis, & alia intelligenda commonuit. Quorũ nihil ẽ quod fieri possit,si mala cogitatio non præcesserit, qua intus instituitur, quod foris agitur: & ex ore cordis procedens, iam coinquinat hominem, etiã si nulla facultate permissa foris per membra corporis non agatur. Posito igit ostio continentiæ in ore cordis, vnde cuncta exeunt q̃ coinquinant hominem, si nil tale inde permittatur exire, sequitur munditia qua possit iam gaudere cõscientia, quamuis nondũ sit illa perfectio vbi non luctabitur cum vitio continentia. Nunc autem quandiu concupiscit caro aduersus spiritum, & spũs aduersus carnem, sat est nobis non consentire malis quę sentimus in nobis. Cum.n.fit ista consensio, tunc exit ex ore cordis quod coinquinat hominem. Cum vero per continentiam consensio non tenetur,malum concupiscentiæ carnalis, contra quod pugnat concupiscentia spiritalis,nocere non finitur.

Sed aliud est bene pugnare, quod nunc est, quando mortis contentioni resistitur: aliud aduersarium non habere, quod tunc erit quando mors nouissima inimica destruetur. Nam & ipsa continentia cum frenat cohibetq; libidines, simul & appetit bonum, ad cuius immortalitatẽ tendimus, & respuit malum,cũ quo in hac mortalitate contendimus. Illius quippe amatrix & spectatrix, huius vero & hostis & testis est, & decus eius appetens, & dedecus fugiens. Non vtique in cupiditatibus frenandis continentia laboraret, si nihil nos contra quod contenderet detineret, si nihil nostræ bonæ voluntati ex mala concupiscentia repugnaret. Clamat Apostolus, Scio, inquit, quia non habitat in me, hoc est in carne mea,bonum: Nam velle adiacet mihi,perficere autem bonum non inuenio. Nunc enim fieri bonum potest, vt malæ concupiscentiæ nõ cõsentiatur: perficietur autem bonum,quãdo ipsa mala cõcupiscentia finietur. Itemq; idem doctor gentium clamat, Condelector legi dei secũdum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Hanc pugnam non experiuntur in semetipsis nisi bellatores virtutum, debellatoresq; vitiorum. Non expugnat concupiscentiæ malũ, nisi continentiæ bonum. Sunt autem qui legem dei omnino nescientes, malas concupiscentias nec in hostibus deputant, eisq; miserabili cæcitate seruientes,insuper etiam beatos se putãt,satiãdo eas potius q̃ domãdo. Qui vero per legem cognouerunt eas, Per legẽ enim cognitio peccati: Et concupiscentiã, inquit,nesciebam,nisi lex diceret,Non concupisces: earum tamen oppugnatione vincũtur,qui sub lege viuunt, quia iubetur qđ bonum est, & nõ datur:nõ viuunt sub gratia,quæ dat per spm sanctum quod per legẽ iubetur. His ideo subintrauit lex, vt in eis abundaret delictum. Auxit prohibitio concupiscentiam eamq; fecit inuictam, vt accederet præuaricatio, quæ sine lege non fuit, etiam si peccatum fuit, Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Ita lex gratia non adiuuante,prohibens peccatum, virtus est in super peccati. Vñ ait Apostolus,Virtus peccati lex. Nec mirandum est q̃ humana infirmitas etiam de lege bona vires malo addidit, dum ad ipsam legem faciendam de suis viribus fidit. Ignorans quippe dei iustitiã, quam dat deus infirmo,& suã volens constituere, qua caret infirmus, iustitiæ dei non est subiectus reprobus & superbus. Si autẽ lex factum præuaricatorem, tanquã ad hoc grauius vulneratum vt desideret medicum, tanquam pædagogus perducit ad gratiam, contra suauitatem noxiam qua vincebat cõcupiscentia, dominus dat suauitatem beneficam, qua delectetur amplius continentia, & terra nostra dat fructum suum quo pascitur miles, qui debellat deo iuuante peccatum. Tales milites Apostolica tuba isto sonitu accendit in prælium,Non ergo regnet, inquit, peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, neque exhibueritis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos deo tanquam ex mortuis viuentes, & membra vestra arma iustitiæ deo: Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim estis sub lege,sed sub gratia. Et alio loco, Ergo,inquit, fratres debitores sumus, non carni, vt secundum carnẽ viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis moriemini:si aũt spũ facta carnis mortificaueritis viuetis. Quotquot.n.spiritu dei aguntur,hi filij sunt dei. Id ergo nunc agitur quãdiu est mortalis hæc vita nostra sub gratia:nec peccatum.i.concupiscentia peccati, hanc enim hoc loco peccati nomine appellat, regnet in nostro mortali corpore, Tunc aũt regnare ostenditur, si desiderijs eius obeditur. Est ergo in nobis peccati concupiscentia,quæ non est permittenda regnare. Sunt eius desideria, quibus non est obediendum, ne obedientibus regnet. Propter quod membra nostra non sibi vsurpet concupiscentia,sed sibi vindicet continentia, vt sint arma iustitiæ deo,ne sint iniquitatis arma peccato. Sic.n.nobis peccatũ non dñabitur,Non.n.sumus sub lege,bonum quidẽ iubente,non tñ dante: sed sumus sub gratia, quæ id quod lex iubet faciens nos amare, potest liberis imperare. Itemque cum hortatur, vt nõ secundum carnem viuamus ne moriamur,sed spiritu facta carnis mortificemus vt viuamus:tuba vtiq; canit, bellum in quo versamur ostendit: & vt acriter dimicemus, & hostes nostros mortificemus, ne ab eis mortificemur accendit. Qui sint vero isti hostes, satis euidenter expressit. Quos enim in nobis voluit mortificari, ipsa sunt opera scilicet carnis. Sic enim ait, Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis, Et ista quæ sint vt sciamus, eundẽ itidem audiamus ad Galatas scribentem & dicentem,Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus,veneficia,inimicitiæ,contentiones,æmulationes, animositates,dissentiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt regnum dei non possidebunt. Ipsum enim bellum etiam ibi vt hæc diceret ostendebat, & ad hostes mortificandos eadem cœlesti & spiritali tuba Christi milites excitabat. Supra.n.dixerat, Dico autẽ,Spiritu ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Caro.n. concupiscit aduersus spm, spiritus autẽ aduersus carnẽ:Hæc enim inuicem sibi aduersantur, vt non quæcunque vultis illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini, non estis sub lege. Ergo sub gratia constitutos vult istũ aduersus opera carnis habere conflictum. Et hæc opera carnis vt demonstraret,adiũxit quæ supra commemoraui, Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes: & cætera, siue quæ commemorauit, siue

siue quæ intelligenda commonuit, maxime adijciens,& his similia. Denique in hoc prælio aduersus carnalem quodammodo exercitum velut aliam producens aciem spiritalē,

L Fructus autem spiritus est,inquit,charitas, gaudium,pax,longanimitas,benignitas,bonitas,fides,mansuetudo,continentia: aduersus huiusmodi non est lex, Non,ait,aduersus hęc: ne sola esse putarentur: quanuis & si hoc diceret, omnia debuimus intelligere q̄ eiusdem generis bona cogitare possemus: sed ait,aduersus huiusmodi:& hæc.s.& quęcunque similia. Veruntamen q̄ in eis bonis quæ commemorauit,vltimo loco posuit cōtinentiam, de qua nunc disputare cœpimus & propter quam multa iam diximus, præcipuè voluit eam nostris mentibus inhærere. Ipsa quippe in hoc bello valet plurimum,in quo aduersus carnem spiritus concupiscit, q̄m ipsas carnis concupiscētias quodammodo crucifigit. Vnde cum hæc dixisset Apostolus, continuo subiecit, Qui autem Iesu Christi sunt,carnem suam crucifixerunt cū passionibus & concupiscentijs. Hæc est actio continentiæ,si opera carnis mortificantur. Mortificant vero eos quos deficiente continentia,ad consensionem perpetrandorum talium operum trahit concupiscentia.

Totus homo caro est.

Cap. 4.

Vt autem à continentia non deficiamus, aduersus illas præcipue diabolicarum suggestionū insidias,vigilare debemus, ne de nostris viribus præsumamus. Maledictus.n. omnis, qui spem suam ponit in homine. Et

Hier.17.

quis est iste,nisi ipse homo? Non potest er

M

go veraciter dicere non se spem ponere in homine,qui eam ponit in se. Nā & hoc secundum hominem viuere, quid est nisi secundum carnem viuere? Audiat ergo qui tali suggestione tentatur,& si vllus ei Christianus sensus,cōtremiscat,audiat, inquam, Si secundum carnem vixeritis, moriemini.

Rom.8.

Sed quispiam dicturus est mihi, aliud esse secundum hominem,aliud secundum carnē viuere,quia homo videlicet rationalis creatura est, & in eo rationalis est animus, quo distat à pecore: caro autem est infirma & terrena pars hominis, & ideo secundum eā viuere vitiosum est: propter quod ille qui secundum hominem viuit, non vtique secundum carnem, sed potius secundum eam partem hominis viuit qua homo est,hoc est secundum spiritum mentis quo pecoribus præeminet. Verum hæc disputatio valet fortasis aliquid in scholis Philosophorū: nos autem vt intelligamus Apostolum Christi, libri Christiani quemadmodum loqui soleant debemus aduertere. Fides certe omnium nostrum est quibus Christus viuere est, hominem à verbo dei assumptum, non A vtique sine anima rationali, sicut quidā hæretici volunt, & tā legimus, Verbum caro factum est. Quid hic caro intelligenda est, Ioan.1. nisi homo? Et videbit omnis caro salutare Luc.3. dei: quid potest intelligi, nisi omnis homo? Psal.64. Ad te omnis caro veniet: quid est nisi omnis homo? Dedisti ei potestatem omnis car Ioā.17. nis homo? Quid est,nisi omnis hominis? Ex operibus legis non iustificabitur omnis caro: Rom.3. Gal.2. 1.Co.3. quid est, nisi nullus iustificabitur homo? Quodadē Apostolus alibi exprimens manifestius, Non inquit, iustificabitur homo ex operibus legis. Corinthios quoq; increpat dicens, Nonne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? Cum carnales eos diuisset,non ait,secundum carnē ambulatis: sed, secundū hominem: quia & hoc quid voluit intelligi, nisi secundū carnē? Nā vtiq; si culpabiliter quidē secundū carnē, laudabiliter aūt secundū hominē ambularet.i.viueret, non exprobrans diceret,Secundū hominem ambulatis. Audiat homo opprobriū,mutet propositū,vitet interitum. Audi homo,noli ambulare secundū hominē, sed secundū eū q̄ fecit hominem: ab eo q̄ fecit te noli deficere,nec ad te ò homo. Homo.n.dicebat,q tū non secundū hominē viuebat. Non quia 2. Co.3. idonei sumus cogitare aliquid à nobis quasi B ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Vide si secundū hominē viuebat, q̄ veraciter ista dicebat. Admonens ergo Apostolus hominem,ne viuat secundum hominem,deo reddit hominem. Qui autem non viuit secundum hominem,sed secundū deū, profectò non viuit etiam secundū seipsum: quia homo est & ipse. Sed ideo dicitur etiā secundum carnem viuere, cū ita viuit, quia & carne sola nominata intelligitur homo, quod iam ostendimus, sicut sola anima nominata intelligitur homo. Vnde dictū est. Omnis anima sublimioribus potestatibus Rom.13 subdita sit: id est, omnis homo. Et septuaginta quinque animæ descenderunt in Aegyptum cum Iacob.i. septuaginta quinque homines. Noli ergo viuere secundum teipsum ò homo, vnde pereas,sed quæritus es: noli, inquam, viuere secundum teipsum, si quia pereras, inuentus es: noli carnis accusare naturam,qū audis, Si secūdum carnem Rom.8. vixeritis,moriemini. Sic.n.dici potuit,& ve Ioan.8. rissime potuit, Si secundum vos vixeritis, moriemini. Nam diabolus non habet carnem, & tamen quia secundū seipsum viuere voluit,in veritate non stetit. Quid ergo verius,si secundum seipsum viuens, cum lo

C quitur mendaciū,de suo loquitur? Quod ve

Fiducia re de illo veritas dixit. Cum ergo audis, sui & ex peccatum vobis non dominabitur: noli de cusatio te fidere vt peccatum non dominetur, sed peccati. de illo cui dicit orans quidam sanctus, Iti-

Cap. 5. nera mea dirige secundum verbum tuū, &

Rom.6. non dominetur mihi omnis iniquitas. Etc.

Ps.118. nim ne fortasse cum audissemus, Peccatum vobis non dominabitur: nosipsos extollere mus,& viribus nostris hoc tribueremus,sa tim hoc vidit Apostolus atq; subiecit, Non .n.estis sub lege,sed sub gratia. Gratia itaq; facit,vt peccatum tibi non dominetur. Noli ergo de te fidere, ne multo amplius inde tibi dominetur. Et cum audimus,Si spiritu

Rom.8. actiones carnis mortificaueritis, viuetis: non hoc tantum bonum spiritui nostro, quasi per seipsum possit,ista tribuamus.Nā ne istum carnalem sensum spiritu mortuo potius quàm viuificante saperemus, illico addidit, Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt. Itaque vt spiritu nostro opera carnis mortificemus, spiritu dei agimur: qui dat continētiam qua frenemus, domemus, vincamus concupiscentiam.

D In hoc tam magno prælio in quo viuit homo sub gratia, & cum bene pugnat, adiutus exultat in domino cum tremore: non desunt tamen etiam strenuis bellatoribus, & operum carnis quamuis inuictis mortificatoribus aliqua vulnera peccatorum, propter quæ sananda quotidie veraciter dicāt,

Matt.6. Dimitte nobis debita nostra: contra eadem vitia, & contra diabolum principem regemque vitiorum, multo vigilantius & acrius ipsa oratione certantes: ne valeant aliquid mortiferæ suggestiones eius, quibus instigat insuper peccatorem ad sua excusanda potius quàm accusanda peccata: ac sic illa vulnera nō modo non sanentur, verūetiam & si mortifera non erant, grauiter & letaliter infligantur. Et hic ergo cau re opus est continentia, qua cohibeatur superbus hominis appetitus, quo placet sibi & non vult culpabilis inueniri, dedignaturque cum peccat conuinci,quòd ipse peccauerit, non salubri humilitate suscipiens accusationem sui, sed excusationem potius ruinosa elatione conquirens. Ad hanc superbiam coercendam, continentiam petiuit a domino ille cuius superius verba iam posui,& sicut potui, commendaui. Nanq; cū dixisset, Pone domine custodiam ori meo, Ps.140. & ostium continentiæ circum labia mea: Ne declines cor meum in verba maligna: Vnde hoc diceret euidentius explicans, Ad E excusandas, inquit, excusationes in peccatis. Quid enim malignius his verbis, quibus malus malum se negat, etiam de opere malo conuictus,quod negare non valeat? Et q̄m factum nō potest tegere nec bñfactum pōt dicere, & à se factum videt patere, q̄rit in alium referre q̄d fecit, tanquā inde possit auferre q̄d meruit. Nolens se esse reum,addit potius ad reatū,& sua excusando non accusando peccata, ignorat non se pœnam remouere,sed veniam. Apud homines.n. iudices,q̄m falli possunt,quacunque velut purgare fallacia q̄d perperam factum est, prodesse aliquid videtur ad tempus:apud deum aūt,qui falli non potest, non est adhibenda fallax defensio, sed verax confessio peccatorum. Et alij quidem,qui sua consueuerūt excusare peccata, fato se ad peccādum queruntur impelli:tāquam hoc decreuerint sydera, & cœlum prius talia decernendo peccare,& homo postea talia committēdo peccare. Alij fortunæ malunt imputare q̄ peccant, qui omnia fortuitis casibus agitari putant: nec tū hoc se fortuita temeritate, sed perfecta ratione sapere atq; asseuerare contendunt. Qualis ergo dementia est,disputationes suas rationi tribuere, & actiones F suas casibus subiugare? Alij totum quod male faciunt,in diabolum referunt: nec volunt cum illo habere vel partem, cum illū sibi, occultis suggestionibus mala suasisse suspicari possint, Si autem illis suggestionibus vndecunq; fuerint,consensisse dubitare non possint. Sunt etiam qui excusationem suam extendunt in accusationem dei, diuino iudicio miseri,suo autem furore blasphemi. Etenim aduersus eum ex cōtrario principio inducunt mali substantiā rebellantē, cui non potuerit resistere,nisi substantiæ naturæque suæ partem eidem rebellandi,contaminandam corrumpendamq; misceuisset: & tunc se peccare dicunt quādo natura mali prævalet naturæ dei. Hæc Manichæorū Manichæi. est immundissima insania, quorum machinamenta diabolica, facillime veritas indubitata subuertit, quæ dei naturam incontami-

nabilem

nabilem atque incorruptibilem confitetur. Quid autem flagitiosæ contaminationis & corruptionis de istis merito non creditur, à quibus deus, qui summe atque incomparabiliter bonus est, contaminabilis & corruptibilis creditur? Sunt & hi qui eo modo G Deus & in excusatione peccatorum suorũ accusant de malis deum, vt dicant ei placere peccata. Nam si bene fa- displicerent, inquiunt, nullo modo ea fieri cit. ca. 6. omnipotentissima vtique potestate permitteret: quasi vero deus impunita peccata esse permiserit, etiam in eis quos à supplicio sempiterno remissione liberat peccatorũ. Nullus quippe debitæ grauioris pœnæ accipit veniam, nisi qualemcunque, & si longe minorem q̃ debeat soluerit pœnam: Atque ita impartitur largitas misericordiæ, vt non relinquatur etiam iustitia disciplinæ. Nam & peccatum quod inultum videtur, habet pedissequam pœnam suam, vt nemo de admisso nisi aut amaritudine doleat, aut cæcitate non doleat. Sicut ergo tu dicis, cur permittit ista si displicent: ita ego dico, cur punit ista si placent? Ac per hoc sicut ego cõfiteor, q̃ omnino ista nõ fierent nisi ab omnipotente permitterentur, ita tu cõfitere facienda non esse quæ à iusto puniantur: vt non faciendo quæ punit, mereamur ab eo di- Hebr. 5. scere, cur permittit esse quæ puniat. Perfectorum est.n. sicut scriptũ est, solidus cibus: in quo hi q̃ bene profecerũt, iam intelligũt ad omnipotentiam dei potius id pertinuisse, vt ex libero arbitrio voluntatis venien- H tia mala esse permitteret. Tanta quippe est omnipotens eius bonitas, vt etiam de malis possit facere bona, siue ignoscendo, siue sanando, siue ad vtilitates piorum coaptando atque vertendo, siue etiam iustissimè vindicando. Omnia nanque ista bona sunt, & de deo bono atq; omnipotenti dignissima, nec tamen fiunt nisi de malis. Quid igitur melius, quid omnipotentius eo, qui cum mali nihil faciat, bene etiam de malis facit? Cla- Matt. 6. mant ad eum qui mala fecerũt, Dimitte nobis debita nostra: exaudit, ignoscit. Nocuerunt sua mala peccantibus, subuenit eorum medeturq; languoribus: fœuiunt eorum hostes, de illorum fœuitia facit martyres. Postremo etiam condemnat eos quos damnatione iudicat dignos, sua licet illi mala patiantur, facit tũ ille quod bonum est. Non potest.n. bonum non esse quod iustum est. Et vtique sicut iniustum est peccatum, ita iustum est peccati supplicium. Non autem potestas deo defuit talem facere hominem qui peccare non posset: sed maluit eum talem facere, cui adiaceret peccare si vellet: nõ peccare, si nollet: hoc prohibens, illud præcipiens: vt prius esset illi bonum meritum, non peccare: & postea iustum præmium, I non posse peccare. Nam etiam tales sanctos suos in fine facturus est, qui omnino peccare non possint. Tales habet quippe ẽt nunc angelos suos, quos in illo sic amamus, vt de nullo eorum ne peccando fiat diabolus, formidemus. Quod de nemine homine iusto in huius vitæ mortalitate præsumimus, tales autem omnes futuros in illius vitæ immortalitate confidimus. Omnipotens enim deus qui operatur bona etiam de nostris malis, qualia dabit bona, cum liberauerit ab omnibus malis? Multa de bono vsu mali copiosius possunt & subtilius disputari, sed neque hoc isto sermone susc epimus, & eius ni mia vitanda est longitudo. Nunc ergo Continentia ad illud propter quod diximus ista, redeamus. Continentia nobis opus est, & eam diuinum esse munus cognoscimus, ne decline tur cor nostrum in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Cui autem Cap. 7. peccato cohibendo non habemus necessa- Ps. 140. riam continentiam ne committatur, quando & hoc ipsa cohibet ne commissum si fuerit, nefaria superbia defendatur? Vniuersaliter ergo continentia nobis opus est, vt declinemus à malo: vt autem faciamus bonũ ad aliam videtur virtutem, hoc est ad iustitiam pertinere. Hoc nos admonet facer Psal K mus, vbi legimus, Declina à malo & fac bonum. Quo autem finè ista faciamus, mox Psal. 33 addidit, dicens, Quære pacẽ, & sequere eã. Pax.n. perfecta tunc erit nobis, quando natura nostra creatori suo inseparabiliter cohærente, nihil nobis repugnabit ex nobis. Hoc & ipse saluator voluit quantum mihi videtur intelligi, vbi ait, Sint lumbi vestri Luc. 12. præcincti, & lucernæ vestræ ardẽtes. Quid est lumbos accingere? Libidines coercere, quod est continentiæ. Lucernas vero ardentes habere, est bonis operibus lucere atque feruere, quod est iustitiæ. Neque hic tacet quo fine ista faciamus, addendo atq; dicendo, Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, q̃n veniat à nuptijs. Cum enim venerit, nos remunerabit, qui continuimus nos ab his quæ cupiditas, & ea quæ imperauit charitas fecimus, vt in eius perfecta & sempiterna pace, sine vlla mali

mali contentione, & cum summa boni delectatione regnemus. Omnes ergo qui credimus in deum viuum & verum, cuius summe bona immutabilisque natura, nec mali aliquid facit, nec mali aliquid patitur, à quo est omne bonum, quod etiam minui non potest, & qui suo bono quod ipse est omnino Gala. 5. minui non põt, cum audimus Apostolũ di- L centem, Spiritu ambulate, & concupiscẽtias carnis ne pfeceritis: caro.n. cõcupiscit aduersus spm̃, spiritus autem aduersus carnẽ: Hæc enim inuicem sibi aduersantur, vt non ea q̃ vultis faciatis. absit vt credamus quod Manichæorum credit insania, duas hic demonstratas esse naturas ex contrarijs inter se principiis confligentes, vnam boni, alteram mali. Prorsus ista duo ambo sunt bona, & spiritus bonum est, & caro bonum, & homo qui ex vtroq; constat, vno imperante alio seruiente, vtiq; bonum est, sed mutabile bonũ: quod tamen fieri non posse constat, nisi ab incommutabili bono, à quo est omne bonum creatum, siue paruum, siue magnum, sed quamlibet paruũ à magno tamen factũ, & quamlibet magnum, nullo modo tñ factoris magnitudini comparandum. Verum in hac bona hominis & bene à bona condita institutaq̃; natura nunc bellum est, quoniã salus nõdum est. Languor sanetur, pax est. Languorem autem istum culpa meruit, natura nõ habuit: quã sanè culpã per lauacrũ regenerationis dei gra fidelibus iã remisit, sed sub eiusdem medici manibus adhuc nasetur cum suo languore confligit. In tali aũt M pugna sanitas erit tota victoria: nec temporaria sanitas, sed ẽterna: vbi non solum finiatur hic languor, verumetiam deinceps nullus oriatur. Propter quod alloquitur animam suã iustus, & dicit, Benedic anima mea Psa. 102. domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius: Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat oẽs languores tuos. Propitius fit iniquitatibus, cum peccata dimittit: sanat languores, cum desideria praua compescit. Propitius fit iniquitatibus, dãdo indulgentiam: sanat languores, dando continentiam. Illud factum est in baptismate confitentibus, hoc fit in agone certanti , in quo à nobis noster per eius adiutorium vincendus est morbus. Etiam nunc illud fit, quo exaudimur, dicentes, Dimitte nobis de- Matt. 6. bita nostra: hoc autem cum exaudimur, dicentes, Ne nos inferas in tentationem. Vnus- Iaco. 1. quisque cum tentatur, sicut ait Apostolus Iacobus, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Contra quod vitium, medicinale poscitur adiutorium, ab illo qui potest omnes huiusce modi sanare languores, non à nobis aliena separatione, sed in nobis nostræ reparatione naturæ, Vnde & prædictus Apostolus, non ait, Vnusquisque tentatur à concupiscentia: sed addidit, sua: vt qui hoc A audit, intelligat quomodo clamare debeat, Ps. 40 Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam quoniam peccaui tibi. Non enim sanatione indiguisset, nisi se ipsa peccando vitiasset, & aduersus eam caro sua concupisceret. id est, ipsa sibimetipsi ex ea parte qua in carne infirmata est repugnaret. Carnis pugna usq; ad huius uitæ finẽ. Cap. 8.

Caro enim nihil nisi per animam concupiscit: Sed concupiscere caro aduersus spiritum dicitur, quando anima carnali concupiscentia spiritui reluctatur, Totum hoc nos sumus: & caro ipsa quæ descendente anima moritur, nostra pars infirma est: non fugienda dimittitur, sed recipienda deponitur, nec recepta vlterius relinquetur. Seminatur autem corpus animale, resurget corpus 1. Co. 15 spiritale. Tunc iam caro nihil concupiscet aduersus spiritum, quando & ipsa spiritalis uocabitur, quoniam spiritui non solum sine ulla repugnantia, uerumetiam sine ulla corporalis alimenti indigentia in æternum uiuificanda subdetur. Hæc igitur duo quæ nunc inuicem aduersantur in nobis, quoniam in utroque sumus, ut concordent, oremus & agamus. Non enim alterum eorum putare debemus inimicum, sed vitium quo caro concupiscit aduersus spiritum: quod sanatum nec ipsum erit, & substantia vtraque salua erit, & inter vtraq; nulla pugna erit: B Audiamus Apostolum, Scio, inquit, quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Hoc utiq; ait, quia uitium carnis in re Rom. 7. bona non est bonum. Quod cum esse desiterit, caro erit, sed iam uitiata uel uitiosa nõ erit. Quam tamen ad nostram pertinere natura idẽ doctor ostendit, prius dicendo, Scio quia non habitat in me, quod vt exponeret, addidit, hoc est in carne mea, bonum. Se itaque dicit esse carnem suam. Non ergo ipsa est inimica nostra, & quando eius uitijs resistitur, ipsa amatur, quia ipsa curatur. Nemio enim unquam carnem suam odio habuit: sicut ipse Apostolus dicit. Et alio loco Ephe. 5. ait, Igitur ipse ego mente seruio legi dei, Rom. 7. carne autem legi peccati. Audiant qui aures habent. Igitur ipse ego, ego mente, ego carne, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne, sed mente seruio legi dei, carne aũt legi peccati. Qũo aũt carne legi peccati? Nũquid concupiscentiæ consentiendo carnali? Absit: Sed motus desideriorum illic habendo quos habere nolebat,& tamen habebat. Sed eis nõ consentiendo mente seruiebat legi dei & tenebat membra ne fierent arma peccati. Sunt ergo in nobis desideria mala, quibus non consentiendo non viuimus male: sunt in nobis concupiscentiæ peccatorũ, C quibus non obediendo non perficimus malum, sed eas habendo nondũ perficimus bonum. Vtruno; ostẽdit Apostolus, nec bonũ hic perfici, vbi malum concupiscitur, nec malum hic perfici, qñ tali concupiscentiæ non obeditur. Illud quippe ostendit, vbi ait, Velle adiacet mihi, perficere aũtem bo-
Rom.7. num non. Hoc vero vbi, ait, Spũ ambulate, & desideria carnis ne perfeceritis. Neq; enim ibi dicit, Non sibi adiacere facere bonum: sed, nõ perficere: neq; hic dicit, Concupiscẽtias carnis ne habueritis: sed, ne perfeceri-
Gal.5. tis. Fiunt itaq; in nobis concupiscentiæ malæ, quando id quod non licet, libet: sed non perficiuntur, cum legi dei mente seruiente libidines continẽtur. Et bonum fit, cum id quod male libet vincente bona delectatione non fit: sed boni perfectio non impletur, quandiu legi peccati carne seruiente libido illic, & quamuis contineatur, tũ mouetur, Non enim opus esset ut contineretur, nisi moueretur. Erit quandoq; etiã perfectio boni, qñ erit consumptio mali: illud erit summum, hoc erit nullum. Quod si in ista mortalitate sperandum putamus, fallimur. Tũc D enim erit quando mors non erit, & ibi erit vbi vita æterna erit. In illo enim seculo & in illo regno erit bonum summum, malum nullum: quando erit & vbi erit sapientiæ amor summus, continentiæ labor nullus. Non igitur mala est caro si malo careat .i. vitio quo vitiatus est homo, non factus male, sed ipse faciens. Ex vtraque enim parte, id est, & anima & corpore à bono deo factus bonus, ipse fecit malum quo factus est malus. A cuius mali reatu iam etiam solutus per indulgentiam, ne leue existimet esse quod fecit, adhuc cum suo vitio pugnat per continentiam. Absit autem vt sint vlla vitia in illa quæ futura est pace regnantibus: quandoq; idem in isto bello quotidie minuuntur in proficientibus, non peccata solum, sed ipsæ quoque concupiscentiæ, cum quibus non consentiendo confligitur, & quibus consentiendo peccatur. Quòd ergo Gal.5.
caro concupiscit aduersus spiritum, & non Rom.7.
habitat in carne nostrã bonum, & lex in mẽbris nostris repugnat legi mentis, non est duarum naturarũ ex contrarijs facta principijs commixtio, sed unius aduersus seipsam propter peccati meritum facta diuisio. Non sic fuimus in Adã antequã nostra natura suo deceptore audito ac secuto, suum contempsisset atque offendisset authorem: E nõ est ista prior uita creati hominis, sed posterior pœna damnati. Ex qua damnatione per Iesum Christum gratia liberati, cũ pœna sua dimittant liberi, nondum salute plena, sed iam pignore salutis accepto: non liberati aũt, & peccatis rei sunt, & supplicijs implicati. Post hanc vero uitam reis manebit in æternum pœna pro culpa: liberis non remanebit in æternum, nec culpa nec pœna: sed permanebunt in æternum substãtiæ bonæ spiritus & caro, quas deus bonus & immutabilis bonas quãuis mutabiles cõdidit: Permanebunt autẽ in melius commutatæ, nunquam iam in deterius mutandæ, consumpto penitus omni malo, & quod homo fecit iniuste, & quod passus est iuste. Quibus duobus mali generibus omnino pereũtibus, quorum est unũ præcedentis iniquitatis, alterum consequentis infœlicitatis, erit hominis sine ulla prauitate uoluntas recta. Ibi omnibus erit clarum atq; perspicuum, quod nunc à fidelibus multis creditur, à paucis intelligitur: malum non esse substantiam, sed sicut uulnus in corpore, ita substãtiam quæ seipsam uitiauit, esse cœpisse peste inchoata, atq; ibi esse desinere sanitate perfecta. Omni ergo malo exorto à nobis, & pdito in nobis, bono etiam nostro usque ad culmen fœlicissimæ incorruptionis & im- F mortalitatis aucto atq; perfecto, qualis erit utraque nostra substantia: quandoquidem nunc in ista corruptione & mortalitate, cũ adhuc corpus corruptibile aggrauat animã, & quod Apostolus dicit, Corpus mortuũ Rom.8.
est propter peccatum, tale tamen testimoniũ perhibet idem ipse carni nostræ, idest parti Sapiẽ.9.
nostræ infirmæ atq; terrenæ: ut dicat quod uidelicet commemoraui, Nemo unquam carnem suam odio habuit: statimq; subiungat, sed nutrit eam & fouet, sicut Christus Ephe.5.
Ecclesiam. Quo igitur non dico errore, natura Carnẽ
sed prorsus furore, Manichæi carnem nostram nescio cui fabulosæ genti tribuunt tenebrarum, quam uolunt suam sine ullo initio non esse malum. Cap.9.

tio malam semper habuisse naturam: cum verax doctor, viros diligere vxores suas exẽplo suæ carnis hortetur, quos ad hoc ipsum Christi quoque & Ecclesiæ hortatur exemplo? Totus denique ipse Apostolicæ epistolæ locus, valde ad rem pertinens, recordan-
Ephe.5. dus est. Viri, inquit, diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt eam sanctificaret, G mundans lauacro aquæ in verbo: vt exhiberet sibiipse gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata: Ita, inquit, & viri debent diligere vxores suas, sicut corpora sua. Qui diligit vxorem suam, seipsum diligit. Deinde subiunxit quod iã commemorauimus, Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quid ad hæc dicit immundissimæ impietatis insania? Quid ad hæc dicitis Manichæi? quid nobis vel ex Apostolicis literis duas sine initio naturas, vnam boni, alteram mali, conamini inducere: & Apostolicas literas, quæ vos ab ista sacrilega peruersitate corrigant,
Rom.7. non vultis audire? Sicut legitis, Caro concupiscit aduersus spiritum: Et, Non habitat in carne mea bonum: Ita legite, Nemo vn-
Ephe.5 quam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Sicut legitis, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ:
Rom.7. ita intelligite, Sicut & Christus dilexit Ec-
Ephe.5. clesiam, ita viri debent diligere vxores suas sicut sua corpora. Nolite in illis sanctæ scripturæ testimonijs esse insidiosi, in his surdi, & eritis in vtrisque correcti. Hęc enim H si accipiatis vt dignum est, conemini & il-
Tres copulæ. la intelligere vt verum est. Tres qualdam copulas nobis insinuauit Apostolus, Christum & Ecclesiam, virum & vxorem, spiritum & carnem. Horum priora posterioribus consulunt, posteriora prioribus famulantur. Omnia bona sunt, cum in eis quædam ordinis pulchritudinem excellenter præposita, quædam decenter subiecta custodiũt. Vir & vxor quales secum esse debeãt, præceptum accipiunt & exemplum. Præceptum est, Mulieres viris suis subditæ sint sicut domino, quia vir caput mulieris est: Et, Viri diligite vxores vestras. Exemplũ autem datur mulieribus de Ecclesia, viris de Christo. Sicut Ecclesia, inquit, subdita est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus. Similiter & viris dato præcepto, vt vxores suas diligant, adiecit exemplum, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Sed & viros à re inferiore adhortatus est, idest à corpore suo: non tantum à superiore, id est, à domino suo: Non.n.solum ait, Viri diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam: quod est à superiore: verumetiam dixit, Viri debent diligere vxores suas, sicut corpora sua: quod est ab inferiore: quia & superiora & inferiora bona sunt omnia. Nec tamen mulier à corpore vel carne accepit exemplum, vt ita esset subdita viro, sicut spiritui caro: Sed aut consequenter Apostolus intelligi voluit, quod dicere prætermisit: aut I forte quia caro concupiscit aduersus spiritum in huius vitæ mortalitate atque languore, ideo de illa noluit mulieri exemplum subiectionis adhibere. Viris autem ideo voluit, quia etsi concupiscit spiritus aduersus carnem, etiam in hoc ipso consulit carni: nõ sicut caro concupiscens aduersus spiritum, nec spiritui consulit talis repugnatio, nec sibi: Non tamen ei spiritus bonus, siue eius naturam per prouidentiam nutriendo ac fouendo, siue eius vitijs per continentiam resistendo, consuleret, nisi vtraque substantia vtriusque artificem deum, etiam decore huius ordinis indicaret. Quid est ergo qđ vos vera dementia, & Christianos esse iactatis, & contra scripturas Christianas oculis clausis, vel potius extinctis tanta peruersitate contenditis: Christum asserentes in falsa carne apparuisse mortalibus: & Ecclesiam in anima ad Christum in corpore ad diabolum pertinere: & sexum virilem atq; muliebrem diaboli opera esse, non dei: & spiritui carnem tanquam malam substantiam bonæ substantiæ cohærere? Si parũ K
vobis videntur respondere quæ de Apostolicis commemorauimus literis, audite ad- Idem probat.
huc alia, si aures habetis. Quid de carne Cap.10.
Christi dicit insanissimus Manichæus? Quòd non fuerit vera, sed falsa. Quid ad hoc dicit beatus Apostolus? Memor esto Christum Iesum resurrexisse à mortuis ex 2.Ti.2.
semine Dauid secundum Euãgelium meũ. Et ipse Christus Iesus, Palpate, inquit, & videte, quia spiritus carnem & ossa non ha- Luc.24.
bet, sicut me videtis habere. Quomodo est in eorum doctrina veritas, quæ id prædicat quod in carne Christi erat falsitas? Quomodo in Christo non erat nullum malum, in quo erat tã grande mẽdacium? Quia videlicet

licet hominibus nimium mũdis malum eſt caro vera, & non eſt malum falſa? Pro certo malum eſt caro vera naſcentis ex Dauid ſemine, & non eſt malum lingua falſa dicẽtis, Palpate & videte, quia ſpiritus oſſa & carnem non habet, ſicut me videtis habere. De Eccleſia quid dicit deceptor hominum in mortifero errore, q̃ ex parte animarum pertineat ad Chriſtum, ex parte corporum
1.Co. 6. ad diabolum? Quid ad hæc dicit doctr, gentium in fide & veritate? Neſcitis, inquit, qa
L corpora veſtra membra ſunt Chriſti? De ſexu maſculi & fœminæ quid dicit filius p̃ditionis, quòd vterque ſexus non ex deo ſit,
1.Co.11 ſed ex diabolo? Quid ad hæc dicit uas electionis? Sicut, inquit, mulier ex uiro, ita & vir per mulierem, omnia autem ex deo. De carne quid dicit per Manichæum ſpiritus immundus, quòd ſit mala ſubſtantia, nec dei ſed inimici creatura? Quid ad hæc dicit per Paulum ſpirituſſanctus? Sicut enim corpus vnum eſt, inquit, & membra habet multa,
1.Co.12. omnia autem membra corporis cum ſint multa, vnum eſt corpus, ita & Chriſtus. Et paulopoſt, Poſuit, inquit, deus membra ſingula quæq; corũ in corpore ꝓut uoluit. Itẽ paulopoſt, Deus, inquit, temperauit corpus, ei cui deerat, maiorem honorem dans, vt nõ eſſent ſciſſuræ in corpore, ſed in id ipſum, vt pro inuicem ſolicita ſint membra: & ſiue patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra, ſiue glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Quo eſt mala caro, quando ipſæ animæ pacem membrorum eius vt imitentur, monentur? Quomodo eſt inimica creatura, quãdo ipſę animę quæ corpora regunt, vt inter ſe inimicitiarum ſciſſuras non habeant, exemplũ de membris corporis ſumunt, vt quod præſtitit deus corpori per naturam, ament & ipſæ habere per gratiam? Merito ad Romanos cum ſcriberet, Obſecro, inquit, vos fra-
M tres per miſericordiam dei vt exhibeatis
Ro. 12. corpora veſtra hoſtiam viuam, ſanctã, deo placentẽ. Sine cauſa.n. tenebras lucẽ, & lucẽ tenebras eſſe contendimus, ſi hoſtiam viuã, ſanctam, deo placentem de gentis tenebrarũ corporibus exhibemus. Sed inquiunt, Quomodo caro per quandam ſimilitudinẽ
Etiã Eccleſia ca ro eſt. Gala. 5. comparatur Eccleſiæ? Nunquid Eccleſia concupiſcit aduerſus Chriſtum, cum idem Apoſtolus dixerit, Eccleſia ſubdita eſt Chriſto? Plane Eccleſia ſubdita eſt Chriſto, quia Cap.11. ideo ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem, ut omni ex parte Chriſto ſubdatur Eccleſia. Caro autem concupiſcit aduerſus ſpiritum, quia nondum pacem quæ perfecta promiſſa eſt accepit Eccleſia. Ac per hoc Eccleſia ſubdita eſt Chriſto ex pignore ſalutis, & caro concupiſcit aduerſus ſpiritum ex infirmitate languoris. Neque enim non Eccleſiæ membra erant iidem ipſi, quibus iſta dicebat, Spiritu ambulate, & deſideria carnis ne Ibidem perfeceritis. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: Hæc enim ſibiinuicem aduerſantur, ut non ea quæ vultis faciatis. Hæc vtique Eccleſiæ A dicebantur, quæ ſi Chriſto ſubdita non eſſet, non in ea ſpiritus aduerſus carnem per continentiam concupiſceret. Propter quod poterant concupiſcentias carnis non perficere, ſed carne concupiſcente aduerſus ſpiritum non poterant ea facere quæ volebant: id eſt, etiam ipſas carnis concupiſcentias nõ habere. Deinde, cur non confiteamur in hominibus ſpiritalibus Eccleſiam ſubditam Chriſto, in carnalibus autem hanc adhuc concupiſcere aduerſus Chriſtum? An aduerſus Chriſtum non concupiſcebant, quibus dicebatur, Diuiſus eſt Chriſtus? Et, Non potui loqui vobis quaſi ſpiritalibus, ſed qua 1.Co.1. ſi carnalibus, tanquam paruulis in Chri- 1.Co.3. ſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed ne nunc quidem poteſtis, adhuc enim eſtis carnales? Cum enim ſint in vobis, æmulatio, & contentio, nõne carnales eſtis? Aduerſus quem concupiſcit æmulatio & contentio, niſi aduerſus Chriſtum? Has enim carnis concupiſcentias Chriſtus in ſuis ſanat, ſed in nullis amat. Vnde ſancta Eccleſia quandiu habet etiam membra talia nondum eſt ſine macula & ruga. Hunc accedunt & illa Matt.6. peccata pro quibus quotidiana vox totius B Eccleſiæ eſt, Dimitte nobis debita noſtra, à quibus ne ſpiritales putaremus alienos, non quicunque carnalium, nec ipſo- Ioã.13. rum quicunque ſpiritalium, ſed qui ſuper 1.Ioã.4. pectus domini diſcumbebat, & quem præ cæteris diligebat, Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, noſipſos ſeipimus, & veritas in nobis non eſt. In omni autem peccato plus in maiore, minus in minore, tamen contra iuſtitiam concupiſcitur. Et de Chriſto ſcri- 1.Co.1 ptum eſt, Qui factus eſt nobis ſapientia à deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. In omni igitur peccato contra

tra Chriſtum ſine dubio concupiſcitur. Sed qui ſanat oẽs languores noſtros, cum perduxerit Eccleſiam ad promiſſam languoris ſanitatem, tunc in nullo membrorum eius quamlibet minima erit vlla macula & ruga. Tunc nullo modo caro aduerſus ſpiritum concupiſcet, & ideo nulla erit cauſa cur aduerſus carnem etiam ſpũs concupiſcat. Tunc finẽ accipiet omnis hæc pugna, tunc ambarum ſubſtantiarum erit ſumma concordia, tunc vſqueadeo ibi nullus erit carnalis, vt etiam caro ipſa ſit ſpiritalis. Quod ergo nunc agit cum carne ſua quiſq; ſecundum Chriſtũ viuens, cum & C concupiſcit aduerſus eius malam concupi-
Ephe.5. ſcentiam, quando ſanandã continet, quam nondum ſatanam tenet, & tamen eius bonã nutrit naturam fouetq;, quoniã nemo vnquam carnem ſuam odio habuit: hoc etiam agit cum Eccleſia Chriſtus quantũ fas eſt comparare minora maioribus. Nã & correptionibus eam reprimit, ne impunitate inflata diſſiliat: & conſolationibus erigit, ne gra
1.Co.11 uata infirmitate ſuccumbat. Hinc eſt illud Apoſtoli, Si enim noſipſos diiudicaremus, à domino nõ iudicaremur: cum iudicamur
Pſal.93. aũt, à domino corripimur, ne cum hoc mũdo damnemur. Et illud in Pſalmo, Secundum multitudinẽ dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ iocundauerunt animam meam. Tunc ergo ſperanda eſt carnis noſtræ ſine vlla repugnatione perfecta ſanitas, quando erit Eccleſiæ Chriſti ſine vllo timore certa ſecuritas. Hæc aduerſus Manichæos fallaciter continentes, pro veracti continentia diſputare ſuffecerit, ne continentię fructuoſus & glorioſus labor, partem infirmam noſtram: id eſt, corpus quando ab immoderatis & illicitis voluptatibus cohibet & refrenat, non ſalubriter caſtiga-
Continẽ tia vera & falſa. Cap.12. re, ſed inſactari credatur hoſtiliter. Cor D pus quippe ab anima eſt quidem natura diuerſum, ſed non eſt a natura hominis alienum. Non.n. animus conſtat ex corpore, ſed tamen hõ ex animo conſtat & corpore: & vtiq; deus quem liberat, totum hominẽ liberat. Vnde totum hominem etiam ſaluator ipſe ſuſcepit, dignatus in nobis totum liberare quod fecit. Qui contra iſtã ſentiunt veritatem, quid eis prodeſt libidines continere, ſi tamen aliquas continent? Quid in eis per continentiam poteſt fieri mundum, quorũ continentia talis immunda eſt, quæ nec continentia nominanda eſt? Sentire qp-pe quod ſentiũt, virtus eſt diaboli, continẽtia vero munus eſt dei: ſicut aũt non omnis qui aliquid patiẽ, aut quoſlibet dolores tolerantiſſime patitur, habet eã virtutem quæ ſimiliter dei munus eſt, & patiẽtia nuncupatur. Multi.n. tolerant multa tormenta, ne in ſuis criminibus prodant, aut male ſibi conſcios, aut ſeipſos. Multi pro explẽdis ardentiſſimis libidinibus & obtinendis, vel non relinquendis eis rebus quibus vinculo praui amoris obſtricti ſunt, multi pro diuerſis & perniciоſis quibus vehementer tenentur erroribus, quos omnes abſit vt verã dicamus habere patientiam. Ita nõ omnis qui aliquid continet vel ipſas etiam carnis aut animi libidines mirabiliter continet, iſtã continentiã, de cuius vtilitate & decore diſſeruimus, E habere dicendus eſt. Quidã enim quod mirum dictu videri põt, per incontinentiã ſe cõtinent: velut ſi ſe mulier cõtineat a marito, quia hoc iurauit adultero. Quidã p iniuſtitiã, veluti ſi miſcendi ſexus nõ reddat cõiunx coniugi debitum, quia ipſe vel ipſa iã põt vincere talem corporis appetitũ. Idem quidã cõtinent decepti fide falſa, & vana ſperantes, vana ſectãtes: in quibus ſunt oẽs hæretici, & quicunq; ſub nomine religionis aliquo errore falluntur, Quorum cõtinentia vera eſſet ſi eſſet & fides vera. Cum vero illa propterea nec fides ſit appellanda, quia falſa eſt, ſine dubio & iſta cõtinentiæ nomine indigna eſt. Nunquid.n. continentiam fidei, quã munus dei verisſimè dicimus dicturi ſumus eſſe pctm? Abſit a noſtris cordibus tã deteſtanda dementia. Beatus autem Apoſtolus ait, Omne quod non eſt ex fide, peccatũ Ro. 14. eſt. Quæ igitur nõ habet fidem, nec continẽtia nominanda eſt. Sunt etiã qui aperte malignis ſeruiendo dæmonibus, à corporis voluptatibus continent, vt per eos expleant nefarias voluptates quarũ impetum ardoremq; non cõtinent. Vnde vt aliquid dicã, & cætera propter ſermonis longitudinẽ taceam quidã non attingunt etiã vxores ſuas F dum quaſi mundi per magicas artes peruenire ad vxores moliuntur alienas. O mirabilem continentiam, immò vero nequitiam atq; immunditiã ſingularem. Si.n. vera eẽt cõtinẽtia, magis ab adulterio q̃ ꝓpter adulteriũ perpetrandũ, carnis cõcupiſcentiã debuit a coniugio continere. Hanc quippe concupiſcentiam carnis relaxare ſoler continentia coniugalis, eiusque frenis hactenus moderamen imponere: vt nec in ipſo coniugio immoderata

Universidad de Deusto
Biblioteca

immoderata licentia diffluatur, sed custodiatur modus: aut infirmitati coniugis debitus, cui hoc non secundum imperium præcepit, sed secundum veniam concedit Apostolus: aut filijs procreandis accommodatus, quæ vna fuit causa misc̃endæ inuicẽ carnis & patribus quondam & matribus sanctis. Id aũt faciens continentia, id est, moderans & quodammodo limitans in coniugibus carnis cõcupiscentiam, & eius inquietum atq; inordinatum motum certis quodammodo finibus ordinans, bene vtitur hominis malo, quẽ facit & vult perficere bonum: sicut deus vtit etiã hominibus malis, propter eos quos p-

Cõtinentia nõ tãtum libidini moderatur. Cap. 13.

ficit bonos. Absit ergo vt continentiam, de qua scriptura dicit. Et hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum: etiam eos habere dicamus, qui continendo vel erroribus seruiunt vel aliquas minores cupiditates ideo vincunt, vt alias expleant, quarum granditate vincuntur. Ea vero quæ G uera est desuper veniens continentia, non alijs malis mala premere alia, sed bonis mala sanare vult omnia. Cuius vt breuiter cõplectar actionem, omnibus prorsus delectationibus concupiscentiæ, quæ aduersantur delectationi sapientiæ, coercendis atque sanandis inuigilat officium continentiæ. Vnde angustius eam sine dubitatione metiuntur qui solas libidines corporis cohibere definiunt: melius profecto illi qui non addunt corporis, sed generaliter libidinem siue cupiditatem regendam dicunt ad continentiam pertinere. Quæ cupiditas in vitio ponitur, nec tantum est corporis, verum & animi. Etenim si cupiditas corporis est in fornicationibus & ebrietatibus: nunquid inimicitiæ, contentiones, æmulationes, post remo animositates, in corporis voluptatibus, ac non potius in animi motibus & perturbationibus exercentur? Carnis tamen opera hæc omnia nuncupauit Apostolus, siue quæ ad animum, siue quæ ad carnem proprie pertinent, ipsum scilicet hominem nomine carnis appellans. Opera qp H pe hominis sunt quæ non dicuntur dei, quoniam homo qui hæc agit secundum seipsum viuit, non secundum deum, inquantum hæc agit. Sunt autem alia opera hominis, quæ magis dicenda sunt opera dei, Deus

Phil. 2. est enim, inquit Apostolus qui operatur in vobis, & velle & operari pro bona volun-

Rom. 8. tate. Inde est & illud, Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Spiritus itaque hominis adhærens spiritui dei, concupiscit aduersus carnem, id est aduersus seipsum, sed pro seipso: vt motus illi siue in carne, siue in anima, secundum hominem, non secundum deum, qui sunt adhuc per acquisitum languorem, continentia cohibeantur propter acquirendam salutem: vt homo non secundum hominem viuens, iam possit dicere, Viuo autem iam non ego, viuit ve Gal. 2. ro in me Christus. Vbi enim non ego, ibi fœlicius ego: vt quando secundum hominem reprobus vllus motus exurgit, cui non consentit qui mente legi dei seruit, dicat etiã illud, Iam non ego operor illud, Talibus Rom. 7. quippe & illa dicuntur, quæ sicut eorum socij participesque debemus audire, Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quẽrite, vbi Christus est in dextera dei se- Col. 3. dens: quæ sursum sunt sapite non quæ su- I per terram. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo: cum autem Christus apparuerit vita vestra, tũc & vos apparebitis cum illo in gloria. Quibus loquatur intelligamus, immò vero attentius audiamus. Nam quid hoc planius? quid apertius? Eis certe loquitur qui conresurrexerant Christo, nondum vtique carne, sed mente, quos mortuos dicit, & magis hinc viuos. Nam vita vestra, inquit, abscondita est cum Christo in deo. Talium mortuorum vox est, Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Quorum ergo vita erit abscondita in deo, admonentur & exhortantur, vt membra sua mortificent quæ sunt super terram. Id enim sequitur, Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram. Et ne quisquam nimis tardus membra ista visibilia corporis mortificanda putaret, talibus continuo quid dicat aperiens, Fornicationem, inquit, immundiciam, perturbationem, concupiscentiam malam & auaritiam quæ est idolorum seruitus. Ita ne vero credendum est, quòd isti qui iam mortui erant, eorumque vita abscondita erat cum Christo in deo adhuc fornicabantur, adhuc in moribus immundis operibusque viuebant, adhuc perturbationibus, concupiscentiæ malæ atque auaritiæ seruiebant? Quis demens ista de talibus senserit? Quid ergo vult vt mortificent opere continentiæ, nisi motus ipsos adhuc in sua quadam interpellatione, sine nostræ mentis consensione, sine membrorum corporalium operatione viuentes? K

Et

Et quomodo isti mortificantur opere continentiæ, nisi cũ eis mente non consentitur. nec exhibentur eis arma corporis mẽbra: & quod est maius atq; vigilantia continentiæ maiore curandũ, ipsa etiam nostra cogitatio quãuis eorũ quodammodo suggestione, & quasi susurratione tangatur, tamẽ ab eis ne oblectetur auertitur, & ad superna cogitanda delectabilius cõuertitur ad hoc ea nominans in sermonibus ac habitetur in eis, sed fugiatur ab eis? Quod fit si efficaciter audia

Colo. 4. mus ipso adiuuante, qui hoc per Apostolũ suũ præcipit, Quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens, q̃ sursum

Quod nec fides sine operib⁹, nec continẽtia sine pseuerãtia saluet cap. 14. Ephe. 5. Iacob. 2.

sunt sapite, non quæ super terram. Cum aũt mala illa commemorasset, adiunxit atque ait, propter quę venit ira dei in filios infidelitatis. Vtique salubriter terruit, ne putarent fideles propter solam fidẽ suam, et si in his malis uiuerent, se posse saluari: Apostolo Iacob contra istum sensum voce manifestissima reclamante ac dicẽte, Si fidẽ quis dicat se habere, opera autẽ non habeat nunquid poterit fides saluare eum? Vnde & hic doctor gentiũ propter illa mala venire iram dei dixit in filios infideliratis. Cum autem dicit, in quibus & uos aliquando ambulastis cum viueretis in illis: satis ostendit quòd in illis iam, non in his quippe uiuendo mortui erant, vt eorum vita in deo cum Christo esset abscondita. Cum ergo iam in illis non uiuerent, mortificare iam talia iubebantur. Ipsis quippe in eisdem non uiuentibus illa uiuebant: sicut pauloante iam ostendi. Et membra dicebantur ipsorum, ea videlicet vitia, quæ in membris habitabant ipsorum, modo locutionis quo per id quod continet id quod continetur significatur, sicut dicitur, totum forum inde loquitur, cum homines loquantur qui sunt in foro, Ipso lo-

Psal. 65. cutionis modo, in Psalmo canitur, Omnis terra adoret: id est, omnes homines qui sunt in terra. Nunc autem deponite, inquit, & vos vniuersa: & commemorat plura eiusmodi mala. Sed quid est quod non ei sufficit dicere deponite vos vniuersa: sed addita cõiunctione, dixit, & vos. Nisi ne pro-

M pterea se putarent hæc mala facere, atque impune in eis viuere, quia fides eorum liberaret eos ab ira quę uenit in filios infidelitatis ista facientes, & in his sine fide viuentes? Deponite inquit, & vos illa mala, propter quæ uenit ira dei in filios infidelitatis: nec vobis eorum impunitatem propter fidei meritum promittatis. Non autem diceret, deponite eis qui iam deposuerant ex ea parte qua talibus vitijs non consentiebant, nec sua membra eis arma peccati dabant: nisi quia in hoc facto est, & in hac adhuc operatione versatur, quandiu mortales sumus, vita sanctorum. Dum enim spiritus Gala. 5. concupiscit aduersus carnem, hæc magna intentione res agitur, delectationibus prauis, libidinibus immundis, motibus carnalibus atque turpibus: suauitate sanctis, amore castitatis, spiritali vigore & continentię decore resistitur. Sic deponuntur ab eis qui mortui sunt eis, nec consentiendo viuunt in eis: Sic inquam, deponuntur, dum continuata continentia ne resurgant premũtur. Quisquis quasi securus ab hac eorum depositione cessauerit, illico in arcem mentis prosilient, eanq; inde ipsam deponent atq; in suã redigent seruitutem turpiter deformiterq; captiuam. Tunc regnabit peccatum in hominis mortali corpore, ad obediendum desiderijs eius. Tunc sua membra exhibet arma iniquitatis peccato, & erunt nouissima illis peiora prioribus. Multo est enim tolerabilius certamen huiusmodi non cœpisse quàm cœptum reliquisse conflictum, & Mat. 10. factum ex bono præliatore, vel etiam victore captiuum. Vnde dominus non ait, qui cœperit: sed, qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Si autem ne uincamur acriter confligentes, siue aliquotiens vel etiam insperata vel inopinata facilitate vincentes, ei qui nobis dat continẽtiam demus gloriam. Meminerimus quendam Psal. 29. iustum dixisse, in abundantia mea, non mouebor in æternum: demonstratumque esse quàm temere hoc dixerit, tanquam suis viribus tribuens, quod ei desuper præstabatur. Hoc autem ipso confitente didicimus, mox enim adiunxit, Domine in voluntate tua præstitisti decori meo uirtutem, auertisti autem faciem tuam, & factus sum conturbatus. Per medicinalem prouidentiam paululum desertus est à recto re, ne per exitialem superbiam desereret pse rectorem. Siue ergo hic, vbi cum vitijs nostris domandis minuendisque confligimus: siue ibi, quod in fine futurum est, vbi omni hoste & omni peste carebimus: B id nobiscum salubriter agitur, vt qui gloriatur, in domine glorietur. Hier. 9. 1. Co. 1.

Libri de Continentia animæ, finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

LIBER DE PATIENTIA.

Patientia dei qualis. Cap. 1.

VIrtus animi quæ patientia dicitur, tam magnum dei donum est, vt etiam ipsius qui nobis eā largitur, qua malos vt corrigantur expectat, patientia prædicetur. Ita quanuis deus nihil pati possit, patientia vero a patiendo nomen acceperit, patientē tamen deum non modo fideliter credimus, C verumetiam salubriter confitemur. Sed dei patientia qualis & quanta sit, quem nihil patientem nec tamen impatientem, immò etiā patientissimum dicimus, verbis explicare quis possit? Ineffabilis est ergo illa patientia, non tamen nulla, sicut zelus eius, sicut ira eius, & si quid huiusmodi est. Nam si tanquā nostra ista cogitemus, in illo nulla sunt. Nihil enim horum nos sine molestia sentimus. Absit autem vt impassibilem dei naturam perpeti ullam molestiam suspicemur. Sicut autem zelat sine aliquo liuore, iratscit sine aliqua perturbatione, misereē sine aliquo dolore, pœnitet eū sine alicuius prauitatis correptione, ita est patiens sine ulla passiōe. Nunc itaq; humana patientia quam capere possumus, & habere debemus, cuiusmodi sit quantū dominus tribuit, & quantv patitur breuitas ptsentis sermonis expediatur. Patientia hominis, q̄ recta est atq; laudabilis & uocabulo digna virtutis, ea perhibetur qua æquo animo mala toleramus, nec animo inquo bona desideramus, per quæ ad meliora perueniamus. Quapropter impatientes dū mala pati nolunt, non efficiunt vt a malis eruantur, sed vt mala grauiora patiantur. Patientes autem qui mala malunt non committendo ferre, quam non ferendo cōmittere, & leuiora faciunt q̄ quæ per patientiam patiuntur, & peiora euadunt quibus per im D patientiam mergerentur. Bona uero æterna & magna non perdunt, dum malis temporalibus breuibusque non cedunt. Quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis, sicut Apostolus dicit, ad futuram gloriā Rom.8. quæ reuelabitur in nobis. Et iterū ait, Q̄ 2.Co.4. Patiētia est temporale leue tribulationis nostræ, in malorū. incredibilem modum æternæ gloriæ pon- Cap. 3. dus operatur in nobis. Intueamur itaq; charissimi quanta in laboribus & doloribus homines dura sustineant, pro rebus quas vitiose diligunt, & quantum se his fœlicitate fieri putant, tanto infœliciores concupiscunt. Quanta pro falsis diuitijs, quanta pro vanis honoribus, quanta pro ludicris affectionibus periculosissima, & molestissima patientissime tolerantur. Pecuniæ & gloriæ cupidos videmus, vt ad desiderata perueniant, adeptisq; non careant, soles, imbres, glacies, fluctus, & procellosissimas tempestates, aspera & incerta bellorum, immanium plagarum ictus, & vulnera horrenda, nō inuitabili necessitate, sed culpabili voluntate perferre. Verū hæ licitæ quodammodo videntur insaniæ. Nanq; auaritia, ambitio, luxuria, & variorum oblectamenta ludorū nisi propter illa facinus aliquod admittatur siue flagitium quod legibus prohibetur humanis, putantur ad innocentiam pertinere: immò etiam qui sine fraude cuiusquam, aut pro habenda vel augenda pecunia, aut pro adipiscendis vel retinēdis honoribus, aut in agone certando seu uenando, seu theatricū aliquid plausibiliter exhibendo, magnos labores dolorosq; pertulerit, parum est quòd populari vanitati nullis reprehensionibus cohibetur, sed insuper extollitur laudibus. Psal. 9. Quoniam laudatur, sicut scriptum est, peccator in desiderijs animæ suę. Vis enim desideriorum, facit tolerantiam laborum & dolorum: & nemo nisi pro eo quod delectat, sponte suscipit ferre quod cruciat. Sed istæ, vt dixi, cupiditates, propter quas explē das qui eis flagrant, multa dura & acerba patientissime sustinent, licitæ existimantur legibusque concessæ. Quid quòd etiam p apērtis sceleribus, non vt ea puniant, sed vt perpetrent, multa homines grauissima perferunt? Nonne de quodam nobilissimo patrię parricida secularium literarum loquūtur authores, quòd famē, sitim, frigus ferre poterat, eiusque erat corpus patiens inediæ, algoris, vigilię, supra quàm cuiquā credibile est? Quid de latronibus dicam, quorum omnes cum insidiantur viatoribus noctes perpetiuntur insomnes, atq; ut transeuntes excipiant innocentes, sub qualibet cœli asperitate nocentem animum corpusque defigunt? Quidam vero eorum inuicem torqueri perhibentur, ita vt exercitatio contra pœnas nihil distet à pœnis. Non enim tantum fortasis exeruciantur à iudice vt à dolentibus ueritas inquiratur, quantum à suis socijs vt a patientibus non prodantur. Et tamen in his hominibus miranda est potius quàm laudanda patientia: immo nec miranda nec laudanda quæ nulla

Patiētia apud homines laudata. Cap. 4.

Immanis tolerantia tyronum. Cap. 5. Catilina Salustij in principio Catilinarij.

la est: sed miranda duritia neganda patientia. Nihil autem illic iure laudandum, nihil vtiliter imitandum. Tantoq; rectius maiore supplicio dignum iudicaueris animum, quanto magis vitiosus odit instrumenta virtutum. Patientia comes est sapientiæ, non famula cōcupiscentiæ. Patiētia amica ē bonæ cōscientiæ, nō inimica innocētiæ. Cum ergo videris quēquā patiēter aliq̄d pati, noli Causa pbat patiētiā, quā nō oūdit nisi patientiā. causa patiēdi. Q̄n illa bona est, tūc ista vera Cap. 6. est. Q̄n illa nō polluit cupiditate, tūc a falsitate ista distinguit. Cū vero illa tenet crimine, tūc multū huius errat in nomine. Nō. n. G sicut omnes qui sciūt sunt participes sciētiæ, ita oēs qui patiuntur sunt participes patientiæ: sed qui passione recte vtuntur, hi patientiæ veritate laudantur, hi patientiæ munere De uera coronantur. Verūtamen vel cum pro lipatiētia. bidinibus vel etiam sceleribus, cum deniq; Cap. 7. pro ista temporali vita ac salute multa homines horrenda mirabiliter sufferunt, satis nos admonēt quanta sufferenda sint pro uita bona, vt etiam postea possit esse æterna, et sine ullo tpis termino, sine utilitatis illius detrimēto vera fœlicitate secura. Dominus ait, In vestra patientia possidebitis animas Luc.21. vestras. Non ait, villas vestras, laudes vestras, luxurias vestras: sed animas vestras. Si ergo tanta suffert anima vt possideat vnde pereat, quanta debet sufferre ne pereat? De inde vt illud dicam quod culpabile non est, si tanta suffert pro salute carnis suæ inter manus secantium siue urentium medicorū, quanta debet sufferre inter furores quorūlibet inimicorum: cum medici ne corpus moriatur per pœnas corpori consulant, inimici autem pœnas & mortem corporis cōminando, vt anima & corpus in gehenna occidatur impellant: quanquam & ipsi corpori tunc prouidentius consulatur, si tem ora- H lis salus eius pro iustitia cōtennatur, & pœ Rom.8. na vel mors eius patientissime pro iustitia sufferatur? De corporis quippe redemptione quæ in fine futura esse loquitur Apostolus, vbi ait, Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem filiorum dei, expectantes redemptionem corporis nostri. Deinde subiunxit, Spe enim salui facti sumus. Spes autem, quæ videtur, non est spes, Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus. Cum ergo torquent alia mala, sed non exturquent ope-

ra mala, non solum anima per patientiam possidetur, uerumetim cum per patientiam corpus ipsum ad tempus affligitur vel amittitur, in æternam stabilitatem salutemque resumitur, & ei per dolorem & mortem inuiolabilis sanitas, & fœlix immortalitas cōparatur. Vnde & dominus Iesus ad patientiam exhortans martyres suos, etiam ipsius corporis integritatem futuram sine cuiusquam non dicam membri, sed & capilli amissione promisit. Amen dico vobis, in- Luc.21. quit, capillus capitis vestri non peribit. Ephe.5. Vt quoniam nemo unquam, sicut Apostolus dicit, carnem suam odio habuit, magis homo fidelis per patientiam quàm per im I patientiam pro statu suæ carnis inuigilet, et futuræ incorruptionis inæstimabili lucro quantalibet eius præsentia damna compenset. Quanuis autem patientia virtus sit animi, partim tamē ea vtitur animus in seipso, partim vero in corpore suo. In seipso vtitur patientia, quando illæ so & intacto corpore, aliquid quod non expediat, vel non deceat facere aut dicere, quibuslibet aduersitatibus aut fœditatibus rerum seu verborum stimulis incitatur: & patienter mala omnia tolerat, ne ipse mali aliquid opere vel ore committat. Per hanc patientiam sustinemus Patiētia animi. etiam cum corpore sani sumus, quòd inter huius seculi scandala beatitudo nostra Cap. 9. differtur. Inde dictum est quod pauloante commemoraui. Si quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Patientia sanctus Dauid conuiciantis oppro. Dom.8. bria tolerauit, & cum facile posset ulcisci, 2.Re.16 non solum non fecit, uerum & alium pro se dolentem commotumq; cōpescuit: & ptārē regiā magis adhibuit p hibendo quàm exercendo vindictam. Neq; tunc eius corpus alicuo morbo affligebatur, aut uulnere: sed humilitatis tempus agnoscebatur ac ferebatur voluntas dei, propter quā patientissimo animo amaritudo contumeliæ bibebatur. Hāc patientiā dominus docuit, qñ commotus zizaniorum permixtione, seruis volentibus ea K colligere, dixit respondisse patrem familias, Mat.14. Sinite vtraque crescere, vsque ad messem. Oportet.n. patienter ferri, qđ festināter nō eportet auferri. Huius & ipse patiētiæ præbuit & demōstrauit exemplū, quòd ante passionem corporis sui, discipulum priusquā ostenderet traditorem, pertulit furem, & ante experimentum vinculorum & crucis, Iudam. & mortis, labijs eius dolosis non negauit

Universidad de Navarra Biblioteca

Ioan.12 &.13. Mat.26. oſculũ pacis. Hæc omnia, & ſiqua alia ſunt quæ commemorare longum eſt, ad eum patientiæ modum pertinent, quo animus non ſua peccata, ſed quæcunq; extrinſecus mala patienter ſuſtinet in ſeipſo, ſuo prorſus corpore illæſo. Alius eſt autẽ patientiæ modus, quo idem ipſe animus quæcunq; moleſta & grauia in ſui corporis paſsionibus pfert, non ſicut ſtulti vel maligni homines propter adipiſcenda uana vel ſcelera perpetranda, ſed ſicut à domino definitum eſt propter iuſtitiam. Vtroq; mõ ſancti martyres certauerunt. Nam & impiorum opprobrijs ſaturati ſunt, vbi animus corpore intacto quaſdam veluti plagas ſuas integer ſuſtinet: & in corporibus vincti ſunt, incluſi ſunt, fame ac ſiti affecti ſunt, torti ſunt, ſecti ſunt, dilaniati ſunt, incenſi ſunt, trucidati L ſunt, & pietate immobiles ſubdiderunt deo mentem cum paterentur in carne quicquid exquirẽti crudelitati venit in mentẽ. Maius ſanè patientiæ certamen eſt, qñ non viſibilis inimicus perſequendo atq; ſæuiendo vrget in nefas, qui palam & aperte à nõ cõſentiẽte vincatur. Sed ipſe diabolus qui ẽt p filios infidelitatis tanquã per ſua vaſa filios lucis inſequitur, per ſeipſum occultus impugnat, ſequiendo inſtans vt contra deum fiat aliqd, vel dicatur. Talẽ illũ Iob ſanctus experTatiẽtia gemina. cap. 16. Matt.5. Heb.11. De patiẽtia ſancti Iob.c.11. Iob.1. tus eſt, vtraque tentatione vexatus, ſed in vtraq; ſtabili patientiæ robore & armis pietatis inuictus. Nam prius illæſo corpore cũcta quæ habebat, amiſit, vt animus ante ſuæ carnis cruciatum ſubtractis rebus quas magnipendere homines aſſolent, frangeretur, & aduerſus deũ loqueretur aliquid, his amiſſis pp quæ illum dolere putabat. Percuſſus ẽt omniũ ſubita orbitate filiorum, vt quos ſingillatim ſuſceperat, ſimul perderet tanq; eorum numeroſitas non uñ fœlicitas ornaretur exiterit, ſed unde calamitas augeretur. Vbi aũt iſta perpeſſus in deo ſuo manſit immobilis, eius affixus eſt voluntati, quem non poſſet amittere niſi propria voluntate: & pro ijs quæ pdidit eũ qui abſtulit tenuit, M in quo inueniret quod nunquam periret. Neq; enim ille abſtulerit qui nocendi habuit voluntatem, ſed ille qui dederat ptãẽ.

Cõpara tio Iob ad Adã cap. 12. Iob. 12. Aggreſſus eſt inimicus & corpus, nec ea quæ homini extrinſecus inerant, ſed ipſum iam hominem in qua potuit parte pcuſsit. A capite vſq; ad pedes ardebãt dolores, ſcatebant vermes, ſanies defluebat, manebat in putrido corpore animus ſteger horrẽdosq; cruciatus carnis cõtabeſcẽtis inuiolata pietate & incorrupta patiẽtia pferebat. Aderat vxor, nec ferebat opẽ aliquã viro, ſed in deũ blaſphemiã ſuggerebat. Nõ. n. eã diabolus, cũ ẽt filios obſtuliſſet, tãquã nocendi impetus reliq̃rat: qui quãtũ eſſet neceſſaria tentatori, iã in Eua didicerat, ſed modo alterum Adã quẽ per mulierẽ caperet nõ inuenerat. Cautior fuit iſte in doloribus, q̃ ille in nemoribus. Ille victus eſt in delitijs, iſte vicit in pœnis. Cõſenſit ille oblectamẽtis, nõ ceſſit iſte tormẽtis. Aderant & amici non vt in malis cõſolarẽtur, ſed vt mala ſuſpicarẽtur. Neq;. n. eũ qui tanta patiebatur innocentẽ eſſe credebant, nec tacebat eorum linqua qd illius conſcientia non habebat, vt inter immanes cruciatus corpis, ẽt falſis animus cẽderetur opprobrijs. At ille ſuſtinens in car- A ne dolores ſuos, in corde errores alienos, cõ iugis corripiebat inſipiẽtiã, amicos docebat ſapientiã, ſeruabat vbiq, patientiã. Hunc Impatiẽtia ſibi manus ad ſeren tium. cap. 13. intueantur qui ſibi ingerunt mortẽ quando quẽruntur ad vitã, & ſibi auferẽdo præſentem, abnegant & futuram. Qui ſi ad Chriſtum negandum vel aliquid contra iuſtitiã faciendum ſicut veri martyres cogerentur, omnia potius patienter ferre, q̃ ſibi impatienter mortem inferre debuerant. Quod ſi fugiendorum malorum cauſa recte fieri poſſet, Iob ſanctus ſe ipſe perimeret, vt tãta mala in rebus ſuis, in filijs ſuis, in membris ſuis diabolicæ crudelitatis effugeret. Nõ aũt fecit: Abſit enim, vt in ſe committeret ipſe vir ſapiens, quod nec mulier ſuggeſsit inſipiens: quia etſi ſuggeſsiſſet, merito & hic illud audiſſet quod audiuit ſuggerendo blaſphemiã. Locuta es tanquã vna ex inſipientibus mulieribus, Si bona percepimus de manu dñi, Iob.2. mala quare non ſuſtineamus? Et ipſe qppe patientiã perdidiſſet, ſiue blaſphemando ſicut illa voluerat, ſiue ſe interficiẽdo, quod nec illa auſa fuerat dicere, moreretur: atq; eſ Eccl.2. ſet inter illos de quibus dictũ eſt, Væ ijs qui B pdiderũt patientiã: & augeret potius q̃ euaderet pœnas, qui poſt ſui corporis mortẽ, ſiue ad blaſphemorum ſiue ad homicidarum vel etiam plus q̃ parricidarum ſupplicia raperetur. Si enim parricida eo ſceleratior eſt q̃ quilibet homicida, quia non tm̃ hominẽ, verumetiam propinquũ necat: in ipſis parricidis, quãto propinquiorẽ quiſq; pmerit, tanto iudicatur immanior: ſine dubio perior eſt qui ſe occidet, quia nemo eſt homini ſeipſo propinquior. Quid ergo miſeri faciũt, q̃ cum

cum & hic ſibimet ingeſtas, & poſtea non ſolum impietatis aduerſus deum, ſed etiam ipſius quam in ſe exercuerunt crudelitatis luant debitas pœnas, inſuper quærunt & martyrum glorias: cum ẽt ſi pro vero Chriſti teſtimonio perſecutionẽ paterẽtur, & ſe interficerent ne aliquid à perſecutoribus paterentur, recte illis diceretur, Væ ijs qui perdiderunt patientiam? Quo enim iuſto præmiũ patientiæ redditur, ſi & impatiens paſſio corronatur? Aut quomodo innocens iudicabitur, cui dictum eſt, Diliges proximum Leu. 19 tuum ſicut teipſum: ſi homicidium committit in ſeipſo quod committere prohibetur in Patiẽtia proximo? Audiant ergo ſancti de ſcriptu C ris ſanctis præcepta patientiæ. Fili accidens bonorũ. ad ſeruitutem dei, ſta in iuſtitia & timore, & cap. 14. præpara animam tuam ad tentationẽ. De- Eccle.2. prime cor tuum & ſuſtine, vt creſcat in nouiſsimis vita tua, Omne quod tibi ſuperuenerit accipe, & in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe: qñ in igne probatur aurum & argentũ, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Et alio loco legitur. Fili ne deficias in diſciplina dñi, Prou.3. neq; fatigeris cum ab illo increpatis. Quem Heb.12 enim diligit dominus corripit, flagellat autẽ omnem filium quẽ recipit. Quod hic poſitũ eſt, filium quem recipit: hoc in ſupradicto teſtimonio eſt, homines receptibiles. Hoc enim iuſtum eſt, vt qui de priſtina fœlicitate paradiſi propter contumacem delitiarum appetentiam dimiſi ſumus, per humilẽ moleſtiarum patientiam recipiamur, fugaces mala faciendo, reduces mala patiendo: ubi, cõtra iuſtitiam facientes, hic pro iuſtitia patiẽDeo fites. Sed vera patientia quæ huius eſt nodens pamine digna virtutis, quærendum eſt vnde tientia. ſumatur. Sunt enim qui eam tribuant viricap. 15. bus voluntatis humanæ, non quas habent ex diuino adiutorio, ſed quas ex libero arbitrio. Error autem iſte ſuperbus eſt: Eorũ Pſal.22. eſt enim qui abundant, de quibus dicitur in Pſalmo. Opprobrium eis qui abundant, D & deſpectio ſuperbis. Non ergo iſta paPſal. 9. tientia pauperum, quæ non perit in ęternũ. Pſal.17. Hi enim pauperes, ab illo eam diuite acciIaco. 1. piunt, cui dicitur, Deus meus es tu quoniã bonorum meorum non eges. A quo eſt oẽ datum optimum, & omne donum perfectũ. Ad quem clamat egenus & pauper qui laudat nomen eius, & petendo, quærendo, pulPſal.70. ſando, dicit, Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu legem prætereuntis & iniqui, quoniã tu es patiẽtia mea dñe, ſpes mea à iuuẽtute mea. Iſti aũt q abũdãt, & egere ad dñm dedignantur, ne ab illo accipiant veram patientiam, de ſua falſa gloriantes, conſilium inopis volunt confundere, qm̃ dñs ſpes eius eſt. Nec attendunt cũ ho- Pſal.13. mines ſint, & ſuæ, id eſt, humanæ voluntati tantum tribuunt, in illud ſe incurrere quod ſcriptum eſt, Maledictus omnis, qui ſpem ſuam ponit in homine. Vnde etiam ſi eis cõ Hie.17. tingat vt aliqua dura & aſpera, vel ne diſpliceant hominibus, vel ne grauiora patiãtur, vel ſibi placendo amandoq; præſumptionem ſuam eandem ipſa ſuperbiſsima volũtate ſuſtineant: hoc illis dicendum eſt de patientia, quod de ſapientia beatus Iacobus Apoſtolus dicit, Non eſt iſta patientia de- E ſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Cur enim non ſit ſuperborum falſa patientia, ſicut ſuperborum falſa ſapientia? A quo eſt autem vera ſapientia, ab illo eſt et vera patientia. Huic enim cantat ille ſpiritu Pſa.61. pauper, Deo ſubiecta eſt anima mea, quoniam ab ipſo eſt patientia mea. Sed reſpondent & loquuntur dicentes, Sicut volun- Obietas hominis ſine vllo dei adiutorio viribus ctio. liberi arbitrij tam multa grauia & horren- cap. 16. da perfert, ſiue in animo, ſiue in corpore, vt mortalis vitæ huius & peccatorum delectatione perfruatur: cur non eodem modo eadem ipſa voluntas hominis eiſdem viribus liberi arbitrij, non ad hoc ſperans ſe diuinitus adiuuari, ſed ſibi naturali poſsibilitate ſufficiens, quicquid laboris vel doloris ingeritur, pro iuſtitia & vita æterna patientiſſime ſuſtinet? An vero, inquiunt, idonea eſt iniquorum voluntas, deo non adiuuante, vt ſe ipſi in cruciatibus pro iniquitate, & antequam ab alijs crucientur, exerceant: idonea eſt voluntas moras vitæ huius amantium, vt deo non adiuuante, inter atrociſsima & longa tormenta in mendacio perſeuerent, ne ſua facinora confitentes, iubeantur occidi: & non eſt idonea iuſtorũ volũtas, niſi ei F vires deſuper ſuggerãtur qua ſibet pœnas, vel ipſius decore iuſtitiæ, vel æternę vitæ amore perferre? Qui hæc dicunt, non in- Solutio. telligunt quemque iniquorum tanto eſſe ad cap. 17. q̃cũq; mala perferẽda duriorẽ, quãto in eo maior eſt cupiditas mũdi: & quẽq; iuſtorũ tanto eſſe ad quæcunq; mala perferenda fortiorem, quanto in eo eſt maior charitas dei. Sed cupiditas mundi initium habet ex arbitrio volũtatis, pgreſſum ex iocũditate uolu

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptatis, firmamentum ex vinculo consuetudinis. Charitas aũt dei diffusa est in cordibus nostris: non vtiq; ex nobis, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Proinde ab illo est patientia iustorum, per quem diffunditur charitas eorum. Quã charitatem laudans atq; commendans Apostolus, inter cætera eius bona dixit eam & cuncta sufferre. Charitas, inquit, magnanima est. Paulo post ait, Omnia tolerat. Quanto ergo maior est in sanctis charitas dei, tanto magis pro eo quod diligitur: & quanto maior est in peccatoribus cupiditas mundi, tanto magis pro eo quod concupiscitur, omnia tolerantur. Ac per hoc inde est patientia vera iustorũ, vnde est eis charitas dei: & inde est patientia falsa iniquorum, vnde est in eis cupiditas mundi. Propter quod dicit Ioannes Apostolus, Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in ipso: quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi: quæ non est à patre, sed ex mundo est. Hæc igitur concupiscentia, quæ non est ex patre, sed ex mundo, quanto fuerit in homine vehementior & ardentior, tanto sit quisq; pro eo quod concupiscit, omnium molestiarum dolorumq; patientior. Idcirco, sicut supra diximus, non est ista patientia desursum descendens: patientia vero piorum desursum est descendens à patre luminum. Itaq; illa terrena est, ista cœlestis: illa animalis, ista spiritalis: illa diabolica, ista deifica: qm̃ concupiscentia, qua fit vt peccantes omnia pertinaciter patiantur, ex mundo est: charitas autem, qua fit vt recte viuentes oia fortiter patiantur, ex deo est. Et ideo illi falsæ patientiæ põt sine adiutorio dei volũtas humana sufficere: tãto durior, quãto cupidior: & eo tolerabilius mala sustinẽs, quo ipsa sit peior. Huic ãt, quę vera patientia est, ideo volũtas humana, nisi desuper adiuta & inflãmata, nõ sufficit, qa spiritus sanctus est ignis eius: quo nisi accẽsa, diligat impassibile bonũ, ferre non põt qd̃ patitur malũ. Sicut enim diuina testãtur eloquia, Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deo in eo: Quisquis ergo contendit haberi posse dei charitatem sine dei adiutorio, quid aliud contendit, nisi haberi deum posse sine deo? Quis autem hoc dicat Christianus, quod nullus audet dicere insanus? Exultans ergo apud Apostolum vera, pia, fidelisq; patientia, dicit in ore sanctorũ, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, deputati sumus sicut oues victimæ. Sed in his omnibus superuincimus per eum, qui dilexit nos: Nõ per nos, sed per eũ qui dilexit nos. Deinde sequitur & adiungit, Certus sum enim, quia neque mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neque præsentia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate dei quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hæc est illa charitas dei, quæ diffunditur in cordibus nostris: non ex nobis, sed per spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Malorum autem concupiscentia, propter quam in eis est falsa patientia, non est ex patre, sicut dicit Apostolus Ioannes, sed ex mũdo est. Hic dicet aliquis, Si ex mundo est concupiscentia malorum, per quã fit vt mala omnia pro eo quod ab illis concupiscitur, perferãt, quo ex eorũ dr̃ voluntate? Quasi vero nõ & ipsi ex mundo sint, cũ ab eis diligit mundus: deferentes eũ per quẽ factus est mundus. Seruiunt n. creaturæ potius q̃ creatori, q̃ est bñdictus in secula. Siue itaq; mũdi vocabulo Ioannes Apostolus dilectores significauerit mũdi, voluntas, q̃ ex ipsis est, vtiq; ex mũdo est, siue mundi noie cœlũ & terrã, & q̃cunq; in eis sunt: hoc est, vniuersam cõplexus sit creaturã: volũtas ꝑ culdubio creaturæ, q̃ nõ est creatoris, ex mundo est. Propter qd̃ talibus dñs dicit, Vos de deorsum estis, ego de sursum sum. Vos de hoc mũdo estis, ego nõ sum de hoc mundo. Apostolis ãt dicit. Si de mũdo hoc esseris, mundus qd̃ suũ erat diligeret. Sed ne sibi amplius arrogarent, q̃ eorũ mensura poscebat, & hoc qd̃ eos nõ esse dixit ex mundo, naturæ putarẽt esse non gratiæ, Quia vero, inquit, de mũdo non estis, sed ego elegi vos, de mundo, ꝓpea odit vos mundus. Ergo de hoc mundo erãt: nam vt & de mundo non essent, electi sunt de mundo. Hanc aũt electionẽ nõ p̃cedẽtiũ in bonis operibus meritorũ, sed electionẽ gratiæ demõstrãs Apostolus, sic inqt. Et to, in hoc tpe reliquiæ p electionẽ gr̃æ saluæ fãt. Si ãt gr̃a, iã non ex operibus, alioquin gratia iã nõ est gratia. Hæc est electio gratiæ. i. electio qua per dei gr̃am hoĩs eligũtur. Hæc est, inquam, electio gratiæ, qua omnia

nia bona merita præueniuntur humana. Si enim ullis bonis meritis datur, iã non gratis donatur, sed debita redditur: ac per hoc non uero nomine gratia nũcupatur: vbi merces sicut idẽ dicit Apostolus, nõ imputãr sed m̃ gr̃am, sed sd̃m debitũ. Si aũt vt vera sit gr̃a id est, gratuita, nihil inuenit in homine, cui merito debeat: qd̃ bene intelligitur & in eo, quo dictũ est, Præ nihilo saluos faciens eos: profecto ipsa dat merita, non meritis datur. Præuenit ergo etiã fidẽ, ex qua omnia bona opera incipiũt. Iustus. n. sicut scriptũ est ex fide uiuit. Porrò aũt gr̃a nõ solũ adiuuat iustũ, verũetiã iustificat impiũ. Et ideo ẽt cũ adiuuat iustũ, & videtur eius meritis reddi, nec sic definit esse gratia, qm̃ id adiuuat qd̃ ipsa est largita. Propter hãc itaq; gratiam, q̃ cuncta bona merita humana præcedit, non solum Christus ab impijs occisus est: uerũetiam pro impijs mortuus est. Et antequã moreretur, non vtiq; iustos, sed iustificãdos elegit Apostolus, q bus ait, Ego vos de mũdo elegi. Quibus enim dixit, De mundo nõ estis: ne putaret se nũq̃ fuisse de mũdo, mox addidit, Sed ego vos de mundo elegi. Profecto ut de mũdo nõ eẽnt ipsius in eos electiõe collatũ ẽ. Quocirca si per suã iustitiã, nõ p gratiã ei⁹ eligerent, nõ de mũdo electi eẽnt: qm̃ de mũdo iã nõ eẽnt, si iã iusti eẽnt. Deinde si ꝓpea sunt electi, quia iã iusti erãt, ipsi priores iam dñm elegerant. Quis enim potest esse iustus, nisi eligendo iustitiam? Finis autem legis Christus ad iustitiam omni credenti. Qui factus est nobis sapientia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino glorietur. Ipse est ergo nostra iustitia. Vnde & antiqui iusti ante incarnationem verbi, in hac fide Christi, & in hac uera iustitia, quod est nobis Christus, iustificati sunt: hoc credentes futurum, qd̃ nos credimus factum. Gratia salui facti per fidem, non ex ſeipſis, sed dei dono: non ex operibus, ne forte extollerentur. Bona quippe opera eorum non præuenerunt misericordiam dei, sed secuta sunt. Ipsi quippe audierunt, ipsi scripserunt longe ante quam Christus uenisset in carne, Miserebor, cui misertus ero: & misericordiam præstabo cui misericors fuero. E quibus dei verbis, tanto post Apostolus Paulus diceret, Igitur nõ uolentis neque currentis, sed miserentis est dei. Ipsorum etiam vox est longe ante quã Christus venisset in carne. Deus meus, misericordia eius præueniet me. Quomodo autem possent alieni esse à fide Christi, quorum charitate etiam nobis prænuncia tus est Christus sine cuius fide quisquam mortalium nec fuit, nec est, nec esse aliquando poterit iustus? Si ergo iam iusti à Christo eligerentur Apostoli, prius illum ipsi elegissent, vt iusti eligi possent, sine illo iusti esse possent. Sed non ita factum est, ipse quippe illis ait, Non uos me elegistis, sed ego uos elegi. Vnde dicit Apostolus Ioan nes. Non quòd dilexerimus deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Quod cum ita sit, quid est homo utens in hac vita propria uoluntate, antequam eligar & diligat deum, nisi iniustus & impius? Quid est, inquam, homo, aberrans à creatore creatura, nisi creator eius memor sit eius, & eligat eum gratis, & diligat gratis, quia ipse non potest eligere vel diligere, nisi prius electus dilectusque curetur, qui cæcitate eligenda non cernit, & languore diligenda fastidit? Sed forte quis dicat, Quomodo deus prius eligit & diligit iniquos, aut iustificat, cum scriptum sit, Odisti domine omnes operantes iniquitatem? Quomodo putamus, nisi miro & ineffabili modo? Et tamen etiam nõ possumus cogitare quòd medicus bonus ægrotum & odit & diligit. Odit enim, quia ægrotat: qui diligit ita vt ægritudinem pellat.

Hæc propter charitatem dicta sint, sine qua in nobis non potest esse vera patientia: quia in bonis charitas dei est, quæ tolerat omnia, sicut in malis mundi cupiditas. Sed hæc charitas per spiritum sanctum est in nobis, qui datus est nobis. Vnde a quo nobis est charitas, ab illo est patientia. Mundi aũt cupiditas qñ patiẽter sustinet, onera cuiuslibet calamitatis, gloriat̃ de viribus propriæ voluntatis tanquã de stupore morbi, nõ de robore sanitatis. Insania est ista gloriatio, non est patiẽtię, se dementiæ. Voluntas ista tanto videtur patiẽtior acerborum malorũ, quanto est auidior temporalium bonorum, quia inanior æternorum. Quod si eam exagitat & inflammat fallacibus uisis & suasionibus immundis & diabolicus spiritus: & maligna conspiratione sociatis, efficit hominis volũtate, vel errore demẽte vel appetitu cuiuslibet mundanæ delectationis ardentem quæcunque videntur intolerabilia, mirabiliter sustinere, non tamen in deo etiam voluntas mala sine instigatione alterius immundi spiritus, sicut voluntas bona

Rom. 5.
1. Co. 13
G
1. Ioan. 2
Iaco. 3.
H
Patiẽtia vera & falsa.
Cap. 18.
1. Ioan. 4
Rom. 8.
I
Rom. 3.
K
1. Ioan. 2
Quid sit mundus, & q mũdam.
Cap. 19
Rum. 1.
Ioan. 8.
Ioan. 15.
Nõ gratiã ex meritis sed ex gratia.
Cap. 20.
Rom. 11
Pſal. 43
Rom. 4.
Pſa. 55.
Abac. 2.
Ioã. 15
Rom. 4.
Exo. 33
Rom. 9.
Pſal. 58.
Pſal. 5.
Ioã. 15
1. Ioã. 4
Ante gratia iustificationem nes.
Ca. 22.
A
Cupiditas fons malę patientię.
Ca. 23.
1. Co. 13.
Rom. 5.
B
Ipsa voluntas concipit malitiã.
Cap. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine adiutorio sancti spiritus nō potest esse. Nam esse posse voluntatem malam ēt sine aliquo spiritu vel seducente vel incitante, in ipso diabolo satis ostenditur: qui per nullū aliū diabolū propria volūtate factus diabolus inuenitur. Voluntas itaq; mala siue cupiditate rapiatur, siue timore reuocetur, siue lætitia diffundatur, siue tristitia contrahatur, atq; in his omnibus perturbationibus animi quæcunq; sunt, alijs vel alio tempore grauia contemnat & perferat: potest & sine alterius spiritus instinctu seipsam seducere, & defectu à superioribus in inferiora lapsan do, quanto iocundius æstimauerit, quod adipisci appetit, vel amittere metuit, vel adeptum gaudet, vel amissum dolet: tanto tolerabilius perferre, quod sibi minus est ad patiendum, q̄ illud ad fruendum. Quicqd enim illud est, ex creatura est, cuius nota voluntas. Quodammodo enim familiari contactu atq; connexu ad experiēdam eius suauitatem, adiacet amāti creaturæ amata creatura. Voluntas autem creatoris, de qua scriptum est, Et torrente voluptatis tuæ potabis eos: longe alterius gñis est: neq; enim sicut nos creatura est. Nisi ergo amor eius detur inde nobis, nō est vū esse posit in no bis. Ac per hoc voluntas bona, qua diligitur deus, in homine non potest esse, nisi in quo deus operatur & velle. Hæc igitur volūtas bona, id est voluntas deo fideliter subdita, voluntas sanctitate superni ardoris accensa, voluntas q̄ diligit deum & proximum pp deum: siue amore, de quo respondit Apostolus Petrus, Domine tu scis quia amo te: siue timore, de quo dicit Apostolus Paulus, In timore & tremore vestram ipsorum salutē operamini: siue gaudio, de quo dicit, Spe gaudentes, in tribulatione patientes: siue tristitia, qualem se dixit habuisse magnā pro fratribus suis, quæcunq; amara & aspera sustulerat, charitas dei est, quæ omnia tolerat, quæ non diffunditur in cordibus nostris, nisi p spiritum sanctum, qui datus est nobis. Vnde nequaquam dubitante pietate, sicut charitatici pati- sancte amantum, ita patientia pie tolerantiū ētia pro dei donum est. Neq; enim diuina scriptura Christo fallit aut fallitur, quæ non solum in veteriquā tum bus libris habet huius rei testimonia, cū deo valeat. dicitur, Patientia mea tu es: & ab ipso est pacap. 26. tientia mea: & vbi alius Propheta dicit accipsa. 61. pere nos spiritum fortitudinis: verumetiam Phili. 1. in Apostolicis literis legitur, Quia vobis Ephe. 5. datū est pro Christo, nō solū vt credatis in

Bōa uotūtas nō nisi ex deo c. 25 Psal. 35. Phili. 2. Ioan. 21 Phil. 2. Rom. 13 1. Co. 13. Rom. 5. D Schisma tici pati- ētia

eum, sed ēt patiamini pro eo. Nō ergo quasi de proprio faciat animum elatum, qđ sibi audit esse donatum. Si quis aūt non habens charitatem, quæ pertinet ad vnitatem spūs, & vinculum pacis, quo catholica Ecclesia cōgregata connectitur, in aliquo schismate constitutus, ne Christum neget, patitur tribulationes, angustias, famē, nuditatem, persecutionē, pericula, carceres, vincula, tormēta, gladium vel flammas, vel bestias, vel ipsam crucem timore gehennarū & ignis ęterni: nullo mō ista culpanda sunt, immò vero & hæc laudanda patientia est. Non.n. dicere poterimus, melius ei fuisset vt Christum negando nihil eorum pateretur, quæ passus est confitendo: sed existimandū fortasse tolerabilius ei futurū iudiciū, q̄ si Christū negando cuncta illa vitaret: vt illud quod ait Apostolus, Si tradidero corpus meum vt ardeam, charitatem aūt non habeā, nihil mihi prodest: nihil prodesse intelligatur ad regnū cœlorū obtinendum, non ad extremi iudicij tolerabilius suppliciū subeūdum. Sed merito quæri potest, vtrum ista patientia donum dei sit, an viribus tribuendū sit vtatis humanæ, qua quisq; ab Ecclesia separatus, non pro errore, qui cum separauit, sed pro veritate sacramenti seu verbi, quę apud eum remansit, timore pœnarum æternarū, pœnas patitur temporales. Cauendum est enim, ne forte, si dei donum istam patientiā dixerimus, hi quibus inest etiam ad regnum dei pertinere credantur. Si autem donum dei esse negauerimus, cogamur fateri, sine adiutorio & munere dei in voluntate hominis esse posse aliquid boni, Neq; enim hoc non est bonum, vt credat homo æterno supplicio se esse puniendum, si negauerit Christum, vt pro ista fide qualecunque supplicium perferat & contemnat humanum. Pro inde sicut negandum non est etiam hoc esse donum dei, ita intelligendum est alia esse dei dona filiorum illius Hierusalem, quæ sursum libera est mater nostra. Hęo sunt enim quodammodo hæreditaria, in quibus sumus hæredes dei, cohæredes autem Christi. Alia vero, quæ possunt accipere etiam filij concubinarum quibus Iudæi carnales & schismatici vel hæretici comparantur. Quā uis enim scriptum sit, Eijce ancillam & filium eius, neq; enim hęres erit filius concubinæ cum filio meo Isaac. & Abrahæ dixit deus, In Isaac vocabitur tibi semē: quod sic est Apostolus interptatus, vt diceret, id est

1. Co. 13

Questiū cula. cap. 28.

F Gala. 4. Dona uaria. cap. 28. Rom. 8. Gala. 4. Gen. 21.

est non qui filij carnis, hi filij dei, sed filij promissionis deputantur in semine vt intel Rom. 9. Gala. 4. ligeremus semē Abrahæ scđm Isaac ,ppter Christum ad dei filios pertinere, qui sunt corpus Christi & membra, id est Ecclesia dei una, vera, germana, catholica, tenēs piā fidem: non eā quę p elationē vel timorem, Gala. 5. sed eā quę per dilectionem operatur: Tamē etiā filios concubinarum, quando a filio suo Isaac diuisit Abraham nonnulla eis largitus est munera, ne relinquerentur omnino inanes, non vt tenerentur hæredes. Sic.n. legimus, Dedit aūt Abraham omnem cēsum suum Isaac filio suo, & filijs concubinarū suarū dedit Abraham munera, & diuisit eos ab Isaac filio suo. Si ergo filij sumus liberæ Hierusalem, alia dona exhæredatorum, alia intelligamus hæredum. Hi.n. hæredes sunt, G quibus dicitur, Non.n. accepistis spiritum Rom. 8. seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorū, in quo clamamus, abba pater. Clamemus ergo spū charitatis, sed donec veniamus ad hæreditatem, in qua semp maneamus, liberali amore simus, non seruili timore. Patienter clamemus, quandiu pauperes sumus, donec illa hæredi tate ditemur. Magna quippe inde pignora accepimus, quòd ad nos ditandos pauper factus est Christus, quo in supernas diuitias exaltato, missus est qui sancta desideria nostris cordibus inspiraret spiritus sanctus.

De fru- ctu pati- entiæ. pauperū Christi, Ca. 29.

Psal. 9. Horum pauperū adhuc credentium, nondū contemplantium: adhuc sperantium, nondū tenentium: adhuc desiderio suspirantium, nondum fœlicitate regnantium. adhuc esurientium & sitientium, nōdum satiatorum: Horum ergo pauperum patientia non peribit in æternum: non quia & illic patientia erit, vbi quod toleretur non erit, sed non peribit, sicut dictum est, quia infructuosa non erit. Fructum autem habebit æternum, ideo non peribit in æternum. Quisquis autem laborat inaniter, cum eum spes fefellerit, propter quam laborabat, merito dicit, Perdidi H tantum laborem: quisquis vero ad sui laboris promissa peruenerit, gratulans dicit, Nō perdidi laborem meum. Dicitur ergo labor non periisse, non quia manet perpetu , sed quia non est inaniter fusus. Sic & patientia pauperum Christi, sed ditandorum hæredum Christi non peribit in æternum: non quia & illic patienter ferre videbimur, sed quia pro ijs, quæ hic patienter pertulimus, æterna beatitudine perfruemur. Non dabit finem sempiternæ fœlicitati, qui donat temporalem patientiam voluntati, quia vtrunque munus donatæ donatum est charitati.

FINIS.

LIBER DE BONO SIVE Perfectione viduitatis ad Iulianum: titulus talis habebatur, Augustinus Episcopus seruus Christi, seruorumque Christi, religiosæ famulæ dei Iulianæ in domino dominorum salutem.

Ad unā uni. c. 1.

NE petitioni tuæ, & in Christo dilectioni diutius essem scribit, debitor promissionis meæ, sed non arripui vtcunq; inter alias vrgentissimas occupationes meas de ,pfessione sanctę viduitatis aliquid ad te scribere: quoniam & præsentem me rogando onerasti, & cum tibi hoc non potuissem negare, sæpe promissum meum literis flagitasti. In quo sanè opere nostro cum aliqua legeris ad tuā vel ad vestram, quæ simul in Christo uiuitis, personam minime pertinere, nec ideo admonitioni vitę vestrę proprie necessaria, K non ideo debebis superflua iudicare. Istæ quippe literæ quanuis ad te, non tamen tantummodo tibi scribendæ fuerunt. sed ut alijs per te quoq; prodessent, non vtique à nobis negligendum fuit. Quicquid ergo hic inueneris, quod vobis necessarium vel nunquā fuerit, vel iam non sit, & tamen alijs esse perspexeris, nec habere te pigeat, nec dare legendum, vt & tua charitas sit vtilitas aliorum. Cum igitur in omni quæstione, quæ ad vitam moresq; pertinet, non sola doctrina, uerumetiam exhortatio sit necessaria: vt doctrina quid agendum sit nouerimus, exhortatione autem excitemur, ne pigeat agere quod agendum esse iam nouimus: quid ergo amplius te doceā quàm id quod apud Apostolum legimus? Sancta enim Ro. 12. scriptura nostræ doctrinæ regulam figit, ne audeamus sapere plus quàm oportet sapere: sed sapiamus, vt ipse ait, ad temperantiam, sicut unicuique deus partitus est mensuram fidei. Non sit ergo mihi aliud te docere, nisi uerba tibi doctoris exponere, & de ijs quod dominus dederit disputare. Ait itaque Apostolus doctor gentium vas electionis, Dico autem innuptis

ptis & uiduis, bonum esse illis si sic perman
Innuptę q̃ Paulo. serim, sicut & ego. Hæc verba ita intelligen
Cap. 2. da sunt, vt nõ existimemus viduas nõ opor
L tere innuptas dici, quia nuptias videtur ex-
pertæ: innuptarum enim nomine illas signi-
ficat, quę non sunt nuptijs alligatæ, siue fue
1.Co.7. rint, siue non fuerint. Quod alio loco aper-
it, vbi ait, Diuisa est mulier innupta & vir
go. Quando vtiq; & virginem adiungit, q̃d
mulierem innuptã, nisi uiduam vult intelli-
gi? Vnde etiam deinceps vno innuptæ nomi
ne professionem vtranq; cõplectitur, dicẽs,
Quæ innupta est solicita est ea q̃ sunt dñi,
quomodo placeat domino, quæ autẽ nupta
est, solicita est ea quæ sunt mundi, quomodo
placeat viro. Innuptã certe non eam tantũ
intelligi uoluit, quæ nunquam nupsit, sed ẽt
eam, quę nuptiarum vinculo per uiduitatẽ
liberata nupta esse desitit: nam ideo & nu-
ptam non dicit, nisi eam quæ uirum habet,
non etiã eã quæ habuit, & non habet. Qua-
propter vidua omnis innupta est: sed quia
non omnis innupta vidua est, sunt enim &
uirgines, ideo hic vtrunque posuit, ubi ait,
Dico autem innuptis & uiduis: tanquam di
ceret, Quod dico innuptis, non eis solis di
co quę virgines sunt, sed etiam eis quæ vi-
duæ sunt, bonum esse illis, si sic permãserint
Fides cõiugij. sicut & ego. Ecce est bonum tuum ei bono
Cap. 3. comparatum, quod dicit Apostolus suum,
si fides adest, immo quia fides adest. Breuis
est ista doctrina, nec ideo cõtẽnenda q̃a bre
uis: sed ideo facilius, & charius tenenda,
quia in breuitate non vilis: non enim qua-
M lecunque bonum hic commendat Apostolus, quod fidei nuptarum sine vlla ambiguitate præposuit: quantum enim bonum habeat nuptarum fides: id est, Christianarũ & religiosarum coniugatarum, hinc intelligi potest: quòd cum de fugienda fornicatione præciperet, vbi vtique & coniugatos allo-
1.Co.12. quebatur, Nescitis, inquit, quia corpora ue-
stra membra sunt Christi, Tantum ergo
bonum est fidelis coniugij, vt etiam ipsa
membra sint Christi. Hoc autem bono,
quo melius est bonum continentiæ vidua-
lis, non hac professione id agitur, vt ali-
quid plus sit catholica vidua, quàm mem-
brorum Christi, sed vt meliorem quàm
Ro. 12. cõiugata locum habeat inter membra Chri
sti. Dicit quippe idem Apostolus, Sicut
enim in vno corpore multa membra ha-
bemus, omnia autem membra non eosdem
actus habent: ita multi vnum corpus sumus
in Christo, singuli autem alter alterius sunt
membra, habentes dona diuersa secundum
gratiam quę data est nobis. Ideo etiam cum
moneret coniugatos, ne debito carnalis cõ-
mixtionis fraudarent inuicem: & per hoc A
alter eorum negato sibi debito coniugali, p
intemperantiam suam tentatus à Satana,
in fornicationem prolaberetur: hoc autem 1.Co.7.
dico, inquit, secundum veniam, non secun-
dum imperium. Volo autem omnes esse si-
cut meipsum. Sed vnusquisque proprium
habet dõum à deo, alius quidem sic, alius
vero sic. Vides etiam coniugalem pudici- Iteratę nuptiæ nõ damnantur. Cap. 4.
tiam, & tori Christiani matrimonialem fi-
dem donum esse, & hoc à deo: vt illud, q̃d
ultra liberorum procreandorum necessita-
tem modum concumbendi aliquatenus cõ-
cupiscentia carnalis excedit, non nuptiarũ
sit hoc malum, sed ueniale sit propter nu-
ptiarum bonũ. Nõ. n. de coniugio, quod co
pulatur liberorum procreandorum causa, et
fide pudicitiæ coniugalis, & indissolubili,
quandiu ambo viuũt, matrimonij sacramẽ-
to, quæ omnia bona sunt: sed de illo immo
dico carnis usu qui infirmitate coniugum
agnoscitur, & interuentu boni nuptialis
ignoscitur, ait Apostolus, Secundum veniã 1.Co.7.
dico, non secundum imperium. Item cum
dicit. Mulier alligata est, quandiu vir
eius uiuit, quòd si mortuus fuerit vir eius,
liberata est: cui uult nubat, tantum in do-
mino: beatior autem erit si sic permanserit, B
secundum meum consilium: satis ostendit
beatam esse in domino, etiam post mortem
viri iterum nubentem fidelem, sed in eodẽ
domino viduam beatiorem: hoc est, vt scri-
pturarum non tantum verbis, verumetiam
exemplis loquar, beatam esse Ruth, sed
Annam beatiorem. Quapropter hoc primũ
oportet vt noueris, bono quod elegisti non
damnari secundas nuptias, sed inferius ho-
norari: nam sicut bonum sanctæ virginita-
tis, quod elegit filia tua non damnat vnas
nuptias tuas, sic nec uiduitas tua cuiusquã
secundas. Hinc enim maxime Cataphry-
garum ac Nouatianorum hæreses tumue-
runt, quas buccis sonantibus nõ sapientibus
am Tertullianus inflauit, dum secundas
nuptias tanquã illicitas maledico dente con
cidit, quas omnino licitas Apostolus sobria
mente concedit. Ab hac sanitate doctri-
næ, nullius indocti, nullius docti disputatio
ne mouearis: nec ita extollas bonũ tuum, ut
quod malum non est, tanquam malum cri-
mineris

mineris alienum: sed tanto magis gaude tuo
bono, quanto magis vides non tantum illo
deuitari mala, sed quædam etiam bona supe
rari. Mala sunt enim adulterium vel fornica
C tio. Ab his aũt illicitis valde longe est, q̃
Nõ ideo voti libertate se obstrinxit, & sibi etiam lici-
malũ cõ ta ne liceret, non imperio legis, sed cõ filio
iugiũ si charitatis effecit. Et bonũ est pudicitia con-
melior iugalis, sed melius bonum est continentia vi
est cãsti- dualis. Hoc ergo melius illius boni submis-
tas. sione honoratur: nõ illud bonũ melioris hu
Cap. 5. ius laude dãnatur. Quod aũt Apostolus cũ
1.Cor.7 cœlibum & innuptarum cõmẽdaret fructũ,
quia cogitant quæ sunt dei qũo placeãt deo,
subiecit & ait, Hoc aũt ad vtilitatẽ vestram
dico, non vt laqueum vobis injiciam: id est,
non vt vos cogam, sed ad id quod honestũ
est horter: non quia innuptarum bonũ ho-
nestum dixit, ideo putare debemus turpe es-
se vinculum coniugale, Alioquin etiam pri-
mas nuptias condemnabimus, quas nec Ca-
taphryges, nec Nouatiani, nec disertissimus
eorum astipulator Tertullianus turpes au-
sus est dicere. Sed quemadmodum cum ait,
Dico autem innuptis & viduis, bonum esse
illis si sic permanserint: vtiq; bonum posuit
pro meliore, q̃m omne quod bono compara
tum melius dr, etiam hoc proculdubio bonũ
est. nam quid est aliud quod ita dicitur me-
lius, nisi quod magis bonũ est? nec ideo con-
sequenter eum sensisse arbitramur, malũ
esse si nupserint, quoniam dixit bonum est
D illis si sic permanserint. Ita etiam cũ ait, sed
ad id quod honestum est, non matrimoniam
turpe esse mõstrauit, sed quod honestũ erat,
honestius generalis honesti nomine com
mendauit, Quia honestius quid est, nisi q̃d
magis honestum est? Magis autem honestũ,
vtiq; honestum est. Aperte quippe declara-
uit, hoc esse bono illo melius, vbi ait, Qui
dat nuptum bene facit, & qui non dat nuptũ
melius facit & hoc illo beato beatius, vbi ait,
Beatior autem erit, si sic permanserit. Sicut
ergo bono melius, & beato beatius, sic hone-
sto honestius est, quod honestum voluit ap-
pellare. Absit enim vt turpe sit vnde lo-
1.Pet.3. quens Apostolus Petrus ait, Viri vxoribꝰ
uestris tanquam uasi infirmiori & subie-
tribuite honorem quasi cohærentibus gra-
tiæ. Et illas alloquens subditas esse viris suis
Ibidem. exemplo Saræ adhortatur. Nam sic quædã,
inquit, sanctæ mulieres: quæ in dñm spera-
bant, ornabant se obsequentes uiris suis: qũo
Sara obediebat Abrahæ dñm eum uocans,
cuius factæ estis filiæ, benefacientes & non
timentes vllam peturbationem. Vnde & Et eõiu
illud q̃d de innupta Paulus Apostolus di- gatorũ
xit, Vt sit sancta & corpore & spiritu, nõ sic membra
accipiendum est, quasi nupta fidelis & casta, E
& secundum scripturas subdita uiro, non sit sancta.
sancto corpore, sed tantummodo spiritu. Fie Cap. 6.
ri enim non potest ut sanctificato spiritu, nõ 1.Co.7.
sit sanctum etiam corpus, quo sanctificatus
utitur spũs. Sed ne cuiquam nos potius ar-
gumentari, q̃ hoc diuino eloquio probare
uideamur, q̃m petrus Saram cõmemorans,
Sanctæ, inquit mulieres tantummodo: non
ait, & corpore: illud eiusdem Pauli conside-
remus, ubi prohibens fornicationes ait. Ne-
scitis quia corpora uestra mẽbra sunt Chri- 1.Co.6.
sti? Tollens ergo membra Christi, faciam
membra meretricis? Absit. Audeat ergo ali-
quis dicere membra Christi sancta nõ esse:
aut uero audeat à membris Christi fidelium
coniugatorum corpora separare? Vnde etiã
paulopost ait, Corpus uestrum templum in
uobis est spũsancti, quem habetis à deo, &
non estis uestri. Empti estis precio magno.
Corpus fidelium & membra Christi esse Ibidem.
dixit, & templum spirituſsancti, ubi profe-
cto utriusq; sexus fideles intelliguntur. Ibi
ergo sunt nuptæ ibi & innuptæ, sed distin-
ctæ meritis: & tanquam membris membra
prælata, quorum tamen neutra sint à corpo
re separata. Quod igitur de innupta loquẽs
ait, Vt sit sancta & corpore & spiritu: amplio F
rem innuptarum & in corpore & spũ sancti
ficationẽ intelligi uoluit, non corpus nupta-
rum omnino sanctificatione priuauit. Disce
itaq; bonum tuum, immo memento q̃ didi
cisti, bonum tuum amplius laudari, quia est
aliud bonum quo fit hoc melius, q̃ si aliter
hoc bonum esse non posset, nisi illud malũ
esset, aut omnino non esset. Habent oculi
in corpore magnum honorem, sed minorem
haberent si soli essent, & alia minoris hono-
ris membra non essent. In cœlo ipso sua lu-
ce sol lunam superat, non uituperat. Stella 1.Co.15.
ab stella differt in gloria, non dissidet in su- Gene.1.
perbia. Ideo fecit deus omnia, & ecce bona
ualde: non tantum bona, sed etiam ualde: nõ
ob aliud nisi quia omnia. Nã & per singu-
la opera dicebatur, Vidit deus quia bonum
est. Vbi aũt omnia nominata sunt additum
est, ualde, & dictum, Vidit deus omnia quæ
fecit, & ecce bona ualde. Melior enim quę-
dam singula quam alia singula: sed meliora
simul omnia q̃ quælibet singula. Christi

itaque

itaque te doctrina sana in eius corpore sanã faciat per eius gratiam, vt id quod alijs melius habens in corpore, & spiritu, idem ipse spiritus tuus qui corpori dominatur, nec extollat insolenter, nec discernat inscienter, Nec quia Ruth beatam, Annam beatiorem, G cum illa bis nupserit, hæc vno viro cito viduata diu vixerit continuo etiam te meliorem putes esse q̃ Ruth. Alia quippe pro-

Veterũ polygyneccia & dispensatio fuit, quas nubere obedientia, nõ cõcupiscenter compellebat, vt propagaretur populus dei, in quo præmitterẽtur Pro-

fœcundi tas.

Cap.7. phetæ Christi: cum & ipse populus per ea quæ in figura contingebãt in illis, siue in ijs qui scirent, siue in ijs qui illa nescirent, nihil aliud esset q̃ Propheta Christi, ex quo nasceretur etiam caro Christi. Vt ergo ille populus propagaretur, maledictus habebatur per legis sententiam qui non suscitaret semen in Israel. Vnde & sanctæ mulieres accendebantur non cupiditate concõbendi, sed pietate pariendi, ut rectissime credant coitũ nõ fuisse quæsituræ si proles posset aliter prouenire. Et viris vsus plurium viuarum concedebatur vxorum. Cuius rei non concupiscentiam carnis, sed prouidentiam generationis fuisse causam illud ostendit: quòd sicut viris sanctis habere plures vxores viuas non ita etiam sanctis fœminis licebat miscerimaritis pluribus viuis quoniam tanto essent, turpiores, quanto magis appeterent vn H de non essent fœcundiores. Proinde sancta Ruth, cum semen quale illo tpe necessariũ fuit in Israel nõ haberet, mortuo viro quę siuit alterum de quo haberet. Hac itaque bis coniugata ideo Anna vno viro viduata beatior fuit quia & prophetissa Christi esse meruit. Quam credendum est etiam si filios nullos habuit, quod quidem scriptura reticendo reliquit incertum, eo spiritu præuidisse Christum ex virgine proxime esse venturum, quo potuit agnoscere & paruulum. Vnde merito etiam sine filijs, si tamen eos non habuit, secundas nuptias recusauit: quia nouerat iam tempus esse quo Christo non officio pariendi, sed studio continendi, nec coniugalibus fœrandis visceribus, sed castificandis vidualibus moribus, melius seruiretur: Si uero etiam sciebat Ruth per suam carnem propagari semen, vnde Christus carnem fuerat habiturus, & huic scientiæ nubendo exhibuit ministerium, nõ audeo iam dicere beatiorem fuisse Annæ viduitatem q̃ illius fœcunditatem. Tu autem quæ & si- Quare lios habes & in seculi fine viuis, quo iã tẽpus sit uidu- sit non mittendi lapides, sed colligendi: non is cõces- amplectendi, sed continendi ab amplexu, cũ sa nubẽ clamet Apostolus, Hoc autem dico fratres I tempus breue est, reliquum est vt & qui ha di facul- bent vxores, tanquam non habentes sint: tas. profecto si secundas nuptias appetisses, nul- Cap.8. lum prophetiæ vel legis obsequium, nullum Eccle.3. prolis saltem carnale desiderium, sed solius 1.Cor.7 incontinentiæ fuisset indicium. Fecisses. n. quod ait Apostolus, cum dixisset, bonum esse illis si sic permanserint sicut & ego: cõtinuo quippe addidit, Quòd si se non continent, nubant: malo enim eas nubere q̃ uri. Hoc enim dixit, vt effrenatæ libidinis malum nõ Ibidem. præcipitaretur in turpitudinem flagitiorũ, cum exciperetur honestate nuptiarum. Gratias autem dño, quoniam peperisti quod esse noluisti, & virginitas prolis tuæ compensauit dispendium virginitatis tuæ. Nam diligenter interrogata doctrina Christiana, & primas nuptias iam isto tpe, nisi incontinẽtia sit impedimento, contemnendas esse respondet. Qui enim dixit, Si se non continent nubant: potuit dicere, Si filios non habent, nubant. Sed post resurrectionem prædicationemq̃ Christi, qñ iam ex omnibus gentibus filiorum spiritaliter gignendorum tanta suppetit copia, tale officium cesset ex carne filios propagare, quale primis tpibus fuit: Et quòd alibi dicit, Volo igitur iunio- 1.Ti.5 res nubere, filios procreare, matres familias esse: nuptiarum bonum Apostolica sobrie- K tate & authoritate cõmendat non procreãdi officium etiam eis, quæ continentiæ bonum capiunt tanquam ad obsequelam legis imponit. Denique cur hoc dixerit, pandit, cum adiungit & dicit, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia, iam enim quædam conuersæ sunt retro post satanam: vt his verbis eius intelligamus, eas quas nubere voluit, melius posse continere quàm nubere, sed melius nubere quàm retro post satanam ire: id est, ab illo excellenti virginalis vel vidualis castitatis proposito, in poste ora respiciendo cadere & interire. Proinde quæ se non continent, nubant antequam continentiam profiteantur, antequam Ibidem. deo voueant, quod nisi reddant, iure damnantur. Alio quippe loco de talibus dicit, Cum enim in delitijs egerint in Christo nubere volunt habentes damnationẽ, qñ primam fidẽ irritam fecerunt: id est, voluntatẽ ad

ad nuptias à proposito continentiæ deflexerunt. Irritam quippe fecerunt fidẽ qua prius nouerant, quod perseuerantia implere nolue runt. Nuptiarum igitur bonum semper est quidem bonum: sed in populo dei fuit aliqñ legis obsequium: nunc est infirmitatis remedium: in quibusdam uero humanitatis solatiũ. Filiorum quippe procreationi operam dare non canino more p̃ usum promiscuum fœminarum, sed honesto ordine coniugali non est in homine improbandus affectus: etiam ipsum tamen laudabilius transcendit & vincit cœlestia cogitans animus Chri-

Quæ post votum nubunt, verum contrahunt matrimoniũ. Cap.9. Mat.19.

stianus. Sed qm̃ sicut ait dñs, Non omnes capiunt verbum hoc, quæ potest ergo capere capiat: quæ se non continet, nubat: q̃ non cœpit deliberet, quæ aggressa est, perseueret: nulla aduersario detur occasio, nulla Chro subtrahat oblatio. In cõiugali quippe vinculo si pudicitia cõseruatur, dãnatio nõ timetur, Sed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expectatur, Qua expetita, & electa, & voti debito oblata, iam nõ solum non capessere nuptias, sed etiam si non nubatur nubere velle damnabile est. Nam vt hoc demonstraret Apostolus, non ait, cum in delitijs egerint, in

1.Tim.5 Christo nubunt, sed nubere nolunt habentes, inquit, damnationem, qm̃ primam fidem irritam fecerunt: etsi non nubendo, sed tamẽ volendo: non quia ipsæ nuptiæ vel talium damnandæ iudicantur, sed damnatur propo M siti fraus, damnatur fracta voti fides, damnatur non susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremo damnantur tales, non quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentiæ primam fidẽ irritam fecerunt. Quod vt breuiter insinuaret Apostolus, noluit eas dicere habere damnationem, quæ post amplioris sanctitatis propositum nubunt: non quia non damnentur, sed ne in eis ipsæ nuptiæ damnari putarentur. Sed cum dixisset, nubere volunt: cõtinuo addidit, habentes damnationem. Et dixit quare, quoniam primam fidem irritã fecerunt: vt voluntatem quæ à proposito cecidit appareat esse damnata, siue subsequa-

Quę uo tur nuptiæ, siue desint. Proinde qui ur- to solu- cunt talium nuptias non esse nuptias, sed po to nubũt tius adulteria non mihi videntur satis acute ac diligenter considerare quid dicant, Fal dirimi lit eos quippe similitudo veritatis. Quia non de- enim coniugium Christi dicuntur eligere bent. quæ Christiana sanctitate non nubunt, hinc argumentantur quidam dicẽtes, Si uiro suo viuo, quæ alteri nubit adultera est, sicut ipse dñs in Euangelio definiuit: viuo ergo Chri Mat.19. sto, cui mors vltra non dñatur, quæ coniu- Rom.6. gium eius elegerat, si homini nubit, adultera est. Qui hoc dicunt, acute quidem mouẽtur, sed parum attendunt hanc argumentationẽ quanta rerũ sequat̃ absurditas. Cũ. n. A laudabiliter etiam viuente viro ex eius consensu continentiã fœmina Chro voueat, iã secundum istorum rationẽ nulla hoc facere debet, ne ipsum Christũ, quod sentire nefas est, adulterum faciat, cui viuente viro nubit. Deinde cum primæ nuptiæ melioris sint meriti q̃ secundæ, absit vt sanctarum viduarũ iste sit sensus, vt Chrs eis videatur quasi secundus maritus. Ipsum. n. habebãt & antea, qñ viris suis fideliter seruiebant subditæ, non carnaliter, sed spiritaliter virum: cui Ecclesia ipsa, cuius mẽbra sunt coniux est: quæ fidei, spei, charitatis integritate, non in solis uirginibus sanctis, sed ẽt in viduis & coniugatis fidelibus, tota virgo est. Vniuersæ q̃ppe Ecclesiæ cuius illæ mẽbra sunt, Aposto- i.Co.11. lus dicit, Aptaui vos vni viro virginẽ castã exhibere Christo. Nouit autem ille coniugẽ virginẽ sine corruptione fœtare, quẽ in ipsa ẽt carne potuit mr̃ sine corruptione ꝓcreare. Fit autẽ per hanc minus considerata opinionẽ, qua putant lapsarũ à sancto proposito fœminarũ, si nupserint, non esse coniugia, non paruum malũ, vt à maritis separentur vxores quasi adulterę sint, non vxores: & cũ uolunt eas separatas reddere continentiæ, B faciunt maritos earum adulteros, viros, cum Solutio suis vxoribus viuis alteras duxerunt. Qua- voti ma- propter non possum quidem dicere à propo la coniu sito meliore lapsas, si nupserint fœminas, gium tũ adulteria esse, non coniugia: sed planè nõ du bonum. bitauerim dicere, lapsus et ruinas à castitate Cap.11. sanctiore, quæ uouetur deo adulterijs esse peiores. Si. n. quod nullo mõ dubitandũ est ad offensionẽ Christi pertinet cũ mẽbrorũ eius fidẽ non seruat marito, quanto grauius offenditur, cum illi ipsi non seruat̃ fides in eo, qđ exigit oblatũ, q̃ non exegerat offerẽdũ? Cũ. n. q̃sq; nõ reddidit, qđ nõ imperio compulsus, sed consilio commonitus nouit, tanto magis fraudati voti auget iniquitatẽ, quanto minus habuit vouendi necessitatẽ. Hæc ideo disputo, ne arbitreris, vel secundas nuptias crimen esse, vel qualescunq; nuptias, cũ sint nuptiæ, malũ esse. Nõ itaq; illas abs te dãnatus velis eẽ, sed spretas. Bonũ

ergo

ergo continentiæ viduális luculentius decet, cum pro illo uouendo & profitẽdo possunt contemnere fœminæ, quod & libet & licet. Sed post uti professionem perseuerangamia. ter frenandum & vincendum est quod licap. 12. bet, qa iã nõ licet. De tertijs & de quartis & de vltra pluribus nuptijs solẽt homines mouere qõnẽ. Vñ vt breuiter rñdeam, nec vllas nuptias audeo dãnare, nec eis vere cũdiã numerositatis auferre. Sed ne cuiquã breuitas huius respõsionis meæ forte displiceat, vberius disputantẽ reprehẽsorẽ meũ audiré paratus sum. Fortasis.n. affert aliquã rationem, quare secundæ nuptiæ nõ damnẽtur, tertiæ damnentur: nam & ego, sicut in exordio sermonis huius admonui, non audeo plus sapere q̃ oportet sapere. Quis.n. sum, qui putẽ definiendũ, qd' nec Apostolũ
Ro. 12. 1. Co. 7. video definisse? Ait enim, Mulier alligata est, quandiu vir eius viuit: Non dixit, primus, aut secundus, aut tertius, aut quartus: sed, mulier, inquit, alligata est, quãdiu vir eius viuit: si autẽ mortuus fuerit vir eius liberata est, cui vult nubat tm in dño: Beatior aũt erit si sic pmãserit. Quid huic sentẽtiæ, quãtum ad hanc rẽ attinet, addi vel detrahi possit ignoro. Deinde ipsum quoq; Apostolorũ, ac nostrum magistrũ & dñm, audio Sadducæis rñdentem, cum proposuissent mulierẽ non vniuirã vel biuirã, sed si dici põt, septiuirã, in resurrectione, cuius futura esset
Mat. 22 D vxor. Increpãs.n. eos, ait, Erratis, non sciẽtes scripturas, neq; virtutẽ dei. In resurrectione enim nec nubent, nec uxores ducent: non enim incipient mori, sed erunt æquales angelis dei, Eorum itaq; resurrectionem commemorauit, qui resurgent ad vitam, non q̃ resurgent ad pœnã. Potuit ergo dicere, Erraris, nescientes scripturas, neq; virtutẽ dei: in illa enim resurrectione multinubę istæ eẽ non poterũt: deinde addere, quia nec aliqua ibi nubit, Sed nec ipsam, vt videmus tot maritorum mulierẽ vlla suæ sentẽtiæ significatione damnauit. Quapropter nec cõtra humanæ verecundiæ sensum audeo dicere, vt quotiens voluerit, viris mortuis nubat fœmina: nec ex meo corde præter scripturæ sanctæ authoritatem quantaslibet nuptias audeo condẽnare. Quod aũt dico vniuiræ
Ex ipsis viduæ, hoc dico omni viduæ, Beatior eris, si cõtinen- sic permanseris. Nam & illud non insipiẽtiæ viri- ter proponi solet, vt dicat qui põt quęnã vibus ęsti- dua meritis præferenda sit: vtrũ vniuira, q̃ manca. cũ vixisset diutius cum marito, filijsq; procreatis saluisq; viduata, continentiã professa est: an ea, quæ adolescentula intra duos an- laus. nos amissis duobus viris, nullis ad consola- cap. 13. tionem extantibus liberis, continẽtiam deo E uouit, & in ea perseuerantissima sanctitate consenuit. Hic se exerceãt, si possunt, disputando, & nobis aliquid demonstrando, qui de numero virorum, non de ipsius continẽtiæ viribus pensant merita viduarum. Si.n. illi biuiræ illam vniuiram esse præferendã censuerint, nisi attulerint specialem aliquã rationem vel authoritatem, profecto inuenientur virtuti animi non maiorem virtutem animi, sed carnis fœlicitatem anteponere. Ad fœlicitatẽ quippe carnis ptinuit, & diu cum viro uiuere, & filios procreare: sed si non eã ob hoc præponunt, quia filios habuit, idipsum, certe, qd' diu cum uiro vixit, quid aliud q̃ carnis fœlicitas fuit? Meritum porrò Annæ illius eo maxime cõmendatur, quia cum tam cito extulisset virũ, per prolixã ætatem suam diu cum carne conflixit & Luc. 2 vicit. Sic enim scriptum est, Et erat Anna Prophetissa filia Phanuel de tribu Aser, hæc processerat in diebus multis, & vixerat cũ viro suo annis septem à uirginitate sua, & hæc vidua vsque ad annos octogintaquatuor, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus seruiens nocte ac die. Vides quemadmodum sancta vidua non solũ F eò prædicatur q̃ vniuira fuerit, verũetiã qd' paucos annos cum marito vixerit à virginitate sua, & vidualis continentiæ munus vsq; ad tantã senectutem tanta pietatis seruitute perduxerit. Constituamus igitur ante oculos nostros viduas tres habentes singula eorum quæ huic inerant omnia. Vnã ponamus vniuiram, cui desit & tanta prolixitas viduitatis, q̃ diu cum marito vixerit, & tantum studium pietatis, q̃ non ita ieiunijs & obsecrationibus seruiat. Alteram q̃ post prioris mariti breuissimam uitam, etiã secundum cito amiserit, & diuturna ætate sit vidua, sed etiam ipsa non tantum det operam ieiuniorum & obsecrationum religiosissimæ seruituti. Tertiam quæ non solum duos uiros habuerit, sed etiam cum ambobus singillatim, vel cũ aliquo eorũ diutius vixerit, & posteriore ætate viduata, in qua quidem si nubere voluisset posset, & filios procreare, susceperit continentiam vidualẽ: sed plus intenta in deum, plus sit solicita q̃ illi placeat actitare, die ac nocte sicut Anna ieiunijs & obsecrationibus seruiens. Si contendatur

Cõparatio alia inter tres plices uiduas. cap. 14.

tendatur quænam istarum sit meritis potior, quis non videat in hoc certamine palmam dandam esse maiori feruentioriq; pietati? Itaque si tres aliæ constituantur, G quibus illorum trium bina insint, singula desint: quis dubitet eas meliores fore, quibus præpollentius fuerit in suis bonis duobus pia humilitas, vt alta sit pietas? Nulla quidem istarum sex viduarum tuæ normæ adæquatur. Tu enim hoc totum cum ad senectutem vsque perduxeris, omnia tria potes habere, quibus Annæ meritum excelluit. Nam & unum virum habuisti, & non diu tecum vixit in carne: ac per hoc si
1. Ti. 5. exhibueris obedientiam verbis Apostoli dicentis, Quæ autem vere vidua est & desolata sperabit in dominum, & persistet in orationibus nocte ac die: Atque illud quod sequitur sobria vigilantia deuitauerit, Quæ autem in delitijs agit, viuens mortua est? omnia illa tria bona quæ Annæ fuerunt & tua erunt. Tibi autem sunt & filij quos forte illa non habuit: nec ideo laudanda es, quia eos habes, sed quia pie nutrire atque educare studes. Vt enim tibi nascerentur, fœcunditatis, vt viuant, fœlicitatis est: vt autem sic instituantur, voluntatis est & potestatis. In illis tibi homines gratulantur, in hoc te imitentur, Anna per prophetiæ scientiam cognouit apud matrẽ virginem Chri stum, te Euangelica gratia fecit matrem vir H ginis Christi. Illa itaque sancta virgo, quam Christo volentem & petentem obtulistis, vidualibus auiæ matrisque meritis addidit aliquid de merito virginali, Non enim nihil inde habetis, quæ hanc habetis: & in illa estis, quod in vobis non estis. Nam vt sancta virginitas adimeretur nubentibus vobis, ideo factum est vt nasceretur ex vobis. Hæc itaque de meritis diuerEpilogus supe riorum Cap. 15. sis coniugatarum diuersarumque viduarum, hoc opere non disputarem, si id quod ad te scribo, tibi tantummodo scriberem. Sed quoniam sunt quædam in hoc genere sermonis difficillimæ quæstiones, aliquid amplius quàm quod ad te proprie pertinet, dicere volui, propter quosdam qui sibi docti non videntur, nisi alienos labores non iudicando conentur discutere, sed lacerando conscindere, Deinde vt etiam tu ipsa non solum serues quod uouisti, & in eo bono proficias, verumetiam diligentius firmiusq; noueris, idem bonum tuum non à malo nuptiarum distingui, sed bono nuptiarum anteponi. Nam qui viduatarum fœminarum nuptias damnant, etiam si continentiam suam multarum, quibus tu vteris, rerum abstinentia mirabiliter, & feruenter exerceant, non ideo te seducant, vt sentias quod sentiunt, etiam si facere I non possis quod faciunt. Nemo enim, vult esse phreniticus, etiam si videat phrenitici vires viribus sanorum esse fortiores. Præcipue igitur doctrina sana bonitatem proposiți & ornet & muniat. Inde est quippe quòd catholicæ fœminæ etiam sæpius nuptæ, non solum uniuiris viduis, sed & virginibus hæreticorum iusto iudicio præferuntur. Multi sunt quidem de his tribus rebus coniugij viduitatis & virginitatis, quæstionum sinus, multæ perplexitates: quibus disputando penetrandis vel dissoluendis, & maiore cura opus est, & copiosiore sermone vel in omnibus eis recte sapiamus, vel si quid aliter sapimus, id quoque nobis deus reuelat, Veruntamen quod etiam illic consequenter dicit Apostolus, In quod peruenimus, in eo ambulemus, Peruenimus autem, quod ad hanc rem de Phili. 3. qua loquimur attinet, vt continentiam coniugio præponamus: sanctam vero virginitatem etiam continentiæ viduali: Et ne aliquas nuptias, quæ tamen non adulteria, sed nuptiæ sunt, cuiuslibet nostri nostrorumve propositi laude damnemus. Multa alia de istis rebus dicta sunt à nobis in libro de sancta virginitate: & in opere, quod aduersus Faustum Manichæum quanto potuimus labore conscripsimus: quoniam Patriarcharum & Propheratũ casta coniugia mordacissime reprehendendo scriptis K suis quorundam indoctorum animos à fidei sanitate detorsit. Proinde quoniam Exhortans non in exordio huius opusculi duo quædam necessaria propofueram, quæ exequendo pollicitus eram: vnum, quod ad doctrinam, donum alterum quod ad exhortationem pertinet: esse cõti & priori parti, vt potui, p̃ suscepto negocio nentię. non defuit ad exhortationem veniamus, vt Cap. 16. quod bonum prudenter scitur, etiam diligatur ardenter. Qua in re prius illud mo neo, quantamcunque tibi ineſſe sentis piæ continentiæ dilectionem, beneficio dei tribuas, eique gratias agas, qui de spiritu suo tibi tantum largitus est, vt eius in corde tuo charitate diffusa, licitæ rei licentiam

tiam tibi amor melioris boni auferret. Donauit enim ne liberet nubere cum liceret, vt iam non liceret, etiam liberet: & ex hoc firmius non liberet, ne fieret quod non liceret, quod factum non est etiam cum liceret: tantaq; merereris vt te existête vidua Christi: filiam quoq; videres virginem Christi: dũ enim tu oras sicut Anna, facta est illa quod Maria. Hæc dona dei esse quanto magis nosti, tanto magis es eisdem donis beata: immò

L aliter non es beata, nisi quod habes, noris à

1.Co. 2. quo habeas. Attende enim quid de hac re Apostolus dixit, Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spm qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Multi quippe habent multa dei dona, & nesciendo à quo habeant, impia vanitate iactantur. Nemo est autem donis dei beatus, qui donanti existit ingratus: quia & illud quod inter sacra mysteria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuãte id valemus, quo iubente admonemur, & ideo sequitur, vt de hoc tanto bono sursum leuati cordis, non nobis gloriam, quasi nostrarum virium tribuamus, sed dño deo nostro gratias agamus. Hoc enim continuo cõmonemur, quia hoc dignum est, hoc iustum est recordari. Hæc verba vnde sint, intus qua sanctione, & quãta sanctitate commendentur agnoscis. Tene igitur & habe quod accepisti, & datori gratias age. Quanuis enim & accipere & habere tuum sit, id tamen habes quod accepisti: quoniam superbienti, & ex eo qđ habebat, quasi à seipso haberet impie glorianti, veri-

1.Co.4. tas per Apostolum dicit. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid

M gloriaris quasi nõ acceperis? Hæc me admo-

De libero arbitrio. nere compellunt cauendi atque deuitandi quorundam sermunculi, qui per aures & animos multorum serpere cœperunt, quod

Cap.17. cum lachrymis dicendum est, inimici gratię Christi: per quos suadetur: ut nec oratio nobis ad dñm necessaria videatur, ne intremus in tentationem. Sic enim conantur defendere hominis liberum arbitrium, vt eo solo etiam dei gratia non adiuti, valeamus, quod diuinitus iubetur, implere: ac per hoc sequi-

Mat.26. tur, vt frustra dominus dixerit, Vigilate & orate, ne intretis in tentationem: & frustra quotidie in ipsa dominica oratione dica-

Matt. 6. mus, Ne nos inferas in tentationem. Si enim nostræ tantummodo potestatis est, ne tentatione superemur, vt quid oramus, ne intremus vel inferamur in eam? Faciamus potius quod nostri est liberi arbitrij, atq; absolutissimę potestatis, & irrideamus Apostolum dicentem. Fidelis deus, qui non uos permittit tentari super id quod potestis: & resistamus ei dicẽtes. Vt quid peto à dño quod 1.Co.10
in mea posuit potestate? Sed absit vt hoc sapiat qui sanũ sapit. Proinde petamus vt det, quod vt habeamus, iubet. Ad hoc enim qđ nondum habemus iubet vt habeamus, vt admoneat quid petamus: & quod nos cum iusserit, posse inuenerimus, etiam hoc vnde acceperimus, intelligamus, ne inflati & elati A
huius mundi spiritu nesciamus quæ à deo donata sunt nobis. Proinde arbitrium volũtatis humanæ nequaquam destruimus, qñ dei gratiam qua ipsum adiuuatur arbitrium non superbia negamus ingrata, sed grata potius pietate prędicamus. Nostrum enim est velle, sed voluntas ipsa etiam monetur vt surgat, & sanatur vt valeat, & dilatatur vt capiat, & impletur vt habeat. Nã si nos non vellemus, nec nos vtiq; acciperemus ea quę dantur, nec nos haberemus. Quis enim haberet continentiam, vt inter cætera dei dona de ipsa potius loquar de qua ad te loquor: quis, inquam, haberet continentiam nisi volens, quia & nemo acciperet nisi volens? Sed à quo detur, vt nostra voluntate accipi & haberi posit, si quæris, attende scripturam: immo quia nosti, recole quod legisti. Cum Sapiẽ.8
scirem, inquit, quia nemo esse potest continens nisi deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ scire cuius esset hoc donum. Magna ista sunt duo munera, sapientia & continentia: sapientia scilicet, qua in dei cognitione formamur: continentia vero, qua huic seculo non conformamur. Iubet autem nobis deus vt & sapientes & continentes simus, sine quibus bonis iusti perfectiq; esse nõ possumus. B
Sed oremus ut det quod iubet adiuuando & inspirando, qui commonuit quid velle debeamus præcipiendo & vocando. Quicquid hic dedit, vt conseruet oremus: quod autem nondum dedit vt expleat oremus, tamen oremus & gratias agamus de acceptis: & quod nondum accepimus, eoipso quod de acceptis ingrati non sumus nos accepturos esse fidamus. Qui enim dedit coniugatis fidelibus vt contineant ab adulterijs & fornicationibus, ipse dedit sanctis virginibus & viduis vt contineant ab omni concubitu, in qua virtute iam proprie vel integritas vel continentia nominatur. An forte ab illo quidem accepimus continentiam, sed à nobis

bis habem⁹ sapientiam? Quid est ergo

Iacobi.1 quod Iacobus Apostolus dicit, Si quis autẽ vestrum indiget sapientia postulet à deo, q̃ dat omnibus affluenter & non improperat & dabitur ei? Sed de hac quæstione, & in alijs iam opusculis nostris quantum adiuuit dominus multa diximus, & alias quantum per ipsum potuerimus, data opportunitate

Oratio plus cõ- dicemus. Nunc inde aliquid ideo dicere volui, propter quosdam fratres nõstros amicissimos & dilectissimos nobis, nec malitiose quidem errori huic implicatos, sed

C fert quã implicatos tamen: qui putant cum aliquos exhortatio.c.18. ad iustitiam pietatemque exhortantur, vires non habituram exhortationem suam nisi totum illud quod vt agat homo agunt cũ homine, in hominis constituant potestate, non adiuta dei munere, sed solo arbitrio liberæ voluntatis exerta: quasi possit esse ad perficiendum opus bonum voluntas libera, nisi dei munere liberata. Nec attendunt idipsum etiam seipsos dei dono habere, quòd ea facultate exhortantur vt ad capessendam vitam bonam hominum voluntates pigras excitent, accendant frigidas, corrigant prauas, auersas conuertant, repugnãtes pacificent. Si enim non possunt persuadere quod suadent, aut si hæc in voluntatibus hominum non agunt, quid agunt aut quid loquuntur? Dimittant eas potius arbitrio suo. Si autem in eis hæc agunt, ita re tandem homo in hominis voluntate tanta agit loquendo, & deus illic non agit aliqd adiuuando? Immo vero quantalibet homo sermonis facultate præpolleat, vt solertia disputandi & suauitate dicendi in hominis voluntate inserat veritatem, nutriat charitatem, docendo tollat errorem, exhortando torporem. Neque qui plantat est aliqd, neque qui rigat, sed qui incrementum dat

1.Co. 3.

D deus. Frustra quippe operarius omnia moliretur extrinsecus, nisi creator intrinsecus latenter operaretur. Spero ergo has literas meas merito excellentiæ vestræ cito in manus etiam talium esse venturas: ideo nonnulla hinc dicenda arbitratus sum. Deinde vt tu ipsa & quæcunque aliæ viduæ ista legerint, vel cum leguntur audierint, noueritis vos ad diligendum & habendũ continentiæ bonum, plus proficere orationibus vestris, quàm exhortationibus nostris, quoniam si quid vos adiuuat, quod vobis etiam nostra ministrantur alloquia, totum illius gratiæ tribuendum est, in cuius manu sunt, sicut scriptum est, & nos & sermones nostri. Si ergo nondum deo vouisses continentiam vidualem exhortaremur profecto vt voueres. Quia vero iam vouisti, exhortamur vt perseueres. Talia mihi tamen videor esse dicenda, quibus eã diligant & arripiant, & quæ adhuc nubere cogitabãt. Au-

Exhortatur ad perseuerantiã. cap. 19.

rẽ igitur inclinemus Apostolo, Quæ innupta est, inquit, solicita est ea quæ sunt dñi, 1.Co.7.
vt sit sancta & corpore & spũ: quæ aũt nupta est, solicita est ea quæ sunt mundi, quo placeat viro. Non ait, solicita est ea quæ E
sunt mundi vt sancta non sit: sed certe minor est ea coniugalis sanctitas, ex ea parte curarum qua mundana cogitatur voluptas. Quicquid itaque intentionis animi etiam his rebus impenderetur quibus placendum esset viro, colligere quodammodo & redigere debet innupta Christiana in eam intentionem qua placẽdum est dño & videat cui placeat quæ domino placeat: & vtique tanto est beatior, quanto plus placet ei: quanto autem magis cogitat ea quæ sunt mundi, tan- Psal.48.
to minus placet. Placete itaq; tota intentione speciosо forma præ filijs hominum: eius enim gratia illi placetis, quæ diffusa est in labijs eius. Placete illi ea quoque parte cogitationis quæ occuparetur mundo, vt placeretur viro. Placete illi qui displicuit mundo, vt placentes ei liberarentur ex mundo. Hunc enim speciosum forma præ filijs ho- Esa. 53.
minum, videunt homines in cruce passionis, & non habuit speciem neq; decorẽ, sed facies eius abiecta & deformis positio eius. Ex hac tamen deformitate redemptoris vestri, manauit precium decoris vestri, sed decoris interioris, Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinsecus. Hãc pulchritudine illi placete: hanc pulchritudinem studiosa cura, & solicita cogitatione componite. F
Nõn amat ille fallaciarum fucos, veris ve- Ioã. 14.
ritas delectatur: & ille, si quod legisti agnoscis, veritas vocatur, Ego sum, inquit, via, & veritas & vita. Currite ad illum per illum, placete illi ex illo, viuite cum illo, in illo, de illo. Affectibus veris & sanctissima castitate à viro tali amate amari. Audiat hæc virginis etiam sancte, prolis tuæ, auris interior. Quæ vero quantum te præcedat in regno regis illius, alia quæstio est. Inuenistis tamen mater & filia, cui cõtemptis nuptijs, illa omnibus, tu secundis pulchritudine castitatis simul placere debeatis. Certe si mariti essent quibus placendũ esset, iam te for-

taſſe cum filia puderet ornari. Nunc nō pudeat agere quibus ſimul ornemini, quia nō eſt crimino ſum, ſed potius glorioſum, vt ab illo vno ſimul amemini. Simulatū aūt candorē ac ruborem & pigmentis illitū, nō adhiberetis etiam ſi viros haberetis: nō putantes dignos quos falleretis, nec vos quæ falle re deberetis. Nunc ergo illi regi, qui vnicæ ſponſæ, cuius membra eſtis, ſpeciē concupiuit, veraciter ſimul placete, ſimul inhærete: illa integritate virginali, tu continentia viduali, ambæ pulchritudine ſpiritali. In qua pulchritudine etiam illius auia ſocrus tua, q̄ iam certe ſenuit, eſt pulchra vobiſcū, Vigorē quippe huius pulchritudinis dum extendit in anteriora charitas, rugā in ea non facit annoſitas. Habetis vobiſcū Annam ſanctam & in domo & in Chriſto, quā de perſeuerantia conſulatis: quomodo cū illa contra bella tētatoris pugnandum ſit, quid agēdum vt facile ſuperetur, quod munimentū ſumendum, ne facile rurſus inſidietur: & ſi quid huiuſmodi eſt, docet vos diuturnitate iam certa, amore beneuola, pietate ſolicita, ætate ſecura. Præcipue tu conſule in talibus, Apo. 14. eam quæ experta eſt. Nam proles veſtra illud canticum cantat, quod in Apocalypſi niſi virgines cantare non poſſunt: pro ambabus tamen vobis ſolicitius orat quàm pro ſeipſa: ſed magis pro nepte ſolicita eſt, cui vincendarum tentationum ſpatium plus reſtat annorum: te aūtē videt æuo ſuo vicinio rem, & eius filiæ matrem: quam ſi nuptam, quod iam non licet atque abſit, vidiſſes, puto quòd parere cum illa erubuiſſes. Quantulum eſt ergo quod iam tibi periculoſæ reſtat ætatis, quæ ideo non diceris auia, vt ſanctarum cogitationū & operum fœtibus, cū filia poſis eſſe fœcunda? Non itaq; immeri to magis pro illa ſolicita eſt auia, pro qua H & tu mater: quia & maius eſt quod vouit, & totum ei reſtat quod modo cœpit. Exaudiat dominus preces eius, vt ſancte obſequa mini meritis eius, quæ carnem viri tui in iuuenta peperit, cor filiæ tuæ in ſenecta parturit. Omnes itaque pariter atq; concorditer vni viro vnius coniugis, in cuius corpore vno ſpiritu viuitis, placete moribus, in- Exhorta ſtate orationibus. Præteritus dies, non re ti o.c.20 tertur in futurum, & poſt heſternū pergit hodiernus, & poſt hodiernum perrecturus eſt & craſtinus. Et ecce omnia tempora & temporalia tranſeunt, vt veniat manſura promiſſio, & qui perſeuerauerit vſq; in finem hic ſaluus erit. Si mundus iā perijt, Mat. 10 nupta cui parit? Aut corde paritura, & carne non paritura, cur nubit? Si aūt adhuc duraturus eſt mundus, cur non magis amatur per quem factus eſt mundus? Si iā deficiunt illecebræ ſeculares, non eſt quod Chriſtianus animus cupiditate conquirat. Si aūt adhuc manebunt, eſt quod ſanctitate contemnat. Horum duorū in altero ſpes nulla libidinis, in altero maior eſt gloria charitatis. Quot aūt & quanti ſunt ipſi anni quibus videtur vigere flos carnalis ætatis? Nōnul I læ fœminæ nuptias cogitantes, & ardenter optantes, dū ſpernuntur aut differuntur, repente ſenuerunt, vt eas nubere iam puderet amplius q̄ liberet. Multæ aūtē nuptæ recentiſſima ſua coniunctione in lōginqua profectis viris ſuis, reditū eorum expectando, grandæuæ factæ ſunt, & tanquā cito viduatæ aliquando nec remeantes ſaltē ſenes ſuos anus ſuſcipere meruerunt. Si ergo vel ſpernentibus vel tardantibus ſponſis vel peregrinantibus maritis, carnalis concupiſcentia potuit contineri, ne ſtuprum aut adulterium committeretur, cur contineri non poteſt ne ſacrilegium committatur? Si repreſſa eſt, cum ferueret dilata, cur non opprimitur cum friguerit amputata? Plus enim ardē ter ferunt libidinem, quæ nō deſperant eiuſdem voluptatem, Quæ aūt innuptarum caſtitatē deo vouent, ipſam ſpem ſubtrahunt, quæ fomes amoris eſt. Vnde facilius concupiſcentia refrenatur, quæ nulla expectatione ſuccenditur, contra quā tamen niſi oretur vt ſuperetur, ipſa illicita exoptatur ardē tius. Delitiæ igitur ſpiritales delitijs carnalibus in ſancta caſtitate ſuccedant, lectio, oratio, pſalmus, bona cogitatio, bonorum operum frequentatio, ſpes futuri ſeculi, & cor ſurſum, atq; de his omnibus gratiarum actio patri luminum, à quo ſine vlla dubitatione, omne datum optimum, & omne donum perfectum, ſcriptura teſte deſcendit. K Iacobi. 1 Nam quando pro delitijs nuptiarum quas in carne virorum habent, aliarum carnaliū delitiarum tanquam in ſolatio vſus aſſumitur, quid ego dicam quæ ſequantur mala cum breuiter Apoſtolus dixerit, viuentem 1. Ti. 5. mortuam eſſe viduam, quæ in delitijs viuit? Abſit autem a vobis vt diuitiarum cupiditate capiamini, pro cupiditate nuptiarum, & in cordibus veſtris nummus pro viri amore ſuccedat. Intuentes enim hominum cōuerſationem, ſæpe experti ſumus, in quibuſdam laſciuia

laſciuia compreſſa creuiſſe auaritiam. Nam ſicut in ipſis ſenſibus corporis acutius audiunt qui non vident, & tangendo multa diſcernunt, nec tanta viuacitate tangunt qui oculis vtuntur: vbi intelligitur, ex vno aditu, id eſt luminum, repreſſa intentione, ſentiendi vim in alios ſenſus promptiorem dignoſcendi acumine exerere, tanquam ex altero conetur implere quod negatur in altero. Ita etiam ſæpe carnalis cupiditas, à concumbendi voluptate cohibita, maioribus viribus in pecuniæ ſe porrigit appetitum, & illinc auerſa, huc ſe impetu ardentiore conuertit. In vobis aūt amor diuitiarum ſimul L frigeſcat cum amore nuptiarum, & pius vſus rerū quas poſſidetis, ad ſpiritales delitias cōferatur vt liberalitas veſtra magis ferueat adiuuandis egenis q̄ ditandis auaris. In theſaurū quippe cœleſtē non mittuntur dona cupidorū, ſed eleemoſynæ pauperum, quæ in immenſum modū orationes adiuuāt viduarū. Ieiunia quoq; ac vigiliæ inquantū valetudinem non perturbant, ſi orando, pſalendo, legendo, & in lege dei meditando ſumantur, in delitias ſpiritales etiam ipſa quæ videntur laborioſa vertuntur. Nullo modo enim ſunt oneroſi labores amantium, ſed etiam ipſi delectant, ſicut venantium, aucupantium, piſcantium, vindemiantium, negociantium, ludo aliquo ſeſe oblectantium. intereſt ergo quid ametur. Nā in eo quod amatur aut non laboratur, aut & labor amatur. Et vide quàm pudendum & dolendum ſit, ſi delectat labor vt fera capiatur, vt cupa & ſacculus impleatur, vt pila iaciatur, Famæ cu ſtodia. cap. 22. & non delectat vt deus acquiratur. In omnibus ſanè ſpiritalibus delitijs quibus fruuntur innuptæ, ſancta earum conuerſatio cauta etiam debet eſſe, ne forte cum mala vita non ſit per laſciuiam, mala ſit fama p M negligentiam. Nec audiendi ſunt, ſiue viri ſancti ſiue fœminæ, quando reprehenſa in aliquo negligentia ſua, per quam fit vt in malam veniant ſuſpitionem, vnde ſuam vitam longe abeſſe ſciunt, dicunt ſibi corā deo ſufficere conſcientiam, exiſtimationem hominum non imprudenter ſolum, verumetiā crudeliter contemnentes: cum occidunt animas aliorum, ſiue blaſphemantium viam dei, quibus ſecundum ſuā ſuſpitionem quaſi turpis quæ caſta eſt diſpliceat vita ſanctorum: ſiue etiam cum excuſatione imitantium, nō quod vidēt, ſed quod putant. Proinde quiſquis a criminibus flagitiorū atq; facinorum vitam ſuam cuſtodit, ſibi bene facit: quiſquis aūt etiam famam, & in alios miſeri cors eſt. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra: & vtique etiam quod alijs miniſtramus miſericorditer ad ſaluteē, ad noſtram quoq; redundat vtilitatem. Vn- 1. Co. 8. de non fruſtra Apoſtolus, Prouidemus, inquit, bona, non ſolum corā deo, verumetiā coram hominibus. Item dicit. Placete omni bus p omnia ſicut & ego omnibus per om- 1. Co. 10 nia placeo, non quærens quod mihi vtile ē, ſed quod multis, vt ſalui fiant. In quadā etiā exhortatione dicit, De cætero fratres quæcunq; ſunt vera, quæcunq; ſancta, quęcunq; Phil. 4 iuſta, quæcunq; caſta, quæcunque charisſima, quæcunque bonæ famæ, ſi qua virtus, ſi qua laus, hæc cogitate quæ & didiciſtis & A acceptiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me. Cernis quemadmodum inter multa quæ exhortando commonuit, non neglexerit ponere, quæcunq; bonæ famæ, duobusq; verbis cūcta concluſerit, vbi ait, ſi qua virtus, ſi qua laus. Ad virtutem nanq: pertinent quæ antea memoraui bona, fama vero ad laudem. Puto quòd non laudem hominum pro magno ſumebat Apoſtolus alio loco dicens, Mihi aūtē minimum eſt vt à vobis iudicer, aut ab humano die. Et alibi, Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Et ite- 1. Co. 4. rum. Nam gloria noſtra, hæc eſt teſtimoniū Gal. 1. conſcientiæ noſtræ. Sed illorū duorum, id 2. Co. 1 eſt, bonæ vitæ, & bonæ famæ, vel quod breuius dicitur, virtutis & laudis, vnum propter ſeipſum ſapientiſſime retinebat, alterū propter alios miſericordiſſime prouidebat. Sed quoniam quantalibet humana cautela ſuſpitiones maleuolētiſſimas nō poteſt omni ex parte vitare, vbi pro exiſtimatione noſtra quicquid rectē poſſumus fecerimus, ſi aliqui de nobis vel male fingendo, vel male credendo famam noſtram decolorare conantur, as ſit conſcientiæ ſolatium, planeque etiam gaudium, quòd merces noſtra magna B eſt in cœlis, etiam cū dicunt homines mala multa de nobis, pie tamen iuſteq; viuentibus. Illa enim merces tanquam ſtipendiā eſt militantium, per arma iuſtitiæ, non ſolū dextra, verumetiā ſiniſtra, per gloriam ſcili 1. Co. 6. cet & ignobilitatē, per infamiam & bonam Exhorta famam. Agite itaq; curſum veſtrū & p- tionis & ſeueranter currite vt compreheudatis, & libri ſi exemplo vitę exhortationiſq; ſermone, rapi mul con te in eundē curſum veſtrū quaſcunq; potue- cluſio. ritis. Nō vos ab hoc ſtudio, quo multas ad cap. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

imitandum vos excitatis, frangat querela vanorum, qui dicunt, quomodo subsistet genus humanum si omnes fuerint continentes? Quasi propter aliud retardetur hoc seculum, nisi vt impleatur prædestinatus numerus ille sanctorum, quo citius impleto, pfecto nec terminus seculi differetur. Nec illud vos retardet ab studio persuadēdi alijs bonum vestrum, si dicatur vobis cum & nuptiæ bonæ sint, quomodo erunt omnia bona in Christi corpore, & maiora scilicet & minora, si omnes continentiæ laudem atq; amorem imitentur? Primo quia conando vt
Mat.19. C omnes sint continentes, tunc erunt vel pauce, neque enim omnes capiunt verbū hoc. Sed quoniam scriptum est, Qui potest capere capiat: tunc capiunt quæ possunt, si nec illis quæ non capiunt taceatur. Deinde nec timere debemus ne forte omnes capiant, & aliquid de minoribus bonis; id est, cōiugalis vitæ, Christi desit in corpore. Si enim omnes audierint & omnes cœperint, intelligere debemus hoc ipsum fuisse ptædestinatum, vt coniugalia bona in illorum numero mēbrorum etiam sufficiant, quæ tam multa ex hac vita transierunt. Neque enim nunc si omnes fuerint continentes, honorem tantorum tinentium daturi sunt eis qui tricenariū fructum, qui cōiugali bono inesse intelligitur, iam dominicis horreis intulerunt. Habebūt ergo illic omnia ista bona suum locum, etiā si deinceps nulla velit nubere, vel nemo ducere vxorem. Secure itaque instate quibus potestis, vt fiant quod vos estis: & orate vigilanter atque seruenter, vt adiutorio dexteræ excelsi & abundātia misericordissimæ gratiæ domini, & perseueretis in eo quod estis, & proficiatis ad id quod eritis. Deinde obsecro vos per illum à quo & hoc donū accepistis, & huius doni præmia speratis, vt me quoque orationibus vestris memineritis inserere cum tota domestica vestra Ecclesia. Ordinatissime quippe prouenit, vt matri vestræ iam grādæuæ de oratione Epi
D stolam scriberem. Ad ipsam quippe maxime pertinet orando concertare pro vobis, quæ de se minus solicita est q̄ de vobis. Et vt ad te potius q̄ ad illam hoc de continentia viduali opusculum facerem, quia tibi superare adhuc restat quod iam ætas illius superauit. Virgo autem sancta proles vestra, si aliquid de sua professione desiderat, ex laboribus nostris habet grandem librum de sancta virginitate quem legat. De quo legē do etiam te commonueram, quoniam multa continet vtique necessaria castitati, hoc est virginali atque viduali, quæ hic propterea partim tenuiter attigi, partim omnino prætermisi, quia ibi copiosius disputaui. Perseueres in gratia Christi.

Libri de bono viduitatis finis.

LIBER DE VERA ET falsa pœnitentia ad Christi deuotam.

QVantum sit appetenda gratia pœnitentiæ omnis authoritas declarat, omnis bonorum vita conatur ostendere: languores .n. sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, vitia fugat, virtutes exornat, mentem munit & roborat, omnia satiat, omnia redintegrat, omnia lætificat, sanitatem auget, quā conseruat. Claudis gressum, aridis copiam, cæcis restituit visum. Temperat successus, constringit impetus, moderatur excessus. Ignorans se, per hanc se recognoscit: quærens se, per hanc se inuenit. Hæc est quæ homines ad angelos ducit, & creaturam reddit creatori. Ista ouem perditā monstrauit quærenti, & decimam drachmā obtulit anxianti. Hæc dissipatorem filium ad patrem reduxit, & vulneratum à latronibus custodi curandum reseruauit. In hac omne bonum inuenitur, per hanc omne bonum conseruatur: fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia ipsa ignis cōsumens. Hæc omnia prouida virago sensisti, quæ hoc bonum tantū dilexisti? Vix enim diligitur quod omnino ignoratur. Super hoc bonum innixa, fortis esse poteris ad omnia bona. Itaque voluntatem tuam, quam super hoc bono cognoui, libenter adiuuo: & suauem laborem vt rogasti super hac re desideranter suscipio, sperās dei adiutorium in tuo merito. Scio enim intentionem tuam nunquam frustrādam, sed in omnibus quæ desiderat ditandam. Nam cum esses diues, pauperem te pro Christo eddidisti, & in anima diues eris sancti commercij. Vnde fœlix ego, si quid auxilij ad veras tuas diuitias adhibere potero. Tuæ itaque trado dilectioni, quicquid de pœnitentia sentio authoritate patrum & illustratione sancti spiritus. Nec modo huius tēporis tm impugnamus errorē, sed ēt de impugnatis

Lauspœnitentię. Cap. 1.

F

Luc.15.

Luc.10.

16

G

eis per copiam rationum conamur tibi addere dulcedinē suauitatis, vt integritas tuæ mentis, quæ deo donante omnes repulit falsitates, super fugatis ratiocinando lætetur.

Pœnitētia qūo paretur. cap. 2. Mat.27. Si fides fundamentum est pœnitentiæ præter quam nihil est quod bonum sit, appetenda est pœnitentia quam constat in fide esse fundatam. Nō enim potest arbor bona fructus malos facere. Pœnitentia itaque q̄ ex fide non procedit, vtilis non est. Oportet autem credi, remedium pœnitentiæ à salutore concedi. Si.n. omnis pœnitentia sterilis esset peccatoribus, nequaquam ad pœnitentiam reuocarētur Christi interfectores, quā prædicauit dūs mitis & mansuetus, & eius
Matt. 3. præcursor: dixit .n. Fructus facite dignos pœnitentiæ: ostendens pœnitentiam non sterilem, sed digne fructificare. Qui enim
Oseæ.6. maluit misericordiam quam sacrificiū, non
H expectabat mortem peccatoris, sed vt cōuer
Ezec.18 sus viueret. Quis autem conuerti potest vt
Psal.50. viuat, nisi qui erat in regione longinqua? In iniquitatibus se meminit cōceptum Dauid: & in delictis à matre sua genitum, cui dūs testimonium perhibet, Inueni hominem secundum cor meum. Hic idem à dño laudatus præsumens de domino dicit, Propitius eris peccato meo, multū est .n. non quia multum erat, sed quia id Dauid multum reputabat sicut qui iam inde satur erat & fastidiosus. Non.n. laborat exonerari peccato, cui non videtur nimium. Quomodo ergo multū videretur, si adhuc in illo delectaretur? Quomodo rogaret perdere, nisi doleret habere? Si.n. non doleret habere, gauderet cōmisisse. Scimus quia deleuit dūs peccatum Dauid, aut quia dolebat peccasse, aut quia gemebat, & stratum suum lachrymis rigabat, & tanquam panem cinerem manducabat. Si autem gauderet, non magnum, sed paruū peccatum suum diceret. Falluntur itaq; qui obijcientes pœnitentiam Apostolo, & eum irridentes dicunt contra eum, Peccabimus vt gratia abundet. Dicebat .n. Conuertimi
I ni per pœnitentiam, sperate de venia, etiam si maxima sit iniquitas, quia vbi abundauit peccatum, superabundabit ibi & gratia. Nul
Rom.5. lum peccatum poterit remanere ante pœnitentiam, Prædicat enim conuerti. Sed vnde se cōuerteret aliquis, cui prior status placeret? Qui itaque conuertitur, necessario dolet habere, quod gaudet perdere. Pœnitentia itaque acquirit indulgentiam, sine qua nemo peruenit ad veniam. Si enim sine ea anima saluaretur, nō diceretur, Peccasti, quiesce. Quomodo .n. quiescere nisi quia malum est si peccaret? Quomodo diligi & non odio haberi potest, quod retentū damnat, & fugatum saluat? Qui ergo nūc quiescit, dolere oportet quòd non prius quieuit. Sicque saluatur quia dolet, sicque liberatur quia pœnitet. Ex dolere enim dictum est, Peccaui, quid faciam tibi? Quasi dicat, adeo doleo peccasse, quòd mihi tam graue est q̄ non velim contra me te non vindicare. Quæro enim in me quid supplicij possim excogitare, quod tibi possit sufficere. Nihil mihi graue, si me à peccato potest liberare. Relinquitur ergo pœnitere volentibus veniam inuenire. Sunt autem qui credunt vsque ad baptismum pœnitentiam proficere, Nanque Syrus erat Naaman, qui per aquam perdidit lepram, sed postea peccantibus casſam perseuerare. Gaudent enim singularitate, arrogantes ex hoc quod non habent, iactantes se mundos esse, vtpote quasi nihil post baptismum commiserint vnde iure dolere possint. Hi sinistre omnia intelligentes, vires ex sanctorum authoritate sumentes, & sequentes patrem mendacij, mendaciter exponunt quod concordat veritati. Legant in Apostolo quod intelligere nolunt, Impossibile est eos qui semel illumina
Hebr.6. ti sunt, & gustauerunt donum cœleste & participes effecti sunt gratiæ spiritussancti, & gustauerunt bonum verbum dei virtutesq; seculi futuri, iterum renouari per pœnitentiam, rursum crucifigentes filium dei, & ostentatui habentes. Sed si superbia eos non excæcasset, viderent Apostolum nō ita esse destructorem sui laboris atque sui gaudij. Quos enim per Epistolas correxit, nisi qui post baptismum ceciderant, & in peccato perseuerabant? Gentiles enim visitabat corporali præsentia, & rationibus & miraculis eos confutans. Quomodo scriberet insidelibus, ipsis eidem multipliciter contradicentibus? Hunc lapidabant, virgis cædebant, & eis scriberet vt se corrigerent? Cur autem correctionem infidelibus indiceret, si de eorum salute desperaret? Quomodo scriberet, qui scienter & necessario nihil omL nino proficeret? Si non possent renouari per pœnitentiam, cur prædicaret eam? Præterea Corinthiū reuocat post baptismū peccantem & fornicationem gentium superantem. Quomodo reciperet pœnitentem, si sic contra suum prædicaret præceptum?

Pœnitētia post baptismum. cap. 3. 4. Reg. 5 K

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed de baptismo hoc intellexit, Dixit enim eos renouari per pœnitentiam impossibile esse, vt rursum crucifigant filiũ dei, & ostentui habeant: id est, vt iterum baptizentur. Qui enim baptizatur, mortem crucis & sepulturam Christi repræsentat in immersione sua. In signo enim crucis quisq; in aqua submergitur, & submersus sepultus ostenditur: Non.n. qui lapsi sunt, per iteratum baptismum consequi veniam poterunt. Sicut enim semel Christus crucifixus est, sic baptismus iterandus non est. Vna enim morte sua omnes redemit, vt amplius mori non oporteat. Quod videns Ecclesia, intellexit non iterandum baptismum. Per fructus itaque pœnitentiæ, baptizatis adhibetur spes veniæ. Nam filius qui recesserat a patre in regionem longinquam, susceptus est a patre per pœnitentiam confitentem, Dixit.n. patri confitens, iam non sum dignus vocari filius tuus. Non.n. ista a te didici, ista apud
M te reperi, Hunc suscepit paterfamilias, & sto-
Luc. 15. la, & anulo induit eũ. Stola induit eũ, quia in eo integritatẽ charitatis restaurauit: atque anulum in manu posuit, quia arratum ex fide eum fecit operari, per spiritumsancti dona eum subarrauit: & etiã calciamenta pedum reddidit, quia Ecclesiã eius prædicatione dilatauit. In cuius conuiuio occisus est vitulus
Col. 2. saginatus, quia in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter illi factus est cibus: per hoc ostendens etiam sacramenta dominici corporis per pœnitentiã & cõfessionem reddi peccatoribus baptizatis. Si.n.
Acto. 8. aliter esset, Petrus post domini ascensionem caput Ecclesiæ, non persuasisset Simoni in emptione spiritussancti spem habẽti, ut pœnitentiam sumeret indẽ, cui pecuniã dicauerat in maledictionem. Ille quoque qui inci-
Luc. 10. dit in latrones ab Hierusalem descendebat, non in Aegyptum ad tenebras, non ad Idumæos sanguineos, & puluere aspersos, sed ad Hiericho: qui incidit in latrones, non habitauerat cũ eis. Sed licet inciderit qui prius latro non erat: non est relictus a Samaritano, sed adiutus & cura refectus. Quod non fuisset, si solum non baptizatis spem veniæ reliquisset. Amicus vocatus est Lazarus
A & postea resuscitatus est fœtidus & quatri-
Ioã. 11. duanus à mortuis: ostendens quantumeunque peccet homo, etiam postquam fuerit amicus dei, viuere poterit eius spiritus. Sed validodei clamore & multorum fletu foras à peccato vocabitur, prius tolletur lapis desuper ab ipso, quia cordis duricia proijcietur ex animo, quam tollent intercessores & prædicatores labore suo. Filiam Abrahę quam alligauerat satanas, soluit dominus reclamantibus Iudæis: hæc filia erat & ligata & soluta in sabbato. Adhuc sunt qui Luc. 13.
reclamant non esse remissionem peccatorũ Peccatũ
baptizatis per pœnitentiam, dicentes pecca in spiritũ sanctũ &
tum in patrem & filium remitti, in spiritũ- & ad
sanctum omnino non ignosci, putantes pec mortem
cata in patrem & filium esse infidelium, & quod.
habere remissionem per baptismum, Isti Cap. 4.
peccant absque spiritu, quem non acceperunt, Illi autem in spiritumsanctum peccant quem acceperunt per baptismum, qui eius dona non retinent, & diaboli venena eligunt. Istos intelligunt nec hic, nec in futuro misericordiam consequi posse. Sed iste intellectus magis est erroris quam fidei sanctæ. Si enim per solum baptisma quod iterandum non est, fit peccatorum remissio: cur adderet dominus, neque in futuro? Cõstat autem quædam in futuro remitti, vbi Mat. 12.
non est operatio baptismi. In futuro autem
nemo baptizabitur, & à peccato liberabi- B
tur. Sicq; falsa est interpretatio, quæ remissionem concedit soli baptismo. Non itaque soli infideles peccant in patrem & filiũ sed quicunq; peccata cõmittunt. Sed soli peccãt in spiritumsanctum, qui impœnitentes exiſtunt vsq; ad mortẽ, Spiritus.n. sanctus, charitas est deitatis, amor est genitoris & genitæ veritatis: q̃ suã gratiã nobis tribuit suiipsius arram. Qui igitur peccat: & gratiã suã recuperare non amat, & nunquam curat ab eo diligi, qui totus est amor & charitas: nec ad eum tendit vnde sumpsit arram, in spiritũsanctũ peccat, & nunquam post mortem sicut nec viuens consequetur veniam. Sicq; nullus peccat in spmsanctum, qui fugit ad ip sum. Si quis lectionis seriem, & vbi hoc legitur, & verbi causam cogitauerit, & si aliter intelligat, sinistre interpretantibus non cõcordat. Dicebant.n. Iudæi, In Beelzebub Ibidem.
eijcit dæmonia: opus spiritussancti attribuẽtes diabolicæ potestati. Dixit ergo. Sunt peccata q̃ quoquomodo sunt ferenda, sunt blasphemiæ consecuturæ misericordiam, sed blasphemiæ in spiritumsanctũ, vt incepistis ducent vos ad mortem. Vnde postea dixit, Non potest arbor mala fructus bonos facere: quasi dicat, Conuenit vitæ restræ de spi- C
ritu talia dicere, Arbor bona non potest fructus malos facere consilium est, Conuertimini

mini, in arborem bonã transite, nec iam po
1. Ioan. 5 teritis de spiritusancto talia sentire. Obijciunt aliud dictum Ioannis, Est aũt peccatum non ad mortem pro quo oret quis: Est aliud ad mortem pro quo non oret quis: quasi pro peccatis ante baptismum est oran
Apoc. 2: dum, pro alijs non. Falluntur qui sic intelligunt. Contrarius.n. esset sibi ipsi, qui pœnitentiam admonet Ecclesiæ Pergami. Sed sunt quædam peccata venialia, quę oratione dominica quotidie soluuntur, cum dicitur,
Matt. 6. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et hæc vt idem ait non sunt ad mortem. Alia vero q̃ sunt ad mortem, non sic, sed per fructus pœnitentiæ soluuntur. Qui Petrum lachrymantem suscepit, remissionem non negauit
Mat. 15. baptizatis. Iã.n. audierat, Tibi dabo claues
Mat. 26. regni cœlorum, qui licet postea dñm negauerit, & à se amicos Christi excommunicauerit, per pœnitentiam & amaros fletus veniam recuperauit. Aegrum se dñs dicit, respiciens ad membra sibi vnita. Qui Christi membra sunt; per baptismi sacramenta deo
D vniti sunt, In quibus se ęgrum cum commorat, non ab hominibus peccata committi negat, q̃ quotidie p pœnitentiam destruit.
Semper Adhuc instant perfidi qui sapiunt plus
Paratum q̃ oporteat, non fobrij, sed excedentes men
pœniten surã. Dicunt.n. Vt si semel peccantibus post
tiæ reme baptismum valeat pœnitentia, non tñ sæpe
dium. peccantibus proderit iterata, alioquin re-
Cap. 5. missio, ad peccatum esset incitatio. Dicunt
De pœ- .n. Quis non semper peccaret, si redire sem
ni. dist. 3 per posset? Dicunt.n. dñm incitatorem ma
c. adhuc li, si semper pœnitentibus subueniret: & ei
4. sen. di. placere peccata, quibus semper præsto est
14. cap. gratia. Errant autem, immo constat ei pecca
Quòd ta multum displicere, qui semper præsto est
vero. ea destruere. Si.n. ea amaret, non ita semper destrueret, sed conseruaret, atque vt sua munera foueret. Semper destruit peccata quæ inuenit, ne soluatur quod creauit, ne corrũpatur quod amauit. Sumunt occasionem hy
Ioã. 11. poeritæ isti ex factis domini. Quem enim
Luc. 7. cæcum bis illuminauit? quem leprosum bis
Luc. 15. mundauit? quem mortuum bis suscitauit?
Luc. 13. Non Lazarum quem prius dilexit, Non
E filium viduæ, quem misertus matri reddidit, Non filium dissipatorem legitur bis suscepisse, Non filiam Abrahæ bis à dæmonio liberasse. In nulla persona iterauit factum, docens, vt aiunt, non sæpe à domino fieri remedium. Dixit mulieri, Vade & am
plius noli peccare, ne deterius aliquid tibi Ioan. 8.
contingat: promittens pœnam, nõ amplius veniam. Qui autem multos cæcos & diuerso tempore illuminauerit, & multos debiles confortauerit, ostendit in diuersis illis eadem sæpe peccata dimitti, vt quem prius sanauit leprosum, alio tempore illuminauit cæcum. Ideo enim tot saluauit febricitantes, tot languidos, tot claudos, cæcos & aridos, ne desperet de se peccator. Ideo non scribitur aliquis, nisi semel sanatus, vt timeat quisq; iungi peccato. Videmus adhuc quotidie in Ecclesia sæpe febricitantes, sæpe languidos, sæpe passionibus captos, sæpe liberari, vt appareat toties opus miserantis, quoties confessio sit pœnitentis. Quomodo enim corpus quod vilius est, & ab ipso dissimilius, sæpe sanaret: & animam digniorem & redemptam, non toties liberaret? Medicum se vocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare?
Medicorum enim est centies infirmum vi- F
sitare, centies curare. Qui cæteris minor Matt. 9.
esset, si alijs possibilia ignoraret. Memor Ezec. 18
est sui qui dicit, Nolo mortem peccatoris, & 33.
sed vt conuertatur & viuat. Quem enim peccatorem exeludit? Et q̃ omnibus promisit indulgẽtiam, alijs promissionibus declarat. Qui me confessus fuerit coram ho- Mat. 10.
minibus, id est omnis quantumcunque &
quotiescunque peccator, cuiuscunque ordinis, etiam si fuerit sacerdos: confitebor & ego eum coram patre meo, Nam qui inuo- Ioel 2.
cauerit nomen domini, id est, secundum q̃
nominatur dominus, id est, qui inuocauerit eum ad se seruiendo, non contradicendo, vt forsitan sæpe fecit: omnis, id est, quicunque sit ille peccator, saluus erit. Omnem enim
animam iste promissor saturauit bonis, etiam sedentes in tenebris & vmbra mortis, nullam excipiens animam. Hunc magistrum intellexerat discipulus ille, qui
Corinthios per epistolas suas voluit corri- 2. Co. 13
gere, & vt ipse testatur ter in literis suis eos correxit. Oportebat enim vt quoties videret eos cadere, toties iuuaret eos surgere. Memor enim erat illius qui dixerat, Quorum remiseritis peccata, remittun- G
tur eis. Scimus autem & primos patres, & Ioã. 10
in omni tempore Ecclesiã dei semper vsq;
in septuagiessepties, quod est semper, pec-

cata dimittere. Quam potestatē isti ab Ecclesia dei conantur auferre. Oportet .n. sic
Iacobi.3 Ecclesiam credere, qui cōfitetur se sæpe pec
Iob. 25. care. Negant .n. veritatem in se esse, qui se absq; peccato audent iactare. In multis .n. offendimus oēs, Nec infans vnius diei absque peccato super terrā esse potest. Quapropter elimandus est ab Ecclesia iste error qui vnquam pœnitentibus negat indulgentiam.
Non .n. inquirit quid Apostolus senserit,
1.Co.4. qui dixit, Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Scimus enim & iustis peccata soluere contingere. Non se confirmabat absq; peccato, qui se nouit indissolubili vinculo charitatis Christo conuictū. Nisi enim sciret sæpe iustos ad veniam venire, quomodo dubitaret se peccare, qui se sciebat spiritum dei habere, & intētione mū
Ioā. 13. dissima ei seruire? Cur enim dñs Petri pedes lauisset, & Ecclesiam hoc idē docuisset, nisi quia quotidiana est offensio, oportet vt
Matt. 6. quotidiana sit remissio? Cur docuisset ipse dominus orantes dicere, Dimitte nobis de-
H bita nostra: nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere? Nullus itaque tantum vnquā posset peccare, quòd pœnitens velit desperare. Quid enim aliud est desperare, q̄ deum sibi com-
Desperatio quid. parare? Nam qui de deo non præsumit veniam, nō animaduertit plus peccato suo dei posse clementiam. Si enim sentiret deum magis bonum q̄ se malum: quicquid in se iustitiæ non inueniret, à deo magis bono expectaret: & quidem diffidit, quia summi bonitatem maiorem, sua nequitia nō sentit. Ille enim solus diffidat qui tantum peccare potest quantum deus bonus est. Cum sit autem nullus qui hoc possit, qui timet de se malo, præsumiat de meliore. Diabolus
Misericordię Dei magnitudo enim & omnis nequitia minor est, quàm dei misericordia. Ipse enim si posset sperare & culpam in se sentire, quod non inuenit in se præsumeret in dei bonitate. Adhuc qui diffidit & suam nequitiam dei pietati cōparat, finem imponit diuinæ virtuti, dās finem infinito, & perfectionem diuinitatis auferens deo: cui nihil deest, quod etiam cogitari non potest. Non itaque etiam si sacerdos peccauerit desperare debet, licet scriptum sit, Quis orabit pro eo? Tota nanque Ecclesia, atque alius sacerdos, & omnis sanctorum ordo orabit pro eo, & ipse Chri-
.e1R.2. I stus qui pro nobis offert se deo. Sed hoc considerandum est sacerdoti, ne facile cadat, cui in hoc grauior notat pœna. Dicat apud se. Si plebs ieiuna verbi dei peccauerit, oportebit me ferre partem ponderis: non audebo
Mat.23 illi importabilia imponere, & non digito ea mouere. Sed ego si peccauero, quid faciam? Non sic facile euadam, me oportebit flere miseriam, Non enim est sic statutum de me, sicut de subiecta plebe. Sic sacerdos & timeat peccare, sed magis timeat desperare.

Sunt alij inimici desperationis, qui adeo præsumunt & de deo confidunt, quòd quā- Qui sidam sibi licentiam acquirunt peccandi: & sine pœnitentia expectant veniam, quia credunt quoniam Christiani sunt, non posse damnari: adulantes sibi, eo quòd scriptum est, Omnis quicunque inuocauerit nomen domini, saluus erit. Putant enim se nomen domini inuocare, qm̄ possunt Christum credere & sacramenta Ecclesiæ sumere, non videntes multos esse vocatos, sed paucos electos. Putant enim Christianos paucos esse in multitudine gentium & Iudæorum: quare & si omnes saluantur credentes, paucorū K tamen electio in tanta multitudine. Sed si quis animaduertere voluerit, deceptos hos esse Ecclesia iudicabit, licet cōfidāt in Christi redemptione. Dicunt enim. Quid prodesset Christum venisse, si mali tantum sicut & ante aduentum suū adhuc perirent? Ante .n. quàm fieret deus homo, mali tantū damnabantur: & si adhuc idem esset cum venisse quid prodesset? Multum, inquā. Nam omnis bonus ante aduentum dñi saluus factus est per venturum. Nemo .n. infernum egredi posset, nisi à Christo perueniente in eum extrahi meruisset. Neque enim facultas bene operandi & diabolo contradicenti tanta hominibus inesset, nisi Christus tanta pati & resurgere decreuisset. Hi neque Apostolorum neque dñi verba attendunt, qui fornicatoribus & criminosis hominibus tam multipliciter & toties pœnas promittunt. Adhuc additur iniquitas priori consimilis, licet contraria. Desperantes, Contra enim dei iudicant misericordiam, hi condē- eosdem nant iustitiam, iniustum deum blasphemantes, qui reddere mala malis ignorat, & peccata eorum exaltat. Sed miror cur non credant Apostolo dicenti, Spes non confundit: Rom.5. qui negant pœnam quam idem criminosis L promittit. Si enim vbi minatur verax non est, cur confidunt quòd sperantibus verum dicat? Sed qui verus est in promittendo, verus est etiam in minando. Sed non est sperare

rare; tandem bonum pro malis expectare, immo temeratius est qui peccatum non abhorret. Sed cum peccat ad pœnitentiam recurrat, confidat in domino, quem timeat iu-
Peccatorū differentiæ. stum & immunditiarum inimicum. Cū itaq; pœnitentia efficax est & fructifera, neminem relinquens sine venia, mortuos resuscitans: de modo & varietate eius disseramus aliqua. Pœnitentia enim baptizandis non est necessaria, sed baptizatis de maioribus & minoribus peccatis pœnitēdum est. Per fidem .n. Ecclesiæ sola remittuntur peccata quæ contraxit homo in origine, vt sicut à patre peccante damnationem accepit, ita per matris Ecclesiæ fidem consequatur remissionem. Sed qui per se peccauit, per dolorem proprium, & per fidem Ecclesiæ indulgentiam acquisiuit. Hæc per baptismū reddunt hominē mundum & nouum, vt nihil remaneat qđ deo displiceat. Sine pœnitentia nulli profuit baptismus, qui peccauit spontaneus. Si quis autem baptizaretur inuitus, & in falsitate confessus, cum pœni-
M tuerit saluus erit, adiuuante fide & charitate totius matris Ecclesiæ per totum orbem diffusæ. Ob hoc sunt catechumeni ab Ecclesia constituti, vt dum baptismum expectāt, vnde iure pœniteant doceantur. Hæc restituit hominem in libertatem arbitrij primi parentis, adhuc in abundantia virtutum cōstituti. Est enim pœnitentia assidue peccantibus, assidue necessaria. In multis enim of-
Iacobi.3 fendimus omnes, quæ quotidie remittuntur si semper deplorantur. Ista per sacramenta Ecclesiæ & orationes semper fugantur,
Canti.4 vt iure audiant, Tota pulchra es, & macula non est in te. Non quin fiat dico, sed manere non potest. Tanta est virtus petitionis tuæ & vnitatis Ecclesiæ, vt quicquid extraneum acciderit, durare non possit. Li-
Esa. 52. cet enim speciosi sint pedes euangelizan-
Ro. 12. tium pacem, euangelizantium bona, lauatis tamen in remissionis figura excutiendus est puluis qui contrahitur in via. Hæc peccata etsi sint parua per dei misericordiam, fiunt magna in peccatoribus negligentia. Nullum enim peccatum adeo paruum, qđ non crescat neglectum. Non enim consi-
A randum est quod fecerit, sed quē offenderit: q̄ bonus est, quàm benignus, q̄ pius, q̄ propitius, qui illū sua dulcedine & pietate creauit ex nihilo, qui eum absque merito perduxit ad baptismum, & educauit & nutriuit vt filium: ad cuius commodum creauit cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt ex nihilo, cui seruiunt omnia tanquam filio, cui misit angelum in auxilium, propter quem fortem & callidum debellauit hostem eius antiquum, propter quem tam multipliciter pati sustinuit, vt eum mereretur habere filiū cum quo dignaretur habere consortium. Qui deus maiestate sua regit & gubernat omnia propter eum potestate sua. Talem patrem offendere, contra eius voluntatem aliquid committere, animaduertentibus ac se non ignorantibus quàm est crudele? Vn-
Eoan. 7. de qui se cognoscunt, sicut semper peccant, ita semper plorant, vt totam vitam suam, quæ est tentatio super terram, plorent tota vita sua. Ista autem sunt, cum aliquid citra vel vltra modum agitur. Ipsa enim bona quæ per se bona sunt, aliquid contrahunt cum excedunt. Quicquid deest à perfectio B ne, quicquid deficit ab homine, quicquid & nostrum est, plorando dolendum est. Quicquid alio modo agitur, non recta & mundissima intentione, quicquid alio modo operamur, & non tamen purissimo dei amore, non est liberum à fragilitatis operatione. Quicunque tem miserum esse vt hominis est dilexerit, & qui eius fragilitatem omnino non abhorruerit, sed omnino sibi reseruauerit, & suum esse nunquam nisi propter acquirendum verum esse quod deus est tolerauerit, addit operi diuino, peruldubio dolendum. Et qui se cognoscit quid est, diligat hoc solum quod spectat ad illum qui est. Si quis enim sapienter cogitat, quid turpissimæ fragilitati ab ipsa conditione inhæreat, quàm fœdus, q̄ turpis sit in carne, q̄ mutabilis in mente, hoc solum in se diliget, quia talem eum ad deum ducet. Quicquid enim boni facimus, si id melius facere possumus, à nobis est, quòd in culmine boni non sumus. Si quid boni nouerimus, & minus aliquo modo operamur, non omnino à nostra operatione est alienum. Ista continua & assidua, & quasi quodammodo necessaria, assidua lauentur confessione, assidua restaurentur compunctione. Surgamus C purissimi ad purissimam perfectionem, ne istis quæ parua sunt multiplicatis, quasi quadam scabie patiamur corrumpi & collidi: ne pinguedine charitas imminuta finamur macie affligi, & tortura immundæ cōscientiæ macerari. Semper tendamus in melius, semper in puritatem baptismi tendentes & eam summopere conseruantes: vt cū

de

de hac vita exibimus, ad eum qui mundissimus est mundi perueniamus, & sine mora ab eo suscipiamur. Doleamus esse exules à patria, doleamus viuere in corruptibili materia. Hic dolor magis ex desiderio, quàm ex vindicta fit. Vnde differt à pœnitentia. Pœnitentia enim est quædam dolétis vindicta, puniens in se quod dolet commisisse, Qui autem dolet quod retinetur in mortali corpore, desiderat quod amat plorans quòd tardat. Omnis pœnitentia est de male vsa libertate. Iste vero dolor magis de necessitate est, Nullum enim peccatum est necessariũ. Ipsum autem peccatum originis ob hoc est malum, quia fuit in Adam spontaneum, Illius enim voluptas male vsæ libertatis punitur in nobis, non quia necessarium, sed quia fuit spontaneum. Nihil enim à nobis quæritur, quod cõmisissemus, nihil à nobis exigitur nunc quod fecissemus. Relinquitur in D filijs opus paternæ voluptatis. Requirit diabolus filios in seruiturem, quorum patris emit libertatem. Iste dolor factus est, non ex conscientia peccatrice, sed ex operante charitate: non puniens malum, sed augmentans bonum, non impatienter habitus, sed ex desiderio susceptus. In hoc desiderio erat Andreas, qui in cruce positus à domino requirebat, Tempus est vt commendes terræ corpus meum. Volebat enim eum plebs de cruce deponere. Ipse autem cœpit dominũ rogare, Ne me permittas domine descendere viuum, sed tempus est vt commendes terræ corpus meum: tandiu enim iam portaui, tandiu super commendatum vigilaui & laboraui, quod vellem iam ab ipsa obedientia liberari, & isto grauissimo indumento exspoliari, Recordor quantum in portando onerosum, in fouendo infirmum, in coercendo lentum, in domando superbum laboraui. Scis domine quotiens à puritate contemplationis me retrahere conabatur, quoties à dulcissimo quietis tuæ sommo me excitare contendebat, quantum & quotiens dolorẽ E ingerebat. Qui igitur tandiu pater benignissime pugnanti restiti, & tua ope superaui & vici, à te pio & iusto remuneratore posco, ne mihi vltra commendes, sed depositum reddo. Commenda alij quem illud vltra non impediat, & resurrecturum seruet & reddat, vt & ipsum quoque sui laboris mercedem recipiat. Terræ me commenda, vt vigilare me amplius non oporteat: & libere ad te fontem indeficientis gaudij tendere anxiantem me iam non retrahat, nec impediat. Hic dolebat iam non esse cum domino, nec pœnitebat commendatum resurrexisse domino. Sic itaque nõ omnis dolor est pœnitentia. Differũt pœnitentia et dolor.

Sunt etiam peccata a- De omlia quæ omnino eripiunt vitam, nisi succur- nibꝰ pœrat pœnitentia. Non enim omnis qui dicit nitendũ. mihi, domine dñe, intrabit in regnum cœlorum. Quare agẽda est pœnitentia vt deleãtur crimina. Sed quoniam pœnitentia non omnis est bona, dicamus aliqua quæ separant veram à falsa, sterilem a fructuosa. Sũt enim quos peccasse pœnitet ꝓ præsentia supplicia. Displicent enim latroni pctã quã do agitur de pœna. Desit vindicta, reuertitur ad crimina. Ista est pœnitentia non ex fide procedens, nec est charitate munita, sed sterilis & sine misericordia. Hæc non purF gat conscientiam, nec lauat crimina. In hac nulla est spes veniæ, nulla expectatio indulgentiæ. Hinc concordant qui confitentur inuiti, non amore boni, sed vt fugiant damnum vel incommodum seculi. Seruiunt mundo quem amant, quærunt suam gloriam quam anhelant, recipiunt mercedem quam expectant. Si quis tali pœnitentia secutus extiterit, & ad veram pœnitentiam de ista non conscenderit, deceptus & miser æternaliter peribit. Vtilis ergo erit pœnitentia si sit spontanea, dominum quærens quẽ amisisse doleat, ad illum anxians præter quem non est vita. Sunt plures quos pœni- De pœtet peccasse, sed non omnino, reseruantes ni.dist. sibi quædam in quibus delectentur: non ani- 3.c sunt maduertentes dñm simul surdum & mutũ plures. à dæmonio liberasse, per hoc docens nos 4.sen.di. nunquam nisi de omnibus sanari. Si enim 15.c.satis vellet ex parte peccata reseruari, habenti se arbitror ptem dæmonia, manente vno proficere potuerat sex expulsis. Expulit autem septem Mat.12. vt omnia crimina simul ejcienda doceret. Marci.5 Legionem aũt ab alio ejciens neminem reliquit ex omnibus qui liberatũ possideret, ostendens ꝙ si etiã peccata sint mille, oportere de omnibus pœnitere. Laudatus est.n. dominus, quando ejecto dæmonio locutus est mutus. Nunquam aliquem sanauit, quẽ G non liberauit. Totum.n.hominem sanauit in sabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit, indicans pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima & corpore. Scio enim deum inimicũ omni criminoso. Qũo ergo qui crimẽ reseruat, de alio

alio recipiet veniam? Sine amore dei consequeretur indulgentiam, sine quo nemo vnquam inuenit gratiam. Hostis.n. dei est, dũ offendit perseueranter. Quædam enim impietas infidelitatis est, ab illo qui iustus & iustitia est dimidiam sperare veniam. Iam enim foret sine pœnitentia inuenire gratiã. Pœnitentia enim vera ad baptismi puritatẽ confitentem conatur adducere. Recte enim pœnitens quicquid sordiũ post purificationem contraxit, oportet vt abluat saltem lachrymis mentis. Sed satis durus est cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare. Sed sciat culpabiliter se durum, qui deflet damna temporis vel mortem amici, & dolorem peccati lachrymis non ostendit.

H Non itaque est vt quis excuset, sed non haQũo ꝙ bere fontem lachrymarum, qui nonnunquã bus cõsi- lachrymis ostendit dolorem temporalium. tendum. Quem ergo pœnitet, omnino pœniteat, Cap.10. & dolorem lachrymis ostendat, repræsende pœn. tet vitam suam deo per sacerdotem, præuedist. 1.c. niat iudicium dei per confessionem. Præce- Quem pit enim dominus mundatis vt ostenderent pœnitet ora sacerdotibus: docens corporali præsen- & d 3.c. tia confitenda peccata, non per nuncium, Sũt plu- non per scriptum manifestãda. Dixit enim, res.4.se. Ora monstrate, & omnes, non vnus pro di.17.c. omnibus. Non alium statuatis nuncium Sed ꝙ sa qui pro vobis offerat munus à Moyse stacerdotibus. tutum. Sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis, ex misericordia Luc.17. enim hoc præcepit dominus, vt nemi- Leui. 9. nem pœniteret in occulto. In hoc enim quod per seipsum dicit sacerdoti & erubescentiam vincit, timore offensi, fit venia criminis: fit enim per confessionem ueniale, quod criminale erat in operatione. Et si non statim purgatur, fit tamen veniale, quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans nihil eorum quæ commisit nuncio dei denegauit. Deus enim misericors & iustus est, sicut conseruat misericordiam in iustitia, ita I & iustitiam in misericordia. Opus enim est misericordiæ, peccanti peccata dimittere. Sed oportet vt iustus misereatur. Iste. Oportet enim vt non solum quid, sed in quo doleat considerer, si dignus est, non dico iustitia, sed misericordia. Iustitia enim sola damnat. Sed dignus misericordia est ꝙ spiritali labore petit gratiã. Labo-

rat enim mens patiendo erubescentiam. Et quoniam verecundi- magna est pœna, qui 4.sen.di erubescit pro Christo, fit dignus misericor 17.c. sed dia. Vnde pater ꝙ quanto pluribus confite- ꝙ Parãbitur in spe veniæ turpitudinem criminis, graphus tanto facilius consequitur misericordiam Vnde pa remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam tet. possunt proficere, plus confitentibus parce- Ioan.11. re: quibus enim remittunt, remittit domi- De pœnus. Lazarum quem de monumento iam ni.dist.1. suscitatum obtulit dominus discipulis solca.quem uendum, per hoc ostendens potestatem solpœniter. uendi concessam sacerdotibus. Dixit enim, Mat.18. Quodcunq; soluẽritis super terram, soluetur & in cœlis: hoc est, Ego deus & omnes ordines cœlestis militiæ, & omnes sancti in mea gloria laudant vobiscum & confirmãt quos ligatis & soluitis. Non dixit, quos putatis ligare & soluere, sed in quos exercetis opus iustitiæ aut misericordiæ. Alia autem opera uestra in peccatores non cognosco. K Quare qui confiteri vult peccata vt inue- De pœniat gratiam, quærat sacerdotem scientem ni.dist.1 ligare & soluere: ne cum negligens circa se ca. Quẽ extiterit, negligatur ab alio qui eum miseri- pœniter corditer monet & petit, ne ambo in foueam De pœcadant quam stultus euitare noluit. Tanta ni.dist.6. itaq; vis confessionis est, vt si deest sacer- cap. qui dos, confiteatur proximo. Sæpe enim con- vult. 4. tingit, ꝙ pœnitens non potest confiteri co- se.di.17. ram sacerdote, quem desideranti nec locus c.Nunc nec tempus offert. Et si ille cui confitebitur priusq; potestatem soluendi non habet, fit tamen di Paragragnus venia ex desiderio sacerdotis, qui so- phus. cio confitetur turpitudinem criminis. Mũ- Sed cudati enim sunt leprosi, dum irent ostenderet. re ora sacerdotibus, antequam ad eos per- Luc.17. uenirent. Vnde patet dũm ad cor respicere, dum ex necessitate prohibetur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidẽ eos quærunt fani & læti, sed dum quærunt antequam perueniant ad eos moriuntur. Sed dei misericordia est vbiq;, qui & iustus nouit parcere, & si non tam citò sicut si soluerẽtur à sacerdote. Qui igitur omnino confitetur, sacerdoti L meliori, q̃ potest confiteatur. Et si peca- Priusq; tum occultum est, sufficiat referre in noti- & publitiam sacerdotis, vt grata sit oblatio munes ca cõferis. Nam in resuscitatione filiæ principis sio & sapauci interfuerunt qui viderent. Nondum tisfactio enim erat sepulta, nondum extra portam ci Cap. ii uitatis delata, nondum extra domum in notitiam deportata. Intus resuscitauit quã iutus inuenit, relictis solis Petro & Ioanne

De pœ-ni.dist. 1. cap. Quem pœnitet. Et dist. 6. cap. Qui vult. 4.sen.di. 17.c.nūc priusquam. Luc. 8. Luc.7. Ioan.11.

ne & Iacobo & patre & matre puellæ. In quibus figuraliter continentur sacerdotes Ecclesiæ. Quos aūt extra inuenit, animaduertendum est qūo suscitabit. Flebat autem turba post filium viduæ, fleuit Martha & Maria supplicans pro fratre, flebat etiā turba q̄ Mariam fuerat secuta, lachrymis Mariæ admonita: In quo docemur publice peccantibus, non propriū, sed Ecclesiæ sufficere meritum. Sic itaq; mortuus iaceat, sicque se mortuum ostendat, publice mortem suam p̄dicando, publice fructus pœnitentiæ ostendendo, vt turba ploret amissum, & defleat quē dolet mortuū. Istis lachrymis mouebitur dominus, qui reddet matri vnicū filiū. Si nimis perseuerauerit, si se mortuum per fructus pœnitentiæ non declarauerit, tanto

M plus oportet addere, Vnde lachrymis excitetur, non solum Marthæ, sed etiam Mariæ. Tantū se affligat, tātum se dolere & se mortuum sentire ostendat, vt audientes & contemplantes orent veniam. Quorum fletum miretur Ecclesia, Qui enim multos offendit peccando, placare multos oportet satisfaciendo: vt Ecclesia prius offensa per culpā, in conuersione flectatur per misericordiā, orans pro ipso quem defunctum dolebat, vnde deus flecteretur ad veniam qui prius adhibuit misericordiam. Laboret itaque

Extra Ecclesiā non est pœnitentia. Cap.12. De pœni.dist. 6. cap. Qui vult. 4.sen.di. 17.c.nūc priusquam.

pœnitens in Ecclesia esse, & ad Ecclesiæ vnitatem tendere. Nisi enim vnitas Ecclesiæ succurrat, nisi quod deest peccatori sua opitulatione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim, & pietas fidei expostulat credere, quòd omnes eleemosynæ totius Ecclesiæ & orationes & opera iustitiæ & misericordiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem suam. Ideoque nemo digne pœnitere potest quem non sustineat vnitas Ecclesiæ. Ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab vnitate Ecclesiæ diuisos. Iudas enim pœnitens iuit ad Pharisæos, reliquit Apostolos: nihil inuenit auxilij, sed augmentum desperationis. Dixerunt enim, Quid ad nos tu

Mat.27. A videris. Si peccasti, tibi sit, non tibi succurrimus, non peccata tua charitatiue susc ipimus, non comportanda promittimus, non qualiter deponas onus docemus. Quid enim nobis & misericordiæ, qui nec opera sequimur iustitiæ? Si esset ad fratres, si esset ad illos qui orauerant pro socru Petri

Luc.4. fabricante, quia Chananæam improbā misericordiæ obtulerant, Interrogasset Petrum pro se lachrymas effundentem, non fugisset Mariam & Martham, quæ vitam Lazaro Ioan.11. impetrauerant, nō turbam plorantem, quæ Luc.7. vnicum filium resuscitarat viduæ: Iuit ad diuisos, & diuisus perijt. Hanc vnitatem omnis boni sentit operatricem qui dixit, Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos. Nisi enim in Ecclesia vniuersali populos se continentes cognosceret, se vineam impetraturum nō præsumeret. Scit enim & experimento cognoscit, vtpote qui pro omnium salute laborauerat, se absque auxilio Ecclesiæ stare non posse. Non enim est parum cui omne bonum succurrit, siue in cœlo siue in terra constitutum. Hoc amittens per excommunicationem, nisi recuperet per sanctæ matris vnitatem vel pietatem, quomodo vnquam poterit pœnitere, quomodo deum beneuolum poterit inuenire, B qui eius sanctissimam sponsam & matrem, filiam & sororem non dubitauit offendere, & eius auxilium omnino contemnere.

Et fide pœniteat, credat hanc esse medicinam, omnes fructus sub pœnitentiæ paruos habeat, nunquam credat sufficere, semper doleat, semper coram domino ante quē peccauit erubescat, dolorem cum vita finiat. Nam si & Apostolus etiam peccata per baptismum remissa continue plorat, nobis etiam super fundamentum Apostolorū positis quid præter plorare restat? Quid ni si semper dolere in vita? Vbi enim dolor finitur, deficit & pœnitentia. Si autem pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tandiu enim gaudeat & speret de gratia, quandiu sustentatur a pœnitentia. Dixit.n. Ioan. 8. dominus, Vade, & amplius iam noli peccare. Non dixit, nec pecces: sed, nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur nisi dolor continue in pœnitentia custodiatur? Hinc semper doleat, & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia, si contigerit, semper doleat. Et non sit satis quòd doleat, sed ex fide doleat, & non sem C per doluisse doleat. Consideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in personantia, in varietate personæ, & quali hoc peccatorum. fecerit tentatione, & in ipsius vitij multiplici executione. Oportet enim pœnitere Cap.14. fornicantem secundum excellentiam sui status aut officij, & secundum modum meretricis, & secundum modum operis sui, & cap. qualiter turpitudinem suam peregit. Si in

Dolor ex fide. Cap.13. De pœ. distin.5.

Conside raret ergo. 4.sen.distin.16. cap. In perfectione.

loco sacro, aut cui debuit excellētiam fidei, vt sunt domus dominorum & aliorū multorum. Si in tempore orationi constituto, aut in festiuitate sanctorum, & in tempore ieiunij, Consideret quantum perseuerauerit, & defleat quod perseueranter peccauerit, & quanta victus fuerit impugnatione. Sunt enim qui non solum non vincuntur, sed vltro se peccato offerunt: nec expectāt tentationem, sed præueniunt voluptatem: & pertractāt secum quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccent. Omnis ista

D in singulis istis, & sentiat modum criminis: purgans lachrymis oēm qualitatem vitij, defleat virtutem qua interim caruit. Dolendum est .n. & dolore purgandum, non solū quia peccauit, sed quòd se virtute priuauit. Nam licet speret se consecuturum veniam, dolere tamen potest, quia non p̄ meruit vnde remunerari confidat: anxietur & doleat quòd modo effugiens de præteritis pœnam miser non inde expectet gratiam, cuius omne tempus qūi breuissimum est, debuit decertauisse ad consequendum præmium. Defleat etiam quoniam in vno offendēs factus est omniū per ingratitudinē reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quò est deo acceptior, Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Etiam alio modo offendens in vno, reus est omnium, quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Nam si quis cadit in auaritiam, largitatem destruit, & etiam castitatem minorauit. Amore enim pecuniæ, vel violaret castitatem, vel saltem minus amaret. Si enim propter deum tanta adhuc castitas inest, vt nolit eam perdere: tamen sal

E tem minori gaudio, minori affectu tuetur eam, vbi videt inde procedere damnum pecuniæ. Sicque & in alijs, quæ etiam si non expellantur, tamen per conceptionem vnius vitij vel satis vel parum minuuntur, vel intentione deteriorantur, vnde omnis virtus cuicunque crimini est defluenda, & de omnibus indulgentia est petenda. Animaduertere etiam oportet, & animaduertendo defiere animā proximi, quam fornicator deo eripuit, vel ereptam in malo confirmauit: etiam p̄ exēplum extitit mali in operatione sui criminis, cui magis profuisset si alijs fuisset causa conuersionis. Gemat itaq; aliorum vitam in sua corruptam, vel incorruptam non conseruatam, & cōmodum p̄ximi quod dedisset exemplo boni. Doleat de tristitia, quam peccando bonis intulit, & de lætitia quam eis non adhibuit. Et non solum cogitet quid & qualiter fecerit, sed quā iniuste deum, vt diximus, peccando offenderit. Timeat illam veritatis sententiā, Nō Matt.6. potestis duobus dominis seruire. Timeat ergo ne omnia bona quæ fecit, dum in vno peccato perseueraverit, ex contaminatione mali perdiderit: vt qui seruiuit diabolo per crimen, dei quam obtulit amiserit seruitutem. Pium est tamen credere, vt recepta F dei gratia, quæ in eo destruit mala priora, etiam remuneret bona: vt cum destruxerit quod suum non inuenit, amet & diligat bonum quod etiam in peccante plantauit. In omnibus dolens, aut seculum derelinquat, aut saltē illa quæ sine admixtione mali non sunt administrata, vt mercatura & militia, & alia quæ vtentibus sunt nociua, vt administrationes secularium potestatū, nisi his vtatur ex obedientiæ licentia. Ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui, vt omnia eo iubente paratus sit facere pro reparā da animæ vita, quæcunq; faceret p̄ vitāda corporis morte, & hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam vt deus. Cū gaudio.n. debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus. Sēper deprecetur deū, certus de venia, qui omnibus modis & sine tædio dubius rogaret potestatem terrenam. Abstineat à multis licitis, qui per libertatem arbitrij commisit illicita. Semper offerat deo mentem & cordis contritionem, & deinde quod potest de possessione. Tunc quod offert securus offerat. Respexit .n. dominus ad Abel G & ad munera eius, sed prius respexit ad Abel quam ad munera. Sumens enim mentem quam cognouit humilem ac puram, remuneratit eius largitatis munera. Ad Cain vero non respexit, nec ad eius munera. Mentem enim eius quam viderat, quoniam non cognouit humilem eius munera non recepit. In iudicio enim cordis consideranda est eleemosyna tribuentis. Nec iam considerā-

De pœ. distin.3. cap. Piū est. & di.5. c. Cōsiderarēt. 4.sen.di. 5.cap. Quibus dā. Satisfactio. Cap.15 De pœ. di.5.ca. Conside ret. 4.sen.di. 16.ca.in perfectione. Gen.4.

dum

dum est quantum, sed qua mente, qua affe-
Luc.21. ctione dat quod potest: Vidua enim duo-
bus quæ habuit larga minutis, plus omni-
bus misit. Qui igitur vult peccata sua redi-
mere temporalium oblatione, caueat vt of-
ferat mentem prius. Cautus sit ne verecun
dia ductus diuidat apud se confessionem, & di
uersa diuersis sacerdotibus velit manife-
stare. Quidam enim vni celant, quæ alij
manifestanda conseruant: quod est se lau-
dare & ad hypocrisim tendere, & semper ve
nia carere ad quam per frusta totam putat
peruenire. Caueat præterita quem vera
delectat pœnitentia, non prius ad domini
corpus accedat quam confortetur bona cō-
scientia. Sed in hac separatione tremendum
dei iudiciū cogitet, vbi magis terribilis sen-
tentia peccantes separabit in ignem. Gemat
H quòd nōdum audet sumere quem multum
desiderat cibum salutarem. Isti sunt digni
fructus pœnitentiæ, animam captiuam ela-
queantes, & in libertate seruātes. Cohibeat
4.sen.di. se præterea à ludis & à spectaculis seculi,
16.ca.in qui perfectam vult consequi gratiam remis
pfectio- sionis. Nam Dina si se cohibuisset, si inter
ne. suos remansisset, ab extraneo raptore corru
Gen. 34 pta non fuisset. Tanto igitur magis sibi
caueat & cohibeat se anima quæ sæpe vel se
mel corrupta est & rapta: timeat iam docta
experimento, quod ignorauit virgo, eligat
quem imitetur, non sequatur quem animus
suus damnat. se enim iudicat qui fructus
pœnitentiæ non habentem à se non elon-
gat. Laudet enim & amet quos digne fru
ctificare non ignorat: quærat fructus di-
gnos, & si non dignos pœnitentiæ. Sunt.n.
digni fructus virtutum fructus, qui non suf
ficiunt pœnitentibus. Pœnitentia enim gra
uiores expostulat, vt sic pacetur Ecclesia,
vt pacata dolore & gemitibus mortuis im-
petret vitam. Sentiat culpam, nec velit
Accuset excusare ne augeat crimen: vt Adam cui
nō excu non sufficiebat peccasse, sed ampliauit cri-
set se cō- men culpando vxorem, & culpam transfe-
fitens. rens in authorem. Istud peccatum multo-
Cap.16. I ties incurritur, sed neglectum ignoratur.
Non itaque peccantes dicamus, Non aliud
potui: cur me constituisti furem, quia deus
fecit me pauperem, Nec mirum si deditus
sum fornicationi, quia talis creatus sum na
turæ & fragilitatis. Fragilitas enim vi co-
git, vt voluntas committat criminalia. Er-
rat qui fallitur, Natura enim talis est, vt
quisque possit resistere malo, cui se subijcit
ex arbitrio. Sunt autem qui defendunt culpam in dei prouidentia, reputantes dei ordi
nationi & necessitati, quod relictum est vo
luntati & arbitrij libertati. Sciuit enim deus
quid facturus esset qui peccat, sed non or-
dinauit peccatum qui nullum relinquit im-
punitum. Ordinauit pœnam, amantibus
culpam. Ignis enim opus est iustitiæ, vt
habeant vnde doleant, qui gaudere non a-
mant. Non ordinauit peccare, qui pecca-
tum voluit curare: sed permisit libertati,
quod peccator donauit necessitati. Si enim
non posset peccare, non deberet qui totus
est iustitiæ remunerare. Ideo non sanctifi-
cat animalia muta, quia nulla possunt com
mittere crimina. Angeli quoque qui persti
terunt si liberi non fuissent, vnde corona-
rentur? Potuerunt enim peccare, quorum K
similes ceciderunt. Licet.n. misericorditer
cuncta creauerit, iustitiam tamen in miseri-
cordia qui iustus est custodire oportuit.
Sed dicit qui non sentit culpam suam, Ni-
hil boni possum habere, nisi inspirante gra,
nihil.n. sine gratia possum facere. Si ipse ita-
que me non conseruat, ego qui ex me ni-
hil possum, quam habeo culpam? Si ego si-
ne eo possem vitare crimen, me sentirē cul
pabilē. Adhuc omnia quæcunq; voluit dñs
fecit in cœlo & in terra. Quid itaq; culpæ
in me est, si non vult saluare? Multum, in-
quā, Licet enim nil consequi possis sine mi
sericordia illa quā repellis: potes tamen libe
re tenere gratiam, quam retinendo potes, si
tamen placeat, euitare culpam. Deus enim
qui semel incepit benefacere, nisi quod om-
nino nostrum est, derelinquamus eius bene
ficium, qui pius est inspirando, cogitur ex
necessitate iustæ misericordiæ, neminem
prius posse relinquere. Non enim sui relin
quere est, nisi relinquentem. Idcirco.n. cul-
pa nostra est, quia fugimus gratiam quam
possemus habere perpetuam: semper inui-
ta recedit, & nunquam aliquem spontanea
deserit. Cui tamen sententiæ non contradi-
cit, Sed omnia quæcunq; voluit fecit. crea- L
uit enim quicquid voluit, nec plus creauit
quàm voluit. Vult tamen in vnoquoq; bo-
im, & in nullo malum. Sed sic vult, vt
homo quem non vult peccare non desi-
nat esse homo. Non tamen vult ita homi-
nem non peccare, vt eum velit bouem sta-
tuere. Non enim haberet quem remunera-
ret, nec cui fulgorem suæ claritatis infunde
ret, nec quem cohæredem statueret, nec in

in quo imaginem & similitudinem suam in
ueniret. Nec illius qui totus iustitia est, fuit
aliquem sic creare vt non posset peccare, ni-
si hoc ꝓmeretur in humana libertate. Vult
itaq; fieri bonos saluo vtriusque esse, vt ipse
remaneat deus & iste homo. Si enim forma-
ret hominem sine libertate, contra iustitiam
faceret quæ deus est. Si auferret libertatem,
humana dignitas non remaneret. Voluit
itaq; non peccare hominem ſ. humanam na
turam non amittere. Sic itaque prius est, q̄
nostram vult salutem: & non est impotens,
qui hoc vult saluo vtriusque iure. Iustus e-
nim est rex, cuius ius tueri oportet: præsto
semper est gratia quæ nunquam defuit nisi
prius expulsa. Continue & necessario quod
suum est inspirat, si est qui recipiat, & expul
M sa reuertitur per pœnitentiam. Et vt non pe
reat creatura quam pietate sua liberam crea-
uit, & ex libertate ditatam, in auxilium gra-
tię retinendæ, quæ semper præcedit omnem
creaturam, fecit vt libere seruiret. Ad hanc
protegendam, ad hanc non expellendam ad-
didit angelos & sanctos omnes beatos, addi-
ditq́; omnes in æterna vita collocatos, addi-
dit & in carne viuos, & totam sanctam Ec-
clesiam, omnibus & in omni suo bono suc-
currentem: & quod maximum est, filium
suum misit in auxilium quem tanta pro no
bis pati decreuit, & interpellatorem consti-
tuit continuum quem dilexit. Inspiratione
suæ pietatis, præter quam nihil creauit, nō
expellamus, non fugiamus, nō fastidiamus,
omnibus adiuuantibus firmiter & cum gra
tiarum actione teneamus. Sic culpa nostra
est non creaturarum nobis in auxilium tri-
butarum, non authoris nihil iniuste, sed
pie volentis, & in omni voluntate sua om-
nipotentis. Qui itaque in confessione ista
animaduertit, aut saltem contra istam cul-
pam suam non defenderit, per pœniten-
A tiam consequetur veniam. Hæc est vera
Dilatio pœnitentia quæ sic est fructifera, quam no-
cōfessio bis concedat qui totus est vera misericor-
nis. dia. Nullus ergo expectet quando iam
Cap.17. non possit peccare. Arbitrij enim quærat
Luc.23. libertatem vt dolere possit commissa, non
De pœ necessitatem. Qui prius itaque à peccat.
ni. dist. relinquitur quàm ipsa relinquat, ea non li-
7.cap. bere, sed quasi ex necessitate condemnat. Li-
nullus cet enim latro ueniam meruisset in fine de
4.se.di. omni suo crimine, non tamen dedit bapti-
20.c.Sci zatis peccandi & perseuerandi authoritatē.
ēdum.1. Tunc.n. baptizatus est, q̄ tūc primū in cru-
ce Christū confessus est, Pœnitētia enim si
in extremo hiatu vitæ aduenerit, sanat & li-
berat in ablutione baptismi, ita q̄ nec pur-
gatoriū sentiunt qui in fine baptizātur. Sed
ipsi ditati bonis sanctę matris Ecclesię, sunt
recepturi multiplex bonum in vera beati-
tudine. Illi aūt qui cum potuerunt nunquā
conuerti voluerunt, confitentes cum iam
peccare nequeunt, non sic facile acquirunt
quod volunt. Oportet.n. vt pœnitentia fru-
ctificet, ad hoc vt mortuo vitam impetret. 1.Co.13
Scriptum est enim sine charitate neminem
saluū esse. Non itaque in solo timore viuit
hō. Quē ergo sero pœnitet, oportet nō solū
timere deum iudicē, sed & iustum diligere.
Non timeatur pro pœna, sed ametur pro B
gloria. Debet enim dolere de crimine, & de
omni eius prædicta varietate. Quod quan-
uis licet de eius salute Augustinus potuit
dubitare, credo quidem illi qui dixit, Qua- Eze.33.
cunq; hora peccator ingemuerit & conuer-
sus fuerit, vita viuet. Dixit conuersum, non
tantum versum vita viuet. Versum quidem
puto qui dolet de crimine, conuersum qui
dolet de animi eius quam exposuimus va-
rietate. Vertitur a peccato qui iā vult dimit
tere peccatum, Conuertitur qui iā totus &
omnino vertitur, qui iam non tantū pœnas
non timet, sed ad bonū dñi contendere festi-
nat. Quæ conuersio si cōtigerit alicui ēt in
fine, desperandum non est de eius remissio-
ne. Sed qm̄ vix vel raro est tā iusta cōuer-
sio, timendū est de pœnitente sero. Quē.n.
morbus urget, pœna terret, ad veram vix
veniet satisfactionē, maxime cum filij quos
illicite dilexerit sint præsentes, vxor & mū-
dus ad se vocent. Multos.n. solet serotina
pœnitentia decipere. Sed qm̄ deus semp po-
tens est, semper etiam potest in morte iuua-
re quibus placet. Cū itaq; opus sit non ho- C
minis sed dei, fructifera pœnitentia, inspira-
re eam potest quandocunq; vult sua miseri-
cordia, & remunerare ex misericordia quos
damnare potest ex iustitia. Sed qm̄ multa
sunt quę impediunt & languentem retra-
hunt, periculosissimum est & interitui vici-
num, ad mortē protrahere pœnitentiæ re-
mediū. Sed magnum est cui deus tūc inspi-
rat. Si quis est igitur qui veram tūc quær at
pœnitentiam, expectet dei clementiam, ma-
iorem sentiens dei bonitatem sua nequitia. ignis
Sed si etiam sic conuersus euadat, vi- purgato
ta viuat & non moriatur: non tamen ri-
promittimus, quòd euadat omnem pœnam. Cap.18.

Nam

De pœ- ni.dist.7 c. nullus 25. dist. ca. Qui in aliud. 4.sen.di. 20. cap. Sciedū.

Nam prius purgãdus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis. Hic aũt ignis & si æternus nõ sit, miro tñ modo est grauis: excellit.n.omnem pœnã quam vnquã passus est aliquis in hac vita. Nunquã in carne tanta inuẽta est pœna, licet mirabilia passi sint martyres tormenta, & multi nequiter iniqui tanta sustinuerint supplicia. Studeat ergo quilibet sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat talem pœnã tolerare. Quædam.n.peccata sunt quæ sunt mortalia & in pœnitentia fiunt venialia, non tñ statim sanata. Sæpe.n.quidam ægri morerentur nisi medicarentur, nec statim sanantur. Languet victurus qui prius erat moriturus. Qui aũtẽ impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciabitur. Qui enim impœnitens moritur vel finitur, si semper viueret, semper peccaret. At dei est miserentis qui operatur finem peccantis: ob hoc etiam sine fine torquetur, quia nunquam ditatur virtute: semper plenus iniquitate, semper sine charitate torquetur sine fine. Omnia ista mala deuitat pœnitentia, quæ dolorem semper expetit in pœna. Continue.n.dolendũ est de peccato, quod declarat ipsa dictionis virtus. Pœnitere.n.est pœnam tenere, vt semper puniat in se vleiscendo quod cõmisit peccando. Pœna.n.proprie dicitur læsio, quæ punit & vindicat quod quisque cõmisit. Ille igitur pœnam tenet qui semper punit quod commisisse dolet. Supradictis itaque modis requirat indulgentiam, qui dolet de culpa. Non erubescat confiteri peccata peccatori. Si.n.sacerdos peccata non haberet, erubescere posset qui peccata sua ei manifestaret. Sacerdos itaque cui omnis prosertur peccator, ante quem statuitur omnis languor, in nullo eorum sit iudicandus quę in alio iudicare est promptus. Iudicans.n. alium qui est iudicandus, condemnat seipsum. Cognoscat, igitur se & purget in se quod alios videt sibi offerre. Caueat ergo ca, Qui vt à se abtecerit q̃quid in alio damnosum repererit. Animaduertat, q̃ qui sine peccato est, primus in eam lapidem mittat. Ideo enim liberauerit peccatricem, quia nõ erat qui iuste proijceret lapidem. Quomodo lapidaret qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato, in quo intelligitur omnes crimine fuisse reos, Nam venialia semper remittebantur per ceremonias. Si quod igitur peccatum in eis erat, criminale erat. Deteriores itaq; in hoc sunt sacerdotes se prius non ædificantes, illis quidominum obseruabant insidijs. In hoc itaque patentissimum est crimen sacerdotum & vltra modum detestabile, qui non prius se iudicant, & alios alligant. Deberent enim in se timere crimen, quod in alijs timuerũt & detestabile senserunt. Illi quidem adeo cæci erant, q̃ summam sapientiam sperabãt capere suis insidijs. Quod illis patur, quod tunc quisque vitauit, vitet sacerdos qui in hoc errore peior illis Iudæis extiterit. Caueat spiritalis iudex, vt sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scię tiæ. Oportet enim vt sciat cognoscere quic quid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, vt quod debet iudicare, discernat. Diligens igitur inquisitor & subtilis inuestigator sapiẽter & quasi astute interroget à peccatore quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare. Cognito itaque crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum & tempus, & cætera quę supra diximus in exponendo eorum qualitates. Quibus cognitis asit beneuolus, paratus erigere & secum onus portare. Habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in uarietate. Adiuuet confitentem orando, eleemosynas dando & cætera bona pro eo faciendo. Semper eum iuuet leniendo, consolando, spem promittendo, & cum opus fuerit etiam increpando: doceat loquendo, instruat operando. Sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij. Doceat perseuerantiam, caueat ne corruat, ne iuste perdat potestatem iudiciariam. Licet.n.pœnitentia ei possit acquirere gratiam, non tamen mox restituit in potestatem primam. Licet.n.Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non est tamen necesse vt hoc omnibus concedatur quasi ex authoritate. Inuenitur enim authoritas quæ concedit & quasi imperat. Inuenitur alia quæ minime concedit, sed vetat. Quæ scripturæ non repugnant, sed concordant, si tempus & locus & modus pœnitentiæ pacem adhibeant. Cum.n. tot sunt qui labuntur, vt pristinam dignitatem ex authore defendant, & quasi ausum peccandi sibi faciant, rescindenda est spes ista. Si vero locus est vbi ista non concurrant, restitui possunt qui peccant. Itaque pontifex iustus atq; discretus, non cogitur sacerdotes suos

Dolor de pecca tis.c.19. 4.sen.di. 14. cap. Posthæc

Sacerdos qualis esse debeat. Cap.20 De pœni.dist.6 Qui vult.

suos semper abijcere, nec mox restituere, nisi statutum fuerit à Romano pontifice. Ex supradictis itaque patet q̃ pœnitentia omnibus utilis est, nec spem auferens, nec temeritatem cõcedens, sed digne & uere suscepta promittit non solũ indulgentiam, sed certa præmia. Hæc scribimus tibi studiosa veritatis, & amatrix certitudinis, de uera pœnitentia, ueram à falsa separantes. Quam nobis det experimento cognoscere, & eius vsque ad finem dulcedinem sentire, qui tibi illustratione sui luminis prærogamen contulit bonitatis, & in ipso stabilitatis in odorem
H suauitatis. Amen.

Finis.

LIBER SIVE EXHORTATIO de salutaribus documẽtis ad quendam Comitem.

Vera iustitia. Cap. 1.

Mi frater, si cupias scire, quanuis ego nesciam, quæ perfectissima atq; plenissima sit iustitia. Iustitia namque est, deum ex toto corde amare, illiq; adhærere tota uoluntate qui est summum bonũ, Summum uero amare bonum, summa est beatitudo. Qui deum amat, bonus est, Si bonus, ergo & beatus. Quem quanto quis ardentius amat, tanto melior efficietur: quatenus hoc beatissimo bono abundare te faciat, charissime frater, ipse qui est hoc bonum, quotidianis precibus, integro cordis desiderio eum, etsi indignus, deprecari studeã. Tu uero frater charissime intellige, quia cõsilio sanctæ trinitatis & opere maiestatis diuinæ creatus es. Ex primoq; cõditionis honore intellige quantũ debeas cõditori tuo, dum tantũ mox in cõditione dignitatis prius legium præstitit tibi conditor æternus, vt tanto eum ardentius amares, quanto mirabiliorem te ab eo esse conditum intelligeres.

Condi- tus hõ. Cap. 2.

Imago dei qũ in homine. Cap. 3.

Nec hoc solum quòd consilio sanctæ trinitatis sic excellenter à conditore conditus es, sed etiam quòd ad imaginem & similitudinem suam ipse creator omnium creauit, quod nulli alij ex creaturis nisi soli homini concesit. Et hæc est imago vnitatis & trinitatis omnipotentis dei, quã anima tua habet in se. Primum, quia secundum dei donum viuis ac sapis. Secundum, quia ad imaginem tui conditoris creatus es. Tertium, licet vnus appelleris homo, tñ tres habes à patre & filio & spiritusancto cõcessas dignitates. i. intellectum volũtatem & memoriam. Quod idem licet alijs verbis designatur in Euangelio cum dicitur, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis. In his enim tribus imaginem cõditoris nostri mirabiliter gerit in sua natura noster interior homo, ex quibus quasi excellentioribus animæ dignitatibus iubemur diligere conditorem, vt quantum à nobis intelligitur diligatur, semperq; in memoria qua recipitur, habeatur. Nec solum sufficit nobis, deum intelligere, nisi fiat in amore eius uoluntas nostra: immo nec hoc sufficit, nisi cum memoria & uoluntate opus addatur. Tuo vero capiti frater charissime, asit gratia spiritalis scientiæ, quæ mentem tuam illuminet, & ad uitam æternam sicut desidero & opto, perducat. Toto etenim cos cordis mei affectu opto, deumq; deprecor vt semper ad anteriora te extendas, donec peruenias ad sublimẽ perpetuæ beatitudinis coronam: & animi tui nobilitatem quam in te optime scio, nullis amicorum consilijs, nulla secularium ambitione desideriorum, ab amore Christi immutari permittas. Noli tuam bonitatem aliorum malignitate obscurare, sed vbique quantum uales amabilis coram deo & omni populo appareas. Noli putare q̃ is qui hominibus aliq̃ displicet, deo per omnia displiceat. Non deerit tibi gratia adiuuantis dei, si tibi aderit voluntas admonitionis sanctæ, quam sæpius in scripturis diuinis mens bonitatis tuæ attendit. Esto quæso te quauis laicus ad omne opus dei promptus, pius ad pauperes, mediocris ad delinquentes, ad dei infirmos misericors, consolator merentium, compatiens miserijs omnium, largus in eleemosynis, memorans Euangelicę viduæ offerentis duo minuta, Et audi Prophetam dicentem, Frange esurienti panem tuum. Et cautè pręuidens discretionem eleemosynæ, ita vt vtriq; danti scilicet & accipienti sit solatium. Itaque non solum de salute tua, verumetiam de multorum prosperitate meditare. Elige tibi consiliarios bonos, deum timentes & veritatem amantes. Sæpe etenim adulatores blanda facie decipiunt animas audiẽtium se, & perpetuę mortis laqueis interimunt. De talibus enim dicit Psalmista, Quoniam deus dissipauit os-

Conuersio ad deum. Cap. 4.

Eleemosynа. Cap. 5.

Qui cõsulendi. Cap. 6.

Luc. 21. Esa. 58.

Psal. 52

fa corũ qui hominibus placent, confusi sunt,
Gala. 1. quũ deus spreuit eos. Et Apostolus dicit, Si hominibus placerem, Christi seruus nõ essem, Vnusquisq; ad ædificationem, & non ad destructionem placeat proximo suo: quia non omnis amicus consiliarius esse poterit,
Eccle. 6. dicente scriptura, Amici tibi sint multi, cõsiliarius autem vnus. Licet enim me mutatis in absentes. tionis locus longe tulisset à vobis corpore, sed nullatenus charitate: quia charitas quæ
Cap. 7. deseri potest, nunquam fuit vera. Ideo intima amicitiarum charitate quantum possumus domino Christo coniungamur, quia
Ioã. 15. ipse ait, Vos amici mei estis si feceritis, q̃ ego præcipio vobis. Et iterum ad discipulos
Obseruatio præceptorũ. suos, iam non dicam vos seruos, sed amicos meos. Et si præmia æternæ uitæ uolumus
Mat. 11. promereri, illius præcepta totis uiribus sata-
Esa. 66. gamus custodire. Præcepta nanq; eius nolẽtibus grauia sunt, uolentibus leuia, sicut ipse ait, Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Et iterum, Super quem requiescam nisi super humilem & quietum & timentẽ sermones meos? Seculi enim amicitia aut lucro, aut beneficijs, aut diuersis honoribus constat. Saluatoris autem amicitia in se & A in proximo diligendo consistit. Igitur quotiescunq; bonis actibus mãdata Christi facimus, toties Christi amici vocamur. Ille semper inuitat nos ad amicitiam suam, & diabolus inuidẽs quærit nos mergere in infernũ. Saluator nos amat, & proditor nos odit: ideo non prætermittamus redemptorem, ne sequamur prædonem. Charior nobis sit q libertatem restituit, quàm qui nos captiuauit & seruituti subdidit. Semper ante oculos cordis pone, quòd nec amicorum turba, ne familiæ multitudo, nõ auri argentiq; congestio, non gemmarum lapilli fulgentes, nõ uindemiarum vbertas, non densitas segetũ, non iucunditas extensa pratorum possunt animæ exeunti de corpore vllum afferre præsidium, sed potius lugent qui ea diligũt, Ideo diligendus est verus amicus noster dominus Iesus Christus, qui præsentem fœlicitatem nobis & æternę vitę tribuet beatitudinem. Nam redemptor noster ideo dicitur, quia nos redemit à diaboli captiuitate: & Saluator, nos saluando à peccatis nostris: adiutor, adiuuando nos in opportunitatibus, in tribulatione: protector noster, protegendo nos vt inter inimicos nostros maneamus illæsi: susceptor, susc ipiendo nos
B in æterna tabernacula. Ideo charitatem & præcepta & amorem tanti amici nostri totis viribus adimpleamus, & nobilitatem imaginis illius in nobis seruemus, & rememoremur semper, quàm inclitus & valde gloriosus Imperator & amicus noster est. Ille à nobis non aliud quærit munus nisi spirituale. Caueamus quantum possumus ne ali quid in nobis inueniat, quod oculos eius offendat. Et si forsitan, vt solet humanæ fragilitatis conditio, aliquam negligentię maculam malignus spiritus in nobis infigit, citius per confessionem & sapientiam fontemque lachrymarum abluere eam omni studio festinemus, ne diu sine amici nostri amplexu maneamus, quia paratior est nos recipere quàm perdere, tantum si non tardemus de die in diem reuerti ad illum. Hæc enim duo mala omnipotens deus odit in omnibus hominibus, id est, negligentiam reuertendi, & desperationem salutis. Tantum hęc absint àcogitationibus procul nostris: & ille tũc animis prope erit nostris. Ne quæso de terrena fœlicitate gloriantes confidamus, sed gratias agamus ei, qui dum homines uoluit esse rationales, non superbia, sed humilitate prosequi se rogauit. Quæ rogo C maior eẽ nobis poterit gloria vel sublimior honor, quam eius imperatoris esse amicos, qui super omnes imperatores est? Et quanto ille sublimior est in omnipotentia & uirtute, tanto nos maioris debemus esse diligentię in sanctitate & iustitia, & humilitate & obseruantia mandatorum illius. Sanctitas Iustitia.
uero in iustitiæ operibus constat. Iustitia Cap. 9.
vero duobus adimpletur: vt quę prohibita sunt ab eo, non faciamus: & quæ iussa ab eo faciamus: iuxta Prophetam, Diuerte a malo & fac bonum. Omnis enim librorũ san- Psal. 33.
ctorum series ad nostrã salutem scripta est: & hoc maxime nostris auribus intonat, & iterum atq; iterum replicat, quid sit homini cauendum vel quid sequendum. In quibus libris tua dignitas optime exerceri solet, quia per illos nobis loquitur deus ipse & dominus noster, & piæ nobis voluntatis demõstrat affectum. Recognoscamus & recogitemus, quali honore nobis illius sit legatio
cipienda. Quid si legatio à rege aut à iudicibus ad nos veniret, nunquid nõ mox alijs curis post positis prompta voluntate & cũ omni deuotione literas acciperemus, & legẽtes implere satageremus? Et ecce de cœlo rex regũ & dñs dominantiũ, immo & redẽptor noster per Prophetas & Apostolos di- D
gnatus

gnatus est nobis dirigere literas suas, non ut aliquod seruitium sibi necessariũ demãdet, sed quæ ad salutem & gloriam nobis prodes-
De⁹ possessio nostra. Cap. 10. se posint innotescat. Proinde si aliquid in hoc seculo possidere delectamur, deum qui possidet omnia, qui creauit omnia, expedit ut mẽte possideamus, & in eo habeamus quæcunque fœliciter & sancte desideramus. Sed quoniam nemo possidet deum, nisi qui possidetur ab eo: simus nosipsi facti dei possessio, & efficietur nobis possessio deus. Et quid potest esse in mundo fœlicius, q̃ cui efficitur suus Imperator & redemptor census, & hæreditas dignatur esse ipsa diuinitas? Omnes.n. ex illo fructus percipimus, si in illo & de illo semper uiuimus. Quid rogo homini sufficit, cui ipse cõditor nõ sufficit? Quid ultra q̃rit, cui vẽ gaudiũ & omnia
Gaudiũ mundi. Cap. 11. suus redẽptor esse debet? Heu q̃ subtiliter nos ille antiquus hostis decipiẽdo fallit, eamq; cæcitatẽ ante oculos mentis nostræ abducit, ne discernere ualeamus gaudium huius seculi & gaudia regis æterni. Nã gaudere siquidem bonum est, sed qui gaudet, si non inde gaudet vnde debet, non potest bonum esse quod gaudet. Gaudet miles terrenus acquisisse honores huius seculi perituE ros, vestes pulchras, & speciosas armillas brachio circũdatas, coronam capiti impositã: & tale gaudiũ nõ est æternũ, sed perieturum. Gaudet & raptor, cũ desiderata rapuerit. Gaudet ebriosus, cũ occasionẽ potationis inuenerit. Gaudet adulter, cũ ad delectationẽ corporis fruendi meretricis puenerit. Gaudet periurus, si huius seculi facultates iurãdo acquisierit. Gaudet iracũdus, si irã suã pfecerit. Et multa alia quæ mẽs bonitatis tuæ frater charissime cõprehendere poterit. Et cum sit gaudere bonũ, de his atque hmõi tamẽ gaudere grande malũ est, & perducens usq; ad mortem peccati. Nec ullum quodlibet scelus corã deo tam abominabile fit, q̃ præterita peccata unicuiq; nostrum reminiscendo gaudere & inde exultare, atque in eis semper iacere. Hæc sunt quæ superius diximus, vnde nos uult gaudere mundus, ut pereamus cum amatoribus huius mundi. Hæc.n. gaudia uelut uenena diaboli re- F
diare debemus, quia nõ solũm corpora, sed
F & animam nostram perpetualiter necare se
Gaudiũ stinãt. Quæso frater mi, quæso has diaboli
spiritale sagittas ad petram quæ Christus est allidẽs,
Cap. 12. sume fidei scutum, in quo possis omnia tela
Ephe. 6. diaboli ignea extinguere, & gaudeas de bõis, de conscientia pura, de confessione uera & sapientia digna, de luctu et uera tristitia quę non secundum mortem, sed scd'm deum salutem operatur æternam. Eam uero quæ secundũ hoc seculũ est tristitiã, firmiter Apostolus phibet dicẽs, Nolite cõtristare spm- Ephe. 4.
sanctũ dei in quo signati estis in die redemptionis. Sed omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur à uobis cum omni malitia: & estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & deus in Christo donauit uobis. Et quantũ possumus solerti studio mores nostros corrigamus, & uirtutes ominũ bonorũ acquirere festinemus: quatenus pietatem dei & misericordiã in tempore opportuno consequi ualeamus, & de ꝓmissione futuri illius regni ineffabiliter gaudeamus. Hæc sunt arma quæ nos cõtra impetũ diaboli armant, & deo cõmendãt. Hæc sunt arma quę animos nostros confortãt, muniunt, atque nobilitant. Hæc arma semper nobiscũ sunt, & intra nos, deo donante. Hæc sunt ue- G
ræ diuitiæ nostræ. Nam pudicitia pudicos facit nos, & iustitia iustos, & pietas pios, & humilitas humiles, & mansuetudo mansuetos, & innocentia innocentes, & simplicitas simplices, & puritas puros, & prudentia prudentes, & temperantia temperantes, & charitas deo & hominibus facit charos. Hæc omnia bona à deo & à bono deo creata sunt. Et ideo si in illo esse vo- Mũdi cõ
lumus quod esse debemus, sicut sanctus Apostolus Ioannes dicit, Quomodo ille am- Cap. 13.
bulauit, ita & nos spiritaliter ambulemus. Ioan. 2.
Quid est ambulare sicut Christus ambulauit, nisi contẽnere vanitatem & fœlicitatem huius seculi, & non timere aduersa pro nomine illius pati? Speremus quæ promisit, & sequamur quò ipse præcesit. Non nos ullo modo ab amore Christi separet huius seculi miserabilis dulcedo, neque excusatio uxoris, aut filiorum gratia, sed nec multa auri argentiq̃ congestio & possessionum delectatio, dum terribiliter contestatur nobis sanctus Ioannes Apostolus dicens, Nolite diligere mundum, neque 1. Ioã. 2.
ea, quæ in mundo sunt, quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum & ambitio seculi. Hæc sunt, quæ à paradiso delitiarum in hoc miserabile exilium, Adam & Euam proiecerunt. Quia nisi dilectio H
dei ab eis defeciisset, nunquã diligere cœpis-

sent male suadentis serpentis consilium, immo nec credidissent. Et concupiscentia carnis ab eis impleta est, quod de ligno vetito gustauerunt. Et concupiscentia oculorum, quod sibi aperiri oculos cupierunt. Et ambitio seculi, quod se fieri posse qđ deus est, crediderunt. Et ideo volens nos oēs Apostolus ab his tribus gñibus morris cauere, dicit, Omne qđ in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorū, & ambitio seculi. Et vt facilius, frater mi, bonitas tua intelligat, si placet qualiter illi primi homines Adam. s. & Eua cōmiserunt tā grande peccatum, pandam, quatenus gratia domini nostri Iesu Christi te ab hoc semp cauere concedat, quia in illis duobus originaliter totum dānatū est genus humanū, Illi.n. non ederent de ligno prohibito, nisi cōcupiscerent, nec concupiscerent nisi tentati, nec tentarentur nisi deserti, nec desererētur à deo, nisi prius deseruissent deum; nec illi deum desererent nisi prius superbirent, & similitudinem dei ad quam facti erant, damnabiliter neglexissent. Pro quo morbida eorum corpora contraxerunt mortē, & iuxta sententiam dñi eo die creduntur mortui, quo in eis pœnaliter facta est necessitas moriendi. Hæc pauloante diximus de primis hominibus, vt lapsum & damnationis eorū euadere possimus exēplum siue suppliciū, quia q̄uis ex Adam simus carnaliter nati, non ipsum tamē debemus sequi, sed Iesum Christum dominum nostrum in quo renati sumus per baptismum & viuimus. Quid est sequi Adam, nisi carnalibus concupiscētijs & desiderijs morte nos perpetua occidi? Et quid est sequi Christum, nisi carnales concupiscentias ac desideria in nobis mortificare, & cum ipso qui precio sui sanguinis nos redemit feliciter regnare? Et sicut quādo in Adam fuimus, omnes in illo cecidimus, ita iam in Christo cœpimus esse, vt spiritaliter omnes cum illo resurgamus, Et vt totum dicam, Adam nobis abstulit paradisum, & Christus donauit regnum cœlorum, & corpus suum pro nobis peccatoribus tradidit, Christus enim mortuus est p pctō, non suo, sed nostro, vnusquisq; aūt nostrū nō pro omniū moritur pctō, sed suo.

Quid sit mori mundo. Cap. 16.

Quid est peccato mori, nisi opera maligna in nobis damnare, & hoc miserabile seculū fugere? Vt sicut homo mortuus in sepulchro, nulli detrahit, nemini violentus existit: neminem calumniatur, neminem oppri mit: non inuidet bonis, non insultat malis: non luxuriæ carnis seruit, non bibendo magis ac magis in se sitim accendit: non odiorum flamma inardescit, non potentibus aut diuitibus huius seculi vt multi nostris temporibus faciunt, adulatur: non inquieta curiositate raptatur, non turbæ maximæ sibi astantis curam gerit: non auro argentoque siue palio circundatus distenditur, non salutationibus potentum nec parentum delectatur: non se iniurijs fatigat: non eum superbia inflat, non ambitio huius seculi necat, non vana gloria turpiter iactat: non aurum siue armillæ atque omnes huius seculi falsæ diuitiæ inflammant, non rabies insani furoris exagitat: non equorū crassitudo & amor inuitat, non pulcherrima species fœminarū auidum reddit: non histrionū miserabiliū verba in risum excitant, non contentiones huius seculi perturbant, non audacia extollit, non gaudia huius seculi delectant, non iracundum animositas, non suspitiosum puersitas, non verbosum vanitas, non risoré malignitas, non mobilem instabilemq; huius seculi versatilis amor facit. Hæc & alia huiusmodi enumeranda protelaui, vt intelligat dulcissima fraternitas tua, quatenus homo carne mortuus nec facere potest ista quæ dixi, nec pati. Et vt his talibus non torqueamur, sed studeamus quantū possumus, cum dei adiutorio corpora nostra cùm vitijs & concupiscentijs mortificare, & induamus nouum hominem, qui secūdum deum creatus est in iustitia & veritate sanctitatis, Nec humanis laudibus delectemur, nec detractoribus libenter aurem prębeamus, nec adulatoribus nostris credamus, nec discordes simus cum subiectis & fratribus, sed magis eos quos valemus, ad concordiam prouocemus, quia secundum Euangelium, Beati pedes qui ad pacem currunt. Nec simus carnales, id est, in hoc seculo carnaliter viuentes, quia dicit Apostolus, Si secundum carnem vixeritis, moriemini. Igitur ille secundum carnē viuit, qui secundum seipsum viuit: quia ipse homo est & viuit & secundum seipsum viuit, id est, agit quò vult, dormit quando vult, & quandiu vult: loquitur quæ vult, & cui vult, & vbi vult: manducat & bibit quando vult, & quantum vult: ridet & iocundatur turpiter inter quos vult, & quando vult. Postremo quicquid naribus suaue est, quærit: quicquid tactu blandum, quicquid

Imitandus Xps nō Adam. Cap. 15.

Transgressio primorum parentum. Cap. 14.

L

Gala. 5. Eph. 4.

Matt. 5.

Secūdū carnē uiuere. Cap. 17

M

quid oculis delectabile, q̄quid corpori suo iucūdum, exercet & sequitur, qualiter vult & quando vult, quia omnia licita & illicita carnaliter uult. Delectatur in uestimentis pulcherrimis & equitibus & armis, sicut vult & qñ vult, Et sic non secundum deum sed carnaliter uiuit & delectatur: & omnia desideria carnis suæ perficit sicut uult, & quando uult. Quapropter charissime in Christo frater, deprecanda est nobis diuina clementia, vt desideria carnalia delectatio spiritalis minuat, & pietas in nobis crudelitatis iram restringat, & malignitatem patientia coerceat, & libidinē pudicitia vincat, & animositatem tranquillitas tolleret, scurrilitatem & verbositatem taciturnitas moderata compescat, curiositatem studium spiritale in uigilijs & orationibus & eleemosynis succidat, ebrietatem sobrietas domet, iræ & furori mansuetudo dominetur, lenitatem maturitas regat, luxuriam uera castitas excludat, mundi cupiditatem dei & proximi charitas refrenet, iactantiam & superbiam cōculcet profunda humilitas; quia humilitas homines sanctis angelis simi les facit, & superbia dæmones ex angelis fecit. Et ut euidenter ostendamus, ipsa est omnium peccatorum initium, & finis, & causa: quia non solum peccatum est ipsa superbia, sed etiam nullum peccatum esse potuit, aut potest aut poterit sine superbia. Siquidem nihil aliud omne peccatum est, nisi dei contemptus quo eius præcepta contemnimus; & hoc nulla res alia persuadet homini, nisi superbia. Porrò superbia & cupiditas intantum est vnum malum, ut nec superbus sine cupiditate, nec sine superbia possit cupidus inueniri. De superbia nanque nascuntur hæreses, schismata, detractiones, inuidiæ, iræ, rixæ, dissensiones, contentiones, animositates, ambitiones, elationes, præsumptiones, iactantia, uerbositas, vanitas, inquietudo, mendacium, periurium, & cætera huiusmodi, quæ dinumerare per singula longum est. Cupiditas quoque facit homines gulosos, intemperantes, ebriosos, auidos, rapaces, fornicarios, adulteros, stupratores, incestuosos, flagitiosos, & alia innumerabilia, per quæ diabolus genus humanum præcipitare solet. Per superbiam nanque & cupiditatem diabolus dicit, In celum ascendam. Christus cum humilitate dicit, Humiliata est in terra aīa mea. Diabolus per superbiam & cupiditatem dicit, Ero similis altissimo. Christus per humilitatem cum esset in forma dei exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, humiliauit se, patri factus obediēs vsq; ad mortē. Diabolus per superbiam & cupiditatem dicit, Supra astra dei exaltabo solium meum, Christus cum humilitate dicit, Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Diabolus cupidus & superbus per Pharaonem loquitur dicēs, Nescio dñm & Israel non dimittam. Christus cū humilitate dicit, Si dixero quia non noui eū, ero similis uobis mē dax, sed noui eum, & mandata eius seruo. Diabolus superbus, & cupidus dicit, Mea sunt flumina & ego feci ea. Christus cum humilitate dicit, Non possum à me ipso facere quicquē, sed pater meus in me manēs ipse facit opera. Diabolus superbus & cupidus dicit, Mea sunt omnia regna nundi & gloria eorum, & cui volo do ea, Christus cū diues eēt, p nobis factus est pauper, vt eius inopia nos diuites redderemur. Diabolus superbus & cupidus dicit, Sicut colliguntur oua quę derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui, & non fuit qui moueret pennam & aperiret os atque gganniret. Christus cum humilitate dicit, Similis factus sum pellicano solitario, uigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Diabolus per superbiam & cupiditatem dicit, Exceaui vestigia pedum meorum omnes riuos aggerum. Christus cum humilitate dicit, Nunquid non possum rogare patrem meum & exhibebit mihi plusquā duodecim legiones angelorum? Et ut ad vltimū concludam, Diabolus cum ruina magna p superbiam & cupiditatem ad infernum præcipitatur, Christus cum humilitate ad cœlos subleuatur: ideo frater charissime paucos tibi diabolicæ fraudis laqueos & sanctæ humilitatis gradus descripsi, vt facilius tibi subiectos valeas docere, quomodo & qualiter hos euadant atq; per humilitatem regna cœlorum possideant. Et nos si volumus perficere nostri certaminis cursum, & ad ęternam peruenire beatitudinem caueamus in primis cupiditatem malam, superbiam diabolicam, Et cum omni humilitate Christi conemur sequi vestigia. & si quis militans imperatori terreno omnibus iussis eius obedire decertat, quanto magis militaturus imperatori cœlesti debet custodire præcepta cœlestia? Frater mi, frater charissime mi animam tuam ad uigilandū

De uitiorum remedijs. Cap. 18.

A

Humilitatis la. Cap. 19.

B

Esa. 14. Psa. 43.

Ero similis altissimo. Esa. 14.

Phili. 2.

Mat. 11.

Exo. 5.

Ioan. 7.

Eze. 29.

Ioā. 14.

Matt. 4. Esa. 10.

C

Pſ. 101.

Esa. 37.

Mat. 26

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

excitata & nullus eam prægrauet somnus.
Militia spiritalis. Cap. 20. Miles terrenus ad quecunque locum mittitur paratus ac promptus est, neque se uxoris aut filiorum gratia excusare poterit, multo magis miles Christi sine impedimento hui⁹ seculi imperatori suo dño Iesu Christo debet obedire, qui ipsum precioso sanguine suo redemit. Tu miles terrenus contra hostem visibilem pergis ad pugnam, cum illo uero hostis inuisibilis quotidie dimicare non cessat. Tu contra corporis tui inimicos pugnare decertas, armis utens carnalibus, illius uero aduersus diabolum est colluctatio cum armis spiritalibus. Tu in prælio galeam ferream gestas in capite, sed illius galea Christus ē. Tu ne vulnereris lorica indutus es, sed ille pro lorica Christi charitate est uestitus. Tu contra inimicum tuum lanceas & sagittas emittis, ille contra inimicum suum humilitatem, & salubria verba dirigere studet. Tu donec pugnam perficias, arma à temetipso non proijcis, ne ab aduersario vulnereris, ille nunquam debet esse inermis, quia illius hostis tuo est
E callidior. Tuus hostis ad tempus dimicat: illius vero hostis quandiu in corpore consistit, cum illo pugnare non cessat. Tua arma laboriosa & grauia sunt ad portandū: illius uero arma suauia ac leuia sunt. Tu pro terreno labore terrenum accipis donatiuum. ille vero pro labore spiritali, cœleste accipit præmium. Tu ornamento armillarum brachia decoras, ille uirtutum ornamento animæ suæ à Christo decorem accipit. Semper enim cœleste donum à Christo expectat, q terrenam huius seculi pompam proijcit. Væ nobis si iugum Christi suaue à nobis repellimus, & quicquid graue ac onerosum est animę nostræ, superponamus nos ad portandum, & dum diligimus periculum, incidimus in mortem. Ideo frater charissime consideremus quis sit qui nos precioso sanguine redemit, & quid ei debeamus qui nos cum tanta penuria redemit. Si terrenos parentes cum tanto affectu diligimus, qui paruo tempore pro nobis sustinuerunt labores: nonne magis cœlestis pater noster amandus est, qui pro nobis crucifixus est? Nam quicquid parentum nostrorum circa nos fuit obsequium, eius est beneficium: qui, & antequam nasceremur in hoc seculo, sua prouidentia parentes nobis præparauit, quorum obsequio nutriremur, & vbera matris lacte inpleuit vnde nutriremur. Ergo magis omnibus diligamus redemptorem nostrum, qui & nos & parentes nostros F proprijs manibus finxit, & cuncta bona, quę erga nos geruntur quotidie, eius misericordiæ, non nostris uiribus ascribamus. Iubet enim scriptura parentes nostros ut propria viscera diligere, si tamen accedere ad seruitium Christi non prohibeant: si autem prohibuerint, nec sepultura à nobis illis debetur. Christus diligendus est super parentes nostros, quia non nobis tribuunt parentes ea, quæ Christus. Luc. 9. Ipse enim dixit in Euangelio, Qui amat Mat. 10. patrem aut matrem aut filios aut agros plusquam me, non est me dignus. Quanto quis eum plus amat, tanto fœlicior, & beatior efficietur. Intantum enim nos amauit, vt etiam pro nobis mori dignatus sit: & manus eius, quæ virtutes plurimas faciebant, clauis pro nostra redemptionis affixę sunt: & ori mellifluo, quo salutaris doctrina profluxit, fel pro cibo impij porrexerunt: & qui neminem læsit, cæsus est, & qui nullum maledixit, opprobria, & maledicta pro nobis pertulit. Hæc omnia perpessus est, ut nobis vitam æternam donaret. Et cum nobis tanta beneficia præstet, nihil quærit à G nobis, nisi vt diligamus eum: & animas nostras, & corpora impolluta ei seruemus, vt ille in nobis semper habitet, & nos in illo permaneamus. Non enim postulat à nobis aurum neque argentum, neque pallia, neque uestes pretiosas, neque armillas, neque agros, & cætera huiusmodi: sed nosipsos quærit, & in nobis requiescere cupit. Accedamus ergo ad eum, vt vitam æternam habeamus. Habea- Amor
Amor erga deum. Cap. 21. mus ergo in nobis dilectionem dei & proximi. Qui diligit proximum, legem im- pximi. Cap. 17. pleuit: qui autem econtrario odit, homicida est. Qui diligit fratrem suum, in tranquillitate est cor eius, fratrem uero odiens tempestate circundatus est. Vir mitis & benignus, etiam si patitur mala, pro nihilo ducit, Iniquus autem etiam paruum uer- audiens à proximo, contumeliā arbitratur. Qui charitate plenus est, tranquillo aio & serenissimo uultu procedit: vir odio plenus ambulat iracundus. Tu autē frater charissime ne moueas cuiquā scandalū in uia tua: rē quæ ad te non ptinet alijs tractā H dā dimitte: & nisi rogatus vel interrogatus

enoda

enoda te inde, & quod soli deo est placitum iudica, & iniustas aliorum sententias, si aliter non potes, cuita, misericordiæ locum da: & non quod tibi vtile, sed quod deo
Tob. 4. placitum sit facias: & quod tibi non vis fieri, ne proximo tuo cupias euenire. Si eum videas in bonis actibus conuersantem, congratulare ei, & illius gaudium tuum ducito: & si aliquid aduersum patitur, illius tristitiam tuam deputa: & non solum iustis, sed & peccatoribus condole. Ne simulato corde vnquam diligas proximum tuum, quia in his deus ad iracundiam prouocatur. Qui enim amplectitur pacem, in mentis suæ hospitio, mansionem præparat Christo, quia Christus pax est, & in pace requiescere vult. Virum autem iracundum, inuidum, detractorem, mendacem, superbū omnibus modis execratur deus. Inuidus autem vir similis est nauī quæ iactatur fluctibus maris, in perturbatione est semper vt lupus rapax, insanit inaniter, in miseria detinetur, & rabescens ad nihilum redigitur semper furore plenus particeps dæmoniorum efficitur. Homo pacificus securam possidet mentem: totus est ab angelorum agmine munitus & fructu iucunditatis repletus, gaudens & delectans in domino. Omnia
I eius in pace versantur. Discordiam fugat, secreta mentis suę illuminat. Consortium angelorum merebitur, & regnum ęternæ beDe virtutibus animæ. Cap. 23 titudinis perpetualiter obtinebit. Ne quæso frater mi fabulosa arbitreris dei prę- cepta, aut quasi à me ædita, dum ex fonte saluatoris nostri sint emanata. Ne frangat animam tuam vlla aduersitas vel prosperitas mundi, à præceptis & à mandatis dei, & à charitate quę est in Christo Iesu domino nostro. Nam virtus est animæ tuæ, deum diligere, & odire illa quæ deus non diligit, Virtus est animæ tuæ, patientiam sectari, & ab omni impatientia declinare, Virtus est animæ tuæ, castitatem tam corporis quàm animæ custodire, Virtus est animæ tuæ, vanam huius mundi gloriam contemnere, & omnia caduca calcare, & pro illius amore qui te redemit, dum viuis in corpore, laborare, Virtus est animæ tuæ, humilitatem dere & superbiā abominari, Virtus est ąæ tuæ, iram & furorem co bere ac reprime re, Virtus est animæ tuæ, ab omni stultitia declinare, & sapientiam diuinam amplecti, Virtus est animæ tuæ, omnem delectationem carnis subiicere & mentem tuam ad Christum erigere. Has ergo virtutes facile & perfacile potuisses obtinere, si secularium curam & caducas ac terrenas res deuitare voluisses, & nihil amori Christi præposuisses. O mi frater charissime K ex tota mente dilige deum, vt in omnibus De stabi actibus tuis placeas illi. Qui enim coniu- litate agio copulatur, festinat placere vxori suæ: moris multo magis anima Christi sanguine re- dei. dempta, debet placere Christo sponso suo. Ca. 24. Deus enim non se vult verbis tantum diligi, sed corde puro & operibus iustis, bona non verborum sed cordis est auditor & inspector. Nunquam, quæso te frater mi, carnalis amor amorem cœlestem à te excludat. Nunquam, quęso te, huius fluctiuagi ac miserabilis seculi dulcedo decipiat. Nulla te seducat corporis pulchritudo, ne intret mors in animam tuam per fenestras oculorum tuorum. Dic mihi quæ- Caro so frater mi, qualis profectus est in pulchri- fœnum. tudine carnis? Nonne sicut fœnum æsta- Ca. 25. tis ardore percussum arescit, & paulatim decorem pristinum amittit? Et quando mors venerit, dic mihi quæso, quanta remanebit in corpore pulchritudo? Tunc recognosces, quia vanum est quod antea inaniter diligebas. Cum videris totum corpus intumescere, & in fœtorem esse conuersum, nonne claudes nares tuas, ne sustineas fœtorem fœtidissimum? Vbi quęso erit tunc suauitas luxuriæ, & conuiuiorum opulentia? vbi blanda verba, quæ corda L audientium molliebant? vbi sermones dulces, qui amaritudinem amantibus infundebant? vbi immoderatus risus & iocus turpis? effrenata & inutilis lætitia? Iste est finis pulchritudinis carnis & oblectionis. Mundus enim peribit, & concupiscentia eius. O quàm fœliciſsimum bonum est, & quàm valde fœliciſsimum, splendidam pulchritudinem Christi amare, & radiantibus fulgoribus eius, pectora nostra illustrare, & omnem obscuritatem à nobis expellere. Non accommodes aures Detra- tuas ad percipienda verba detrahentium, ctio cane concipias mortem in anima tua: De- uenda. trahenti enim & audienti, vtrique esca Ca. 26. mortis animæ, est detractio & lingua. Et vt breuius concludam, detractor & libens auditor, diabolum portant in lingua. Illum autem qui conqueritur audi, si nō detrahit: quia non omnis querimonia est detractio. Euita quæso à tuis auribus

laqueos detractionum, per quos plurimos audis captos. Postula tibi domino deo cor prudens & peruigilem sensum, vt discernere valeas verba detrahentium: non ignores frater fraudes & insidias eorũ, quia qui tibi M vtilia nunciare videntur, viã tuam explorare veniunt, vel vtrũ culpatum diligas, an non, sed deus pedẽ tuũ custodiat, ne in rete eorũ veniat. Frequenter.n. qui tecũ concordare volunt, aliorũ scandala singũt. Aliena debent esse à nobis omnia vitia mala, dũ Peccato hæreditas nostra Christus esse vult: Ideo rum cõ- quia incerti sumus de talibus, prosternamus fessio. nos humiliter in conspectu pij patris no- Cap. 27 stri, & peccata nostra cito producamus in medium, vt deleat ea ipse pater noster cœlestis. Et cum confessi fuerimus, nõ nos iustificemus orantes, ne sicut Pharisæus ille discedamus condẽnati. Memoremur publicanum illũ, & ita oremus, vt veniã delictorũ consequi mereamur. Clamor cordis nostri, pulset ad aures omnipotentis dei, quia in pura mente placabitur in tẽpore oratio- Oratio nis. Omnem malitiã cordis proijciamus qualis. à nobis, & remittamus in nos peccantibus, Cap. 28 non duplici corde, sed vero. Est deniq; genus serpentis, qđ cum cœperit ire ad bibẽdum aquam, antequã veniat ad fontem euomit omne venenum. Imitare & tu hunc serpentem in hac parte, secundum Euangeli- Mat. 28 cum domini nostri Iesu Christi præceptũ, vbi ait, Estote prudentes sicut serpentes: & omne venenũ iræ & odij amarum euome, A & remitte conseruis tuis, vt & tibi remittã- Luc. 6. tur à domino peccata tua: sicut Euangelium præcipit, Dimittite & dimittet vobis, date & dabitur vobis. Et qualem cupis erga te esse deum, talis esto ipse conseruo tuo. Et ad omne opus qđcunq; inchoaueris facere, primũ inuoca deum, & gratias ei age, & cum consummaueris illud, similiter fac. Inuoca deum ex toto corde tuo, & inuenies eum: & cum inueneris, ne dimittas eum, vt coniungatur mens tua in amore eius. Hoc mi frater stude in vita tua, & orationem tuam pũram offer domino Christo, ne cogitationes huius seculi superfluæ conturbent cor tuum: Neq; in diuersa rapiatur mens tua. Memento.n. te sub dei stare conspectibus, qui occulta cordis perspicit, & secreta mentis tuæ nouit. Vigilanter ergo & assidue assiste in conspectu dei in tempore orationis: vt imminentem diaboli tentationem facilius possis effugere. Si enim cogitationes huius seculi malæ & sordidæ turbant cor tuum, & cogunt illicitum aliquid perpetrare, per orationes puras & vigilias sanctas depellantur ab anima tua. Oratio nanque grãdis munitio est animæ tuæ. Per orationes purissimas omnia nobis vtilia tribuuntur à domino, & cuncta noxia effu- B gantur. Et ne diutius de hac re disputem vel immorer, sicut ex carnalibus escis alitur caro, ita ex diuinis eloquiis & orationibus interior homo nutritur & pascitur. Pasce quæso animam tuam spiritalibus cibis, id est, spe, fide, & charitate, & reliquis virtutibus, per quas intelligas deum amari, & eius præcepta seruari: vt cum extrema dies tibi euenerit, angeli pacis te susc ipiant, & de potestate diaboli eripiant, & merearis consortio sanctorum in beata requie perfrui, & vitam æternam cum omnibus sanctis possidere. Nam certissime scis, quia possessio regni cœlorum promissa tibi est, sed vide ne ab ea extraneus efficiaris. Quæso mi frater, quæso om- Cura fa nibus tibi subiectis & bonæ voluntatis in miliæ. domo tua, à maiore vsque ad minimum; Cap. 29 amorem & dulcedinem regni cœlestis, amaritudinem & timorem gehennæ annuncies, & de eorum salute solicitus ac peruigil existas: qui pro omnibus tibi subiectis, qui in I domo tua sunt, rationẽ domino reddes. Annuncia, præcipe, impera, suade eis, vt caueant se à superbia, à detractione, ab ebrietate, à fornicatione, à luxuria, ab ira, à periurio, à cupiditate, quæ est radix omnium malorum. Cupidus enim vir animam suam C venalem habet, si inuenerit tempus vt con- Cupidi- cupiscat alicuius aurum & argentum, seu tas. vestes pulchras, vel etiam cuiuslibet mulie- Cap. 30 rem pulchram facie, pro nihilo homicidium perpetrat. Et ut quis effundit aquam in terram, ita et est effundere sanguinem proximi sui. Plurimæ animæ in mortis periculum inciderunt propter cupiditatem, & multi domino iubente ob hoc lapidati sunt. Saul enim alienus à deo effectus est propter auaritiam, & ad extremum de culmine regali expulsus, ab inimicis suis peremptus est. Et de multis multa dicere potuissem, sed sapienti pauca sufficiunt. Dominus vere noster & saluator voluit de cordibus Pharisæorum pecuniarum amorem excludere, sed quia erant cupidissimi, salutaria domini verba deridebant. Nã illum diuitem, quẽ dominus ad regna cœlorum

lorum prouocauit, amor pecuniarum eum intrare non permisit: Sed & Iudæ pectus auaritiæ flamma exarsit, vt dñm cunctorum bonorum largitorem, in manus traderet impiorum. Auarus enim vir inferno est similis. Infernus enim quantoscunq; deuorauerit, nunquam dicit, satis est. Sic etsi omnes D thesauri confluxerint in auarum, nunquam Eleemo satiabitur. Ideo frater mi, omnibus qui synæ de in domo tua sunt, præcipe ab hoc vitio ca- tuo. uere. Melius est enim vt ex paupertate sua Cap. 31. pusillum tribuat indigentibus, quàm multum ex acquisitione iniusta. Vnusquisque iuxta quod habet, porrigat. Tantum enim expetitur ab vnoquoque eorum, quantum ei dominus dedit. Nec enim plus ab eo exigit, quàm quod ipse dedit. Eleemosyna cum cupiditate acquisita, abominabilis est coram deo, & acceptum ei quod fideliter fuerit acquisitum. Sunt enim nonnulli qui diripientes aliena, facere se simulant eleemosynam: & cum alios premant, alijs se misereri fingunt. Si autem ex proprio labore dede- De lau- rint, gratum & acceptum erit deo. Et ro- de humi- ga eos, vt in omnibus operibus suis humili- litatis & ter coram deo agant quicquid eis agendum vitio su- sit: quia non erit gratum deo quicquid ho- perbiæ. mo facit cum superbia. Quod autem humi- Cap. 32. liter fit, hoc est ei acceptum. In omnibus operibus suis sint humiles: quia humilitas, virtutum sublimitas est, nec ad regnum cœlorum quisquam veniet, nisi per humilitatem. Multorum autem temporum labores, & orationes, & eleemosynæ, & ieiunia, & vigiliæ, si cum superbia finem habuerint, pro nihilo apud deum computantur. E Acceptus est deo vir humilis, & in se deum gestat. Iam paulatim superius disseruimus de superbiæ malo, sed ppter tibi subiectos, necessarium hunc locum inueni, vt contra sagittas diaboli, discant clypeum humilitatis erigere. Superbus autem deo est odibilis, & diabolo similis. Humilis licet habitu vilis sit, gloriosus tamen est virtutibus apud deum. Superbia autem, etsi decorus & clarus videatur aspectu, tamen apud deum operibus vilis est: & verbis, & gestis, & vultu, & incessu, semper eius discitur superbia & leuitas. Cupit se semper laudari ab omnibus honestis, & bonis, quibus alienus est, prædicari se vult: non patitur se cuiquam esse subiectum, sed semper inter suos pares primatum cupit tenere, & in maiorem gradum ascendere: & quod meritis obtinere non potest, adulando prælatis, detrahendo & inuidendo æqualibus, humilesque contemnendo, vult inuadere. Et sicut nauis est absque gubernatore cum iactatur in fluctibus, ita & superbus leuis circunfertur, instabilis per omnes F actus suos. Humilis autem vltimum se iudicat, & blando vultu terram intuens, coram deo eminens apparet, & cum omnia fecerit, dicit, Inutilis seruus sum, & nihil se fecisse testatur. Et deus diuulgat opera ipsius, & profert in medium, mirificatque facta illius & exaltat & clarum facit eum, & in tempore precum suarum, quod postulat impetrare apud deum potest. Hæc & his similia sola humilitas obtinet apud deum, quia ipsa est sessio & delectabile cubile domini nostri Iesu Christi, qui ait. Super quem requiescã, Esa. 66. nisi super humilem & quietum & pauentem sermones meos? Et iterũ. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Annuncia Iaco. 4. quæso tuis & dicito eis, Quia deus superbis Iaco. 1. resistit: Et ira viri, iustitiam dei non operatur. Multi se blandos & patientes simulant, & si tempus inueniunt, amariores fiũt, Fornicatores & adulteros diiudicabit deus Heb. 13 in die iudicij. De periuris scriptum est, Vir Eccles multum iurans, non effugiet peccatum, nec stici. 23. recedet plaga de domo eius. Detractio, Ps. 100. fornicatio est animæ. Vnde Psalmista, Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Discordiam vt Salomon cecinit, de- Prou. 6. testatur dominus, dicens, Septimum est quod detestatur anima mea, id est, qui se- G minat inter fratres discordiam. Hos nulli rei similes iudico, nisi diabolo, qui seminauit discordiam inter deum & hominem, Hi sunt cibi & pocula mortis animæ nostræ. Ab his venenis pietas domini no- Euchari stri Iesu Christi nos liberet, & seipsum no- stiæ sum bis edendum tribuat, qui dixit, Ego sum pa- ptio. nis viuus, qui de cœlo descendi, qui mandu Cap. 33 cat carnem meam & bibit sanguinem meũ, habet vitam æternam in semetipso. Sed vnusquisque antequam corpus & sanguinem domini nostri Iesu Christi accipiat, 1. Co. 10 seipsum probet, & secundum Apostoli præceptum, Sic de pane illo edat, & de calice bibat, quia qui indigne manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Quando enim illud accipere debemus, antea ad confessionem & pœnitentiam recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosius discutere: & pecca-

ta obnoxia si in nobis senserimus cito festinemus per confessionem & veram pœnitẽtiam abluere, nec cum Iuda proditore diabolum intra nos celantes, pereamus, protrahentes & celantes peccatum nostrum de die in diem. Et quid mali aut nequam cogitauimus, de eo pœnitentiam agamus, & velociter illud de corde nostro eradere festinemus: Ne velimus dicere, non est hoc grande peccatum quod cogitaui. Heu insipientes quare non cogitamus vel intelligimus, quia in conspectu domini cogitationes nostræ antequam in opus procedant, manifestæ & apertæ sunt? Dicit enim Psalmista, Scrutans corda & renes deus. Et iterum, Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Et alibi, Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meam & funiculum meũ inuestigasti. Ne quæso permittamus in nobis cogitationes prauas, neque tanquam minima negligamus: quia qui minima spernit, paulatim defluit. Non spernamus morsum serpentis, ne venenum eius conspergatur in corda nostra: quia quanuis venenum vita sit serpentis, tamen mors est hominis. Abscindamus virgulta spinarum de agro cordis nostri, ne defigant in nobis altas radices. Scimus enim quòd cor nostrum ager est domini nostri Iesu Christi: excolamus eum cœlestibus disciplinis, & non sinamus in agro tanti imperatoris seminari zizania, sed cunctis floribus virtutum decoremus. quia in his delectatur omnipotens deus, sicut & in Canticis canticorum legitur, Ego flos cãpi, & lilium conuallium, id est, ego decus mundi, & virginitas humilium. Et semper atq; semper caro nostra subiecta sit animæ nostræ, & sicut ancilla famuletur dominæ suæ. Ne præbeamus vires illicitas corpori nostro, ne committat bellum aduersus spiritum nostrum: sed semper subiecta sit caro, vt obtemperet iussis spiritus sanctus. Neque incrassari permittamus ancillam, ne contemnat dominam suam, sed omnibus iussis eius & obsequijs mancipetur: sicut enim equis frena sunt imponenda, ita corpora nostra, ieiunijs, vigilijs, & orationibus sunt infrenanda. Nam quemadmodum aurigæ si frena laxauerint per præcipitia ducuntur, ita & anima nostra cum ipso corpore si ei frenum non imposuerimus, ad inferni præcipitia delabitur. Simus ergo boni & edocti aurigæ corpori nostro, vt per viam rectam possimus incedere. Escæ enim nimiæ nõ solum animas, sed etiam corpora nostra plurimum lædunt, & ad infirmitatem perducunt. Solet enim per nimiam ciborum auiditatem & poculi intemperantiam frangi stomachi fortitudo: nec non & abundantia sanguinis per choleram, & plurimæ ęgritudines escarum largitate contingunt. Sicut enim animæ & corpori sunt ista contraria, ita medela est vtriusque temperantia ieiunij. Et si non per omna tempus, saltem sacratissimis diebus ieiuniorum quantum possumus cum dei adiutorio, delitias mundi, & ciborum opulentiam fugiamus: nequando, quod auertat deus, in cruciatu flãmæ, quæramus guttam aquæ, & nullum refrigerium consequamur. Fugiamus ebrietatem ne crimen luxuriæ incurramus, quia Apostolus præcipit, dicens, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Vinum enim nobis deus ad lætitiam cordis, non ad ebrietatem donauit. Bibamus ergo nõ quantum gula exigit, sed quantum naturæ imbecillitas postulat: ne id qđ ad medelam corporis nostri tributum est, ad perniciem deputemus. Annuncia quæso tuis in domo tua subiectis, quòd plerique per vinum, homicidia, & fornicationes perpetrauerunt, nec ipsam mortem recusauerunt, alij per vinum à dæmonibus capti sunt, Nec est aliud ebritas, quàm manifestus dæmon. Ebriosus putat se aliquod optimum gerere, cum fuerit ad præcipitia deuolutus. Per vinolentiam armatur ad maledicta & conuitia proximorum, & immutatur mens eius, & lingua balbutit. Hujusmodi enim vir cum se pũtat bibere vinum, bibitur à vino. Plurimi namque homines per vinum maximam debilitatem contraxerunt nec potuerunt consequi pristinam sanitatẽ, quia non temperauerunt gulæ ardorem. Sicut enim piscis cum auidas fauces profert vt glutiat escam, repente hamum intra fauces reperit: ita & ebriosus intra se vinum suscipit inimicum, qui cum vt introierit, mox impellit ad omne opus nefandissimum: & sic homo rationalis capitur, vt irrationale animal. Tu autem frater mi, omnibus domo præceptis tuis & tibi subiectis præcipe, vt secundũm dei seruios exhibeant, & iterum propter abstinentiam in superbiam se non erigant, sed omnia temperate, iuste, pie, & religiose sentiendo, cundũm dei adiutorium faciant: quia non solum pro nobis clericis, sed etiam pro omni genere humano, qui prædestinati sunt ad vitam æternam Christus sanguinem suũ fudit:

Peccata cordis. Cap. 34.

Psal. 1.

Ecclesiast. 19.

Luxus in cibis. Cap. 36.

De ebrietatis malus Cap. 37.

ad oẽs Xpianos Cap. 38.

fudit: nec solum nobis sed etiam omnibus laicis, eius præcepta ex toto corde seruantibus, regnum cœlorum promissum est. Grãdis nanque confusio est animalibus laicorũ, qui dicunt. Quid pertinet ad me legendo libros scripturarum audire vel discere, vel etiam frequenter ad sacerdotes, & ecclesias sanctorum recurrere? Dum clericus fiam, faciam ea quę oportet clericos facere. Quare non intelligit, quia panem & vinum, & omnia huius terræ bona & regni fœlicitatem æqualiter vult participare, & æquali labõre iugum Christi ferre non vult? Quid prodest talibus vna parte in hoc seculo esse sublimes, alia prostratos: in vna parte fulgere auro & preciosis vestibus, & in alia miserijs & vitiorum caligine occupari? Non sit tibi aliqua solicitudo de laici habitus persona, quia non est personarum acceptio apud deum. Similiter enim mandata dei seruantibus laicis, cœleste palatium patet, veluti clericis & sanctimonali habitu præditis: dum non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, sed omnia & in omnibus Christus. Quicunque in corpore illius est, magnus est. Insere teipsum suo sancto corpori, vt sis membrum nobilissimi capitis. Ama ex toto corde caput tuum, & mẽbra capitis illius. Quomodo potest manus manui inimica esse, vel pes pedem odisse, vel cætera membra suæ iuncturæ non congaudere? Crescere debent in virum perfectum, in augmentum corporis Christi. Omnis enim clericus & laicus qui precioso sanguine Christi redemptus est, qui baptismo Christi tinctus est, debet humiliter ambulare & perseuerare in spiritu sancto: quia nihil prodest Christianum se respondere verbis, & factis negare, dum corruptus est mente & spiritu. De talibus in Euangelio ipsa veritas dicit, Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnum cœlorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Et alio loco Propheta increpando, dicit: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Nam ciuitas si fuerit in vna parte munita & ex alia defecta, aditum ad se hostibus præbet. Et nauis si fuerit fortiter compaginibus solidata, & vitam habuerit tabulam perforatam, aquę fluctibus mergitur in profundum. Omnibus enim laicis, clericis, monachis æqualiter conuenit fidem, spem, & charitatem habere & deo ex toto corde seruire, etiam cõfessionem facere, & dignam pœnitentiam agere: quia clementissimus dominus confugientibus ad pœnitentiam ignoscit.

Matt. 7.

Esa. 29.

Sed ne de misericordia domini tantum securi existamus, vt peccatis peccata augeamus, neque dicamus, donec viget ætas nostræ carnis, concupiscentias nostras exerceamus, & postremo in senectute malorum nostrorum pœnitentiam agamus, pius est enim dominus & misericors nec vltra factorum nostrorum recordabitur. Ne quæso taliter cogitemus, quia summa stultitia est hæc cogitare: cum & impium sit talem licentiam à deo postulare quempiam velle, cuius initium est, nos separare à deo: ideo, inquam, talia ne cogitemus, cum nesciamus qua die morituri sumus. Nemo enim hominum nouit diem exitus sui. Non omnes in senectute moriuntur, sed in diuersis ætatibus de hoc mundo migrant. Et in quibus actibus vnusquisque homo inuentus fuerit, in eisdem iudicabitur quando anima exierit de corpore, Dicit enim Psalmista, Nemo in inferno confitebitur tibi. Ideo festinemus ad pœnitentiam conuerti. Semper ante oculos nostros versetur vltimus dies: & cum diluculo surrexerimus, ne ad vesperam nos confidamus peruenire: & cum in lectulo membra deposuerimus, de lucis non confidamus aduentu: sic & facillime poterimus corpus nostrum à vitijs & concupiscentijs refrenare.

Dilata pœnitentia. Cap. 39. Psal. 6.

Semper cor nostrum promissa dei cœlestia meditetur, omnia terrena quæ possidemus in futuras cœlestes mansiones transferamus, vt cum ibi profecti fuerimus fruamur bonis cœlestibus. Nam credimus, quia cum à carnis vinculo anima nostra fuerit absoluta, si bene & recte coram deo vixerimus, mox in occursum nostrum angelorum chorus occurret, omniumque sanctorum agmina in nostros miscentur amplexus, & ad adorandum verum iudicem perducent, Si dum in corpore viuimus, sicut dixi, quæ deo sunt placita faciamus, tunc erit nobis pax in circuitu & summa securitas: nec timebimus vltra diaboli ignita iacula, nec vlium quemlibet inimicum qui cupit animas nostras ad periculum iaculare: non ferrum, non ignem, non famem, non sitim, non vllam carnis ægritudinem, non vlera aduersabitur caro spiritui, nec vllum timebimus

Gaudia futuræ vitæ. Cap. 40

mebimus periculum:sed cum carnis abiecerimus sarcinam,tũc spũssanctus tribuet nobis in cœlestibus mansionem,cui nos paulo ante intra corporis nostri hospitium fecerimus mansionem: & læti gaudentesq; futuri iudicij diem expectabimus, in quo singulorum animæ pro suis actibus recipient me

De pœna damnadorũ. Cap.41. rita. Et ecõtra pctõres & impij peribũt. Tunc frustra rapaces & auari, superbi & adulteri, iracundi & cupidi, maledici & periuri amarissime flebunt, quia malorum venia non consequentur. In luctu maximo detinebuntur omnes, qui carnis suæ voluptates secuti sunt:in mœrore & gemitu sempiterno erunt,qui vitijs & passionibus seruierunt. Et cum hi omnes pro criminibus & sceleribus suis gehennæ ignibus deputãdi erunt, nos si deo dum in hoc corpore sumus placuerimus, cum sanctis sempiterna præmia accepturi sumus. Ideo contemnamus cuncta quæ vana & caduca sunt,vt tãtam gloriam,Christo miserõte,adipisci mereamur. Declinemus semper à vitijs, &

De linguæ custodia. Cap.42 ad virtutes tendamus, nec superflui sermones procedant ex ore nostro, quia pro ociosis sermonibus reddituri sumus rationẽ in die iudicij. Nec ad maledicendum quemquam cõsuescamus linguam nostram, quæ ad benedicendum & laudandum deum creata est: quia consuetudo quæ longius fuerit protracta & confirmata,non cum paruo labore vitatur vel expellitur. Simus in mannised litia paruuli,& viri perfecti in sensu:in quis ais est busdam vero nos exhibeamus senes, in qui pfectio. busdam iuuenes: quia paruulis est ludere, Cap.43. perfectis autem viris est lugere. Nam præ-

E sens luctus lætitiam generat sempiternam.

Omne autem quicquid immoderatum est, dissolutionem efficit animæ,& negligentem erga domini præcepta:nec delicta sua facile potest ad memoriã reuocare,& obliuiscens ea,non se instigat ad pœnitẽtiam,& ita paulatim ab omnibus bonis cadit. Nullum habebit accessum cordis compunctio,vbi fuerint immoderata vitia & concupiscẽtiæ malæ. Vbi autem fuerint lachrymæ,ibi spiritalis ignis accenditur,qui secreta mentis illuminat. Nullus nos sæculi amor ab amore Christi segreget,& totę nostræ cogitationes ad præmia futuræ patriæ tendant, & de cœlestibus meditentur. Hæc est gloria tua, hæc est perfectio cursus certaminis tui. Perfectus enim dicitur,nõ qui ætate, sed qui in sese perfectus est. Nulli nocet puerilis ætas, si fuerit mente perfectus. Nec senilis prodesit ætas, si fuerit paruulus mente vel sensu. Nam & Dauid cum puer esset & perfectus, cor suum & mentem habebat in domino defixam, & ob hoc in regem eleuatus est. Et Saul cum esset in senili ætate,quia in se malignam nequitiam habuit,de culmine regali expulsus est. Dominus vero ac saluator noster à senioribus crucifigitur, & ingressus Hierosolymã à paruulis collaudatur. Nam F & arbor si multorum annorum fuerit infructuosa,exciditur: si autem fuerit nouella & fertilis, colitur, vt magis ampliorem proferat fructum. Ideo has similitudines pono, vt nec iuuenis nec senex in domo tua de salute sua vel etiam de operibus suis cõfidat, sed qui gloriatur, in domino glorietur.

Perfectorum autem virorum cõsortio frue 1.Co.1. re,& à verbis eorum ne auertas aurẽ tuam, De vitã- & in eorum consilio delectetur anima tua: do malo verba enim vitæ sunt verba hominũ deum rum cõ- timentium,& incolumitas animæ ijs qui ea sortio. libenter audiunt & attendũt. Sicut enim sol Cap.44. oriens effugat caliginem, ita sanctorum doctrina à senibus nostris pellit tenebras. Deuita quæso viros superbos, inuidos, detractores,mẽdaces,periuros,seipsos & salutem suam negligentes, qui mortui sunt virtutibus, & lætantur in proprijs voluptatibus, vt gaudijs careant diuinis. Non dico,vt vel vnum talem in domo tua habeas, sed etiam vbicunque tales audieris esse, hos deuita. Cum huiusmodi hominibus nulla sit tibi cõnexio, vel familiaritas, nec velis cum eis sermocinari,si non valeas domino miserante,eos ab errore suo reuocare. Nam sæpe p vnam ouem morbidã,polluitur totus grex: & modica pars fellis magnum dulcorem vertit in amaritudinem. Nam talis si in ha G bitu videatur clarus ac nobilis, ac dulcia verba proferat, operibus tamen si agat tecum contrarijs, magis nocet illius talis factura qua placeat ex verbis figura:nõ enim ex verbis, sed ex virtutibus homo probatur. Sic & tu sis apud deum probatus, & Intentio omnia pro Christi amore libenter sufferas, recta & & pro tribulationibus carnalibus, quando pcatio. t euenerint, non frangatur animus tuus, Cap.45. nec vigor patientiæ tuæ. Res huius sæculi caducæ te non molliant: Sed time potius deum si à proposito tuo retardaueris: quando te peccatis obnoxium senseris, ad pœnitentiam cõuerti non confundaris:quia qui hic pœnitet in nouissimo nõ pœnitebit. In

omnibus

omnibus actibus & cogitationibus tuis placeas deo, nec studeas placere alteri, nisi ad ædificationẽ animæ. Et in omni opere qđ cogitas facere,primo cogita deũ: & si scđm deũ est qđ cogitas,diligenter examina:& si est rectũ coram deo,perfice illud:si vero aduersum fuerit repertum, amputa illud ab anima tua, & omnia per consiliũ sapientiũ faciro,vt opera tua & gressus tui secundum dñi voluntatẽ dirigantur. In omni oratione H & obsecratione, & dñi voluntatem in te,nõ tuam deprecare fieri: & secundum Apostoli præceptum,orare sine intermissione oportet, & sanctas manus sine ira & disceptatione ad deum leuare. Misericors est dñs,& Benefi- cẽtia in misericordiam in se sperantibus præstat. omnes . Non illi misericordia opus erat, qui nullũ Cap. 46 habuit peccatum, qui angelos fecit, & ar- 1.Tim.2 changelos præposuit, sed vt nos misericordiã ab illo consequamur eleemosynã dedit. Non illi eleemosyna necessaria fuit, cuius sunt omnia regna cœlorũ,qui cõstituit dñationes,principatus,virtutes, potestates, sed vt nos eleemosinis nostris participes regni 1.Ioan.5 cœlorũ efficeret. Patiens & pacificus est dominus,vt patiẽtia & pace sua mũdũ totũ, q in maligno positus erat, reconciliaret deo. Et nos patientes & pacifici sine ira & disceptatione simus, si ad deũ volumus puenire, & ad oẽs homines faciamus bonum. Ad oẽs dico,non per partes, nõ ad vnũ vel ad duos aut ad tres,sed ad oẽs homines. Christus.n. non pro sanctis tantum passus est, sed pro peccatoribus & impijs & sceleratis ascendit in crucem, & passione sua nos oẽs reuocaI uit ad vitã. Non sanctis tm dedit deus solẽ Matt.5. & lunã & pluuiam & omnia nascentia terrę,& oẽs fructus qui oriuntur in terris: sed in cõmune omnibus hominibus dedit illa, qui solẽ suũ facit oriri sup bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Ideo omnibus hominibus dedit illud in commune, vt bonũ nostrũ & eleemosynæ nostræ,& charitas nostra, & humilitas nostra,& patiẽtia nra in cõmune omnibus hominibus distriGala.6. buatur. Quãdiu fuerimus in hoc mũdo, faciamus bonũ ad oẽs, maxime aũt ad domesticos fidei, & oremus pro inimicis nostr Præmia & bonũ pro malo restituamus. Pauperes iustorũ. honoremus, & suscipiamus Christũ in ip- Cap. 47 sis,qui dixit, Quãdiu fecistis vni ex his mi- Mat. 25 nimis fratribus meis, mihi fecistis. Et filij dei erimus & hæredes dei,cohæredes autem Christi,& participes regni eius erimus: vbi nunquã senescemus, nunq; moriemur, vbi nõ est humanæ naturæ,nec vllus dolor,nec tristitia post gaudiũ,nec lux solis,nec lunæ, nec stellarum splendor:sed dñs noster Iesus Christus lux erit & sanitas & vita, & charitas,& pax,& gaudiũ, & oẽ bonũ omnibus credentibus in se. Ibi est terra viuẽtiũ, quã Propheta decantauerat,dicens, Credo videre bona dñi in terra viuẽtiũ:id præmium cœleste visurum se significabat, & cũ Xpo K in ppetuum viuere & regnare: vbi nec nox vlla inspirat,nec dies terminabitur,nec inopia videbitur,neq; cupiditas apparebit, sed perenne gaudiũ & sempiterna lætitia. Hæc sunt promissa iustorum,& hæ sunt promissiones eorũ propter quas laborauerunt & festinaueruut, & non cessauerunt currere in bonis operibus q̃diu fueruut in hoc mundo, in ieiunijs,eleemosynis,in castitate,in cõtinentia,in longanimitate,in patientia,in suauitate,in benecuolentia,in labore multo, in orationibus,in persecutionibus, in fame,in siti,in frigore & nuditate, in vigilijs multis pro Christi amore, & per omnia inutiles vigilias deuitauerunt. Vigiliæ autem sunt inutiles,cum quis vigilauerit circa cogitationes multas & turpes,vel ad gerendum contrarium aliquid vel ad facinus perpetrandum. Tales vigilias iusti deuitauerunt, & sanctas vigilias arripuerunt, Hi tales calcauerunt præsentem mundum,vt futurum lucrarentur regnum. Non acceperunt hic promissiones vel diuitias huius seculi miserabiles, quæ homines male eis vtentes ad inferna perducunt:& hanc præsentem patriam relinquentes, ad ciuitatem cœlestem, L cuius artifex & conditor est deus,intuitum animi sui præmiserunt. Vitauerunt peccatum in verbo,in facto,in cogitatione, in risu, in visu,in motu, in annuendo oculis, in manibus,in pedibus,in ira,in rixa,in furore, in dissensione, in vanagloria, in superbia,in elatione, in cupiditate, custodientes corpus suum & animas suas. Pariter enim Ieiuniũ duo ieiunia ieiunauerunt, id est, ieiunium & cibus corporis & animæ, hoc est ab ira & furo- animi re, & detractione, & blasphemia & rixa, Ca. 48. abstinentes se: quia sicut iam superius intimauimus, isti sunt mortiferi cibi animę, qui pascunt eam in malum & occidunt eam morte sempiterna. Iterum cibi corporis- simul & animæ isti sunt voracitas, somnolentia, fornicatio, vinolentia, securitas, suauitas, homicidium. Isti sunt cibi cor-

poris

poris simul & animæ,qui pascunt corpus & occidunt & aggrauant animã. Cibaria ista deuitemus, escas aũt cœlestes appetamus q̃ ad cœlum nos trahant & deducant,sapientiã scilicet diuinam, fidem robustã in Christo, benignitatem,beneuolentiam,patientiã,humilitatem,virtutem,diuinam lætitiã. Ser mones boni & optimi procedant ex ore nostro, sale diuino conditi, ad ædificationẽ audientium. Dilectionem dei & proximi, in qua tota lex pendet & prophetæ,semper mẽ te meditemur & opere ꝓficiamus.Hæc sunt mandata Christi quæ nos iubet facere. Si fecerimus ea, erimus participes regni eius, & regnabimus cũ eo.Si aũt non fecerimus, & ipse non dabit nobis regnũ suum.Si denegamus,& ipse denegabit nos. Si nõ credimus, ipse fidelis permanet, q̃a omnis incredulus infideliter agit, dũ & vitiũ hominis est oĩa credere,& vitiũ est nihil credere,et maxime semper mala de inimico cuius alioquin si ad nos dura sunt verba,tũ forsitan Christianũ se recordatur, & se reũ corã deo plorat. Susurri aũt verba semper mala de inimico,sed si tu bona loqueris continuo illũ confundis, nunquã.n.concordiã faciunt sed discordiã: ligna in ignẽ mittunt. Summo studio summaq; vigilantia nobis est curandũ, vt non linguã detrahentẽ audiamus ne audiamus à Christo iudice omnium in die iudicij,quod audient pct̃ores. Ite in ignẽ æternũ,qui paratus est diabolo & angelis eius.Vere.n.diabolo est ꝑparata gehenna, & omnibus hominibus faciẽtibus opera diabolo. Væijs q̃bus præparatur dolor vermiũ,ardor flãmæ,sitis sine extinctu,fletus & stridor dentium,oculorum lachrymæ,tenebræ exteriores sine luce,pœna inexterminabilis: vbi non est vllus honor, siue agnitio proximi, sed continuus dolor & gemitus, ubi mors optatur & non dabitur:vbi non est honor senioris & regis, nec dñs super seruum,nec mater diligit filiũ aut filiam, nec filius honorat patrem: vbi omne malum,& omnis indignatio, & fœtor & amaritudo abundat. Hæc timuerũt iusti, & hæc fugerunt. Rogo & supplico, iterum atq; iterum deprecor frater charissime,vt & nos deum amemus & timeamus & hæc fugiamus, quia mors perpetua est animæ nr̃æ sima:toti si in his perseuerauerimus. Tria.n.sunt dem op- in hoc mundo deteriora omni malo: anima tima. pct̃oris cũ peccato perseuerans,quæ nigrior coruo est, & mali angeli qui eam rapiunt, & infernus in quem ducitur:Nõ sunt.n.deteriora his tribus. Eadẽ.n.anima metu futuri iudicij expauescens, & putredinem suam inspiciens,dicit,Putruerũt & corruptæ sunt cicatrices meæ,à facie insipientiæ meæ. Iterum tria sunt quibus in hoc mundo nõ sunt meliora, anima sancti in bonis operibus perseuerans,quę speciosior est sole:& sancti angeli qui eam susciptũt:& paradisus in quẽ ducitur, & expectatio regni cœlestis. His tribus non sunt meliora in hoc mundo. Angeli.n.sancti delectant animã spiritali cantico:sicut Psalmista ait,Beatus quẽ elegisti & assumpsisti dñe, habitabit in tabernaculis tuis:Replebimur in bonis domus tuæ, sanctum est templum tuũ mirabile in æquitate. Hæc frater charissime meditemur. Hæc in animo firmiter teneamus, & caueamus, nos ab omni peccato & iniquitate,in verbo, in facto, in cogitatione,in manibus,in pedibus,in visu, in auditu,custodiamusq̃ corpus nostrum & animam. Christus.n.dñs noster, qui est deus & dei filius, descendit de cœlo in terram, vt nos de terra ad cœlũ secum portaret:pro nobis peccatoribus crucem ascendit, vt nos à cruciatu diaboli liberaret: ab inimicis pœnam suscepit, vt nos de morte eriperet: à mortuis resurrexit, vt nos resurgamus anima & corpore in die magno iudicij. Ideo dum tempus habemus laboremus,& bona opera deoq̃ placita vna cum dei adiutorio semper facere studeamus,ne subito præoccupati die mortis quæramus spatium pœnitentiæ & inuenire nõ possimus. Dum sumus in hoc corpore seminare nos oportet: tempore enim suo, id est, post mortem, siue in die iudicij metemus,quod in vita æterna habere debeamus. Hic enim laboremus, & inuicem onera nostra portemus. Quo enim præcesit caput,& cætera membra secutura sunt. Te neamus sicut iam superius insertum est, fidem rectam,spem certam,charitatem perfectam: quia fides tanquam sensus noster est, & charitas tanquam sanitas nostra. Fides credit,charitas operat̃,spes roborat: & quãuis diuersa membra diuersa habeant officia,si charitatis tamen unitate teneantur omnia membra,tunc merebuntur ire post caput. Caput enim nostrum Christus in cœlo est: Et ipsa veritas dominus noster Iesus Christus, de suis fidelibus ait, Si quis mihi ministrat, me sequat̃: & vbi ego sum, illic & minister meus erit. Caueamus, & per omnia caueamus, ne per inuidiam, odium,

Terret B
malis ge
henæ.
Cap.49.
Mat.22.
Seneca.
A
C
Hic labo
randum
Cap.51.
Mutua
charitas.
Cap.52.
Iano.12

odium,detractionẽ,iram & rixam, à capite nostro dño Iesu Christo præcidamur: & quicquid mali iusti pro amore Christi, nostriq; proximi pertulerint, charitatis affectu compatiamur: & quicquid boni aliud quislibet acceperit, quasi nos acceperimus, ita gaudeamus, & pro illo qui accepit gr̃as referamus. Ecce,vt iã diximus, cũ patit aliquis tribulationẽ,aut damnum huius seculi, aut pro culpis suis uapulat,vel iubente impe
D riali sublimitate,in carcerẽ retruditur,tristatur parentũ siue amicorũ morte: si dolemus pro illo,& compatimur, quantũ possumus, in corpore ecclesiæ constituti sumus: si non dolemus,iam à corpore præcisi sumus. Sed proh dolor nos aliqñ rigorem simulantes materiam in flammam mittimus, & cum ignis incensus fuerit fugimus,Charitas quę colligat & viuificat omnia mẽbra ecclesiæ, si nos videat de ruina alterius gaudere, statim nos præcidit à corpore.Forte igitur nõ dolemus de ruina proximorũ nostrorũ, sed insidiamur, quia præcisi sumus à corpore: Si.n.ibi essemus,sine dubio doluissemus.Cõsideremus charissime,& diligenter attendamus,quia tandiu dolet membrum quandiu in corpore continetur: si aũt abscissum fuerit,nec dolere poterit, nec sentire. Cum.n. manus aut aliquis alꝑ mẽbrũ abscisum fuerit à corpore,si totum corpus tunc in multis partibus diuidatur,manus illa non sentit, q̃ iam à reliquorũ mẽbrorum societate diuisa est.Talis est omnis Chr̃ianus q̃ de alterius dãno,afflictione,aut ẽt morte nõ dolet, sed quod peius est, forte etiam subsannat & gaudet. Ideo affectũ charitatis nõ hẽt in corde,
E q̃a iam alienus est à corpore: cũ Apostolus præcipiat,gaudere cũ gaudentibus, flere cũ flentibus,idipsum inuicẽ sentientes. Et Salomon,ne de ruina fratrum nostrorũ gaudeamus,manifestissime admonet. Nos vero miseri de inimicorum nostrorum ruina gaudemus,subsannamus, & si non cadit cadere eũ in vltionem nostri optamus:sed oremus deũ mi frater,si veram & perfectam charitatem custodire volumus,vt eius adiutorio omnes homines sicut nosmetipsos studeamus diligere:vt quia caput nr̃m Christus est,mẽb illius nos esse mereamur:vt cũ Christus apparuerit gloria nostra,& nos per concordiã charitatis,& per dilectionem ſ.dei & proximi quasi vera & perfecta membra illius absq; vllo dolo malitiæ,vel inuidiæ, omnes homines sicut nos ipsos amantes, cum ipso apparere mereamur in gloria. Ipsa etenim ait:In hoc cognoscent oẽs, quia mei estis discipuli, si dilectionẽ habueritis adinuicem: Dilectio etenim proximi, malũ nõ operat̃. O mi frater,si dñs & Saluator nr̃,qui nullũ pct̃m habuit,tanto affectu & tãta dilectione nos pct̃ores amare dignatur,vt quod nos patimur, seipsum pati testetur: quare nos qui sine pct̃o non sumus, & qui peccata nr̃a per charitatem redimere possumus,non tã perfecto amore eum diligimus, dum tanto nos F dilexit,vt ẽt proprium filium fuũ pro nobis pct̃oribus morti traderet? Et cum tantã benignitatem & misericordiam erga nos exhibuit, vigilemus ne perdamus bonum quod nobis dedit: & sacr̃um baptismi nr̃i, in quo iurauimus abrenunciare diabolo & pompis eius & omnibus peccatis.Et si trãsgredimur in aliquo peccato post baptismum,nos abluere pœnitentię lachrimis curemus, quia pius deus dedit secundum baptismum.i.fontem lachrymarum, & ordinauit nobis pœnitentiam ꝑ fragilitatem nr̃am. Ideo debemus nostras confessiones veraciter confiteri, & fructus dignos pœnitentiæ facere.i.præterita ne reiteremus,sed̃m iussionem dñi & cõsilium sacerdotis deum timentis. Qui sacerdos,vt sapiens & perfectus medicus, primũ sciat curare peccata sua,& postea aliena vulnera detergere & sanare, & non publicare. Hos perquiramus & sequamur,& cum talibus consilium salutis nostræ ineamus:vt nõ perdamus hæreditatem cœlestem quam nobis dñs ab initio mundi præparauit,si seruiamus ei in iustitia & sanctitate, & puritate cordis,& charitate non ficta,clamantes cum Apostolo. Quis separabit nos à charitate Rom.8.
Chr̃i? Tribulatio? an angustia? an gladius? Et G
cætera q̃ sequũtur. Dictũ est.n. Neq; mors, neq; vita,neq; angeli,neq; principatus,neq; instantia,neq; futura, neq; aliqua creatura poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu dño nostro. Dictum est etiam de ecclesia primitiua, ꝙ erat illis cor vnum & anima vna in dño,& erat eis vnum velle & nolle, quia in vnum eos Christi charitas copulauerat. Econtrario vero Consilia carnales & amatores huius mundi contra se malorũ. inuicem separantur & disiungũtur: mouen- Cap.53.
tes in alterutrũ scandala, contentiones,iras, rixas,dissensiones,homicidia,periuria,furta, rapinas, & omnia quæ mundus iste amat, & delectatur dicens vnusquisque in corde suo. Faciam quod volo, dominum meum amicum

Rom.12
Pro.17.

amicum & defensorem habeo, nemo mihi obstat, interim faciam quod possum, implebo cogitationes meas, & delectationes corporis: suffragantur mihi consilia mea siue amicorum meorum, vel parentum potentum: adest mihi aurum, superabundat argentum: eloquentia mea omnes præcellit: quem vereor? Assunt mihi serui & ancillæ, agri, & multæ possessiones huius mundi, pal
H lia, vestes preciosæ, vnde me redimere possum: adimplebo voluntatem meam, deus da
Luc.12. bit mihi spatium vitæ & pœnitentiæ. Heu quare non timemus quod Euangelium terribiliter insonat, dicēs: Stulte, hac nocte exposcent à te animam tuam, quæ præparasti, cuius erūt? Homines nos esse cognoscamus, nec sic superbiamus cōtra deū & proximum nostrum, & uoluntates nostras malas perficiamus & postponamus, ac deinceps domini bonam voluntatem ad nostras malas reflectere cum muneribus posse nitamur, cum nos nostramq; voluntatem prauam ad dūi semper rectam voluntatem corrigere negligamus: sed ubicunq; nos delectat, iniurias nostras volumus vindicare: nec fratri parcimus dicentes, faciam vindictam in fratrem vel patrem meum: faciam homicidium, periurium, adulterium, fornicationem, & postea dabo domino redemptionem meam. Quare non intelligimus, dum sic audacter peccamus, æstimantes deum posse muneribus placari, quòd tunc multo plus eum ad iram quàm ad misericordiam prouocamus: quia deus non delectatur in auro vel argento, nec aliud à nobis quærit, quàm animas nostras mundas in conspectu suo præsentari? Nec enim consilijs peccatorum se immiscet, sed ex salute nostra nos semper admonet & salubre dat consilium: quia ipse est cōsiliarius salutis nostræ, sicut Propheta ait, Et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius. Et iterum dictum est de deo in Psalmo, Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum. Et iterum, Quia non est iniquitas in eo. Et forte ipsa quam putamus pro nobis facere eleemosynam de prædis mortuorum siue de rapinis pauperum non videtur esse eleemosyna. Qualis est enim eleemosyna vt vnus iniuste vestiatur, & alius iniuste spolietur: & vnus iniuste pascatur, & alius iniuste fame torqueatur? Non quærit ista deus à nobis: audeo dicere odit ista deus omnipotens. Ipsum audi Prophetam, q dicit, Qui offert sacrificium ex rapina, siue ex substantia pauperum, quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Non accipiam, inquit deus, ista de manibus vestris: manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Et alius Propheta, Panis egentium, vt vita pauperū est: qui defraudat illum, vir sanguinū est. Contemnamus facere iniustas eleemosynas, qui volumus facere iustas. Studeamus facere spiritales eleemosynas, vt de iustis laboribus faciamus, non de rapinis, siue multiplicatio- K
ne frugum, aut de ineptis negocijs: ne forte in hoc multa sacrilegia incurrantur, vel etiā quod peius est, cupiditate vel inebrietate sanguis fundatur, clamentq; eorum voces ad deum cōtra nos, multo labore afflicti. Vnde & Psalmista, ait, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentes non accepit: & cætera quæ superius in eodem Psalmo audientem & credentem & pauentem, beatum efficere possunt, sicut & idem Psalmus concludit, Qui facit hæc, nō mouebitur in æternum. Et quia talia & his similia creator omnium creaturæ suæ rationali annunciando insinuat, credimus qa qui diligit quod creauit creator neminem persequitur, si ipse homo se non persequatur. A nullo quolibet homine recedit deus, nisi prius ipse homo ab eo recedat, nec naturam non nobis vel vitium quod contraximus odit, non prodest nobis, immò et obest Christi sanguine esse redemptos, & voluntarie diabolo esse subiectos. Ideo cogitemus & recogitemus, quòd non propter fœlicitatem terrenam Christiani effecti sumus. Non enim omnes qui in hoc seculo fœlices sunt, fœlices erunt & in futuro: nec omnes infœlices in hoc seculo, infœlices erunt L
in futuro, nec propter diuitias huius seculi, vel propter istam vitam Christum colimus: sicut Apostolus ait, Si in hac vita tantum 1.Co.15.
sperамus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Christus enim ne aurum diligeremus, oblata munera contemnere docuit. Ne famem timeremus, quadraginta diebus ieiunauit. Ne nuditatem pertimescеremus, præter vnam tunicam, aliam discipulis suis habere vetuit. Ne tribulationes expauescеremus, omnia ipse sustinuit. Ne mortem formidaremus, & hanc ipse suscepit. Et cum ista omnia nos docuerit, non tantum verbo, verumetiam exēplo ipse præcesserit. Hoc suauiter flagret in cordibus nostris, hoc ignis spiritus sancti in nobis feruere faciat, vt sequamur vestigia eius,

nc

Esaię.1. Eccl.34. Psal.14. Psal.14. Deo hæ rendum nō mun do. Cap.54.

Esaię.9. Psal.1. Rom.9. Eccl.43

ne desideremus remanere in hoc mundo, & pereamus cum hoc mundo. Heu quam miseri sumus, si hoc credere nolumus, & ab amore huius seculi mentem nostram non reuocemus, dum perpetualiter ista tenere non possumus & illa p securitatē amittimus. Quid faciemus? quid agemus? Lugendū nobis est,
M si regnum dei promissum perdamus, & subito dicatur nobis, ò vos amatores mundi exite obuiam sponso Christo, & ad illum uenite quē videre non vultis, quia præcepta eius postposuistis, Videbitis. n. plagas ipsas quas in corpore suo pro vobis ipse ptulit. Quid tunc gementes & dolētes dicemus? Et quid meritis nostris in eum exigentibus responsuri sumus, dum frequenter audimus, & negligimus quod Psalmista cecinit, Quid retribuā domino pro omnibus quæ retribuit
Psa.115. mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo. Firmiter teneamus, quia spes bonorum in isto mundo non est posita, quamuis videatur spes humana vel mundana esse, quæ in amaritudinem vertitur, & amaram potionem ipse mūdus amatoribus suis propinat. Et ipsa veritas eos alloquitur dicens, Vbi est quod pro mago tenebatis?
De lugē dis aiarū perditio ne. Cap.56. Hier.9. O mi frater, nunquid ferreæ sunt carnes nostræ vt non contremiscant, vel etiam sensus noster adamantinus vt non mollescat, aut ēt minime euigilet ad talia dei verba? Quare non dicimus, cum Propheta, Quis non dabit capiti nostro aquam, & oculis nostris fontem lachrymarum, & non ploremus die ac nocte, filios vulneratos plebis nostræ? Deficiunt flendo oculi eorum qui considerant, non solum mortes corporum verum
A etiam animarum Christianorum. Quis luctus idonior, quis plāctus certior inueniri potest, quando unusquisque nostrum de anima perdita luget & dolet cum Apostolo, qui dixit, Quis infirmatur, & ego non infir
2.Co.11. mor? Quis scandalizatur, & ego non uror?
Rom.9. Atque iterum in alio loco dilectioni proximorum compassus, dicit, Optabam esse anathema pro fratribus meis a Christo. Discamus in tanto Christi Apostolo tantam flagrare Christi charitatē, dum sciebat q vni eo filio suo non pepercisset, sed pro omnibus nobis tradidisset eum. Pro omnibus nobis, dicit, ideo nulli laici, nulli clerici, nullę sacræ virgines, nullæ viduæ debent negligere
Nūc tē pus misę cordię Cap.57. salutem animarum suarum, dum tanti sanguinis precium pro nobis fusum esse manifestum est. Ideo omnes nos qui reliqui-

sumus super terram, peccata nostra agnoscamus, ne cum impijs pereamus, cum cito iudicemus. Quàm velociter placauit irā eius, ille, qui dixit, Peccatum meum cognoui, & Psal.31.
iniustitiam meam non operui. Dixi pronun B
ciabo aduersum me iniustitiam meam domino. Promittit se pronunciaturum & illi iam dimittitur, Attende mi frater, magna res, Dixi, pronunciabo, non dixit, pronunciaui & tu remisisti: quia ex eo ipso q dicit, pronunciabo: ostendit, quia nondum pronunciauerat, sed corde pronūciauerat. Hoc ipsum dicere, pronunciabo, pronunciare est, ideo & dimisisti impietatem cordis mei. Vox mea nondum in ore erat, confessio ergo mea nō dum ad os venerat. Dixeram pronunciabo aduersus me: Veruntamen deus audiuit vocem cordis mei: Vox mea mondum in ore, sed auris dei iam in corde erat. Et quid secutum est? Et tu remisisti impietatem cordis mei. Paratus est semper deus peccata nostra indulgere, si non tardauerimus ad eum reuerti. Si. n. tardauerimus, timeamus ne infe
rat nobis iram suam, quia quosdam prædestinauit ad supplicium, nec tamen hoc iniuste, sed in alto suo iudicio. Nam Cain perfecit fratricidium, & Iob vulneratus dei amicus est effectus, & Abel innocens à fratre suo occisus: tamen nec Iob diutius passus est cruciatum, nec Ananiæ locum donauit ad ignoscendum, nec Paulum deseruit colaphizatum quem sua gratia fecit robustum, nec Iudam suscepit pœnitentem, nec Petrum deseruit flentem, nec Saul respexit pœnitentē, C
nec Dauid despexit confitentem. Et sic pius & misericors dominus, alto suo iudicio separat vasa iræ, à vasis misericordiæ. O si attendamus miserum Iudam, uas olim perfectū & in perditionem perductum: Multum sanctispiritus potare non potuit, quo accepto continuo crepuit, totumque fractū, ad nihilum vtile est. Hæc pertimescentes conuertamur dum tempus est. Ait enim Psalmista, Psa.104.
Inquirite dominū dum tempus est, & cōfirmamini, quærite faciem eius semper. Tempus est enim vt reparemur, & si in aliquo per peccatum fracti sumus, omnipotentem deum figulum & artificem habemus: credamus quia potēs est reparare perdita, qui creauit hæc omnia integra. Ipse enim ait, Sicut Eccl.33.
lutum in manu figuli, ita vos estis in manu mea. Ideo humiliemus nos sub manu omnipotentis dei, vt nos exaltet in tempore visitationis. Cogitemus nos in conspectu

dei ſtare: Agnoſcamus quid ſimus, Agnoſcamus quia terra & cinis ſumus, dum Prophe
Eccl. 10. ta contra nos dicat, Quid ſuperbis terra & cinis? Quod ſi nos non agnoſcimus, fruſtra exaltare volumus ceruices noſtras, dum
Iacob. 1. deus ſuperbis reſiſtet, humilibus autem dat gratiam. Conſolamini humiles, dicit dominus deus veſter, conſolamini qui eſtis puſil
D lanimes & confortamini, & iam nolite time
Phili. 4. re, ecce deus veſter retribuet iudicium, ipſe veniet & ſaluos nos faciet. Dominus in proximo eſt, nihil ſoliciti ſitis, nihil vos terreat mundi infœlicitas, nihil dominorum iniuſtorum impietas, quia ſi iſtam infœlicitatem mũdanam ſancti dei omnes timuiſſent, perpetuam fœlicitatem non haberent. Si fœlicitas huius mundi tranſitoria diligitur, hic perpetua non inuenitur. Si vero perpetua fœlicitas quæritur, quoniam hic non inuenitur, ad perpetuam fœlicitatem tendamus, vbi patriam & parentes noſtros habemus, patientiſsime omnia huius mũdi pro Chriſti nomine toleremus. Quid ergo rogo eſt quod toleretur, cõtra illud quod nobis promittitur? Apoſtolus inquit, Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis, ad futuram
Fiducia in paſtore Xpo. gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nulla ergo preſſura nos terreat, nulla calamitas
Cap. 58 frangat: dominus in proximo eſt, & paſtor noſter circa nos eſt, quid metuemus? Et ſi
Pſ. 118 metuimus clamemus ad paſtorem noſtrum, vt nos audiat: clamemus in compunctione cordis, dicentes, Erraui ſicut ouis quæ perie
Pſal. 21. rat, require ſeruum tuum domine. Clame
E mus & dicamus, Libera à framea deus ani
Pſ. 141. mam meam, & de manu canis vnicam meã, & ſalua me ex ore leonis. Clamemus & dicamus, Perijt fuga à me, & non eſt qui requirat animam meam, Conſiderabo ad ſiniſtram ecce diabolus vt lupus rugit, ſicut leo frendet. Ecce lupus eſt, contra latrat canis. Clamaui ad te domine dixi tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium: Libera me de manibus inimicorum meorum, & eorum qui me perſequuntur. Nunquid paſtor noſter bonus, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis, ad quem ſi clamemus, dimittet nos diutius errare, aut à feris vel à beſtijs dilaniari atque conſumi? Abſit. Quinimo relictis in deſerto nonagintanouem, perrexit vnam ouem quæ rere perditam. Nec quia clamantem audiu it, ideo perrexit, ſed antequam clamaret: ai t enim Euangeliſta, Reli-
Luc. 16. ctis nonagintan o uem in deſerto, abijt quærere vnam ouem quæ perierat, quam inuentam & laſſatam atq; fatigatam, impoſitam humeris ſuis reportauit ad gregem. Paſtor eam ad gregem ſuis humeris reportare dignatus eſt, & miſericordia ſua ab errore reuocare. Quod vero ouem iſtã dominus ſuis humeris impoſitam reportauit ad gregem, quantæ miſericordiæ eius grã agendæ ſunt, qui tũ ſe ad nos humiliauit & inclinauit, F portat & reficit, regit & cuſtodit. Depre Implocamur te domine bone ſumme & optime rat opem paſtor, ne pereat ouis, imple officium ſum- dei.
mi paſtoris. Perſequere leonem, qui rapuit Cap. 59.
ouem de grege tuo: leo interficiatur, & ouis de faucibus eius eruatur. Tu enim es paſtor ouium rex noſter potens, contere Satanam ſub pedibus noſtris. Et nunc domine paſtor rex noſter tot de grege tuo quotidie rapiuntur oues, quare taces? Reſponde quare tantum taces? Ecce per diuerſa præcipitia rapiũtur oues tuæ, & inimici tui qui te oderunt leuãt caput contra te & tu taces. O domine deus reſponde. Quare tam diu taces? Ad hæc dominus per prophetam clamat, & dicit, Taceui tacui, ſed non ſemper tacebo. Aget iudicium manus mea. Ergo domine Ieſu paſtor noſter, rex noſter accipe arma tua & progredere, vt pugnes contra leonẽ aduerſarium noſtrum, qui circuit quærens nos deuorare. Eſto nobis domine turris fortiPſal. 60.
tudinis à facie inimici. Petimus, & inſtantiſſime petimus vt liberes nos. Mundus enim in maligno poſitus eſt. Ecce ſæuiunt mala, & pereunt mundi dilectores, blaſphemant, inſaniunt & aduerſus te murmurant, non ſolum tuam miſericordiam non precantur, verumetiam tuum iudicium reprehendunt. Quis in eis talia operatur, niſi au G
thor mali angelus ſuperbus & perditus, & omnes perdere cupiens? Libera nos domine deus noſter ab omni malo, & pars noſtra ſit cum omni bono. Ab omni malo libera nos, quia tunc ab omni malo liberamur, quando à diabolo & angelis eius ſeparamur. Angeli eius ſunt, qui faciunt voluntatem eius, Non ſit nobis pars cum talibus qui faciunt voluntatem diaboli, ſed cum illo qui dixit,
Mat. 12. quis fecerit voluntatem patris mei, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Nos enim illius precio redempti ſumus. Societatem malorum fugientes, bona quęramus, ſummo bono inhæreamus, illi ſeruiamus, eius volũtatem faciamus: vt ſimus & nos angeli dei,
Pſ. 109. de quibus dicit Propheta, Benedicite domino

no omnes angeli eius, miniſtri eius, facientes voluntatem eius: quia voluntas patri noſtri eſt, ſicut Euangeliũ ait, vt non pereat vnus ex puſillis ſuis, & ne pereamus & euellamur de via iuſta. Deponamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, vt expulſa no
Arma lucis. ctis caligine effugatiſq; vmbris tenebrarũ, radius veri luminis fulgeat in cordibus no-
Cap. 60. Rom. 13 ſtris. In nocte non opera noctis, ſed diei opera peragamus, quia filij dei appellati ſumus. Neq; enim delectatione ſomni ſeaſus noſter torpeſcat, nec vanis phantaſmatibus animas noſtras illudat, nec ipſa corpora ſtramento-
H rum calore depreſſa in alto torpore quies inclinet: ſed vigilando, orando, ieiunando, pſalendo cõtra diabolum aduerſarium nr̃m dimicemus, & magnã lucẽ infuſam cordibus noſtris ſentiamus, & in nocte opera diei peragamus. Quid.n. agendum nobis eſt in nocte huius ſeculi caliginoſa, niſi diabolum effugere & Chr̃m introducere? Quid agendũ eſt nobis in huius noctis cæcitate niſi captiuatorẽ captiuare, & liberatorẽ ſequi? Quid agendum eſt nobis in nocte, niſi tenebras diabolicas de cordibus noſtris excutere, & lumen verum haurire? Quid agendum eſt nobis in nocte, niſi ſuperbiam extirpare & humilitatem introducere? Quid agendum eſt nobis in nocte, niſi principẽ omniũ vitiorum à nobis expellere, & fontẽ omnium bonorũ ſuſcipere? Suſcipiamus eũ frater chariſſime ſuſcipiamus eum, vt & ſuſcipiamur ab eo, & videamus quæ bona præparata ab eo habeamus, qui nos quotidie vocat: ſuſcipiamus iugum eius leue & ſarcinã eius ſuauẽ, qui ſarcinã peccatorum noſtrorum reuelat: deponamus opera tenebrarum, & induamur
I arma lucis. Quid eſt.n. deponere opera tenebrarum, niſi renunciare diaboli pompis & angelis eius? Et quid eſt nos arma lucis indui, niſi credere in deum patrem omnipotentem, qui illuminauit oẽm hominem veniẽtem in hunc mundum, qui hoc dixit, Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis ſitis? Prius tamen dilectiſsime ſi vis, immò quia vis, diſcutiamus & inueſtigemus, quis
Diabolus author mortis. Cap. 60. ſit, vel quid ſit diabolus. Diabolus enim eſt angelus per ſuperbiam ſeparatus à d , qui in veritate non ſtetit: & doctor mendacij, & pater mendacij, quia ab ipſo primum inuentum eſt mendacium: & ipſe eſt mendacium, ſicut veriſsima veritas dñs noſter Ieſus Chriſtus in Euangelio Ioãnis loquitur: quia ipſe eſt caput, & finis mendacij, & à ſemetipſo deceptus, nos decipere feſtinat. Iſte eſt aduerſarius effectus generis humani, inuentor mortis, ſuperbiæ inſtitutor, radix malitiæ, ſcelerum caput, princeps omnium vitiorum, perſuaſor etiam turpium voluptatum. Hic ergo cum illum primũ hominẽ à deo factum, Adam. ſ. patrẽ omniũ noſtrum intueretur, ſicut ſuperius crebro intelligere potes: videretq; eũ ex limo terræ ad imaginẽ dei factũ, pudicitia ornatũ, tẽperantia cõpoſitũ, charitate circundatũ, immortalitate veſti K
tũ: æmulus atq; inuidus tãtã beatitudinẽ hominẽ terrenũ accepiſſe, quã ipſe, dũ eſſet angelus, p ſuperbiã cognoſcit amiſiſſe, inuidit ſtatim inſatiabilis homicida primo parẽti noſtro, nos noſtroſq; parentes à tãtis & talibus bonis expoliauit, inſuper & peremit. Nam & multis bonis in prima frõte diabolus nos expoliauit, id eſt, pudicitia, continentia, patientia, manſuetudine, charitate, immortalitate. Sic nos nudos & miſeros reddidit, ſuiſq́ue pannis deriſit eſſe inuolutos, & ſuo dominio eſſe aſtrictos, atque ex ipſo vinculo omnem prolem noſtram ſibi obligauit. Expoliauit nos pudicitia, & accinxit impudicitia, Expoliauit nos temperantia, & fecit intẽperatos. Expoliauit charitate, & veſtiuit malitia. Expoliauit immortalitate, & propinauit mortem. His etiam turpiſsimis & fẽti diſsimis pannis nos poſterosq; noſtros inuoluit & ſemiuiuos reliquit. Et quia ſic mi- Renunſerabiliter atrociſsimus hoſtis circa nos ciandũ
egit, eia frater chariſsime, eia renunciemus diabolo.
huic dãnoſq; hẽreditati: pupilli facti ſumus, Cap. 61
antequam exactor veniat tã peſsimæ hæreditatis, omnibus q̃ eius ſunt renunciemus.
Si q̃s itaq; huic hæreditati, in qua ſunt panni diaboli, pompæ. ſ. ſeculi, & angelis eius re- L
nũciare neglexerit, cum iudex venerit, ſicut Euangelium loquitur, tradetur debitor exactori, exactor autem debitorẽ trudet in carcerem. Amen dico vobis, dicit dñs, nõ exiet inde, donec reddat nouiſsimum quadrantem. Omne itaq; genus humanum tanquam
pauperẽ, & pupillũ diuina ſcriptura cõmen- Pſal. 9.
dat deo, dicens, Tibi derelictus eſt pauper, pupillo tu eris adiutor: eiusq́; aduerſarium diabolũ demonſtrans, ſecutus adiunxit, Cõtere brachium peccatoris & maligni. Aſsit dñs noſter Ieſus Chr̃s pius & miſericors, q̃ aliquam miſericordiam huic pauperi & pupillo exhibeat, quia callidum atq; ferociſsimum aduerſariũ patitur: etiam pupillus in cauſa deficit ſua: quapropter ſuus aduerſa-

rius prauis artibus decipere eum festinat. Assis dñe Iesu Christe huic pupillo idoneus defensor,sta in causa illius, qui iusisti recte iudicare filijs hominum. Eleua brachium tuum, & contere brachium peccatoris & maligni. Optime nosti huius pauperis & pupilli,generis.s.humani causam,quæ ex paterno chirographo debetur. Inuentus est reus,& obstrictus aduersario detinetur: non est aliud quemadmodum nobis subueniatur,nisi ex tuo cõsilio: & per necessariũ adiutoriũ iudica causa nostrã: defende,quia potẽs es domine. O mi frater charissime, quã fœlix anima,quæ tam potentem habet defensorem: ideo nunc quæso vigilet vnusquisq; nostrũ, ne apud eum diabolus in die iudicij suos pãnos agnoscat,& incipiat reus ex hoc semper detineri, quem Christus sua gra voluit liberare. Nec sibi male blandiantur, qui post acceptã gram corrigi nolunt, atq; rursus ad illas suas pristinas redeunt voluptates. Expectatur.n.dies iudicij,aderit ille æquissimus iudex, qui nullius ptãtis personam accipiet,cuius palatiũ auro argẽtoq; nullus Eps,nec Abbas,nec Comes corrũpere poterit. Omnes animæ astabunt,vt referat vnaquæq; secundũ quod gesserit in corpore,siue bonũ siue malũ. Præsto.n.erit aduersarius diabolus,& recitabunt verba professionis nostræ, & obijciet nobis in faciem quicquid fecimus:& qua die peccauimus,& quo loco,& quid boni tũc tpis facere debuimus. Et si tales inuenti fuerimus, exultabit ille aduersarius ĩ cõspectu pijssimi iudicis, superiorẽ se esse nobis declamans,agẽs talẽ cãm apud talẽ iudicem:habet.n.tunc dicere ipse diabolus, Aequissime iudex,iudica istũ meum esse ob culpam, qui tuus esse noluit per gratiam:tuus est per naturam, meus est per miseriam: tuus est ob passionem,meus per suasionẽ: tibi inobediens,mihi obediẽs: à te accepit immortalitatis stolam,à me hãc pannosam,qua indutus est,vestem:tuam vestem amisit, cum mea veste huc aduenit. Quid apud eum impudicitia faciebat, quid intemperantia,quid auaritia, quid ira,quid superbia,quid cætera mea membra? Dimisit te,confugium fecit ad me. Meas sorores video comitari cum illo. Quid enim? Idcirco omnia faciebat, quia cum superbia disputabat,quia cum ira furebat,thesaurizauit sibi iram in die iræ. Aequissime iudex,iudica inquã,quia iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Iudica illum meum esse,& me cum damnãdum esse. Hæc omnia quæ huc attulit,mea esse cognosco, meus esse voluit, & mea cõcupiuit,mecum puniri debet,quoniam quem tu dignatus es tanto precio liberare, ipse mihi voluit se postmodum libẽter obligare. Heu heu frater charissime,poterit ne talis aperire os,qui talis ibi suenietur,vt iuste ire cum diabolo deputetur? Videamus quid agamus, ab illo videamus qũo liberemur:videamus & caueamus ne ĩ vacuũ gratiam dei suscipiamus,sed integro corde, perfectaq; fide renũciemus, atq; supernamus tam damnosam diaboli hæreditatem,ne pupilli & pauperes remaneamus. Recitetur ĩ medio nostrum sententia beati Pauli Apostoli terribilis terribiliterq; prolata,quę corda simul & corpora nostra contremiscere faciat:ait enim, Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis,iam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis est autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio,q consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi,sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur,quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit,& sanguinem testamenti pollutum duxerit,in quo sanctificatus est,& spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit,Mihi vindictam,& ego retribuam. Et iterum, Quia iudicabit dominus populum suum. Horrendum est.n.incidere in manus dei viuẽtis. Et paulopost,Nolite itaq; amittere confidentiam vestram,quæ magnã habet remunerationem. Patientia.n.vobis necessaria est,vt voluntatem dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc.n.modicũ aliquãtulum,qui venturus est veniet, & nõ tardabit reddere vnicuiq; secũdũ opus suũ. Hæc.n.verba non ex me,sed ex ipso qui dixit,An experimentum eius quæritis, qui in me loqui Christus,profluxerunt. Extendamus aciem oculi cordis nostri,& videamus: & aurem cordis accommodemus ad terribilem Apostoli sententiam perspiciendam & inuestigandam. Mundemus oculos cordis, immo ipsa lux, quã desideramus videre,mũdet cor nostrum: & sit à peccatorum tenebris ipso miserante mundatum. Beati.n.ait, mundo corde, quoniam ipsi deum videbũt: nõ sit nobis hic labor inutilis ad perniciem, sed vtilis ad salutem. Curramus dum lucem habemus,ne tenebræ nos cõprehendant. Et iterum Apostolus nos hortatur intentissime

Mdæmon accusator in iudicio. Cap.62.

A

Relabi periculo sum. Cap.63

B

C

2.Co.13

Matt.5.

Ioã.11. Hebr.12

me dicens,Remissas manus,& soluta genua erigite,& gressus rectos facite pedibus uestris,vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniã, sine qua nemo videbit deũ cõtemplantes, ne quis desit gratiæ dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat,& per illã inquinentur multi. Et paulopost,Videte ne recusetis loquentẽ,si.n.illi,qui increduli fuerunt verbo dei, nõ effugerũt,recusantes eum qui super terrã loquebatur:multo magis nos,qui de cęlo loquẽte nobis aduertimus cuius vox mouit terram tunc,mõ aũt repromittit dicẽs, Adhuc semel,& ego mouebo,non solum terrã, sed & cœlum. Quod autem adhuc semel,declarat mobilium trãslationem tanquã factorum,vt maneant ea quæ sunt immobilia. Itaque regnũ immobile suscipientes habemus gram p quã seruiamus placẽtes deo cum metu & reuerẽtia: etenim deus noster ignis consumens est, qui consumpturus est aduersarios. Accedamus ad eum antequam cõsumamur ab illo,postulantes vri cor nostrũ,& renes nostros. Et iterũ, Quũ probasti nos deus,igne nos examinasti, sicut examinatur argentũ. Apertissime.n.patet, quia si hic ab illo non vrimur, illic velut aduersarij cõsumemur. Ait.n. Apostolus, Nemo se circunueniat, nemo se seducat inanibus verbis,quia quæcunque seminauerit hõ,hæc & metet. Non aliud lingua loquamur & aliud corde,ne simus Iudas & Herodiani, alij in perditionem,alij in confusionem,alij in dissimulationem, sed in veritatis humilitate. Ideo cũ vero corde in plenitudinẽ fidei properemus,asperси corda à conscięntia mala. Teneamus spei nostræ confessionẽ indeclinabilem,& bonorum operũ inchoationem non deseramus, sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolantes tanto magis q̃to videmus appropinquãte diẽ iudicij. Teramus carnis nostræ superbiam, quia caro est quæ aĩam perdit,& totam superbiã effert:& qui in carne seminat,sicut Apostolus ait, de carne & metet corruptionem. Caro est quæ recipit diabolum,diabolus.n.seminat in carne nostra semina sua in homicidium, fornicationem,concupiscẽtiam,libidinem,iram, rixam,ebrietatem, superbiam, furtum, & omnem suggestionem malam, dicente Apostolo, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem,sed aduersus spiritus aeris huius, aduersus spiritalia in cœlestib. De diabolo dicit, qui spiritus malus est, & non videtur. Et ipse spiritus nequissimus proiectus est de cœlo cum angelis suis de quib. dicitur in Apocalypsi, Ecce proiectus est accusator fratum nostrorum,qui accusabat illos die ac nocte, & ipsi uicerunt eũ propter sanguinem agni. De quo Apostolus dicit: Datus est mihi stimulus carnis meæ,angelus Satanæ, qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui, vt discederet à me,& dixit mihi,Sufficit tibi gratia mea,nã virtus in infirmitate perficitur. Idem ipse repetens,dicit, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,& captiuantẽ me in lege peccati,quæ est in mẽbris meis. Iterum ipse, Ego.n.mente seruio legi dei,carne autem legi peccati. Et iterũ, Nunc nihil damnationis est his qui sunt in Christo. Caro est quæ recipit diabolum, & carnem diabolus habet in potestate,non animam: ideo dicit Apostolus. Datus est mihi stimulus carnis meæ, non dicit animæ, sed carnis meæ angelus Satanę. Deniq; in carne Iob tentatus est à diabolo, dicente domino,Et data est ei potestas à domino in facultate eius. Et iterum, Dabo tibi illum in potestate, præter animam eius. Caro.n.concupiscit aduersus spiritum, spũs autem aduersus carnem, Hæc autem sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Caro est misera bestia,quæ grauat animam, dicente Apostolo, Qui in carne sunt placere deo non possunt. Iterum ipsa veritas dominus noster Iesus Christus de seipso dicit, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Caro.n.nostra in malitia sp vult potens esse,in abstinentia autem,id est,in ieiunio & in vigilijs & orationibus ac bonis operibus infirmam se esse fingit. Caro nostra est quæ nos demergit in foueam,dicente Apostolo,Mortificate mẽbra vestra,quæ sunt super terram.i.fornicationem,immunditiam,iram,rixam, & cætera quæ sequuntur. Et iterum,Curam carnis ne feceritis in concupiscẽtijs vestris. Itaque mortificemus carnem nostram per abstinentiam in ieiunijs, & orõnibus,& vigilijs, ne nobis adducat diabolum cum cõcupiscentijs malis. Caro autem data est nobis,quasi animæ bellũ: quæ si mortificetur,adducit vitam,si nutritur,pparat se contra aiam bellũ. Laudo aũt illũ,qui carnis suę põt hre prãtem. Dũ infirmitatem carni nostræ timemus,salutem aię nostræ negligimus. O anima nostra misera,

Deus ignis consumens.

Psal.65.

Ephe.5.

Carnis rebellio.

Ca.64.

Ephe.6.

Pro.4.

Iob.1. & 2.

Galat.5.

Mat.26.

G

Colo.3.

Ro.13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid dicis,quam caro sic fortiter grauat? dicente Salomone, Caro quæ corrũpitur, aggrauat animam. Et iterũ repetit, Os quod mentitur, occidit animam. Væ væ miseræ animæ,quã caro persequitur. Caro nostra quotidie cõtra animam pugnat, & nos quotidie contra carnẽ pugnare debemus, sicut Apostolus præcipit, Si secundũ carnem vixeritis,moriemini: si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis,viuetis. Omnem suggestionem malam caro concupiscit & demonstrat, caro concupiscit omne malum, caro hortatur maleficia, caro prouocat iram, caro prouocat homicidiũ, caro prouocat adulterium & rixam,caro inserit ebrietatem,caro portat omnem concupiscentiam malam huius seculi, & omnia mala caro desiderat. O caro bestia crudelis,quid habes,quid grauas animam,quæ nihil desideraret nisi deo seruire,si tibi inimicæ non se iunxisset? Tu autem caro misera, non solum teipsam occidis, sed & animam necas. Non sufficit tibi perditio tua,sed & adhuc animam vis in infernum demergere. Væ tibi anima, quæ carnem accepisti contrariam, quæ nec ipsa intrat,nec te permittit intrare in regnum cœlorum. O caro mala,quid quæris? quid desideras? Non vis laborem sustinere,nõ vis inquieta conquiescere? Suffocas animã,vt versa vice tu sis domina, & illa ancilla. Rogo quare grauas animam, quæ molesta non est tibi? Non tu effugies pœnam, dum ipsa patitur gehennam:nec.n.sine te poterit iudicari in die iudicij. Quare non consentis spiritui & animæ nostræ, sicut Euangelium te hortatur dicens, Esto consentiens aduersario tuo, cum es cum ipso in via, hoc est in hoc seculo, ne forte tradat te iudici, hoc est Christo: & iudex tradat te ministris,hoc est Iangelis malis: & ministri mittant te in carcerem,hoc est in gehennam: non exies inde, donec reddas nouissimũ quadrantem. i. vsq; ad minimum peccatum. Quid es tu? qd aduersus nobis præstas,nisi detrimentum animæ nostræ? Qui te nutrit,ad malum faciẽdum tenis. nutrit,quia non peccat anima, nisi per carnem,sicut scriptum est, Anima quę peccaue rit, ipsa morietur. Verbi gratia dicit aliquis, Anima quomodo potest peccare, cum non videatur? Quid potest tenere,cum ipsa non teneatur? Ipsa caro peccat,quæ animam grauat: & anima à carne superata,cõsentit carni in peccatis. Caro enim præceps est ad libidinem,improba ad petulantiam, frequẽs ad luxuriam, inuerecunda ad fornicationem: crimen quotidie crimini supponens, peccata peccatis,non cessat pessimis deteriora cõiungere: volũtate crudelis,vana & insipiẽs, semper ad malum prona,ad bonum excusabilis & pigerrima,velox ad mortem, ad vitam difficilis: cui exosa sunt opera lucis, & tenebrarum amantissima, quia cadere diligit,surgere negligit: amara est illi salus, & dulcis perditio: de malo semper corruens in deterius,& de peiori in pessima defluens: inquieta & impatiens, flammis gehennæ animas circundans, injciens se inter germina cupiditatis & auaritiæ,vanitatis & arrogantiæ,iræ & impatientiæ,cæterarũq; nequitiarum superflua: inhonestis se deprimit,abstrahens se à cœlestibus, & delectans in terrenis. Relinquit veritatẽ,festinat haurire vanitatem,& verba mendacij. Et quid plura? Sicut tinea lanam deuorat, & sicut ignis lignum,fœnum,& stipulam consumit: ita caro rebellis & delicata animam consumit & concremat. Quid tu ad hæc anima, quid tu ad hæc respondes? Dicam,inquit,redemptori meo,antequam carne exuar,quid ad hæc respõdeam,& ad quod bonum corpus,quod inhabito,incitare voluissem. Non sit in me, obsecro domine,cõcupiscentia libidinis,sed amor pulcherrimæ castitatis: Sim ad malũ audiendum tarda,ad verbum tuum festina, ad perficiendum accelerans: Sim in timore tuo solicita, in amore perfecta, in fide constans,in spe nullatenus dubitans. Dilectionẽ proximi ferueam, odij ardore non vrar, nec inuidiæ liuore tabescam: sanctum semp in me opus spira vt cogitem,compelle vt faciam,suade vt diligam te, confirma me vt teneam te,custodi me ne perdam te. Non ingrediatur nec requiescat in domicilio meo, vbi tua debet esse mansio,pes superbiæ, nec gula,nec concupiscentia,nec fornicatio,nec auaritia,nec inuidia,nec ira,nec tristitia,nec vana gloria: sed profundam humilitatem posco à te,qui dixisti, Super quẽ requiescam, nisi super humilem & quietum? Da mihi profundã humilitatem, qua curuetur altitudo carnis superbiæ, quæ me suffocat. Da mensuratã abstinentiam,qua superflua ventris refrenetur edacitas,quę me perimit. Da castitatem cordis,quæ me impollutam reddat: da mundiciam spiritus,quia immunda carnis luxuria me demergit: da manus largifluas ad erogandas eleemosynas, qua tenax auaritia respuatur: de dilectionis amorem, quo

Sapiẽ. 9.
Sapiẽ. 1.
Roma. 8
Precatio ad aduersus mala carnis.
Cap. 65
Ezec. 18.
Esai. 66.

quo zelus extinguatur inuidiæ,concede tolerantiæ patientiam, per quam ira crudelis bestia superata deficiat: tribue æterni gaudij spem,qua tristitiæ amaritudo demulceatur: fac intrinsecus mentem de bono gloriari in te,vt vanæ gloriæ foras ex me non procedat iactantia. Dona etiam mihi in omnibus tenere iustitiam,magnanimitatem,temperantiam,& fac me cum simplicitate esse prudẽtem,vt beatam vitam synceriter agã, & malum prudenter fugiam: atque fraudulentam & deceptoriam astutiam diaboli intelligere valeam,ne me per speciem boni fallat: & ne ab aliquo decipiar,nec aliquem decipiam,& discernere rationabiliter valeam, & præuidere quid boni agam,vel quid mali refugiã. Fac me post hæc mitem,beneuolam, pacificam,& modestam,mansuetam,sine simulatione esse,omnibus bonis concordẽ: in vigilijs, in ieiunijs, in orationibus constanter strenuam. Da etiam mihi in mansuetudine moderati sermonis adipisci silentium,vt loquar quod condecet,taceam quod loqui nõ oportet: vel quicquid ex virtutũ fructibus conferre dignaberis. Da sine aliquo errore immaculatam tibi seruare fidem,& iuxta fidem digna esse opera mea, vt fidem rectam opere prauo non polluam: & te,quem bene credendo confiteor, male viuendo nõ denegem: & te quem strenua fide sequor,actu & negligentiæ operibus non offendam. Fac me in sancto conuersari proposito, sequi iustitiam, diligere misericordiã, amare veritatẽ, refutare mendacium,falsum nihil meditari, vel loqui. Fac me te indesinenter timere, te amare,te diligere,tua præcepta seruare,pacẽ cũ omnibus sine dolo retinere: subditos non opprimere,me præ omnibus peccatorem inspicere,discordes sine simulatione ad cõcordiam prouocare,charitatem cunctis insimulatam offerre,nullum scãdalizare, nulli me præferre,sed omnibus inferiorem iudicare: reuerentiam & honorem nõ propter timorem potẽtum,sed ob altissimum exhibere: senioribus obedientiam, & charitatem sine despectione æqualibus offerre: principibus & potestatibus Christianis in nullo resistere,sed in omnibus obtemperare: gratiã opportunæ dilectionis minoribus ostendere, paternum affectũ monstrare, fraterna onera siue pericula æquanimiter sustinere. Amicum velut animã meam diligere, proximũ sicut memetipsum amare,cunctis simul prodesse,nõ obesse: nulli nocere, nulli aduersari, nullũ calũniari, nulli offendiculũ ponere, nullũ iudicare,nulli detrahere,nulli iniuriosam esse, nullius carpere vitam, nullius explorare semitã: sed de me ipsa tm esse solicitã,malũ pro malo nequaq; rependere. Iniuriarũ mearũ nec memorem esse vllatenus, nec vindicẽ, sed in oi bonitate superare malitiã. Maledicenti benedictionẽ parare, Inimicum vt amicũ diligere, Conuitia & contumelias irascentiũ sustinere, nõ rependere iniurias, sed cito obliuisci offensionum mearum,& ignoscere. Ad veniã concedendã sp paratam esse, Aliena non concupiscere, nec occasione qualibet auferre: mea vero nõ habentibus misericorditer erogare. Aduenam & peregrinum pp te,qui redemisti me,reficere: esurientẽ reficere,sitientem potare, hospitem colligere,nudũ operire, uisitare languidum,requirere incarceratum, consolari tristẽ,afflicto & lugenti cõpati,nõ hũti præbere necessaria,victũ & vestitũ diuidere cũ egeno. Amplecti indigenã,fouere domesticũ,amare peregrinũ,redimere captiuum, sustentare aduenã, tueri pupillũ & orphanũ, suffragari viduæ,subuenire oppresso,præstare auxilium desolato, dirumpere colligationes impietatis: vel quæcunq; præceptorum tuorũ documenta declarant,diligenter credere & audire,ardenter inuestigare, prudenter scire, festinanter exercere, desideranter implere,& coram te humilẽ sp existere: vt surgã,nõ deijciar: erigar,non subruar: alcendã,nõ descẽdã: quia caro, cũ qua inhabito, semper ducere me vult ad pctũ: mecũ vult coronari,sed non mecũ decertare. Nullum peiorem patior hostem, q̃ corpus meum in quo habito, Est.n.quasi leo subuersor in domo mea,vndiq; me pestifero morsu dilacerando consumens. Ideo longa trahens suspiria clamitando,dicam. Infelix ego homo,qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei. Per quem? Per Iesu Christũ dominũ nostrum. Hæc velim ò Iesu saluator, bone redemptor, hæc velim quæ hucusque supplicando deprecata sum: hæc deprecor, quæ pretiosissimo sanguine tuo redempta sum: vt propter carnis corruptionem nõ pereram in æternum, non veniam in mortẽ secundam,nec in terram obliuionis. Hæc vox mea in auribus misericordiæ tuæ sonet, vt tuam non carnis faciam voluntatem,& omnis mens mea te meditetur,in te delectetur, te sequatur,te cõfiteatur, qui redemisti me, in æternum misericordia tua,& in tua mise-

Roma. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

ricordia reuixi perdita peccatis,& surrexi à mortuis: quoniam segregasti me à peccatis adolescentiæ meæ,& egi pœnitentiã coram te: quia seruasti mihi tempus conuersionis, quæ considerans peccata mea compuncta sum,& te inspirãte egi pœnitentiam coram te. Læta iam inde tibi nunc & semper innumeras gratias refero:quia vt inuenirem te: tu prius quæsisti me: vt redirem ad te, tu compulisti: vt vererer, tu sicut pius pastor & pater respexisti: vt confiterer, tu es operatus: & vt me recognoscens plangerem,tu
D dedisti mihi,Pone domine lachrymas meas in conspectu tuo,& perueniat ad te in cœlũ deprecatio mea: adesto precor & subueni, atque in manibus tuis commendatam tibi meipsam suscipe: liberans me de ore sæuisi mi draconis,& de manu atrocissimi inferni, cum acceperis me, & auferes de medio umbræ mortis:immo deduces in semitam lucis in clarissimam regionem viuentium.Colloca me in caulis tutissimis gregum tuorum, quia tu es pastor bonus,qui requiris & reducis perditam ouem,tueris & saluas inuentã, sanas & foues languidã. Et tu es misericors dominus, qui sperantes in te non cõfundis, requirentes te non derelinquis, reuertẽtes ad te non respuis: sed exultando & laudando suscipis,atque in æterna beatitudine vnà cũ sanctis & electis tuis ęternaliter regnare concedis:quia est tibi cum æterno patre spũ sancto vna deitas,gloria,virtus,& imperiũ, & potestas in secula seculorum. Amen.

Finis.

DE AMICITIA.

Liber vnus.

Quid sit amicitia. Cap.1.

QVum essem adhuc puer in scholis, & sociorum meorum me gratia plurimum delectaret, inter mores & vitia,quibus illa ætas periclitari solet, tota se mens mea dedit affectui,& deuouit amori: ita vt nihil mihi dulcius,nihil iocundius,nihil vtilius,quàm amari & amare videretur. Itaq; inter diuersos amores & amicitias fluctuãs, rapiebatur animus huc atque illuc: & veræ amicitiæ legem ignorans,eius sæpe similitudine fallebatur. Tandem venit mihi in ma-
F nus liber, quem de amicitia Tullius scripsit, qui statim mihi & sententiarum grauita te vtilis, & eloquentiæ suauitate dulcis apparebat. Et licet nec ad illud amicitiæ genus me videbam idoneũ,gratulabar tamen quã dam me amicitiæ formulã reperisse,ad quã animi mei & affectionum valerem reuocare discursus. Cum vero placuit bono domino meo corrigere deuium, elisum erigere, salubri contactu mundare leprosum,relicta spe seculi, ingressus sum monasterium: & statim legendis sacris literis operã dedi,vbi mellisluum Christi nomen meum sibi totũ vendicauit affectum: ita ꝙ nihil aliud potest mihi sapidum esse vel lucidum. Cõstat mihi Tullium veræ amicitiæ ignorasse virtutem,cum eius principium finemq; Christum penitus ignorauerit:qui est alpha &ω, principium & finis omnium bonorũ. Quid est amicitia? Tullius ait. Amicitia est rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & charitate consensus. Quis huic gentili fortem charitatis affectum, beneuolentiæq; operum expresit? Sed hæc vera amicitia Inter
non potest esse inter eos, qui sine Christo quos sit
sunt. Ab amore,vt mihi videtur,amicus di amicitia
citur:ab amico,amicitia. Est amor quidem vera.
animæ rationalis affectus,per quem ipsa ali Cap.2.
quid cũ desiderio quærit, & appetit ad fruẽ G
dum:per quem & fruitur eo cum quadam suauitate interiori, amplectitur & cõseruat adeptum.Porrò amicus quasi amoris vel ipsius animi custos dr: qñ amicum meũ amoris mutui, vel ipsius animi oportet esse custodem,vt omnia eius secreta fideli silentio seruet: quicquid in eo vitiosum viderit,pro viribus caueat,& deleat:cui & gaudenti congaudeat,& dolenti condoleat, & omnia sua consentiant,qui amici sunt. Amicitia igitur ipsa virtus est, quæ talis dulcedinis ac dilectionis fœdere ipsi amico copulatur,vt vnũ fiat de pluribus: vnde ipsam amicitiam non inter fortuita vel caduca,sed inter ipsas virtutes quæ æternæ sunt, etiam mundi huius philosophi collocauerunt. Vnde Salomon Pro.17.
in prouerbijs, Omni tempore diligit, qui amicus est. Manifeste declarans eam æternam,si vera est: si autem defierit,nunquam vera fuit.Hoc volo te scire,nunquam fuisse amicum, qui læsit eum, quem in amicitiam semel recepit: nec eum veræ amicitiæ gustasse delitias, qui vel læsus definit diligere quem semel amauit. Sed si arguatur,si tradatur flammis,si cruci affigatur, omni tempore diligit qui amicus est. Vnde dicit Hieronymus, Amicitia quæ desinere potest,
nunquam

H nunquam vera fuit,cum amicitiæ deberent esse immortales. Cum tanta sit in amicitia vera perfectio, non est mirum, ꝙ rari fuerunt hi,quos veros amicos antiquitas commendauit. Vix enim,vt ait Tullius,tria vel quatuor amicorum paria, in tot retro seculis fama concelebrat. Magna res est,ait quidam,& etiam ipse conatus magnus est. Vnde virtuosæ mẽtis est sublimia semper & ardua meditari,vt adipiscatur optata,vel lucidius intelligat & cognoscat optanda,cũ non parum credendus sit profeciſſe,qui virtutis cognitione didicit quã longè sit à virtute. Nonne Pylades & Horestes parati fuerunt pro inuicem mori? Sed maiori virtutis amo
Acto.14 re pollebãt,de quibus legitur,Multitudinis credentium erat cor vnũ,& anima vna. Et sancti martyres pro fratribus animas posuerunt, non pepercerunt laboribus, non corporis cruciatibus.Sed mirum non est,quòd multo plures gremio charitatis quã amicitiæ amplexibus recipiendos sanxit authoritas,quæ non solum amicos,sed etiam inimicos charitatis lege complectitur. Amicos solos illos dicimus,quibus cor nostrũ,& quicquid in illo est,cõmittere non formidamus, illis vicissim nobis eadem fidei lege & secu-
I ritate constrictis.Falso ergo præclarum nomen amicitiæ assumunt, inter quos est conuenientia vitiorum: quoniam qui nõ amat, amicus non est. Nõ autem amat hominem, qui diligit iniquitatem: & hic odit animam suam,& alterius amare non poterit. Cũ vero in tali amicitia, quam libido cõmaculat, vel auaritia fœdat, vel incestat luxuria, tãta & talis experiatur dulcedo: libet conijcere quantum habeat suauitatis illa,quæ quanto honestior est,tanto est & securior: quãto castior,tanto iocundior: quãto liberior,tanto
Amicitia triplex. Cap.3. fœlicior. Amicitia itaq; alia carnalis, alia mundialis,alia spiritalis. Carnalem creat vitiorum consensus, Mundialẽ spes quæstus accendit,Spiritalem inter bonos vitæ morũ studiorumq; similitudo conglutinat. Exordium carnalis amicitiæ ab affectione procedit, quæ instar meretricis diuaricat pedes suos omni transeunti,sequens aures & oculos suos per varia fornicantes: per quæ um aditus usq; ad ipsam mentem pulchri..um corporum vel rerum voluptuosarum infertur imago,quibus ad libi.um frui putat esse verum, sed sine socio minus existimat esse iocundum. Tunc motu, nutu,verbis,obsequijs animus ab animo captiuatur:& accenditur vnus ab altero, & conterminantur in K
vnum,vt vnico fœdere miserabili,quicquid sceleris,quicquid sacrilegij est, alter agat & patiatur pro altero:nihilq; hac amicitia dulcius arbitrantur, vel iudicant iustius, idem velle & idem nolle sibi existimãtes amicitiæ legibus imperari. Hæc amicitia nec deliberatione suscipitur,nec iudicio probatur,nec regitur ratione, sed secundũ impetum affectionis per diuersa raptatur:non modũ seruans,non honesta procurans, non commoda incommodaue prospiciens, sed ad omnia inconsiderate,indiscrete,leuiter immoderateq; progrediens. Idcirco quibus agitata furijs à semetipsa cõsumitur,eadẽ leuitate resoluitur,qua contrahitur. Amicitia mundia Amicitis est,quæ rerum bonarum temporaliũ cu tia mundidine protrahitur:semper est plena fraudis dialis.
atq; fallaciæ,nihil in ea certũ,nihil cõstans, nihil securum semper cũ fortuna mutatur, & sequitur marsupium. Vnde Salomon dicit, Est amicus secundũ tempus, & nõ permanebit i tẽpore tribulationis. Tolle spem quæstus,& statim desinet esse amicus. Vnde quidam, Non est personæ,sed prosperitatis Eccl.6.
amicus,quem fortuna tenet dulcis,acerba fugat. Amicitia spiritalis,quam ueram dici Amicimus,non vtilitatis cuiusq; mundialis intui- tia spiritu,non qualibet extra nascente causa,sed ex talis.
propriæ naturæ dignitate,& humani pecto- L
ris sensu desideratur, ita vt fructus eius præmium non sit aliud,quã ipsa. Vnde in euangelio,Posui vos,inquit,vt eatis,& fructũ affe Ioã. 15.
ratis.i.vt inuicem diligatis. In ipsa nanq; vera amicitia itur proficiendo,& fructus capitur perfectionis illius dulcedinẽ sentiendo: vera charitas amicitia nũcupatur, vt omne vitium excludatur, cum beneuolentia dicitur ipse cõsensus amandi, qui cum quadam dulcedine mouetur,iterius exprimitur: vbi talis est amicitia,ibi idem velle,& idem nolle:tanto dulcius,tanto syncerius, tanto suauius,quanto sacratius: vbi sic amantes nihil possunt velle quod dedeceat, nihil quod expediat nolle.Hanc amicitiam prudentia dirigit,iustitia regit,fortitudo custodit, tẽperantia moderatur. Amicitiæ primum, vt Amicimihi videtur,ipsa natura humanis mẽtibus tiam naimpresit affectum,deinde experiẽtia auxit, tura i se
postremo legis authoritas ordinauit. Deus uit.
enim summe potens, & summe bonus, sibi Cap.4.
est ipsi sufficiens, qui bonorum nostrorum Psal.15.
nõ eget:voluitvt omnes creaturas,quas pax componeret,peruniret societas, Ita natura
mentibus

Mentibus humanis ab ipso exordio amicitię & charitatis impressit effectum, quem interiorum morum sensus amandi quodam gustu suauitatis adauxit. Manifestum est amicitiam naturalem esse, sicut virtutē, sicut sapientiam & cæteras virtutes. Sed multi abutuntur sapiētia, qui pro ea aliquid inde suscipiunt, vel qui eā vēdunt, sic aliqui male utū

De amicitiæ fructibus. Cap. 5.

aur amicitia, qui pro ea aliquid appetunt, vel cum ea. Quid vtilitatis habeat, cū in rebus humanis nihil sanctius appetatur, nihil q̄rat vtilius, nihil difficilius inueniat, nihil experiat dulcius, fructuosius teneatur. Habet.n. fructum vitę p̄sentis & futuræ: ipsa.n.

Amicitiæ vtilitas.

oēs virtutes sua ostendit suauitate, vitia sua virtute confodit, aduersa temperat, componit prospera: ita vt sine amico inter mortales nihil ferè possit esse iocundum: & hō bestiæ comparetur, non habens qui secū colletur in rebus secundis, in tristibus contristetur: cui euaporet, si quid molestum mens conceperit, cui communicet, si quid præter solitum sublime vel liuosum accesserit. Væ

Ecclesia. 4.

soli quia cum ceciderit, non habet subleuantē se. Solus omnino est, qui sine amico est.

De fruct. vtilitas.

At quæ fœlicitas, quæ securitas, quæ iocunditas est, habere cum quo æquè audeas loq, rę amici vt tibi, cui confiteri non timeas, si quid deliqueris: cui non erubescas reuelare in spirita

tiæ.

libus, si quid profeceris, cui cordis tui oīa secreta cōmittas, & cōmendes cōsilia? Quid igitur iocundius, q̄ ita vnire animum alterius, & vnum efficere de duobus, vt nulla instantia timeatur, nulla formidetur suspicio: nec correptus alter ab altero doleat, nec laudantem alter alterum adulationis notet vel arguat? Amicus, ait sapiens, medicamentum est vitæ. Non.n. validior vel efficacior est vulneribus nostris medicina, q̄ habere qui omni incommodo occurrat compatiens, omni commodo occurrat congratulans: vt iunctis suis humeris, onera sua inuicē tolerent, & q̄ unusquisque propriam leuius, quā amici portet iniuriam. Amicitia ergo fecundas res facit splendidiores, aduersas partiens cō municansque reddit leuiores: nam & Philo

Amicitiæ vtilitates.

sophis etiam placuit, Non aqua, non sole, non igne pluribus locis vtimur, quam amico: in omni actu, in omni studio, in certis, in dubijs, in quolibet euentu, in fortuna qualiber, in secreto, in publico, in omni consolatione domi foriſque ubique amicitia grata, amicus necessarius, vtilis gratia reperitur. Quocirca amici, ait Tullius, & absentes assunt sibi, & egentes abundant, & imbecilles valent, & quod difficilius est dictu, mortui B viuunt. Igitur amicitia est diuitibus pro electo mosyna, exulibus p̄ patria, pauperibus pro censu, ægrotis pro medicina, mortuis pro vita, sanis pro gratia, imbecillibus pro uirtute, robustis pro præmio. Tantus.n. amicos honor, memoria, laus, desideriumq̄ prosequitur, vt & eorum vita laudabilis, & mors pretiosa iudicetur, & qd his omnibus excellius, quidam gradus est amicitia vicinus perfectioni, quæ in dei dilectione & cognitione consistit, vt homo ex amico hois dei efficiatur amicus. In Euangelio, Iam non dicam Ioan. 15.

vos seruos, sed amicos meos. In amicitia q̄p pe nihil inhonestum est, nihil fictum, nihil simulatum, & quicquid est, id sanctū, & voluntarium, & verum est, & hocipsum charitatis proprium est. In amicitia coniungun tur honestas & suauitas & iocunditas, dulcedo & volūtas & actus. Quæ omnia à Christo inchoantur, per Christum promouentur, in Christo perficiuntur. Itaque amicus in spiritu Christi adhærens amico, efficitur cū eo cor vnū, & aīa vna: & sic per amoris cantica gradu ad Christi conscendens amicitiam, unus cum eo spūs efficitur, in osculo C vno, Osculetur me, inquit, osculo oris sui. Canti. 1.

Osculū pacis. Cap. 6.

Est osculū corporale, quid impressione fit labiorum, quod non est ostendum, ni si certis & honestis horis, ut in signum reco ciliationis, qū fiunt amici, qui fuerunt inimici. In signum pacis, sicut communicati in ecclesia interiorem partem exteriori osculo demonstrant. In signum dilectionis inter spō sum & sponsam fieri permittitur, uel sicut ab amicis post diuturnam absentiam & porrigitur & suscipitur. In signum catholicæ vnitatis, sicut fit, cum hospes suscipitur. Sed sicut plerique aqua, igne, ferro, cibo, & aere, quæ naturaliter bona sunt, in suæ crudelitatis vel voluptatis satellitium abutuntur: ita peruersi & turpes, & hoc bono suo quodā modo flagitia condire nituntur, ipsum osculum tāta turpitudine & fœdātes, vt sic oscu lari nihil sit aliud quam adulterari. Porrò osculum spiritale proprie amicorum est, qui sub vna lege amicitiæ tenentur. Non enim fit oris attactu, sed mentis affectu: non coniunctione labiorum, sed commixtione spiritum, castificante omnia dei spiritu, & ex sui participatione cœlestem immittente saporem. Nam ipse hunc sacratissimum inspirat affectum, vt videatur alteri quasi vnam

animam

animam habere in diuersis corporibus: Psal

D misita, Ecce quam bonum & quam iocundū

Psa. 132. habitare fratres in unum. Anima sic affecta ad osculum intellectuale suspirat, & cum

Canti. 1. maximo desiderio clamans, Osculetur me osculo oris sui: vt iam terrenis affectibus mitigata, & omnibus quæ de mundo sunt cogitationib. desiderijsq; sopitis, in solius Christi delectetur osculo, & quiescat amplexu,

Cāti. 2. exultans dicit: Læua eius sub capite meo.

Vera amicitia. Cap. 7.

Ego amicitiam nihil aliud credo, quā inter duos tantam voluntatū societatem, vt nihil velit unus quod alter nolit, sed tanta sit in-

Amicitia quid.

ter vtrosque in bonis malisque consensio, vt non species, non sensus, non honor, non quicquam quod alterius sit alteri denegetur ad uouendum pro uoluntate, & ad utē dum, ut unusquisque sicut erga ipsum, sic afficiatur erga proximum in omni officio & obsequio, q̄ rependant vicem & fugiantur honores. Inter bonos oriri potest amicitia, inter meliores proficere, consummari autē inter perfectos. Quandiu enim quemquam in studio malum delectat, & inhonesta honestis præponit, & ei voluptas gratior est puritate, temeritas moderatione, adulatio corruptione, quomodo ad amicitiam eum fas est aspirare, cum ortus eius ex virtutis opinione procedit? Fœdus est amor, nec amicitiæ

E nomine dignus, quo tępore aliquid ab amico exigitur, quod necesse est eum facere, qui nec dum uitijs, aut sopitis, aut depressis, ad quælibet illicita, uel illicitur, uel compellitur. Nulla peccati est excusatio, si amici cau

1. Reg. 13 sa peccaueris: Ionadab quoque amicus Ammon salubrius prohibuisset incestum, quam q̄ potiretur optato præbuisset consilium. Nos bonum hominem dicimus, qui sobrie & pie & iuste uiuit in seculo, nihil à quolibet inhonestum petit, nec rogatus præstat: inter tales oriri potest & conseruari amici-

Amicotū cōia omnia. Cap. 8.

tia. Quidam dicunt cauendum esse amici tiam rem plenam solicitudinis atque curarum, nec timoris vacuam, & multis obnoxiam doloribus, nihilque difficilius quā custodire usque ad extremum diem. Si iudicāt cum Tullio amare, ut possint odire cum uelint: sic placet amare hodie: ut cras oderint, sic amicus esse, ut nulli sit fidus, nunc adans, nunc vituperans, nunc blandiens, nūc mordens: hodie paratus ad osculā, cras ad opprobria. Amor taliū leuissima recedit offen

Tullius in lib. de re uidentur, qui amicitiā de uita tollūt: quia sa. De his Tullius, Solē, inquit, è mūdo tollē nihil à deo melius habemus, nihil iucūdius. amicitia. Qualis sapiētia est, amicitiā detestari: ut so- F licitudinē caueas, curis careas, exuaris timore, qñ uirtus nulla sine solicitudine, aut prudētia cōtra errores, uel tēperātia cōtra libidines, uel iustitia cōtra malitiā, aut fortitudo cōtra ignauiā pugnat. Quis ergo hoīum maxime adolescentiū, sine dolore, aut timore tueri pudicitiā, uel lasciuiētem refrenare pōt affectū? Stultus fuit Paulus qui uoluit

1. Co. 13. sine cura & solicitudine uiuere, sed intuitu charitatis, quā uirtutem maximā credidit,

1. Cor. 9. infirmabatur cū infirmis, & cū scādalizatis urebat. Sed & tristitia illi erat, & continuus dolor cordis eius pro fratrib. suis secm carnē. Ego eos non tā hoīes q̄ bestias dixerim, q̄ sic dāt esse uiuendū, ut nulli consolationi sint, nulli & oneri uel dolori: qui nihil delectationis ex alterius bono concipiant, nihil amaritudinis sua alijs peruersitate inferat, amare nullū, amari à nullo curantes. Est

Amicitia pueri lis. Cap. 9.

amicitia pueriles, quā vagus & lasciuiēs creat affectu, sine rōne, sine pōdere, sine mēsura, sine alicuius cōmodi uel incōmodi cōsiderō ne. Hæc ad tps uehemēter afficit & stringit, blādius allicit. Sed affectus sine rōne motus G bestialis est ad quæque illicita pronus, & licet amicitiā p̄moueat affectus, nō est sequēdus nisi eū rō ducat, & honestas tēperet, & regat iustitia. In pueris magis regnat talis affectus. Affectus infidus & instabilis & impuris mixtus semper amoribus, ab ijs quos spiritalis amor delectat caueatur, nam uenenū

Amicitia spiritalis. Cap. 10

est. Primordia amicitiæ spiritalis primū intentionis habeant puritatē, rōnis magistē riū, tēperantiæ frenum: & sic suauissimus ac cedens affectus, ita profecto sentietur dulcis ut esse nunquā desinat ordinatus. Quid sit uera amicitia, nōdū nouit, qui aliā uult esse mercedē q̄ ipsam. Nā cū multas & magnas utilitates pariat amicitia fida bonorū, nō illā tñ ab iſtis, sed ab illa iſtas procedere non ambigimus: cum in bonis semper præcedat amicitia, sequatur utilitas, profecto non tam parta p̄ amicum, quam amici amor ipse delectat. Nihil est negandum amico, omnia pro eo sustinenda sunt: & uita corporis ponenda est pro amico, ut sanxit diuina authoritas: Fons & origo amicitiæ amor est;

Ex quibus pronatura, aut ex offitio, uel ratione sola, uel cedat asolo affectu, uel more, nonnunquam ex micitia.

nam amor sine amicitia esse potest: amicitia sine amore nunquam. Amor vero ex utroque simul procedit ex natura, sicut.

Mater

Universidad de Deusto
Biblioteca

H Mater diligit filium. Ex offó, qñ ex rõne dati & accepti, quodam speciali affectu coniunguntur. ex sola rõne, sicut inimicos, non ex spontanea mẽtis inclinatione, sed ex prę cepti necessitate diligimus. Ex solo affectu, qñ aliquis ob ea sola, quæ corporis sunt, ver bi gratia, pulchritudinem, fortitudinem, facunditam, sibi quorundam inclinat affectũ. Ex rõne simul & affectu, qñ is, quem ob uir tutis meritum ratio suadet amandum, morum suauitate, & vitæ laudandæ dulcedine in alterius influit animum, & sic rõ iungitur affectui, vt amor ex rõne castus sit, dulcis ex affectu. Fundamẽtum amicitię dei amor est, ad quẽ omnia, quę vel amor suggerit vel affectus, oia q̃ vel occulte aliquis spũs, vel palam quislibet suadet amicus refe renda, sunt diligenter inspicienda: vt quicquid astruitur, fundamento conueniat, & quicquid illud excedere deprẽditur ad eius formam reuocandum, & sc̃dm eius qualitatem oĩmodam conuertendum non dubites.

Amor dei fons amici- tię. Cap. 11.

Delect' amici. Cap. 12.

Nec oẽs tñ quos diligimus in amicitiã sunt recipiẽdi, quia nec oẽs sunt ad hoc idoneci. Nam cum amicus tui consors sit animi, I cuius spũi tuum cõiungas & applices, & ita misceas, vt vnum fieri velis ex duobus, cui te tanq̃ tibi alteri committas, cui nihil occultes, a quo nihil timeas, primum certe eligẽdus est, qui ad hoc aptus putetur, deinde probandus, & sic demum admittendus. Stabilis enim debet esse amicitia, & quandam æternitatis speciem præferre, semper perseuerans in affectu, non pueri modo amicos mutare aut lædere. Nemo aũt detestabilior, q̃ qui amicum læserit, nihilq; magis animũ torquet, q̃ vel se ab amico impugnari, sed eligendus est, & probandus, & tolerandus. Quatuor sunt gradus, quibus ad amicitiæ perfectionem cõscenditur, quorum primus est electio, secundus probatio, tertius admissio, quartus rerum diuinarum cum quadam charitate & beneuolentia summa consensio. Sunt vitia quædam, quibus si quis fuerit inuolutus, non diu leges amicitiæ vel iura seruabit. Non.n. ad amicitiam sunt idonei nimis iracundi, instabiles, suspiciosi, verbosi, quæ quatuor in electione amici notanda sunt. Difficile est eũ, quem sæpe iracũdiæ furor exagitat, non aliqñ insurgere in amicum. Vnde Ecclesiasticus, Est amicus K qui odium & rixam & conuitia denudabit.

Pro. 22. Noli esse amicus homini iracundo: neq; ambules cum viro furioso, ne sumas scãdalum aiæ tuæ. Sunt quidam ex naturali cõspersione iracundi, qui tñ hanc ita comprimere & temperare soliciti sunt passionem, vt in quę, quibus teste scriptura amicitia dissolui tur atque corrumpitur, nunq̃ prosiliant, q̃uis nonnunquã amicum sermone vel actu, vel zelo nimis offẽdãt. Tales tolerãdi sunt, & cum nobis constet de affectu certitudo, si quis fuerit vel sermonis vel actionis excessus, amico id indulgendum est, vel certe sine aliquo dolore iocunde insuper, in quo excesserit cõmonendus. Qui conuiciatur aũt amico, dissoluit amicitiã. Ad amicum si prouocaueris gladium, non desperes, si protulerit os triste, non timeas. Est.n. reuersio ad amicum, excepto conuitio, & improperio, & superbia, & mysterij reuelatione, & plaga dolosa in his omnibus effugiet amicus. Conuitium quippe lædit famam, charitatem extinguit. Tanta est.n. hominum malitia, vt quicquid ira instigante, ab amico iaculatum fuerit in amicum, quasi à secretorum suorũ conscio, si non credatur, verum tamen esse clametur: multi enim sicut proprijs laudibus, ita in aliorum vituperationibus delectantur. Quid scelestius improperio? Q̃d L etiam falsa obiectione innocentis faciem mi ferando rubore perfudit. At superbia quid minus ferendum? Quę solum id quo fractę amicitiæ subueniendũ fuerat, humilitatis & confessionis excludit remedium, reddens hominem audacem ad iniuriam, tumidum ad correptionem. Secretorum reuelatio, qua nihil est turpius, nil execrabilius, nihil amoris vel gratiæ reliquens inter amicos, sed oĩa replens amaritudine indignationis, & odij atque doloris felle cuncta aspergens. Salomon, Qui denudat arcana amici, perdit fidem. Quid enim infœlicius illo qui perdit Eccleſia fidem, & desperatione languescit? Vnde denudare amici arcana, desperatio est animæ ifœlicis. Plaga dolosa, est occulta detractio, plaga serpentis est & aspidis mortifera. Salomon, Si mordeat serpens in silentio, nihil il Eccleſia lo minus habet qui occulte detrahit. Quemcunque in his vitijs assiduum inueneris, cauendus tibi est ille, nec donec sanetur eligendus est, Abiuremus conuitia, quorum 1. Reg. 2. vltor est deus. Semei Dauid conuitiis im- 3. Reg. petentes à Salomone occisus est. Infœlix 25. Nabal carmelus Dauid seruitutem & fugam improperans, à domino percuti meruit & occidi. Vitemus & superbiam, & amici gratiam humilitatis beneficio perue-

niamus. Ob hanc causam populũ, & vrbes
2. Reg. 10 filiorum Ammon, gladius Dauid & ignis consumpsit. Amicorum reuelare secreta, sacrilegiũ est, quo fides amittitur, & animæ captiuatæ desperatio importatur, vt patet in
2. Reg. 12 Achitophel proditore. Detrahere amico, ve
Nu. 12. nenũ amicitiæ putemus, q̃d Mariæ sororis Moysi corpus lepra fœdauit, & eiecta est ex tra castra sex diebus. Cauẽdi sunt etiam instabiles & suspiciosi, quia fructus amicitiæ sit securitas, quomodo te credis & committis amico, quomõ in eius amore aliqua poterit esse securitas, qui omni circunfertur vento, omni acquiescit consilio: cuius affectus molli luto comparatur, diuersas & cõtrarias tota die pro arbitrio imprimentis suscipit & format imagines? Quid magis competit amicitiæ, quàm pax & tranquillitas cordis, cuius semper expers est suspicio-
Suspicio sus? Nunquam enim requiescit, semper eũ
si. curiositas comitatur, quæ continuos stimulos acuens, inquietudinis & perturbationis materias subministrat. Si viderit amicum secretius loquentem cum aliquo, proditionem putabit. Si se beneuolum alteri præbue
A rit vel iocundum, ille se minus diligi proclamabit: si eum corripuerit, odium interpre-
Verbosi tabitur. Sed nec verbosum arbitror eligendum, quia vir linguosus non iustificabitur. Salomon, Si vides hominem promptum ad loquendum, magis illo spem habet stultus:
Pro. 26. Hic ergo tibi eligendus est in amicum,
De eo- quem non iracunde furor inquietet, non in
dem. stabilitas diuidat, non conterat suspitio, non
Ca. 15. verbositas à debita grauitate dissoluat. Præcipue vtile est, vt eum eligas qui tuis conueniat moribus, tuæ congruat qualitati. Nam inter dispares mores, firma non potest esse amicitia: & ideo sibi conuenire debet vtriusque gratia. Multi sunt qui his passionibus mouentur sed superiores inueniuntur: quia iracundiam patientia comprimunt, lenitatem seruata grauitate cohibent, suspiciones dilectionis contemplatione compellunt. Quos in amicitiam quasi extractos assumendos dixerim, qui vitia virtute vincentes, tanto securius possidentur, quantò fortius etiam tentantibus vitijs resistere cõsuerunt. Cauẽdum est in ipsa electione vel dilectione, ne nimis cito diligamus, maxime indignos. Digni sunt amicitia, quibus inest causa cur diligantur. Sed in his qui probati digniq̃ putantur, erumpunt
B sæpe vitia, tam in ipsos amicos quàm in alienos, quorum cum ad amicos redundat infamia, talibus est adhibenda diligentia vt sanentur. Et si impossibile est, non statim rumpenda est amicitia sed dissuenda, vt ait quidam, Dissuendæ sunt amicitiæ, non rũpendæ omnino. Amicitia æterna est. Vnde, Omni tempore diligit qui amicus est: si te Pro. 10. læserit ille quem diligis, tu tamen dilige. Si talis fuerit vt amicitia retrahatur, nunquam tamen subtrahatur dilectio. Consule quantum potest saluti, prospice famæ: nec unquam amicitiæ eius prodas secreta, quanuis ipse tua prodiderit. Quinque illa quæ Sexta cã ante scripsimus, conuitium, improperium, soluẽdæ. superbiam, reuelationem secretorum & oc- amicitiæ cultos morsus detractionum: his sextum ad Cap. 16 dimus, si eos qui diligendi sunt læserit & scandali materiam præbuerit, vbi vitiorum ipsorum te tangit infamia. Non enim amor præponderare debet religioni, non fidei, non charitati multorum nec saluti. Hoc scitote inter perfectos sapienter electos & caute probatos, quos vera & spiritalis amicitia copulauit, non venire dissidium. Cum enim amicitia de duobus fecerit vnum, sicut id quod vnum est, non potest diuidi, sic & amicitia non potest à se separari. Sed vir- C. tus in hoc probatur, q̃ diligit à quo non diligitur: honorat à quo spernitur: benedicit à quo maledicitur: benefacit ei, qui sibi malum machinatur. Ad amicitiam quatuor Ad amipertinere specialiter videntur. s. dilectio & citiã qua affectio, securitas & iocunditas. Ad dilectio tuor re- nem spectat, cum beneuolentia beneficio- q̃rũtur. rum exhibitio: Ad affectionem, interior Ca. 17. quædam procedens delectatio: Ad securitatem, sine timore & suspicione omnium consiliorum & secretorum reuelatio: Ad iocunditatẽ, de omnibus quæ contingunt, siue læta sint siue tristia: de omnibus quæ cogitãtur, siue nociua sint, siue vtilia: de omnibus quæ docentur vel discũtur, quædã dulcis & amica collatio. Ista p̃dit qui soluit amicitiã.

Amici p̃batio. Cap. 18

Quatuor probanda sunt in amico: fides, intẽtio, discretio, patientia. Fides, vt ei te secure cõmittas. Intẽtio, vt nihil ex amicitia nisi deũ & naturale eius bonũ expectes. Discretio, vt quid præstandum amico, quid ab eo petendum, in quibus contristandũ p eo, in quibus amico congratulandum, pro quibus eum corripiendum, modum tempus & locum non ignorare. Patientia vero, ne correptus doleat, ne corripientẽ cõtẽnat vel odiat, vt eum p amico, quælibet aduer- D
sa

Fides amicitiæ. Ca. 19.

sa sustinere non pigeat. Nihil in amicitia fide præstantius, quæ ipsius nutrix videtur & custos Ipsa se in omnibus aduersis & ꝓsperis, lætis & tristibus, iocundis & amaris præbet æqualem: eodem intuens oculo humilem & sublimem, pauperem & diuitē, fortem & debilem. Fidelis proprie amicus nihil in amico, quod extra eius animum intuetur: virtutem in propria sede complectens, cætera omnia quasi extra eum posita, nihil multum probat si absint, nec cū absint requireus. Ipsa tamen fides in prosperis latet, sed eminet in aduersis. In necessitate probatur

Pro.14. amicus. Amici diuitis multi, sed vtrum veri amici sint, interueniens aduersitas probat.

Pro.17. Salomon, Omni tempore diligit qui amicus est, & semper in angustis comprobatur. Et arguens infidelem, dicit Dens putridus, & pes lapsus, qui sperat super infideli in die an

Pro.25. gustiæ. Diximus etiam intentionē esse ꝓbandam. Sunt pleriq;, qui in rebus humanis

De amicis quæstuosis. Ca. 20.

nihil norunt bonū, nisi quod temporaliter fructuosum sit. Hi amicos sicut boues suos diligunt, ex quibus aliquid boni sperant capturos: qui profecto germana & spiritali carent amicitia, ꝓp deum & se expetenda, nec

E in seipsis naturale contuentur exemplar: vbi facile deprehenditur vis eius qualis sit & quanta, secundum formā, quam sermo diui-

Mat.22. nus prescripsit, Diliges, inquit, proximū tuū sicut teipsum. Tunc erit ipse quē diligis alter tu, si tuam in ipsum transfuderis charitatem. Non.n. vt ait Ambrosius, vectigalis est amicitia, sed plena decoris gratiæ virtus, est non quæstus, quia pecunia non potitur, sed gratia: nec licitatione preciorum, sed cōcertatione beneuolentię. Non debet esse mercenaria, sed gratuita. Certiores sunt amicitiæ inopum, q̄ diuitum, cum spem lucri sic tollit paupertas, vt augeat charitatem. Diuitibus pleriq; assentatorie gratificantur, erga pauperem nemo simulator est: verum est quicquid defertur pauperi, eius amicitia inuidia caret. Quidā peruerse & indiserete

Qualis eligēdus Ca. 21.

talem amicū habere volunt, quales ipsi esse non possunt. Hi sunt qui leues amicorum transgressiones impatienter ferunt, austere corripiunt, & carentes discretione, magna negligunt, contra quęq; minima se erigunt, confundunt omnia, non locum seruātes, vbi: non tempus, quando: non personas, quibus quælibet vel publicare conueniat, vel celare. Circa illum; quem eligis, probanda est discretio, ne improuidum vel imprudēte tibi sumas, & lites quotidianas & iurgia tibi ipse perquiras. Si quis sine discretione fuerit, sicut nauis absq; gubernaculo pro impetu suo instabili motu semper feretur. Patientia probanda est cum necesse erit arguere quem diligis: quod aliquando quasi ex in dustria durius fieri oportet, vt sic eius probetur vel exerceatur tolerantia. Non quandoque in amicis eligendis tædeat esse solicitum, cum huius laboris fructus sit vitæ medicamē, & immortalitatis fundamentum. Cauendus est quidem impetus amoris, qui præcurrit iudicium, & probandi adimit potestatem. Est proinde viri prudentis, suscitatum hunc refrenare impetum, ponere modum beneuolentiæ, paulatim procedere in affectum, donec iam probato se totum det & committat amico. Hæc est magna fœlicitas, quam expectamus deo operante, & infundente inter se & creaturam suam, inter ipsos gradus & ordines quos elegit esse tantam amicitiam & charitatem, vt sic quisque diligat alium sicut seipsum, & sicut vnusq; que de propria, sic de alterius fœlicitate lætetur, & ita singulorum beatitudo sit omnium, & omnium beatitudinum vniuersitas singulorum. Ibi nulla cogitationum occultatio, nulla affectionum disfimulatio. Hæc est vera amicitia quæ hic inchoatur, ibi perficitur: quæ hic est paucorum, ibi omnium vbi omnes boni, Hic necessaria probatio, vbi est sapientium & stultorum cōmixtio. Pleroſq; omni affectu amplectimur, quos tū ad amicitiæ secreta non admittimus, nec ad cōsiliorū reuelationem. In Euangelio Christus de discipulis suis quos de seruis amicos fecit, ait, Iā nō dicū vos seruos, sed amicos. Ambrosius dedit formam amititiæ quam sequamur, vt faciamus amici volūtatē, & apiamus secreta nr̄a illi quæcūque in pectore habemus, & illius arcana nō ignoremus: nihil.n. occultat amicus si verus est, effundit animū suū sicut effundebat mysteria patris sui dūs nr̄ Iesus Christus.

Quemadmodum amitia sit colenda videamus. Firmamentum ergo stabilitatis & constantię in amicitia est fides, nihil enim est

bile quod infidum est. Non fidum potest esse multiplex ingenium & tortuosum, neq; qui non eisder rebus mouentur, nec eisdē consentiunt nec stabilis esse possunt amicitiæ aut fidei. Præ omnibus cauenda est suspitio quæ est amicitiæ venenum. Nunquā de amico mala sentiamus, nec mala dicenti

Qūo arguēdus amicus. Ca. 22.

G

Nō pariter admittēdi omnes. Ca. 23.

De cultu amicitiæ. Ca. 24.

centi credamus. Accedat hinc in sermone io

H cūditas, hilaritas in vultu, suauitas in moribus, in oculorum etiam nutu serenitas. Tristitia nanq; & seuerior facies habet quandā honestam, grauitatem, sed amicitia quasi remissior aliquando debet esse liberior & dulcior ad comitantē fœlicitatem, quia sine leuitate & dissolutione procliuior. Est preterea illius amicitiæ, parem esse inferiori superiorem. Sæpe quidem inferioris gradus & ordinis, dignitatis & scientiæ, ab excellentioribus assumūtur in amicitiam, ita vt sublimis descendat, humilis ascēdat, diues egeat, pauper ditescat, & ita unusquisq; alteri suā

2.Co.8. conditionē communicet ut fiat æqualitas. Vnde qui multum habuit, non abundauit, & qui modicum, non minorauit. Nunquā tuo te ꝓferas amico, sed si forte in ijs quæ diximus superior inueniris, tūc te magis amico submitte. Nō cūcteris præstare confidentiam, extollere uerecundū, & tanto plus ei conferre honoris, quāto minus conferendū conditio vel paupertas præscribit. Ionathas enim fœdus inijt cum Dauid, & seruulum in amicitiā adæquans, dño fugatum à patre sic adiudicatū mortive sic definitū, sibi ptulit, se humilians, & illū exaltans, Tu, inq̄t,

2.Reg. 23. eris rex, & ego ero secundus post te. Si non

I vt dominum tibi uidetur ꝓferre eum quem diligis, vel parē facere eum tibi nō negligas. Non.n. amicitia recte colīt à quibus æqualitas non seruatur. Defer amico vt æquali, nec te pudeat vt præuenias eū officio. Amicitia.n. nescit superbiā. Fidelis quippe amicus medicamentum est uitæ. Hæc est igi

Beneficentia i amicos. Cap. 25 Ecc. 29.

tur lex in amicitia, vt ab amicis, honesta petamus, & pro eis honesta faciamus, nec expectemus vt rogemur: cūctatio semper abfit, studium semper adsit. Perde, inquit Salomon, pecuniam propter amicum. Si enim pecunia perdēda est propter amicum, multo magis amici utilitatibus vel necessitatibus conferenda. Sic igitur des amico vt nō improperes, non mercedem expectes, non frontem obducas, non vultum auertas, non deponas oculos: sed serena facie, hilari vultu, sermone iocundo intercide verba petentis: occurre beneuolentia vt non roga videaris patrare q̄d petitur. Ingenuus animus nihil magis erubescendum æstimat q̄ rogare. Cum igitur tibi cum amico tuo esse debeat cor unum & anima una, iniuriosum est si non sit & pecunia una. Sic se sibi suaque impendant, vt qui dat, seruet hilaritatem, qui accipit, non perdat

K securitatē: Sunt in amicitia aliqua in quibus sibi adesse possunt amici. Primum vt so

Mutua inter amicos. Ca. 26.

liciti sint pro inuicem, orēt pro inuicē, eru-
bescant alter pro altero, alter gaudeat pro al
tero, alterius lapsum vt suū doleat, suo dilecto suus ille q̄ diligitur: inter variabiles fortunæ casus & in varietate mutabilium, nihil vtique à sapientibus potius, benignius, suauius ac honestius æstimatur quām uerā amicitiā inuenire. Quod tenere diligimus, id uidendi desiderio æstuamus. Ea nanque est uis amoris vt oculus mentis offerat, q̄d ardentius mens desiderat. Occurrunt enim notæ tuæ, verba tua melle condita. Occurrit fœlicium noctium iocunditas, quę me mihi furantur & studio & labori: in media nanque lectione te somnio, in somnis amplector te, in amplexibus te amitto, & te et somnio cum sua fallacia discedente. Medere ergo desiderijs, medere absentiæ, diligentem te diliget, sitque remedium id nostri furoris, vt sciant qui te diligunt me amare. Minus enim amor habet amoris, vbi se sentit qui diligit non amari. Amicorum enim est inuicem sua negocia agnoscere, & suis opportunitatibus mutuam vicissitudinem impendere. Non est amicus qui amico

L non subuenit, nec etiam bonus socius, qui socij aduersum parum lugeat, alterius profectum non suum ęstimet. Quibus modis impendi potest, erigat pusillanimitatē, suscipiat infirmum, consoletur tristem, iratum sustineat: sic oculos uereatur amici, vt nihil quod inhonestum sit agere, nihil quod dedeceat loqui præsumat. Nam quic quid ipse deliquerit, in amicum redundat.

Correptio amici. Ca. 27.

Quicquid suadendum est ab amico faci-
lius recipiatur, & facilius retineatur: cuius magna debet esse in suadendo authoritas, cū nec fides eius dubia, nec adulatio sit suspecta. Non solum arguendi sunt amici, sed si opus fuerit, obiurgandi. Obiurgandus est amicus si ueritatē aspernatur, & obsequijs atque blanditijs in crimen appellatur. Sed monitio acerbitate, obiurgatio contumelia careat. Ambrosius, Si quid vitij in amico deprehenderis, corripe occulte: si te non audierit, corripe palam. Sunt enim bonę correptiones, & plerunq; meliores q̄ tacita amicitia: & si lædi se putet amicus, tu tamen corripe. Tolerabiliora.n. sunt amici vulnera, q̄ adulantiū oscula. Debet amicus amico com

Pro.27. pati & condescendere, vitiū eius suum putare,

tare, corripere humiliter, compatienter. Corripiat eum vultus triſtior, & ſermo demiectior. Intercipiát verba lachrymæ, ut nõ ſolum videat, ſed & ſentiat correptionẽ ex amore, & nõ ex rãcore ꝓcedere. Amicus amico ſe ita cõformet, vt eius cõgruat qualitati: & cui in exteriori aduerſitate debet adeſſe, multo magis ſpiritui occurrere. Moneri & monere nõ repugnãt, nõ adulatorie nõ ſimulatorie, ſed vere. Ná ſimulator ore decipit amicú ſuũ. Præſtemus amico quicquid amoris eſt, quicquid grãæ, quicquid dulcedinis, quicqd charitatis. Subtiles honores & onera illis quos præſcripſerit ratio imponimus, ſcientes quia nunquã uere diligit cui amicus ipſe nõ ſufficit, niſi hæc uilia & cõtemptibilia abiecerit. Cauendũ eſt ne tenerior affectus maiores vtilitates impediat, dũ eos quos ampliori charitate complectimur, ſi magna ſpes fructus uberioris elucet, nec abſentare volumus, nec ignorare. Hæc eſt enim amicitia ordinata, vt rõ regat affectũ: nec tã quid illorũ ſuauitas, q̃ quid multorũ petat vtilitas, attendamus. Qui ſemetipſum non amat, alium amare non põt. Se autem nõ diligit, qui turpe aliquid vel inhoneſtũ, vel à ſe exigit, vel ſibi impetit. Primum ergo eſt, vt ſemetipſum quiſque caſtificet, nihil ſibimet indulgens quod indecens ſit, nihil ſubtrahens quod utile ſit. Sed quia hinc amor multos diligit, ex ipſis eligat quem ad amicitiæ ſecreta lege familiari admittat, in quem copioſe ſuum infundat affectum, denudans pectus ſuum vſque ad ſpectationem viſcerum, medullarum, cogitationum & intentionum cordis. Non eligatur ſecundum affectionis laſciuiam, ſed ſecundũ perſpicaciam rationis, ſimilitudinem morum, & contemplationem uirtutum. Sic ſe impendat amico, vt leuitas omnis abſit, iocunditas aſſit, nec ordinata deſint beneuolentiæ, & charitatis obſequia vel officia. Probetur fides eius, honeſtas & patientia. Accedat amicorum conſiliorum communio, aſſiduitas parium ſtudiorum, quædam conformatio vultuum. Ita electus & probatus nihil velit quod dedeceat, vel petere ab amico, uel præſtare rogatus. Amicitiam virtutẽ putare, non quæſtum: adulationem fugere, deteſtari aſſertionẽ: liber in diſcretione, patiens in correptione, firmus & ſtabilis in dilectione: utile tunc dolore pro inuicem laborare, onera ſua portare pro altero, ſemetipſum negligere, alterius voluntatem ſuæ perferre, illius neceſsitatis magis q̃ ſuę occurrere, aduerſus ſemetipſum opponere & exponere, dulce adinuicem conferre, ſtudia ſua mutuo patefacere. Accedit pro inuicem oratio, quæ in amici memoria tanto efficacius, quanto affectuoſius admittitur, profluentibus lachrymis, quas vel timor exercet, vel affectus elicit, uel dolor educit. Ita pro amico orans Chriſtum, ipſum deſideranter & diligenter intendit, ſubito tranſit affectum, ipſius Chriſti dulcedinem tangens incipit guſtare, q̃ dulcis eſt, & ſentire quàm ſuauis. Ita à ſancto illo amore quo amplectimur amicum, ad illum conſcendens quo amplectimur Chriſtum, ſpiritalem amicitiæ fructum capit.

Finis libri de Amicitia.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De ſermone domini in mõte ſecundum Matthæum, Liber primus.

SErmonem quem locutus eſt dominus noſter Ieſus Chriſtus in monte, ſicut in Euangelio ſecũdum Matthæum legimus, ſi qs pie ſobrieq́ue conſiderare voluerit, puto quòd inueniet in eo, quod ad mores optimos pertinet, perfectum uitæ chriſtianæ modum. Quod polliceri non temere audemus, ſed ex ipſis eiuſdem dñi verbis cõijciẽtes. Nam ſic ipſe ſermo concluditur, vt appareat in eo præcepta eſſe omnia, quæ ad informandam uitam pertinent. Sic enim dicit, Omnis ergo qui audit verba mea hæc & facit ea, aſsimilabo eum uiro ſapienti: & reliqua vſque ad eum locum, Et facta eſt ruina eius magna. Cum ergo nõ dixit, qui audit verba mea tantum: ſed addidit dicens, Qui audit uerba mea hæc: ſatis, vt arbitror, ſignificauit, hæc verba quæ in monte locutus eſt, tam perfecte inſtruere uitam eorum qui uoluerint ſecundum ea uiuere, ut merito comparentur ædificanti ſuper petram. Super petram autem dixit, vt appareat iuſtum ſermonem omnibus præceptis quibus Chriſtiana uita informatur, eſſe perfectum. Nã de hoc capitulo diligentius ſuo loco tractabitur. Hujus igitur ſermonis initium ſic aſſumitur, Cum uidiſſet autem Ieſus turbas multas, ceſan-

aſcendit in montem, & cum ſediſſet, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, & aperiens os ſuum docebat eos dicens. Si quæritur quid ſignificet mons, bene intelligitur ſignificare maiora præcepta iuſtitiæ, quia minora erant quæ Iudæis data ſunt. Vnus tamẽ deus per ſanctos Prophetas & famulos ſuos, ſecundum ordinatiſsimam diſtributionem temporum, dedit minora præcepta, populo quem adhuc timore alligari oportebat: & per filium ſuum maiora, populo quem charitate iam liberari conuenerat. Cum autem minora minoribus, maiora maioribus dantur, ab eo dantur qui ſolus nouit congruentem ſuis temporibus generi humano exhibere medicinam. Nec mirum eſt quòd dantur præcepta maiora propter regnum cœlorum, & minora data ſunt propter regnũ terrenum, ab eodem vno deo qui fecit cœlum & terram. De hac ergo iuſtitia, quæ maior eſt, per Prophetam dicitur, Iuſtitia tua ſicut Montes dei: & hoc bene ſignificat, quod ab vno magiſtro ſolo docendis tantis rebus idoneo, docetur in monte. Sedens autem docet, quod pertinet ad dignitatem magiſterij. Et accedant ad eum diſcipuli eius, vt audiendis illius verbis, hi eſſent etiam corpore viciniores, qui præceptis implendis etiam animo propinquabant. Et aperiẽs os ſuum docebat eos dicens. Ista circunlocutio qua ſcribitur, Et aperiens ós ſuum, fortaſsis ipſa mora commendat aliquanto longiorem futurum eſſe ſermonem, Niſi forte non vacet ꝙ nunc eum dictum eſt aperuiſſe os ſuum, ꝙ ipſe in lege veteri, aperire ſolebat ora Prophetarum. Quid ergo dicit? Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Legimus ſcriptum de appetitione rerum temporalium, Omnia vanitas, & ſumptio ſpiritus. Præſumptio autem ſpiritus, audaciam & ſuperbiam ſignificat. Vulgo etiam magnos ſpiritus ſuperbi habere dicuntur, & recte, quandoquidem ſpiritus etiam ventus vocatus. Vnde ſcriptum eſt, Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum. Quis vero neſciat ſuperbos inflatos dici, tanquam vento diſtentos? Vnde eſt etiam illud Apoſtoli, Scientia inflat, charitas vero ædificat. Quapropter recte hic intelligũtur pauperes ſpiritu, humiles & timentes deum, id eſt, non habentes inflantem ſpiritum. Nec aliunde omnino incipere oportuit beatitudinem. Siquidem peruentura eſt ad ſummam ſapientiã.

Initium autem ſapitẽtiæ timor domini. Quoniam & econtrario, Initium omnis Eccleſiaſtici.10. peccati ſuperbia ſcribitur. Superbi autem apprehendunt & diligunt regna terrarum. Beati autem pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipſi hęreditate poſsidebunt terram. Illam credo terram, de qua in Pſalmo dicitur, Spes mea es tu, portio mea in terra viuentium. Significat enim quandam ſoliditatem & ſtabilitatem hæreditatis perpetuæ, vbi anima per bonum affectum, tanquam loco ſuo requieſcit, ſicut corpus in terra: & inde cibo ſuo alitur, ſicut corpus ex terra ipſa eſt requies & vita ſanctorum. Mites autẽ ſunt qui cedunt improbitatibus & non reſiſtunt ſiat. malo, ſed vincunt in bono malum. Rixentur ergo immites & dimicent pro terrenis & temporalibus rebus. Beati autem mites, quoniam ipſi hæreditate poſsidebunt terram, de qua pelli non poſſunt. Beati lugentes, quoniam ipſi conſolabũtur. Luctus eſt triſtitia de amiſsione charorum: conuerſi autem ad deum, ea quæ in hoc mundo chara amplectabantur amittunt. Non enim gaudent his rebus, quibus ante gaudebant: & donec fiat in illis amor æternorum, nonnulla mœſtitia ſauciantur. Conſolabuntur ergo ſpiritu ſancto, qui maxime propterea paracletus nominatur. i. conſolator, vt temporalia amittentes, æterna lætitia perfruantur. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã, quoniam ipſi ſaturabuntur. Iam iſtos amatores dicit veri & inconcuſsi boni. Illo ergo cibo ſaturabuntur, de quo ipſe dominus dicit, Meus cibus eſt vt faciam voluntatem patris mei: quod eſt iuſtitia: & illa aqua de qua quiſquis biberit, vt idem dicit, fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Beati miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur deus. Beatos eſſe dicit qui ſubueniunt miſeris quod eis ita rependitur, vt de miſeria liberentur. Beati mundicordes, quoniam ipſi deum videbunt. Quàm ergo ſtulti ſunt qui deum iſtis exterioribus oculis quærunt cum corde videatur, ſicut alibi ſcriptum eſt, Et in ſimplicitate cordis quæ rite illum. Hoc eſt enim mundum cor, qđ eſt ſimplex cor: & quemadmodum lumen hoc videri non poteſt niſi oculis mundis, ita nec deus videtur niſi mundum ſit illud quo videri poteſt. Beati pacifici, quoniam ipſi filij dei vocabuntur. In pace perfectio eſt vbi nihil repugnat, & idee filij dei

Mõs qđ ſignat.

Cap. 2.

Eccl. 6. Præſumptio ſpiritus.

Pſa. 148

1.Co. 8.

Pſa. 35.

Ecclesia hereditabit terram.

Cap. 3.

Pſa. 141.

Ro. 12.

Cap. 4.

Luctus.

Paracletus.

Cap. 5.

Ioan. 4.

Iuſtitia, cibus dei.

Ioan. 4.

Cap. 6.

Cap. 7.

Sapiẽ. 1.

Cor mũdum.

Cap. 8.

Verba q̃ in mõte locutus eſt dominus Aedificare ſupra petram.

Cap. 1.

Mat. 5. a

dei pacifici, quoniam nihil in his resistit deo,
Pacifici. & vtique filij similitudinem patris habere debent. Pacifici autem in semetipsis sunt, qui omnes animi sui motus componentes & subijcientes rationi, id est, menti & spiritui, carnalesque concupiscentias habentes edomitas, fiunt regnum dei. In quo ita sunt ordinata omnia, vt id quod est in homine præcipuum & excellens, hoc imperet cæteris non reluctantibus, quæ sunt nobis bestijsque communia. Atque idipsum quod excellit in homine, id est, mens & ratio, subijciatur potiori, quod est ipsa veritas vnigenitus filius dei. Neque enim imperare inferioribus potest nisi superiori se ipse subijciat.
Et hæc est pax quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis: hæc vita consummati
Pax Lucę. 2. perfectiq; sapienti. De huiusmodi regno patissimo & ordinatissimo missus est foras princeps huius seculi, qui peruersis inordinatisque dominatur. Hac pace intrinsecus constituta atque firmata, quascunque persecutiones ille qui foras missus est, forinsecus concitauerit, auget gloriam quæ secun-
I dum deum est, Non aliquid in illo ædificio labefactans, sed deficientibus machinis suis innotescere faciens quanta firmitas intus
Cap. 9. extructa sit. Ideo sequitur, beati qui perfectionem patiuntur propter iustitiam, qm ipsorum est regnum cœlorum. Sunt autem omnes istæ octo sententiæ. Iam enim cætera compellans loquitur ad illos qui aderant, dicens, Beati eritis cum vobis maledicent, & persequentur nos. Superiores autem sententias generaliter digesserat. Non enim dixit, beati pauperes spiritu, quoniam vestrum est regnum cœlorum: sed quoniam ipsorum est, inquit, regnum cœlorum. Neque beati mites, quoniam uos possidebitis terram: sed, quoniam ipsi possidebunt terram. Et ita cæteras vsque ad octauam sententiam vbi ait, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Inde iam incipit loqui præsentes cōpellans, cum & illa quæ supra dicta sunt ad eos etiam pertinerent qui præsentes audiebant: & hæc postea quæ uidentur præsentibus specialiter dici, pertineant etiam ad illos qui absentes vel post futuri erant. Quapropter iste sententiarum numerus diligenter considerandus est. Incipit enim beati-
Paupe- res spū. tudo ab humilitate. Beati pauperes spiritu, id est, non inflati, dum se diuinæ authoritati
K subdit anima, timens post hāc uitam ne peregat ad pœnas, etiam si forte in hac uita beata sibi esse videatur. Inde uenit ad diuinarum scripturarum cognitionem, vbi oportet eam se mitem prębere pietate, ne id quod imperitis videtur absurdum, uituperare audeat, & peruicacibus concertationibus efficiatur indocilis. Inde iam incipit scire, quibus nodis seculi huius per carnalem consuetudinem ac peccata teneatur. Itaque hoc tertio gradu in quo scientia est, lugetur amissio summi boni, quia inhæretur extremis. In quarto autem gradu labor est vbi uehementer incumbitur, vt se animus auellat ab eis quibus pestifera dulcedine innexus est. Hic ergo esuritur & sititur iustitia, & multum necessaria est fortitudo, quia non relinquitur sine dolore quod cum delectatione retinetur. Quinto autem gradu perseuerantibus in labore daf euadendi consilium, quia nisi quisque adiuuetur à superiore, nullo modo sibi est idoneus, vt se tantis miseriarum implicamentis expediat. Est autem iustum consilium, vt qui se à pontentio ri adiuuari vult, adiuuet & infirmiorem in quo est ipse potentior. Itaque beati misericordes, quia ipsorum miserebitur deus. Sexto gradu est cordis munditia de bona con L
scientia bonorum operum, ualens ad contemplandum summum illud bonum quod solo puro & sereno intellectu cerni potest. Postremo est septima ipsa sapientia, id est, contemplatio ueritatis, pacificans totum hominem & suscipiens similitudinem dei, quæ ita cōcluditur, Beati pacifici, qm ipsi filij dei uocabuntur. Octaua tanquam ad caput redit, quia comsummatum perfectumq; ostendit & probatur. Itaque in prima & in octaua nominatum est regnum cęlorum, Beati pauperes spiritū, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Rom. 8.
regnum cœlorum. Cum iam dicitur, Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Septem sunt ergo quæ perficiunt, nam octaua clarificat, & quod perfectum est demonstrat, vt per hos gradus perficiantur & cæteri tanquam à capite rursum exordiēs. Videtur ergo mihi etiam septiformis operatio spūsancti, de qua Esaias loquitur, his gradibus sen- Esa. 11.
tentijsq; congruere. Sed interest ordinis, Nam ibi enumeratio ab excellentioribus cœpit, hic uero ab inferioribus. Ibi nanque M
incipit

incipit à sapientia dei, & desinit ad timorē
Ecclesiastici. 1. Et. Ps. 110. dei, sed initium sapientiæ timor domini est. Quapropter si gradatim tanquā ascendentes numeremus, primus ibi est timor dei, secunda pietas, tertia scientia, quarta fortitudo, quintū cosilium, sextus intellectus, septima sapientia. Timor dei congruit humilibus, de quibus hic dicit, Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cœlorū. i.
Ro. 11. non inflati, non superbi, de quibus Apostolus dicit, Noli altum sapere, sed time. i. noli extolli. Pietas congruit mitibus. Qui enim pie quærit, honorat sanctam scripturam, & nō reprehēdit qđ nōdū intelligit, & propterea non resistit, qđ est mitē esse. Vñ hic dicitur, Beati mites, qm ipsi hæreditate possidebunt terram. Scientia congruit lugentibus, qui iam cognouerunt in scripturis quibus malis vincti teneantur, que tanquā bona & utilia ignorantes appetierunt, de quibus hic dicitur, Beati qui lugent nūc. Fortitudo congruit esurientibus & sitientibus. Laborant enim desiderantes gaudiū de veris bonis, & amorem à terrenis & corporalibus auertere cupientes. De quibus hic dicitur, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam.
A Consilium cōgruit misericordibus: hoc. n. vnū remediū est de tantis malis euadēdi, vt dimittamus sicut nobis dimitti volumus, & adiuuemus, in quo possumus alios, sicut & nos in quo nō possumus cupimus adiuuari. De quibus hic dr, Beati misericordes, qm ipsorū miserebit deus: & reliqua. Intel-
Esa. 64. & 1. Cor. 2. lectus cōgruit mūdis corde, tāquā purgato oculo, quo cerni possit qđ corporeus oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit. De q̄bus hic dr, Beati mundi cordes: & reliqua. Sapiētia cōgruit pacificis, in q̄bus iā ordinata sunt oīa, nulliusq; motus aduersus rōnē rebellis est, sed cūcta obtēperāt spūi hominis, cū & ipse obtemperet
1. Ret. Cap. 19. deo, de q̄bus hic dicit, Beati pacifici: unum autem prēmiū quod est regnū cœlorum, p his gradibus varie nominatum est. In primo sicut oportebat positū est regnū cœlorum, quod est perfectæ summæque sapiētiæ
Ecc. 1. & Ps. 110. est pro. ber. 9. animę rōnalis. Sic vtiq; dictū est, Beati pauperes spū, qm ipsorū est regnū cœlorum: tanquā diceretur, Initium sapientiæ timor domini. Mitibus hæreditas data est, tanquā testamentū patris cum pietate quærētibus. Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possi-
B debunt terram. Lugentibus consolatio, tanquam scientibus quid amiserint, & quibus mersi sunt. Beati qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur. Esurientibus & sitientibus saturitas, tanquam refectio laborantibus fortiterque certantibus ad salutem. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Misericordibus misericordia, tanquam vero & optimo cōsilio vtentibus, vt hoc eis exhibeatur à potentiore quod inualidioribus ipsi exhibent. Beati misericordes, qm ipsorum miserebitur deus. Mundis corde facultas est videndi deum, tanquam purum oculum ad intelligenda æterna gerentibus. Beati mundicordes, quoniam ipsi deum videbunt. Pacificis dei similitudo est, tanquā perfecte sapientibus formatisq; ad imaginē dei per regenerationem renouati hominis. Beati pacifici quoniā ipsi filij dei vocabuntur. Et ista 1. Retra.
quidem in hac vita possunt compleri, sicut Ca. 19.
completa esse in Apostolis, credimus. Nam illa omnimoda & in angelicam formā mutatio, quę post hanc vitam promittitur, nullis verbis exponi pōt. Beati ergo qui persecutionem patiuntur pp iustitiam, qm ipsorū est regnū cœlorū. Hæc octaua sententia, q̄ ad caput redit perfectūq; homiē declarat, si- C
gnificatur fortasse & circuncisione octaua die in veteri testamento: & domini resurrectione post sabbatum, qui est vtique octauus, idemque primus dies, & celebratione octauarum feriarum quas in regeneratione noui hominis celebramus: & numero ipso pentecostes. Nam septenario numero septies multiplicato, quo fiunt quadragintanouem, quasi octauus additur vt quinquaginta compleantur. Et tanquam redeatur ad caput, quo die missus est spiritussanctus, eo in regnum cœlorum ducimur, & hæreditatem accipimus, & consolamur, & pascimur, & misericordiam consequimur, & mundamur, & pacificamur. Atque ita perfecti, omnes extrinsecus illatas molestias pro veritate & iustitia sustinemus. Beati eritis, inquit, cū vobis maledicent & persequentur vos, & dicent oē malum aduersum vos mentientes propter me. Gaudete & exultate, qm merces vestra multa est in cœlis. Animaduertat quisquis, delitias huius seculi, & facultates rerū temporalium quærit in nomine Christiano intrinsecus esse beatitudinem nostram, sicut de anima ecclesiastica ore prophetico di- Psa. 44.
citur, Omnis gloria eius filiæ regis ab intus: nam extrinsecus maledicta & persecutiones D

Universidad de Deusto
Biblioteca

& detractiones promittuntur: de quibus tamẽ magna merces est in cœlis, quæ sentitur in corde patiẽtium, eorum qui iam possunt
Rom.5 dicere, Gloriamur in tribulationibus, scientes ꝙ tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spẽ, spes autem non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis. Non enim ista perpeti fructuosum est, sed ista pro Christi nomine non solum æquo animo, sed etiam cum exultatione tolerare. Nam multi hereti, nomine Christiano animas decipiẽtes, multa talia patiuntur. Sed ideo excludũtur ab ista mercede, quia nõ dictum est tãtum, beati qui persecutionem patiuntur: sed additum est, propter iustitiam. Vbi autem sana fides non est, non potest esse iustitia, quia iustus ex fide viuit. Neque schismatici aliqd sibi ex ista mercede promittant, quia similiter vbi charitas non est, nõ potest esse iusti-
Aba.2. tia. Dilectio enim proximi malum non ope-
& Ro.1. ratur. Quam si haberent, nõ dilaniarẽt cor-
Rom.13 pus Christi quod est ecclesia. Quæri autẽ potest quid intersit quod ait, Cũ vobis maledicent, & omne malum dicent aduersum
E vos: cum maledicere, hoc sit, malum dicere.
Malum dicere, et maledicere. Sed aliter maledictum iactatur cum contumelia coram illo cui maledicitur, sicut domino nostro dictum est, Nonne verum dicimus, quia Samaritanus es & dæmoniũ habes? Aliter cum absentis fama læditur, sicut
Ioan.8. de illo itẽ scribitur, Alij dicebant, quia Pro-
Ioan.7. pheta est: alij autem dicebant, non sed seducit populum. Persequi autem est vim inferre vel insidijs appetere, quod fecit qui eum
Persecq. quid. tradidit, & qui eum crucifixerũt. Quid est sanè ꝙ etiam hoc non est nude positum, vt diceretur, Et dicent omne malũ aduersum vos: sed additum, est mẽtientes. additum est etiam, propter me? Propter eos additum puto, qui volũt de persecutionibus & de famę suæ turpitudine gloriari: & ideo dicere ad spertinere Christum, quia multa de illis dicuntur mala: cum & vera dicantur, quando & de illorum errore dicuntur: & si aliquãdo etiam nonnulla falsa iactantur, quod temeritate hominum plerunque accidit, non tamen propter Christũ ista patiuntur. Non
Quis Christũ nõ sequitur enim Christum sequitur, qui non secundũ veram fidem & catholicam disciplinã Christianus vocatur. Gaudete, inquit, & exultate, quoniam merces vestra multa est in cœlis. Non hic cœlos dici puto superiores par-
tes huius visibilis mundi. Nõ enim merces nostra, quæ inconcussa & æterna esse debet, Cœli.
in rebus volubilibus & temporalibus collo- F
canda est: sed in cœlis dictum puto, in spiritalibus firmamentis, vbi habitat sempiterna iustitia: in quorum comparatione terra dicitur anima iniqua, cui peccanti dictum est, Gene.3.
Terra es & in terram ibis. De his cœlis dicit Apostolus, Quoniam cõuersatio nostra Philip.3
in cœlis est. Sentiunt ergo iam istam mercedem qui gaudent spiritalibus bonis, sed tũc ex omni parte perficietur, cum etiam hoc mortale induerit immortalitatem. Ita enim persecuti sunt, inquit, & Prophetas qui ante vos fuerunt. Nunc persecutionem generaliter posuit, & in maledictis & in dilacerationem famæ, & bene exẽplo adhortatus est, quia vera dicentes solent persecutionem pati: nec tamen ideo Prophetæ antiqui timore persecutionis à veritatis prædicatione desecerunt. Rectissime itaq; sequitur, Vos Cap.10
estis sal terræ, Ostendens fatuos esse iudican- 1.Cor.15
dos, qui temporalium bonorũ, vel copiam sectantes, vel inopiam metuentes amittunt æterna, quę nec dari possunt ab hominibus, nec auferri. Itaque si sal infatuatum fuerit, in quo salietur: id est, si vos per quos con- G
diendi sunt quodammodo populi metu persecutionum temporalium amiseritis regna cœlorum: qui erunt homines per quos à vobis error auferatur, cum vos elegerit deus, per quos errorem auferat cęterorum? Ergo ad nihilum valet sal infatuatum, nisi vt mittatur foras, & calcetur ab hominibus. Non itaque calcatur ab hominibus qui patitur persecutionem, sed qui persecutionem timendo infatuatur. Calcari enim non potest nisi inferior, sed inferior non est, qui quamuis corpore multa in terra sustineat, corde tamen fixus in cœlo est. Vos estis Cap.11.
lumen mundi. Quomodo dixit superius sal terræ: sic nunc dicit, lumen mundi. Nam neque superius ista terra accipienda est, quam pedibus corporeis calcamus: sed homines qui in terra habitant, vel etiam peccatores, quorum condiendis & extinguendis putoribus, Apostolicum saltem dominus misit, Et hic mundum non cœlum & Mũdus.
terram, sed homines qui sunt in mundo vel diligunt mundum oportet intelligi, quibus Cap.12
illuminandis Apostoli missi sunt. Non Ciuitas supra
potest ciuitas abscondi super montem posi- montem
ta. i. fundata super insignem magnamq; iu- posita.
stitiam, quam significat etiam ipse mons in
quo

H quo disputat dominus. Neque accendunt lucernam & ponunt eam sub modio. Quid putamus, ita esse dictum sub modio, vt occultatio tantum lucernæ accipienda sit, tanquam si diceret, Nemo accendit lucernam & occultat illam? An aliquid etiam modius significat vt hoc sit ponere lucernã sub modio, superiora facere corporis cõmoda, quã prædicationem veritatis: vt ideo quisque veritatem non prædicet, dum timet ne aliquid in rebus corporalibus & temporalibus mo-
Modius lestiæ patiatur? Et bene modius dicitur, Siue propter retributionẽ mensuræ, qua quisque recipiet quæ gesit in corpore, vt illic, inquit Apostolus, recipiet vnusquisque quæ gesit in corpore, & tanquam de hoc modio
2.Co.5. corporis alio loco dicitur, In qua mensura
Matt.7. mensi fueritis, in ea remetietur uobis. Siue quoniam temporalia bona quæ corpore peraguntur, certa dierum mensura & inchoantur & transeunt, quã fortasse significat modius, Aeterna vero & spiritalia nullo tali fi-
Ioan.3. ne coarctentur. Non enim ad mensurã dat deus spiritum. Sub modio ergo lucernã ponit, quisquis lucem bonæ doctrinæ commodis temporalibus obscurat & tegit. Super candelabrum autem, qui corpus suum ministerio dei subijcit, vt superior sit prædicatio veritatis, & inferior seruitus corporis: per ip-
I sam tamen corporis seruitutem excellẽtior
Lucernam sub modio ponere & super candelabrum. luceat doctrina, quæ p officia corporalia. i. per uocem & linguam & cæteros corporis motus in bonis operibus insinuatur etiam discentibus. Super candelabrum ergo ponit lucernam cum dicit Apostolus, Non sic pugno tanquam aerem cædens, sed castigo corpus meũ & seruituti subijcio, ne forte alijs prædicans ipse reprobus inueniar. Quod vero ait, Vt luceat omnibus qui in domo sunt, Domum puto dictam habitationẽ hominum. i. ipsum mundum, propter id & su-
1.Retra. perius ait, Vos estis lumẽ mundi. Aut si do-
Cap.19. mum quisque vult accipere Ecclesiam, nec
1.Cor.9 hoc est absurdum. Sic luceat, inquit, lumen vestrum coram hominibus, vt uideant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Si tantummodo diceret, sic luceat lumen uestrum coram hominibus vt uideant bona facta vestra, finem constitu-
-sse uideretur in laudibus hominum, quas quærunt hypocritæ, & qui ambiunt ad honores & captant inanissimã gloriam. Con-
Galat.1. tra quos dicitur, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et per Pro-
phetã, Qui hominibus placent cõfusi sunt, Psal.52.
quia deus nihil fecit illos. Et iterum, Deus K
confringit ossa eorũ qui hominibus placent.
Et rursum Apostolus, Non efficiamur ina- Galat.6.
nis gloriæ cupidi. Et ipse iterum, Probet autem se homo, & tunc in semetipso habebit gloriam, & non in altero. Non ergo tãtum dixit, vt uideant bona opera uestra: sed addidit, & glorificent patrem uestrũ qui in cœlis est, vt hoc ipsum ꝙ homo per bona opera placet hominibus, non ibi finem constituat vt hominibus placeat, sed referat hoc ad laudem dei, & propterea placeat hominibus vt in illo glorificetur deus. Hoc enim laudantibus expedit, vt non hominem, sed deum honorent, Sicut in ipso homine quem portabat dominus ostendit, vbi admiratæ sunt turbæ paralytico sanato virtutes eius,
sicut in Euangelio scriptũ est, Timuerunt, Matt.9.
& glorificauerunt deũ qui dedit potestatem talem hominibus. Cuius imitator Apostolus Paulus dicit, Tantum autem audientes Galat.1
erant, quoniam qui aliquando nos persequebatur, nunc euangelizat fidem, quam aliquã do vastabat, & in me glorificant deum.
Posteaquam ergo cohortatus est audientes, Cap.13
vt se præpararent ad omnia sustinenda pro veritate atque iustitia, & non absconderent bonum quod accepturi erant, sed ea beneuolentia discerent vt cæteros docerent, non ad L
laudem suam, sed ad gloriam dei bona sua opera referentes, incipit eos iam informare & docere quid doceant, tanquam si quærerent dicentes, Ecce volumus omnia sustinere pro tuo nomine & doctrinam tuam non abscõdere, sed quid est hoc ipsum quod veritas abscõdit, & pro quo iubes omnia tolerari? Numquid aliud dicturus es contra ea quæ in lege scripta sunt? Nõ inquit. Nolite enim putare, quoniam veni soluere le- Cap.14.
gem aut Prophetas, non ueni soluere, sed adimplere. In hac enim sententia sensus duplex est, secundũ vtrunque tractandum est. Nam qui dicit, non ueni soluere legem, sed adimplere: aut addendo dicit quod minus habet, aut faciendo quod habet. Illud ergo prius consideremus quod primo posuit. Nam qui addidit quod minus habet, non vtique soluit quod inuenit, sed magis perficiendo confirmat, & ideo sequitur, & dicit,
Amen dico vobis, donec transeat cœlum Cap.15.
& terra, iota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant. Dũ enim fiunt etiam illa quæ adduntur ad perfectio-

nem, multo magis fiunt illa quæ præmissa
1.Retra. sunt ad inchoationem. Quòd autem ait, Io
Cap.19 ta unum, aut unus apex non transibit à le-
M ge, nihil potest aliud intelligi nisi vehemens
Iota. expressio perfectionis, quãdo per literas sin
Apex. gulas demonstrata est, inter quas literas io-
Cap.16 ta minor est cæteris, quia vno ductu fit,
apex autem est etiam ipsius aliqua in sum-
mo particula. Quibus uerbis ostendit in le
ge ad effectum etiam minima quæque per-
duci. Deinde subiecit, Qui enim soluerit
vnum de mandatis istis minimis, & docue-
rit sic homines, minimus vocabitur in re-
gno cœlorum. Mandata ergo minima si-
gnificantur per unum iota unum apicem.
1.Retra. Qui ergo soluerit & docuerit sic, i. secundũ
Cap.19. id quod soluit, non secundum id quod inue
nit & legit, minimus vocabitur in regno
cœlorum, & fortasse ideo non erit in regno
cœlorum, vbi nisi magni esse non possunt.
Qui autem fecerit & docuerit sic, hoc est,
qui non soluerit, & docuerit sic, secundum
id quod non soluit, magnus vocabitur in re
gno cœlorum. Qui ergo magnus vocabi-
tur in regno cœlorum, sequitur ut etiam sit
in regno cœlorum, quò magni admittũtur,
Cap.17. ad hoc enim pertinet quod sequitur. Di-
co enim vobis, quia nisi abundauerit iustitia
vestra plusquam Scribarum & Phariseo-
rum, non intrabitis in regnum cœlorum:
A id est nisi non solum illa minima legis præ-
cepta impleueritis quæ inchoãt hominem,
sed etiam ista quæ à me adducuntur, qui nõ
ueni soluere legem, sed adimplere, non in-
trabitis in regnũ cœlorum. Sed dicis mihi,
Si de illis mandatis minimis cum superius
loqueretur dixit, minimum vocari in regno
cœlorum quisquis vnum eorum soluerit,
& secundum suam solutionem docuerit,
magnum autem vocari quisquis ea fecerit &
sic docuerit, & ex eo iam in regno cœlorum
futurum esse quia magnus est, quid opus
est addi præceptis legis minimis, si iam in re
gno cœlorum potest esse, quia magnus est
quisquis ea fecerit & sic docuerit? Quapro
pter sic est accipienda illa sententia, qui au-
tem fecerit & docuerit sic, magnus vocabi-
tur in regno cœlorum, id est, non secũdum
illa minima, sed secundum ea quæ ego dictu
rus sum. Quæ sunt autem ista? Vt abundet
iustitia, inquit, vestra super Scribarum &
Phariseorum, quia nisi abundauerit iusti-
tia, non intrabitis in regnum cœlorum. Er
go qui soluerit illa minima & sic docuerit,
minimus vocabitur, quia autem fecerit illa
minima & sic docuerit, non iam magnus ha
bendus est & idoneus regno cœlorum, sed
tamen non tam minimus quam ille qui sol-
uit. Vt autem sit magnus atque illi regno B
aptus, facere debet & docere, sicut Christus
nunc docet: id est, vt abundet iustitia eius
super Scribarum & Phariseorum. Iusti-
tia Phariseorum est, vt non occidant: iusti- Cap.18.
tia eorum qui intraturi in regnum cœlorũ, Iustitia
vt non irascantur siue causa. Minimum phariseo
est ergo non occidere, & qui illud soluerit, rum.
minimus vocabitur in regno cœlorum.
Qui autem illud impleuerit vt non occi-
dat, non continuo magnus erit & idoneus
regno cœlorum: sed tamen ascendit aliquẽ
gradum, perficietur autem si nec irascatur
sine causa. Quod si perfecerit multo remo-
tior erit ab homicidio. Quapropter qui do-
cet vt non irascamur, non soluit legem ne
occidamus sed implet potius, ut & foris dũ
non occidimus, & in corde dum non irasci-
mur, innocentiam custodiamus. Audistis Cap.19.
ergo, inquit, quia dictum est antiquis, Non Exo.20
occides? Qui autem occiderit, iudicio reus 1.Ret.19
erit. Ego autem dico uobis, quia omnis qui
irascitur fratri suo sine causa, reus erit iudi-
cio, qui autem dixerit fratri suo racha, reus
erit concilio, qui autem dixerit fatue, reus
erit gehennæ ignis. Quid interest, inter Reus iu
reũ iudicio, & reum cõcilio, & reum gehen- dicio, cõ
næ ignis? Nam hoc postremũ grauissimum cilio, ge-
sonat, & admonet quosdam gradus factos à hennæ
leuioribus ad grauiora, donec ad gehennam ignis.
ignis ueniretur. Et ideo sicut leuius est reũ
esse iudicio quam reum esse concilio, ita le-
uius est reum esse concilio, quam esse reum
gehennæ ignis. Itaque oportet vt leuius es- C
se intelligatur irasci sine causa fratri quam
dicere racha, & rursus leuius esse dicere ra-
cha quam dicere fatue. Non enim reatus ip
se haberet gradus, nisi gradatim etiam pec-
cata commemorarentur. Vnum autem hic
uerbum obscurum positum est, quia nec
Græcum, nec Latinum est, racha, cętera ve-
ro in sermone nostro usitata sunt. Nonnul
li autem de Græco trahere uoluerunt inter
pretationem huius uocis, putantes panno-
sum dici racha, quoniam Græce dicitur
pannus ῥάκος. A quibus tamen cum quæ-
ritur quid dicatur Græcè pannosus, non re
spondent racha: sed deinde non posset Lati
nus interpres ubi posuit racha, pannosum
ponere, nec uti uerbo quod & in Latina lin
gua

gua nullum sit, & in Græca inusitatum.
Racha Probabilius est ergo, quod audiui à quodã
quid. Hæbreo, cum id interrogassem: dixit enim
esse uocem non significantem aliquid, sed in
dignantis animi motum exprimentem.
D Has interiectiones Grãmatici uocant, par-
ticulas orationis significantes commoti ani
mi affectum: velut cum dicitur à dolente,
heu: uelut ab irascente, hem. Quæ uoces
quarũcunque linguarum sunt propriæ, nec
in aliam linguam facile transferũtur. Quæ
causa utique coegit tam Græcum interpre-
tem quam Latinum uocem ipsam ponere,
cum quomodo eam interpretaretur non in-
Tres ueniret. Gradus itaque sunt in istis pecca-
gradus. tis, ut primo quisque irascatur & eum mo-
tum retineat corde conceptum. Iam si ex-
torserit uocem indignantis ipsa commotio
non significantem aliquid, sed illum animi
motum ipsa eruptione testantem, qua feria-
tur ille cui irascitur, plus est utique quam si
surgens ira silentio premeretur. Sin uero
non solum uox indignantis audiatur, sed
etiam uerbum quo iam certam eius uitupe-
rationem in quem profertur designet & no
tet, quis dubitet amplius hoc esse quam si so
lus indignationis sonus æderetur? Itaque
in primo unum est: id est, ira sola: in secun
do duo, & ira & uox quæ iram significat: in
tertio tria, & ira & uox quæ iram significat,
& in uoce ipsa certæ uituperationis expres-
Tres sio. Vide nunc etiam tres reatus, iudicij, con
reatus silij, & gehẽnæ ignis. Nam in iudicio adhuc
iræ. defensioni datur locus. In concilio autem
E quanquam & iudicium esse soleat, tamen
quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit
ipsa distinctio, uidetur ad consilium perti-
nere sententiæ prolatio. quando non iam
cum ipso reo agitur, utrum damnandus sit,
sed inter se qui iudicant conferunt quo sup-
plicio damnari oporteat quem constat esse
damnandum. Gehenna uero ignis, nec dam
nationem habet dubiam sicut iudicium, nec
damnati pœnam, sicut concilium: in gehen
na quippe ignis certa est & damnatio & pę
na damnati. Videntur ergo aliqui gradus in
peccatis & in reatu, sed quibus modis inui-
sibiliter exhibeantur pœnæ meritis ani ma-
Iustitia rum, quis potest dicere? Audiendum e. ita
phariseo que quantũ interfit inter iustitiã Phariseo-
tũ & iu- rum, & iustitiam maiorem quæ in regnum
stitia ma cœlorũ introducit. Quòd cum sit grauius
ior. occidere quam uerbo irrogare conuitium,
ibi occisio reum facit iudicio, hic autem ira
facit reum iudicio, quod trium illorum pec
catorum leuissimum est: quia illic quæstio
nem homicidij inter homines agitabãt: hic
autem omnia diuino iudicio dimittuntur,
ubi finis damnatorum est gehennæ ignis.
Quisquis autem dixerit ꝙ grauiore suppli F
cio in maiore iustitia punitur homicidium,
si gehenna ignis punitur conuitium, cogit
intelligi esse differentias gehennarum. Sanè
in tribus istis sententijs subauditio uerbo-
rum intuenda est. Habet enim prima sen-
tentia omnia uerba necessaria, vt nihil sub-
audiatur. Qui irascitur, inquit, fratri suo si
ne causa, reus erit iudicio: In secunda uero
cum ait, Qui autem dixerit fratri suo ra- 1.Ret.19
cha, subauditur sine causa: & ira iungitur,
reus erit in concilio. Iam in tertia ubi ait,
Qui autem dixerit fatue, duo subaudiũtur,
& fratri suo, & sine causa. Hoc est unde de-
fenditur qđ Apostolus Galatas uocat stul- Galat.3
tos, quos etiam fratres nominat, nõ enim id
fecit sine causa. Ideo autẽ hic frater subau-
diendus est, quia de inimico postea dicitur,
quomodo etiam ipse tractandus sit maiore
iustitia. Deinde hic sequitur, Si ergo ob- Cap.20.
tuleris munus tuum ad altare, & illic recor
datus fueris, ꝙ frater tuus habet aliquid ad
uersum te, relinque ibi munus tuum ante al
tare, & uade prius reconciliari fratri tuo. Et
tunc ueniẽs offer munus tuum. Hinc itaq;
apparet de fratre dictum esse superius, quo-
niam sententiam quæ sequitur, ea cõiunctio
ne connectitur ut superiori attestetur, non
enim ait, Si autem obtuleris munus tuum
ad altare, sed ait, Si ergo obtuleris munus
tuum ad altare. Nam si irasci fas non est fra
tri suo sine cã, aut dicere racha, aut dicere fa G
tue, multo minus fas est aĩo tenere aliquid,
ut in odiũ indignatio cõuertatur. Ad quod
pertinet etiã quod alio loco dicitur, Non oc Ephes.4
cidat sol sup iracundiã uestrã. Iubemur er-
go illaturi munus ad altare, si recordati fue-
rimus aliquid aduersum nos habere fratrẽ,
munus ante altare relinquere & pergere ac
reconciliari fratri, deinde uenire & munus of
ferre. Quod si accipiatur ad literã, fortasis
aliquis credat ita fieri oportere, si præsens
frater sit. Nõ n. diutius differri põt, cũ mu- Munus
nus tuum relinquere ante altare iubearis. Si quõ reli
ergo de absente, & qđ fieri põt, ẽt trans ma- quẽdum
re constituto aliquid tale ueniat in mẽtem, ante alta
absurdum est credere ante altare munus re re.
linquendũ, quod post terras & maria perer
rata offeras deo. Et ideo prius intrò ad spi-

Altare.

ritali refugere cogimur, vt hoc quod dictũ est sine absurditate posit intelligi. Altare itaque spiritaliter in interiore dei tẽplo ipsam fidem accipere possumus, cuius signum est altare visibile. Quodlibet enim munus offerimus deo, siue ꝓphetiã, siue doctrinã,
H siue orationẽ, siue hymnũ, siue psalmum, & si quid tale aliud spiritaliũ donorũ animo occurrerit, acceptũ esse non põt deo, nisi fidei synceritate fulciatur, & ei fixæ atq; immobili atq; firmæ imponatur, vt possit integrum atq; illibatũ esse quod loquimur. Nã multi hæretici non habentes altare: id est, veram fidẽ, blasphemias pro laude dixerũt, terrenis videlicet opinionibus aggrauati, uo tum suũ tanquã in terram proijciẽtes. Sed debet esse sana ẽt offerẽtis intentio. Et propterea cum tale aliquid oblaturi sumus in
1. Co. 3. corde nostro: id est, in interiore dei tẽplo,
Eph. 3. Templum.n. dei sanctũ est, inquit, qđ estis vos: & in interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris: si in mẽtẽ uenerit ꝙ aliquid habeat aduersum nos frater: id est, si nos cum in aliquo læsimus, tunc enim ipse habet aduersum nos. Nam nos aduersus illum habemus si ille nos læserit, vbi non opus est pergere ad reconciliationem: non.n. veniam postulabis ab eo qui tibi fecit iniuriã, sed tm̃ dimittis, sicut tibi dimitti a dño cupis, quod ipse cõmiseris. Pergendum est ergo ad recõciliationem, cum in mentem venerit quod nos forte fratrem
I in aliquo læsimus. Pergendum est ergo nõ pedibus corporis, sed motibus animi, vt te humili affectu prosternas fratri ad quem chara cogitatione cucurreris, in conspectu eius cui munus oblaturus es. Ita enim etiã si præsens sit, poteris eum non simulato animo lenire, atque in gratiam reuocare veniam postulando, si hoc prius coram deo feceris: pergens ad eum non pigro motu corporis, sed celerrimo dilectionis affectu. Atque inde ueniens: id est, intentionem reuocans ad id quod agere cœperas, offers munus tuum. Quis autem hoc facit vt fratri suo vel non irascatur sine causa, vel racha non dicat sine causa, vel cum fatuum non appellet sine causa, quod totum superbissime admittitur: vel forte si in aliquo horum lapsus fuerit vnum remedium, vt supplici animo veniam deprecetur: qđ quisquis non fecerit, inanis iactantiæ spiritu inflatur. Beati ergo pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Nunc iam uideamus quod sequitur. Esto, inquit, aduersario tuo benevolus cito dum Ca. 27.
es in uia cum eo, ne forte te tradat aduersa- Mat. 5. d
rius iudici, & iudex tradat te ministro & in carcerem mittaris. Amẽ dico tibi nõ exies Ioan. 5.
inde donec reddas nouissimum quadrantẽ. Iudex. Iudicem intelligo: Christum: pater enim nõ Chri-
iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit stus.
filio. Ministrum intelligo angelum, Et an- K
geli, inquit, ministrabãt ei: & cum angelis Minis-
suis uenturum credimus ad iudicandos ui- ster an-
uos & mortuos. Carcerem intelligo pœnas gelus.
videlicet tenebrarum, quas alio loco exte- Mat. 4.
riores vocat: credo propterea quòd intrin- Carcer,
secus sit in ipsa mente, vel etiam si quid se- pœnæ te
cretius cogitari potest, gaudium diuino- nebra-
rum præmiorum. De quo dicitur seruum rum.
bene merito. Intra in gaudium domini tui,
Quẽadmodum etiam & in hac ordinatione reipublicæ, vel à secretario, vel à præto- Matt. 5.
rio iudicis extra mittitur, qui in carcerem
truditur. De soluendo autem nouissimo quadrante, potest non absurde intelligi, aut pro eo positum quod nihil relinquitur impunitum. Sicut loquentes etiam dicimus
vsq; ad fecem, cum uolumus exprimere ali- Quã-
quid ita exactum vt nihil relinqueretur: drãs no
vel ut significarentur nomine quadrantis uisi- nouissimi terrena peccata. Quarta.n. pars mus.
distinctorum membrorum huius mundi, et ea nouissima, terra inuenitur: vt incipias à cœlo, secundum aerem numeres, aquam tertiam, quartam tertam. Potest ergo conuenienter videri dictum, Donec soluas nouissimum quadrantem: id est, donec luas terrena peccata. Hoc enim & peccator au- L
diuit, Terra es & in terram ibis. Donec sol Gen. 3.
uas aũt quod dictũ est, miror si nõ eã significat pœnam, quæ vocatur æterna. Vnde enim soluitur illud debitum, ubi iam non datur pœnitendi & correctius uiuendi locus? Ita enim fortasse hic positum est, Donec soluas: quomodo in illo vbi dictũ est, Sede a dextris meis, donec pœnam oẽs inimicos tuos sub pedibus tuis. Non enim Ps. 109.
cum fuerint inimici sub pedibus positi, de- Donec.
sinet ille sedere ad dextrã. Aut illud Apo- 1. Co. 15.
stoli. Oportet.n. illũ regnare, donec ponat inimicos suos sub pebibus suis. Non enim cũ positi fuerint, desinet regnare. Quemad modum ergo ibi intelligitur, de quo dictũ est, Oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: semper regnaturum, quoniã semper illi erunt subpedi-

pedibus: ita hic accipi potest, de quo dictum est, Non exies inde donec soluas nouissimum quadrantem, semper non exiturum esse: quia semper soluit nouissimum quadrantem, dum sempiternas pœnas terrenorum peccatorum luit. Neq; ita hoc dixerim vt diligentiorem tractationem videar ademisse de pœnis peccatorum, quo in scripturis dicantur æternæ, quanquã quolibet
Cap. 22 M mõ vitandæ sint potius q̃ sciendæ. Sed videamus iam quis sit ipse aduersarius, cui iubemur esse benevoli cito, cum sumus cum illo in via. Aut enim diabolus est, aut hõ, aut caro, aut deus, aut præceptum eius. Sed diabolo non video quomodo iubeamur benevoli esse: id est: concordes aut consentientes. Nanq; alij quod Græce positum est συνῳδῶν interpretati sunt concors: alij, cõsentiens. Sed neq; benevolentiam diabolo iubemur exhibere, vbi enim benevolentia, ibi amicitia: neq; quisquã dixerit amicitiam cum diabolo esse faciendam. Neq; concordare cum illo expedit cui semel renunciando bellum indiximus, & quo victo coronabitur. Neq; consentire illi iam oportet, cui si nunq̃ consensissemus, nunquam in istas incidissemus miserias. De homine autem quanquam iubeamur cum omnibus quantum in nobis est pacem habere, vbi, vtiq; & benevolentia & concordia & consensio potest intelligi: non video tamen quo accipiã ab homine nos iudici tradi, vbi Christum
Ro. 14. iudicem intelligo, ante cuius tribunal om-
2. Co. 5. nes oportet exhiberi sicut Apostolus. Quo modo ergo iudici traditurus est, qui ante iudicem pariter exhibebitur? Aut si propterea
A traditur quisq; iudici, quia hominem læsit, quanuis illo non tradente qui læsus est, multo commodius accipitur à lege ipsa reũ tradi iudici contra quem fecit cum hominem læderet. Quia etsi occidendo quis nocuerit homini, non erit iam tempus quo concordet cum eo, quia iam nõ est cum illo in via, id est, in hac vita. Nec tamen ideo non sanabitur pœnitendo, vt ad illius misericordiam cum sacrificio contribulati cordis refugiendo non mereatur venire qui donat peccata conuersis ad se, & qui plus gaudet de uno pœnitente, quàm de nonagintanoue
Luc. 15 iustis. Carni vero multo minus video quomodo benevoli vel concordes vel consentientes esse iubeamur. Magis enim peccatores amant carnem suam & concordant cum illa & consentiunt ei. Qui vero eam seruitutẽ subijciunt, non ipsi ei consentiunt, sed eam sibi consentire cogunt. Fortasse ergo iubemur deo consentire & illi esse benevoli, vt ei reconciliemur; à quo peccando recessimus, vt aduersarius noster dici posit. Quibus enim resistit, recte dicitur eorum aduersarius. Deus enim superbis resistit, Iaco. 4.
humilibus autem dat gratiam. Et initium B
omnis peccati superbia, Initium autem su- Ecc. 10.
perbiæ hominis apostatare à deo. Et Apo Rom. 5.
stolus dicit, Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Ex quo intelligi potest, nullam naturam malam inimicam deo esse, quando quidem & ipsi reconciliantur qui inimici fuerunt. Quisquis ergo in hac via, id est, in hac vita, non fuerit reconciliatus deo per Ioan. 5.
mortem filij eius, tradetur iudici ab illo: qa pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio atq; ita cætera quæ in hoc capitulo scripta sunt consequuntur, de quibus iam tractauimus. Vnum solum est quod Deus
huic intellectui difficultatem facit, quomo- qũo no-
do possit recte dici, in via nos esse cum deo, bisecũ sit
si hoc loco ipse accipiendus est aduersarius in uia.
impiorum, cui iubemur cito reconciliari. Nisi forte quia ipse vbiq; est, nos autem cum in hac via sumus, cũ illo vtiq; sumus. Si enim ascendero in cœlum, inquit, tu illic Psa. 138.
es: si descendero in infernum, ades. Si recipiam pennas meas in directum, & habitabo in nouissimo maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & continebit me dextera Impios
tua. Aut si non placet impios dici esse cum esse cum
deo, quanquam nusquam non præsto sit, deo.
deus, quemadmodum nos dicimus cæcos C
esse cum luce, tametsi oculos eorum lux cir- Cecos
cunfundat, vnum reliquum est, vt hic ad- esse cum
uersarium præceptum dei esse intelliga- luce.
mus. Quid enim sic aduersatur peccare volentibus quàm præceptum dei, id est, lux eius & scriptura diuina quæ data est nobis ad hanc vitam, vt sit nobiscũ in via, cui non oportet cõtradicere, ne nos tradat iudici, sed ei oportet consentire cito? Non.n. quisquam nouit qñ de hac vita exeat. Quis autẽ consentit scripturæ diuinæ, nisi qui legit, & audit, pie deferens ei culmen authoritatis, vt quod intelligit nõ propter hoc oderit ꝙ peccatis suis aduersari sentit, sed magis diligat correptionem suam, & gaudeat quòd moribus suis donec sanentur non parcatur. Qđ vero aut obscurũ, aut absurdũ illi sonat, nõ

inde

inde cõcitet cõtradictionum certamina, sed oret vt intelligat, beneuolentiam tũ & reuerentiam tantæ authoritati exhibendam esse meminerit. Sed quis hoc faciat nisi quisquis ad testamentum patris aperiẽdum & cognoscendum, non litium minitatione acerbus, sed pietate mitis accesserit? Beati ergo mites, qñ ipsi hæreditate possidebunt terram. Vi-
Cap.23. deamus sequentia. Audistis quia dictum
Exo.20. est antiquis, Nõ mœchaberis, Ego aũt dico
D vobis, quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eã in corde suo. Iustitia ergo minor est nõ mœ-
Mœcha- chari corporum cõiunctione. Iustitia uero
ri corde, maior est regni dei non mœchari corde non corpore. mœchari in corde. Multo facilius custodit ne mœchetur in corpore, quisquis non mœchatur in corde. Illud ergo confirmauit qui hoc præcepit. Non enim venit legem solue-
Matt. 5. re sed implere. Sanè considerandum est q̃ non dixit, omnis qui concupiuerit mulierem: sed, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, id est hoc fine & hoc animo attenderit ut eam concupiscat, quod iam non est titillari delectatione carnis, sed plene consentire libidini, ita vt non refrenetur illicitus appetitus, sed si facultas data fuerit satietur. Nam tria sunt quibus impletur peccatum, suggestione, delecta-
Pctũ tri- tione, & consensione. Suggestio, siue per
bus im- memoriam fit, siue per corporis sensus, cum
pletur. aliquid videmus aut audimus, vel olfaci-
Sugge- mus, vel gustamus, uel tangimus. Quo si
stio. frui delectauerit, delectatio illicita refrenan-
Delecta- da est. Velut cum ieiunamus & visis cibis pa-
tio. lati appetitus assurgit, non fit nisi delectatio
E ne, sed huic si non consentimus, si eam dominantis rationis iure cohibemus. Si aut
Cõsẽsio. consensio facta fuerit, plenum peccatum erit. Notum autem Deo in corde nostro, etiam si facto non innotescat hominibus. Ita ergo sunt isti gradus, quasi à serpente suggestio fiat, id est lubrico & uolubili, hoc est temporali corporum motu: quia & si qua talia phãtasmata intus uersantur in aia, de corpore forinsecus tracta sunt: & si quis occultus præter istos quinque sensus motusque corporis animum tangit, est etiam ipse temporalis & lubricus: & ideo quanto illabitur occultius vt cogitationẽ cõtingat, tanto conuenientius serpenti comparatur. Tria ergo hæc vt dicere cœperam, similia sunt illi gestæ rei quæ in Genesi scripta est ut quasi à serpente fiat suggestio, & quædam suasio, In appetitu autem carnali tanquam in Eua delectatio, in ratione vero consensio, quibus peractis, tanquam de paradiso, hoc ẽ de beatissima luce iustitiæ in mortum homo expellitur, iustissime omnino. non enim cogit qui suadet. Et omnes nature in ordine suo gradibus suis pulchræ sint, sed de superioribus in quibus rationalis animus ordinatus est, ad inferiora non est declinandum. Nec quisquam hoc facere cogitur, & F ideo si fecerit, sine iusta defensione punitur. Non enim hoc committit inuitus. Verunta men delectatio ante consuetudinem vel nulla est, vel tam tenuis vt propè nulla sit, Cui consentire magnum pctũ est cum illicita est. cum autem quisque consenserit, cõmittit peccatum in corde suo. Si autem etiam in factum processerit, videtur satiari, & extingui cupiditas. Sed postea suggestio repetitur, maior accenditur delectatio: quæ tamen adhuc multo minor est quam illa quæ assiduis factis in consuetudinem vertitur. Hanc enim vincere difficillimum est: & tamen etiam ipsam consuetudinem si se quisque non deserat, & Christianam militiam non reformidet, illo duce atque adiutore superbit: ac si in
al. pacẽ. pristinam potestatem atque ordinem & vir Christo & mulier viro subijcitur. Sicut ergo tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, consensione: ita ip-
Pctí tres sius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in differen- facto, in consuetudine, tanquam tres mortiæ. tes. Vna quasi in domo, id est cum in corde consentitur libidini, altera iam prolata, quasi extra portam cum in factum procedit assensio: tertia cum ui cõsuetudinis malæ tanquam mole terrena premitur animus, quasi A in sepulchro iam putens. Quæ tria genera G mortuorum dominum resuscitasse, quisquis Euangelium legit, agnoscit. Et fortasse confiderat quas differentias habeat etiam ipsa vox resuscitantis, cum alibi dicit, Puella surge, Et alibi, Iuuenis tibi dico surge, Alibi, Matt. 9. Infremuit in spiritu & fleuit, & rursus fre- Luc. 7. muit, & post deinde voce magna exclama- Ioã. 11. uit Lazare veni foras. Qua propter nomi- Mœchã ne mœchantium qui hoc capitulo comme- tiũ noie orantur, omnem carnalem & libidinosam quid incõcupiscentiam oportet intelligi. Cum telliga- enim tam assidue idololatriam scriptura for- tur. nicationem dicat, Paulus autem Apostolus Ephe. 5. auaritiam idololatriæ nomine appellet, quis dubitet omnem malam concupiscentiam recte fornicationem vocari quando anima neglecta

glecta superiore lege qua regitur, inferiorum naturarum turpi voluptate, quasi mercede prostituta, corrumpitur? Et ideo quisquis carnalem delectationem aduersus re-
Rom.7. ctam voluntatem suam rebellare sentit per consuetudinem peccatorum, cuius indomi-
H tæ violentia trahitur in captiuitatem, recolat quantum potest qualem pacem peccando amiserit, & exclamet. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Ita enim cum se infœlicem excla-
Ca. 24. mat, lugendo implorat consolatoris auxilium. Nec paruus est ad beatitudinem accessus, cognitio infœlicitatis suæ, & ideo, Beati etiam lugentes: quoniam ipsi consolabuntur. Deinde sequitur & dicit, Si autem oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum & proijce abs te: Expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum quam totum corpus tuum eat in gehennam. Hic vero magna opus est fortitudine ad membra præcidanda. Quicquid enim est quod significat oculus sine dubio tale est quod vehementer diligitur. Solet enim & ab eis qui vehementer volunt exprimere dilectionem suam ita dici, Diligo eum vt oculos meos, aut etiam plusquam oculos meos. Quod autem additum est, dexter, fortasse ad augendam vim dilectionis ualet. Quanquam enim ad videndum isti oculi corporis communiter intendatur, & si ambo intendatur æqualiter possint, amplius ta-
I men formidant homines dextrum amittere, Vt iste sit sensus, quicquid illud est quod ita diligis, vt pro dextro oculo habeas, si scandalizat te, id est si tibi impedimento est ad veram beatitudinem, erue illud & proijce abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum horum quæ ita diligis tanquã membra tibi hæreant, quam totum corpus tuum eat in gehẽnam. Sed quoniam sequitur de manu dextera, & similiter dicitur, Si dextera manus tua scandalizat te, abscinde eam & proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum erat in gehennam: cogit quærere dili-
Oculus amicus dilectissimus. gentius, quid dixerit oculum, in qua quæstione nihil mihi occurrit congruentius, quam dilectissimum amicum. Nam hoc est vtique quod membrum recte possumus appellare, quod vehementer diligimus, & hunc cõsiliarium, quia oculus est tanquam demonstrans iter & in rebus diuinis, quia dexter est: vt sinister sit dilectus quidem consiliarius, sed in rebus terrenis ad necessitatem corporis pertinentibus, de quo scandalizante superfluum erat dicere, quandoquidem nec dextro parcendum sit. In rebus autem Manus diuinis consiliatius scandalizans est, si in ali dextera quam pernicioſam hæresim nomine religio id est dinis atque doctrinæ conatur inducere. Electus ad go & dextera manus accipitur dilectus adiu iutor. tor & minister in diuinis operibus, nam quemadmodum in oculo contemplatio, sic in manu operatio recte intelligitur, vt sini- K stra manus intelligatur in operibus quæ huic uitæ & corpori sunt necessaria. Di- Cap.25. ctum est autem. Quicunque dimiserit uxo Matt. 5. rem suam, det illi libellum repudij, Hæc iustitia minor est Pharisæorum, cui non est contrarium quod dominus dicit, Ego autem dico uobis, quicunque dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa, facit eam mœchari: & qui solutam à uiro duxerit, mœchatur. Non enim qui præcepit, Matt.19. vt uxor dimittatur, sed qui dimiserit, inquit, det illi libellum repudij: vt iracundiam temeraria proijcientis uxorem libelli cogitatio temperaret. Qui ergo dimittendi moram quæsiuit, significauit quantum potuit duris hominibus, se nolle diſsidium. Et ideo ipse dominus alio loco de hoc interrogatus ita respondit, Hoc Moyses propter duritiam cordis uestris fecit. Quantumuis enim durus esset qui vellet dimittere uxorem, cum cogitaret libello repudij dato iam sine periculo eam posse nubere alteri, facile precaretur. Dominus ergo ad illud confirmandum vt non facile uxor dimittatur, solam causam fornicationis excepit: cæteras uero uniuersas molestias si quæ fortè extiterint, iubet pro fide coniugali, pro castitate fortiter sustineri, & mœchum dicit etiam virum qui L eam duxerit quę soluta est à viro. Cuius Ro. 7.2. rei Apostolus Paulus terminum ostendit, quia tam diu obseruandum dicit quandiu uir eius viuit. Illo autem mortuo, dat nubendi licentiam. Hanc enim etiam ipse regulam tenuit, & in ea non suum consilium sicut in nonnullis monitis, sed præceptum domini iubentis ostendit, cum ait, Eis autem quæ nuptæ sunt præcipio, non 1. Cor. 7. ego, sed dominus, mulierem à viro non discedere. Quód si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari, & uxorem non dimittat. Credo simili forma, ut si dimiserit non ducat aliam, aut reconciliętur uxori. Fieri

ri. Fieri enim potest vt dimittat vxorem causa fornicationis, quam dñs exceptam esse voluit. Iam vero si nec illi nubere conceditur viuo viro à quo recesserit, neque huic alteram ducere viua vxore quam dimisit: multo minus fas est illicita cum quibuslibet

De cõtinentia cõiugata- rum. stupra committere. Beatiora sanè coniugia iudicanda sunt quæ siue filijs procreandis, siue etiam ista terrena prole contempta, cõtinentiam in se pari consensu seruare potuerint: quod neque contra illud præceptum fit, quo dominus dimitti coniugẽ vetat, Nõ enim dimittit qui cum ea non carnaliter, sed spiritaliter viuit: & illud seruatur quod per

1. Co. 7. Apostolum dicitur, Reliquum est, vt qui habent vxores, quasi non habentes sint. Illud magis solet solicitare animum paruulorum, qui tamen secundum præcepta Christi iam viuere gestiunt, quod alio loco ipse

Luc. 14. dominus dicit, Quisquis venit ad me, & nõ odit patrem suum, & matrem, & vxorem, &

Vxor quomõ odio habenda. filios, & fratres, & sorores, insuper & animam suam, non potest meus esse discipulus. Videri enim potest contrarium minus intelligentibus, quòd hic vetat dimitti vxorem, excepta causa fornicationis: alibi vero discipulum suum negat esse posse quenquam qui non oderit vxorem. Quod si propter concubitum diceret, non etiam patrem & matrem & fratres & sorores in eadem conditione poneret. Sed quàm verum est, quòd

Mat. 11. b regnum cœlorum vim patitur, & qui vim faciunt diripiunt illud. Quanta enim ui opus est, vt homo diligat inimicos, & oderit patrem & matrem & vxorem & filios & fratres. Vtrunque enim iubet, qui ad regnum cœlorum vocat. Et quomodo hæc non sint contraria inter se, ipso duce ostendere faci-

A le est: sed ea intellecta implere difficile est, quanquam & hoc ab eodem ipso adiuuante facillimum. Regnum enim æternum quo discipulos suos, quos etiam fratres appellat, vocare dignatus est, non habet huiusmodi

Gal. 3. necessitates temporales. Non est Iudæus, ne-
Colo. 2. que Græcus, neque masculus, neque fœmi-
Mat. 22. na, neque seruus, neque liber: sed omnia &
& Luc. in omnibus Christus. Et ipse dominus dicit,
20. f. In resurrectione enim neque nubent, neq; vxores ducent, sed erunt sicut angeli dei in cœlis. Oportet ergo vt quisquis illius regni vitam iam hic meditari voluerit, oderit non ipsos homines, sed istas necessitudines temporales quibus ista quæ transitura est vita fulcitur, quæ nascendo, moriendoque peragitur: quod qui non odit, necdum amat illam vitam vbi nulla erit conditio nascendi, atque moriendi quæ copulat terrena coniugia. Itaque si aliquem bene Christianum, qui tamen habet vxorem, quanuis cum ea adhuc filios generet, interrogam, vtrum in illo regno habere uelit vxorem: memor vtique promissorum dei & vitæ illius vbi corruptibile hoc incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem: iam magno 1. Corin. vel certe aliquo amore suspensus cum exe- 15. g
crationem respondebit, se vehemẽter id nol- B
le. Rursus si interrogem, vtrum vxorem suam post resurrectionem accepta angelica immutatione, quæ sanctis promittitur, secum ibi viuere velit: tam vehementer se id velle quàm illud nolle respondebit. Sic inuenitur bonus Christianus diligere in vna fœmina creaturam dei, quàm reformari & renouari desiderat: odisse autem coniunctionem copulationemque corruptibilem atque mortalem: hoc est diligere in ea quòd homo est, odisse quòd vxor est. Ita etiam diligit inimicum, non inquantum inimicus est, sed inquantum homo est: vt hoc ei velit prouenire quod sibi, id est vt ad regnum cœlorum correctus renouatusque perueniat. Hoc & de patre & de matre & cæteris vinculis sanguinis intelligendum est: vt in eis oderimus quod genus humanum nascendo & moriendo sortitum est, 1. retrac.
diligamus autem quòd nobiscum potest ad cap. 19.
illa regna perduci: vbi nemo dicit pater meus, sed omnes omnino vno deo, pater noster: nec mater mea, sed omnes illi Hierusalem, mater nostra: nec frater meus, sed omnes de omnibus, frater noster. Coniugium vero cum illo simul nobis in vnum redactis, quasi vnius coniugis erit, qui nos de prostitutione huius seculi sui C
sanguinis effusione liberauit. Necesse est ergo vt oderit ea quæ transeunt discipulus Christi, in ijs quos secum ad ea venire desiderat quæ semper permanebunt: & tanto magis hæc in eis oderit, quanto magis eos diligit. Potest igitur Christianus cum coniuge concorditer viuere: siue indigentiam carnalem cum ea supplens, quod secum veniam, non secundum imperium dicit Apostolus: siue filiorum propagationem, 1. Co. 7.
quod iam nonnullo gradu potest esse lau- b.
dabile: siue fraternam societatem, sine vlla corporum commixtione, habens vxorem tanquam non habens, quod est in coniugio

gio Christianorum excellentissimum atque sublime, vt tamen oderit in ea omnes temporales necessitates, & diligat spẽ sempiternæ beatitudinis. Odimus enim sine dubio, quod certe vt aliquando non sit optamus: sicut istam ipsam præsentis temporis uitam, quam temporalem si non odissemus, non desideraremus futuram, quæ non est tempori obnoxia. Pro hac enim vita posita ẽ anima, de qua ibi dictum est, Qui non oderit insuper & animam suam, non potest meus esse

Luc. 14. discipulus. Huic neque vitæ cibus est necessarius iste corruptibilis, de quo ipse dominus dicit, Nõ ne anima plus est quam esca,

Ma. 2. c. id est hæc uita cui necessaria est esca? Et qđ dicit, vt animã suam ponat pro ouibus suis: hanc utique vitam dicit, cum se pro nobis

Io. 12. b. moriturum esse pronunciat. Exoritur

Cap. 26. hic altera quæstio, Cum dominus causa for-

1. Re. 19. nicationis permittat dimitti vxorem, quate-

Fornicatio quo quousque intelligunt omnes, id est, vt eam intelligẽ da. fornicationem credamus dictam quę in stupris committitur? An quemadmodum scripturæ solent fornicationem uocare, sicut supra dictum est, omnem illicitam corruptionem, sicut est idololatria vel auaritia, & ex eo iam omnis transgressio legis propter illicitam concupiscentiam. Sed consulamus

1. Cor. 7. Apostolũ, ne quid temere dicamus, Ijs qui sunt in coniugio, inquit, præcipio non ego sed dñs, vxorem à uiro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam aut uiro suo reconciliari. Potest enim fieri vt discedat ea causa qua dñs permisit. Aut si fœminæ licet virum dimittere etiam præter causam fornicationis, & non licet viro, quid rñdebimus de hoc quod dixit posterius, Et uir vxorem ne dimittat? Quare non addidit, excepta cã

E fornicationis: quod dominus permittit? Nisi quia similem formam vult intelligi, vt si dimiserit, quod causa fornicationis permitti tur, maneat sine vxore, aut reconcilietur vxori. Non enim male reconciliaretur vir illi mulieri, quam cum lapidare nemo ausus est, dicit ei dominus, Vade & uide deinceps

Ioan. 8 ne pecces: quia & qui dicit, non licet dimittere vxorem nisi causa fornicationis, cogit retineri vxorem, si causa fornicationis non fuerit, si autem fuerit, non cogit dimittere,

1. Ret. c. sed permittit, sicut dicitur, Non licet mulie
19. ri nubere alteri viro, nisi uiro suo mortuo. Si ante uiri mortem nupserit, rea est, si post uiri mortem non nupserit, non est rea: Nõ enim iussa est nubere, sed permissa. Si enim par forma est in isto iure coniuij inter uirum & mulierem, usqueadeo ut non tantum de fœmina idem Apostolus dixerit, Mulier non habet potestatem sui corporis, 1. Co. 7.
sed uir, sed etiam de illo non tacuerit dicens similiter & uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, Si ergo similis forma est, oportet intelligi non licere mulieri uirum dimittere, nisi causa fornicationis, sicut & uiro. Considerandum est itaque quatenus Cap. 27.
fornicationem intelligere debeamus, & con F
sulendus vt cœperamus Apostolus, Sequi- 1. Co. 7.
tur enim & dicit, Cæteris autem ego dico, non dominus. Hic primo uidendum est quibus cæteris, Dicebat enim superius ex domini persona ijs qui sunt in coniugio, nunc uero ex sua persona cæteris dicit. Ergo fortasse ijs qui non sunt in coniugio. Sed non hoc sequitur. Ita enim subiũgit, Si quis frater ha- 1. Co. 7.
bet uxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Ergo etiam non ijs dicit qui sunt in coniugio. Quid sibi ergo uult quod ait, cæteris, nisi quia superius eis loquebatur qui sic copulati erant, ut pariter in fide Christi essent: cæteris uero nunc dicit, id est eis qui sicut copulati sunt ut non ambo fideles sint? Sed quid eis dicit? Si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc cõsentit habitare cum illo, non dimittat illam: Et si qua mulier habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum. Si ergo non præcipit ex domini persona, sed ex sua persona monet, ita est hoc bonum, ut si quis aliter fecerit, non sit precepti transgressor, sicut de uirginibus paulopost dicit, præceptum domini se non habere, consilium au- G
tem dare: atque ita laudas virginitatea, ut arripiat eam qui uoluerit, non tamen vt si
non fecerit, cuntra præceptum fecisse iudicetur. Aliud enim est quod iubetur, aliud Aliud ẽ
quod monetur, aliud quod ignoscitur. Iube ꝓceptũ
tur mulier a uiro non discedere, quòd si di- aliud cõ
scesserit, manere innuptam, aut uiro reconci siliũm a
liari: Aliter ergo non licet facere. Monetur liud ue-
aũt uir fidelis, si habet uxorem infidelem nia.
consentientem secum habitare, non eam dimittere. Licet ergo & dimittere, quia non est præceptum domini ne dimittat, sed consilium Apostoli: Sicut monetur uirgo non nubere, sed si nupserit consilium quidem non tenebit, sed contra præceptum non faciet. Ignoscitur cum dicitur, Hoc autem dico secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo secundum veniam non secundum imperium. Quapropter si licet vt dimittatur cõiunx infidelis, quanuis melius sit non dimittere, & tamen non licet secundum præceptum domini vt dimittatur coniunx nisi causa fornicationis, fornicatio est etiam ipsa infidelitas. Quid enim tu dicis Apostole? Certe vt uir fidelis consentientem secum habitare mulierem infidelem non dimittat.

H Ita, inquit, Cum ergo hoc, & dominus præcipiat, ne dimittat vir vxorem, nisi causa fornicationis, quare hic dicis? Ego dico, non dominus? Quia scilicet idololatria quam sequuntur infideles, & quælibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis vxorem dimitti: sed quia permisit non iussit, dedit locum Apostolo monendi, vt qui voluerit non dimit-
1.Co. 7. tat vxorem infidelem, quo sic fortasse possit fieri fidelis. Sanctificatus est enim, inquit, vir infidelis in vxore fideli: & sanctificata est mulier infidelis in fratre fideli. Credo iam prouenerat vt nonnullæ fœminæ per viros fideles, & viri per vxores fideles in fidem venirent: & quanuis non dicens nomina, exemplis tamen exhortatus est ad confirmandum consilium suum. Deinde sequi-
1.Co.7. tur, Alioquin filij vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Iam enim erant paruuli Christiani, qui siue authore vno ex parentibus, siue vtroque consentiente sanctificati erant. Quod non fieret si vno credente dissociaretur coniugium, & non toleraretur infidelitas coniugij vsq; ad opportunitatem credendi. Hoc est ergo cõsilium eius cui credo dictum esse, Si quid supererogaue-
Luc.20. ris, rediens reddam tibi. Porrò si infide-
Cap.28 litas fornicatio est, & idololatria infidelitas,
I & auaritia idololatria, non est dubitandum & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quãmlibet illicitam concupiscentiam potest recte à fornicationis genere separare, si auaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur, quòd propter illicitas concupiscentias, non tantum quæ in stupris cum alienis viris aut fœminis committuntur, sed omnino quaslibet quæ animam corpore male vtentem a lege dei aberrare faciunt & pernicioseturpiterque corrumpunt, posse sine crimine & vir vxorem dimittere, & vxor virum, quia exceptam facit dominus causam fornicationis. Quam fornicationem sicut supra commemoratum est, generalem & vniuersalem intelligere cogi- 2.Re.9
mur. Cum autem ait Excepta causa fornicationis: non dixit cuius ipsorum viri, an fœminæ. Non enim tantum fornicatorem vxorem dimittere conceditur, sed quisquis eam quoque vxorem dimittat a qua ipse cogitur fornicari causa fornicationis vtique dimittit, Velut si aliquem cogat vxor sacrificare idolis. Qui talem dimittit causa fornicationis dimittit, non tantum illius, sed & suæ: illius, quia fornicatur: suæ, ne fornicetur. Nihil autem K
iniquius quàm fornicationis causa dimitte- Rom.2.
re vxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud, In quo enim alterum iudicas, temetipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa vult obijcere vxorem, prior debet esse a fornicatione purgatus: quod similiter etiam de fœmina dixerim. Quod autem dicit, Quisquis solutam à viro duxerit mœchatur, quæri potest vtrũ quomodo mechatur ille qui ducit, sic & illa quam ducit. Iubetur enim & illa manere innupta, aut viro reconciliari. Sed si discesserit, inquit, à viro, maneat innupta. Multum autem interest vtrum dimittat, an dimittatur. Si enim ipsa virum dimiserit & alteri nupserit, videtur cupiditate mutandi coniugij virum priorem reliquisse, quæ sine dubio adulterina cogitatio est. Si autem dimittatur a viro cum quo esse cupiebat, mœchatur quidem qui eam duxerit secundum domini sententiam, sed vtrum & ipsa tali crimine teneatur, incertum est. Quanuis multo minus inueniri possit, quomodo cũ vir & mulier pari consensu sibi misceantur, L
vnus eorum mœchus sit, & non alter. Huc accedit, quia si mœchatur ille ducendo eam quæ soluta est a viro, quanquam non dimiserit, sed dimissa sit, ipsa eum facit mœchari, quod nihilominus dominus vetat. Ex quo colligitur, siue dimissa fuerit, siue dimiserit, oportere illam manere innuptam, Ca. 29.
aut viro reconciliari. Rursum quæritur, vtrum si vxoris permissu, siue sterilis, siue quæ concubitum pati non vult, adhibuerit sibi alteram vir, non alienam, neque a viro seiunctam, possit esse sine crimine fornicationis. Et in historia quidem veteris testamenti inuenitur exemplum: sed nunc præcepta maiora sunt, in quæ per illũ gradum generatio humana peruenit. Tra-

ctanda illa sunt ad distinguendas ætates dispensationis diuinæ prouidẽtiæ quæ humano generi ordinatissime subuenit, non autẽ ad uiuẽdi regulas usurpandas. Sed tamen vtrum quod ait Apostolus, Mulier non ha-
1.Co. 7. bet potestatem sui corporis, sed uir: similiter & uir non habet ptãtem sui corporis sed mulier: possit in tm valere, vt permittente vxore quę maritalis corporis potestatẽ habet, posit vir cum altera, quæ nec aliena vxor sit, nec a uiro disiuncta, concumbere:
M sed non ita est existimandum, ne hoc etiam fœmina, viro permittente facere posse videatur: quod omniũ sensus excludit. Quanquam nonnullæ causæ possint existere, ubi & uxor, mariti consensu, pro ipso marito hoc facere debere videatur, Sicut Antiochię factum esse perhibetur ante quinquaginta fermè annos Constantij temporibus. Nam Accindinus tunc præfectus, qui etiam consul fuit, cum quendam libræ auri debitorẽ fisci exigeret, nescio vnde commotus: quod plerunq; in istis potestatibus perniciosum est, quibus quod libet licet, aut potius putatur licere, comminatus est iurans & uehementer affirmans quòd si certo die quem constituerat, memoratum aurum non exoluereret, occideretur. Itaque cum ille teneret immani custodia, nec posset debito illo expedire, dies metuendus imminere & propinquare cœpit. Et forte habebat vxorem pulcherrimã, sed nullius pecuniæ qua subuenire posset viro. Cuius mulieris pulchritudine cum quidam dives esset accensus, & cognouisset maritum eius in illo discrimine constitutum, misit ad eam pollicens p
vna nocte si ei misceri vellet se auri libram daturum. Tum illa quæ se sciret non habere sui corporis potestatem, sed virũ suũ, pertulit ad eum dicens paratam se esse pro
A marito id facere, si tamen ipse coniugalis corporis dominus, cui tota illa castitas deberetur, tanquam de re sua pro vita sua vellet id fieri. Egit ille gratias, & vt id fieret imperauit, nullo modo iudicans adulterinum esse concubitum, quòd & libido nulla & magna mariti charitas se iubente, & uolente agitaret. Venit mulier ad illam illius diuitis, fecit quod voluit ille, dedit: sed illa corpus non nisi marito dedit, non concumbere, vt solet, sed uiuere cupienti: accepit aurum. Sed ille qui dedit fraude subtraxit quod dederat, & suppositit simile ligamentum cum terra. Quod vbi mulier iam domi suæ posita inuenit, prosiliuit in publicum eadem mariti charitate ciamatura quod fecerat, qua facere coacta est: interpellat præfectum, fatetur omnia, quam fraudem passa esset ostendit. Tum vero præfectus primo se reum, quòd suis minis ad id ventum esset, pronunciat, tanquam in alium sententiam diceret, de Accindini bonis auri libram fisco inferendam, illam vero mulierem in dominam in eam terram, vnde pro auro terram accepisset, induci. Nihil hic in alteram partem disputo, liceat cuique æstimare quod velit, Non enim de diuinis au
B toritatibus deprompta historia est, sed tamen narrato hoc facto, non ita respuit hoc sensus humanus, quod in illa muliere viro iubente commissum est, quemadmodum antea cum sine vllo exemplo res ipsa poneretur, horruimus. Sed in hoc Euangelij capitulo nihil fortius considerandum est, q̃ tantum malum esse fornicationis, vt cũ tanto vinculo sibi coniugia constringantur, hæc vna causa solutionis excepta sit. Quæ sit autem fornicatio, iam tractatũ est. Ite
Ca. 30. rum, inquit, audistis quia dictum est anti-
Matt. 5. quis, Non periurabis, reddes autem do-
Leui.19. mino iuramentum tuum: Ego autem dico vobis non iurare omnino, neque per cœlũ, quia thronus dei est: neque per terrã, quia scabellũ est pedum eius: Neq; per Hierosolimam, quia ciuitas est magni regis: neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes facere capillum vnum album aut nigrum. Sit autem sermo vester: est, est: non, non: quod autem amplius est, à malo est. Iustitia Pharisæorum est non periurare, Hanc confirmat qui vetat iurare, quod pertinet ad iustitiam regni cœlorum. Sicut enim falsum loC
qui non potest qui non loquitur, sic periurare non potest qui non iurat. Sed tamen quoniam iurat qui adhibet testem deum, diligenter considerandum est hoc capitulum, ne contra præceptum domini Apostolus fecisse videatur, qui sæpe hoc modo iurauit
Galta.1. cum dicit, Quæ autem scribo vobis, ecce
1.Co. 11. coram deo, quia non mentior? Et iterum, Deus & pater domini nostri Iesu Christi qui est benedictus in secula, sciti quia non mentior. Tale est etiam illud, Testis
Rom.1. enim mihi est deus, cui seruio in spũ meo in Euangelio filij eius, quomodo sine intermissione memoriam vestri facio semp in orationibus meis. Nisi forte q̃s dicat tũc cauẽ-

dam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam esse iurationem cum per aliquid dicitur quod iuratur: ut non iurauerit, quia nō dixit per deū: sed dixit, testis est mihi deus. Ridiculum est hoc putare. Tñ propter cōtentiosos aut multum tardos, ne aliquid interesse quis putet, sciat etiam hoc mō iurasse Apostolum dicentem, Quotidie morior, per vestram gloriam. Quod ne quid existimet ita dictum tanquam si diceretur, vestra gloria me facit quotidie mori, sicut dicitur, pet illius magisterium doctus factus est, id est illius magisterio factum est vt perfecte doceretur: Græca exemplaria diiudicant. in quibus scriptum est μὴ τὴν καύχησιν ἣν ἔχω ἐν, quod non nisi à iurante dicitur. Ita ergo intelligitur præcepisse dominum ne iuretur, ne quisquam sicut bonum appetat iusiurandum, & assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem delabatur. Quapropter qui intelligit, non in bonis, sed in necessarijs iurationem habendam, refrenet se quātum potest vt non ea vtatur, nisi necessitate: cum videt pigros esse homines ad credendum, quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmentur. Ad hoc itaq; pertinet quod sic dicitur, Sit aūt sermo uester, est, est: non, non. Hoc bonum est, & appetendum, quod autem amplius est, à malo est: id est si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum quibus aliquid suades. Quę infirmitas vtique malum est, unde nos quotidie liberari deprecamur cum dicimus, Libera nos à malo. Itaq; autem non dixit: qđ autem amplius est, malum est, Tu autē nō malū facis qui bene vteris iuratione, quæ etsi non bona, tamen necessaria est ut alteri persuadeas quod utiliter persuades, sed à malo est illius cuius infirmitate iurare cogeris. Sed nemo nouit nisi qui expertus est, quàm sit difficile & consuetudinem iurandi extinguere, & nunquam temere facere quod nonnunquam facere necesitas cogit.

Cap. 31. Quęri autem potest, cum diceretur, Ego autem dico vobis, non iurare omnino: cur additum sit, neque per cœlum, quia thronus dei est: & cætera usque ad id qđ dictum est, neque per caput tuum. Credo propterea, quia non putabant Iudæi se teneri iureiurando, si per ista iurassent: & quoniam audierant, Reddes autem domino iusiurando tuum, non se putabant domino debere iusiurandum, si per cœlum, aut terram, aut per Hierosolymam, aut per caput suum iurarent: quod non vitio præcipientis, sed illis male intelligentibus, factū est. Itaque dominus docet nihil esse tam vile in creaturis dei, vt per hoc quilq; periurandum arbitretur: quando a summis vsq; ad infima diuina prouidentia creata regerentur, incipiens a throno dei, vsq; ad capillum album aut nigrum. Neq; per cœlum, inquit, quia thronus dei est: neq; per terrā, quia scabellum pedum eius est: id est cum iuras per cœlum aut terram, nō te arbitreris non debere domino iusiurandum tuum, quia per eum iurare conuinceris cuius cœlum thronus est, & cuius scabellum terra est: neq; per Hierosolymam, quia ciuitas est magni regis, melius quā si diceret, mea, cum tamen hoc dixisse intelligatur. Et quia ipse v...; dominus est, domino iusiurandum debet qui per Hierosolymam iurat. Neque per caput tuum iuraueris. Quid enim poterat quisq; magis ad se pertinere arbitrari quàm caput suum? Sed quo modo nostrum est, vbi potestatem faciendi vnius capilli albi aut nigri non habemus? Ergo deo debet iusiurandum ineffabiliter tenenti omnia & vbique præsenti, quisquis etiam per caput suum iurare voluerit: & hinc etiam cætera intelliguntur quę omnia vtique dici non poterant, sicut illud quod commemorauimus dictum ab Apostolo, Quotidie morior, per vestram gloriam. Quam iurationem ut domino se debere ostenderet, addidit, quam habeo in Christo Iesu. Veruntamen propter carnales dico, non oportet opinari quod dictū est cœlum thronus dei est, & terra scabellum pedum eius, quod sic habeat deus collocata membra in cœlo & in terra vt nos cum sedemus sed illa sedes dei, iudicium dei significat. Et quoniam in hoc vniuerso mundi corpore maximam speciem cœlum habeat, & terra minimam, tanquam præsentior sit excellenti pulchritudini uis diuina, minimam vero ordinet in extremis atque infimis, sedere in cœlo dicitur terramque calcare. Spiritaliter autem sanctas animas cœli nomine, significat, & terræ, peccatrices: & quoniam spiritalis omnia iudicat, ipse autem à nemine iudicatur, conuenienter dicitur sedes dei, Peccator vero cui dictū est, Terra es & in terram ibis: quia per iustitiam meritis digna tribuentem, in infimis ordinatur, & qui in lege manere noluit, sub lege punitur, congruenter accipitur scabellum pedum dei. Sed iam vt

Iurare per cœlum, per terram. &c.

Mat. 5.

1.Co.15.

Mat. 6.

E

Cap. 31.

F

1.Corin 2.d.

Gen. 3.

Ca. 32.

G

istam

istam quoque concludamus summam, quid laboriosius aut operosius dici, aut cogitari potest, ubi omnes neruos industrię suę animus fidelis exerceat, quam in vitiosa consuetudine superanda præcidat membra impedientia ne regnum cœlorum, nec dolore frangatur: toleret in coniugali fide omnia quæ quamuis sint molestissima, crimen tamen illicitæ corruptionis, id est formicationis non habent? Veluti si vxorem quisque habeat, vel sterilē, vel deformem corpore, siue debilem membris, vel cæcam, vel surdam, vel claudam, vel si quid aliud siue morbis & doloribus lāguoribusque confecta, & quicquid excepta fornicatione cogitari potest vehementer horribile, pro fide & societate substineat, neque talem abijciat, sed etiam si non habeat non ducat eam, quæ soluta est à viro pulchram, sanam, diuitem, fœcundam. Quæ si facere nō licet, multo minus sibi licere arbitretur ad vllum alium illicitum concubitū accedere, fornicationemque sic fugiat vt ab omni turpitudine se penitus extrahat. Verum loquatur, neque iurationibus crebris, sed morum probitate commendet. Rebellantes aduersum se omnium malarum consuetudinum innumerabiles turbas, de quibus vt omnes intelligerentur, paucæ commemoratæ sunt, confugiés ad arcem Christianæ militiæ, tanquam de loco superiore prosternat. Sed quis tantos labores inire audeat, nisi qui sic flagat amore iustitiæ, tanquam fame & siti uchemētissime accensus, & nullam sibi vitam donec ea satietur existimans, vim faciat cœlorum? Non enim aliter poterit esse fortis ad toleranda oīa, quæ in præcidendis consuetudinibus laboriosa & ardua & omnino difficilia seculi huius amatores putant. Beati ergo qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qm ipsi saturabuntur. Veruntamen in his laboribus cum quisque difficultatem patitur, & per dura & aspera gradum faciens circunuallatus vārijs tentationibus, & hinc atq; illinc insurgere præteritæ vitæ molestias intuens, timet ne aggressa implere non possit, arripiat cōsilium vt auxilium mereatur. Quod est aūt aliud consilium, nisi vt infirmitatem aliorum ferat, & eis quantum potest opituletur, qui diuinitus desiderat subueniri? Consequenter itaque præcepta misericordię ideamus. Mitis & misericors vnum videntur, Sed hoc interest, q mitis, de quo superius tractum, est qui pietate non contradicit diuinis sentijs, quæ in sua peccata proferuntur, neq; illis dei sermonibus quos nondum intelligit, sed nullum beneficium præstat ei cui non cō tradicit nec resistit. Misericors autem ita nō resistit, vt propter eius correptionem id faciat quem redderet resistendo peiorem. Quitur ergo dñs & dicit, Audistis quia dictū est, Oculum pro oculo, dentem pro dente, Ego aūt dico vobis nō resistere aduersus malum. Sed siquis te percusserit in dexterā maxillam, præbe illi & alterā. Et qui voluerit te cum iudicio contēdere & tunicam tuam tollere, dimitte illi & pallium, & qui te angariuerit mille passus vade cū illo alia duo. Omni petenti te da, & qui voluerit à te mutuari, ne auersatus fueris. Pharisæorum iustitia minor est, non excedere vindictæ modum nec plus rependat quisque quam accepit. Et magnus hic gradus est, Nemo enim facile inuenitur qui pugno accepto pugnum reddere uelit & vno conuitiante uerbo audito, unū & quod tantundem valeat referre contētus sit: sed siue ira perturbatus immoderatius vindicat, siue quia iustum putat, eum qui læserit prior grauius lædi, quàm læsus est qui non læserat. Talem animum magna ex parte refrenauit lex in qua scriptum est, Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Quibus nominibus significatur modus, vt iniuriam vindicta non transeat, & hæc est pacis inchoatio. Perfecta aūt pax est, talem penitus nolle vindictam. Inter illud ergo primum quod præter legem est, vt maius malum pro minore malo reddat: & hoc quod dñs perficiendis discipulis dicit, ne pro malo ullum malum reddatur: medium quendam locum tenet, vt tantum reddatur quātum acceptum est: per quod a summa discordia pro temporum distributione transitus factus est. Quisquis ergo malum infert prior, studio lædendi & nocendi, vide quantum distat ab eo qui nec læsus rependit. Quisquis ergo nulli prior male fecit, sed tamē læsus rependit gratuitus, vel voluntate vel facto, recessit aliquantum à summa iniquitate & processit ad summam iustitiam, & tamen nōdum tenet quod lex quæ per Moysen data est imperauit. Qui ergo tātum reddit quantum accepit, iam donat aliquid: non enim tantam pœnam meretur nocens, quantam ille qui ab eo læsus innocens passus est. Hanc ergo inchoatam non seueram, sed misericordem iustitiam ille perfecit qui legem venit implere, non soluere. Duos ergo adhuc gradus qui intersunt intelligendos reliquit, quibus & de ipso summo

Mitis & misericors

Perfecta pax.

Matt. 5.

Cap. 34.

misericordiæ culmine dicere maluit. Nã est adhuc quod faciat, qui non implet istam magnitudinem præcepti quæ pertinet ad regnum cœlorum: vt non reddat tantum, sed minus, vt uel pro duobus pugnis vnum, aut pro eruisso oculo aurẽ præcidat. Hinc ascendens qui omnino nihil rependerit, propinquat præcepto domini, nec tamen adhuc ibi est. Parum enim adhuc videtur domino si pro malo quod acceperis nihil reddas mali,
M nisi etiam & amplius sit paratus accipere.
Qua propter non ait, ego autem dico uobis, non reddere malum pro malo, quanquã hoc etiam magnum præceptum sit, sed ait, non resistere aduersus malum, ut non solum non rependas quod tibi fuerit irrogatum, sed etiam nõ resistas quo minus aliud irrogetur. Hoc est enim quod etiam consequenter exponit. Sed si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram, non enim ait, si quis te percusserit, noli tu percutere, sed para te adhuc percutienti. Quod ad misericordiam pertinere, hi maxime sentiunt, qui eis quos multum diligunt tanquam filijs uel quibuslibet dilectissimis suis ægrotantibus seruiunt vel paruulis uel phreneticis a quibus multa sæpe patiuntur, & si eorum salus id exigat, præbent se etiam ut plura patiantur, donec uel ætatis vel morbi infirmitas transeat. Quos ergo dominus medicus animarum, curandis proximis instruebat, quid eos aliud docere possit, nisi ut eorum, quorum saluti consulere uellent, imbecillitates æquo animo tolerarent? Omnis nanque improbitas ex imbecillitate animi uenit, quia nihil innocentius
Cap.35 est eo qui in uirtute perfectus est. Quæri autem potest, quid sibi uelit dextera maxilla, Sic enim in exemplaribus Græcis, quibus maior fides adhibenda est, inuenitur. Nam
A multa Latina, maxillam tantum habent, nõ
Facies. etiam dexteram, Facies est autẽ qua quisq;
1.Corin. cognoscitur. Et legimus Apud Apostolum,
11.d. Toleratis enim si quis uos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis
In faciẽ extollitur, si quis in faciem uos cædit. Dein
cædi, q̃d de continuo subiungit, secundum ignobilisit. tatem dico, ut exponat quid sit in faciem cædi, hoc est contemni atque despici. Quod quidem non ideo dicit Apostolus ut illos non sustineret, sed ut se magis, qui eos sic diligeret ut seipsum pro eis uellet impendi. Sed quoniam facies non potest dici dextera & sinistra, & tamen nobilitas & secundum deum & secundum hoc seculum potest esse, ita tribuitur tanquam in dexterã maxillam & sinistrã, ut in quocunque discipulo Christi contemptum fuerit quod Christianum est, multo magis in se contemni paratus sit, si quos huius seculi honores habet. Sicut idem Apostolus, cum in eo persequerentur homines nomen Christianum, si taceret de dignitate quam habebat in seculo, non præbuerat alteram maxillam cædentibus dexteram, Non enim dicendo, Ciuis Romanus sum: non erat paratus hoc in se contemni Acto.22
quod pro minimo habebat, ab eis qui in il- B
lo nomen tam pretiosum & salubre contempserant. Nunquid enim ideo minus postea uincula tolerauit, quę ciuibus Romanis non licebat imponi, aut quenquam de hac iniuria uoluit accusare? Et si qui ei propter ciuitatis Romanæ nomen pepercerunt, nec tamen ille ideo non præbuit quod ferirent, cum eos de tanta peruersitate corrigere cupierit patientia sua, quos uidebat in se sinistras partes magis quam dexteras honorare. Illud est enim tantum attendendũ quo animo fecerit omnia, quam beneuole & clementer in eos, à quibus ista patiebatur. Nã & pontificis iussu palma percussus, & quod Acto.23
contumeliose uisus est dicere cum ait, Per- cutiet te dominus paries dealbate. minus intelligentibus conuitium sonat: intelligentibus vero prophetia est. Paries quippe dealbatus, hypocrisis est, id est simulatio sacer- Paries
dotalem præferens dignitatem, & sub hoc dea ba-
nomine tanquam candido tegmine interiorem quasi luteam turpitudinem occultans. tus.
Nam quod humilitatis fuit, mirabiliter custodiuit cum ei diceretur, Principi sacerdotum maledicis. Et respondit, Nescini fratres quia princeps est sacerdotum. Scriptum est Exo.22
enim, Principi populi tui ne maledicas. Vbi C
ostendit quanta tranquillitate illud dixisset, quod iratus dixisse uidebatur, q̃ tam citò, tam mansuete respondit, quod ab indignantibus & perturbatis fieri non potest. Et in eo ipso intelligentibus uerum dixit, Nescini quia princeps est sacerdotum: tãquam si diceret, Ego alium scini principem sacerdotum, pro cuius nomine ista sustineo, cui maledicere fas non est, & cui uos maledicitis, cum in eo nihil aliud quam eius oditis Psal.56.
nomen. Sic ergo oportet non simulate Cap.36
ista iactare, sed in ipso corde esse ad omnia præparaturum, ut possit canere illud Propheticum, Paratum cor meum deus, paratum

Maxillã alteram præbere.
tum cor meum. Multi enim alteram maxillam præbere nouerunt, diligere vero illum
Ioã. 18. à quo feriuntur, ignorant. At uero ipse dominus, qui vtique præcepta quæ docuit primus impleuit, percutienti se in maxillam ministro sacerdotis non præbuit alteram: sed insuper dixit. Si male locutus sum exprobra de malo. si bene, cur me cædis? Nõ tamen ideo paratus corde non fuit, non solum in alterã maxillam cædi pro salute omnium, sed etiam toto corpore crucifigi. Ergo & illud quod sequitur, Et qui voluerit te cum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, remitte illi & vestimentum, ad præparationem cordis non ad ostensionem ope
D ris præceptum recte intelligitur. Sed de tunica & uestimento quod dictum est, non in eis solis, sed in omnibus faciendum est, quæ aliquo iure tẽporaliter nostra esse dicimus. Si enim de necessarijs hoc imperatum est, quanto magis superflua contemnere conuenit? Veruntamen ea quæ nostra dixi, eo genere includẽda sunt, quo dominus ipse præscripsit dicens, Si quis uult iudicio tecum contendere, & tunicam tuam tollere. Omnia ergo intelliguntur, de quibus iudicio nobiscum contendi potest: ita ut à nostro iure in ius illius trãseant, qui contendit vel pro quo contendit: sicuti est uestis, domus, fundus, iumentum, & generaliter omnis pecunia. Quod utrũ etiam de seruis accipiendum sit, magna quæstio est. Nõ enim Chri
Seruus inter Christianos quõ possidendus. stianum oportet sic possidere seruum, quo modo equum aut argentum: quanquã fieri possit, ut maiore precio ualeat equus quam seruus, & multo magis aliquod aureum uel argenteum. Sed ille seruus si rectius & honestius, & ad deum colendum accommodatius abs te domino educatur aut regitur, quam ab illo potest qui eum cupit auferre: nescio utrum quisquam dicere audeat, vt ve
E stimentum eum debere contemni. Hominem nanque homo tanquam semetipsum diligere debet, cui ab omnium domino, sicut ea quæ sequuntur ostendunt, etiam ut inimicos diligat imperatur. Sanè animaduertendum est, omnem tunicam uestimentum esse, non omne uestimentum tunicam esse.
Tunica vestimẽti. Vestimenti ergo nomẽ plura significat ã nomen tunicæ. Et ideo sic dictum esse arbitror, Et qui noluerit tecum iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, remitte illi & uestimentum: tanquam si diceret, qui uoluerit tunicam tuam tollere, remitte illi, & si quid aliud indumenti habes. Ideo nonnulli pallium interpretati sunt, quod Græce positum est ἱμάτιον. Et qui te angariauerit, inquit, mille passus, vade cum illo alia duo, Et hoc vtiq; non tam ut pedibus agas, quã vt animo sis paratus. Nam in ipla Christiana historia in qua est authoritas, nihil tale inuenies factum à sanctis, uel ab ipso domino in homine, quem susc ipere dignatus est, ut uiuendi nobis præberet exemplum: cum tamẽ omnibus ferè locis eos inuenias paratos fuisse æquo animo tolerare quicquid eis improbe fuisset ingestum. Sed verbi gratia dictum putamus, uade cum eo alia
F duo: an tria compleri uoluit, quo numero significatur perfectio: ut meminerit quisque cum hoc facit perfectam se implere iustitiam, misericorditer perferendo infirmitates eorum quos uult sanos fieri. Potest videri propterea etiam tribus exemplis hæc præcepta insinuasse, Quorum primum est, si quis te percusserit in dexteram maxillam: Secundum, si quis tunicam tuam tollere uoluerit: Tertium, si quis mille passus angariauerit: in quo tertio exemplo simplo duplum additur, ut triplũ compleatur. Qui numerus hoc loco si non ut dictum est significat perfectionem, illud accipiatur, quòd in præcipiendo tanquam tolerabilius incipiens paulatim creuerit, donec peruenire usque ad duplum aliud perferrendum. Nam primo præberi uoluit Dextera
alteram maxillam cum fuerit dextra percus- Sinistra.
sa, vt minus præferre paratus sis quam pertulisti. Quicquid enim dextera significat, & charius est vtrique quam id quod sinistra significat, & qui in re chariore aliquid pertulit, si & in uiliore perferat minus est. Deinde illi qui tunicam uult tollere, iubet & uestimentum dimitti, quod aut tantundem est, aut non multo amplius, non tamen duplum. Tertio de mille passibus, quibus dicit duo millia, usque ad duplum aliud perferas iubet, Ita significans siue aliquanto minus quam iam fuit, siue tantundem, siue G
amplius quisque improbus in te esse uoluerit, æquo animo tolerandum esse. In his sanè generibus trium exemplorum nullum Cap.37
genus iniuriæ prætermissum esse uideo. Iniuria-
Nanque omnia in quibus improbitatem rũ duo
aliquam patimur, in duo genera diuidũtur: genera.
quorum alterum est quod restitui non potest, alterum quod potest. Sed in illo quod restitui nõ potest, uindictæ solatium quæri

solet. Quid enim prodest q̄ percussus repercutis? Nunquid propterea aliquid quod in corpore lęsum est restituetur in integrū? Sed tumidus animus talia fomēta desiderat, Sanum autem firmūq; illa non iuuant, q̄n potius misericorditer perferendam alterius infirmitatem iudicat, q̄ alieno supplicio suā mitigandam quę nulla est. Neq; hic ea vindicta prohibetur, quę ad correptionem valet, etiam ipsa enim pertinet ad misericordiam. Nec impedit illud propositum quo quisque paratus est ab eo quem correctum esse vult, plura perferre. Sed huic vindictæ referendæ non est idoneus, nisi qui odium quo solent flagrare qui se vindicare desiderant, dilectionis magnitudine superauerit:

H Non enim metuendum est ne odisse paruulum filium parentes videantur, cum ab eis vapulat peccans, ne peccet vlterius: & certe perfectio dilectionis ipsius dei patris imitatione nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderūt vos, & orate p̄ eis qui vos persequuntur: & tamen de ipso dicitur per Prophetam, Quem.n.diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quē recipit. Dicit & dominus, Seruus qui nescit voluntatem domini sui & facit digna plagis, vapulabit paucis: Seruus autem qui scit voluntatem domini sui, & faciens digna plagis vapulabit multis. Non ergo quęritur, nisi vt & ille vindicet cui rerum ordine potestas data est: & ea voluntate vindicet qua pater in paruulum filium, quem per ætatem odisse nondum potest. Hinc enim aptissimum exemplum datur, quo satis appareat, posse peccatum amore potius vindicari quā impunitum relinqui: vt illum in quem vindicat non pœna miserum, sed correctione beatum velit: paratus tamen, opus sit, æquo animo plura tolerare ab eo illata quem vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coercendi siue non habeat. Magni

I autem & sancti viri, qui iam optime scirent, mortem istam quæ animam dissoluit à corpore, non esse formidandam, secundum eorum tamen animum qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt, quo & viuentibus vtilis metus incuteretur, & illis qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum quod augeri posset si viuerent. Non temere illi iudicabant quibus tale iudicium donauerat deus. Inde est q̄ Helias multos morte affecit, & ꝓpria manu, & igne diuinitus impetrato: cum & alij multi magni & diuini viri eodem spū consulendis rebus humanis non temere fecerint. De quo Helia cum exemplum dedissent discipuli dño, cōmemorantes quid ab eo factū sit, vt etiā ipsis daret potestatē petendi de cœlo igne ad cōsumendos eos qui sibi hospitiū non præberent: reprehendit in eis dominus nō exemplū Prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicādi, quę adhuc erat in rudibus, animaduertens eos non amore correctionē, sed odio desiderare vindictam. Itaq; posteaquam eos docuit quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam spiritusancto, quem decem diebus cōpletis post ascensionem suā desuper vt promiserat misit, non defuerunt tales vindictæ, quanuis multo rarius q̄ in veteri testamento. Ibi enim ex maiore parte seruientes timore premebantur: hic autem maxima dilectione liberi nutriebantur. Nam & verbis Apostoli Petri Ananias & vxor eius, sicut actibus Apostolorum legimus, exanimes ceciderunt, nec resuscitati sunt, sed sepulti. Sed si huic libro hæretici, qui aduersantur, & veteri testamento, nolunt credere, Paulum Apostolum quem nobiscum legunt intueantur dicentem de quodam peccatore quem tradidit satanæ in interitum carnis, vt anima salua sit. Et si nolunt hic mortem intelligere, fortasse enim incertum est, quamlibet vindictam per Satanam factam ab Apostolo fateantur, quòd non eā odio, sed amore fecisset manifestat illud adiectum, vt anima salua sit. Aut in illis libris quibus ipsi magnam tribuunt authoritatem animaduertant quod dicimus, vbi scriptum est Apostolum Thomam imprecatum cuidam à quo palma pecuſſus esset atrocissimæ mortis supplicium, animam eius tamen commendat vt in futuro ei seculo parceretur: cuius à leone occisi, à cætero corpore discerptam manum canis intulit mensis in quibus conuiuabatur Apostolus, cui scripturæ licet nobis non credere, non est in catholico canone. Illi tamen eam legunt, & tanquam incorruptissimam verissimamq̄ honorant, qui aduersus corporales vindictas, quæ sunt in veteri testamento, nescio qua cæcitate acerrime sæuiunt, quo animo & qua distributione temporum facta sint omnino nescientes. Tenebitur ergo in hoc iniuriarum genere, q̄ per uindictā luitur, iste à Christianis modus,

Mat.5.g
Hebræ. 12.b.
Luc.12.
Cap.38.
3.Re.18 & 4. Reg. 1.
Acto.3.
Acto.5.
1.Co.5.
Thomę imprecatio.
Cap.5.

dus, vt accepta iniuria non surgat in odium, sed infirmitatis misericordia paratus sit animus plura perpeti, nec correptionem negligat, qua vel consilio vel authoritate uel potestate vti potest. Aliud iniuriarū genus est quod in integrum restitui pōt. Cuius duæ species, vna ad pecuniam, altera ad operam pertinet. Quapropter illius de tunicæ vestimento, huius de angaria mille passuum & duum milium exempla subiecta sunt: quia & reddi vestimentum pōt, & quem adiueueris opera pōt te etiam ipse si opus fuerit adiuuare. Nisi forte ita potius distinguendum est, vt prius quod positum est de percussa maxilla, omnia significet quæ sic ingerūtur ab improbis, vt restitui nō possint nisi vin-

M dicta. Sed̄m quod positū est de vestimento, omnia significet quæ pūt restitui sine vindicta. Et ideo fortasse additum est, qui voluerit tecum in iudicio contendere, quia quod per iudiciū aufertur non ea vi putatur auferri cui uindicta debebatur. Tertium vero ex vtroq; confectū sit, ut sine vindicta, & cū vindicta posit restitui. Nam qui operā indebitam violēter exigit sine vllo iudicio, sicut facit qui angariat hominem improbe & cogit se illicite adiuuari ab inuito, & pœnam improbitatis potest luere & operā reddere, si hanc ille repetat qui improbū pertulit. In his ergo omnibus generibus iniuriarum dns docet patientissimū & misericordissimum & ad plura perferenda paratissimum animum Christiani esse oportere.

Ca. 40. Sed quoniam parum est non nocere, nisi etiam præstes beneficium quantum potes, consequenter adiungit & dicit, Omni petēti te da, et qui uoluerit mutuari à te, ne auersatus fueris. Omni petēti, inquit, nō omnia petēti, vt id des q̄d dare honeste & iuste potes. Quid si.n.peccuniam petat, qua innocētem conetur opprimere? Quid si postremo stuprum petat? Sed ne multa persequar quæ sunt innumerabilia, id profecto dandum est quod nec tibi nec alteri noceat quantum sciri aut credi ab homine potest: & cui iuste negaueris quod petit, indicanda est ipsa iustitia, vt non eum inanem dimittas. Ita omni petenti te dabis, quanuis non semper id quod petit dabis, sed aliquando melius aliquid dabis, cum petentē iniuste, correxeris. Quod autem ait, Qui vul à te mutuari, ne auersatus fueris: ad animum referendum est, Hilarem enim datorem diligit deus. Mutuatur autem omnis qui accipit, etiam si non ipse soluturus est. Cum enim misericordibus deus plura restituat, omnis qui beneficiū præstat fœneratur. Aut si nō placet accipere mutuantem nisi eum qui accipit redditurus, intelligendū est dīm duo ipsa genera præstādi esse cōplexū. Namque aut donamus q̄d damus benevole, aut reddituro cōmodamus. Et plerunq; homines, q̄ proposito diuino p̄mio donare parati sunt, ad dandum quod mutuū petitur pigri fiūt: quasi nihil recepturi à deo, cum rem quę adāt, ille qui accipit exoluat. Recte itaq; ad hoc beneficij tribuendi genus nos diuina authoritas dicent, Et qui voluerit à te mutuari, ne auersatus fueris: id est, ne ꝓpterea voluntatem alienes ab eo qui petit, quia & pecunia te vacuat, & deus tibi non redditurus est, cum homo reddiderit. Sed cū id ex præcepto dei facis, apud illum qui hæc iubet infructuosum esse non potest. Deinde adiunxit & dicit, Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, & oderis inimicum tuum. Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros, & benefacite his qui vos oderunt, & orate pro eis q̄ uos persequunt: vt sitis filij patris uestris qui in cœlis est, qui solē suū oriri iubet sup bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si enim dilexeritis eos qui uos diligunt, quā mercedē hbebitis? Nonne & Publicani hoc faciūt? Et si salutaueritis fratres uestros tā tū, quid amplius facitis? Nōne & Ethnici hoc faciūt? Estote ergo vos perfecti, sicut & pater vester qui in cœlis est ꝓfectus est. Sine ista dilectione, qua etiā inimicos & pſecutores nostros diligere iubemur, ea quæ superius dicta sunt implere quis potest? Per Perfe-
fectio autem misericordiæ qua plurimum ctio mi-
animæ laboranti consulitur, vltra dilectio- sericor-
nem inimici porrigi non potest, Et ideo sic diæ.
clauditur, Estote ergo vos perfecti, sicut & C
pater vester qui in cœlis est ꝓfectus ē. Ita tamē vt deus intelligatur perfectus tanquā deus, & anima perfecta tanquā anima. Gradum tū esse aliquē in Phariſeorum iustitia, quæ ad legē veterē pertinet, hinc intelligitur: quòd multi homines eos etiam à quibus diliguntur oderunt, sicut luxuriosi filij parentes coercitores luxuriæ suæ. Ascendit ergo aliquem gradum qui proximum diligit, quanuis adhuc oderit inimicum. Eius autem imperio qui uenit legem implere nō soluere, perficiet benevolentiam & benignitatem, eū eam vsq; ad inimici dilectionem

Petenti, quid sit dandū.
A Omni petenti, le dare.
2.Cor. 9.b.
B Ca. 41. Deu.23.

Universidad de Deusto Biblioteca

ꝓduxerit. Nam ille gradus quanuis nonnul
lus sit, tam paruus est tamen vt cum publi-
canis etiam possit esse communis: Nec quod
in lege dictum est, Oderis inimicum tuum:
Cap 42. vox iubentis iusto accipienda est, sed per-
mittentis infirmo. Oritur hic sanè nullo
modo dissimulanda quæstio, quod huic præ
cepto domini, quo nos hortatur diligere ini
micos nostros, & benefacere his qui nos ode
runt, & orare pro his qui nos persequũtur,
multæ aliæ scripturarum partes minus dili-
genter & sobrie considerantibus videntur
aduersæ: quia & in Prophetis inueniuntur
mul a imprecationes aduersus inimicos
quæ maledictiones putantur, sicut est illud:
Fiat mensa eorum in laqueum: & cætera q̃
Psa. 68. ibi dicuntur: Et illud, Fiant filij eius pupil-
Psa.108. li, & vxor eius vidua: & alia quæ vel supra
vel infra in eodem Psalmo in personam Iu-
D dæ per Prophetam dicuntur. Multa alia vs-
quequaq; in scripturis reperiuntur, quæ vi-
deantur esse contraria, & huic præcepto do-
Ro. 12. mini, & illi apostolico, quo ait, Benedicite
Lu.10. et & nolite maledicere: cum & de domino scri
Mat.11. ptum sit, ꝙ maledixerit ciuitatibus quæ ver
2.Ti. 4. bum eius non acceperunt: Et memoratus
Apostolus, de quodam ita dixerit, Reddet
illi dominus secundum opera illius. Sed hæc
facile soluuntur, quia & Propheta per im-
precationem quod esset futurum cecinit, nõ
optantis voto sed spiritu præuidentis, ita &
dominus, ita & Apostolus: quanquam in ho
rum etiam verbis nõ hoc inuenitur, ꝙ optа-
uerint, sed ꝙ prædixerint. Non enim cum
ait dominus, Væ tibi Capharnaum: aliud so
nat nisi aliquid ei mali euenturum merito
infidelitatis quod futurum dominus nõ ma
leuolentia optabat, sed diuinitate cernebat.
Et Apostolus, non ait, reddat: sed, reddet il-
li dominus iuxta opera eius: quod verbum
prænunciantis est, non imprecantis. Sicut
& de illa hypocrisi Iudæorum, de qua iam
dictum est, cui euersionem imminere cer-
Act.23. nebat, dixit, Percutiet te deus paries dealba-
te. Prophetæ autem maxime solent figura
Psal. 2. imprecantis futura prædicere, sicut figura
præteriti temporis ea quæ ventura erat sæ-
E pe cecinerunt: sicut est illud, Quare fremue
runt gentes, & populi meditati sunt inania?
Non enim dixit, quare frement gentes, &
Psa. 21. populi meditabuntur inania: cum ea non
quasi iã trãsacta meminisset, sed ventura ꝓ-
spiceret. Tale ẽt illud est, Diuiserũt sibi ve-
stimẽta mea, & sup vestẽ meã miserũt sor-
tẽ: & hic.n. non dixit, diuident sibi vestimẽ-
ta mea, & super vestẽ meã mittent sortem.
Nec tamen de his verbis quisquã calumnia
tur, nisi qui non sentit varietatẽ istã figura-
rũ in loquẽdo nihil veritati rerum minue-
re, & plurimum afferre affectibus animarũ.

Sed illud magis vrget istam quæstionem, Ca. 43.
quod dicit Apostolus Ioannes, Si quis scit 1.Ioã.5.
peccare fratrem suum peccatum nõ ad mor
tem, postulabit, & dabit illi dñs vitam qui
peccat non ad mortem: Est autem peccatum
ad mortem: non pro illo dico, vt roget quis.
Aperte enim ostendit esse quosdam fratres
pro quibus orare non nobis præcipitur, cũ
deus etiam pro persecutoribus nostris ora-
re nos iubeat. Nec illa quæstio solui potest,
nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus
quæ inimicorum pscutione grauiora sint,
Fratres autem Christianos significari, mul-
tis diuinarum scripturarum documentis F
probari potest. Manifestissimũ tñ illud est, 1.Co. 7.
quod Apostolus ita ponit, Sanctificatus est
enim vir infidelis in vxore fideli, & sanctifi-
cata est mulier infidelis in fratre. Non.n.ad
didit, nostro: sed manifestũ exist imauit, cũ
fratris nomine Christianũ intelligi voluit
qui infidelem haberet vxorẽ. Et ideo paulo
post dicit, Quòd si infidelis discedit, discе-
dat: Non.n. seruituti subiectus est frater vel
soror in huiusmodi. Peccatũ ergo fratris ad Peccatũ
mortẽ puto eẽ, cũ post agnitionẽ dei ꝓ gra- ad mor-
tiam domini nostri Iesu Christi quisq; op- tem.
pugnat fraternitatem & aduersus ipsam gra
tiam, qua reconciliatus est deo, inuidentiæ
facibus agitatur. Peccatum autem non ad Peccatũ
mortem est, si quisquam non amorem à fra- non ad
tre alienauerit, sed officia fraternitati debita mortem
per aliquam infirmitatem animi non exhi- 1.Retra
buerit. Quapropter & dominus in cruce c.19.
ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid Luc.23.
faciunt: Nondum enim gratiæ spirituſsan- Acto.7.
cti participes facti, societatem sanctæ frater-
nitatis inierant. Et beatus Stephanus in acti
bus Apostolorũ orat pro eis à qbus lapida-
tur, quia nondum Christo crediderant, neq;
aduersus illam communem gratiam dimica-
bant. Et Apostolus Paulus, propterea cre- G
de non orat, pro Alexandro, quia iam frater
erat, & ad mortem, id est, inuidentiæ facibus
fraternitatem oppugnando, peccauerat. Pro
his autem qui non abruperant amorem ad
mortem, sed timori succubuerant, orat,
vt eis ignoscatur. Sic enim dicit Alexan-
der ærarius multa mihi mala ostẽdit, reddet 2.Ti.4.
illi

illi dñs secundum opera eius, quẽ & tu de-
uita: valde enim resistit nostris sermonibus.
Deinde subiungit, ꝙ quibus orat, ita dicẽs,
In prima mea defensione nemo mibi affuit,
sed omnes me dereliquerunt, non illis im-
Ca. 44. putetur. Ista differentia peccatorum Iu-
dam tradentẽ à Petro negãte distinguit: nõ
quia pœnitenti vel petenti nõ sit ignoscen-
Luc. 17. dum, ne contra illã sententiã dñi veniamus,
Mat. 18. qua præcepit semper ignoscendũ esse fratri
petẽti vt sibi frater ignoscat: sed quia illius
peccati tãta labes est, vt deprecandi humili-
tatẽ subire non possit, etiam si peccatũ suũ
mala conscientia & agnoscere & annuncia-
Mat. 27 re cogatur. Cum enim dixisset Iudas, Pec-
caui, ꝙ tradiderim sanguinem iustum: faci-
lius tñ desperatione cucurrit ad laqueũ, q̃
H humilitate veniam deprecatus est. Quapro-
pter multum interest quali pœnitẽtiæ igno
scat deus. Multi enim multo citius se fatеn-
rur peccasse, atq; ita sibi succensent vt uehe
menter se peccasse nollẽt: sed tamen animã
ad humiliandum & obtẽperandũ cor implo
randanq; veniam non deponunt: Quam
mentis affectionem propter peccati magni-
Peccare tudinem iam de damnatione illos habere
in spiri- credẽdum est. Et hoc fortasse peccare in spi
tumsan- ritusanctum: id est, per malitiam & inuidiã,
ctum. fraternam oppugnare charitatem post acce
ptam gratiam spirituſsancti: quod peccatum
dominus neque hic neque in futuro seculo
dimitti dicit. Vnde quæri potest, vtrum in
Mat. 12. spiritumsanctum Iudæi peccauerint, quan-
Marc. 3. do dixerunt, quòd in Beelzebub principe
dæmoniorum dæmonia dominus expelle-
ret: vtrum hoc in ipsum dominum dictum
Mat. 10. accipiamus, quia de se dicit alio loco: Si.n.
patrem familias Beelzebub vocauerunt,
quanto magis domesticos eius? An quoniã
de magna inuidentia dixerunt, ingrati tam
præsentibus beneficijs, quanuis nondum
Christiani fuerint, tamen propter ipsam
inuidentiæ magnitudinem in spiritumsan-
ctum peccasse credendi sunt? Non enim
hoc colligitur de verbis domini. Quan-
Mat. 12. uis enim in eodem loco dixeris, Quicun-
I que enim dixerit verbum nequam in filiũ
hominis remittetur ei: qui autem dixerit
verbum aduersus spiritumsanctum, non
remittetur ei, neque in hoc seculo, neque
in futuro: tamen videri potest ad hoc eos
monuisse, vt accedant ad gratiam, & post
acceptam gratiam non ita peccent vt tunc
peccauerunt. Nunc enim in filium homi-
nis dixerunt verbum nequam, & potest eis
dimitti si conuersi fuerint & ei crediderint
& spiritumsanctum acceperint: quo acce-
pto si fraternitati inuidere, & gratiam quã
acceperant oppugnare voluerint, non eis di
mitti, neque in hoc seculo neque in futuro.
Nam si eos sic haberet condemnatos, vt
nullam spem illis reliquisset, non adhuc mo
nendos iudicaret, cum addidit, dicens, Aut Mat. 12.
facite arborem bonam & fructum eius bo-
num, aut facite arborem malam & fructum
eius malum. Sic itaq; accipiatur diligendos
inimicos esse, & benefaciendum his qui nos
oderunt, & orandum pro his qui nos per-
sequuntur, vt pro quibusdam etiam fra-
trũ peccatis intelligatur nõ præceptũ esse,
vt oremus: ne ꝓ imperitiã nostram diuina
scriptura, qd̃ fieri non põt, à se dissentire ui Ca. 45.
deatur: Sed vtrum sicut pro quibusdam K
non est orandum, ita etiam contra aliquos Ro. 12.
orandũ sit, nondum satis apparet. Generali i:P et.3.
ter enim dictum est, benedicite, & nolite ma b
ledicere: Et illud, Nemini malum pro malo
reddẽtes. Pro quo aũt non oras, non etiam
contra illũ oras: potes enim videre certam
eius pœnã, & penitus desperatã salutem: &
non quia odisti eũ, ideo pro illo oras: sed qa
sentis nihil te posse proficere, & orationem
tuam non uis repelli à iustissimo iudice.
Sed quid agimus de his, contra quos oratũ
à sanctis accipimus: vt non corrigerentur,
nã hoc modo potius pro ipsis oratum est:
sed ad illam vltimam damnationẽ: non sicut
contra domini traditorẽ per Prophetã, nã
illa, vt dictum est, prædictio futurorum nõ
optatio supplicij fuit. Nec sicut Apostolus Rpo. 6.
contra Alexandrum, nam & inde satis di- Acto. 7.
ctum est: sed sicut in Apocalypsi Ioannis le
gimus martyres orare vt uindicentur, cum
ille primus martyr vt lapidatoribus suis
ignosceretur, orauerit. Sed hinc non opor-
tet moueri. Quis enim audeat affirmare, cũ
illi sancti candidati se vindicari petierint,
vtrum contra ipsos homines, an contra re- L
gnum peccati petierint? Nã ipsa est syncera
& plena iustitiæ & misericordiæ uindicta
martyrũ, vt euertat regnũ peccati, Nõ.n.
cõtra ipsos homines, sed cõtra regnũ pecca-
ti petierũt, quo regnãte tanta perpessi sunt. Rom.6.
Ad cuius euersionem nititur Apostolus, di Peccati
cens, Non ergo regnet peccatum in vestro regnum
mortali corpore. Destruit aũt & euertit pec quo de-
cati regnũ, partim correctione hominũ, vt struit.
caro spiritui subijciatur. partim damnatio-

ne perseuerantiam in peccato vt ita iustitia ordinentur, vt iustis cum Christo regnanti bus, molesti esse non possint. Intuere Apostolum Paulum, nonne tibi videtur in scipso Stephanum martyrem vindicare, cum di- 1.Co.5.
cit, Non sic pugno tanquam aerem cædens, sed castigo corpus meum & seruituti subijcio? Nam hoc in se utique prosternabat & debilitabat & victum ordinabat, unde Stephanum cæterosq; Christianos fuerat persecutus. Quis ergo conuicit, martyres sanctos non talem suam uindictam à domino esse deprecatos, cum etiam finē huius seculi, in quo tanta exitia pertulerunt, ad suam uindictam potuerunt libēter optare? Quod qui orant, & pro inimicis suis orant qui sa-
M nabiles sunt, & contra illos nō orant qui insanabiles esse uoluerunt: quia deus quoque puniendo illos non est maleuolus tortor, sed iustissimus ordinator. Sine ulla ergo dubitatione diligamus inimicos nostros benefaciamus his qui oderunt nos, & oremus pro eis
Cap.46. qui nos persequuntur. Quod autem con-
Matt. 5. sequenter positum est, Vt sitis filij patris ve-
Ioan. 3. stri qui in cœlis est: ex illa regula intelligen-
Quō su dum est, qua & Ioannes dicit, Dedit illis po-
mus filij testatem filios dei fieri. Vnus enim naturadei. liter filius est, qui nescit omnino peccare:
Rom.2. Nos autem potestate accepta efficimur filij,
Gala. 4. inquantum ea quæ ab illo præcipiuntur implemus. Vnde & apostolica disciplina adoptionem appellat, qua in æternum hæreditatē uocamur: vt cohæredes Christi esse possimus. Filij ergo efficimur regeneratione spiritali, & adoptamur in regnum dei, non tanquam alieni, sed tanquam ab illo facti & creati, hoc est conditi: vt vnum beneficium sit, quo nos fecit esse per omnipotentiam suam, cum ante nihil essemus: alterum quo adoptauit, vt cum eo tanquam filij uita æterna, pro nostra participatione frueremur. Ita que non ait, facite ista quia estis filij sed facite ista vt sitis filij. Cum autem ad hoc nos vocat per ipsum unigenitum, ad similitudinem suam nos vocat. Ille enim, sicut conse-
A quenter dicit, Solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Siue solem suum non istum carneis oculis uisibilem accipias, sed illam sapientiam,
Sapiē. 7. de qua dicitur, Cādor est enim lucis æternæ:
Mala. 4. De qua item dicitur, Ortus est mihi iustitiæ sol: Et iterum, Vobis autem qui timetis nomen domini, orietur sol iustitiæ: vt etiam pluuiam accipiat irrigationem doctrinæ veritatis, quia & bonis & malis apparuit, & bonis & malis euāgelizatus est Christus. Siue istum solem mauis accipere non solum hominum, sed etiam pecorum corporeis oculis prolatum, & istam pluuiam qua fructus gignuntur, qui ad refectionem corporis dati sunt. Quod probabilius intelligi existimo, vt ille sol spiritalis non oriatur, nisi bonis & sanctis: quia & hoc ipsum est quod plangunt iniqui in illo libro qui sapientia Salomonis Sapiē. 5.
inscribitur: Et sol non est ortus nobis: Et illa pluuia spiritalis non irrigat nisi bonos: quia malos significabat vinea, de qua dictū est, Mandabo nubibus meis ne pluant super Esa. 5.
eam. Sed siue illud, siue hoc intelligas, magna dei bonitate fit, quæ nobis imitāda præcipitur, si filij dei esse volumus. Quantum B
enim huic vitæ solatium afferat lux ista visibilis, & pluuia corporalis, quis tam ingratus est vt non sentiat? Quod solatium videmus & iustis in hac uita & peccatoribus communiter exhiberi. Non autem ait, qui facit solem oriri super bonos & malos: sed addidit, suum: id est, quem ipse fecit atque constituit, & à nullo aliquid sumpsit vt fa- Gene. 1.
ceret: Sicut & in Genesi de omnibus luminaribus scribitur: qui proprie potest dicere sua esse omnia quæ de nihilo creauit: vt hinc admoneremur, quanta liberalitate inimicis nostris ex præcepto eius præstare debeamus, quæ nos non creauimus sed muneribus eius accepimus. Quis autem potest vel paratus esse ab infirmis iniurias sustinere, quantum eorum saluti prodest: & malle se amplius iniquitatis alienæ perpeti, quàm id quod perpessus est reddere: Omni petenti à se aliquid, vel id quod petit, si habetur, & si recte dari potest, vel consilium bonum vel beneuolum dare animum, nec se auertere ab eo qui mutuari cupit: diligere inimicos, benefacere his qui se oderunt, orare pro eis qui se persequuntur. Quis ergo hæc facit, nisi plene perfecteque misericors? Quo vno consilio miseria deuitatur, opitulante illo, qui ait, Misericordiam volo C
magis quàm sacrificium. Beati ergo miseri- Osee. 6.
cordes, quia ipsorum miserebitur deus. Sed Matt. 9.
iam commode fieri puto, vt hic lector tam longo volumine fatigatus respiret aliquantulum, & ad cætera reficiatur in alio libro consideranda.

Finis libri primi.

DIVI AV-

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de sermone domini in monte, Liber secundus.

Cap. 1. Cordis. mūdatio

MIsericordiam, vsq; ad cuius tractationem liber primus terminum accepit, sequitur cordis mundatio, vnde iste sumit exordium: Cordis autem mūdatio est tanquā oculus quo videtur deus, cuius simplicis habendi tantam curam esse oportet, quantam eius rei dignitas flagitat, quæ tali oculo conspici potest. Huic autem oculo magna ex
D parte mundato difficile est non surrepere sordes aliquas de his rebus, quæ ipsas nostras bonas actiones comitari solent, veluti laus est humana. Siquidem non recte viuere, pernicioſum est: recte autem viuere, & nolle laudari, quid est aliud quàm inimicū esse rebus humanis, quæ vtique tanto sunt miseriores, quanto minus placet recta vita hominum. Si ergo inter quos viuis, te recte viuentem non laudauerint, illi in errore sunt: si autem laudauerint, tu in periculo. Nisi tam simplex cor habueris & mundum, ut ea quæ recte facis non propter laudes hominum facias: magisq; illis recta laudantibus gratuleris, quibus id qđ bonū est placet q̄ tibi nisi quia recte viuis, etiā si nemo laudaret: ipsamq; laudem tuam tunc intelligas vtilem esse laudantibus, si non teipsum in tua bona vita, sed deum honorent, cuius sanctissimum templum est quisquis viuit bene:
Psal.33. vt impleatur quod ait Dauid, In dño laudabitur anima mea, audiant mansueti & lætentur. Pertinet ergo ad oculum mundum non intueri in recte faciendo laudes hominum, & ad eas referre quod recte facis: id est, propterea recte facere aliqd vt hominibus pla-
E ceas: Sic enim etiam simulare bonum libebit, si non attenditur nisi vt homo laudet: qui quoniam videre cor non potest, potest etiam falsa laudare. Quod qui faciunt, id est, qui bonitatem simulant, duplici corde sunt. Non ergo habet simplex cor, id est ūdum cor, nisi qui transcendit humanas laudes, & illum solum intuetur, cum recte uiuit, & ei placere nititur, qui conscientiæ solus inspector est: De cuius conscientiæ puritate quicquid procedit, tanto est laudabilius, quanto humanas laudes minus desiderat. Cauete ergo, inquit, facere iustitiam vestram coram hominibus, vt videamini ab Cap. 2.
eis: id est, cauete hoc animo iuste viuere, & Matt.6.
ibi constituere bonum vestrum, vt vos videant homines: Alioquin mercedem non habebitis: & reliqua. Non si ab hominibus videamini, sed si propterea iuste viuatis, vt ab hominibus videamini. Nam vbi erit, Matt. 5.
quod in principio sermonis huius dictū est, Vos estis lux mundi: non potest ciuitas abscondi supra montem posita: & reliqua vsq; ad id quod ait, Vt videant opera vestra bona. Sed non ibi constituit finem: Addidit enim, & glorificent patrem vestrum qui in F
cœlis est. Hic aūt, quia hoc reprehendit, sibi sit finis recte factorum, id est, si propterea recte faciamus, vt tantum videamur ab hominibus: posteaquam dixit, Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus vt videamini ab eis: nihil addidit, In quo appareret, non hoc eum prohibuisse vt recte fiat coram hominibus, sed ne ob id forte recte fiat coram hominibus, vt videamur ab eis, id est, vt hoc intueamur, & ibi finem nostri Gal.1.
propositi collocemus. Nam & Apostolus 1.Co.10.
dicit, Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem: Cum alio loco dicat, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Quod qui non intelligunt, contrarium putant, cum ille se dixerit non placere hominibus, quia non ideo recte faciebat vt placeret hominibus, sed vt deo, ad cuius amorem corda hominum volebat conuertere, eoipso quo placebat hominibus. Itaque & non se placere hominibus recte dicebat, quia in eo ipso vt deo placeret intuebatur: & placendum esse homini bus recte præcipiebat, non vt hoc appeteretur tanquam merces recte factorum, sed qa deo placere non posset qui non se ijs quos saluos fieri vellet præbuerit imitādum: imitari autem illum qui sibi non placuerit, nul- G
lo pacto quisquam potest. Sicut ergo non absurde loqueretur, qui diceret, in hac opera qua nauem quæro, non nauem quæro, sed patriam: sic Apostolus conuenienter diceret, in hac opera, qua hominibus placco, non hominibus, sed deo placeo: quia non hoc appeto, sed ad id refero, vt me imitentur quos saluos fieri volo. Sicut dicit de oblatione quæ fit in sanctos. Non quia quæro datum, sed requiro fructum: id est, quòd Phili.4.
quæro datum vestrum: non hoc quæro, sed fructum vestrum. Hoc enim indicio apparere

rere poterat,quantum profecissent in deum: cum id libenter offerrent, quod nõ propter gaudium de muneribus, sed propter cõmunionẽ charitatis ab eis quærebatur. Quanquam & cũ addidit,& dicit, Alioquin mercedem non habebitis apud patrẽ vestrum qui in cœlis est: nihil aliud demonstrat, nisi id nos cauere oportere, ne humanam laudem
p nostrorum operum mercede quæramus,
Cap.3. id est ea nos beatos efiici arbitremur. Cũ ergo facis eleemosynam,noli tuba canere,& reliqua: Noli,inquit, sic velle innotescere, vt hypocritæ: Manifestum est autem,hypo-
H critas non quod oculis prætendunt homi-
Hypocritæ. num,id etiam corde gestare. Sunt enim hypocritæ simulatores,tanquam pronunciatores personarum alienarũ, sicut in theatricis fabulis:Non enim qui agit partes Agamennonis in Tragœdia,verbi gratia, siue alicuius alterius,ad historiã vel fabulam quæ agitur pertinentis,vere ipse est,sed simulat eũ, & hypocrita dicit. Sic in ecclesia, vel in omni vita humana, quisquis se vult videri qd non est,hypocrita est.Simulat.n.iustũ & nõ exhibet,quia totum fructum in laude hominum ponit:quã possunt etiã simulantes percipere, dum fallunt eos quibus videntur boni,ab eisq; laudantur: Sed tales ab inspecto re cordis deo mercedem non capiunt, nisi fallaciæ supplicium. Ab hominibus autem, inquit,perceperũt mercedem suam. Rectissimeque his dicitur, Recedite à me operarij dolosi,nomen.n.meum habuistis, sed opera mea non fecistis. Illi ergo perceperunt mercedem suam, qui non ob aliud eleemosynã faciunt, nisi vt glorificentur ab hominibus: non si glorificẽtur ab hominibus,sed si ideo faciunt,vt glorificẽtur,sicut superius tractatum est. Laus.n.humana non appeti a recte
I faciente, sed subsequi debet recte facientem: vt illi proficiant qui etiam imitari possunt quod laudant, non vt hic putet aliquid eos
Cap.4. sibi prodesse quem laudant. Te autem faciente eleemosynã, nesciat sinistra tua quid
Siniſtra. faciat dextera tua:& reliqua. Si intellexeris sinistram infideles dici, uidebitur nulla esse culpa placere fidelibus velle,cum prorsus nihilominus in quorumlibet hominum laude fructum, & finem boni operis constituere prohibeamur. Quod autem ad id pertinet vt te imitentur quibus recte facta tua placuerint, non tantum fidelibus sed etiam infidelibus exhibendum est, vt laudandis bonis operibus nostris deum honorent & veniant ad salutem. Si autem sinistram inimicum putaueris, vt nesciat inimicus tuus cũ eleemosynam facis,cur ipse dominus inimicis Iudæis circunstantibus misericorditer sanauit homines? Cur Apostolus Petrus sana Act.3.b
to eo quẽ ad portam speciosam debilem miseratus est, etiam iras inimicorum in se atq; in alios Christi discipulos pertulit? Deinde si non oportet scire inimicum cum eleemosynam facimus, quomodo cum ipso inimico facimus, vt illud impleamus præceptum, Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si si- Pro.29.
tierit,potum da illi? Tertia solet esse carna- Ro.12.
lium opinio,tam absurda, & ridenda,vt non K
eam commemorarẽ nisi expertus essẽm non paucos eo errore detineri,qui dicũt sinistræ nomine uxorẽ significari, Vt qñ in re familiari tenaciores pecuniarũ solent esse fœminæ,lateat eas cum aliquid misericorditer vi- Fęminæ tenaciores.
ri earum egenis impendunt propter domesticas lites: quasi vero soli viri Christiani sint, & non hoc præceptũ etiam fœminis datum sit. Cui ergo sinistræ iubetur fœmina occultare opus misericordiæ suæ? An etiam vir sinistra erit fœminæ,quod absurdissime dicitur? Aut si quispiã putat inuicem sibi sinistras esse,si ab altero ita erogetur aliqd de re familiari, vt sit contra alterius uoluntatẽ non erit Christianum tale coniugium. Sed necesse est,vt quisquis eorum eleemosynam facere voluerit ex præcepto dei, quencunq; aduersum habuerit inimicus sit pcepto dei, & ideo inter fideles deputetur. Præceptũ est aũt de talibus, vt bona sua conuersatione ac moribus lucrifaciat vxorem maritus fidelis, vel maritũ mulier fidelis. Quapp non sibi debent occultare bona opera sua quibus inuitandi sunt abinuicẽ, vt alter alterũ possit ad Christianæ fidei cõmunionem inuitare: Nec furta facienda sunt,vt pmereat deus. L
Quod si occultandum est aliquid, quandiu alterius infirmitas æquo animo id non põt sustinere,quod tamen non iniuste,atq; illici I
te fit,non tamen ipsam nunc sinistram significari totius capituli consideratione facile apparet,in qua simul inuenietur quam sinistram vocet. Cauete,inquit, facere iustiCap. 5.
tiam vestram coram hominibus: Et reliqua. Generaliter hic iustitiam nominauit, deinde particulariter exequitur. Est enim iustitiæ
pars aliqua iustitiæ, opus quod per eleemo- pars.
synam fit,& ideo connectit dicendo. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere: Et reliqua. Ad hoc respicit,quod superius ait,

ait, Cauete facere iustitiam vestram coram hominibus. Et reliqua. Quod aũt sequitur, Amen dico vobis perceperunt mercedẽ suã: ad illud respicit qd supra posuit, Alioquin mercedem non habetis apud patrem vestrũ qui in cœlis est. Deinde sequitur, Te autem faciente eleemosynam: Cum dicit, Te autẽ faciente, quid aliud dicit, q̃ non quomodo illi? Quid ergo mihi iubet? Te autem facien
M te,inquit eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Ergo illi sic faciant, vt sciat sinistra eorum quid faciat dextera eorum. Quod igitur in illis culpatum est, hoc tu facere vetaris: In illis autem hoc culpatum est:quòd ita faciunt vt laudes homi-
Siniſtra delectatio laudis. num quærant. Quapropter nihil consequẽtius sinistra videtur significare, q̃ ipsam delectationem laudis. Dextera autem significat intentionem implendi præcepta diuina.
Dextra intentio implẽdi præcepta diuina. Cum itaq; conscientiæ facientis eleemosynam misceat se appetitio laudis humanæ, sit sinistra conscia operis dexteræ: nesciat ergo sinistra tua, quid faciat dextera tua: id est, non se misceat conscientiæ tuæ laudis humanæ appetitio, cum in eleemosyna facienda diuinum præceptum contendis implere, vt sit eleemosina tua in absconso. Quid est in abscondito, nisi in ipsa bona conscientia, quæ humanis oculis demonstrari non põt, nec verbis aperiri? Quandoquidem multi multa mentiuntur: Quapropter si dextera intrinsecus agit in abscõdito,ad sinistrã pertinent omnia exteriora,quæ sunt visibilia & temporalia. Sit ergo eleemosyna tua in ipsa conscientia, vbi multi eleemosynam faciũt bona voluntate,etiam si pecuniã,vel si quid aliud est quod inopi largendum est,non habent: Multi autem foris faciunt,& intus nõ
A faciunt, qui vel ambitione, vel alicuius rei temporalis gratia volunt misericordes videri,in quibus sola sinistra operari existimanda est. Item alij quasi medium inter vtrosque locum tenent, vt & intentione quæ in deum est eleemosynam faciant,& tamen inserat se huic optimæ voluntati, nonnulla etiam laudis vel cuiuscunq; rei fragilis & tẽporalis cupiditas:Sed dominus noster multo uehementius prohibet solam sinistrã in nobis operari,quando etiam misceri eam uelit operibus dexteræ:vt scilicet non modo sola temporalium rerum cupiditatẽ caueamus eleemosynã facere, sed nec ita in hoc opere attendamus deum vt sese misceat vel adiungat exteriorum appetitio commodorũ. Agitur enim de corde mundando, q̃ nisi fuerit simplex,mundum non erit. Simplex autem qũo erit, si duobus dñis seruiat,nec vna intentione rerum æternarum purificet aciem suam,sed eam mortalium quoque fragiliumque rerum amore obnubilet? Sit ergo eleemosyna tua in absconso: Et reliqua. Rectissime omnino & uerissime. Si enim præmiũ ab eo expectas qui conscientiæ solus inspector est,sufficiat tibi ad promerendum præ-
B mium ipsa conscientia. Multa Latina exemplaria sic habent. Et pater tuus qui uidet in absconso,reddet tibi palam. Sed quia in Grę cis quæ priora sunt non inuenimus,palam, non putauimus hinc aliquid differendum esse. Et cum oratis, inquit, nolite fieri si- Cap. 6.
cut hypocritæ tristes, qui amant in synagogis:& reliqua. Neq; hic videri ab hominibus nephas est, sed ideo hoc agere vt uideris ab hominibus & superfluo toties eadẽ dicunt, cũ sit iã vna regula custodienda:qua cognitum est,non si hęc sciant homines,formidandum esse aut fugiendum: sed si hoc animo fiat, vt fructus in eis expetatur placendi hominibus. Seruat etiã ipse dñs eadem uerba, cum adiungit similiter, Amen dico vobis, perceperunt mercedem suam. hinc ostendẽs id se prohibere, vt ea merces appetatur,qua stulti gaudent vt laudentur ab hominibus. Vos autem cum oratis,inquit,introite in cubicula vestra. Quæ sunt ista cubicula, nisi ipsa corda, quæ in Psalmo etiam significantur, cum dicitur, Quæ dicitis in cordibus vestris & in cubilibus vestris compungimini. Et claudentes ostia, orate ait,patrem vestrum in absconso. Parum est intrare cubi- C
cula si ostium pateat importunis, per quod ostium ea quæ foris sunt improbe se immergunt & interiora nostra appetunt. Foris au- Ostium, sensus carnalis.
tem diximus esse omnia temporalia & visibilia, quæ per ostium, id est, per carnalem sensum in cogitationes nostras penetrant, & turba vanorum phantasmatum orantibus obstrepunt. Claudẽdum est ergo ostiũ, Ostium
id est,carnali sensui resistendum est, vt ora- qũo clautio spiritalis dirigatur ad patrem,quæ sit in- dẽdum.
timis cordis, vbi oratur pater noster in abscondito. Et pater,inquit, vester qui videt in abscondito, reddet vobis. Et hoc tali clausula terminandum fuit: non enim hoc monet nunc vt oremus, sed quomodo oremus:neque vt superius, vt faciamus eleemosynam,sed quo animo faciamus:quoniam de corde mundando præcipit, quod non mundat

Universidad de Deusto
Biblioteca

dat nisi vna & simplex intentio in æternam vitã solo & puro amore sapientiæ. Orantes aũt ait, nolite multum loqui sicut ethnici faciunt, arbitrantur enim q̃ in multiloquio suo exaudiantur. Sicut hypocritarum est, præbere se spectãdos in oratione, quorũ fructus est placere hominibus, ita ethnicorum, id est, Gentilium in multiloquio suo se putare exaudiri. Et reuera omne multiloquium à Gentilibus venit, qui exercendæ D linguæ potius q̃ mundando animo dant operam, Vt hoc negatorij studij genus etiam ad precem fundendam transferre conentur, arbitrantes deum sicut hominẽ iudicẽ verbis adduci in sententiã. Nolite itaq; similes illis esse, dicit vnus & verus magister. Scit. n. pater vester quid vobis necessarium sit antequam petatis ab eo. Si enim verba multa ad id proferuntur, vt instruatur & doceatur ignarus, quid eius opus est ad rerum omnium cognitorem: cui omnia quæ sunt eoipso quo sunt loquũtur seseq́; indicãt facta: & ea quæ futura sunt eiusdem artem sapientiãque non latent, in qua sunt & quæ transierunt & quæ transitura sunt omnia, præsentia & non transeuntia? Sed q̃n quanuis pauca tñ verba & ipse dicturus est, quibus nos doceat orare, quæri potest cur vel his verbis paucis opus sit ad eum qui scit omnia antequam fiant, & nouit vt dictum est, quid nobis sit necesse antequam petamus. Primo hic respondetur non verbis nos agere debere apud deum vt impetremus q̃d volumus, sed rebus quas animo gerimus & intẽtione cogitationis cũ dilectione pura & simplici affectu: Sed res ipsas verbis nos docuisse dominum nostrum, quibus memoriæ mãdatis E eas ad tempus orandi recordaremur. Sed rursus quæri potest, siue rebus, siue verbis orandum sit, quid opus sit ipsa oratione, si deus iam nouit quid nobis necessarium sit: nisi quia ipsa orationis intentio cor nostrũ serenat & purgat, capaciusque efficit ad excipienda diuina munera, quæ spiritaliter nobis infunduntur. Non enim ambitione precum nos exaudit deus, q̃ semper paratus est dare suam lucem nobis, nõ visibilem sed intelligibilem & spiritalem, sed nos non semper parati sumus accipere, cũ inclinamur in alia, & rerũ tẽporalium cupiditate tenebramur. Fit ergo in oratione conuersio cordis ad eũ qui semper dare paratus est, si nos capiamus q̃d dederit: & in ipsa purgatione cõuersio interioris oculi, cum excluduntur ea quæ temporaliter cupiebantur: vt acies cordis simplicis ferre possit simplicem lucẽ, diuinitus sine ullo occasu aut immutatione fulgentem: nec solum ferre, sed ẽt manere in illa, non tantum sine molestia, sed etiam cum ineffabili gaudio, quo vere ac synceriter beata vita perficitur. Sed iam considerandũ F est, quæ nos orare ille præcepit, per quem & discimus quid oremus, & consequimur q̃d oramus. Sic itaque orate vos, inquit, Pater noster qui es in cœlis: Et reliqua. Cum in omni deprecatione beneuolentia concilianda sit eius quem deprecamur, deinde dicendum quid deprecemur, laude illius ad quem oratio dirigitur solet beneuolentia cõciliari, & hoc in orationis principio poni solet: In quo dñs noster nihil aliud nos dicere iussit, nisi, Pater noster q̃ es in cœlis: Multa enim dicta sunt in laudem dei quę per oẽs sanctas scripturas varie lateq́; diffusa poterit quisque considerare cum legit: nusquam tñ inuenitur præceptum populo Israel, vt diceret, Pater noster, aut oraret patrem deũ: sed dominus eis insinuatus est, tãquam seruientibus, id est, secundum carnem adhuc viuentibus. Hoc autem dico, cum mandata legis acciperent, quæ obseruare iubebantur: Nam Prophetæ sæpe ostendunt eundem dominũ deum etiam patrem eorũdem esse potuisse, si ab eius mandatis non aberrarent: Sicut est illud, Filios genui & exaltaui, ipsi autẽ spreuerunt me: Et illud, Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes: Et illud, Si dominus sum, vbi est timor meus: & si pater sum, vbi est honor meus? Et alia permulta, vbi arguuntur Iudæi, quia filij esse peccando G noluerunt: exceptis eis quæ in prophetia dicuntur de futuro populo Christiano, quia patrẽ deus esset habiturus sc̃m illud Euangelicũ, Dedit eis ptãtẽ filios dei fieri. Apostolus aut Paulus dicit, Quãdiu hęres paruulus est, nihil differt à seruo: & spũm adoptionis nos accepisse cõmemorat, in quo clamamus, abba pr̃. Et q̃n q̃ vocamur ad æternam hæreditatem, vt simus Christi cohæredes & in adoptionẽ filiorũ veniamus, nõ est meritorũ nostrorũ, sed gratiæ dei: eandẽ ipsam gr̃am in orationis principio ponimus, dicimus, Pater noster. Quo nomine & charitas excitatur. Quid. n. charius filijs debet eẽ q̃ pater? Et supplex affectus, cũ homines dicunt deo, Pater noster, & quædã impetrandi præsumptio quæ petituri sumus, cum priusquã aliquid peteremus tam magnum donum

Cap. 7.

Multiloquiũ a gentibus venit.

Qũo fit oratio.

Esaiæ. 1.
Psal. 8.
Malac. 1

Ioan. 1.
Galat. 4.
Rom. 8.

donum accepimus, ut sinamur dicere, Pater noster, deo. Quid enim iam non det filijs petentibus, cum hoc ipsum ante dederit, ut filij essent? Postremo quanta cura animum tangit, vt qui dicit, Pater noster, tanto patre H non sit indignus? Si. n. quisquam plebeius senatorem grãdioris ætatis ab coipso patrẽ vocare permittatur, sine dubio trepidabit nec facile audebit, cogitans humilitatẽ generis sui & opum indigentiam & plebeiæ personæ vtilitatem. Quanto ergo magis trepidandum est appellare patrem deum, si tantæ sunt labes, tantæq; sordes in moribus, vt multo iustius eas à sua coniunctione deus expellat, quã ille senator cuiusuis mendici egestatẽ? Quandoquidẽ ille hoc contemnit in mẽdico, quo & ipse põt humanarũ rerũ fragilitate deuenire: Deus autẽ in sordidos mores nunquã cadit: & gratias misericordiæ ipsius, qui hoc à nobis exigit, ut pater noster sit, quod nullo sumptu, sed sola bona voluntate cõparari potest. Admonentur ẽt hic diuites, uel genere nobiles secundum seculum, cum Christiani fuerint, non superbire aduersus pauperes & ignobiles, quoniã simul dicunt deo, Pater noster: quod non possunt uere ac pie dicere, nisi se fratres esse cognoscant. Vtatur ergo voce noui testamenti populus nouus, ad æternam hæreditatem vocatus, & dicat, Pater noster qui es I in cœlis: i. in sanctis & iustis: Non. n. spatio locorum continetur deus. Sunt. n. cœli excelsa mundi corpora, sed tamen corpora, quæ non possunt esse nisi in loco. Sed si in cœlis tanquam in superibus mũdi partibus locus dei esse creditur, melioris meriti sunt aues, quarum uita est deo uicinior. Nõ aũt scriptum est, prope est dominus excelsis hominibus, aut eis qui in montibus habitant: sed scriptum est, Prope est dñs obtritis corde: quod magis pertinet ad humilitatẽ. Sed quẽadmodũ terra appellatus est pct̃or, cũ ei dictũ est, Terra es & in terram ibis: sic cœlum iustus econtrario dici põt. Iustis. n. dicitur, Templum dei sanctum est, quod estis uos. Quapropter si in templo suo habitat deus, & sancti templũ eius sunt, recte dicit, qui in cœlis es, qui es in sanctis. Et accõmodatissima ista similitudo est, ut spiritaliter tantũ interesse uideatur inter iustos & peccatores, quantum corporaliter inter cęlum & terram. Cuius rei significandæ gratia, cũ ad orationes stamus, ad Orientem conuertimur, unde cœlum surgit: non tanquam ibi sit deus & quasi cæteras mundi partes deserit, qui ubique præsens est, non locorum qũo vbi spatijs, sed maiestate potentiæ: sed vt admoneatur animus ad naturam excellentiorẽ se sens. conuertere, id est ad dominum, cum ipsum K corpus eius quod est terrenũ ad corpus excellentius, id est, ad corpus cœleste conuerti i in cortur. Conuenit etiam gradibus religionis & dibus iu plurimum expedit, ut omnium sensibus & storum, paruulorum & magnorũ bene sentiatur de deo. ideo qui uisibilibus adhuc pulchritudinibus dediti sunt, nec possunt aliquid incorporeum cogitare, quoniã necesse est vt cœlum præferant terræ, tolerabilior est opinio eorum si deum quem adhuc corporaliter cogitant, in cœlo potius credant esse quàm in terra: Vt cum aliquando cognouerint dignitatem animæ, cœleste etiam corpus excedere, magis cum quærat in anima quàm in corpore etiam cœlesti: Et cum cognouerint quantum distat inter peccatorum animas & iustorum, sicut non audebant cum adhuc carnaliter saperent cum in terra collocare, sed in cœlo: sic postea meliori fide uel intelligentia magis eum in animis iustorum quam in peccatorum requirant. Recte ergo intelligitur, quod dictum est, Pater noster qui es in cœlis: in cordibus iustorum esse dictum, tanquam in templo sancto suo. Simul etiam ut qui orat, in se quoq; ip- L so velit habitare quem inuocat: & cum hoc affectu teneat iustitiam, quo munere inuita tur ad inhabitandum animum deus. Iam Cap. 10. videamus quæ sint petenda: Dictum est. n. qui sit qui petitur & ubi habitet. Primum Prima autem omnium quæ petuntur hoc est, Sanctificetur nomen tuum. Quod non sic petitur, quasi non sit sanctum nomen dei, sed vt sanctum habeatur ab hominibus: id est, ita illis innotescat deus, vt non existiment aliquid sanctius quod magis ostẽdere timeãt. Neque. n. quia dictum est, Notus in Iudæa Psal. 75. deus, in Israel magnum nomen eius: sic intelligendum est quasi alibi minor sit deus, domini alibi maior: sed ibi magnum est nomẽ eius, vbi fit vbi pro suæ maiestatis magnitudine nominatur. Ita ibi dicitur sanctum nomen eius, vbi cum veneratione & offensionis timore nominatur. Et hoc est quod nũc agitur, dñ Euangeliũ, adhuc vsquequaq; per diuersas gentes innotescendo, cõmendat unius Dei nomen per administrationẽ filij eius. Deinde sequitur, Adueniat regnum tuum. Sicut ipse dñs in Euãgelio docet, tunc futurũ esse secunda. iudicij

Pater.

Cap. 9.

Pater q es in cœlis. i. in sanctis.

Psalmus Gene. 3. Terra pct̃or. Cœlũ, iustus. 1. Cor. 3

Nomẽ magnũ.

Petitio

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudicij diem, cum Euangelium prædicatum
M fuerit in omnibus gẽtibus, quæ res pertinet
ad sanctificationem nominis dei. Nõ enim
& hic ita dictum est, Adueniat regnũ tuũ:
quasi nunc deus non regnet. Sed forte quis
dicat, adueniat dictũ esse in terram: quasi ue
ro nõ ét ipse nunc regnet in terra, semperq;
in ea regnauerit à constitutione mundi. Ad
ueniat ergo accipiendum est, manifestetur
hominibus. Quemadmodum.n. etiam præ-
sens lux absens est cæcis & eis qui oculos
claudunt: ita dei regnum quamuis nunquã
discedat de terris, tamen absens est ignoran
1. Retr. tibus: Nulli aũt licebit ignorare regnũ dei,
Cap. 19. cũ eius unigenitus, non solũ intelligibiliter
sed etiã uisibiliter in homine dominico de
cælo venerit iudicaturus uiuos ac mortuos:
Post quod iudicium, id est, cum discretio &
separatio iustorũ ab iniustis facta fuerit, ita
inhabitabit iustos deus ut non opus sit cui-
quam doceri per hominem, sed sint omnes,
Esa. 54. vt scriptum est, dociles deo. Deinde beata ui
Ioan. 6. ta omni ex parte perficiatur in sanctis in
æternum, sicuti nunc cœlestes angeli sanctis
simi atque beatissimi soli deo illustrante sa-
pientes, & beati sunt: quia & hoc promisit
Matt. 22 deus sanctis suis: In resurrectione erunt,
A inquit, sicut angeli in cœlis. Et ideo post
Cap. 11. illam petitionem qua dicimus, Adueniat re
Petitio tertia. gnum tuum: sequitur, Fiat voluntas tua si-
cut in cœlo & in terra. i. sicut est in angelis
qui sunt in cœlis uoluntas tua, vt omnino
tibi adhæreant teq; fruantur, nullo errore
obnubilante sapientiam eorum, nulla misе-
ria impediente beatitudinem eorum: ita fiat
in sanctis tuis qui in terra sunt & de terra,
quod ad corpus attinet, facti sunt, & quãuis
ad cœlestẽ habitationẽ atq; immutationẽ,
Lucæ 2. tamen de terra assumẽdi sunt. Ad hæc respi
cit ẽt illa angelorũ prædicatio, Gloria in ex
celsis deo, & in terra pax hominibus bonæ
voluntatis, vt cũ præcesserit bona uoluntas
nostra, quæ uocãtem sequitur, perficiatur in
Volũta- nobis uoũtas dei sicuti est in cœlestibus an-
tem dei fieri. gelis: ut nulla aduersitas resistat nostræ bea
titudini, quod est pax. Itẽ fiat uoluntas tua,
recte intelligitur, obediatur præceptis tuis,
sicuti in cœlo & in terra. i. sicut ab angelis,
Ioan. 4. ita ab hominibus. Nam fieri voluntatẽ dei
& 6. cum obtẽperatur præceptis eius, ipse domi-
nus dicit, cum ait, Meus cibus est, ut faciam
uoluntatem eius qui me misit. Et sæpe, Nõ
veni facere voluntatẽ meam, sed eius q me
Matt. 12. misit. Et cũ ait, Ecce mater mea & ecce fra-
tres mei, & quicunque fecerit voluntatẽ dei, B
hic mihi est frater, & mater & soror. Qui
enim faciunt voluntatem dei, in illis vtiq; fit
voluntas dei: Non quia ipsi faciunt, ut vult
deus, sed quia faciunt quod ille vult, id est, se
cundum voluntatem eius. Est etiam ille in-
tellectus, Fiat voluntas tua sicut in cœlo &
in terra: sicut in sanctis & iustis, ita etiam in
peccatoribus. Quod adhuc duobus modis ac
cipi potest: Siue vt oremus etiam pro inimi
cis nostris. Quid enim sunt aliud habendi
contra quorum voluntatem Christianum &
catholicum nomen augetur? Vt ita dictum
sit, Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in ter-
ra: tanquam si diceretur, faciant voluntatem
tuam sicuti iusti, ita etiam & peccatores, ut
ad te conuertãtur. Siue ita, Fiat voluntas tua
sicut in cœlo & intera: vt sua cuique tribuã
tur, quod fit in extremo iudicio, vt iustis præ
mium, peccatoribus damnatio tribuatur,
cum agni ab hædis separabuntur. Ille etiam Mat. 25.
non absurdus, immo etiam & fidei & spei
nostræ conuenientissimus intellectus est, vt
cœlum & terram accipianus, spiritũ & car- C
nem. Et quod dicit Apostolus, Mente ser- Rom 7.
uio legi dei, carne autem legi peccati, videa Cœlũ,
mus factam uoluntatem dei in mente, id est, spiritus.
in spiritu. Cum autem absorpta fuerit mors Terra,
in victoria, & mortale hoc induerit immor- caro.
talitatem, quod fiet carnis resurrectione, at 1. Co. 15.
que illa immutatione quæ promittitur iu-
stis, secundum eiusdem Apostoli prædicatio
nem, Fiat voluntas dei sicut in cœlo & in
terra. i. vt quemadmodum spiritus non resi-
stit deo, sequens & faciens voluntatem eius,
ita & corpus non resistat spiritui vel animę,
quæ nunc corporis imfirmitate vexatur, &
in carnalem consuetudinem prona est, quod
erit summæ pacis in vita æterna, vt non so-
lum velle adiaceat nobis, sed etiam perficere
bonum: Nunc enim velle, inquit, adiacet mi Rom. 7.
hi, perficere autem bonum non inuenio:
quia nondum in terra sicuti in cœlo. i. non
dum in carne, sicut in spiritu facta est volun
tas dei. Nam & in miseria nostra fit volun-
tas dei, cum ea patimur per carnem quæ no-
bis mortalitatis iure debentur, quam pecca
do meruit nostra natura. Sed id orandũ est, D
vt sicut in cœlo, ita & in terra fiat voluntas
dei. i. vt quemadmodum corde delectamur
lege, secundum interiorem hominem, ita
etiam corporis immutatione facta, huic no-
stræ delectationi nulla pars nostra terre-
nis doloribus seu voluptatibus aduersẽt. Nec

illud

illud à veritate abhorret, ut accipiamus, Fiat
uoluntas tua sicut in cęlo & in terra: sicut in
ipso domino nostro Iesu Christo ita & in
Ecclesia: tanquam in uiro qui patris uolũta-
tem impleuit, ita & in fœmina quæ illi despõ
sata est: Cœlum. n. & terra conuenienter in
telligitur, quasi uir & fœmina, quoniam terra
Petitio quarta. cœlo fœcundante fructifera est. Quarta
Cap. 12. petitio, panem nostrum quotidianum da no-
Panis quotidianus. bis hodie. Panis quotidianus, aut pro ijs om
nibus dictus est, q̃ huius uitæ necessitatem su
stẽtãt, de quo cũ percipit, ait, Nolite cogitare
Matt. 6. de crastino: ut ideo sit additum, da nobis ho
die: Aut pro sacramento corporis Christi,
quod quotidie accipimus: Aut pro spiritali
Ioan. 6. cibo, de quo idem dominus dicit, Operami-
ni escam quæ non corrumpitur. Et illud,
Ego sum panis uitæ, qui de cœlo descendi.
Sed horum trium quid sit probabilius consi-
derari potest. Nam forte quispiam moueа-
tur cur oremus pro his adipiscẽdis quæ huic
uitæ sunt necessaria, ueluti est uictus & tegu
Matt. 6. mentum, cũ ipse dñs dicat, Nolite soliciti es
E se quid edatis, uel quid induamini: An po-
test quisque de ea re pro qua adipiscẽda orat
non esse solicitus, cum tanta intentione ani-
mi oratio dirigenda sit, ut ad hoc totum il-
lud referatur quod de claudendis cubiculis
Ibidem. dictum est. Et illud quod ait, Quærite pri-
mum regnũ dei & iustitiam eius, & hæc oia
apponentur uobis? Nõ ait utiq;, quærite pri
mum regnum dei, & deinde ista q̃rite: Sed
hæc oia, inquit, apponẽtur uobis. s. etiam nõ
quærentibus. Quomodo autem recte dicatur
non quærere aliquis, quod ut accipiat inten-
tisime deum precatur, nescio utrum inueni
ri queat. De sacramento autem corporis do
mini, ut illi non moueant quæstionem qui
plurimi in Orientalibus partibus, non quo-
tidie cęnæ dominicę communicant, cum iste
panis quotidianus dictus sit: ut ergo illi ta-
ceãt, neque de hac re suam sententiam defen-
dant, uel ipsa authoritate Ecclesiastica sint
contenti quod sine scandalo ista faciunt, ne-
que ab eis qui Ecclesijs præsunt facere pro-
hibentur, neque non obtemperantes damnã
tur. unde probatur non hunc in illis parti-
F bus intelligi quotidianum panem. Nam si
gni peccati crimine arguerentur qui ex eo
non accipiunt quotidie. Sed ut de istis,
ut dictum est, nihil in aliquam partem dis-
seramus, illud certe debet occurrere cogi-
tantibus, regulam nos orandi à domino ac-
cepisse, quam transgredi non oportet uel ad-

dendo aliquid uel prætereundo. Quod cum
ita sit, quis est qui audeat dicere semel tan-
tum nos orare debere orationem dominicã,
aut certe etiam si iterum uel tertio usque ad
eam tãtum horam qua corpori domini com-
municamus, postea uero non sit orandum
per reliquas partes diei? Non enim iam dice
re poterimus, da nobis hodie, quod iam acce
pimus. Aut poterit quisque cogere ut etiam
ultima diei parte sacramentum illud celebre
mus? Restat igitur ut quotidianum panem
accipiamus spiritalem, præcepta scilicet diui
na, quæ quotidie oportet meditari & ope-
rari. Nam de ipsis dominus dicit, Opera-
mini escam quæ non corrũpitur. Quotidia
nus autem iste cibus nunc dicitur, quandiu Ioan. 6.
ista uita temporalis per dies decedentes suc-
cedentesque peragitur. Et reuera quandiu
nunc in superiora, nunc in inferiora, id est
nunc in spiritalia, nunc in carnalia animi
affectus alternant, tanquam ei qui aliquan-
do pascitur cibo, aliquando famem pati-
tur, quotidie panis necessarius est, quo refi G
ciatur cẽsuriens, & relabens erigatur. Sicut
itaque corpus nostrum in hac uita, ante il-
lam scilicet immutationem, cibo reficitur,
quia sentit dispendium: sic & animus quo-
niam temporalibus affectibus quasi dispen-
dium ab intentione dei patitur, præceptorũ
cibo reficiatur. Da nobis hodie dictum est,
quandiu dicitur hodie. i. in hac temporali ui
ta. Sic enim cibo spiritali post hanc uitam
saturabimur in æternum, ut non tunc dica-
tur, quotidianus panis: quia ibi temporalis
uolubilitas, quæ diebus dies succedere facit,
unde appelletur quotidie, nulla erit. Vt au- Psal. 94.
tem dictum est, Hodie si uocem eius audieri-
tis: quod interpretatur Apostolus in Epistо Hebr. 3.
la quæ est ad Hebræos, quandiu dicitur ho-
die, ita & hic accipiendum est, da nobis ho-
die. Si quis autem etiam illa quæ de uictu
corporis necessario, uel sacramento domini-
ci corporis istam sententiam uult accipere,
oportet ut coniunctе acipiantur, omnia tria,
ut scilicet quotidianum panẽ simul petamus,
& necessariũ corpori, & sacramentum uisibi
le, & inuisibile uerbi dei. Sequitur quinta pe H
titio, Et dimitte nobis debita nostra, sicut & Cap. 13.
nos dimittimus debitoribus nostris. Debita Quinta
peccata dici manifestum est, uel illinc quòd petitio.
ait idem dominus, Non exies inde do Matt. 5.
nec reddas nouissimum quadrantem: uel il- Luc. 12.
linc quòd debitores appellauit qui ei nuncia & 13.
ti sunt extincti, uel ruina turris, uel quorum

sanguinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

sanguinem Herodes sacrificio miscuit. Dixit enim putare homes q̃ illi vltra modum debitores essent. i. peccatores: & addidit, Amen dico vobis, nisi pœnitentiam egeritis, similiter
Lucę.13. moriemini. Non hic ergo quisque vrgetur pecuniã dimittere debitoribus, sed quæcunque in eum alius peccauerit. Nam pecuniam dimittere illo potius iubentur præce-
Matt.5. pto, quod superius dictum est, Si quis tibi tunicam tollere uoluerit, & iudicio tecum cõtendere, dimitte ei & pallium: nec ibi necesse est omni pecuniario debitori dimittere debitum, sed ei qui reddere noluerit, in tantũ
2. Ti.2. vt vellet etiam litigare: Seruum autem domini, vt ait Apostolus, non oportet litigare. Qui ergo vel sponte conuentus pecuniam debitam reddere noluerit, dimittenda illi est. Duas enim ob res nollet reddere, vel q̃ non habeat, uel q̃ auarus sit req̃ alienę
I cupidus. Vtrunque autem pertinet ad inopiam. Nam illa inopia est rei familiaris, hęc animi. Quisquis itaque tali dimittit inopi debitum, inopi dimittit opusque Christianum operatur, manente illa regula, vt in illo animo paratus sit amittere quod sibi debetur. Nam si modeste & leniter omnimodo egerit, vt sibi restituatur, non tam intendens fructum pecuniæ, quam vt hominem corrigat, cui sine dubio perniciosum est habere vnde reddat, & non reddere: non solum non peccabit, sed proderit ei etiam plurimũ: ne ille dum aliena pecunia lucrum facere vult, damnum fidei patiatur, quod tanto est grauius, vt nulla sit comparatio. Ex quo intelligitur etiam in ista quinta petitione, qua dicimus. Dimitte nobi debita nostra: non de pecunia quidem dici, sed de omnibus quæ in nos quisque peccat, ac per hoc etiam de pecunia. Peccat nanque in te, qui tibi pecuniam debitam cum habeat vnde reddat recusat reddere. Quod peccatum si non dimiseris, non poteris dicere, dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Si autem ignoraueris, vides etiam de pecunia animi dimittenda admoneri eum, cui tali prece orare præcipitur.
Illud sanè tractari potest, vt quando dicimus, Dimitte nobis debita nra, & reliqua:
K tunc conuincamur contra istam regulam fecisse, si eis non dimittimus qui veniam petunt: quia & nobis veniam petentibus à benignissimo patre dimitti volumus. Sed illo rursus præcepto, quo iubemur orare pro inimicis nostris, non pro his iubemur qui ve-
Matt.5. niam petunt. Iam. n. qui tales sunt, non sunt inimici: Nullo modo autem quisquam vere dixerit orare se pro eo cui non ignouerit.
Quapropter fatendum est omnia peccata dimittenda esse, quæ in nos admittuntur, si uolumus nobis à patre dimitti quæ admittimus. Nam de uindicta superius, ut arbitror, satis disputatum est. Sequitur sexta petitio, Et ne nos inferas in tentationem. Non nulli codices habent inducas, quod tantundem ualere arbitror: Nam ex uno Græco quod dictum est εἰσενέγκῃς utrunq; translatũ est: Multi autẽ precando, ita dicunt, Ne nos patiaris induci in tẽtationem, exponentes uidelicet quomodo dictum sit inducas. Nõ. n. per seipsum inducit deus, sed induci patitur eũ, quẽ suo auxilio deseruerit ordine occultissimo ac meritis: Causis etiam sæpe manifestis dignum iudicat ille quem deserat, & in tentationem induci sinat. Aliud est autem induci in tentationem, aliud est tentari. qũo de-
Nam sine tentatione probatus esse nullus in tentapõt, siue sibiipsi, sicut scriptum est, Qui non tionem.
est tentatus, qualia scit? siue alij, sicut Apostolus ait, Et tẽtationem uestram in carne mea tentatio non spreuistis: Hinc. n. eos firmos cognouit, nẽ & tentationes, qui scit oĩa antequam fiant. Quod ita que scriptum est, Tentat uos dominus deus uester, ut sciat si diligatis eum: illa locutione positum est, ut sciat, pro eo quod est, ut scire uos faciat, sicut diem lætũ dicimus, q̃ lætos faciat, & frigus pigrum, q̃ pigros facit, & innumerabilia huiusmodi, quæ siue in consuetudine loquendi, siue in sermone doctorum, siue in scripturis sanctis reperiuntur. qđ nõ intelligentes hæretici ueteri testõ aduersantur, uelut ignorantiæ uitio notandũ putantes, de eo quod dictũ est, Tẽtat uos dñs deus uester: quasi in Euangelio de domino scriptum non sit, Hoc autem dicebat tentans eum, nam ipse sciebat quid esset facturus.
Si enim nouerat cor eius quem tentabat, quid est quod uoluit uideri tentando? Sed profecto illud factum est, ut ipse sibi notus fieret qui tentabatur, suamque desperationẽ contemneret saturatis turbis de pane domini, qui eas non habere quod ederent existimauerat. Non ergo hic oratur ut non tentemur, sed ut non inferamur in tentationem: tanquam si quispiam cui necesse sit igne examinari, non oret ut igne non contingatur, sed ut non exuratur. Vasa enim figuli

Ecclesiastici 27. Gen.39 Dan.13. Cap.15. Iob.1. guli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Ioseph ergo tentatus est illecebra stupri, sed non est illatus in tentationem. Susanna tentata est, nec ipsa inducta vel illata in tentationẽ: Multiq; alij utriusque sexus. Sed Iob maxime: cuius admirabilem stabilitatem in deo domino suo, cũ illi hæretici hostes veteris testamenti ore sacrilegio irridere voluerint, illud præ cæteris uentilant, q̃ Satanas petierit eum tentandum. Quærunt enim ab imperitis hominibus, talia intelligere nequaquam valẽtibus, quomodo Satanas cum deo loqui potuerit: non intuentes, non enim possunt superstitione & contentione cæcati, dominum non loci spatium mole corporis occupare, & sic ali
A bi esse, alibi non esse, uel certe hic habere partem aliam, & alibi aliam: sed maiestate vbiq; præsto esse, non p̃ partes diuisum, sed
Esa.66. vbiq; perfectũ. Quòd si carnaliter intuentur quod dictum est, Cœlũ mihi sedes est,
Matt.5. & terra scabellum pedum meorum, Cui loco dominus attestatur dicens, Non iuretis, neq; per cœlum, quia thronus dei est, neq; per terram, quia scabellum est pedum eius: quid mirum si in terra diabolus constitutus, ante pedes dei stetit, & coram illo aliqd locutus est? Nam quando illi valent intelligere, nullam esse animam, quamuis peruersam, quæ tamen vllo modo ratiocinari potest, in cuius conscientia nõ loquatur deus? Quis enim scribit in cordibus hominũ na-
Rom.2. turalem legem, nisi deus? De qua lege Apostolus ait, Cum. n. gentes quæ legem nõ habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi iegem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostẽdunt opus legis scriptum in cordibus suis, contestante conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut ẽt excusantiũ, in die in qua iudicabit dominus
B occulta hominum. Quapropter si hominis anima rationalis etiam cupiditate cæcata, tamen cum cogitat & ratiocinatur, quicquid in ea ratiocinatione verum est, non ei tribuendum est, sed ipsi lumini ueritatis, à quo uel tenuiter pro sui capacitate illustratur, ut verum aliquid in ratiocinando sentiat: quid mirũ si diaboli anima praua cupiditate peruersa quicquid tamen uerum de iusto vel cogitauit cum eum tentare vellet, ipsius dei voce, id est ipsius veritatis voce audisse perhibetur? Quicquid autem falsum, illi cupiditati tribuitur, qua diaboli nomen accepit. Quamuis etiam per creaturam coporalem atque visibilem deus plerunque locutus est seu bonis, seu malis: tanquam omnium dominus & rector & pro cuiusque rei meritis ordinator: sicut per angelos qui hominum quoque aspectibus apparuerunt, & per Prophetas dicentes, Hæc dicit dñs. Quid ergo mirũ, si quanquã nõ ipsa cogitatione, p̃ aliquã certe creaturã tali operi accõmodatam deus locutus esse cũ diabolo dẽ? Nec dignitatis esse arbitrẽtur, & quasi iustitię meritũ, q̃ cũ illo deus locutus est: qm̃ locutus est cũ anima angelica quãquã stulta, & cupida, C tanquã si loqueretur cũ aĩa humana stulta & cupida. Aut ipsi dicant qũo locutus est deus cũ illo diuite, cuius cupiditatẽ stultissimam arguere voluit, dicens, Stulte, hac no- Luc.12.
cte aĩa tua exposcitur à te, hæc quæ præparasti cuius erunt? Certe hoc ipse dñs in Euangelio dicit, cui hæretici isti velint nolint colla submittunt. Si aũt hoc mouẽtur, Iob.1.
q̃ tentandum iustum Satanas petit à deo: non ego expono quare sit factum, sed ipsos cogo exponere quare sit dictum in Euange- Luc.22.
lio ab ipso dño discipulis, Ecce Satanas petijt uos vexare quasi triticum. Et Petro ait, Ego autem postulaui ne deficiat fides tua. Cum autem hæc exponũt mihi, simul illud quod à me quærunt exponunt sibi. Si uero non valuerint hoc exponere, non audeãt id quod in Euangelio sine offensione non intelligunt, in alio libro cum temeritate cul
pare. Fiunt igitur tentationes per Satanam Tẽtatio
non potestate eius, sed permissu domini, ad nes qũo
homines aut pro suis peccatis puniendos, fiãt per
aut pro domini misericordia probandos & Satanã.
excercendos. Et interest plurimum in qualem quisq; tentationem incidat. Non. n. in talem incidit Iudas qui uendidit dominum, in qualem incidit Petrus, cũ territus dominum negauit. Sunt. n. tentationes humanæ, D
credo cum bono quisq; animo secundũ humanam tamen fragilitatem in aliquo consilio labitur: aut iritatur in fratrem studio corrigendi, paulo tamen amplius quã Christiana trãquillitas postulat: de quibus Apo
stolus dicit, Tentatio vos non apprehendat 1. Co.10.
nisi humana: cum idem dicat, Fidelis deus qui uos non sinat tentari supra quam potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam prouentum ut possitis tolerare. In qua sententia satis ostendit, non id nobis orandum esse vt non tentemur, sed ne in tentationem inducamur. Inducimur enim si tales accide
rint quales ferre non possumus. Sed cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Qûo in tentationes periculosæ,in quas inferri atque ducatur induci periculosum est, aut prosperis rebus in tenta- temporalibus,aut aduersis oriatur,nemo frã tionem. gitur aduersarum molestia qui prospera- Septima rum dilectione non capitur. Vltima & se- peritio. ptima petitio est,Sed libera nos à malo.Orã Cap.16. dum est enim ut non solum non inducamur in malum,quo caremus, quod sexto loco petitur,sed ab illo ẽt liberemur,quo iam indu- E cti sumus. Quod cum factum fuerit,nihil re manebit formidolosum,nec omnino metuen Gene.3. da erit ulla tentatio. Quod tamen in hac uita quandiu istam mortalitatem circunferimus, in quam serpentina persuasione indu cti sumus, non sperandum est posse fieri, sed tamen aliquando futurum sperandum est, & hæc est spes quæ non uidetur.De qua Rom.8. cum loqueretur Apostolus, ait, Spes autem quæ uidetur,non est spes. Sed tamen sapientia quæ in hac quoque uita concessa est,fidelibus seruis dei non est desperanda.Hæc est autem,ut id quod domino reuelante fugiendum esse intellexerimus, cautissima uigilantia fugiamus:id quod domino reuelante appetendum esse intellexerimus, flagrantissima charitate appetamus. Ita etiam relicto mortalitatis huius onere,ipsa morte deposita, ex omni hominis parte opportuno tempore perficietur beatitudo, quæ in hac uita inchoata est: & cui capessendæ atque obtinendæ aliquando, nunc omnis cõatus impenditur.

Cap.17. Sed harum septem petitionum consideran- Aeterna da & commendanda distinctio est. Nam dignita- cum uita nostra temporaliter nunc agatur,at te priora que speretur æterna, & cum æterna priora F sint dignitate, quamuis temporalibus prius actis ad illa transeatur, trium primarum petitionum impetrationes in hac uita,quæ in isto seculo agitur,exordium capiunt. Nam & sanctificatio nominis dei ab ipso humilitatis domini aduentu agi cœpit, & aduentus regni eius, quo in claritate uenturus est,nõ iam finito seculo,sed in fine seculi manifestabitur:perfectio uoluntatis eius, sicut in cœlo & in terra: siue iustos & peccatores cœlũ & terram intelligas,siue spiritum & carnem,siue dominum & Ecclesiam, siue omnia simul,ipsa perfectio est nostræ beatitudinis,& ideo seculi terminatione complebitur,tamen omnia tria in æternum manebunt, nam & sanctificatio nominis dei sempiterna erit, & regni eius non est finis, & perfectæ nostræ beatitudini æterna uita promittitur. Permanebunt ergo ista tria consummata atque cumulata in illa uita, quæ nobis promittitur. Reliqua uero quatuor quæ petimus,ad tẽporalem istam uitam pertinere mihi uidentur. Quorum primum est,Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie. Hoc ipso enim q dictum est quotidianus panis, siue spiritalis significetur, siue in sacramento,aut in uictu iste uisibilis,ad hoc tempus pertinet,quod appellauit hodie: non quia spiritalis cibus non est sempiternus, sed quia iste, qui quotidi- G nus dictus est in scripturis, siue in strepitu sermonis,siue quibusque tẽporalibus signis exhibetur animæ, quæ omnia tunc utique Esa.54. non erunt, cum omnes erunt docibiles deo, Ioan.6. & ipsam ineffabilem lucem ueritatis, non motu corporum significantes, sed puritate mentis haurientes. Nam fortasse & propte- Panis. rea panis dictus est, non potus: quia panis frangendo atque mandendo, in alimentum conuertitur, sicut scripturæ aperiendo & dis- Potus. serẽdo animam pascunt: potus uero paratus, sicuti est,tansit in corpus, ut isto tempore panis sit ueritas, cum quotidianus panis dicitur: tunc autem potus,cum nullo labore disputandi & sermocinandi, quasi fragendi atque mandendi,opus erit,sed solo haustu synceræ & perspicuæ ueritatis. Et peccata nunc nobis dimittuntur, & nunc dimittimus, quæ harum quatuor reliquarum secunda petitio est. Tunc autem nulla erit uenia peccatorum, quia peccata & tentationes temporalem istam uitam infestant. Non autem erunt, cum perfectum fuerit quod dictum est, Abscondes eos in abdito uultus tui,Et Psal.30. malum, à quo liberari optamus, & ipsa libe H ratio à malo ad hanc utique uitam pertinet, quam & iustitia dei mortalem meruimus,& unde ipsius misericordia liberabimur. Vi- Ca.18. detur etiam mihi septenarius iste numerus harum petitionum, congruere illi septenario numero, ex quo totus iste sermo manauit. Si enim timor dei est, quo beati sunt pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, petamus ut sanctificetur in hominibus nomen dei, timore casto permanente in secula seculorum. Si pietas est, qua beati sunt mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram, petamus ut ueniat regnum eius, siue in nosipsos, ut mitescamus, nec ei resistamus: siue de cœlo in terras in claritate aduentus domini, quo nos gaudebimus & lætabimur, dicente illo, Ve Mat.25. nite benedicti patris mei,percipite regnum. Psal.33. In domino, inquit Propheta, laudabitur anima

anima mea, audiant mansueti, & iocundentur. Si scientia est,qua beati sunt qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur: oremus ut fiat uoluntas eius,sicut in cœlo & in terra, quia cum corpus tanquam terra, spiritui tãquam cœlo summa & tota pace consenserit, non lugebimus:nam nullus alius huius temporis I luctus est, nisi cum aduersus se ista conflig- Rom.7. unt & cogũt nos dicere, Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & luctum nostrum lachrymosa uoce testari, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Si fortitudo est, qua beati sunt qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, oremus ut panis noster quotidianus detur nobis hodie, quo fulti atque sustentati, ad plenissimam illam saturitatem uenire possimus. Si consilium est, quo beati sunt misericordes, quoniam ipsorum miserebitur deus,dimittamus debita debitoribus nostris, & oremus ut nobis nostra dimittantur.Si intellectus est,quo beati sunt mundi corde, quoniam ipsi deum uidebunt, oremus non induci in tentationem: ne habeamus duplex cor, non appetendo simplex bonum, quo referamus omnia quæ operamur, sed simul temporalia & terrena sectando. Tentationes enim ex his rebus quæ graues & calamitosæ uidentur hominibus, non in nos ualent,si non ualeant illæ, quæ blanditijs earum rerum accidunt, quas homines bonas & lætabundas putant. Si sapientia est, qua beati sunt pacifici, quo K niam ipsi filij dei uocabuntur, oremus ut liberemur à malo: ipsa enim liberatio liberos nos facit, id est filios dei, vt spiritu adoRom.8. ptionis clamemus Abba pater. Sanè non Gala.4. negligenter prætereundum est, quòd ex omnibus ijs sententijs, quibus nos orare dominus præcepit, eam potissimum commendandam esse iudicauit, quæ pertinet ad dimissionem peccatorum: in qua nos misericordes esse uoluit, quod unum est consilium miserias euadendi. Nulla enim alia sententia sic oramus, ut quasi paciscamur cum domino: dicimus enim, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus. In qua pactione si mentimur, totius orationis nullus erit fructus. Sic enim dicit, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & uobis pa-Matt.6. ter uester qui in cœlis est peccata uestra. Si autem non dimiseritis hominibus, neque pater uester dimittet uobis delicta uestra.

Cap.19. Sequitur de ieiunio præceptum, pertinens ad eandem cordis mundationem, de qua nunc agitur. Nam & in hoc opere cauendum est, ne surrepat aliqua ostentatio & appetitus laudis humanæ, qui duplicet cor nostrum, & non sinat mundum & simplex esse ad intelligendum deum. Cum autem ieiunatis,inquit, nolite fieri sicut hypocritæ tri L stes: Exterminãt enim uultum suum ut ui- Matt.6. deantur hominibus ieiunantes. Amen dico uobis perceperunt mercedem suam. Vos aũt ieiunantes ungite capita uestra, & facies uestras lauate ne uideamini hominibus ieiunantes, sed patri uestro qui est in abscondito: & pater uester qui uidet in abscondito, reddet uobis. Manifestum est his præceptis omnem nostram intentionem in interiora gaudia dirigi, ne foris quærentes mercedem, huic seculo conformemur, & amittamus professionem tanto solidioris atque firmioris, quanto interioris beatitudinis, qua nos elegit deus conformes fieri imaginis filij sui. In hoc autem capitulo maxime aduertendũ est, nõ in solo rerum corporearum nitore atque popa,sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam: & eo periculosiorem, quo sub nomine seruitutis dei decipit. Qui ergo immoderato cultu corporis atque uestitu, vel cæterarum rerum nitore præfulget,facile conuincitur rebus ipsis, põparum seculi esse sectator,nec quenquam fallit dolosa imagine sanctitatis. Qui autem in profe- M ssione Christianitatis inusitato squalore ac sordibus intentos in se oculos hominum facit,cum id uoluntate faciat, non necessitate patiatur, cæteris eius operibus potest conijci,utrum hoc contemptu superflui cultus,an ambitione aliqua faciat:q̃a & sub ouina pelle cauendos lupos dñs præcipit, Sed ex fructibus,inquit,eorum cognoscetis eos. Cum enim cœperint aliquibus tentationibus ea ipsa scilicet illis subtrahi uel negari,quæ isto uelamine cõsecuti sunt, uel consequi cupiũt, tunc necesse est ut appareat, utrum lupus in ouina pelle sit,an ouis in sua. Non.n.propterea ornatu superfluo debet aspectus hominũ mulcere Christianus,quia illum parcum habitum ac necessarium,etiam simulatores sæpius usurpant,ut incautos decipiant. quia & illæ oues non debent pelles suas deponere, si aliquando eis lupi se contegant. Quæri ergo solet quid sit quod ait, Vos autem cum Ca.20. ieiunatis, ungite capita uestra: & reliqua. Non enim recte quisquam præceperit, quãuis facié quotidiana consuetudine lauemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnctis etiam capitibus,cũ ieiunamus, nos esse debere. Quod si turpissimũ oẽs fatẽtur, intelligendum est hoc præceptũ vngendi caput,& faciem lauandi,ad interiorem hominẽ pertinere. Vngere ergo caput ad lætitiã pertinet,lauare autem faciem ad munditiã: & ideo caput vngit, qui lætatur interius & mente atq; ratione. Hoc.n.recte accipimus caput,quod in anima præeminet,& quo cætera hominis regi & gubernari manifestum est. Et hoc facit qui non foris quærit lætitiam,vt de laudibus hominũ carnaliter gaudeat. Caro aũt,quæ subiecta esse debet, nullo modo est totius naturæ humanæ caput. Nemo quidem vnquã carnẽ suam odio habuit, sicut Apostolus dicit, cũ de diligenda vxore præcipit, sed caput mulieris vir, cui viro caput est Christus. Interius ergo gaudeat in ieiunio suo, eoipso quo sic se ieiunãdo auertit à voluptate seculi, vt sit subditus Christo,qui secundum hoc præceptũ caput vnctum habere desiderat, Ita.n.& faciem lauabit.i.cor mundabit,quo visurus est deum, non interposito velamine ꝓp infirmitatem contractam de sordibus:sed firmus & stabilis, quoniam mundus & simplex. Lauamini, inquit, mundi estote, auferte nequitias ab animis vestris, atq; à conspectu oculorũ meorum. Ab his igitur sordibus facies nostra lauanda est, quibus dei aspectus offenditur. Nos.n.reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginẽ trãsformabimur. Sæpe etiam cognitio necessariarum rerum ad istam vitam pertinẽtium sauciat, & sordidat interiorem oculũ nostrũ: & plerunq; cor duplicat, vt ea quæ videmur cum hominibus recte facere, non eo corde faciamus,quo dñs præcipit.i.quia eos diligimus, sed quia commodum ab eis aliquod ꝓpter necessitatem præsentis vitæ adipisci volumus. Debemus ergo benefacere illis ꝓpter salutem ipsorum æternam, non propter tẽporale commodum nostrum. Inclinet ergo deus cor nostrum,in testimonia sua,& non in emolumentum. Finis.n.præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona,& fide non ficta. Qui autem propter suam in hac vita necessitatem fratri consuluit, non vtique charitati consulit:quia non illi, quẽ debet tanquam seipsum diligere,sed sibi cõsulit, uel potius nec sibi: quandoquidem hinc sibi facit duplex cor, quo impeditur ad videndum deum: in qua sola visione est beatitudo certa atq; perpetua. Recte ergo sequitur,& præcipit,qui mundando cordi nostro instat, dicens, Nolite vobis condere thesauros in terra, vbi erugo & tinea exterminãt. Et reliqua. Ergo si in terra erit cor.i.si eo corde quisq; operetur aliquid, vt terrenum commodum adipiscatur,qũo erit mundum cor, quod in terra volutatur? Si autem in cœlo, mundum erit, quia munda sunt quæcunq; cœlestia: sordescit enim aliquid, cum inferiori miscetur naturæ quanuis in suo genere non sordidæ: Quia etiam de puro argẽto sordidatur aurum,si misceatur:ita & animus noster terrenorum cupiditate sordescit,quanuis ista ipsa terra in suo genere atq; ordine munda sit. Cœlum autem in hoc loco non corporeum accipimus, quia omne corpus pro terra habendum est. Totum enim mundum debet contemnere, qui sibi thesaurizat in cœlo, de quo dictum est, Cœlum cœli domino,id est in firmamẽto spiritali. Non enim in eo quod transiet, constituere & collocare debemus thesaurũ nostrum & cor nostrum, sed in eo quod semper permanet. Cœlum autem & terra transibunt. Et hic manifestat de mundando corde se cuncta ista præcipere, cum dicit, Lucerna corporis tui oculus tuus est. Si ergo oculus tuus simplex fuerit,totum corpus tuum lucidum fuerit: Et reliqua. Qui locus sic intelligendus est, vt nouerimus omnia opera nostra tunc esse munda, & placere in cõspectu dei, si fiant simplici corde.i.intentione superna,fine illo charitatis: qa & plenitudo legis charitas. Oculum ergo hic accipere debemus ipsam intẽtionẽ,qua facimus, quicquid facimus.quæ si munda fuerit & recta,& illud aspiciens quod aspiciendum est, omnia opera nostra, quæ scẽm eam operamur,necesse est bona sint. Quæ omnia opa totum corpus appellauit: ꝙ & Apostolus membra nostra dicit quædam opera: quę improbat, & mortificanda præcepit dicens, Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram,fornicationem, immunditiam,auaritiam,& cætera talia. Non ergo quid quisque faciat,sed quo animo faciat, considerandum est. Hoc est.n.lumen in nobis,quia hoc nobis manifestum est bono animo nos facere quod facimus: omne enim quod manifestatur,lumen est. Nam ipsa facta, quæ ad hominum societatem à nobis procedunt,incertum habent exitum:& ideo tenebras eas vocauit. Non enim noui,cum pecuniã porrigo indigenti & petẽti, qd inde aut facturus sit,

A Vngere caput.

Eph. 5. 1.Co.11.

Faciem lauare.

Esai. 1.

B

2.Co.3.

Psa.118

1.Tim.1

C

D

Mat.24

Ro.13.

Aurum de puro argento sordidatur.

Oculus, intentio.

Colo.3.

pſa.113

E sit, aut passurus: & fieri potest vt vel faciet ea, vel propter eam patiatur aliquid mali,quod ego cũ darẽ,non euenire voluerim, neq; hoc animo dederim. Itaq; si bono animo feci,quod mihi cum facerem,notũ erat, & ideo lumen vocatur: illuminatur etiam factum meum,qualemcunq; exitum habuerit: qui exitus quoniam incertus & ignotus est,tenebræ appellatæ sunt, Si autẽ malo animo feci, etiam ipsum lumen tenebræ sunt.

Lumen. Lumen.n.dicitur, quia nouit quisque quo animo faciat,etiam cũ malo animo facit:sed ipsum lumen tenebræ sunt, quia non in superna dirigitur simplex intentio, sed ad inferiora declinatur,& duplici corde quasi vmbram facit. Si ergo lumen,quod in te est,tenebræ sunt,ipsæ tenebræ quantæ sunt? Hoc est, si ipsa cordis intentio, qua facis quod facis,quæ tibi nota est, sordidatur appetitu rerum terrenarum & temporalium,atq; cæcatur,quanto magis ipsum factum,cuius incertus est exitus, sordidum & tenebrosum est? quia & si bene alicui preueniat, quod tu non recta & munda intentione facis,quomõ

F tu feceris,tibi imputatur, non quomodo illi

Cap.22. prouenerit. Quod autem sequitur & dicit, Nemo potest duobus dominis seruire: ad hanc ipsam intentionem referendum est: quod consequenter exponit,dicens, Aut.n. vnum odio habebit, & alterum diliget: aut alterum patietur, & alterum contemnet. Quæ verba diligenter consideranda sunt: nam qui sint duo domini,deinceps ostendit, cum dicit, Non potestis deo seruire & Mãmonæ. Mammona apud Hebræos diuitiæ appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomen: nam lucrum punice mãmon dicitur. Sed qui seruit mammonæ,illi vtiq; seruit, qui rebus istis terrenis merito suæ peruersitatis prępositus, magistratus huius seculi à dño dicitur. Aut.n.vnũ odio habebit, & alterum diliget homo.i.deum: aut alterum patietur,& alterum contemnet. Patietur.n.durum & pernicioſum dominum,ꝙs quis seruit mammonæ: sua enim cupiditate implicatus, subditur diabolo: & non eum diligit,quis enim est qui diligat diabolum? sed tamen patitur. Sic in maiore aliqua domo,qui ancillæ alienæ coniunctus est, propter cupiditatem suam duram patitur seruitutem,etiam si non diligat eum,cuius ancillam diligit. Alterum autem contemnet,di-

G cit,non odio habebit. Nullius.n.ferè conscì-

1.Re.19 entia deũ odisse potest: cõtemnit autẽ.i.nõ timet eum, qui quasi de eius bonitate securus est. Ab hac negligentia & pernicioſa securitate reuocat nos spiritusſanctus cum p Prophetam dicit, Fili ne adijcias peccatũ su per pctũ,& dicas, Miseratio dei magna est. Ignoras quia patiẽtia dei ad pœnitẽtiã te in uitat? Cuius.n.tanta misericordia cõmẽdari potest,ꝙ eius qui omnia donat peccata cõuersis:& oleastrum facit participem pinguedinis oliuæ? Et cuius tanta seueritas, ꝙ eius qui naturalibus ramis non pepercit,sed propter infidelitatem fregit illos? Sed quisquis vult diligere deum,& cauere ne offendat,nõ se arbitretur duobus dominis posse seruire, & intentionem cordis sui rectam, ab omni duplicitate explicet. Ita enim sentiẽs de deo in bonitate, & in simplicitate cordis quærit illũ. Ideo,inquit, dico vobis,nõ habere solicitudinem animæ vestræ quid edatis,neque corpori vestro quid induatis. Ne forte,ꝙis iam superflua non quęrantur, propter ipsa necessaria cor duplicetur:& ad ipsa cõquirẽda nostra detorqueatur intentio,cũ aliquid quasi misericorditer operamur.i. vt cũ cõ- H fulere alij videri volumus,nostrum emolumentum ibi potius,ꝙ illius vtilitatem attendamus, & ideo nobis non videamur peccare,quia non superflua, sed necessaria sunt ꝙ consequi volumus. Dñs autem admonet,vt meminerimus multo amplius nobis deum dedisse, quando nos fecit & composuit ex anima & corpore, ꝙ est alimentum atq; tegumentum,quorum cura nos duplicare cor non vult. Nonne, inquit,anima plus est ꝙ esca? Vt tu intelligas eum,qui dedit animã, multo facilius escam esse daturum:& corpus ꝙ vestimentũ.i.plus est: vt similiter intelligas,eum qui corpus dedit,multo facilius daturum esse vestimentum. Quo loco quæri solet,vtrum & animam cibus iste pertineat, cũ anima incorporea sit,iste autẽ cibus corporeus. Sed animã hoc loco pro ista vita positam nouerimus,cuius retinaculũ est alimẽtum istud corporeum. Secundũ hanc significationẽ dictum est etiam illud, Qui amat animã suã, perdet illam. Quod nisi de hac uita accepimus, quã oportet pro regno dei perdere,qđ potuisse martyres claruit, cõtrariũ hoc præceptũ erit illi sententiæ, qua dictũ est. Quid prodest homini,si totum mũdum lucretur,animę autem suæ detrimẽtũ I faciat? Respicite, inquit volatilia cœli,qm̃ nõ serũt,neq; metũt,neq; cõgregãt in horrea,& pater vester cœlestis pascit illa. Nõn-

Wãm onæ.

Sapiẽ.1.

Ioan.12

Mat.16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne uos pluris estis illis.i.carius vos valetis? Quia utiq; rõnale animal, sicuti est hõ, sublimius ordinatũ est in rerũ natura, quàm ir
Ca. 23. rationabilia, sicut sunt aues. Quis aũt uestrum curans, inquit, põt adijcere ad staturam suam cubitũ unum? Et de uestimento quid soliciti estis? id est, cuius potestate atq; dominatu factum est, vt ad hanc staturam corpus vestrũ produceretur, eius prouidentia etiam vestiri potest. Non autẽ vestra cura factũ esse, vt ad hãc staturã veniret corpus vestrum, ex hoc intelligi potest, quòd si curetis, & velitis adijcere vnũ cubitũ huic staturæ, nõ potestis. Illi ergo iam tegendi corporis curam relinquite, cuius videtis cura factũ esse, vt tantæ staturæ corpus habeatis. Dandũ aũt erat etiã documentũ ꝓp vestimentũ, sicut datũ est ꝓp alimentũ. Itaq; sequitur & dicit, Cõsiderate lilia agri quõ crescũt. nõ laborant neq; nent: & reliqua vsque, Quanto ergo vos modicæ fidei? Sed
K ista documẽta nõ sic allegorice discutienda
Luc. 18. sunt, vt quæramus quid significent aues cœli, aut lilia agri. Posita sunt. n vt de rebus minoribus maiora ꝑsuaderent: sicuti illud est de iudice, qui nec deũ timebat, nec hominem reuerebat: & tamen sæpe interpellanti uiduæ cessit, vt eius causam cõsideraret: nõ ꝓp pietatẽ aut humanitatẽ, sed ne tædiũ pateretur. Nõ. n. vllo mõ ille iniustus iudex personã dñi allegorice sustinet, sed tamen quantum deus, qui bonus est & iustus, curet deprecantes se hinc conijci dñs voluit: quia nec iniustus hõ eos, qui illum assiduis precibus tundunt, vel propter tædiũ deuitã dũ, potest cõtemnere. Nolite ergo, inquit, soliciti esse dicentes; Quid edemus, aut quid bibemus? & reliqua. Hic manifestissime oñdit, non hæc esse appetenda, tanquã talia bona nostra, vt propterea ipsa debeamus bene facere, si quid facimus, sed tamen esse necessaria. Quid. n. interſit inter bonũ quod appetendũ est, & necessariũ quod sumendũ est, hac sententia declarauit, cũ ait, Quærite primum regnum dei & iustitiam eius, & hæc omnia apponentur uobis. Regnũ ergo & iustitia dei bonũ nostrũ est: & hoc appetendũ, & ibi finis constituẽdus, propter qđ
L omnia facimus quæcunq; facimus. Sed qa in hac vita militamus, vt ad illud regnum peruenire possimus, quæ uita sine his necessarijs agi non põt: Apponentur uobis hæc, inquit, sed uos regnum dei & iustitiam eius primum quærite. Cum. n. dicit illud primũ, significauit ꝙ hoc posterius quærendũ est, non tempore, sed dignitate. Illud tanquam bonũ nostrum, hoc tanquã necessariũ nostrũ: necessariũ aũt propter illud bonũ. Neque. n. verbi gratia, ideo debemus euangelizare, vt manducemus: sed ideo manducare, vt euangelizemus: nã si propterea euangelizamus, vt mãducemus, vilius habemus euãgeliũ quàm cibum: & erit iam bonum nostrũ in manducando, necessarium autem in euangelizando. Quod enim Apostolus ꝓhibet, cũ dicit, licere sibi quidem, & permissum esse à dño, vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant. i. de Euangelio habeant ea quæ huic vitæ sunt necessaria: sed tamẽ se nõ esse abusum hac ptãte. Erant. n. multi, qui occasionẽ habere cupiebãt acquirendi & uendẽdi Euãgeliũ, quibus eam volẽs amputare, Apostolus manibus victũ suum tolerauit. De his. n. alio loco dicit, Vt amputem occasionem, ijs qui quærunt occasionem. Quanquã etiã si vt cæteri boni A-
postoli permissu domini de Euangelio uiueret, nõ in eo victu constitueret finem euangelizandi, sed magis ipsius victus sui finem in Euangelio collocaret. i. vt superius dixi, non ideo euangelizaret, vt peruenire ad cibum, & si qua sunt alia necessaria: sed ideo ista sumeret, vt illud impleret, ne nõ volẽs, sed ; necessitate euangelizaret. Hoc enim improbat, cũ dicit, Nescitis quoniam qui in templo operantur, quæ de tẽplo sunt edũt: i. Co. 9.
& qui altario deseruiunt, altario compartiũtur? Sic & dominus ordinauit ijs qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere: ego aũt nullius horũ vsus sum. Hic ostendit permissum esse, non iussum: alioquin cõtra præceptũ domini feciſſe tenebit: Deinde sequitur & dicit, Non aũt scripsi hæc, vt ita fiãt in me. Bonũ est mihi magis mori, q̃ gloriã meam quisq; inanem faciat. Hoc dixit, quia iam statuerat ꝓp quosdam occasiones quærentes manibus suis victum transigere. Si. n. euangelizauero, inquit, nõ est mihi gloria: id est, si euangelizauero, vt ista fiant in me: id est, si propterea euangelizauero, vt ad illa perueniam, & finẽ euangelij A
in cibo & potu & vestitu collocauero. Sed q̃re non est ei gloria? Necessitas enim, inquit, mihi incumbit. i. vt ideo euangelizem, quia vnde uiuam non habeo, aut vt acquiram tẽporalem fructũ de prædicatione eternorũ. Sic. n. iam necessitas erit in Euãgelio non voluntas. Væ enim mihi est, inquit, si non

nõ euangelizauero: scilicet qm̃ debet euãgelizare sic, vt in ipso Euangelio & in regno dei ponat mercedem: ita enim potest nõ coactus euangelizare, sed volens. Si enim volens, inquit, hoc facio, mercedem habeo. Si aũt inuitus, hæc dispensatio mihi credita est: id est, si coactus inopia earũ rerũ, q̃ tẽporali vitæ sunt necessariæ prædico Euãgeliũ, alij per me habebũt mercedẽ Euangelij, qui Euangelium ipsum me prædicante diligũt: ego aũt non habebo, quia non ipsum Euangelium diligo, sed eius pretiũ in illis tẽporalibus constitutũ. Qđ nefas est fieri, vt non tanquam filius ministret quisq; Euãgeliũ, sed tanquam seruus cui dispensatio credita est: vt tanquã alienũ eroget, nihil inde ipse
B accipiat præter cibaria, q̃ non de participatione regni, sed ad sustentaculũ miseræ seruitutis dantur extrinsecus. Quanquam alio loco dispensatorem se dicat, Potest. n. & seruus in filiorũ numerũ adoptatus, eam rem in qua cohæredis sortẽ meruit, fideliter dispẽsare participibus suis. Sed nũc vbi ait, Si aũt inuitus, hæc dispensatio mihi tũc credita est: talem dispensatorẽ intelligi voluit, qui alienum dispensat vnde ipse nihil accipit.
Ca. 25. Ergo quæcunq; res propter aliud aliquid quæritur, sine dubio inferior est, q̃ id ꝓpter quod quæritur: & ideo illud primũ est ꝓp quod istam rem quæris: non ista res quam propter aliud queris. Quapropter si Euangeliũ & regnum dei propter cibum quærimus, priorem facimus cibum & posterius Euangelium. i. regnũ dei: ita vt si non desit cibus, non quæramus regnum dei. Hoc est ergo primum q̃rere cibũ, & deinde regnum dei. i. hoc priore loco ponere, illud posteriore. Si autem ideo quæramus cibũ vt habeamus regnum dei, facimus quod dictum est, Quærite primũ regnũ dei & iustitiã eius, & hæc omnia apponentur vobis. Quærẽti-
C bus. n. primũ regnũ dei & iustitiam eius. i. hæc præponentibus cæteris rebus, vt ꝓpter hæc cætera quæramus, non debet subesse solicitudo ne illa desint, q̃ huic vitæ propter regnum dei sunt necessaria. Dixit enim superius, Scit pater vester ꝙ horũ omniũ indigetis. Et ideo cũ dixisset, Quærite primũ regnum dei & iustitiã eius: non dixit, de ista quærite, quanuis sint necessaria: sed ait, hæc omnia apponentur vobis. i. cõsequẽtur, si illa quæratis, sine vllo vestro impedimẽto: ne cum ista quæratis illinc auertamini: aut ne duos fines constituatis, vt & regnum dei propter se appetatis & ista necessaria, sed hæc potius propter illud. Ita vobis non deerunt, quia duobus dominis seruire non po- Quis
testis. Duobus aũt dominis seruire conatur, duobus
qui & regnum dei pro magno bono appe- dñis ser
tit, & hæc omnia temporalia. Non poterit uit.
aũt simplicem habere oculũ & vni dño seruire, nisi quæcunq; sunt cætera, si sunt necessaria, propter hoc vnũ assumat. i. propter regnũ dei. Sicut autẽ omnes militantes accipiunt annonã & stipendiũ, sic omnes euangelizantes accipiunt victum & tegumentũ. Sed non omnes propter salutem reipublicæ militant, sed propter illa quæ accipiunt: sic & non omnes ꝓp salutem Ecclesiæ ministrant deo, sed propter hæc temporalia, quæ tanquã annonã & stipendia cõsequãtur, aut D
ꝓp hoc & ꝓpter illud. Sed supra iã dictum est, Nõ potestis duobus dñis seruire. Ergo simplici corde tm̃modo propter regnum dei debemus operari bonum ad omnes. Nõ aũt in hac operatione, vel solam, vel cum regno dei mercedem temporalem cogitare, quorũ omnium temporalium nomine crastinum posuit dicens, Nolite cogitare de crastino. Crasti-
Non enim dicitur crastinus dies, nisi in tẽ- nus dies
pore vbi præterito succedit futurum. Ergo cum aliquid boni operamur, nõ temporalia sed æterna cogitemus, tunc erit illud bonum & perfectum opus. Crastinus enim dies, inquit, solicitus erit sibi ipsi. i. vt cum oportuerit sumas cibum vel potũ vel indumẽtũ, eũ ipsa. s. necessitas vrgere cœperit. Aderunt enim hæc, quia nouit pater vester ꝙ horum 1. Retra
omnium indigeatis. Sufficit enim, inquit, di- 19.
ei malitia sua. i. sufficit quod sumere vrgebit necessitas ipsa, Quam propterea malitiam nominatam arbitror, quia penalis est nobis. Pertinet enim ad hanc fragilitatem & mortalitatem quam peccando meruimus. Huic ergo pœnæ temporalis necessitatis noli ad- E
dere aliquid grauius, vt non solum patiaris harũ rerum indigentiam, sed etiam propter hanc explendam milites deo, Hoc autem Ca. 26.
loco vehementer cauendum est, ne forte eũ viderimus aliquem seruum dei prouidere ne ista necessaria desint, vel sibi, vel eis quorum sibi cura commissa est, iudicemus eum contra præceptum domini facere & de crastino esse solicitũ. Nam & ipse dñs, cui ministrabant angeli, tamen propter exemplum, Matt. 4.
ne quis postea scandalum pateretur, cum aliquẽ seruorũ eius animaduertisset ista necessaria ꝓcurare, loculos habere dignatus est

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum pecunia, vnde vsibus necessarijs quicquid opus fuisset præberetur: quorũ loculorũ custos, & fur, sicut scriptũ est, Iudas fuit, qui eũ tradidit. Sicut & Apostolus Paulus põt videri de crastino cogitasse, cũ dicit, De collectis autem in sanctos, sicut ordinaui Ecclesijs Galatiæ, ita & uos facite: secundũ vnã sabbati vnusquisq; vestrũ apud se ponat thesaurizans, qđ sibi placuerit. vt nõ cũ venero, tũc collectæ fiant. Cũ aũt aduenero, quoscũq; approbaueritis per Epistolas, hos mittã pferre gratiã vestrã in Hierusalẽ, Quod si dignũ fuerit vt ego eam, mecũ ibunt. Veniam aũt ad vos, cũ Macedoniam transiero, nam Macedoniã pertrãsibo: apud vos aũt forsitan remanebo: vel etiam hyemabo, vt vos me deducatis quocunq; iero. Nolo aũt vos nunc in transitu uidere. spero.n.me aliquod tẽporis manere apud vos, si permiserit dñs. Permanebo autẽ Ephesi vsq; ad Pentecosten. Item in Actibus Apostolorũ scriptum est, ea quæ ad victum sunt necessaria, procurata esse in futurũ propter imminentẽ fame. Sic enim legimus, In illis diebus descenderunt ab Hierosolymis Prophetæ Antiochiã, eratq; magna exultatio. Congregatis aũt nobis, surgens vnus ex illis, nomine Agabus, significauit per spiritũ, famem magnam futuram in vniuerso orbe, quæ & facta est sub Claudio Cæsare. Descendentium autem vt quisq; abũdabat, statuerunt vnusquisq; eorum in ministerium mittere presbyteris habitantibus in Iudæa fratribus, & miserunt per manus Barnabæ & Sauli. Et quia nauigãti eidem Apostolo Paulo imposita sunt vtensilia, quæ offerebantur, non ad vnum tantum diem videtur victus esse procuratus. Et quod idẽ scripsit, Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis bonũ, vt habeat vnde tribuat cui opus est qđ bonum est, Male intelligẽtibus nõ videtur seruare præceptũ dñi, quo ait, Respicite, inqt, volatilia cœli, qm̃ non serunt neq; metunt, neq; congregãt in horrea: & cõsiderate lilia agri qũo crescunt, non laborant neq; nent: cum istis pcipit vt laborent, operantes manibus suis, ita vt habeãt qđ etiã alijs possint tribuere: & qđ sæpe de seipso dicit, qđ manibus operatus est, ne quẽ grauaret. Et de illo scriptum est, q̃ coniunxerit se Aquilæ propter artis similitudinẽ, ut simul operarẽtur vnde victũ trãsigerent, nõ videtur imitatus aues cœli & lilia agri. His & huiusmodi scripturarum locis, satis apparet dũm nr̃m nõ hoc improbare, si quis humano more ista procuret: sed si quis propter ista deo militet, vt in operibus suis nõ regnum dei, sed iustorum inquisitionẽ intueatur. Ad hanc ergo regulã hoc totum præceptũ dirigitur, vt etiam in istorũ prouisione regnũ dei cogitemus, in militia vero regni dei ista non cogitemus. Ista.n.etiam si aliqñ defuerint, quod plerunq; propter exercitationẽ nostrã deus finit, non solũ nõ debilitant, p̃positũ nostrum, sed etiam examinatũ probatum q̃; confirmant. Gloriamur.n. inquit, in tribulationibus, scientes q̃ tribulatio patiẽtiam operatur, patientia autem probationẽ, probatio autem spem, spes vero non confundit. quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, quia datus est nobis. In commemoratione autem tribulationum ac laborũ suorũ idẽ Apostolus non tantum in carceribus & naufragijs, atq; huiusmodi molestijs, sed etiã fame & siti, in frigore & nuditate se laborasse commemorat. Quod cũ legimus, nõ æstimemus deũ promisso titubasse, vt famem ac sitim & nuditatem pateret. Apostolus, quærẽs regnũ & iustitiam dei, cũ dictũ sit nobis, Quærite primum regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Quandoquidem ista sicut adiutoria nouit ille medicus, cui semel nos totos commisimus, & à quo habemus promissionem vitæ præsentis & futurę, qñ apponat, qñ detrahat, sicut nobis iudicat expedire: quos cõsolando & exercendo in hac vita, & post hanc vitam in perpetua requie stabiliẽdos atq; firmãdos gubernat ac dirigit. Nõ.n. & homo, cum plerunque iumento suo cibaria detrahit, deserit illud cura sua, ac non potius curando hæc facit. Et qm̃ cum ista vel procurantur in futurũ, vel si causa non est quare illa impendas, reseruãtur, incertũ est, quo animo fiãt: cũ possint simplici corde fieri & duplici, opportune hoc loco subiecit, Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis. In quo.n. iudicio iudicaueritis, iudicabitur de uobis: & in quæ mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Hoc loco nihil aliud nobis pcipi existimo, nisi vt ea facta, quæ dubiũ est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. Quod.n. scriptum est, Ex fructibus eorum cognoscetis eos: de manifestis dictũ est quæ non põt bono animo fieri: sicut sunt stupra, vel blasphemiæ, vel furta, vel ebriositas: &

Ioã. 12.
Act. 11.
Act.
Eph. 4. G
1. The. 2
2. Thes. 3.
Act. 18

Ca. 27. H
Rom. 5.
2. Ca. 11. I
Ca. 28.
Matt. 7.
Ibidem.

si qua sunt alia de quibus nobis iudicare permittitur, dicente Apostolo. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de ijs qui intus sunt vos iudicatis? De genere aũt ciborũ, quia põt bono animo & simplici corde sine vitio cõcupiscentiæ, quicunque humani cibi indifferenter sumi, prohibet idẽ Apostolus iudicari eos, qui carnibus K vescebantur & vinum bibebant, ab eis qui Ro. 14. se ab huiusmodi alimentis tẽperabant, Qui mãducat, inqt, nõ mãducantẽ nõ spernat: & qui nõ manducat, manducantẽ non iudicet. Ibi etiam ait. Tu quis es qui iudicas alienum seruũ? dño suo stat, aut cadit. De talibus.n. rebus, quæ põt bono animo & simplici & magnanimo fieri, quãuis etiam possint nõ bono, volebant illi cũ homines essent in occulta cordis ferre sententiã, de quibus solus deus iudicat. Ad hoc pertinet etiã illud quod alio loco dicit, Nolite ante tempus iu- 1. Co. 4. dicare, quo vsq; veniat dñs, qui & illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit cogitationes cordis: & tunc laus erit vnicuique à deo. Sunt ergo quædã facta media q̃ ignoramus quo animo fiãt, quia & bono & malo fieri põt de quibus temerariũ est iudicare, maxime vt condemnemus. Horũ aũt veniet tempus vt iudicentur, cum dominus illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit cogitationes cordis. Item alio loco 1. Ti. 5. dicit Apostolus, Quorundã aũt hominum peccata manifesta sunt pcedentia ad iudicium, quædã aũt & subsequuntur. Manifesta ea dicit, de quibus clarum est quo animo fiant. Hæc pcedunt ad iudicium: id est, quia L si fuerit ista subsecutum iudicium, non est temerarium. Subsequuntur aũt illa quæ occulta sunt, quæ nec ipsa latebũt tẽpore suo. Sic & de bonis factis intelligendũ est. Nam ita subiunxit: similiter & facta bona manifesta sunt, & q̃cunq; aliter se habent abscondi non põt. De manifestis ergo iudicemus, de occultis vero deo iudicium relinquamus: quia & ipsa abscondi non põt, siue mala sue bona, cũ tempus aduenerit quo manifestentur. Duo sunt aũt in quibus temerariũ iudicium cauere debemus: cũ incertum est quo animo quidq; factum fuerit: vel cum incertum sit qualis futurus sit, qui ac vel bonus vel malus apparet. Si ergo quispiam, verbi gratia, cõquẽtus de stomacho ieiunare noluit: & tu id nõ credẽs edacitatis vitio tribueris, temere iudicabis. Itẽ si manifestã edacitatẽ ebriositatemq; cognoueris, & ita reprehenderis quasi nunquam illa posit corrigi atq; mutari, nihilominus temere iudicabis. Nõ ergo reprehendamus ea quæ nescimus quo animo fiãt: neq; ita reprehẽdamus q̃ manifesta sunt, vt desperemus sanitatẽ. Euitabimus iudiciũ, de quo nũc dicit, Nolite iudicare ne iudicet de vobis. Potest aũt mouere qđ ait, In quo.n. M iudicio iudicaueritis, iudicabitur de vobis: Ca. 29. & in qua mensura mẽsi fueritis, remetietur vobis. Nunquid.n. si nos in iudicio temerario iudicauerimus, temere ẽt de nobis deus iudicabit? Aut nũquid si mẽsura iniqua mẽsi fuerimus, apud deum iniqua mensura est vnde nobis remetietur? Nã & mẽsuræ nomine ipsum iudiciũ significatum arbitror. Nullo modo deus vel temere iudicat, vel iniqua mensura cuiquã rependit. Sed hoc dictum est, qm̃ temeritas qua punis alium, eadem ipsa te puniat necesse est. Nisi forte arbitrandũ est, q̃ iniquitas ei noceat aliquid in quem procedit, ei autẽ nihil à quo procedit: immo vero sæpe nihil nocet ei qui patitur iniuriã, ei aũt qui facit necesse est vt noceat. Quid.n. nocuit martyribus iniquitas persequẽtium? Ipsis aũt persecutoribus plurimũ, Quia etsi aliqui eorum correcti sunt, eo tamen tempore quo persequebãtur, excęcauit illos malitia eorum. Sic & temerariũ iudiciũ plerunq; nihil nocet ei de quo temere iudicatur, ei aũt qui temere iudicat ipsa temeritas necesse est vt noceat. Ista regula etiã illud dictũ arbitror, Omnis qui percusserit gladio, gladio morietur. Quãm multi.n. gladio percutiũt, nec tamen in gladio moriuntur, sicut neq; ipse Petrus. Sed ne istum dicere venia peccatorũ talem euasisse pœnã quis putet: quanquã nihil absurdius, quàm vt maiorem putet gladij pœnam esse potuisse, quæ Petro non accidit, q̃ crucis q̃ accidit, quid tamen de latronibus dicturus est, qui cum domino crucifixi sunt: quia & Luc. 23. ille qui meruit veniam, posteaquã crucifixus est meruit, & alter omnino nõ meruit? An forte omnes quos occiderant, crucifixerant, & pp̃ea hoc etiam ipsi pati meruerãt? Ridiculũ est hoc putare. Quid ergo aliud Qui gladio perdictum est, Omnis.n. qui in gladio percusserit, gladio morietur: nisi quia ipso peccato cusserit, anima moritur, quodcunq; cõmiserit? Et gladio quoniam de temerario, & iniquo iudicio morietur. hoc loco dñs monet: vult.n vt simplici corde, & in vnũ deũ intenti faciamus quæcunque facimus: & multa incertũ est quo animo

A

Iudiciũ temerarium.

Universidad de Diego Portales
Biblioteca

mo fiát de qbus iudicare temerariũ eſt,Maxime hi temere iudicant de incertis, & facile reprehendunt,qui magis amant vituperare & dánare, q̃ emendare atq; corrigere: quod vitiũ vel ſuperbiæ eſt,uel inuidentiæ.

Et conſequenter ſubiecit & dicit. Quid aũt
B vides feſtucam in oculo fratris tui, trabem autem in oculo tuo non vides? Vt ſi forte verbi gratia,ira ille peccauit, tu odio reprehendas. Quantũ aũt inter feſtucá & trabé, quaſi tantum inter iram diſtat & odium.

Odium. Odium.n.eſt ira inueterata, quaſi quæ vetuſtate ipſa tm̃ robur acceperit,vt merito appelletur trabes. Fieri aũt poteſt,vt ſi iraſcaris homini,velis eum corrigi. Si aũté oderis hominẽ,non potes eũ uelle corrigere. Q̃o enim dicis fratri tuo, Sine eijciam feſtucam de oculo tuo,& ecce trabes eſt in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo,& reliquaii.primo abs te expelle odiũ, deinde poteris iam eum quem diligis emendare. Et bene ait Hypocrita. Accuſare.n.vitia,officium eſt bonorum virorum & beneuolorum. Quod cum malefici agunt, alienas partes agunt: ſicut hypocritæ,qui tegũt ſub perſona quod ſunt,& oſtẽtant in perſona qđ nõ ſunt. Hypocritarũ ergo noie ſimulatores acceperis. Et eſt uere multũ cauendũ & moleſtũ ſimulatorum genus,qui cum omnium vitiorum accuſationes odio & liuore ſuſcipiant,etiam conſolatores videri ſe volunt. Et ideo pie cauteq̃ vigilandum
C eſt,vt cum aliquem reprehendere vel obiurgare nos neceſsitas coegerit,primum cogitemus vtrum tale ſit vitium quod nunquam habuimus,vel quo iam caruimus. Et ſi nunquam habuimus,cogitemus & nos homines eſſe,& habere potuiſſe. Si vero habuimus, & non habemus,tangat memoriam communis fragilitas,vt illam reprehenſionem aut obiurgationem non odium, ſed miſericordia præcedat: vt ſiue ad correctionem eius, propter quem id facimus, ſiue ad peruerſionem valuerit,nam incertus eſt exitus,non tũ de ſimplicitate oculi noſtri ſecuri ſimus. Si autem cogitantes noſmetipſos inuenerimus in eo eſſe vitio, in quo eſt ille quem reprehendere parabamus,non reprehendamus neq; obiurgemus,ſed tũ congemiſcamus: & non illum ad obtemperandum nobis, ſed ad pari-
1.Co.9. ter cauendũ inuitemus. Nã & illud qđ dicit Apoſtolus,Factus ſum Iudeis tanq̃ Iudæus vt Iudæos lucrifacerem. His qui ſub lege erant,quaſi ſub lege eſſem,cum non ſim ipſe ſub lege,vt eos qui ſub lege erant lucrifacerem: His q̃ ſine lege ſunt, quaſi ſine lege,cũ ſine lege dei non eſſem, ſed ſim in lege Xp̃i, ne lucrifacerem eos q̃ ſine lege ſunt. Factus ſum infirmis infirmus, vt infirmos lucrifacerem: omnibus omnia factus ſum,vt oẽs lucrifacerem: non vtiq; ſimulatione faciebat, quemadmodũ alij intelligi volunt, vt eorũ deteſtanda ſimulatio tanti exempli authoritate muniat: Sed hoc faciebat charitate,qua eius infirmitatẽ,cui volebat ſubuenire, tanquam ſuam cogitabat. Hoc.n.præſtruxit dicendo. Cũ n.liber ſim ex omnibus,me omniũ ſeruum feci,vt plures lucrifacerẽ. Qđ vt intelligas,non ſimulatione, ſed charitate fieri, qua infirmis hominibus tanquã nobis compatimur,ita monet alio loco, dicẽs,Vos Galat.5
in libertatem vocati eſtis fratres, tantum ne libertatem in occaſionem carnis detis, ſed per charitatem ſeruite inuicem. Quod fieri non poteſt,niſi alterius infirmitatem quiſq; habeat quaſi ſuam: vt eam æquanimiter ferat, donec ab ea liberetur ille,cuius curat ſalutem. Raro ergo & in magna neceſsitate obiurgationes adhibendæ ſunt:ita tamen vt etiam in hiſipſis nõ nobis,ſed dño vt ſeruiatur,inſtemus. Ipſe eſt.n.finis:vt nihil duplici corde faciamus,auferentes trabem de oculo noſtro inuidentiæ vel malitiæ vel ſimulationis,vt videamus eijcere feſtucam de oculo fratris. Videbimus.n.eam oculis colum- E
bæ,quales in ſponſa Chri prædicantur, quã 1.Ret.19.
ſibi elegit deus glorioſam eccleſiam non ha Epheſ.5.
bentem maculã neq; rugam.i.mundam & Cap.31.
ſimplicem. Sed q̃m poteſt nonnullos dei præceptis obtemperare cupientes, nomen ſimplicitatis decipere,vt ſic putent vitioſum eſſe aliq̃ uerum occultare, q̃o uitioſum eſt aliquando falſum dicere, atq; hoc modo aperiẽdo ea quæ hi quibus aperiuntur ſuſtinere non p̃nt, amplius noceant q̃ ſi ea penitus ſemperq; occultarent,rectiſsime ſubiungit:Nolite ſanctum dare canibus,neq; miſe- Matt.7.
ritis margaritas veſtras ante porcos, &c. Quia dñs quanuis nihil mẽtitus ſit, uera tñ
aliqua occultare ſe oſtendit dicens, Adhuc Ioã.16.
multa habeo vobis dicere,ſed adhuc non po 1.Cor.3.
teſtis illa portare. Et Apoſtolus, Non potui, ir[illegible]it,uobis loqui quaſi ſpiritalibus,ſed qua ſi carnalibus: tanquam paruulis in Chriſto lac vobis potu[illegible]dedi,non eſcam. Neq;.n.poteratis, ſed neque nunc poteſtis, Adhuc enim eſtis carnales. In hoc autem præcepto quo prohibemur ſanctum dare canibus,

&

& mittere ante porcos margaritas noſtras,
F diligenter quærendum eſt quid ſit ſanctum,
Sanctũ quid ſit. quid margaritæ,quid canes,quid porci. Sanctũ eſt, quod violare atq; corrũpere nephas eſt, cuius vtiq; ſceleris conatus & uoluntas tenetur rea: quanuis illud ſanctum natura
Margaritæ. inuiolabile atque incorruptibile maneat. Margaritæ aũt, quæcunq; ſpiritalia magni æſtimanda ſunt,& quia in abdito latẽt,tanq̃ de profundo eruuntur & allegoriarum intergumentis quaſi apertis conchis inueniũtur. Licet itaque intelligi, quòd vna eadẽq; res & ſanctum & margarita dici poſsit. Sed ſanctum ex eo quod non debet corrumpi, margarita ex eo quod non debet contemni. Conatur aũt vnuſquiſq; corrumpere quod nõ vult eſſe integrum: contemnit uero quod vile ducit, & quaſi infra ſe eſſe exiſtimat, & ideo calcari dicitur quicquid contemnitur.
Canes. Quapropter canes, q̃m inſiliunt ad dilacerandum: quod aũt dilacerant integrum eſſe non ſinunt, Nolite inquit, ſanctum dare canibus: quia & ſi dilacerari & corrumpi non p̃t, & manet integrum atq; inuiolabile: illi tñ qui uellent cogitandum eſt, q̃ acriter atq; inimiciſsime reſiſtunt, & quantum in ipſis eſt ſi fieri poſsit conantur perimere veritatem. Porci uero quanuis non ita vt canes
G morſu appetant, paſsim tñ calcando coinquinant. Neq; ergo miſeritis, inquit, ante porcos margaritas veſtras, &c. Canes ergo pro
Porci. oppugnatoribus ueritatis, porcos pro contemptoribus, poſitos, non incongrue accipimus. Quod autẽ ait, Conuerſi dirumpant uos: non ait ipſas margaritas dirumpant, Illas enim conculcant etiam cum conuertũtur vt adhuc aliquid audiant, dirumpant ãt cum à quo iam miſſas margaritas conculcauerunt. Non enim facile inueneris quid gratum ei eſſe poſsit qui margaritas conculcauerit.i. cum magno labore diuina inuenta contemſerit. Qui autem tales docent q̃o non dirumpantur indignando, & ſtomachando, non uideo, utrunq; aũté animal imcha[illegible]do,non uideo,utrunq; aũté animal im-
Cap.32. mundũ eſt, & canis & porcus. Cauendũ eſt ergo ne quid aperiat ei qui non capit: melius.n.quærit quod clauſum eſt, q̃ id quod apertum eſt aut infeſtat aut negligit. Neque uero alia cauſa reperitur cur ea quæ n[illegible]ſe ſta & magna ſunt, non accipiantur præter odium & contemptum, quorum pp vnum canes, pp alterũ porci nominati ſunt. Quæ tñ omnis immunditia rerum temporalium dilectione concipitur.i. dilectione huius ſeculi, cui iubemur renunciare vt mundi H
eſſe poſsimus. Qui ergo mundum & ſimplex cor habere appetit, non debet ſibi reus videri ſi aliquid occultat, qđ ille cui occultat capere non p̃t. Nec ex eo arbitrandum eſt licere mentiri: non.n. eſt conſequens, vt cum verũ occultatur, falſum dicatur. Agendum ergo primum eſt, vt impedimenta detrahantur quibus efficitur vt non capiat: q̃a vtiq; ſi propter ſordes non capit, mundandus eſt vel verbo vel opere, quantum fieri à nobis p̃t. Quòd aũt dñs noſter q̃dã dixiſſe inuenitur, quæ multi qui aderant, vel reſiſtendo vel contemnendo non acceperunt, non putandus eſt ſanctum dediſſe canibus, aut margaritas miſiſſe ante porcos: non.n. dedit eis, qui capere non poterant, ſed eis q̃ capere poterant, & ſimul aderant: quos propter aliorum immunditiam negligi non oportebat. Et cum eum tentatores interrogabant, reſpondebatq; illis ita, vt qđ cõtradicerent non haberent, q̃is venenis ſuis cõtabeſcerent potius, q̃ illius cibo ſaturarẽtur, alij tñ qui poterant capere, ex illorum occaſione multa vtiliter audiebant. Hoc dixi, ne quis forte, cũ interroganti rñdere nõ potuerit, hac ſententia ſe excuſare videatur, I
ſi dicat, nolle ſe ſanctum dare canibus, vel ante porcos mittere margaritas. Qui enim nouit qđ rñdeat, debet rñdere, vel pp alios, quibus deſperatio ſuboritur, ſi propoſitam quæſtionem ſolui non poſſe crediderint: & hoc de rebus vtilibus, & ad inſtructionem ſalutis pertinentibus. Multa ſunt n. quæ inquiri ab ocioſis poſſunt, ſuperuacua, & inania, & plerunq; noxia, & quibus tamen nõ nihil dicendum eſt: ſed hocipſum aperiendum & explicandum, cur inquiri talia non oporteat. De rebus vero vtilibus aliq̃ ad id rñdendum eſt, quod interrogamur: ſicut dñs fecit, cum eum Sadducæi de muliere interro Mat.22.
gaſſent, quæ ſeptem viros habuit, cuius eo- Mar.12.
rum in reſurrectione futura eſſet. Rñdit.n. Luc.20.
q̃ in reſurrectione neq; vxores ducent, neque nubent, ſed erunt ſicut angeli in cœlis. Aliquando autem ille, qui interrogat, interrogandus eſt aliud: q̃ tamen ſi dixerit, ipſe ſibi ad id quod interrogabat, rñdeat. Si aũté dicere noluerit, non videatur ijs qui aſſunt iniuſtum, ſi & ipſe quod interrogauit non audiat. Nam & Phariſæi qui interrogauerunt tentantes, vtrum reddendum eſſet tri- K
but um, interrogati ſunt aliud.i. cuius habe- Mat.22.
ret nũmus imaginẽ, qui ab ipſis p̃latus eſt.

Et

Et quia dixerunt quod interrogati erant.i. Cæsaris imaginẽ habere numinum, ipsi sibi quodammodo respondерunt id quod dñm interrogauerant. Itaq; ille ex eorũ responsio ne ita conclusit, Reddite ergo Cæsari quod
Mat.21. Cæsaris est, & deo quod dei est. Cum autẽ principes sacerdotum & seniores populi interrogassent, in qua potestate illa faceret, interrogauit eos de baptismate Ioannis: & cũ nollent dicere, quod contra se videbant dici: de Ioanne autem nihil maledicere auderent propter circunstantes, Nec ego vobis dicam, inquit, in qua potestate hæc facio, quod iustissimum apparuit circunstãtibus. Hoc enim se dixerunt nescire, quod sciebãt, sed dicere nolebant. Et reuera iustum erat, vt qui sibi volebant responderi quod interrogauerant, prius ipsi facerent qđ erga se fieri postulabant. Quod si fecissent, ipsi sibi vtiq; respondissent. Ipsi.n. miserant ad Ioannem quærentes quis esset: vel potius ipsi miserunt sacerdotes & leuitas, putantes ꝙ ipse
Ioan.1. esset Christus: quod ille se negauit esse, & de domino testimonium perhibuit: de quo testimonio si confiteri vellent, ipsi se docerent in qua potestate illa faceret Christus: quod quasi nescientes interrogauerunt vt calumL niandi aditum reperirent. Cum igitur
Caq.33. præceptum esset, ne sanctum daretur canibus, & margaritæ ante porcos mittantur, potuit auditor occurrere & dicere, conscius ignorantiæ atq; infirmitatis suæ: & audiens præcipi sibi ne hæc daret: quæ seipsum nondum accepisse sentiebat, Potuit ergo occurrere ac dicere, Quod sanctum me dare canibus, & quas margaritas me mittere ante porcos vetas, cum adhuc ea me habere non vi-
i.Ret.9. deam? Opportunissime subiecit, dicens, Petite, inquit, & dabitur vobis: q̃rite, & inuenie-
Petitio. tis: pulsate, & aperiẽ vobis, &c. Petitio pertinet ad impetrandum sanitatem firmitatẽq; animi, vt ea quæ præcipiuntur, implere pol-
Inquisi- tio. simus: inquisitio autem ad inueniendã veritatẽ. Cum enim beata vita actione & cognitione completur, actio facultatem uirium, cõtemplatio manifestationẽ rerũ desiderat. Horum ergo primum petendũ, sed m quærendum: vt illud detur, hoc inueniatur: sed cognitio in hac vita viæ priusquam ipsius possessio est: sed cum quisq; veram viam inuenerit, perueniet ad ipsam possessionem, q̃
M tñ pulsanti aperietur. Vt ergo tria ista.i. petitio, inquisitio, pulsatio, manifesta fiant, sub aliquo exemplo ponamus. Videmus aliquẽ infirmis pedibus ambulare non posse: prius ergo sanandus est, & firmandus ad ambulandum: & ad hoc pertinet, quod dicit, Petite. Quid aũt prodest ꝙ ambulare iam, vel etiã currere potest, si per deuia itinera errauerit? Secundum est ergo, vt inueniat viam quæ Petite. ducat eum quo vult peruenire: quam cum Quæri- tenuerit & peruenerit ad eum ipsum locum, te. vbi habitare vult, si clausum inuenerit, neq; Pulsate. ambulare potuisse, neq; prexisse ac peruenisse profuerit, nisi aperiatur: ad hoc pertinet qđ dictum est, Pulsate. Magnam autem spem dedit & ille qui promittendo non decipit. Ait enim, Omnis qui petit, accipit: & qui q̃rit, inuenit: & pulsanti aperietur. Ergo perseuerantia opus est, vt accipiamus quod petimus, & inueniamus quod quærimus, & quod pulsamus aperiatur. Quemadmodum autẽ egit de uolatilibus cœli & de lilijs agri, ne uictum nobis uestitumq; desperaremus adfuturum, vt spes à minoribus ad maiora consurgeret, ita & hoc loco, Aut quis erit ex vobis, inquit, homo, quem si petierit filius A suus panẽ, nunquid lapidẽ porriget ei? Aut si piscẽ petierit, nunquid serpẽtem porriget ei? & reliqua. Quo ergo mali dãt bona? Sed Male, dimalos appellat dilectores adhuc seculi huius lectores & peccatores: bona vero quæ dant, secundũ seculi. eorum sensum bona dicenda sunt, quia hæc pro bonis habent. Quanquam & in rerum natura ista bona sint, sed temporalia ad istã vitam infirmam pertinentia: & quisquis ea malus dat, non de suo dat, Domini est enim terra & plenitudo eius: qui fecit cœlum & Psal.23 terrã, mare & omnia quæ in eis sunt. Quã- Ps. 145 tum ergo sperandum est datutum deum no bis bona petentibus, nec nos posse decipi, vt accipiamus illud pro alio cum ab ipso petimus, qñ etiam nos, cũ simus mali, nouimus id dare quod petimur? Non.n. decipimus filios nostros, & qualiacunque bona damus, non de nostro, sed de ipsius damus. Fir- Cap.34. mitus autem & valentia quædam ambulandi per sapientiæ viam, in bonis moribus cõstituta est, qui perducuntur vsque ad mundationem simplicitatemq; cordis, de qua iã diu loquens ita concludit, Omnia ergo quę- B cunq; vultis vt faciant vobis homines bona & vos facite illis: hæc est enim lex & Prophetæ. In exẽplaribus Græcis sic inueni mus, Omnia ergo q̃cunq; vultis vt faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Sed ad manifestationẽ sententiæ puto à Latinis additum, bona. Occurrebat enim quid si quisquam

quam flagitiose aliquid erga se fieri vellet, & ad hoc referat istam sentẽtiã? Veluti si uelit aliquis prouocari vt immoderate bibat & se ingurgitet poculis, & hoc prior illi faciat à quo sibi fieri cupit. Ridiculũ est hunc putare istam impleuisse sententiam. Cũ ergo hoc moueret, ut arbitror, additum est ad manifestationem rei unum verbum: vt posteaquam dictum est, Omnia ergo quæcunque uultis vt faciãt vobis homines, adderetur bona. Quod si deest exẽplaribus Græcis, etiã illa emendanda sunt. Sed quis hoc audeat? Intelligendũ est ergo, plenã esse sententiã, & omnino perfectam, etiã si hoc verbum nõ addatur. Id.n. quod dictum est, Omnia quęcunq; vultis: non vsitatè ac passim, sed pro-
C prie dictum accipi oportet. Voluntas namq; non est nisi in bonis. Nam in malis flagitiosisq; factis cupiditas proprie dicitur, non voluntas. Non quia sic semper loquantur scripturæ, sed vbi oportet, ita omnino proprium verbum tenent, vt non aliud sinant intelligi. Videtur aũt hoc præceptum ad dilectionem proximi pertinere, non etiam ad dei, cum alio loco duo præcepta esse dicat, in
Matt.25 quibus tota lex pẽdet & Prophetæ. Nam & si dixisset, omnia q̃cunq; uultis fieri vobis, hæc vos facite: hac una sententia vtrunq; illud præceptũ complexus esset, Cito.n. diceretur, diligi se velle unumquenq;, & à deo, & ab hominibus. Cum itaq; & hoc ei præciperetur ut quod sibi facere velit, hoc faceret: id vtiq; præciperetur, ut diligeret deum & homines. Cum vero expressius de hominibus dictũ est, omnia quæcunq; vultis vt faciant vobis homines, ita & uos facite illis: nihil aliud dictum videtur, q̃ diliges proximum tuum sicut teipsum. Sed non est negligenter attendẽdũ quod subiecit. Hæc est.n. lex & Prophetæ. In his autem duobus præceptis, non tm̃ ait, lex pendet & Prophetæ:
D sed etiam addidit, tota lex & Prophetæ, pro eo quod est omnis prophetia. Quod cũ hic non addidit, seruauit locum alteri præcepto, quod ad dilectionem dei pertinet. Hic autem quoniam præcepta simplicis cordis exiguntur, & erga eos metuendũ est ne habeat quis duplex cor, quibus occultari cor põt, id est, erga homines, quibus idipsum p[illegible]ipiendũ fuit. Nemo.n. ferè est qui velit quẽquã duplici corde secum agere. Id aũt fieri non potest. i. vt simplici corde homo homini aliquid tribuat, nisi ita tribuat vt nullum ab eo temporale commodum expectet, & ea intentione faciat de qua superius satis tractauimus, cum de oculo simplici loqueremur. Mundatus ergo oculus simplexq; Cap.35 redditus, aptus & idoneus erit ad intuendũ & cõtemplandum interiorem lucem suam. Iste enim oculus cordis est. Hunc enim ta- Oculus lem oculum habet ille qui finem bonorum cordis. operũ suorum, ut uere bona opera sint, non in eo constituit ut hominibus placeat: sed etiam si ꝓuenerint ut eis placeat, ad eorum salutem potius hęc refert & ad gloriam dei, non ad inanem iactantiam suam. Neq; propterea boni aliquid ad salutẽ ꝓximi operatur, ut ex eo comparet ea quæ huic uitæ trã figendæ sunt necessaria: neque temere animum hominis uoluntatemq; contemnit in eo facto, in quo non apparet quo animo & voluntate sit factum: & quicquid officiorũ exhibet homini, hac intẽtione exhibet, qua E sibi exhiberi vult. i. vt non ab eo aliquid cõmodi temporalis expectet. Ita erit cor simplex & mundum in quo quæritur deus. Beati ergo mundo corde, quoniam ipsi deum ui
debunt. Sed hoc quia paucorum est, iam in- Matt.5. cipit de inuestiganda & possidenda sapiẽtia loqui, quod est lignum uitæ: cui vtiq; inuestigandæ ac possidendæ. i. contemplandæ, talis oculus ꝓ omnia superiora perductus est, quo videri iam possit & arcta via & angusta porta. Quia ergo deinceps dicit, Intrate per angustã portam, quia lata porta: & reli
qua: nõ ideo dicit, quia iugum Christi aspe Matt.7. rum est & sarcina grauis: sed quia labores finire pauci uolunt, minus credentes clamãti, Venite ad me oẽs qui laboratis & ego refi Matt.11. ciã uos, Tollite iugum meũ super uos: & reliqua. Hinc ergo sermo sumpsit exordiũ de humilibus & mitibus corde, qm̃ iugũ lene & leuem sarcinam multi respuunt, pauci subeũt: eo ꝙ sit arcta via quæ ducit ad vitam, & angusta porta qua intratur in eam.

Hic ergo illi qui promittunt sapientiam Cap.36. cognitionemq; veritatis quã nõ habẽt, præ F cipue cauendi sunt, sicut sunt heretici, qui seplerunq; paucitate cõmẽdant. Et ideo cum dixisset, paucos esse qui inueniũt angustam portã & arctam uiam, ne se illi supponant nomine paucitatis, statim subiecit. Cauete à pseudoprophetis qui veniunt ad vos in vestitu ouiũ intrinsecus aũt sunt lupi rapaces. Sed isti non fallunt oculũ simplicẽ, qui arborẽ dignoscere ex fructibus nouit. Ait.n. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Deinde similitudines adiũgit. Nunquid colligũt

de spinis

Universidad de Deusto
Biblioteca

de spinis uuas,aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona,fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit: & reliqua. Quo loco illorum error maxime cauẽdus est,qui de ipsis duabus arboribus duas naturas opinantur esse: quarũ vna sit dei,altera vero neq; dei neq; ex deo. De quo errore & alijs libris disputatum est uberius, &, si adhuc parũ est,disputabitur. Nunc aũt,non eos adiuuare duas istas arbores, docendum est. Primũ, quia de hominibus eum dicere tam clarum est, vt quisquis præcedentia & sequentia legerit, miretur eorum cæcitatẽ. Deinde attendunt quod dictũ est,Non põt arbor bona fructus malos facere,neque arG bor mala fructus bonos facere. Et ideo putant neq; aiam malã fieri posse vt in melius cõmutetur,neq; in deterius bonã: quasi dictũ sit,Non põt arbor bona mala fieri,neq; arbor mala bona fieri: sed dictum est,Non põt arbor bona malos feuctus facere, neque
Arbor, anima. arbor mala bonos fructus facere. Arbor est quippe ipsa aia.i.ipse hõ,fructus vero opera
Fructꝰ, opa hominis. hois. Non ergo põt malus homo bona operari, neq; bonus mala. Malus ergo si ulterius bona operari,prius bonus fiat. Sic alio loco euidentius dicit ipse dñs, Aut facite arborẽ bonã, & fructus eius bonos: aut arborẽ ma
Matt. 12 lam,& fructus eius malos. Quòd si duas naturas istorum, his duabus arboribus figuraret,non diceret,facite. Quis.n.hominũ,põt facere naturam? Deinde etiam ibi,cum ipsarum duarum arborum mentionem fecisset, subiecit. Hypocritæ,qũo potestis bona lo-
Cap. 37 qui, cum sitis mali? Quandiu ergo quisq; malus est, non potest facere fructus bonos. Si enim bonos fructus fecerit,iam malus nõ erit. Sic uerissime dici potuit,non põt esse nix calida: cum.n.calida esse cœperit, non H iam niuem,sed aquam vocamus. Potest ergo fieri,vt quæ nix fuit,non sit: non autem potest fieri,vt nix calida sit. Sic potest fieri, vt qui malus fuit,non sit malus, non tamen fieri potest vt malus bene faciat. Qui etiam si aliquando vtilis sit, non hoc ipse facit,sed sit de illo diuina prouidentia procurante,sicut de Pharisæis dicit, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Hoc ipsum quòd bona dicebant,& ea quę dicebant vtiliter audiebantur & fiebant, non erat ip-
Matt.23 sorum. Cathedram.n.inquit,Moysi sedent. Per diuinam ergo prouidentiam legem dei prædicantes,possunt esse audientibus vtiles, cum ipsi sibi non essent. De talibus alio loco per prophetam dictum est, Seminastis triticum & spinas metetis: quia bona præci Hier.12
piunt & mala faciunt. Non ergo qui eos audiebant & faciebant quæ ab eis dicebantur, de spinis legebant uuas, sed per spinas de vite legebant uuas: tanquam si manũ aliquis per sepem mittat,aut certe de vite quæ sepi fuerit inuoluta vuam legat, non spinarum est fructus iste, sed vitis. Rectissime sanè Cap.38
quæritur quos fructus nos attendere voluerit, quibus cognoscere arborem possimus. Multi.n.quædam in fructibus deputãt,quæ I
ad vestitum ouium pertinent, & hoc modo à lupis decipiuntur: sicuti sunt vel ieiunia, vel orationes,vel eleemosynæ: quæ omnia nisi fieri etiam ab hypocritis possent, non superius diceret, Cauete iustitiam vestram facere corã hominibus vt videamini ab eis. Qua sententia præposita, ipsa tria exequitur,eleemosynam,orõnem,ieiunium. Multi.n.multa pauperibus,non misericordia,sed ambitione largiuntur. Et multi orãt vel potius uidentur orare, nõ intuentes deum sed hoibus placere cupientes. Et multi ieiunãt & mirabilem abstinentiam prætendunt eis quibus ista difficilia uidentur, & honore digna existimantur: & huiuscemodi dolis eos capiunt, dum aliud ostentãt ad decipiendũ, aliud exerunt ad deprædandum,uel interficiendum eos qui sub vestitu ouino lupos videre non possunt. Hi ergo non sunt fructus de quibus cognosci arborem monet. Ista.n.cũ bono animo in veritate fiunt,propriæ sunt ouibus vestes: cum autem malo in errore,nõ aliud quam lupos tegunt. Sed non ideo debent oues odisse vestimentum suum, quia plerunq; illo se occultant lupi. Qui sunt ergo fructus quibus inuentis cognoscamus arborẽ malam? dicit Apostolus. Manifesta autẽ sunt opera carnis, quæ sunt Galat.5
fornicationes,immunditiæ,luxuriæ,idolorũ K
seruitus,ueneficia,inimicitiæ,contentiones, æmulationes,animositates,dissensiones,hæreses,inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi,qm̃ qui talia agunt regnum dei nõ consequentur. Et qui sunt fructus per quos cognoscimus arborẽ bonã,idẽ ipse Apostolus co quenter dicit,Fructus aũt spũs est charitas,gaudiũ, pax,longanimitas,benignitas, bonitas,fides,m..suetudo, cõtinentia. Sane sciẽdum est, hic gaudium proprie positum, mali.n.hoies non gaudere,sed gestire dicuntur proprie: sicut superius diximus voluntatem

tatem proprie positam,quã non habent mali, vbi dictum est, Omnia quæcunq; vultis vt faciãt vobis homines: & reliqua. Ex ista proprietate verbi qua gaudium non dicitur nisi in bonis,et Propheta loquitur dicens.
Gaudiũ nõ dicĩ nisi i bonis. Non est gaudere impijs dicit dñs: Ita quo que posita est fides,non quæcunq; vtiq; sed vera fides,& cætera quæ hic posita sunt habent quasdam imagines suas in malis homi-
Esa. 57. nibus & deceptoribus: vt omnino fallant, nisi quisq; iam mundum oculum & simpliL cẽ habuerit, quo ista cognoscat. Optimo
Cap. 39 itaq; ordine primo actum est de mũdando oculo,& deinde dicta sunt quæ cauerentur. Sed qm̃ quamuis quisq; oculo mundo sit.i. simplici & syncero corde viuat, non potest tamen cor alterius intueri: quæcunq; ergo in factis vel dictis apparere non potuerunt,
Tẽtatio duplex. tentationibus aperiuntur. Tentatio aũt duplex est,aut in spe adipiscendi aliquod commodum temporale,aut in terrore amittẽdi. Et maxime cauendum est, ne tendentes ad sapientiã,quæ in solo Christo inueniri potest,in quo sunt omnes thesauri sapiẽtiæ &
Coloſ.2 scientiæ absconditi,Cauendum,inquam,est ne pro Christi nomine ab hæreticis vel quibuslibet male intelligentibus & seculi huius amatoribus decipiamur. Nã ideo sequitur & monet dicens. Non omnis qui dicit mihi dñe dñe,intrabit in regnum cœlorum: & reliqua. ne putemus ad illos fructus pertinere, si quis domino nostro dicat, dñe dñe, & ex eo nobis arbor bona videatur. Sed illi sunt fructus, facere voluntatẽ patris qui est in cœlis, cuius faciendæ seipsum exemplum
M præbere dignatus est. Sed merito potest mo
1.Co.12 uere, qũo huic sententiæ conueniat illud Apostoli vbi ait, nemo in spũ dei loquẽs dicit anathema Iesum: & nemo potest dicere dñs Iesus nisi in spũsancto: quia neque aliquos habentes spiritũsanctum possumus dicere nõ introituros in regnum cœlorum si perseuerauerint vsq; in finem: neque illos qui dicunt dñe dñe,& tamen non intrant in regnum cœlorum, possumus dicere habere spiritumsanctum. Quomodo ergo nemo dicit dominus Iesus nisi in spiritusancto, nisi quia proprie Apostolus posuit verbũ quod est,dicit, vt significet voluntatem atq; uel lectum dicentis? Dominus vero generaliter posuit verbum quod ait, Nõ omnis qui dicit, & reliqua. Videtur enim dicere etiam ille qui nec vult nec intelligit quod dicit: sed ille proprie dicit,qui volũtatem ac men-
tem suam sono vocis enunciat,Sicut paulo-
ante quod dictum est, gaudium in fructibus
spiritussancti,proprie dictum est, nõ eo mo-
do quo alibi dicit idem Apostolus,Nõ gau 1.Co.13
det super iniquitatem: quasi quisquam possit super iniquitatem gaudere: quia illa elatio est animi turbide gestientis,non gaudiũ: nam hoc soli boni habent. Ergo dicere videntur etiam illi qui non hoc quod sonant
dicere videntur,& intellectu cernunt & vo A
luntate agunt,sed voce tantũ sonant, secundum quem modum dominus ait, Non omnis qui dicit,&c. Vere autem ac proprie illi dicunt, à quorum voluntate ac mente non abhorret prolatio sermonis sui, secundum quam significationem dicit Apostolus,Nemo põt dicere dominus Iesus nisi in spiritu
sancto. Atq; illud ad rem maxime pertinet Cap.40
ne decipiamur tendentes ad contemplationem veritatis,non solum noĩe Christi, per eos qui nomen habent & facta non agunt, sed etiam quibusdam factis atq; miraculis: qualia pp infideles cum fecerint, dominus monuit tamen ne talibus decipiamur, arbitrantes ibi esse inuisibilẽ sapientiã, ubi miraculum uisibile uiderimus. Adiungit ergo & dicit,Multi mihi dicent in illa die, dñe dñe, Nonne in nomine tuo dæmonia eiecimus? & reliqua. Nõ ergo cognoscet nisi cum qui operatur æquitatem. Nam & ipsos discipulos suos ꝓhibuit gaudere ex talibus: id est, quia dæmonia illis subiecta fuerint. Sed gau Lucæ.10
dete,inquit, ꝙa nomina vestra scripta sunt in cœlis. Credo in illa ciuitate Hierusalem quę est in cœlis, in qua non nisi & iusti & sancti regnabũt. An nescitis,ait Apostolus, 1. Cor.6
qm̃ iniqui regnum dei nõ possidebunt? Sed B
fortasse quis dicat, non posse iniquos uisibilia illa miracula facere, & mentiri potius illos credat, qui dicturi sunt, in nomine tuo ꝓphetauimus & dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus. Legat ergo quanta fecerint resistentes famulo dei Moysi magi Aegyptiorum: aut si hoc non vult legere ꝙ non in noĩe Christi fecerunt, legat quæ ipse dñs dicit de pseudoprophetis, Tunc si ꝙs
uobis dixerit, Ecce hic est Christus, aut il- Mat.24.
lic,nolite credere. surgent.n.pseudochristi Marc.13
& pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem ducantur etiã electi. ecce prædixi vobis. Quàm ergo mundo & simplici oculo opus est, ut inueniatur uia sapientiæ, cui tantæ malorum & peruersorum hominum deceptiones erro-

resq;

resque obstrepunt,quos omnes euadere,hoc est venire ad certissimam pacem & immobilem stabilitatem sapientiæ. Vehementer.n. metuendū est, ne studio altercandi & cōtendendi quisque non videat quod à paucis videri pōt, vt paruus sit strepitus contradicentium, nisi etiam sibijpsi obstrepant. Quod pertinet etiam ad illud quod Apostolus dicit,Seruum autem domini non oportet litigare,sed mitem esse ad omnes, docibilem,patiētem,in modestia corripiētem diuersa sentientes, ne forte det illis deus pniam ad cognoscendam veritatem. Beati ergo pacifici, quoniam filij dei vocabuntur. Conclusio ergo huius totius sermonis quam terribiliter inferatur,ualde attendendum est. Omnis ergo, inquit, qui audit verba mea hæc & facit ea,similis est uiro sapienti qui ædificauit domum suam super petram. Non.n.quisque firmat quæ audit vel percipit, nisi faciendo. Et si petra Christus est, sicut multa scripturarum testimonia prædicant, ille ædificat in Christo,qui quod audit ab illo facit. Sequitur,descendit pluuia,uenerūt flumina, & flauerunt uenti,& irruerunt in domum illam, & non potuerunt illam mouere, fundata.n. erat supra petram. Nō ergo iste metuit ullas caliginosas superstitiones. Quid enim aliud intelligitur pluuia, quum in mali alicuius significatione ponitur? Aut rumores hominū quos uentis comparatos puto. Aut vitæ huius fluuium,carnalibus concupiscentijs tanquā fluentem super terram vel petram. Horum enim trium qui prosperitatibus inducitur, aduersitatibus frangitur: quorum nihil metuit, qui fundatam habet domum super petram, id est qui non solum audit præcepta domini,sed etiam facit. Et his omnibus periculose subiacet, qui audit & non facit, non enim habet stabile fundamentum,sed audiendo & nō faciendo ruinam ædificat. Ait enim consequenter, omnis qui audit verba mea hæc & non facit ea,& reliqua usque, Et factum est quum consummasset Iesus verba hæc, admirabantur turbæ super doctrinam eius:erat enim docens eos sicut potestatem habens, non quasi Scribæ eorum & Pharisei. Hoc est quod ante dixit per Prophetam esse significatum in Psalmis, cum diceret, Fiducialiter agam in eo, eloquia domini eloquia casta,argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum. Propter quem numerum admonitus sum etiam præcepta ista ad septem illas referre sententias, quas in principio sermonis huius posuit de beatis quum diceret, & ad alias septem illas operationes spiritussancti, quas Esaias propheta commemorat: sed siue iste ordo in his cōsiderandus sit, siue aliquis alius,faciendas sunt quæ audiuimus à domino, si uolumus ædificare super petram. E

De sermone domini in monte,
Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

Expositionis epistolæ Pauli ad Romanos inchoatæ, salutatione tantummodo expedita,

Lib.vnus.

IN epistola quā Paulus apostolus scripsit ad Romanos,quantum ex eius textu intelligi potest,quæstionem habet talem: vtrum Iudæis solum Euangelium domini nostri Iesu Christi venerit propte merita operum legis: an vero nullis operum meritis præcedentibus, omnibus gentibus venerit iustificatio fidei quę est in Christo Iesu: vt nō quia iusti erant homines,crederent:sed F credendo iustificati, deinceps iuste viuere inciperent. Hoc ergo docere intendit Apostolus, omnibus venisse gratiam euangelij domini nostri Iesu Christi. Quam propterea etiam gratiam vocari ostendit, quia non quasi debitum iustitiæ redditū est, sed gratuito datum. Cœperant enim nonulli qui ex Iudæis crediderant tumultuari aduersus gētes, & maxime aduersus Apostolum Paulum, quod incircuncisos & à legis veteris uinculis liberos admittebat ad euangelij gratiam, prædicans eis ut in Xpm crederent,nullo imposito carnalis circuncisionis iugo. Sed planè tanta moderatione, vti nec Iudæos superbire permittat, tanquam de meritis operum legis: Nec gentes merito fidei aduersus Iudæos inflari,q ipsi receperint Xpm quem illi crucifixerunt, tanquam.n. sicut alio loco dic,pro ipso domino legatione cōfungens, hoc est,pro lapide angulari,vtrunque populum tam ex Iudæis quam ex gentibus cōnectit in Christo per vinculum gratiæ, utriq; 2.Co.5. auferens omnem superbiam meritorum, & Ephe.2. iustificandos vtrosque per disciplinam humilitatis

G litatis associans. Itaque epistolam sic exorsus est,Paulus seruus Iesu Christi vocatus apostolus,segregatus in euangelium dei. Breuiter in duobus verbis ecclesiæ dignitatem à synagogæ vetustate discernit. Ecclesia quippe ex vocatione appellata est,synagoga vero ex congregatione. Conuocari. n.magis.hoībus cogruit,congregari autem magis pecoribus, vnde greges proprie pecorum dici solent. Quanquam ergo plerisque scripturarum locis ipsa ecclesia grex dei, & ouile dei & pecus dei uocetur, tamen quum in comparatione homines pecora dicuntur, ad uitam ueterem pertinet. Et apparet huiusmodi homines,non cibo sempiternæ ueritatis, sed temporalium promissionum tanquam terreno pabulo esse cōtentos. Paulus ergo seruus Christi Iesu uocatus est apostolus, quæ uocatio illum coaptauit ecclesiæ. In euangeliū autem dei segregatus est, unde nisi à grege, synagogæ, si uerborum latinorum significatio oīmodo cū Græca interpretatione cōcordat? Sanè euangelium dei in quo segregatū Non cō cordat. se esse commemorat,commendat authoritate prophetarum:ut quonim credentes Christo, in quorum numero uocatus est, Iudæis præposuerat,à quibus se dixerat segregatū, gentes rursus iam non superbire admoneat.

H Siquidem de populo Iudæorum fuerūt Prophetæ,per quos euangelium, cuius fide credentes iustificantur,ante promissum esse tetestatur. Segregatus enim inquit,in euangelium dei quod ante promiserat per Prophetas suos. Fuerunt enim & Prophetæ non ipsius, in quibus etiam aliqua inueniūtur quę de Christo audita cecinerunt,sicut etiam de Sibylla dicitur,quod non facile crederem,nisi q poetarum quidam, in Romana lingua nobilissimus,antequam diceret ea de innouatione seculi, quæ in dominis nri Iesu Christi regnum satis concinere & conuenire uidean

Aegl. 4. tur,præposui uersum dicens. Vltima Cumæi iam uenit carminis ætas. Cum aū autē carmen Sibyllinum esse nemo dubitauerit. Sciens ergo Apostolus ea in libris gētium in ueniri testimonia veritatis, quod etiam in

Act.17. actibus Apostolorum loquens Athenien sibus manifestissime ostendit,Non solum ait per Prophetas suos,ne quis à pseudoprophetis per quasdam ueritatis confessiones in ali

Colos.4. quam impietatem seduceretur, sed addidit I etiam in scripturis sanctis, uolens utique ostendere literas gentium superstitiosæ idolatriæ plenissimas,non ideo sanctas haberi oportere, quia in eis aliquid quod ad Christum pertinet inuenitur. Et ne quisquam etiam Prophetas aliquos remotos atque alienos a gente Iudæorum forte præferret, in quibus nullus simulachrorum cultus esset,quantum attinet ad simulachra quæ humana operatur manus, Nam simulachris phantasmatum suorum sectatores suos omnis error illudit, Ne quis tamen aliqua huiusmodi præferens,quia ibi Christi nomen ostentat,eas potius sanctas scripturas esse asserat,non eas quæ populo Hebræorum sunt diuinitus creditæ,satis opportune mihi uidetur adiungere cum dixisset,In scripturis sanctis, quod adiecit, de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid,secundum carnem. Dauid.n.certe rex Iudæorum fuit. Oportebat autem ut ex illa gente orirentur Christi prę nunciatores Prophetæ,ex qua gente carnem assumpturus erat quem prænunciabant. Occurrendum autem erat etiam illorum impietati, qui dominum nostrum Iesu Christum secundum hominem tantummodo quem susceptum,accipiūt: diuinitatem autem in eo nō intelligunt ab uniuersæ creaturæ communione discretam: velut ipsi Iudæi,qui Christum filium Dauid tantummodo esse opinabantur,ignorantes excellentiam qua dominus est ipsius Dauid, secundum id quod est filius dei. Vnde illos in euangelio redarguit per prophetiam quæ ipsius Dauid ore prolata est. Quærit enim ab eis, quem ipse Dauid dominum appellat,quomodo filius eius sit. Cum deberent utique respondere, q secundum carnem filius esset Dauid,secundū diuinitatem autem filius dei & dominus ipsius Dauid. Quod Paulus apostolus quia iam didicerat, posteaquam dixit,in euangelium dei qđ ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid: Addidit, secđm carnem: ne hoc solum & totum in Christo esset arbitrarentur, quod factum erat secđm carnem. Addendo ergo,secđm carnē,seruauit diuinitati dignitatē suam. Quæ non solum semini Dauid, sed nec alicui angelicæ aut cuiusuis excellentissimæ creaturæ generationi tribui potest, quandoquidem ipsum est verbum dei,per quod facta sunt omnia. Qđ verbum ex semine Dauid caro factum est,& Ioan.1. habitauit in nobis,non mutatum & conuersum in carnem, sed carne ut carnalibus con L gruenter appareret indutum. Quapropter Apostolus non solum eo uerbo quòd ait,

secundum carnem, humanitatem à diuinitate distinxit: sed etiam illo quo ait, factus est. Non est.n.factus secũdum id quod verbum dei est, Omnia.n.per ipsum facta sunt. Nec fieri cũ omnibus posset per quem facta sunt omnia. Neq; ante omnia factus est, vt per ipsum fierent omnia: Ipso n.excepto, si ante illa iam factus esset, nõ essent illa omnia quæ per illum fierent: nec possent vere dici facta omnia per ipsum in quibus ipse non esset, si ipse etiam factus esset. Et ideo Apostolus cũ factum diceret Christum, addidit, secundum carnem: vt secundum verbum quod est filius dei, non factum à deo, sed natum esse monstraret, Eundem sanè ipsum qui secundum carnem factus est ex semine Dauid, prę destinatum dicit filium dei, in virtute: non secundum carnem, sed secundum spiritum: nec quemlibet spiritum, sed spiritum sanctifi cationis ex resurrectione mortuorum. In re surrectione enim virtus morientis apparet, vt diceretur prædestinatus in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurre-
M ctione mortuorum Deinde sanctificatio vitam nouam fecit, quę in domini nostri resurrectione signata est. Vnde idem Apostolus
Colos.3 alio loco dicit, Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens. Potest quidẽ etiam sic esse ordo uerborum, ut non ad spiritum sanctificationis quod ait, ex resurrectione mortuorũ: sed ad id quod ait, prædestinatus est ex resurrectione mortuorũ, cui ordini interposita sunt hæc, Filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis. Et nimirum iste ordo certior & melior videtur, vt sit filius Dauid in infirmitate secundum carnem, filius autem dei in virtute secundum spiritum sanctificationis. Factus est ergo ex semine Dauid, id est, filius Dauid ex mortali corpore, propter quod & mortuus est. Prę destinatus est autem filius dei, & dominus ipsius Dauid ex resurrectione mortuorum. In quantum enim mortuus est, ad id pertinet q̃ est filius Dauid: inquantum autem resurrexit à mortuis, ad id q̃ est filius dei, & dominus ipsius Dauid, sicut alibi idem Apo-
2.Co.13 stolus dicit. Nam & si mortuus est ex
A infirmitate, sed uiuit in uirtute dei: ut infirmitas pertineat ad Dauid, uita uero æterna ad uirtutem dei. Ideoque in his ipsis uerbis dominum suum designat eum Dauid, dicens Dixit dominus domino meo, se-
Psa. 109 de ad dexteram meam, Donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis. Ex eo.n.q̃ resurrexit à mortuis, sedet ad dexteram patris. Prædestinatum ergo ex resurrectione mortuorum, vt sederet ad dexteram patris, videṡ in spiritu Dauid, non auderet dicere filium suum, sed dominum suum. Vnde & consequenter hic adiungit, Iesu Christi domini nostri: Posteaquam dixit, ex resurrectione mortuorum: tanquam admonens vnde illũ Dauid dominum suum potius quã filiũ esse testatus sit: nõ aũt ait eum prædestinatum à mortuis, sed ex resurrectione mortuorũ. Nõ.n.resurrectione ipsa sua filius apparet, de propria illa & eminentissima dignitate, qua ẽt est caput ecclesiæ, cum & cæteri mortui resurrecturi sint: sed filius dei prædestinatus est quodã principatu resurrectionis, qui ex resurrectione oĩum mortuorũ ipse prædestinatus est. i. vt præ cæteris & ante cæteros resurgeret designatus. Vt qđ hic posi- B
tum est, filius dei, cũ dixisset, prædestinatus est, ad documẽtum ualeat tantæ sublimitatis. Non.n.sic prædestinari oportuit, nisi filium dei secundum quod est etiam caput Ec
clesiæ, vnde illum alio loco primogenitũ ex
Colos.1 mortuis appellat. Eum.n.decebat uenire ad iudicium resurgentium, qui præcesserat ad exemplum: neq; ad exemplum oĩum resurgentium, sed ad exẽplum eorũ qui sic resurrecturi sunt, vt cũ illo viuant & regnent in sempiternũ, quorũ ẽt caput est, tanquã corporis sui. Ex ipsorũ.n.resurrectione ẽt prædestinatus est, vt ipsis princeps fieret: cæterorum autem in sua conditione resurgentium non princeps, sed iudex est. Non itaq; ex illorũ mortuorũ resurrectione prædestinatus est quos est damnaturus. Prædestinatũ.n.esse ex resurrectione mortuorũ, vt præ cederet resurrectionẽ mortuorũ, vult intelligi Apostolus. Hos autẽ præcesse, qui ad ipsum cœleste regnũ quò eos præcesserit secuturi sunt. Propter qđ nõ ait qui prædestinatus est filius dei ex resurrectione mortuorũ Iesus Christus dominus noster: sed, ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi dñi nostri. Tanquam si diceret, qui prædestinatus est fi C
lius dei ex resurrectione mortuorũ suorum: hoc est, ad se pertinentium in vitam æternã: vnde si interrogaretur, quorum mortuorũ, & responderet, ipsius Iesu Christi domini nostri. Ex resurrectione.n.cæterorũ mortuorum nõ est prædestinatus, quos non præcessit ad gloriam vitæ æternæ, nõ vtiq; secuturos, quoniã ad pœnas suas impij resurrecturi sunt.

sunt. Ergo ille tãquã filius dei vnigenitus ẽt primogenitus ex mortuis prædestinatus est, ex resurrectione mortuorum. Quorũ mortuorum, nisi domini nostri Iesu Christi? Per quẽ accepimus, inquit, gratiã & apostolatũ. Gratiã cũ oĩbus fidelibus, apostolatũ aũt nõ cũ oĩbus. Et ideo si tantummõ apostolatum se diceret accepisse, ingratus extitisset gratię, qua illi peccata dimissa sunt. tanquam.n.meritis priorum operũ accepisse apostolatũ videretur. Optime itaq; tenet ordinẽ causæ, vt nemo audeat dicere vitæ prioris meritis se ad Euangelium esse perductum: quando nec ipsi Apostoli, qui cæteris membris post caput corporis supereminent, accipere apostolatum proprie potuissent, nisi prius cõmuniter cũ cæteris gratiam quæ peccatores sanat & iustificat accepissent. Quod aũt subiũgit, Ad obediendum fidei in oĩbus gentibus pro nomine eius: ad hoc dicit apostolatũ se
D accepisse, vt obediatur fidei pro noie dñi nri Iesu Christi, hoc est, vt credant oẽs in Christo, & signentur in eius nomine qui salui esse cupiunt. Quam salutem nõ solis Iudæis, sicut nõnulli qui ex ipsis crediderant arbitrabantur, venisse iam ostendit cum ait, in omnibus gẽtibus, in quibus estis, inquit, & vos vocati Iesu Christi. i. vt & vos sitis eius Iesu Christi, qui omnium gentium salus est, quanquã non in numero Iudæorum, sed in numero cæterarum gentium situs inuenti. Hucusq; dixit ipse quis esset qui scribit epistolã. Est.n.qui scribit epistolam, Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium dei. Sed quia occurrebat.quod Euangelium? respondit, quod ante promiserat per Prophetas suos, in scripturis sanctis, de filio suo. Item quia occurrebat, de quo filio suo? respondit, qui factus est ex semine Dauid secundum carnem, qui prædestinatus est filius dei in virtute secundũ spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum, domini nostri Iesu Christi. Et quasi diceretur, qũo tu ad eum pertines? respon
dit, Per quem accepimus gratiã, & apostola-
E tũ, ad obediendũ fidei in oĩbus gentibus pro noie eius. Itẽ quasi diceretur, Quæ igitur causa est vt scribas ad nos? respondit, In quibus estis & uos uocati Iesu Christi. Nunc deinde adiũgit ex more epistolæ quibus scribat, Oĩbus, inquit, qui sunt Romæ dilectis dei, uocatis sanctis, etiã hic significauit benignitatẽ dei potius quã meritũ illorũ. Nõ.n. ait, diligentibus deum: sed, dilectis dei. Prior enim dilexit nos ante oĩa merita, vt & nos eum dilecti diligeremus. Inde ẽt addidit, vocatis sanctis. Quanquam.n.sibi quis tribuat q̃ vocanti obtẽperat, nemo põt sibi tribuere q̃ vocatus est. Vocatis autem sanctis, nõ ita intelligendum est tanquam ideo uocati sint, quia sancti erant: sed ideo sancti effecti q̃ vocati sunt. Restat ergo vt salutem dicat, vt compleatur vsitatum epistolæ principium, tanquam ille illis salutem: pro eo autem ac si diceret salutem, Gratia uobis, inquit, & pax à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Non.n.omnis gratia est à deo. Nam & iudices mali præbent gratiam in accipiendis personis aliqua cupiditate illecti, aut timore perterriti. Neque omnis pax dei est uel ab illo, F
vnde ipse dominus discernens ait, Pacẽ meã Ioã. 14.
do vobis: adiungens etiã & dicens, non sicut lem pacem dare, qualem dat hic mundus. Gratia est ergo à deo patre, & domino nostro Iesu Christo, qua nobis peccata remittuntur, quibus aduersabamur deo, Pax uero ipsa qua reconciliamur deo. Cum enim per gratiam remissis peccatis absumptæ fuerint inimicitiæ, restat vt pace adhæreamus illi, à quo nos sola peccata dirimebant. Sicut Pro
pheta dicit, Non grauabit aurem ut non au Esa. 59.
diat, sed peccata vestra inter vos & deum separant. Quibus remissis per fidem domini nostri Iesu Christi, nulla separatione interueniente pax erit. Fortasse autem quisq; miretur quomodo intelligenda sit iustitia iudicis dei, cum gratiam præbet ignoscendo peccatis. Sed hoc planè iustum est apud deum, quia uere iustum est, vt ij quos peccatorum suorum pœnitet, eo tempore quo nondum pœnarum manifestus terror apparet, miseri corditer separẽtur ab eis qui defensiones peccatorum suorum pertinaciter exquirentes, nulla pœnitentia corrigi uolunt. Iniustum est enim ut cum his illi ad consortiũ pœnale copulentur, qui vocantem deum non spreuerunt, & peccantes displicuerunt sibi, ut quẽ-
admodum ille peccata eorum, sic etiam ipsi G
odissent sua. Ea.n.demum est humanæ iustitiæ disciplina, non in se amare, nisi quod dei est, & odisse quod proprium est: nec approbare pctã sua, nec in eis aliũ improbare, sed seipsum, nec putare satis sibi esse vt sua peccata displiceant, nisi etiã uigilantissima deinceps intentione uitentur: nec in eis vitãdis vires suas existimare sufficere, nisi diuinitus adiuuet. Iustũ est ergo apud deũ, vt ignoscatur talibus quæcunq; antea cõmiserunt,

ne quid iniustissimum est, cum eis qui tales nō sunt confundantur atq; misceātur. Qua propter & quia talibus non ignoscitur iustitia dei est, & quia ignoscitur gratia est. Iusta est ergo gra dei, & gratia iustitia, cum in eo quoq; et pœnitentiæ meritum gratia præcedat, quod neminē peccati sui pœniteret, nisi admonitione aliqua vocationis dei. Porro iustitiæ diuinę tanta constantia est, ut cum pœna spiritalis & sempiterna pœnitenti fuerit relaxata, pressuræ tamen cruciatusq; corporales, q bus etiam martyres exercitatos noui
H mus, postremo mors ipsa, quam peccādo meruit nostra natura, nulli relaxeē. Quòd.n. iustitia iusti hoīes & pij tamē exoluunt ista supplicia, de iusto dei iudicio venire credendum est. Ipsa est quæ in sacris scripturis ēt
Hebr.12 disciplina noīatur, quā nemo iustorū effugere sinitur. Neminē quippe excepit cum diceret, Quem.n. diligit deus, corripit: flagellat autē oēm filium quem recipit. Vnde ēt ipse Iob, qui propterea tā multa illa passus est, vt hoibus quis vir esset & quantus dei seruus eluceret, pœnas tamen corporis pro peccatis suis se exoluere sæpe testatur. Petrus quoq;
1.Pet. 4. Apostolus exhortans fratres ad perferendas pro Christi noīe passiones ita loquitur, Nemo autē vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledic⁹, aut curas alienas agēs, Si vero quasi Christianus, non erubescat: glorificet autem deum in isto noīe, quia tem
Prou.11. pus inchoationis iudicij à domo dei. Si autē initium à nobis, quis finis eorū qui non credunt Euangelio dei? Et si iustus quidem uix saluus sit peccator & impius ubi parebit? Manifeste ostendit easdē ipsas passiones, quas iusti patiuntur, ad iudiciū dei pertinere. Quod inchoari dixit ex domo dei, ut inde conjecia-
I tur, quanta impijs futura seruantur. Vnde
2.Thes.1 etiam ipse Paulus ad Thessalonicēses dicit, Ita vt nosipsi de vobis gloriemur in Ecclesijs dei, pro vestra patientia & fide in omnibus persecutionibus vestris, & pßluris quas sustinetis in exemplum iusti iudicij dei. Quod omnino ad illud respicit, quod ait Petrus, tēpus esse inchoationis iudicij à domo domini: & illud quod de Propheta interpo-
Prou.11 suit. Et si iustus vix saluus erit, peccator & impius vbi parebit? Vnde mihi videtur etiā illa quæ per Nathan Prophetā regi Dauid
2.Reg. 12. comminatus est deus, quāquam statim ignouerit pœnitenti, propterea tamen accidisse, omnia, vt demonstraretur illam veniam spiritaliter datam propter futurum iudicium pœnarum, quod expectat eos qui hoc tempore corrigi nolunt. Dicit.n. & alibi Petrus,
Propter hoc.n. & mortuis euangelizatū est, 1.Pet.4. vt iudicentur quidem secundum hominē in carne, uiuant autem secundum deum in spiritu. Hoc dixi, vt ostenderem quantum possem, & quantum opportunitas præsentis loci scripturarum sinit: non sic accipiendam gratiam & pacem dei cum dicitur, vt existiment homines à iustitia deum posse discedere. Nam & ipsam pacem cum „mitteret dominus ait, Hæc dixi, vt in me pacem habeaIoan.16
tis, in mundo autem pressuram. Sed tribulationes & molestiæ cum per iustitiam dei reddantur pctis, bonos & iustos, & quibus iam K
plus pctā ipsa displicent, quā vlla corporis pœna, nō reflectunt ad peccandum, sed ab oī labe penitus purgant. Pax.n. perfecta ēt corpore suo tpe roborabitur, si nunc pacē quā dominus per fidem dare dignatus est incon
cussē spūs nr atq; incommutabiliter tentat.
Quod aūt Apostolus gratiā & pacem à deo Roma.1
patre, & domino nostro Iesu Christo dicit, nō adiungens etiam spm sanctum: non mihi alia ratio videtur, nisi quia ipsum donū dei spiritumsanctum intelligamus. Gratia porrò & pax, quid aliud est quam donum dei? Vnde nullo modo dari hominibus gratia potest qua liberamur à peccatis: & pax qua reconciliamur deo, nisi in spiritusancto. Et iō ipsa trinitas, pariterq; incōmutabilis vnitas in ista salutatione cognoscitur. Quod propterea maxime credo, quoniam excepta epistola quā ad Hebræos scripsit vbi principiū salutatoriū de industria dicitur omisisse, ne Iudæi qui aduersus eum pugnaciter oblatrabant, nomine eius offensi, uel inimico animo legerent, vel oīno legere non curarent quod ad eorum salutem scripserat. Vnde nonnulli L
eam in canonem scripturarū recipere timuerunt. Sed quoquo modo se habeat ista quæstio, excepta hac epistola, cæteræ omnes quæ nulla dubitante Ecclesia Pauli Apostoli esse firmantur, talem cōtinent salutationem, nisi q; ad Timotheum in vtraq; interponit, misericordiam. Nam ita scribit, Gratia, misericor 1.Tim.1
dia, pax à deo patre, & Iesu Christo domino & 2.
nostro. Quo.n. familiarius, eo dulcius quodammodo scribens ad Timotheū, id verbū interposuit, quo planè aperitur atq; ostenditur, nō meritis operū priorum, sed secundū misericordiam dei nobis dari spiritumsanctum: ut & peccatorum abolitio fiat, quibus seiungebamur à deo, & reconciliatio, ut illi inhæreamus.

inhæreamus. Nec aliæ Apostolorū epistolæ quas vsus Ecclesiasticus recipit, parum nos admonēt de ista trinitate in principijs
1.Pet. 1. suis. Nā Petrus ita dicit, Gra uobis & pax adimpleat. Deinde statim subiecit, Benedictus deus & pr dñi nostri Iesu Christi: vt p gram & pacē spūsancto intellecto, patris & filij cōmemoratio animum de trinitate
2.Pet. 1. commoneat. Et in alia sic ait, Gra vobis & pax multiplicet in recognitiōe dei & Christi Iesu dñi nostri. Ioannes aūt nescio quā
M ob causam omisit tale principiū sed planè trinitatis cōmemorationē nec ipse neglexit, pro gratia & pace, societatē interponens.
1.Ioā. 1 Quod ergo vidimus, inquit, nunciamus & vobis, vt & vos societatē habeatis nobiscū, & societas nostra sit cum patre & filio eius Iesu Xpo. In secūda vero illis quæ ad Ti-
2.Ioā. 1 motheū sunt cōsonat dicēs, Sit vobiscū gratia, misericordia, pax, à deo patre & Iesu Christo filio patris, In tertiæ principio de trinitate penitus taceē, credo q sit omnino breuissima. Sic.n. incipit, Senior Gaio dile-
3.Ioā. 1 ctissimo, quē ego diligo in ueritate. Quā ueritatē p ipsa trinitate positā puto. Iudas no-
Iudæ. 1. minato deo pre & dño Iesu Christo, ad intelligēdū spūmsanctū, hoc est, donum dei, tria verba ponit: sic quippe incipit, Iudas Ie-
Ibidem. su Christi seruus, frater aūt Iacobi, in deo patre dilectis, & in Iesu Christo conseruatis & vocatis, misericordia vobis, & pax, & charitas adimpleatur. Gratia.n. & pax sine misericordia & charitate intelligi non pōt. Iacobus aūt vsitatis simum exordium fecit Epistolę, ita scribens, Iacobus dei & domi-
Iaco. 1. ni nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione salutē, Cre-
A do considerans salutē non esse nisi in dono dei vbi gratia & pax. Et quanquā ante hoc verbum nominauerit deū & dñm nostrum Iesum Christū: tamen quia nulla gratia & nulla pace salui fiūt homines, nisi quæ est à
1. Ioā. 1 deo patre & dño Iesu Christo, sicut Ioānes in tertia veritatem, sicut iste salutē pro ipsa trinitate posuisse mihi videtur. Quo loco prorsus non arbitror prætereundum, quod pater Valerius animaduertit admirans. In quorundā rusticanorū collocutione, cum alter alteri dixisset, salus: quæsiuit ab eo ali & Latine nosset & punice, quid esset salus, Rnsum est, tria. Tum ille agnoscēs cū gaudio salutem nostrā esse trinitatē, cōuenientiā linguarū non fortuitu sic sonuisse arbitratus est, sed occultissima dispēsatione diuinæ quidētiæ vt cū Latine nominatur, salus, à Punicis intelligant, tria: & cū Punici lingua sua tria nominā, Latine intelligatur salus. Chananea.n. hoc est Punica mulier, Mat.15.
de finibus Tyri & Sidonis egressa, quæ in Euangelio plonā gentium gerit, salutē petebat filiæ suę, cui rnsum est à dño, Nō est bonum panē filiorū mittere canibus. Quod crimen obiectum illa non negās, tanquā de cōfessione peccatorū impetratura salutē filiæ, hoc est, nouæ vitæ suę, Ita inquit, Dne, B
Nam & canes edunt de micis quæ cadunt de mēsa dominorū suorū. Tria.n. mulieris lingua salus vocātur. Erat.n. Chanaea. Vn de interrogati rustici nostri, quid sint, puni ce rndentes Chanani, corrupta. s. sicut in talibus solet, vna litera, quid aliud rndent q, Chananæi? Petens itaq; salutē, Trinitatem petebat quia, & Romana lingua quę in salutis nomine Trinitatē Punice sonat, caput gentium inuenta est in aduentu dñi. Et dixi mus, Chananæam mulierē, gentiū sustinere personam. Panē aūt appellans dūs, id ipsum quod à muliere petebatur, quid aliud quām Trinitati attestatur? Nanque alio loco eandē Trinitatem in tribus panibus intelligēdā esse apertissime docet. Sed hęc verborū cōsonātia, siue prouenerit, siue prouisa sit, non pugnaciter agendū est, vt ei quisque cōsentiat, sed quantū interpretantis elegantiam hilaritas audientis admittit. Illud sanē magna intentione animi cōsiderandū, & totis viribus pietatis amplectēdū satis apparet, qm si gra & pax ad implendā Trinitatis cōmemorationē sic ab Apostolo ponitur, ac si spūmsanctū nominasset: ille peccat C
in spūmsanctū, qui desperās vel irridens, atque contēnēs pdicationē gratiæ, p quā peccata diluuntur, & pacis, per quā reconciliamur deo, detrectat agere pœnitentiā de peccatis suis, & in eorum impia atq; mortifera quadā satisfactione perdurandū sibi esse decernit, & in finē vsq; perdurat. Qd ergo ait Mat.12.
dns, dimitti homini si verbū dixerit aduersus filium hominis: si aūt verbū dixerit aduersus spūmsanctū, non ei dimitti, neq; hic, neq; in futuro seculo, sed reū esse eterni peccati, no negligenter audiendū est. Cōstituamus.n. aliquē Latinæ linguę ignarā, cum illo audiente pronūciatus fuerit ab aliquo spiritussanctus, quærere quid rerū significetur sub isto syllabarū sono, ab aliquo aūt decep tore vel irrisore impio rnderi aliqd aliud, quodlibet vile & abiectū, vt quærētem di-

cipiat,ſicuti à talibus fieri ſolet ridendi grā. Illum aũt per ignorantiam contẽpſiſſe hoc nomen,dũ neſcit quid ſignificet,& aliqua ẽt in hoc conuitia iactitaſſe:neminem eſſe arbitror tam uanũ & inconſideratũ, qui hunc hoiem ullo crimine impietatis aſpergat. at contra, ſi tacito noīe, res ipſa verbis quibus
D põt ad quærentis intelligentiã perducatur, tũ uero ſi aliqua cõtumelioſa in tantam ſanctitatẽ vel verba vel facta protulerit, reus tenebitur. Quæ cũ ita ſint,manifeſtũ eſſe arbitror,eũ qui hoc noīe audito, aliã pro alia re ſignificari putauerit: & aduerſus eam rẽ quã ſignificari hoc noīe credidit,verbum dixerit: nõ hunc ſic peccare vt aduerſus ſpiritũ ſanctũ verbũ dixiſſe iudicetur. Itaq; ſi quiſquã quærẽs quid ſit ſpũſſanctus,audiat ab imperito,hunc eſſe filiũ dei per quẽ facta ſunt oĩa, qui ẽt certa opportunitate tpis de virgine natus ſit, & occiſus à Iudæis, & reſurrexerit: quibus auditis vel neget,vel irrideat quæ dicta ſunt: nõ eum ſic teneri putandũ eſt,ac ſi verbũ aduerſus ſpiritumſanctum dixerit: ſed potius aduerſus filiũ dei, vel filium hoīs,ſicut & vocari & eſſe dignatus eſt. Non.n.quid ſit imperito per vocem propoſitum,ſed per rationem expoſitũ,conſiderandũ eſt: quia ille cum maledicta proferret, ei vtiq; maledicebat,quem ſibi enarratũ in cogitatione intuebatur. Quodlibet aũt vocaretur,vtrũ res ipſa venerãda,an neganda, vel vituperanda eſſet,hoc quæritur. Hoc modo etiam ſi quiſpiã quærat quis ſit Ieſus Chriſtus: & ea quærenti rñdeantur
E quæ non in filiũ dei, ſed potius in ſpiritum ſanctum cõueniunt,quibus auditis ille blaſphemet: non vtiq; aduerſus filium, ſed aduerſus ſpiritum ſanctũ verbũ dixiſſe tenebitur. Sed ſi tranſitorie ac negligenter attẽderimus quod dictũ eſt, Si quis verbũ dixerit aduerſus ſpũmſanctum, non remittetur ei, neq; in hoc ſeculo,neq; in futuro, quis inueniri poterit cui veniam peccatorum dederit deus? Nam & pagani qui appellãtur,etiam nunc totam noſtram religiõnem, quia iam ferro & cædibus prohibentur,maledictis cõtumelijsq; inſectantur: & quicquid de ipſa Trinitate dicimus,negando & blaſphemando contemnunt. Non enim excipiunt ſibi ſpiritum ſanctum quem venerentur, vt in cætera fæuiant: ſed ſimul aduerſus omnia quæcunq; ſolicite de trina maieſtate loquimur,q̃to poſſunt furore ĩpietatis oblatrant. Nam neq; de ipſo deo patre digna ſentiũt, quem partim penitus negant, partim ſic fatentur, vt de illo falſa fingendo,non vtiq; illum,ſed ſua figmẽta venerentur. Multo magis ergo quod de filio dei, vel de ſpirituſancto dicimus, ſuo impio more deridere,quã noſtra pia ſocietate colere maluerũt. Quos tamẽ q̃tum poſſumus adhortamur ad Chri F
ſtum cognoſcẽdum,& per ipſum patrẽ deũ: ſummoq; & vero imperatori militandum eſſe ſuademus: eosq; promiſſa impunitate præteritorum omnium peccatorum inuitamus ad fidem. Qua in re ſatis iudicamus,ẽt ſi quid aduerſus ſpiritumſanctum in ſua ſacrilega ſuperſtitione dixerunt,eũ Chriſtiani facti fuerint,ſine vlla caligine dubitationis ignoſci. Iudæi vero quales aduerſus ſpiritumſanctum fuerint, teſtis eſt Stephanus, quem ipſo ſpirituſancto plenũ lapidauerũt, cũ illa oĩa quę in eos dixit,ipſe ſpiritus dixerit. In quibus verbis apertiſsime dictum eſt Iudæis, Vos ſemp reſtitiſtis ſpirituiſancto. Acto.4.
In illo tamẽ numero Iudæorum reſiſtentium ſpirituiſancto, & non ob aliud Stephanũ vas eius,niſi q̃ eo plenus erat, lapidãtiũ, ẽt Paulus Apoſtolus erat, ĩ manibus oĩum quorum veſtimenta ſeruabat: quod ſibi poſtea etiam pœnitendo increpitat, coĩpſo ſpiritu iam pleniſsimus,cui primo inaniſsimus reſiſtebat, & paratus iam lapidari pro talibus dictis,qualiũ prædicatorem ipſe lapidauerat. Quid Samaritani? Nonne ita in ſpiri
tuſancto aduerſantur,vt ipſam prophetiam G
penitus conentur extinguere,quæ per ſpiritumſanctũ miniſtrata eſt? Quorũ tũ ſaluti,& ipſe dominus atteſtatur, in eo qui decẽ leproſis mũdatis ſolus reuerſus eſt vt ageret Luc.17.
gras, cũ eſſet Samaritanus. Et in illa muliere, cũ qua ad puteũ ſexta hora locutus eſt, & eis qui per illam crediderunt. Poſt domi- Ioan.4.
ni aũt aſcenſionẽ, ſicut in actibus Apoſtolo Acto.8.
rũ ſcriptũ eſt,q̃ta gratulatione ſanctorũ recepit Samaria verbũ dei. Simonẽ quoq; magnũ arguens Petrus Apoſtolus, q̃ tam male de ſpũſancto ſenſerit,vt eum venalem putans pecunia ſibi emendum poposcerit:non tamen ita de illo deſperauit,vt veniæ locum nullum relinqueret. Nam benigne ẽt vt eũ pœniteret admonuit. Ipſa deniq; catholicæ E
eſiæ tam inſignis authoritas,quæ in eodem dono ſpũſſancti oium ſanctorũ mater toto fœcunda o.be diffunditur,cui vnquam hæretico vel ſchiſmatico ſpem liberationis ſi ſe corrigat amputauit,cui placandi dei aditum clauſit? Nonne omnes ad vbera ſua, qui

qui eam ſuperbo faſtidio reliquerunt, cũ lachrymis reuocat? Quis vero vel de principibus,vel de regibus hęreticorũ inuenitur,qui
H nõ aduerſetur ſpirituiſancto? Niſi forte quiſq; tã peruerſe ſentit,ut abitretur eum teneri reũ qui aduerſus ſpiritũſanctũ aliquid dixerit:eũ uero qui aduerſus ſpũmſanctũ multa fecerit,non teneri. Qui aũt tãta euidẽtia cõtra ſpũmſanctũ pugnant, quã illi qui aduerſus Eccleſiæ pacem ſuperbiſsimis contentionibus ſæuiunt. Sed ſi de uerbis quæſtio eſt, quæro vtrum nihil dicant aduerſus ſpũmſanctũ,cum alij eũ,qđ ad ipſum proprie pertinet,oĩno non eſſe,aſſeuerent,ſed ita eſſe vnũ deum,vt idem ipſe pater,idem ipſe filius,idẽ ipſe ſpũſanctus appelletur. Alij fateãtur quidem eſſe ſpiritumſanctũ, ſed æqualem filio, vel oĩno eſſe deum negent. Alij vnam quidẽ & eandem trinitatis ſubſtantiam eſſe fateantur,ſed de ipſa diuina ſubſtantia tam impie ſentiant,ut eam comutabilem & corruptibilem putent,ipſumq; ſpiritũſanctũ,quẽ dominus diſcipulis ſe miſſurũ eſſe promiſit, nõ quinquageſimo die poſt eius reſurectionem, Acto.2. ſicut Apoſtolorũ acta teſtantur, ſed poſt trecentos ferè annos per hoiem veniſſe confingant. Alij ſimiliter aduentum eius,quem tenemus, negant: & cum Prophetas in Phrygia per quos tanto poſt loqueretur elegiſſe contendant. Alij ſacramẽta eius exufflent,&
I baptizatos in noīe patris,& filij, & ſpirituſancti denuo baptizare nõ dubitent. Sed ne pergam per ſingula quę ſunt innumerabilia, his certe omnibus quos pro tempore breuiter attigi, ad ſponſam Chriſti redeuntibus, & errorem atque impietatẽ pœnitendo damnantibus, nulla catholica diſciplina negandã Eccleſiæ pacem,& claudenda uiſcera miſericordiæ iudicauit. Quòd ſi quiſquam tunc putat verbũ dici aduerſus ſpiritũſanctũ, cũ ab eo dr̃ cui iam per baptiſmũ dimiſſa ſunt peccata,attendat nec talibus per Eccleſiæ ſancti tatem auferri pœnitentiæ locũ. Si.n.propterea credit nõ dari veniam, quia gratia fidei ſacramentiſque fidelium iam perceptis non poteſt dici peccatum ignorantiæ, uideat aliã cauſam eſſe,cum dicitur proptẽrea nõ ignoſci,quia ignorantiæ tempore pctm̃ eſt,& aliã cauſam eſſe,cum dicitur propterea non o
ſci,quia uerbum dixit aduerſus ſpiritumſanctum Si.n.ſola ignorantia veniam meretur, & ignorantia non accipitur, niſi antequam quiſque fuerit baptizatus:nõ ſolum ſi aduerſus ſpiritumſanctum,ſed etiam ſi aduerſus ſi lium hominis poſt baptiſmum dixerit verbum: & omnino ſi qua fornicatione vel homicidio,uel ullo flagitio aut facinore poſt ba K.
ptiſmum ſeſe maculauerit, non poteſt pœnitendo curari. Quod qui ſenſerunt, excluſi ſunt à cõione catholica, ſatisq́ue iudicatum eſt eos in illa crudelitate, diuinæ miſericordiæ participes eſſe non poſſe. Si autem illud ſolum,quod aduerſus ſpiritum ſanctum dr̃, ſine venia eſſe poſt acceptum baptiſmum putatur:primo dũs cum inde loqueretur nullũ tempus excepit,ſed regulariter ait, Qui dixerit verbũ aduerſus ſpũmſanctum, nõ remittetur ei,neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Deinde Simon quem pauloante commemoraui,iam baptiſmũ acceperat, cũ ſpũmſanctum turpiſsimo mercatui ſubditum credidit. Cui correpto a ſe Petrus,tñ conſiliũ pœnitẽdi dedit. Quid aũt agimus de ijs,qui cũ baptiſmi ſacramenta pueri vel infantes perceperint,poſtea negligenter educati, per ignorantiæ tenebras vitam turpiſsimam ducunt: neſcientes oĩno quid Chriſtiana diſciplina iubeat aut veter,quid polliceatur & quid minetur:quid credendum,quid ſperandũ,quid diligendũ ſit: num aũdebimus peccata eorũ propterea non ignorantiæ peccato deputare,quia baptizati peccauerũt,cum oĩno ignorantes,& oĩno quemadmodum dr̃,ubi caput L
haberent neſcientes, in magno errore peccauerint? Quod ſi eo tpe cũ ſcientia quiſque peccaſſe dicatur,quo ſcit malum eſſe quod faciat,& tamen facit,cur hoc in ſpũmſanctum ſolum,non ẽt in dominum Ieſum Chriſtum irremiſsibile iudicatur? Adhuc ſi hoc ipſum eſt creditur peccare,uel verbũ dicere aduerſus ſpũmſanctũ,quodlibet peccatũ cũ ſcientia cõmittere:ut quicq̃d hoies ignorãdo peccãt,in filiũ peccare,quicq̃d aũt ſcientes peccant,in ſpiritumſanctum peccare iudicentur: quæro quis neſciat malum eſſe,verbi gr̃a,corrumpere pudiciam vxoris alienæ,uel eoĩpſo certe q̃ hoc in ſua coniuge nollet perpeti: aut fraudare quenquam in negotio,aut circunuenire mendacio, aut opprimere teſtimonij falſitate,aut auferendæ rei cauſa inſidiari & occidere quempiam,& ſi quid omnino eſt qđ ſibi ab altero fieri non vult,& fieri ſenſerit,toto corde indubitãter accuſat. aut ſi hæc ab ignorantibus fieri dicimus, quid inuenie mus quo ſcientes homines peccare videantur? Reſtat ergo ut ſi hoc eſt peccare in ſpiritumſanctum, peccare cum ſcientia, illis peccatis quæ commemoraui negetur pœ-

Monitendi locus, qm̃ pct̃o in ſpiritumſanctum oẽm ſpem veniæ dñs amputauit. Quod ſi regula Chriſtiana reſpuit, oẽsq; illos qui ſic peccant ad correctionem vitæ vocare non ceſſat, adhuc q̃rẽdũ eſt q̃d ſit peccare in ſpiritũſanctũ, cui pct̃o venia nulla cõceditur. An forte non eſt dicendus cũ ſcientia peccare, qui peccatũ ipſum malũ eſſe nouit, & tñ deũ volũtatẽq; eius ignorans peccat? Hoc enim videtur & ad Hebræos dicere cũ dicit, Volũtarie. n. peccãtibus nobis poſt̃q̃ ac-
Heb. 10 cepimus ſcięti ãveritatis, nõ adhuc relinquitur pro peccatis ſacrificiũ. Parum. n. erat ſi tm̃modo diceret volũtarie peccãtibus nobis: niſi adderet, poſt̃q̃ accepimus ſciẽtiã veritatis, in qua vtiq; deus volũtasq; eius cognoſcitur. Quæ ſcientia videtur congruere dominicę illi ſentẽtiæ, cũ ait, Seruus ignorans
Luc. 12. volũtatẽ dñi ſui, & faciẽs digna plagis, vapulabit pauca. Seruus aũt ſciẽs volũtatem dñi ſui, & faciens digna plagis, vapulabit multa: vt hoc putemus dictum eſſe q̃d dictum eſt, vapulabit pauca: tanq̃ ſi diceret, leuiter emẽdatus ad veniã pertinebit: in eo vero q̃d dictũ eſt, vapulauit multa: ſempiternũ ſuppli-
A cium intelligatur, quod minatur peccantibus in ſpiritum ſanctũ, quibus dicit nũquã poſſe dimitti peccatum: vt hoc ſit peccare in ſpiritumſanctum, cognita dei voluntate, peccare. Q̃d ſi ita eſt, cogitari oportet & diſcuti prius, qñ cognoſcatur voluntas dei. Non nulli enim & ante perceptum baptiſmi ſacramentum cognouerunt eam. Nã & Cornelius Centurio voluntatẽ dei vtiq; Apoſtolo Petro docẽte cognouit, & ipſum ſpm̃ſanctũ manifeſtiſſimis coatteſtãtibus ſignis anteq̃ baptizaretur accepit: quãquã nõ ideo ſacramẽta illa contẽpſerit, ſed multo certior baptizatus ſit: vt etiã ipſa ſacroſancta ſignacula, quorũ res in eo præceſſerat, ad perficiẽdam ſcientiam veritatis percipere nullo modo moraretur. Multi autẽ nec poſt acceptũ baptiſmũ curant cognoſcere voluntatẽ dei. Quapropter quiſquis ante baptiſmum cognita dei voluntate peccauerit, non poſſu-
Mat. 22. mus dicere, aut vllo modo credere, cum ad baptiſmum acceſſerit, non ei dimitti omnia quæcunq; peccauit: Huc accedit, q̃ volũtas dei in diligendo deo & proximo breuiter in
B ſinuetur credentibus, ita vt in his duobus p̃ceptis tota lex pendeat, & omnes Prophetæ. Dilectionem autem proximi. i. dilectionem hominis, vſq; ad inimici dilectionem, nobis dñs ipſe commendat: & videamus q̃ multi iam baptizati, & vera eſſe iſta fateantur, & tanq̃ domini præcepta venerentur: cũ autem perpeſſi fuerint alicuius inimicitias, ita rapiuntur animo ad vlciſcendum, & tantis inardeſcunt facibus odiorum, vt nec prolato & recitato Euangelio placari poſſint: & talibus hominibus iã baptizatis Eccleſiæ plenæ ſunt: quos tamen ſpiritales viri fraternè admonere non ceſſant, & in ſpiritu lenitatis inſtanter inſtruunt: vt huiuſmodi tẽtationibus occurrere ac reſiſtere parati ſint, & magis diligãt in Chriſti pace regnare, q̃ de inimici oppreſsione lætari. Quod inaniter fie-
2. Re. 11. & 12. ret, ſi taliũ peccatorũ nulla ſpes veniæ, nulla pœnitentiæ medicina remaneret. Et certe caueant qui hoc ſentiunt, ne Dauid patriarcham diuina electione probatũ, atq; laudatũ ignoraſſe affirment volũtatẽ dei, cũ alięnæ cõiugis amore perculſus, etiam maritũ eius decipiendum necandumq; curauit: de quo tamẽ ſcelere cũ eſſet primo ſua, deinde Prophetæ voce damnatus, pœnitendi humilitate, & peccati cõfeſsione liberatus eſt. Sed plane vapulauit multa, & exẽplo ſuo docuit in C
telligi, non ad ſempiternã pœnã, ſed ad ſeueriorem diſciplinã pertinere q̃d dictum eſt à domino, Qui autem nouit volũtatẽ dñi ſui, & facit digna plagis, vapulabit multa. Nam & illud ad Hebræos qui diligentius pertractant ſic intelligunt, vt non de ſacrificio cõtribulati pec pœnitentiã cordis accipiendũ Heb. 10.
ſit q̃d dictum eſt, non adhuc pro peccatis relinquitur ſacrificiũ: ſed de ſacrificio de quo tũc loq̃batur Apoſtolus. i. holocauſta dñicæ paſsionis, q̃d eo tempore offert quiſq; pro peccatis ſuis, quo eiuſdẽ paſsionis fide dedicatur, & Chriſtianorum fidelium nomine baptizatus imbuitur: vt hoc ſignificaret Apoſtolus, non poſſe deinceps eũ qui peccauerit iterum baptizando purgari. Quo intellectu nõ intercluditur pœnitẽdi locus, ita ſanè, vt eos qui nondũ baptizati ſunt, nondũ plenã ſciẽtiã veritatis accepiſſe fateamur. Ex quo conficitur, vt omnis qui ſciẽtiã veritatis accepit, etiam baptizatus intelligatur. Nõ aũt omnis baptizatus etiam ſcientiam veritatis accepit, p̃p quorundam poſteriorũ p̃fectũ vel miſerabilem negligentiam: & tñ illud ſacrificium de quo loquebatur. i. holocauſtum domini, quod tũc pro vnoquoq; offer D
tur quodãmõ, cum eius nomine in baptizãdo ſignatur, iterum ſi peccauerit offerri nõ poteſt. Non. n. poſſunt denuo baptizati qui ſemel baptizati ſunt, quanuis etiam poſt baptiſmum,

ptiſmum, p ignorantiam veritatis peccauerint. Ita fit vt qm̃ ſine baptiſmo nemo recte dicitur accepiſſe ſcientiã veritatis, omnis q̃ accepit eam nõ ei relinquat̃ p peccatis ſacrificium, hoc eſt, nõ poſsit denuo baptizari. Nec tñ omnis qui nõ accepit per doctrinam ſcientiã veritatis, debeat arbitrari poſſe pro ſe illud offerri ſacrificium ſi iam oblãtũ eſt. i. ſi iam eiuſdẽ veritatis poſt baptiſmum ſacramenta percepit, non p̃ot iterum baptizari. Tanquã ſi diceremus oẽm hominẽ non eſſe quadrupedẽ, nõ ideo tamẽ omne animal quod hõ non eſt etiã quadrupes eſſe. Eos. n qui iam baptizati fuerint, curari melius dicimus per pœnitentiam, non renouari, quia renouatio in baptiſmo eſt, Vbi quidem operatur pœnitẽtia, ſed tanquã in fundamento. Manẽte itaq; fundamento recurari ædificium poteſt: ſi aũt fundamentũ iterare quis voluerit, totũ ædificiũ ſubuer-
E tat neceſſe ẽ. Propterea hoc dicit Hebræis,
Heb. 6. qui ex nouo teſtamento ad ſacerdotiũ vetus declinaſſe videbant, Ideoq; remittẽtes, inquit initio Chriſti verbũ, in conſummationẽ reſpiciamus, nõ iterũ iacientes fundamentũ pœnitentiæ à mortuis operibus, & fidei in deũ lauacri doctrinæ, impoſitionis manus, reſurrectionis etiã mortuorũ, & iudicij æterni. Iſta oía in baptiſmo tradunt, q̃ negat eẽ repetẽda vtiq; in cõſecrãdis fidelibus fidelibus. Nã in verbi dei tractatione atq; doctrina, ſi iterũ tm̃, ſed ſæpius dicẽda ſunt, ſicut rerũ de quibus diſſeritur opportunitas flagitat. An uero iã illud occurret, vt non ſi quodlibet peccatum ſciens admiſerit, ſed ſi proprie peccatum in ſpiritumſanctum ſciẽs admiſerit, tunc nõ habere veniã
Matt. 9. & 12. iudicetur? Quo loco q̃ri p̃ot, vtrum ſcirent Iudæi per ſpm̃ſanctum operari dominum, qñ eum in principe dæmoniorũ dæmonia excludere blaſphemabant? Miror aũt qũo
Ro. 11. poſſent in illo ſpiritumſanctum cognoſcere eũ ipſum dñm filiũ dei eſſe neſcirent: in illa ſcilicet cæcitate q̃ ex parte in Iſrael facta ẽ, donec plenitudo gentiũ intraret. De qua opportunius ſuo loco, domino adiuuante atq; permittente, tractabitur. Deinde ſi dijudica-
F tio ſpirituum illa intelligitur, qua quiſque dijudicat vtrum in quoquã ſpirituſ ſanctus, an fallaciæ ſpiritus operetur: hæc aũt dijudicatio certo quodam tem. pore per ſpiritumſanctũ fidelibus daſ, ſicut alio loco idẽ Apo-
1. Co. 12. ſtolus dicit: qũo poterãt fideles Iudæi ſine iſto munere dijudicare, vtrum per ſpm̃ſanctum dñs operaretur: & tñ in eis vt iuſta pœna ferirentur apertiſsima indicia maleuolentiæ claruerunt: & cum falſos teſtes in eum cõpararunt & ſubmiſerunt ſimulato- Mat. 26
res qui eũ in uerbo caperẽt: & cũ tremenda Mat. 22.
mirabilia quæ in eius reſurrectione facta Mat. 28
ſunt eis renunciarẽtur, famã falſam diſſemi nare, ac veritatẽ abſcondere cuſtodũ corruptione conati ſunt, & alta malitioſi & veneno ſi animi ſigna in eis quantũ Euãgelica narratio demonſtrat, apparerent. Vnde iam velut incepit elucere eũ peccare in ſpm̃ſanctũ q̃ operibus quæ p ſpm̃ſanctũ fiunt maleuolo animo cõtradicit. Quanquã. n. neſciat, vtrum ille ſit ſpirituſſanctus qui hoc animo eſt, vt ea opera quibus inuidet, malit non eſſe ſpũſſancti, nõ quia mala ſunt, ſed quia inuidet eis, quia ipſi bonitati eſt cõtrarius per malitiam ſuã, recte in ſpm̃ſanctum peccare iudicatur. Veruntamẽ ſi ex eo quo-
que hominũ numero, quibus dñs illud cri- G
men obijcit, veniẽs ad fidẽ Chriſti, & pœnitendi cruciatibus edomita inuidia ſaluté cũ lachrymis poſcẽs, ſicut etiam nõnulli eorũ fortaſſe fecerũt, quæro vtrũ quiſquã tanto errore crudeſcat, vt aut neget eos ad Xp̃i baptiſmum admitti oportuiſſe, aut fruſtra admiſſos eſſe contendat. Nã ſi quis per inuidiam opera diuina blaſphemat, qm̃ bonis dei, hoc eſt donis dei malitia ſua reſiſtit, in ſpm̃ſanctum peccare, & propterea ſpẽ ueniæ nõ habere exiſtimandus eſt. Attendamus vtrũ ex eo numero fuerit idẽ Apoſto-
lus Paulus, Dicit. n. Qui prius fui blaſphe- 1. Ti. 1.
mus & perſecutor, & iniurioſus, ſed miſericordiã cõſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. An forte ideo nõ ptinuit ad hoc genus criminis, quia nõ erat inuidus? Audiamus quid alibi dicat, Fuimus. n. inq̃t, Titũ. 3.
& nos ſtulti aliquãdo & increduli, errãtes, ſeruiẽtes voluptatibus, & deſiderijs varijs, in malitia & inuidia agẽtes, abominabiles, inuicẽ odio habẽtes. Si ergo nec Paganis, nec Hebræis, nec hæreticis, aut ſchiſmaticis H
nondũ baptizatis ad baptiſmũ Xp̃i aditus clauditur, vbi condemnata vita priore in melius cõmutentur, quanuis Xp̃ianitati & Eccleſiæ dei aduerſantes, antequã Xp̃ianis ſacramẽtis abluerẽtur, etiam ſpirituſancto quanta potuerũt infeſtatione reſtiterunt, ſi etiam hominibus qui vſq; ad ſacramẽtorũ pceptionẽ veritatis ſcientiã perceperũt, & poſt hæc lapſi ſpirituſancto reſtiterunt, ad ſanitatem redeuntibus, & pacem dei pœnitendo

tendo quærentibus, auxilium misericordiæ
non negatur, si deniq; de illis ipsis quibus
blasphemiam in spiritum sanctũ ab eis pro-
latam dñs obiecit, si qui resipiscentes ad dei
Mat. 12. gratiam confugerunt, sine vlla dubitatione
sanati sunt: quid aliud restat, nisi vt peccatũ
in spiritum sanctũ, quod neq; in hoc seculo
neq; in futuro dimitti dominus dicit, nullũ
intelligatur nisi perseuerantia in nequitia,
Peccatũ & malignitate cum desperatione indulgen-
in spiritũ sanctum qđ tiæ dei? Hoc est.n. gratiæ illius & paci resi-
fit. stere, de quibus nobis sermo nũc ortus est.
Nã hinc licet aduertere etiam ipsis Iudæis,
quorum blasphemiã dominus arguit, non
fuisse clausum corrigendi se & pœnitendi
locum, quod idem dominus in ea ipsa repre
Mat. 12. hensione ait illis, Aut facite arborem bonã,
& fructũ eius bonũ: Aut facite arborem ma
lam, & fructũ eius malũ. Q đ vtiq; nulla ra
tione diceretur eis, si pp illã blasphemiã iã
commutare animũ in melius, & recte facto
rum fructus generare non possent, aut fru-
stra etiã sine peccati sui dimissione genera-
rent. Ergo quia dominus in spiritu dei ex-
pellebat dæmonia, cæterosq; humanorum
corporum morbos, languoresq; sanabat, nõ
Matt. 3. ab aliud nisi vt crederetur dicentr sibi, Agi-
te pœnitentiã, appropinquabit.n. regnum
cælorũ. Inuisibiliter.n. peccata dimittũtur,
cui dimissioni fidem miraculis comprobãt,
quod in illo paralytico manifestissime ostẽ-
ditur. quum.n. primo ei donum visibile ob-
Mar. 2. tulisset, propter quod uenerat, non.n. iam
venerat filius hominis, vt iudicaret seculũ,
sed vt seruaret mundum. quum ergo dixis-
Ioan. 3. set, Dimissa sunt tibi peccata: murmuratum
que esset à Iudæis indignãtibus, qđ eis tan-
Mar. 2. tam potestatẽ sibi arrogasse videret, Quid
est, inquit, facilius dicere, Dimissa sunt tibi
peccata: An dicere, surge & ambula? Vt scia
tis ãt, quia potestatẽ habet filius hominis di
mittere peccata, dicit paralytico: Tibi dico
K surge, tolle grabatũ tuũ & vade in domum
tuã. quo facto, & quibus dictis, satis declara-
uit, ideo se illa facere in corporibus, vt cre-
deret animas peccatorũ dimissione libera-
re. i. vt de potestate visibili potestas inuisibi
lis mereretur fidẽ. Quia ergo in spũ dei facie-
1. Retr. bat ille omnia, vt gratiam pacemq; hominis
Cap. 25 bus largiretur, gratiam in remissione pecca
torum, pacem in reconciliatione dei, a quo
sperãtur sola peccata quum dixissent Iudæi
Mat. 12. qđ in Beelzebub eijceret dæmonia, miseri-
corditer eos voluit admonere ne verbũ di-
rent, & blasphemiam in spm̃sanctũ, hoc est
ne gratiæ dei paciq; resisterent, quã per spm̃
sanctum donare dñs venerat. Non quia iã
hoc fecerant quod sibi neq; in hoc seculo, ne
que in futuro dimitteretur, sed ne desperã-
do de venia, aut quasi de sua iustitia plumẽ
do, & pœnitentiam non agendo, aut perse-
uerando in peccatis, hoc faecerent: hoc modo
enim dicerent verbum, hoc est blasphemiã
in spiritum sanctum, in quo dominus signa
illa propter largiendam gratiam pacemque
faciebat Si perseuerantia peccatorũ, ipsi gra
paciq; resisterent. Verbum.n. dicere, nõ ita
videtur hic positum, vt tm̃modo illud intel-
ligatur, quod per linguã fabricamus, sed qđ L
corde conceptum, etiã opere exprimimus. Si
cut.n. non confitentur deum, qui tantum
oris sonõ confitentur, non etiam bonis ope- Titum. 1
ribus. Nam de his dictum est, Confitentur
enim se nosse deum, factis autem negãt. Ex
quo manifestum est, dici aliquid factis, sicut
manifestum est negari aliquid factis. Et si-
cut illud quod ait Apostolus, Nemo dicit 1. Co. 12.
dñs Iesus, nisi in spiritu sancto: non potest re
ctẽ intelligi, nisi in factis dicere intelligatur.
Non.n. hoc in spiritu sancto dicere putandi
sint, quibus ipse dñs dicit. Vt quid mihi dici
tis, dñe dñe, & non facitis quæ dico vobis? Luc. 6.
Et illud, Nõ omnis qui mihi dicit, dñe dñe, Mat. 7.
intrabit in regnum cœlorũ. Sicut etiam qui
hoc verbum, quod sinẽ venia nulle intelligi
dominus, in spm̃sanctum dicit, hoc est, qui
desperans de gratia & pace quam donat, in
peccatis suis perseuerandum sibi esse dicit,
ne dicere intelligendus est, si non facit, Vt
quõ illi factis dñm negant, sic isti in factis
dicant se in mala vita sua & perditis mori-
bus perseueraturos, vt etiam ita faciant, hoc
est perseuerent. Quod si faciunt, quis iam
miretur, aut qs nõ intelligat, et dñm Iesum M
Xpm per illam cõminationẽ ad pœnitentiã
vocasse Iudæos, vt eis in se credentibus, gra
tiam pacemq; donaret: & huic gratiæ paciq:
resistentibus, & hoc modo verbum atq; bla-
sphemiam in spiritum sanctum dicentibus,
hoc est in peccatis suis desperata atq; impia
mentis obstinatione perseuerantibus, & ad-
uersus deum sine humilitate confessionis at
que p[illegible]uitentiæ superbientibus, neq; in hoc
seculo neq; in futuro veniam posse concede-
re? Quæ si ita sunt, opportunitate tractã-
di de gratia & pace, quæ nobis est à deo pa-
tre & dño nostro Iesu Christo, magna &
difficillima eodẽ ipso dño largiẽte qstio dis-
soluta

soluta est. Quisquis autem adhuc de re tãta
diligentiorẽ considerationẽ tractationemq;
desiderat, in Euangelij tractatione, atque in
verbis Euangelistarum sibi desideranda esse
cognoscant. Et meminerit nos nunc Epi-
stolam Pauli Apostoli ad Romanos suscepisse tractandam, cuius Epistolæ textũ conse
quentem in alijs uoluminibus, si dominus
uoluerit, vestigabimus. Vt in huius salutatione iam tandem iste sit modus.

Finis expositionis epistolæ ad Romanos.

AD. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Expositionis quarundam propositionum ex Epistola ad Romanos, Liber.

Ensus hi sunt in Epistola
ad Romanos Pauli Aposto
li. Primo omnium vt quis
intelligat in hac Epistola
quæstionem uersari operũ
legis & gratiæ. Quod autẽ
Rom. 1. ait, Scđm spm̃ sanctificationis, ex resurre-
ctione mortuorũ. i. quia spiritus donũ acce-
perunt post eius resurrectionẽ, mortuorum
vero resurrectionẽ memorat, quia in ipso o-
2 mnes crucifigimur & resurgimus. Quod
aũt dicit, Vt gram uobis spiritalẽ impertiã,
dilectionẽ. s. dei & proximi, vt per charitatẽ
Christi gentibus in Euangeliũ vocatis mini
3 me inuiderent. Quod aũt dicit, Reuela-
tur ira dei de cœlo super oẽm impietatẽ: &c.
Sapiẽ. 13 Ait & Salomon de sapientibus mundi, Si. n.
tantum potuerunt scire vt possint æstimare
seculum, quõ ipsius mundi dñm & creatorẽ
B non facilius inuenerunt? Sed quos arguit Sa
lomon, non cognouerunt per creaturã creato-
rẽ: hos autem arguit Apostolus, cognoue
Act. 17. runt, sed gratias non egerunt, & dicentes se
esse sapientes, stulti facti sunt, & ad colenda
simulachra deciderunt. Nam sapientes gen-
tium quòd inuenerint creatorem, manifeste
idem Apostolus cum Athenien sibus loque-
retur ostendit. cum enim dixisset, Quia in
ipso uiuimus & mouemur & sumus addi-
dit, Sicut & quidam secundũ vos dixerunt.
Hac autem intentione prius arguit impie-
tatem gentium, vt ex hoc probet etiam ad
gratiam posse pertinere cõuersos. Iniustum
est enim vt pœnam subeant impietatis, &
præmium fidei non accipiant. Quod au- 4
tem dicit, Cognoscentes dominum non vt
deum glorificauerunt, aut gratias egerunt,
Hoc caput est peccati, de quo dictum est, Eccl. 10.
Initium omnis peccati superbia. Qui si gra
tias egissent deo, qui dederat hanc sapien-
tiam, non aliquid tribuissent cogitationibus
suis. Quapropter in desideria cordis sui tra-
diti sunt à domino, vt facerent quæ non
oportet. Quod autem dicit, Tradidit, in- 5
telligitur dimisit in desideria cordis eorum.
Mercedem autem mutuam dicit recepisse à C
deo vt traderetur in concupiscentias cordis
eorum. Quod autem denuo dicit, Tra- 6
didit illos deus in reprobam mentem, & cæ
tera, repletos omni iniquitate, datur in-
telligi ad nocendum pertinere ista, quæ
nunc dicit, id est, facinora. Superius au-
tem dicebat de corruptelis, quæ flagitia no-
minantur, ex quibus ad facinora peruenit
tur, quoniam quisque pernicio sam dulce-
dinem flagitiorum sequens, dum impedien-
tis personam remouere conatur pergit in
facinus. Sic distinctus etiam ille locus in
sapientia Salomonis, vbi cum enumeras-
set superiora flagitia: ait, circunueniamus
pauperem iustum, quoniam inutilis est no Sapiẽ. 2.
bis: &c. Quod autem dicit, Non solum 7
qui faciunt, sed etiam qui consentiunt fa-
cientibus, significat quia quæcunque fece-
runt, non inuiti fecerunt. Nam cum ad ma-
la facta consentiunt, etiam illa quæ non fece-
runt approbant, & ideo de perfectis iam pec
catis dicit. Quod autẽ ait, Propterea in- 8
excusabilis es ò homo omnis q iudicas, O- Rom. 2.
mnis autẽ cum dicit, subintrat iam vt mon
stret non solum gentilem, sed etiam Iudæũ,
qui secundum legẽ uolebat iudicare de gen- D
tibus. Quod aũt dicit, Thesaurizas tibi 9
iram in die iræ. Iram dei ubiq; loquitur pro
uindicta. Id circo ait, Iusti iudicij dei. Notã-
dum autem, quia ira dei ponitur & in nouo
testamento, quod cum in uetere legunt ho-
mines qui legi veteri aduersantur, culpandã
eam putant, cum deus utiq; sicut uos pertur
bationibus non subiacet, dicente Salomo-
ne, Tu autem dñs virtutum cum tranquilli Sapiẽ. 12
tate iudicas, Sed ira vt dictum est in vindi-
ctæ significatione ponitur. Quod autem 10
dicit Contestãte conscientia illorum. Secun
dũ illum locum loquitur Ioannes Aposto- 1. Ioã. 3
lus quo ait, Dilectissimi, si cor nostrum nos
reprehenderit, maior est deus conscientia
nostra: &c. Quod autem dicit, Spiritu 11

non

non litera: hoc est, vt secm spiritū, nō secm
quod habet litera lex intelligatur, quod cō-
tingit illis qui circunclsione magis carnali-
12 ter, q̄ spiritaliter acceperunt. Quod au-
tem dicit, Cuius laus non ex hominibus,
sed ex deo. Illi conuenit quo ait, Qui in se-
13 creto Iudæus est. Quod autē dicit, Quia
Rom.3. non iustificabitur in lege omnis caro coram
E illo. Per legem enim cognitio peccati, & cæ-
tera similia, quæ quidam putant in contu-
meliam legis obijcienda, solicite satis legen-
da sunt, vt neque lex ab Apostolo improba-
ta videatur, neque homini arbitrium liberum sit ablatum. Itaque quatuor istos gradus hominis distinguamus, ante legem, sub lege, sub gratia, in pace. Ante legem, sequimur concupiscentiam carnis. Sub lege, trahimur cum ea. Sub gratia, nec sequimur eā, nec trahimur ab ea. In pace, nulla est concupiscentia carnis. Ante legem ergo nō pugnamus, quia non solum concupiscimus & peccamus, sed etiam approbamus peccata. Sub lege pugnamus, sed vincimur. Fatemur enim mala esse quæ facimus, & fatēdo mala esse, vtiq; uolumus facere: sed quia nondum est gratia, superamur. In isto gradu ostenditur nobis quō iacemus, & dum surgere volu-
14 mus & cadimus, grauius affligimur. Inde
Rom.4. hoc dicitur, Lex subintrauit vt abundaret
15 delictum. Inde & quod nūc positum est,
Rom.3. Per legem cognitio peccati. Non.n. ablatio
F peccati est, quia per solam gratiam aufertur
Rom.4. peccatum. Bona ergo lex, quia ea uetat quæ uetanda sunt, & ea iubet, quæ iubenda sunt. Sed cum quisquam illam viribus suis putat implere, non per gratiam liberatoris sui, nihil ei prodest ista præsumptio. Immo ēt tantum nocet vt uehementiori peccandi desiderio rapiatur, & in peccatis etiam præuaricator inueniatur. Vbi.n. non est lex, nec præuaricatio. Sic ergo iacens cum se quisque cognouerit, per seipsum surgere nō valere, imploret liberatoris auxilium. Venit ergo gratia quæ donet peccata præterita, & conantē adiuuet, & tribuat charitatē iustitiæ, & auferat metum. Quod cum fit, tamen desideria quædam carnis dum in hac vita sumus, aduersus spiritum nostrū pugnāt ut eum ducant in peccatum, non tū his desiderijs con-
17 sentiens spiritus qm̄ est fixus in gratia & cha-
ritate dei, desinit peccare. Non.n. in ipso desiderio prauo, sed in nostra consensione peccamus. Ad hoc valet, quod dicit idē Apostolus, Non regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum concupiscentijs eius. Hic enim ostendit esse desideria quibus non obediendo peccatum in nobis regnare non sinimus. Sed qm̄ ita desideria carnis de carnis mortalitate nascuntur, quam trahimus ex primo peccato primi hominis, vnde carnaliter nascimur, nō finientur hæc G nisi resurrectione corporis immutata illa q̄ nobis promittitur, meruimus, vbi perfecta pax erit, quā in quarto gradu cōstituimus. Ideo āt perfecta pax, q̄a nihil nobis resistit, nō resistētibus deo. Hoc est qđ dicit Apo 18
stolus. Corpus quidē mortuū est pp pcm̄: spūs āt vita est pp iustitiā. Si ergo spūs eius Rom.8.
q̄ suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vo
bis, q̄ suscitauit Chm̄ Iesum viuificauit & mortalia corpora vra per inhabitantē spm̄ eius in vobis. Liberū ergo arbitriū perfecte fuit in primo hoīe, in nobis aūt ante gratiā non est liberū arbitrium, vt non peccemus, sed tm̄ vt peccare nolimus. Gratia vero efficit vt non tm̄ velimus recte facere, sed etiam posimus; nō viribus nris, sed liberatoris auxilio, qui nobis ēt perfectam pacē in resurrectione tribuit, q̄ pax pfecta bonā voluntatē consequitur. Gloria.n. in excelsis deo, & in Lucę.2.
terra pax hoibus bonæ voluntatis. Quod 19
āt dicit. Legē euacuamus per fidē. Absit; sed Rom.3.
legē statuimus. i. firmamus. Sed quēadmodū firmanda fuerat lex, nisi per iustitiā? Iustitia aūt quæ est ex fide, quia ex ipsa quæ non poterant impleri per legem, per fidem impleta sunt. Qđ āt ait, Sr.n. Abrahā ex operibus 20
iustificatus est, habet gloriam, sed non apud H
deū. Hoc est quia Abrahā sine lege dū non Rom.4.
ex operibus legis gloriā conquirit, quasi suis viribus legē impleat. Cū aūt adhuc lex ista data non esset, dei illa gloria, non sua est. Nō immēritus vitā, quam ex operibus, sed dei gra fide iustificatus est. Quod aūt ait, Ei 21
aūt qui operatus mercedē nō imputat secm̄ gratiam, sed secm̄ debitum: dixit quēadmodū hominēs hoibus reddant mercedē. Nam. 1. b
deus per gratiā dedit, quia, peccatoribus dedit, vt p fidē iuste viuerēt. i. bene operarent. Quod ergo bene operamur iam accepta gratia, non nobis, sed illi tribuendum est qui p gratiam nos iustificauit. Nam si debitā mercedem vellet reddere, & pœnā redderet debitam peccatoribus. Quod aūt ait, Qui au 22
stificat impium, hoc est de impio pium facit, ut de cætero in ipsa pietate permaneat atq; iustitia, quia ideo iustificatus est vt iustus sit, non ut peccare sibi licere arbitretur.

Quod

23 Quod aūt ait, Lex.n. irā operatur, vindi-
ctā significat, ad illū secm̄ gradum pertinet,
24 cū est q̄sq; sub lege. Quod aūt ait, Ante
dūm cui credidisti: significauit fidē in inte-
I riore homine esse in cōspectu dei, nō in ostē
tatione hominum, sicuti est carnis circunci-
25 sio. Quod aūt ait, de Abrahā. Dans glo-
riā deo, aduersus illos positum est, q̄ gloriā
suā de operibus legis corā hominibus quære
26 bant. Qđ aūt ait, Nō solū aūt, sed gloria-
Rom.5. mur in tribulationibus: &c. gradatim perducit vsq; ad charitatē dei, quam charitatē dicit non hīe per donum spiritus, monstrat illa oīa quæ posimus nobis tribuere, deo eē tribuenda, qui per spm̄sanctū gram dare di-
27 gnatus est. Quod aūt ait, Vsq; ad legē. n.
peccatum in mundo fuit. Intelligendum est quousq; ueniret gratia, Contra eos. n. dictū est, qui arbitrant p legē auferri potuisse pec-
28 cata. Dicit aūt Apostolus manifestata esse
peccata per legē, non aūt ablata cū dicit, Peccatū aūt non deputabatur, cū lex non esset. Non.n. ait, nō erat: sed, non deputabat. Neque cū lex data est, ablatum est, sed deputari cœpit. i. apparere. Nō ergo putemus vsq; ad legē ita dictum esse, quasi iā sub lege non esset peccatum, sed sic dictū est vsq; ad legē, vt totū legis tempus annumeret vsq; ad finē le-
29 gis: quod est Christus. Quod aūt ait, Sed
regnauit mors ab Adam vsq; ad Moysen, &
K in ijs qui nō peccauerūt in similitudinē prę-
uaricationis Adæ duobus modis distinguit:
Frobe- aut, In similitudinem prævaricationis Adæ
nianum regnauit mors: quia & qui nō peccauerunt,
exēplar ex origine mortalitatis Adam, mortui sunt.
hēt hoc Aut certe regnauit mors & in ijs qui non in
loco in similitudinem prævaricationis Adæ peccā-
tōtextu uerunt, sed ante legē peccauerunt: vt illi pec-
Hic mi- casse intelligantur in similitudinē prævari-
nus hēt. cationis Adæ qui legē acceperūt, q̄a & Adā accepta peccati lege peccauit. Sane ēt id qđ dictū est, ad Moysen: totū tps legis intelligitur. Forma aūt futuri dictus est Adam, sed à contrario, vt quō per illū mors, sic per dūm nostrū uita. Quod aūt ait, Sed non sicut delictū, ita est & donatio: Duobus modis donatio præcellit, vel q̄ multomagis abundet gratia, qua vtiq; in æternum viuitur, Temporaliter aūt per mortem Adæ mors regnauit, vel q̄ unius delicti condēnatione mors multorū facta est per Adā, per dūm aūt nostrū Iesum Chm̄ multorum delictorum donatione data gratia in vitā æternam. Aliam uero differentiā sic explicans dicit, Et non sicut per unū peccantē, ita est & donū: Nā iudicium quidem ab vno in condēnationē, gratia aūt ex multis delictis ad iustificationem. Ex vno ergo quod dictū est, subauditur delictū, quia sequitur, gratia aūt ex multis delictis. Ergo hæc differentia est, q̄ in Adam vnū delictum dānatū est, à dño aūt multa donata sunt. Quod ergo sequitur ambas istas differentias tenet, vt explicetur sic, Si.n. ob vnius delictū mors regnauit per unū, multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitiæ accipiunt in vita regnabunt per vnū Iesum Christum. Quod aūt dixit, Multo magis regnabunt: ad uitā æternā pertinet. Quod aūt dixit, Abundantiā gratiæ accipient: ad donationē multorū pernet delictorū. Post explicatas aūt has differentias redit ad formā vn de cœperat, cuius ordinem suspenderat, cū diceret. Sicut.n. per unum hominem peccatum intrauit in hunc mundū, & per peccatum mors: ad qđ nunc redit cū dicit, itaque sicut per vnius delictū in oēs ad condemnationē, ita & per vnius iustificationē oēs homines ad iustificationē vitæ. Sicut enim per inobedientiā vnius hominis peccatores cōstituti sunt multi, ita & per vnius obedientiam iusti constituti sunt multi. Hæc est forma futuri Adam, de qua superius loqui cœperat, & eius aliquas differentias interponēs distulerāt ordinem, ad quē nunc redeundo conclusit dicēs. Itaq; sicut per vnius delictū M
in oēs homines: &c. Quod aūt ait, Lex su 30
bintrauit vt abundaret delictū, Ipso uerbo satis significauit nescisse Iudæos qua dispensatione lex data sit. Non.n. data est quæ posset uiuificare, quia gratia viuificat per fidē, sed data est lex ad ostendēdum quantis, quāque arctis uinculis peccatorum cōstricti tenerentur qui de suis uiribus adimplendam iustitiā præsumebant. Sic abundauit peccatum cum & concupiscentia ex prohibitione ardentior facta est, & peccantibus contra legem prævaricationis crimen accesit. Qđ intelligit qui secūdum gradum in illis quatuor gradibus considerat. Quod autem 31
ait, Quid ergo dicemus? Permanebimus in Rom.6.
peccato vt gratia abundet? Absit. Qui mortui sumus peccato, quomodo viuemus in eo? Hinc ostendit de præteritis peccatis factum esse vt donarentur, & in eo superabundasse gratiam vt præterita peccata dimitterentur. Ergo quisquis adhuc quærit augmenta peccati, vt augmentum gratiæ sentiat, non intelligit id se agere, vt nihil in eo gratia operetur,

A retur, Opus.n.gratiæ est, vt moriamur pec-
32 cato. Quod autem ait, Hoc scientes, quia
Deu. 21 vetus homo noster simul crucifixus est, vt
Ibidem. euacuetur corpus peccati: refertur ad illud
quod per Moysen dictū est, Maledictus om
nis qui in ligno pepēderit. Veteris hominis
crucifixio significata est in cruce dñi, sicut
noui hominis instauratio in resurrectione
signata est. Manifestum est autem secundū
eum nos agere veterem hominem qui male-
dictus est propter peccatū, & de dño dictum
esse nemo ambigit q̄ peccata nostra porta-
uit, & peccatum pro nobis fecit, & de pecca-
33 to condemnauit peccatum. Quid est au-
tem euacuare corpus peccati? Ipse exposuit,
34 Vltra nō seruiamus peccato. Et illud q̄d
ait, Si mortui sumus cum Christo, hoc est si
Gala. 5. crucifixi sumus cū Christo. Dicit.n. alio lo-
co, Qui aūt Christi Iesu sunt, carnē suā cru-
cifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.
Non ergo dūm maledixit Moyses, sed quid
35 ostenderit eius crucifixio, prophetauit.
Q d aūt ait, Peccatum.n.in vobis nō domi-
nabitur, Nō enim estis sub lege, sed sub gra-
tia: vtiq; ad tertium illum gradum iam per-
tinet, vbi homo iam mente seruit legi dei,
B quamuis carne seruiat legi peccati, Nō enim
abaudit desiderio peccati, quāuis ad hoc so-
licitent concupiscentiæ, & prouocent ad cō-
sensionem, donec viuificetur etiam corpus,
& absorbeatur mors in victoria. Quia ergo
non consentimus desiderijs prauis, in gratia
sumus, & non regnat peccatū in nostro mor
tali corpore, & omnino ex illo loco vbi ait,
Qui mortui sumus peccato, qūo viuemus
in eo: eum describit, qui est sub gratia cōsti-
turus. Cui autem dominatur peccatum, quā
uis peccato non resistat, adhuc sub lege est,
36 non sub gratia. Quod autem dicit, Mu-
Rom. 7. lier.n. sub viro viuo marito, vincta est legi:
siautē mortuus fuerit vir eius, euacuata est
à lege uiri: &c. Animaduertendum est, istā
similitudinem in hoc differre ab ea re pro-
pter quam adhibita est, q̄ hic virum dicit
mori, vt mulier nubat cui uolet liberata à le
ge viri, ibi autem constituat animam quasi
mulierem, virum autem quasi passiones
peccatorum, quæ operantur in membris, vt
fructum ferant morti. i. ut tali coniugio pro-
les digna nascatur, & lex q̄ data est non ad
auferendum peccatum, vel ad liberationem
à peccato, sed ad ostendendum peccatum an
te gratiam. Per quod factum est, ut sub lege
C positi, & vehementiori desiderio peccandi
raperentur, & amplius etiam de præuarica-
tione peccarent. Cum ergo & ibi tria sint,
anima tanquam mulier, passiones peccato-
rū tanquā vir, & lex tanquā lex uiri, nō ibi
peccatis mortuis tanquam uiro mortuo libe
rari animā dicit, sed ipsam animā mori pec-
cato & liberari a lege, ut sit alterius. i. Chri-
sti cum mortua fuerat peccato, quanuis ad-
huc quasi viuente ipso peccato, quod fit cū
adhuc manentibus in nobis desiderijs & in
uitamentis quibusdā ad peccandū, non obe-
dimus tū, neq; consentimus mēte seruiētes
legi dei, quia mortui sumus peccato. Morie-
tur aūt & peccatum, cū reformatio corporis
in resurrectione facta fuerit, de qua post di-
cit, Viuificabit & mortalia corpora vestra Rom. 8.
propter spūm manentem in vobis. Quod 37
autem dicit, Occasione accepta peccatum p Rom. 7.
mandatum operatum est in me omnem cō-
cupiscentiam: intelligendum est non omnē
fuisse concupiscentiam antequam prohibi-
tione aucta esset, Augetur enim prohibitio-
ne concupiscentia quando deest gratia libe-
rantis, ideo nondum est omnis antequam
prohibeatur, cum aūt prohibita fuerit, desi- D
stente, vt diximus, gratia, tantum crescit cō-
cupiscentia, vt ita in suo genere omnis. i. cō-
summata fiat, vt etiam contra legem faciat,
& præuaricatione crimen accumulet. Cum
autem dicit, Sine lege enim peccatum mor-
tuum est: Non quia non est, dixit mortuum
est, sed quia latet, quod in consequentibus
manifestat cum dicit, Sed peccatum vt appa
reat peccatū, per bonum mihi operatum est
mortem. Bona est enim lex, Sed sine gratia
ostendit tantummodo peccata non tolli. 38
Quod autem ait, ego autem uiuebam ali-
quando sine lege: intelligendum est, uiuere
mihi uidebar, quia ante mandatum latebat
peccatum. Et quod ait, Adueniente autem
mandato, peccatū reuixit, Ego autem mor-
tuus sum: intelligendum est, peccatum appa-
rere cœpit, ego autem mortuum me esse co 39
gnoui. Quod autem ait, Peccatū occasio-
ne accepta per mandatum fefellit me, & per
illud occidit: Idēo dictum est, quia desiderij
prohibiti fructus dulcior est. Vnde etiam q̄-
cunq; peccata occulte fiunt dulciora sunt,
qu[illegible]ais mortifera ista dulcedo sit. Inde est E
q̄ apud Salomonem fallacis doctrinæ ima- Prou. 9.
gine sedens mulier' & inuitans ut ad se ue-
niant insipientes, scribitur dicere, Panes oc-
cultos libenter edite, & aquā furtiuā dulcem
bibite. Ista dulcedo est occasio per mandatū
inuenta

inuenta peccati: quæ cum appetitur utique
fallit, & in maiores amaritudines uertit.
40 Quod autē ait, Quod ergo bonum est,
mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum
vt appareat peccatum, per bonum mihi ope
ratum est mortem. Hic euidenter ostendit
quod superius dixerat, Sine lege enim pecca
tum mortuum est: ideo dixisse, quia latet:
quando quidem nunc dicit, Non illud bo-
num. i. legē factam sibi esse mortem, sed pec
catum operatum esse mortem per bonum
legis. i. vt appareret peccatum quod latebat
sine lege. Tunc enim se mortuū quisq; co-
gnoscit, cū illud quod recte preceptū esse cō-
fitetur implere non pōt, & præuaricationis
crimine amplius peccat, q̄ si non prohibea-
tur. Hoc est quod in cōsequētibus dicit, Vt
fiat supra modum peccator peccans per mā
datū quod ante mādatum minus erat, quia
41 vbi nō est lex, nec p̄uaricatio. Quod au-
1. Retr. tē ait, Scimus, quia lex spiritalis est, ego aūt
Ca. 23. carnalis sum. Satis ostendit non posse im-
F pleri legem, nisi ab spiritalibus, quales facit
gratia dei: similis. n. quisq; factus ipsi legi, fa
cile implet quod præcepit, nec erit sub illa
sed cum illa. Is eūt aūt qui iā nō capitur tē-
poralibus bonis, nec terretur temporalibus
42 malis. Quod aūt ait, Venūdatus sub pec
cato: Intelligendū est, q̄ vnusquisq; peccan
do animā suā diabolo uendit, accepto tāquā
precio dulcedine temporalis voluptatis: Vñ
& dñs redēptor noster dictus est, quia hoc
43 modo quo dictum est, uenditi eramus.
Quod autem ait, Quod n. operor ignoro,
Potest uideri minus intelligentibus contra-
rium esse illi sententiæ qua dixit, Peccatum
ut appareat peccatum, per bonū mihi ope-
ratum est mortē. Qūo enim apparet si igno
ratur? Sed ignoro, sic dictum est hoc loco,
vt intelligatur, non approbo. Qūo enim te-
nebræ non videntur, sed lucis cōparatione
sentiuntur: hoc est autem sentire tenebras
quod est non uidere: sic & peccatū, quia nō
illustratnr luce iustitiæ, non intelligēdo di-
gnoscitur, sicuti tenebras dictū est non uidē-
do sentiri. Et ad hoc pertinet q̄d in Psalmo
Psa. 18. dicitur. Delicta quis intelligit? Quod aūt
43 G ait, Non. n. quod uolo hoc ago, sed quod no
lo hoc facio. Si autem quod nolo hoc [illegible]o,
consentio legi quoniam bona est. Satis qui-
dem lex ab omni criminatione defenditur.
Sed cauendum ne quis arbitretur his uerbis
auferri nobis liberum voluntatis arbitriū,
quod nō ita est, Nunc. n. homo describitur
sub lege positus ante gratiam. Tunc enim
peccatis uincitur, dum uiribus suis iuste ui-
uere conatur sine adiutorio liberantis gra-
tiæ dei. In libero āt arbitrio habet ut credat
libere & accipiat gr̄am, vt iam illo qui eam
donat liberante & adiuuante non peccet: at-
que ita desinat esse sub lege, sed cū lege vel
in lege implens eā charitate dei, quod timo-
re non poterat. Quod aūt ait, Video aliā 45
legem in membris meis: Et reliqua, Legem
peccati dicit, qua quisq; carnis consuetudine
implicitus astringitur, Hanc repugnare ait,
legi mētis suę, & se captiuare sub lege pecca
ti. Vnde intelligitur ille hō describi qui nō-
dum est sub gratia. Si. n. repugnaret tantum
consuetudo carnalis & nō captiuaret, nō es-
set dānatio. In eo. n. est dāmnatio q̄ obtem
peramus & seruimus desiderijs prauis car-
nalibus. Si autē existant, & non desint talia
desideria, nō tamen his obediamus, non ca- H
ptiuamur & sub gr̄a iam sumus, de qua lo-
quitur cum exclamauit liberatoris auxiliū,
ut possit per gr̄am charitas, quod per legem
timor non poterat. Dixit. n. Infelix ego hō,
quis me liberabit de corpore mortis huius?
Et subiecit, Gr̄a dei per Iesum Chr̄m dūm
nr̄m. Deinde incipit describere hominē sub
gratia constitutū: qui tertius gradus est illo-
rum quatuor quos distinximus. Ad hunc 46
gradū iam pertinet quod statim subiungit,
Igitur ego ipse mente seruio legi, carne au-
tem legi peccati, quia licet existentibus desi-
derijs carnalibus, iam non seruit consentiē-
do ad faciendum peccatum, qui sub gratia
constitutus, mente seruit legi dei. Legē aūt
peccati dicit transgressionem Adæ conditio
nem mortalē, qua mortales facti sumus. Ex
hac, n. labe carnis concupiscentia carnalis so
licitat, & secundū hanc dicit, Fumus & nos
natura filij iræ sicut & cæteri. Quod aūt 47
dicit, Nulla ergo condemnatio est nunc his Ephe. 2.
qui sunt in Christo Iesu, satis ostendit cō- Rom. 8.
demnationem non esse si existant desideria
carnalia, sed si eis ad peccandum obediatur.
Quod contingit his qui sub lege constituti
sunt, nondum sub gratia. Nā sub lege cōsti- I
tuti non solū repugnantem habent concu-
piscentiam, sed etiam captiui ducuntur cum
obtēperant. Nō aūt contingit his qui mēte
seruiunt legi dei. Quod aūt ait. Quod. n. 48
impossibile erat legi, in qua infirmabatur p
carnē, deus filium suum misit in similitudi-
nē carnis peccati, & de peccato dānauit pec
catum in carne, vt iustificatio legis imple
retur

retur in nobis, qui non,secm carnẽ ambulabus,sed secundum spm. Manifestissime docet eadem ipsa præcepta legis propterea nõ impleta,quanuis essent implẽda,qm quibus data erat lex ante gram, dediti erant carnalibus bonis,& ex his beatitudinem acquirere cupiebant,neq; metuebãt,nisi cũ talibus bonis imminebat aduersitas,& ideo cũ illa tẽporalia deturbarentur, facile recedebant à præceptis legis. Infirmabatur ergo lex non implendo quod ꝓcipiebat, nõ sua culpa,sed ꝓ carnẽ.i. per eos homines qui carnalia bona appetendo non amabant legis iustitiam, sed ei temporalia cõmoda præponebant. Et ideo liberator dominus noster Iesus Christus susciꝑiendo mortalem carnẽ, venit in similitudinẽ carnis peccati. Carni.n.peccati debita mors est. At vero illa mors domini, K dignationis fuit,nõ debiti:& tamẽ hoc quoque Apostolus peccatum uocat susceptionẽ mortalis carnis,quãuis nõ peccatricis, ideo quia immortalis tanquã peccatũ facit cum moritur. Sed de peccato,inquit,condẽnauit peccatũ in carne. Id.n.egit mors domini,ne mors timeretur,& ex eo iam nõ appeterent temporalia bona,nec metuerentur tempora lia mala in quibus carnalis erat illa prudentia,in qua impleri legis ꝓcepta nõ poterãt. Hæc aũt prudẽtia in homine dominico extincta & ablata,iustitia legis impletur,cum secm carné nõ ambulatur, sed secm spm. Matt. 5. Vnde uerissime dictũ est,Non ueni soluere legem,sed adimplere. Ro. 13. Plenitudo ergo legis charitas, & charitas eorũ est qui secm spm ambulant,Hæc.n.ad gram pertinẽt spiritussancti. Qñ.n.non erat charitas iustitiæ 49 sed timor,lex non implebaẽ. Rom.8. Quod autẽ ait,Quia prudẽtia carnis inimica ẽ in deũ. Legi.n.dei nõ est subiecta,nec.n.põt:ostendit quid dixerit,inimica:ne quis putaret tãquã ex aduerso principio aliquã naturam quã non condidit deus inimicitias aduersus deum exercere. Inimicus ergo dei dicitur, qui legi ipsius non obtẽperat,& hoc peꝛcarnis prudentiam.i.cum appetit temporalia bona,& timet temporalia. Definitio,n.prudẽtiæ in appetendis bonis,& vitandis malis explicari solet. Quapropter recte appellat L Apostolus carnis prudentiam, qua hæc appetuntur pro magnis bonis quæ non perseuerant cũ homine,& ne hæc amittantur timetur,quæ quandoq; amittenda sunt. Nõ põt aũt talis prudẽtia legi dei obtemperare. Sed tũc obtẽperatur legi, cũ hæc prudentia extincta fuerit, vt ei succedat prudẽtia spiritus,qua nec in temporalibus bonis spes nostra est,neq; in malis timor. Eadem nanq; animæ natura & prudentiã carnis habet,cũ inferiora sectatur: & prudentiã spũs,cũ superiora elegit,diligit. Quemadmodũ eadẽ aquæ natura & frigore cõgelascit, & calore resoluitur. Sic ergo dictũ est, Legi dei non est subiecta prudentia carnis: nec enim põt: qũo diceretur, niuem non posse calefieri, neq;.n.potest. Sed cũ adhibito calore soluitur,& calescit aqua, iã nemo potest eam ni- 50 uem dicere. Quod autẽ ait, Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem vita est propter iustitiã. Corpus mortuũ dicit mortale: ex ipsius enim mortalitate indigẽtia rerũ terrenarum solicitat animam: & quædam desideria excitat,qui- M bus ad peccandum non obtemperat qui iam mente seruit legi dei. Quod aũt ait,Si spi 51 ritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Xpm viuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitãtem spiritum eius in uobis. Iam quartum gradum demonstat ex illis quatuor quos superius distinximus. Sed gradus iste in hac vita non inuenitur, Pertinet.n.ad spem qua expectamus redẽptionem corporis nostri, quando corruptibile hoc induet incorruptionem,& mortale hoc 1.Co.15. induet immortalitatẽ. Ibi pax perfecta est, quia nihil molestiarũ anima de corpore patietur iam uiuificato,& in cœlestem qualitatem immutato. Cum autem ait, Non 52 enim accepistis spiritũ seruitutis iterũ in ti- Rom.8. more, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, abba pater. Euidentissime duorum testamẽtorum distincta sunt tempora. Illud enim ad timorẽ pertinet,nouum autem ad caritatem. Sed quæritur quis sit spiritus seruitutis. Nam spiritus adoptionis filiorum vtiq; spũssanctus est. Spiritus ergo seruitutis in timore, ille A est qui potestatẽ habet mortis, quia in ipso timore per totã uitam rei erant seruitutis qui sub lege agebant,non sub gra. Nec mirãdum est ꝙ eum acceperunt per diuinam ꝓuidentiam qui bona;rpalia sectabantur, non quia ipsius est lex,& mãdatũ,Nam lex Rom.7. sancta est, & mãdatũ sanctũ & iustũ & bonũ. Ille aũt spũs seruitutis non vtiq; bonus est, quẽ accipiunt qui ꝓcepta datæ legis implere non põt,dum seruiũt desideriis, carnalibus, nondũ gratia liberatoris assumpti in filiorum

filiorum adoptionem, quia & ipse spũs seruitutis non habet quenq; in ptãte, nisi qui ei per ordinem diuinæ prouidentiæ traditus fuerit,dei iustitia sua cuiq; tribuente. Quã ptãte acceperat Apostolus cũ dicit de qbus
1.Ti. 1. dã,Quos tradidi Satanæ vt discant non bla-
1.Co. 5. sphemare. Et iterũ de alio,Iã iudicaui,inqt tradere hmõi Satanæ in interitũ carnis vt anima salua sit. Qui ergo necdum sub gratia sunt, sed sub lege constituti,vincuntur peccatis ad obediendum desideriis carnalibus: & præuaricatione augent reatum criminum suorum, spm acceperũt seruitutis.i. spm eius qui ptãtem mortis habet. Nam si
B spm seruitutis ipsum spm hoꝛis intellexerimus,incipit & spũs adoptionis ipse intelligi tanq; in melius commutatus. Sed quia spm adoptionis,spmsanctũ accipimus, qđ manifeste ostendit cum dicit, Ipse spũs testimonium reddit spiritui nostro;restat vt spm seruitutis illum intelligamus cui seruiunt pctõres,vt quemadmodum spiritussanctus timorem mortis vincit,sic spiritus seruitutis qui ptãtem habet mortis, eiusdem terrore reos teneat, vt se ad liberatoris auxilium quisq; conuertat, etiam ipso diabolo inuito qui eũ
53 semper in potestate habere desiderat. Qđ
Rom.8. autem ait, Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati.n. creatura subiecta est non sponte: &c. vsq; ad id quod ait, Et ipsi in nobis ingemiscimus adoptionem expectãtes redemptionem corporis nostri. Sic intelligendum est, vt neq; sensum gemendi & dolendi opinemur esse in arboribus & oleribus & lapidibus & cæteris huiuscemodi creaturis. Hic enim error Manichæorum est. Neque angelos sanctos vanitati subiectos esse arbitremur & de his existimemus ꝙ liberabuntur à seruitute interitus, cum interituri vtique non sint: sed oẽm creaturã in ipso homine sine vlla calũ
C nia cogitemus. Nõ.n.creatura vlla esse põt, nisi aut spiritalis quę excellit in angelis, aut animalis, quæ ẽt in vita bestiarũ satis apparet, aut corporalis quæ videri & tangi põt. Omnis aũt est ẽt in homine, quia homo cõstat spiritu & anima & corpore. Ergo creatura reuelationẽ filiorũ dei expectat quicquid nũc in homine laborat, & corrupti i subiacet,illã.s.manifestationem de qua idem
Col. 3. dicit Apostolus,Mortui.n.estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in deo: Cum Xps apparuerit vita vestra, tũc & vos cũ ip
1.Ioan.3 so apparebitis in gloria. Dicit.n.& Ioãnes, Dilectissimi,nunc filij dei sumus,& nondũ apparuit quid erimus. Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, qm videbimus eum sicuti est. Hanc ergo reuelationẽ filiorũ dei expectat creatura, q̃ in homine nunc vanitati subiecta est, quandiu dedita est tẽporalibus rebus quę trãseunt tanq; vmbra. Pfa.143. Vnde & in Psalmis dicitur, Homo vanitati similis factus est,dies eius velut vmbra prętereunt. De qua vanitate etiam Salomon lo- Eccle.1. quitur cum dicit, Vanitas vanitantium, & omnia vanitas, Quę abũdantia homini in omni labore suo quem ipse laborat sub sole? D De qua item dicitur, Vt quid diligitis vani- Psal. 4. tatẽ,& qritis mẽdaciũ? Non spõte aũt dicit esse subiectã vanitati creaturã, qm pœnalis est ista subiectio, Non.n.homo sicut sponte peccauit,sic etiam sponte damnatus est,quæ tamen damnatio non sine spe reparationis irrogata est naturæ nostræ. Et ideo ꝓp eũ, inquit, qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute interitus in libertatem glorię filiorum dei.i.etiã ipsa natura,quæ tantummodo creatura est, nondũ per fidem aggregata numero filiorum dei, sed tamen in eis qui crediturí erant videbat Apostolus quod dicit, quia creatura liberabitur à seruitute interitus, vt interitui non seruiat,cui seruiũt oẽs pctõres. Peccatori.n. dictũ est, Morte morieris. Liberabitur autẽ in libertatẽ gloriæ filiorũ dei.i. vt & ipsa ꝓueniat ad libertatẽ glorię filiorũ dei per fidem, quę fides cũ in ea non erat, tñmodo creatura dicebatur. Et ad ipsam refert quod sequitur, scimus enim quia creatura congemiscit & dolet vsq; adhuc, Erant enim adhuc crediturí qui spiritui subiacebant,laboriosis erroribus. Sed ne quis putaret de ipso rũ labore tñ dictum esse, subiungit ẽt de ijs qui iam crediderant. Quanq; enim spiritu, E hoc est mente seruirent legi dei,tñ ꝙ a carne seruitur legi peccati,quãdiu in hac vita molestias & solicitudines mortalitatis nostræ patitur,ideo addidit dicens, Non solum aũt ipsi,sed & nos primitias spũs habentes,& ipsi in nobis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri. Nõ solum ergo, inquit, ipsa quę tantummodo creatura dicitur in hominibus,qui nondum crediderunt,& ideo nondũ in filiorũ dei numero constituti sunt, congemiscit & dolet: sed ẽt nosmetipsi qui credimus & spũs primitias habemus, ꝙ spiritu adhæremus deo per fidẽ, & ideo non iã creatura sed filij dei

appellamur,tamen & ipſi in nobis ingemiſci
mus adoptionem expectãtes redemptionem
corporis noſtri. Hæc enim adoptio quæ iam
facta eſt,in ijs qui crediderunt,in ſpiritu nõ
corpore facta eſt,Nondum enim etiam cor-
pus reformatum eſt in cœleſtem illam muta
tionem, ſicut ſpiritus iam mutatus eſt recon
ciliatione fidei ab erroribus conuerſus ad
deum. Ergo etiam in ijs qui crediderunt,ex
pectatur adhuc illa manifeſtatio quæ in cor F
poris reſurrectione proueniet : quæ pertinet ad quartum illum gradum, vbi ex toto perfecta pax erit,& requies æterna,nulla nobis ex aliqua parte corruptione exiſtẽte,aut
54 ſolicitante moleſtia. Quod autem ait, Similiter & ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. Quid enim oremus ſicut oportet,neſcimus. Manifeſtum eſt enim de ſpiritu ſancto dicere, quod in conſequentibus clarum eſt,ubi ait, quia ſecundum deum interpellat ꝓ ſanctis. Nos ergo quid oremus ſicut oportet,neſcimus. Duas ob res,& illud quod futurum ſperamus,& quò tendimus necdũ apparet: & in hac ipſa vita multa poſſunt nobis proſpera videri quæ aduerſa ſunt, & aduerſa quæ proſpera. Nã & tribulatio quãdo accidit ſeruo dei ad probationem vel emendationem, videtur nonnunquam minus intelligentibus inutilis : ſed ſi referatur ad il-
Pſal.59. lud quod dictum eſt, Da nobis auxilium de tribulatione,& vana ſalus hominis : intelligitur, quia plerunq; de tribulatione nos adiuuat deus,& fruſtra ſalus optatur,quæ aliquã do aduerſa eſt, cũ delectatione & amore huius vitæ implicat animam. Inde eſt & illud,
Pſ.114. Tribulationem & dolorem inueni: Cum.n. G dicit,inueni : ſignificauit vtilem. Non.n.recte gratulamur nos inueniſſe,niſi quod quærebamus : ergo quid oremus ſicut oportet, neſcimus.Deus.n.nouit, & quid noſ hanc vitam daturus ſit. Sed ipſe ſpiritus interpellat gemitib⁹ inenarrabilibus. Gemere dicit ſpiritum, ꝙ nos gemere faciat charitate concitans deſide
Deut.13 rium futuræ vitæ,ſicut dicit, Tentat uos do
Rom.8. minus veſter vt ſciat ſi diligatis eum,i.vt ſcire vos faciat,Non enim deum aliquid latet.
55 Quod aũt ait, Quos vocauit ipſos & iuſtificauit. Põt mouere & quæri, vtrum oẽs qui vocati ſunt,iuſtificentur: ſed alibi legi-
Matt.22 mus, Multi vocati,pauci autẽ electi. Tamẽ qa ipſi quoq; electi vtiq; vocati ſunt, manifeſtum eſt non iuſtificatos niſi vocatos:quãquam non omnes vocatos,ſed eos qui ſecundum propoſitum vocati ſunt,ſicuti ſuperius dixit. Propoſitum autem dei accipiendũ eſt, non ipſorum : Ipſe autem exponit quid ſit ſecũdum propoſitum,cum dicit, Quoniam quos ante præſciuit & prædeſtinauit conformes imaginis filij dei:Non.n.omnes qui vocati ſunt,ſecundum propoſitum vocati ſunt: hoc enim propoſitum, ad præſciẽtiam & ad prædeſtinationem dei pertinet: nec prædeſtinauit aliquem, niſi quem præſciuit creditu-
H rum & ſecuturum eſſe ſanctorum vocationem, quos & electos dicit, Multi enim non veniunt cũ vocati fuerint, Nemo aũt venit qui vocatus non fuerit. Quod autẽ dicit, 56
Vt ſit primogenitus in multis fratribus. Satis docet aliter intelligendum deum noſtrũ vnigenitum,aliter primogenitũ. Nam ubi vnigenitus dicitur,fratres non habet, & naturaliter eſt filius dei verbum in principio, per quod facta ſunt omnia. Secundum ſuſce- Ioan.1.
ptionem autem hominis & incarnationis diſpenſationem, per quam nos etiam non naturaliter filios in adoptionem filiorum vocare dignatus eſt, primogenitus dicitur cum adiunctione fratrum. Vbi enim primus dicitur,non vtique ſolus,ſed conſecuturis fratri
bus in quo ipſe præceſſit. Vnde & alio loco Coloſ.1
primogenitum cum à mortuis dicit,vt ſit in omnibus ipſe primatum tenẽs. Reſurrectio enim mortuorum vt iam non moriatur, ante illum nulla,poſt illũ aũt multorũ ſanctorum eſt,quos fratres non confunditur appellare propter ipſam cõmunicationem humanitatis. Quod autem dicit, Quis nos ſe- 57
parabit à charitate Chriſti? Tribulatio, an
anguſtia,an perſecutio,& cętera. Ex ſuperiore ſententia pendet vbi ait.Si tamen compa- I
timur vt & glorificemur. Exiſtimo enim ꝙ non ſunt condignæ paſsiones huius tẽporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ad ipſam.n.hortationem omnis huius loci intentio directa eſt, ne illi quibus loquitur perſecutionibus frangerentur, ſi viuerẽt ſecundum prudentiam carnis, qua temporalia bona appetunt,& timentur tpalia mala.
Quod autem ait, Certus ſum.n.& nõ di- 58
xit,opinor: plena fide tenuit,ꝙ nec mors vl Rom.8.
la,nec vitæ temporalis promiſſa,nec cætera ſi ſequentia poſſunt credentem à charitate dei detorquere. Nemo ergo ſeparat,nec quiminatur mortem,quia qui credit i Chriſto, licet moriatur,viuet. Neq; qui pollicetur vitam,quia ille dat vitam æternam.Nam temporalis vitæ pollicitatio, æternæ vitæ cõparationẽ

Gala.1. ratione contemnenda eſt.Neque angelus ſeparat,quia licet angelus,inquit, de cœlo deſcendat & annunciet uobis præter quam
Colo.2. quod accepiſtis,anathema ſit. Neque principatus, id eſt contrarius, quia exuit ſeipſe hos principatus & poteſtates triumphans eos in ſemetipſo. Neque præſentia neque futura.i.temporalia uel quæ delectant, vel quæ premunt, uel quæ ſpem dant, uel quæ incutiunt timorem. Neque virtus, Et hic virtutem contrariam oportet intelligi ſe-
K cundum quam dicit, Nemo vaſa fortis di-
Mat.12. ripiet, niſi prius alligauerit fortem. Neque altitudo, neque profundum : plerunque.n. non inanis curioſitas earum rerum quæ inueniri non pſit aut fruſtra etiam inueniuntur ſiue in cœlo ſiue in abyſſo,ſeparat à deo: niſi charitas uincat,quę ad certa ſpiritalium non vanitate rerum quæ foris ſunt, ſed interno volumine inuitat. Neq; creatura alia. Quod duobus modis intelligi põt,Aut viſibilis creatura, quia & noſtræ aiæ creatura ſunt,ſed inuſibilis:vt hoc dixerit,ꝙ non ſeparet alia creatura à charitate dei.i.amor corporum,Aut certe quia nos non ſeparat alia creatura à charitate dei,ex eo ꝙ nulla creatura eſt alia inter nos & deum,quæ ſe opponat & a complexu eius nos excludat : ſupra humanas.n.mentes quæ rationales ſunt,iam
59 nulla creatura,ſed deus eſt. Quod autem
Rom.9. dicit, Quorum patres & ex quibus Xps ſecundum carnem : & adiecit, Qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula:pleniſsima fide cõmendat ꝙ deũ noſtrum ſcđm ſuſceptionem carnis filium hoĩs confitemur,& ſecundum æternitatem & verbum in principio deum benedictum ſuper oẽs in ſecula. Huius autem confeſsiois Iudæi qñ partem
L tenuerunt,refelluntur à dño. Nam cum eos interrogaſſet,cuius filium diceret eſſe Chriſtum,Rñderunt,Dauid. Hoc aũt ſcđm car-
Ma.22. nem eſt, De diuinitate vero eius quod deũ eſt, nihil rñderunt. Ideo dñs ait eis. Q̃o ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dñm? Vt intelligerent hoc ſe coſeſſos eſſe tãtũ, ꝙ Chriſtus filius eſt Dauid, hoc aũt tacuiſſe, ꝙ eſt Chriſtus dñs ipſius Dauid. Illud.n.eſt ſecũdum ſuſceptionẽ carnis, hoc ſcđm diuinita-
60 tis. Quod autem ait,Nondum.n.na-
Rom.9. tium, neque agentium aliquid boni aut mali,ut ſcđm electionẽ propoſitum dei maneret,non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei,quia maior ſeruiet minori: Sicut ſcriptum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Nonnullos mouet,ut putent apoſtolum Paulum abſtuliſſe liberum voluntatis arbitrium, quo promeremur deum bono pietatis,vel malo impietatis offendimus. Dicunt enim ꝙ ante opera,aliqua,ſeu bona,ſeu mala,duorum necdum naſcentium deus unũ dilexerit,& alterum odio habuerit. Sed rñdemus,præſciẽtia dei factum eſſe,qua nouit ẽt de nondum natis,qualis quiſque futurus ſit. Sed ne quis dicat,Opera ergo elegit deus in eo quem dilexit,quanquam mondum erant, M
ꝙ erant futura præſciebat,ꝙ ſi opera elegit, quomodo dicit Apoſtolus,non ex operibus factã electionem Propterea ergo intelligendum eſt, opera bona per dilectionem fieri, dilectionem autem eſſe in nobis per donum
ſpiritusſancti,ſicut idẽ Apoſtolus dicit,Cha Rom.5.
ritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritumſanctum qui datus eſt nobis. Non ergo quiſquam gloriari debet ex operibus tanquam ſuis,quæ per donum dei habet,cũ ipſa dilectio in eo bonum operatur. Quid ergo elegit deus? Si.n.cui vult donat ſpiritũ ſanctum per quem dilectio operatur bonũ, qũo elegit cui donet? Si.n.nullo merito,non eſt electio, æquales.n.omnes ſunt ante meritum,nec poteſt in rebus omnino æqualibus electio nominari. Sed qñ ſpiritusſanctus nõ datur niſi credentibus non quidem deus elegit opera quæ ipſe largitur,cum dat ſpiritũ ſanctũ, ut per charitatem bona operemur, Sed tamen elegit fidem. Quapropter niſi quis credat in eum & in accipiendi uolunta A
te permaneat,non accipit donum dei,id eſt, ſpiritumſanctum per quem infuſa charitate bonum poſsit operari. Nõ ergo elegit deus 1. Retr.
opera cuiusquam in præſcientia,quæ ipſe da Ca. 23.
turus eſt, ſed fidẽ elegit præſciẽtia,ut quem ſibi crediturum eſſe præſciuit, ipſum elege- 1.Co 12.
rit cui ſpiritumſanctum daret, ut bona ope 1. retra.
rando etiam uitam æternam conſequeretur. Ca. 25.
Dicit enim idem Apoſtolus, Idem deus qui 2.sẽt.diſ.
operatur omnia, & in omnibus. Nuſquam 28.ca.in
autem dictum eſt, Deus credit omnia in om expoſi-
nibus. Quod ergo credimus,noſtrũ eſt: quod tione.
autem bonum operamur,illius eſt credentibus in ſe dat ſpiritumſanctum. Hoc autem exemplum quibuſdam Iudæis obiectũ eſt, qui Chriſto crediderant, & de operibus ante gratiam gloriabantur, & dicebant ſe Euangelij gratiam per ſua bona opera præcedentia meruiſſe, cum bona opera in nullo eſſe poſsint, niſi qui acceperit gratiam. Eſt autem gratia, ut uocatio peccatoris prorogetur,cum

tur,cum eius merita nulla, nisi ad damnationem præcesserint. Quòd si vocatus uocantẽ secutus fuerit, quod est iam in libero arbitrio, merebitur & spiritumsanctum per quẽ bona possit operari, ĩ quo permanens, quod nihilominus est ĩ libero arbitrio, merebitur

B ẽt vitã æternã, quæ nulla possit labe corrũ-
61 pi. Quod aũt ait, Miserebor cui misertus ero,& misericordiã prẽstabo cui misericors fuero. Hinc ostenditur non esse iniquitatem apud deũ,quod possunt dicere, quidam cum audiunt antequã nascerentur: Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Miserebor,inquit,cui misertus ero. Primo enim misertus est nostri deus cum peccatores essemus vt vocaret nos. Cui ergo misertus ero,inquit,vt eũ uocẽ,miserebor adhuc eius cum crediderit. Qũo aũt adhuc,nisi vt det credenti & petẽti spiritumsanctum? Quo dato misericordiam prẽstabit cui misericors fuerit.i. vt faciat eum misericordem quo bona possit per dilectionẽ operari. Nemo ergo sibi audeat tribuere q̃ misericorditer operatur: quia deus illi per spiritumsanctum dedit dilectionem,sine qua nemo potest esse misericors.

1. retra. Cap. 23 Non ergo elegit deus bene operantes, sed credentes potius,vt ipse illos faciat bene operari. Nostrum enim est credere & velle, illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per spiritũsanctum per quem charitas dei diffunditur in cordibus nostris, vt nos misericordes efficiat.

62 Quod autem ait, Igitur non uolentis,neq; currentis sed miserentis est dei: Non tollit

C liberum voluntatis arbitrium, sed non sufficere dicit velle nostrum, nisi adiuuet deus, misericordes nos efficiendo ad bene operandum per donum spirituſſancti: ad hoc referens,quod superius dixit,Miserebor cui misertus ero, & misericordiam prẽstabo, cui

1. retra. Cap. 23 misericors fuero. Quia neque velle possumus: nisi vocemur: & cum post vocationẽ voluerimus, non sufficit voluntas nostra,& cursus noster,nisi deus & vires currentibus prẽbeat,& perducat quò vocat. Manifestũ est ergo, non volentis neque currentis, sed miserentis esse dei q̃ bene operamur:quanquam ibi sit etiam voluntas nostra,quæ sola nihil posset. Vnde sequitur etiam de Pharaonis supplicio testimonium,cum ait scriptura de Pharaone, Quia ad hoc te excitaui, vt ostendã in te potentiam meam,& vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Sicut enim legimus in Exodo, Obduratũ est cor Pharaonis,vt tam euidentibus signis nõ moueretur. Quòd ergo tunc Pharao non obtẽperabat præceptis dei, iam de supplicio veniebat. Non autem quisquam potest dicere obdurationem illam cordis immerito accidisse Pharaoni, sed iudicio dei retribuentis incredulitati eius debitam pœnam. Non ergo hoc illi imputatur q̃ tunc non obtempe-

D rarit,quãdoquidem obdurato corde obtemperare non poterat,sed quia dignum se præbuit,cui cor obduraretur priori infidelitate. Sicut enim in ijs quos elegit deus, non opera,sed fides inchoat meritum,vt per munus dei bene operentur: sic & in ijs quos damnat, infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritum, vt per ipsam pœnam etiam male operentur:sicut & superius idem dicit Apostolus, Et quoniam non probauerunt deum in notitia habere,tradidit illos deus in reprobum sensum,vt faciant quæ non conueniũt. Quapropter ita concludit Apostolus, Ergo cuius vult miseretur,& quem vult obdurat. Cuius enim miseretur,facit eum bonũ operari,& quem obdurat, relinquit eum vt mala operetur. Sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio præcedenti impietati, vt & bona per donum dei operemur,& mala per supplicium: cum tamen homini non auferatur liberum voluntatis arbitrium, siue ad credendũ deo vt consequatur nos misericordia,siue ad impietatem vt consequatur nos supplicium. Qua conclusione illata, infert quæstionem tanquam à contradicente. Ait enim, Dicis itaque mihi: Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati eius quis resistit? Cui sanè

E quæstioni sic respondet vt intelligamus spiritalibus viris, ẽt nõ secundũ terrenum hominem viuentibus, patere posse prima merita fidei & impietatis, quomodo deus præscientia eligat credituros, & damnet incredulos:nec illos ex operibus eligens,nec istos ex operibus damnans,sed illorum fidei præstans vt bene operentur,& istorum impietatem obdurans deserendo vt male operentur. Qui quoniam intellectus,vt dixi, spiritalibus patet, à carnali autem prudentia longe remotus est, sic refellit inquirentem, v[illegible]telligat se deponere debere prius hominem luti,vt ista per spiritum inuestigare mereamur. Itaque,inquit,O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem

1. retra. Cap. 23 Rom. 9.

dem conspersione vas facere, aliud quidem in honorem,aliud in cõtumeliam? Quãdiu

1.Co. 2. figmentum es,inquit,& ad massam luti ptines,non perductus ad spiritalia,vt sis spiritalis,omnia iudicans & à nemine iudicatus, cohibeas te oportet ab huiusmodi inquisitione,& non respondeas deo. Cuius consilium quisq; scire cupiens, oportet vt prius in eius amicitiam recipiatur. Quod contin-

F gere nisi spiritalibus non potest,iam portãIoã. 15. tibus imaginem cœlestis hominis. Iam.n.inquit,non vos dicam seruos,sed amicos: Omnia.n.quæ audiui à patre meo,nota feci vobis. Quandiu itaq; vas figuli es,conterendũ est hoc ipsum in te prius virga illa ferrea,de

Psa.2. qua dictum est, Reges eos in virga ferrea,

Ephe.3. tanquam vas figuli confringes eos, vt corrupto exteriore homine, interiore innouato,possis in charitate radicatus & fundatus, comprehendere latitudinem, lõgitudinem, altitudinẽ, & profundum,cognoscere etiam supereminentiã scientiæ charitatis Christi. Nunc itaq; cũ ex eadem conspersione deus alia vasa in honorem fecit, alia in contumeliam,non est tuum discutere,quisquis secũdum eandem conspersionem adhuc viuis.i.

63 terreno sensu carnaliter sapis. Quod autem ait, Attulit in multa patientia vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem: Hinc satis significauit obdurationem illam cordis, quæ in Pharaone facta est,ex merito venisse occultæ superioris impietatis:quem tamẽ patienter sustinuit deus, donec ad illud tempus perduceretur, quo opportune in eum vindicta procederet, ad correctionem eorũ quos ab errore instituerat liberare,& ad cul

G tum suum pietate vocando perducere, precibus eorum & gemitibus opem præbens.

64 Quod autem ait, Quos & vocauit nos,

Osee. 2 non solum ex Iudæis,sed etiam ex gẽtibus: Sicut & Osee dicit, Vocabo non plebem meã,plebẽ meã. & cetera totius huius disputationis propositũ ad hoc pducit.qm̃ docuit misericordiam dei esse, q̃ bene operamur,

1. retra. cap. 23. non tanquam ex operibus Iudæi glorietur, qui cum Euangelium percepissent tanquã meritis suis id retribuendum existimantes, nolebant gentibus dari, a qua superbia iam debent desistere,intel'igentes,quoniã [illegible]on ex operibus, sed misericordia dei vocamur vt credamus, & credentibus præstatur vt bene operemur, non est gentibus ista inuidenda misericordia, quasi prælato merito Iudæorum,quod nullum est. Quod autem dicit,Esaias autem clamat pro Israel,Si 65 fuerit numerus filiorum Israel quasi arena Esa. 10. maris,reliquiæ saluæ fient: Ostendit quemadmodum sit dominus lapis angularis, vtrũ Ephe.2. que parietem in se iungens. Testimonium enim Osee Prophetæ dictum est pro gentibus,Vocabo non plebem meã,plebem meã, Osee. 2. & non dilectam meam, dilectam meam: & H Esaiæ testimonium dictum est pro Israel, quoniam reliquiæ saluæ fient, vt ipsi deputentur in semen Abrahæ qui crediderunt in Christum:ita concordes ambos populos facit secundum domini testimonium dicentis in Euangelio de gentibus,Habeo alias oues Ioã. 10. quæ non sunt de hoc ouili,quas oportet me adducere, & erit vnus grex & vnus pastor.

Quod autem ait, Bona voluntas cordis 66 mei & deprecatio fit pro illis in salutem: Rom.10 Hinc iam incipit de spe Iudęorum loqui,ne etiam gentes superbire audeant aduersus Iudæos. Sicut enim Iudæorum superbia refellenda erat tanquam ex operibus gloriantium,sic & gentibus occurrentibus, ne tanquam Iudæis prælati superbiant. Quod 67 autem dicit, Prope est verbum in ore tuo, Rom.10 & in corde tuo:hoc est, verbum fidei quod prædicamus: Quia si confitearis in ore tuo quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo quia deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiã, oris autem confessio fit ad salutem. Totus hic locus ad illud refert, quod supius dixit, Rom.9. Verbum enim consummans & breuians faciet dominus super terram. Remotis enim innumerabilibus & multiplicibus sacramẽtis, quibus Iudaicus populus premebatur, per misericordiam dei factum est vt breui- I tate confessionis fidei ad salutem peruenire-mus. Quod autem dicit,Secundum testi- 68 monium fidei Moysi, ego ad æmulationem Rom.10 vos adducam in non in gentem, in gentem insipientem irritabo vos.dicendo, gentem insipientem, exposuit quid dixerit, in non gentem: quasi quòd nec gens dicenda sit quæ insipiens est. De cuius tamen fide iritandum dicit populum Iudaicum, quia illi Rom. 2. apprehenderunt quod isti respuerunt. Vel certe in non gentem,in gentem insipiẽtẽ; quia cũ esset gens insipiens omnis gẽs idolacolens, tamen gentilitatem credendo deponunt. Vnde etiam illud est, Si igitur præputium iustitias legis custodiat, nonne præputium eius in circuncisione deputabitur? Vt sit hic sensus, Ego in æmulationem vos

adducam in eam gentem, quæ non gens facta est, deponẽdo gentilitatem per fidem Christi, cum fuisset gens insipiens colen-
69 do idola. Quod autem ait, Nunquid reRo. 11. pulit deus plebem suam? Absit: Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin: Ad hoc refertur: quod superius dixit, Non põt aũt excidere verbũ dei: Non
Rom. 9. enim oẽs qui sunt ex Israel, hi sunt Israeli-
K tæ, neq; qui sunt semẽ Abrahã, oẽs filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen, vt de ipso. s. populo Iudæorum illi deputentur in semen, q̃ domino crediderunt. De hoc item dicit su-
70 perius, Reliquiæ saluæ fient. Quod autẽ
Rom. 9. dicit, Ergo nunquid deliquerũt vt caderẽt?
Ro. 11. Absit: Sed illorum delicto salus gẽtibus est. Non ideo dicit, quia non ceciderunt, sed q̃ casus ipsorum non fuit inanis, q̃n ad salutẽ gentium profecit. Non ergo ita deliquerũt vt caderent. i. vt tantummodo caderent, quasi ad pœnam suã solum, sed vt hoc ipsum q̃ ceciderunt, prodesset gentibus ad salutem. Deinde incipit ex hoc loco Iudæorum populum commendare, etiam de ipso casu infidelitatis, vt non superbiant gentes, qui etiã casus Iudæorum tam preciosus extitit pro
71 salute gentium: sed magis debent cauere gẽ-
Ro. 12. tes ne dum superbiunt similiter cadant.
Pro. 25. Quod autẽ dixit, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi: hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput
Luc. 6. eius. Multis videri potest repugnare illi sententiæ, qua dominus præcepit, vt diligamus inimicos nostros & oremus pro ijs qui nos persequuntur: vel huic etiam quam idem A-
L postolus superius dixit, Benedicite perseqẽ-
Ro. 12. tes vos, benedicite & nolite maledicere: Et iterum, Nulli malum pro malo reddentes. Quomodo enim quisq; diligit eum cui propterea cibum & potũ dat, vt carbones ignis congerat super caput eius, si carbones ignis hoc loco aliquam grauem pœnam significant? Quapropter intelligendum est ad hoc dictum esse, vt eum qui nos lesærit prouocemus ad pœnitentiam facti sui, cum ei nos bene facimus. Isti enim carbones ignis ad exustionem. i. contribulationem spũs valẽt, qui est quasi caput animæ, in qua exuritur omnis malitia, cũ homo in melius, per pœnitentiam commutatur: vt sunt illi carbones, de quibus dicitur in Psalmis. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam? Sagittæ potentis acutæ cum
Psa. 119. carbonibus desolatorijs. Quod autem ait, Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: Non est enim potestas nisi à deo: Rectissime admonet ne quis ex eo q̃ à 72
domino suo in libertatem vocatus est, fa- Ro. 13.
ctus Christianus, extollatur in superbiam, & non arbitretur in huius vitæ itinere seruandum esse ordinem suum, vt potestatibus sublimioribus quibus pro tempore rerum temporalium gubernario tradita est, M
existimet non se esse subdendum. Cum enim constemus ex anima & corpore, quandiu in hac vita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium degendę huius vitæ vtamur, oportet nos ex ea parte q̃ ad hanc vitam pertinet subditos esse potestatibus, id est, hominibus res humanas cũ aliquo honore administrantibus. Ex illa vero parte qua credimus deo & in regnum eius vocamur non nos oportet esse subditos cuiquam homini, idipsum in nobis euertere cupienti quod deus ad vitam æternam donare dignatus est. Si quis ergo putat quoniam Christianus est, non sibi esse vectigal reddendum, aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitum eis qui hæc curant potestatibus, in magno errore versatur. Sed modus iste seruandus est quem dominus ipse præscribit, vt reddamus Cęsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt. Mat. 22.
Quanquam enim ad illud regnum vocemur vbi nulla erit potestas huiusmodi, in hoc tamen itinere dum agimus, donec perueniamus ad illud seculum ubi sit euacua- A
tio omnis principatus & potestatis, conditionem nostram pro ipso rerum humanarum ordine toleremus, nihil simulate facientes, & in eoipso non tam hominibus quàm deo qui hæc iubet obtemperantes. Quod 73
autem ait, Vis non timere potestatem? bo- Ro. 13.
num fac, & habebis laudem ex ea: Potest mouere aliquos cum cogitauerint ab istis potestatibus persecutionem se passos fuisse. Christiani ergo non faciebant bonum, qui non solum non sunt laudati ab istis potestatibus, sed & pœnis affecti & necati sunt. Consideranda ergo sunt verba Apostoli. Non enim ait, Bonum fac & laudabit te potestas: sed ait, Bonum fac & habebis laudem ex illa: siue enim probet factum tuum bonum, siue persequatur, laudem habebis ex illa: vel cum eam in obsequium dei lucratus fueris, vel cũ eius persecutione coronã merueris. Hoc ẽt in cõseq̃ntibus intelligi, cũ dicit, Dei. n. minister est, tibi in bonum,

74 num, etiam si sibi in malũ. Quod aũt ait, Ideoq̃; necessitate subditi estote: Ad hoc valet vt intelligamus, quia necesse est propter hanc uitam subditos nos esse oportere, non resistentes si quid illi auferre voluerint in quo sibi potestas data est de talibus rebus.
B Quæq̃n transeunt, ideo & ista subiectio nõ in bonis quasi permãsuris, sed in necessarijs huic tempori constituenda est. Tamen q̃n dixit, Necessitati subditi estote: ne quis non integro animo & pura dilectione subditus fieret huiusmodi potestatibus, addidit dicẽs, Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. i. non solum ad iram euadendam, quod potest etiam simulate fieri, sed vt in tua conscientia certus sis, illius dilectione te facere cui subditus fueris iussu domini tui qui omnes vult saluos fieri, & in agnitionem
1. Tim. 2 veritatis venire. Et hoc enim cum diceret
Ephe. 6. Apostolus de ipsis potestatibus aiebat. Hoc est, quod seruis alio loco suadet, Non ad oculum seruientes quasi hominibus placentes: vt idipsum q̃ subduntur dominis suis non eos oderint, aut fallacijs promereri desi-
75 dent. Quod autem dicit, Qui n. diligit
Rom. 13 proximum, legem impleuit: Ostendit consummationem legis in dilectione positam,
Mat. 22. id est, in charitate. Vnde & dñs in illis duobus præceptis totam legem pendere dicit, & omnes Prophetas. i. in dilectione dei & proximi. Vnde & ipse qui legem uenit implere, dilectionem donauit per spiritũ sanctum, vt
C quod antea timor implere non poterat, charitas postmodum impleret. Inde est & illud
Ro. 13. eiusdem Apostoli, Plenitudo autem legis
1. Tim. 1 charitas. Et illud, Finis autem præcepti est,
76 charitas de corde puro, & conscientia bona,
Rom. 13 & fide nõ ficta. Quod autem ait, Et hoc
2. Co. 6. scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere: illuc spectat quod dictum est, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Tempus enim Euangelij significatur, & illa opportunitas saluos faciendi
77 credentes in deum. Quod aũt ait, Carnis prouidentiam ne feceritis in concupiscentijs: Ostendit non esse culpandã carnis prouidentiam, q̃n ea prouidentur quæ ad necessitatem salutis corporalis ualent. Si autem ad superfluas delectationes atq; luxuri- vt quisq; in his gaudeat quæ carne cupit, recte reprehenditur, quia prouidentiam carnis in concupiscentijs facit. Q̃n qui seminat in
Galat. 6. carne sua, de carne metet corruptionem. i. qui delectationibus carnalibus gaudet.

Quod autẽ dicit, Infirmum autẽ in fide recipite, non in diiudicationibus cogitatio- 78
num: Hoc dicit, vt eum qui infirmus in fide Rom. 12
est recipiamus, & nostra firmitate infirmitatem eius sustineamus, neque dijudicemus cogitationes eius, id est, quasi ferre audea- D
mus sententiam de alieno corde, quod non uidemus. Ideo sequitur & dicit, Et alius quidem credit manducare omnia: Qui autem infirmus est, olus manducet: Quia illo tempore multi iam firmi in fide, & scientes secundum sententiã domini, quod non macularent ea quæ in os intrãt, sed quæ exeũt, indifferenter sumebant cibos salua conscientia. Quidam uero infirmiores abstinebant à Mat. 15.
carnibus & à uino, ne uel nescientes incidерent in ea quę idolis sacrificabantur. Omnis enim tunc immolatitia caro in macello venundabatur, & de primitijs uini libabant gentes simulachris suis, & quædam in ipsis torcularibus sacrificia faciebant. Iubet ergo Apostolus & his qui salua conscientia talibus alimentis vtebantur, non spernere infirmitatem illorum qui se à talibus cibis & potu abstinebant. Et illis infirmis, ne eos qui carnibus vescebantur & vinum bibebant, tanquam pollui iudicarẽt. Ad hoc valet q̃d consequenter dicit, Qui manducat, non mãducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem nõ iudicet. Firmi. n. infirmiores contumaciter cõtemnebant, & infirmi firmos temere iudicabunt. Quod aũt 79
dicit, Tu quis es qui iudicas alienum seruũ? E
ad hoc dicit, vt in his rebus, quę pũt & bono animo fieri & malo, iudicium deo dimittamus, nec audeamus de alterius corde, quod non videmus, ferre sententiam. In his. n. rebus quæ ita comprehenduntur, vt eas bono & casto animo non possie fieri manifestum fit, nõ improbatur si iudicemus. Itaque hoc quod de cibis dicit, quia ignoratur quo animo fiat, non vult nos esse iudices, sed deum. De illo autem nefario stupro, vbi vxorem 1. Co. 5.
patris sui quidam habuit, præcepit debere iudicari. Non. n. poterat ille dicere, bono animo se tam immane flagitium commisisse. Ergo quæcunq; facta ita manifestantur, vt nõ possit dicere. Bono animo fecit, iudicanda sunt à nobis: quæcunq; aũt ita fiunt, in quo animo fiant incertum sit, non sunt iudicanda, sed seruanda iudicio dei: sicut scriptum est, Quæ occulta sunt, deo: quæ autem palam sunt, vobis, & filijs vestris. Quod autem ait, Alius quidem iudicat alternos

80 dies, alius aũt iudicat oẽm diem, Sequestrata
Ro. 14. interim meliore consideratione, non de duo
bus horibus mihi uidetur dictũ, sed de homi
ne & de deo. Qui.n. alternos dies iudicat, ho
mo est: potest.n. hodie aliud, cras aliud iudi-
F care. i. vt quem hodie malum conuictum cõ
fessumq; damnauerit, eras bonum inueniat
& correctum vel contra, cum aliquem iu
stum hodie laudauerit, cras inueniat depra-
uatum. Qui aũt iudicat oẽm diẽ, deus est,
quia non solum qualis quisq; sit, sed etiam
qualis omni die futurus sit, nouit. Vnusquis-
que in suo intellectu abundet, inquit, id est,
quantum humano intellectui, vel unicuiq;
homini concessum est, tantum audeat iudica
re. Qui sapit, inquit, diem, domino sapit. i.
quia hocipsum ad præsentem diem bene iu-
dicat, dño sapit. Hoc est aũt bene iudicare ad
diem, vt noueris non esse de correctione ei
us desperãdum in futurum, de cuius culpa
81 manifesta in præsentia iudicauerit. Qđ
Ro. 14. autem ait, Beatus qui iudicat semetipsum in
quo probat, ad id potissimum referendum
est, quod superius dixit, Non ergo blasphe-
metur bonum nostrum. Hoc est etiã quod
ait ante istam sententiam. Tu fidem quam
habes penes temetipsum, habe coram deo:
Vtqũo bona est hæc fides, qua credimus o-
Ad Ti. 1 mnia munda mundis, & in ea fide proba-
mus, bene utamur ipso bono nostro: ne forte
G cum ad offendiculum infirmorum fratrum
eo bono abusi fuerimus, peccemus in frẽs,
& in eoipso bono nos iudicemus cum scan-
dalizamus infirmos, in quo bono nos proba
82 mus, cum ipsa fides non placet. Quod
Ro. 15. autem ait, Christum Iesum ministrum fuis-
se circumcisionis propter veritatem dei ad
confirmandas promissiones patrum, gentes
super misericordiam glorificare deum: Ad
hoc dicit, ut intelligentes gentes, dominum
Christum ad Iudæos esse missum, & non
superbiant. Iudeis enim repellentibus quod
ad ipsos missum est, factum est vt gentibus
Euangelium prædicaretur, quod & in
Actibus Apostolorum manifeste scribitur,
Act. 13. cum dicunt Apostoli Iudæis, Vobis pri-
mum oportuit prædicari verbum, sed quo-
niam indignos vos iudicastis, ecce conuerti-
mus nos ad gentes. Secundum ipsa etiam
domini testimonia, cum dicit, Non sum
missus nisi ad oues perditas domus Israel.
Mat. 15. Et iterum, Non est bonum panem filiorum
mittere canibus. Quod gentes si bene con-
siderent, intelligant ista fide qua iam cre-
dunt, omnia munda mundis, non se debere
insultare his si qui forte infirmi ex circunci
sione fuerint, qui propter communicatio-
nem idolorum nullas omnino audeant car-
nes attingere. Quod autem dicit, Vt mi- 83
nisterium Christi Iesu in gentibus, conse- H
crans Euangelium dei, vt fiat oblatio gentiũ Ro. 15.
acceptabilis sanctificata in spũsancto. Hoc
intelligitur, vt offerantur gentes deo tanquã
acceptabile sacrificium, cum in Christo cre-
dentes per Euangelium sanctificantur: sicut
& superius dicit, Obsecro itaq; uos fratres Ro. 12.
p misericordiam dei &c. Quod ait, Ob- 84
secro uos fratres vt intendatis in eos qui dis
sensiones & scandala præter doctrinam quã
vos didicistis faciunt. De his intelligitur di
cere, quibus ad Timotheum scripsit dicens, 1. Tim. 1.
Sicut rogaui te vt sustineres Ephesi, vt cum
irem in Macedoniam vt denunciares qui-
busdam ne aliter docerent, neque intende-
rent fabulis & genealogijs indeterminatis
quæ quæstionem magis præstant quàm ædi
ficationem, quæ est in fide. Et ad Titum, Titum. 1
Sunt enim multi non subditi, vaniloqui &
mente seductores qui maxime ex circunci-
sione sunt, quos oportet refelli, qui vniuer-
sas domos subierunt docentes quę non opor
tet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex ipsis
proprius eorum Propheta, Cretenses sem-
per mendaces, malæ bestiæ, vẽtres pigri. Ad
hoc enim refertur quod & hic ait. Hi enim
Christo domino non seruiunt, sed suo ven- I
tri: De qbus alio loco dicit, Quorum deus
uenter est.

FINIS.

D. AVRELII AVGVSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI,
in librum expositionis Epi
stolæ Pauli ad
Galatas.

PRAEFATIO.

Causa propter quã scribit Apo-
stolus ad Galatas hæc est, vt
intelligãt gratiam dei id secum
agere, vt sub lege iam non sint.
Cum enim prædicata eis esset euangelij gra
tia, non defuerunt quidam ex circumcisio-
ne, quanuis Christiani nomine, nondum ta-
men tenentes ipsum gratiæ beneficium, &
adhuc uolentes esse sub oneribus legis quæ
dominus

dominus deus imposuerat, non iustitiæ
K seruientibus sed peccato, iustam scilicet le-
gem iniustis hominibus dando ad demon-
strandа peccata eorum, nõ auferẽda: Nõ. n.
aufert peccata nisi gratia fidei quæ per dile-
Gala. 5. ctionẽ operatur. Sub hac ergo grã iam Gala
tas cõstitutos, illi volebant constituere sub
oneribus legis, asseuerantes nihil eis prodes
se Euangelium nisi circunciderentur, & cę-
teras carnales Iudaici ritus obseruationes
subirent. Et ideo Paulum Apostolũ suspe-
ctum habere cœperant, a quo illis euange-
lium prędicatum erat, tanquã non tenentẽ
disciplinam cæterorũ Apostolorũ qui gen-
tes cogebãt Iudaizare. Cesserat. n. taliũ ho-
minũ scãdalis Apostolus Petrus & in simu-
lationẽ ductus erat, tanquã & ipse hoc senti
ret, nihil prodesse gentibus Euangelium, ni
si onera legis implerent: A qua simulatione
idem Apostolus Paulus eum reuocat, sicut
in hac ipsa epistola docet. Talis quidẽ quæ-
stio est & in epistola ad Romanos. Verum
tamen videtur aliquid interesse, qp ibi con-
tentionẽ ipsam dirimit, litemq; componit,
quæ inter eos qui ex Iudæis & eos qui ex
gentibus crediderãt orta erat: Cum illi tan-
quam ex meritis operũ legis sibi redditum
Euangelij prędmium arbitrarentur, qđ præ
mium incircuncisis tanquã immeritis nole-
L bant dari. Illi contra Iudæis se prędferre ge-
stirent, tãquam interfectoribus domini. In
hac vero epistola ad eos scribit, qui iam cõ-
moti erant authoritate illorum qui ex Iu-
dæis erant, & ad obseruationes legis coge-
bat. cœperant. n. eis credere, tanquã Paulus
Apostolus non vera prædicasset qp eos cir-
Gala. 1. cuncidi noluisset. Et ideo sic cœpit: Miror qp
tam cito transferimini, ab eo qui vos voca-
uit in gloriam Christi, in aliud euangeliũ.
Hoc ergo exordio causæ quæstionem breui
ter insinuauit, quanquam & in ipsa salutа-
tione, cum dicit se Apostolum, non ab ho
minibus neque per hominem, quod in nul
la alia epistola dixisse inuenitur, satis ostẽ-
dit & illos qui talia persuadebant non esse à
deo, sed ab hominibus: & cæteris Apostolis,
quantum ad authoritatem testimonij Euã
gelici pertinet, imparem se haberi non opor
tere: quandoquidem non ab hominib neque
per hominem, sed per Iesum Christũ
& deum patrem se Apostolũ nouerit. Sin-
gula igitur ab ipso epistolæ vestibulo, per-
mittente domino & adiuuante studium no
strum: sic consideranda & tractanda susce-
pimus. Paulus Apostolus non ab homi- M
nibus neque per hominem, sed per Iesum Exposi-
Christum & deum patrem qui suscitauit il- tio capi-
lum à mortuis, & qui mecum sunt omnes tuli pri-
fratres, Ecclesijs Galatiæ. Qui ab homini- mi.
bus mittitur, mendax est: qui per hominem
mittitur potest esse verax, quia & deus ue-
rax potest per hominem mittere. Qui ergo
neque ab hominibus, neque per hominem,
sed per deum mittitur, ab illo verax est, qui
etiam per hominẽ missos veraces facit. Prio-
res ergo Apostoli veraces, qui non ab homi
nibus, sed à deo per hominem missi sunt, per
Iesum Christum scilicet adhuc mortalem.
Verax etiam nouissimus Apostolus, qui per 1. Retra.
Iesum Christum totum iam deum post re- Cap. 24.
surrectionem eius missus est. Priores sunt
cæteri Apostoli per Christum adhuc ex par
te hominem id est mortalem: Nouissimus
est Paulus Apostolus per Christum iam to
tum deum, id est omni ex parte immortalẽ.
Sit ergo testimonij eius æqualis authori-
tas, in cuius honorem implet clarificatio
domini, si quid habebat ordo temporis mi-
nus. Ideo enim cum dixisset, Et deum patrẽ
addidit, Qui suscitauit illum à mortuis, vt
etiam ex hoc modo breuiter iam clarificato
missum se esse cõmemoraret, Gratia uobis
& pax à deo patre & domino Iesu Christo, A
Gratia dei est qua nobis donantur peccata 1. retra.
vt reconciliemur deo, pax autem qua recõ Cap. 24
ciliamur deo. Qui dedit semetipsum pro
peccatis nostris, ut eximeret nos de præsenti
seculo maligno. Seculum præsens malignũ,
propter malignos homines qui in eo sunt in
telligendum est: sicut dicimus etiam mali-
gnam domum, propter malignos inhabitan-
tes in ea. Secundum voluntem dei & patris
nostri, cui est gloria in secula seculorum,
Amen. Quanto igitur magis homines non
debent arroganter ad seipsos referre si quid
operantur boni, quando & ipse dei filius in
Euangelio, non gloriam suam se quærere di Ioan. 6.
cit, neque uoluntatem suam venisse facere,
sed volũtatem eius qui eũ misit. Quam uo
luntatẽ gloriamque patris nunc commemo
rauit Apostolus, ut ipse quoque domini exẽ
plo, à quo missus est, non se quærere glo-
riam suam significaret, nec facere uolunta-
tem suam in prædicatione Euangelij: sicut
paulo post dicit, Si hominibus placerẽ, Chri-
Christi seruus non essem. Miror qp sic tam
cito transferimini ab eo qui uos uocauit in
gloriam Christi, in aliud Euangeliũ quod

non

non est aliud. Euangelium.n.si aliud est prę
ter id quod siue per se siue per aliquem dñs
B dedit,iam nec Euangelium recte dici potest.
vigilanter autem cum dixisset,transferimini
ab eo qui uos uocauit in gloriam Christi:
quam volebant illi euacuare, quasi frustra
venerit Christus si iam venerit circuncisio
carnis atq; huiusmodi opera legis tantum,
vt per illa homines salui fierent. Nisi aliqui
sunt conturbantes vos & uolentes conuerte
re euangelium Christi.Non quemadmodũ
istos conturbant,ita etiam conuertunt Euã
gelium Christi, quia manet firmissimum:
sed tũ conuertere volunt qui ab spiritalibus
ad carnalia reuocant intentionem credẽtiũ.
Illis enim ad ista conuersis, manet Euange
lium non conuersum. Et ideo cum dixisset,
conturbantes vos:non dixit, & conuertens:
sed,volentes, inquit, conuertere Euangeliũ
Christi. Sed licet si nos,aut angelus de cœ
lo vobis euangelizauerit,præterquam quod
euangelizauimus vobis anathema sit. Veri
tas ꝑꝑ seipsam diligenda est,non ꝑꝑ homi
nem, aut ꝑꝑ angelum ꝑ quẽ annunciatur.
Qui.n.ꝑꝑ annunciatores diligit eã, potest
etiam mẽdacia diligere, si qua forte ipsi sua
protulerint.Sicut prædiximus, & nũc iterũ
dico,si quis vobis euangelizauerit, præter-
C quam qđ accepistis, anathema sit. Aut præ
sens hoc prædixerat, aut quia iterauit quod
dixit propterea voluit dicere, sicut prædixi
mus. Tamen ipsa iteratio saluberrime inten
tionem mouet ad firmitatem retinendi eam
quæ sic commẽdatur fidem.Modo ergo ho
minibus suadeo,an deo? Aut quæro homini
bus placere? Si adhuc hominibus placerem,
Christi seruus nõ essem. Nemo deo suadere
potest, quia manifesta sunt illi omnia:sed ho
minibus ille bene suadet,qui non se illis pla
cere vult,sed ipsam quam suadet veritatem.
Qui enim placet hominibus non ab ipsis
suam gloriam quærens, sed dei,vt salui fiãt,
non iam hominibus,sed deo placet: aut cer
te iam cum & deo placet simul & homini
bus, non vtique hominibus placet: Aliud
est enim placere hominibus, aliud & deo &
hominibus. Item qui hominibus, propter
veritatem placet, non ipse illis, sed veritas
placet: placere autem dixit quantum in se
ipso est,quãtum ad eius voluntatem attinet:
ac si diceret, placere vellem. Non enim si
hoc eo non agente placeat alicui, quasi pro
pter seipsum & non propter deũ atque Euã
gelium quod annunciat, superbiæ ipsius po-

tius, quàm errori eius cui peruerse placet,
tribuendum est. Iste itaq; sensus est. Modo
do ergo hominibus suadeo,an deo? Aut quia D
hominibus suadeo quæro hominibus place
re? si adhuc hominibus quærerem placere,
Christi seruus nõ essem. Iubet enim ille ser
uis suis, vt discant ab eo mites esse & humi
les corde. Quod nullo modo potest,qui pro- Mat. 11.
pter seipsum.i.propter suam quasi priuatam
& propriam gloriã placere hominibus quæ
rit. Dicit autem & alibi. Hominibus suade
mus,deo autem manifesti sumus: vt intelli
gas quodhic ait Hominibus suadeo,an deo? 2.Co.5.
non vtiq; deo, sed hominibus suadendum.
Non ergo moueat,quod alibi dixit. Sicut &
ego omnibus per omnia placeo. Addidit.n. 1.Co.10
Non quærens quod mihi prodest, sed quod
multis,vt salui fiant. Nulli autem prodest,
vt salus fiat, si homo ei propter seipsum pla
ceat. Qui non placet vtiliter,nisi cum pro
pter deum placet, id est, vt deus placeat &
glorificetur, cum dona eius attenduntur in
homine, aut per ministerium hominis ac
cipiuntur. Cum autem sic hõ placet,non iã
homo,sed deus placet. Vtrunq; ergo recte
dici potest,& ego placeo,& non ego placeo.
asit bonus intellector, piusq; pulsator, pa
tebit vtrunq; & nulla inter se repugnantia
repellet intrantem. Notum enim vobis fa
cio fratres Euangeliũ quod euangelizatũ est
a me,quia non est secũm hominem:Neq;.n. E
ego ab homine accepi illud,neq; didici, sed
per reuelationem Iesu Christi. Euangelium
quod secundum hominem est, mendacium
est: Omnis.n.homo mendax:quicquid ueri Ps. 115.
ritatis inuenitur in homine, non est ab ho
mine,sed à deo ꝑ hominem. Ideo iam quod
secundum hominem est nec Euangelium di
cendum est: quale illi afferebant qui in ser
uitutem ex libertate attrahebant eos quos
deus ex seruitute in liberratem vocabat. Au
distis enim conuersationem meam aliquan
do in Iudaismo, quia supra modum perse
quebar Ecclesiam dei,& vastabam illam, &
proficiebam in Iudaismo supra multos co
ætaneos meos in genere meo, abundantius
æmulator existens paternarum mearum tra
ditionum. Si persequendo & vastando Ecc
dei proficiebat in Iudaismo,apparet
contrarium esse Iudaismum Ecclesiæ dei,
non per illam spiritalem legem quam acce
perunt Iudæi, sed per carnalem conuersa
tionem seruitutis ipsorum. Et si æmulator,
id est,imitator paternarum suarum traditio-

num,

num, persequebatur Paulus Ecclesiam dei,
paternæ ipsius traditiones cõtrariæ sunt Ec
clesiæ dei, Non autem legis illius culpa est:
F Lex enim spiritalis est, nec carnaliter se co
git intelligi:sed illorum vitium est,qui & il
la quæ acceperũt,carnaliter sentiunt,& mul
ta etiam sua tradiderunt, dissoluentes, sicut
Mat. 15. dominus dicit, mandatum dei propter tradi
tiones suas. Cum autem placuit deo,qui me
segregauit de uentre matris meæ,& uocauit
per gratiam suam, reuelare filium suum in
me, vt annunciarem eum in gentibus,conti
nuo non acquieui carni & sanguini. Segrega
tur quodammodo de vẽtre matris, quisquis
à carnalium parentum cõsuetudine cæca se
paratur: Acquiescit autem carni & sangui
ni, quisquis carnalibus propinquis & con
sanguineis suis carnaliter suadentibus assen
titur. Neque veni in Hierosolymam ad præ
cessores meos Apostolos, sed abij in Ara
biam, & iterum reuersus sum Damascum.
Deinde post annos tres, ascendi Hierosoly
mam videre Petrum, & mansi apud illum
diebus quindecim. Si cũ euangelizasset Pau
lus in Arabia,postea vidit Petrum, nõ ideo
vt per ipsum Petrum discceret Euangelium,
iam ante eum vtique vidisset,sed vt frater
nam charitatem etiam corporali notitia cu
G mularet. Alium autem Apostolorum vidi
neminem,nisi Iacobum fratrem domini. Ia
cobus domini frater, vel ex filijs Ioseph de
alia vxore,vel ex cognatione Mariæ matris
Lib. 1. eius debet intelligi. Quæ autẽ scribo vobis,
De ser- ecce coram deo, quia non mentior. Qui di
mone do it, Ecce corram deo quia non mentior, iu
mini in rat vtique: Et quid sanctius hac iuratione?
monte. sed non est contra præceptum iuratio quæ à
malo est, nõ iurantis,sed incredulitatis eius
cui iurare cogitur. Nam hinc intelligitur ita
dominum prohibuisse à iurando, vt quan
tum in ipso est quisq; non iuret,quod mul
ti faciunt, in ore habentes iurationem tan
quam magnum aut suaue aliquid. Nam vti
quam Apostolus nouerat præceptum domi
ni,& iurauit tamen: Non enim audiendi
sunt qui has iurationes esse non putant:
1.Co.15. Quid enim faciẽt de illa, Quotidie morior
per gloriam vestram fratres, quã habeo in
Christo Iesu domino nostro: quam G[illegible]ca
exemplaria mànifestissimam iurationem es
se conuincunt. Quantum ergo in ipso est,
non iurat Apostolus: Non enim appetit
iurationem cupiditate, aut delectatione iu
randi: amplius est enim quàm est,est: non,

non: & ideo à malo est, sed infirmitatis aut
incredulitatis eorum qui non aliter mouen Matt. 5.
tur ad fidem. Deinde veni in partes Syriæ
& Ciliciæ. Eram autem ignotus facie Eccle H
sijs Iudææ quæ in Christo sunt: Animad
uertendum, non in sola Hierosolyma Iu
dæos in Christo credidisse, nec tam paucos
fuisse, vt ecclesijs gentium miscerentur, sed
tam multos vt ex illis Ecclesiæ fierent: Tm
autem audientes erant, quia qui aliquando
nos persequebatur, nunc euangelizat fidem
quã aliquando vastabat,& in me magnifica
bat deum: Hoc est ꝙ dicebat non se placere Matt. 5.
hominibus vtiq; per seipsum, sed vt in illo
magnificaretur deus. Hoc est quod etiam
dominus dicit:,Luceant opera vestra coram
hominibus ut videant bona facta vestra, &
glorificent patrem uestrum qui in cœlis est.

Deinde post annos quatuordecim iterũ Exposi-
ascendi Hierosolymam cum Barnaba, as- tio capi-
sumpto etiam Tito: Tanquam testimonijs tuli secũ
pluribus agit, cum etiam istos nominat. A- di.
scendi autem secundum reuelationem: Ne
moueret eos quare uel tunc ascenderit quò
tandiu non ascenderat. Quapropter si ex re
uelatione ascendit,tunc proderat vt ascende
ret. Et exposui illi Euangelium quod præ
dico in gentibus, seorsum his qui videb an
tur. Quod seorsum exposuit Euangelium
eis qui eminebant in Ecclesia, cum iam il- I
lud exposuisset coram omnibus,non ideo fa
ctum est, quòd aliqua falsa dixerat,vt seor
sum paucioribus vera diceret, sed aliqua
tacuerat quæ adhuc paruuli portare non po
terant. Qualibus se ad Corinthios lac 2.Co.3
dicit dedisse, non escam. Falsum enim di
cere nihil licet. Aliquando autem aliquid
veritate vtilius est. Perfectionẽ ipsius opus
erat vt scirent cæteri Apostoli: Non enim
sequebatur vt si fidelis esset, veramq; &
rectam teneret fidem, iam etiam Aposto
lus esse deberet. Illud autem quod sub
iungit, Ne forte in vacuum curram aut cu
curri:non ad illos cum quibus seorsum con
tulit Euangelium, sed ad istos quibus scribit
quasi per interrogationem dictum intelligẽ
dum est: vt ex eo appareret non eum in va
cuum currere aut cucurrisse,quia iam etiam
attestatione cæterorum nihil ab Euangelij
veritate dissentire approbatur. Sed neq; Ti
tus qui mecum erat, inquit, cũ esset Græcus
compulsus est circuncidi. Quamuis Titus
Græcus esset, & nulla eum consuetudo aut
cognatio parentum circuncidi cogeret sicut

Timo-

Timotheum, facile tamen etiam istum circuncidi permisisset Apostolus: Non.n.tali circuncisione salutem docebat auferri,sed si
K in ea constitueretur spes salutis, hoc esse cō-
tra salutem ostendebat. Poterat ergo vt superfluam æquo animo tolerare, secundum
1.Co. 7. sententiam quam alibi dixit, Circuncisio nihil est,& præputium nihil est, sed obseruatio mandatorū dei. Propter subintroductos autem falsos fratres non est compulsus Titus circuncidi.i.non ei potuit extorqueri vt circuncideretur:quia illi qui subintroierunt dicit proscultare libertatem eorum,vehemēter obseruabant & cupiebant circuncidi Titum,vt iam circuncisionem etiā ipsius Pauli attestatione & consensione, tanquam salutis necessariam prædicarent. Et sic eos,vt ait, in seruitutem redigerent.i.sub onera legis seruilia reuocarent. Quibus se nec ad horam.i.nec ad tempus cessisse dicit subiectioni,vt veritas Euangelij permaneret ad gentes. Denotabant autem suspectumq; haberi volebant inuidi Apostolum Paulum, quòd aliquando persecutor Ecclesiarum fuerit:& ideo dicit. De his autem qui videntur esse aliquid,quales aliquando fuerint, nihil mea interest: Quia & qui videntur esse aliquid, carnalibus hominibus videntur esse aliqd: Nam non sunt ipsi aliquid: Et si enim boni ministri dei sunt, Christus illis est aliquid, non ipsi per se. Nam si ipsi per se essent aliL quid,semper fuissent aliquid: quales aliquādo fuerint.i.quia & ipsi peccatores fuerunt, nihil sua dicit interesse. Quia deus hominis personam non accipit.i.sine personarum acceptione omnes ad salutem uocauit, non reputans illis delicta eorum: Et ideo absentibus illis qui priores facti erāt Apostoli, Paulus à dño perfectus est: vt qū cū eis cōtulit, nihil esse quod perfectioni eius adderent: sed potius viderent eundem dominū Iesum Christum, qui sine personarum acceptione saluos facit, hoc dedisse Paulo vt ministraret gentibus, quod etiam Petro dederat, vt ministraret Iudęis. Non ergo inuenti sunt in aliquo dissentire ab illo, vt cum ille se perfectum Euangelium accepisse diceret, illi negarent & aliquid vellent tanquam imperfecto addere:sed econtrario pro reprehensoribus imperfectionis, approbatores perfectionis fuerunt. Et dederunt dexteras societatis.i.consenserunt in societatem,& paruerunt voluntati domini consentientes, vt Paulus & Barnabas irent ad gentes, ipsi autem in circuncisionem,quæ præputio,id est, gentibus contraria videtur. Nam etiam sic potest intelligi,quod ait,econtrario,vt ordo iste fit,Mihi enim qui videntur nihil apposuerunt sed econtrario, vt nos quidem in gentes iremus, quæ sunt contrariæ circuncisioni, ipsi autem in circuncisionem, con- M
senserunt mihi & Barnabæ: hoc est, dexteras societatis nobis dederunt. Neq; in contumeliam præcessorum eius putet quis ab eo dictum: Qui videntur esse aliquid,quales aliquando fuerint,nihil mea interest. Et illi enim tanquam spiritales viri volebant resisti carnalibus, qui putabant aliquid ipsos esse & non potius Christum in eis, multumq; gaudebant cum persuaderetur hominibus,& seipsos præcessores Pauli sicut eundem Paulum ex peccatoribus iustificatos esse à domino, qui personam hominis non accipit, quia dei gloriā quærebant,non suā: Sed quia carnales & superbi homines si qd de vita ipsorum præterita dicitur irascuntur & in contumeliam accipiunt, ex animo suo coniciunt Apostolos. Petrus autem & Iacobus & Ioannes honoratiores in Apostolis erant,quia ipsis tribus se in monte dominus ostendit in significatione regni sui, cum ante sex dies dixisset, Sunt hic quidam de circunstantibus qui non gustabunt mortem donec videant filium hominis in regno Mat.16. &. 17.
patris sui. Nec ipsi erant columnæ,sed videbantur. Nouerat enim Paulus sapientiā ædificasse sibi domum,& non tres colūnas constituisse,sed septē: Qui numerus vel ad unitatem Ecclesiæ refertur. Solet enim pro vniuerso poni, sicut in Euangelio dictum est, A
Accipiet in hoc seculo septies tantum: ac si Mat.19.
diceret, Quasi nihil habentes,sed omnia pos- 2.Co.6.
sidentes. Vnde etiam Ioannes ad septē scri- Apoc.1.
bit Ecclesias,quæ utique vniuersitatis Ecclesiæ personam gerunt. Vel certe ad septenariam operationem spiritussancti magis refertur septenarius numerus columnarum:sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis,scientiæ & pietatis & timoris dei, quibus operationibus domus filij dei,hoc est,Ecclesia continetur. Quod autem ait, Tantum vt pauperum memores essemus,quod & studui hoc sum facere,Communis cura erat om- Acto.4.
nibus Apostolis de pauperibus sanctorum qui erant in Iudæa,qui rerum suarum uenditarum precia ad pedes Apostolorum posuerant. Sic ergo ad gentes missi sunt, Paulus & Barnabas, vt Ecclesiæ gentium quæ

hoc nón facerant,ministrarent oratione ip-
Ro. 15. sorum eis qui hoc fecerant: sicut ad Romanos dicit, Nunc aūt pergam Hierusalem ministrare sanctis,placuit.n. Macedoniæ & Achaiæ cōmunionem aliquam facere in pau-
B peres sanctorum qui sunt in Hierusalē. Placuit.n.illis,& debitores eorum sunt. Si enim spiritalibus eorū cōmunicauerunt gentes, debēt & in carnalibus ministrare eis. In nulla ergo simulatione Paulus lapsus erat,quia seruabatur vbiq; quod congregari videbat, siue Ecclesijs gentium, siue Iudæorum, vt nusquā auferret consuetudinē, dum regnū dei tantum admonens,ne quis superfluis poneret spem salutis, etiam si consuetudinem
1.Co.7. in eis propter offensionem infirmorum custodire vellet. Sicut ad Corinthios dicit,circuncisus quis vocatus est, non adducat præputium:in præputio quis vocatus est, non circuncidatur. Circuncisio nihil est,& præputium nihil est, sed obseruatio mandatorū dei: Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est,in ea permaneat. Hoc enim ad eas consuetudines vel conditiones vitæ retulit, quæ nihil obsunt fidei bonisq; moribus: Non enim si latro erat quisq; cum vocatus est,debet in latrocinio permanere. Petrus autem cum venisset Antiochiam obiurgatus est à Paulo, non quia conseruabat consuetudinē Iudæorū in qua natus atq; educatus erat, quanquā apud gentes eam non seruaret,sed obiurgatus est, quia gentibus, eam volebat
C imponere cum vidisset quosdam venisse ab Iacobo.i.à Iudæa: Nam Ecclesiæ Hierosolymitanæ Iacobus præfuit. Timēs ergo eos qui adhuc putabant in illis obseruationibus salutem constitutam, segregabat se à gentibus, & simulate illis consentiebat ad imponenda gentibus illa onera seruitutis, quod in ipsius obiurgatione verbi satis apparet. Non enim ait, Si tu cum Iudæus sis gentiliter & non Iudaice uiuis,quēadmodum rursus ad consuetudinem Iudæorū reuerteris: sed,quēadmodū,inquit, gentes cogis Iudaizare. Quod aūt hoc ei corā omnibus dixit, necessitas coegit,vt omnes illius obiurgatio ne sanarentur. Non enim vtile erat errorē qui palam noceret,in secreto emēdare. Huc
Ioā. 21. accedit quòd firmitas & charitas Petri ter à domino dictū est, Amas me Pasce oues meas, obiurgationem talem posterioris pastoris pro salute gregis libentissime sustinebat: Nam erat obiurgatore suo ipse qui obiurgabatur mirabilior, & ad imitandū difficilior,Facilius est enim videre quid in alio corrigas, atq; id vituperando vel obiurgando corrigere, quàm videre quid in te corrigendum sit,libenterq; corrigi, vel per alium adde posteriorem, adde coram omnibus. D
Valet autem hoc magnum humilitatis exēplū, quæ maxima est disciplina Christiana: humilitate enim conseruatur charitas. Nam nihil eam citius violat q̄ superbia. Et ideo dominus non ait, Tollite iugum meum & discite à me, quoniam quatriduana de sepulchris cadauera exuscito, atque omnia dæmonia de corporibus hominum morbosq; de- Mat.11.
pello, & cætera huiusmodi:sed, Tollite,inquit, iugum meum,& discite a me, quia mitis sum & humilis corde: Illa.n.signa sunt rerum spiritalium: mitem autem esse & humilem,charitatis conseruatio est. Res ipsæ spiritales sunt, ad quas per illa ducuntur, qui oculis corporis dediti fidem inuisibiliū quaiam de notis vsitatisque non possunt,de nouis & repentinis visibilibus quærunt. Si ergo & illi qui cogebant gentes iudaizare, didicissent mites esse & humiles corde, quod à domino Petrus didicerat,saltem correcto tā to viro ad imitandū inuitarentur, nec putarent Euangelium Christi iustitiæ suæ tanq̄ debitum redditum.Sed scientes quoniam nō iustificatur homo ex operibus legis,nisi per fidem Christi Iesu vt impleat opera legis adiuuantem infirmitatem suam,non merito suo,sed gratia dei, non exigerent de gētibus carnales legis obseruationes, sed per ipsam E
gratiam dei,spiritalia opera legis eos implere posse cognoscerent. Quoniam ex operibus legis,cum suis viribus ea quisq; tribuit, non gratiæ miserantis dei non iustificabitur omnis caro.i.omnis homo siue oēs carnaliter sentientes. Et ideo illi qui cum iam essent sub lege,Christo crediderunt,non quia iusti erant, sed vt iustificarentur, venerunt ad gratiam fidei. Peccatorum aūt nomen gētibus imposuerant Iudæi iam vetusta quadā superbia tanquam ipsi iusti essent, uidendo stipulam in oculo alieno, & non trabem in suo. Secundum eorum morem locutus Apostolus ait, Nos natura Iudæi & non ex gentibus peccatores: id est, quos appellant peccatores cum sint & ipsi peccatores. Nos ergo,inquit, natura Iudæi,cum gentiles non essemus, quos nisi peccatores appellant,& tamē et nos peccatores in Christo Iesu credimus,vt iustificemur per fidem Christi. Non aūt quærerent iustificari nisi

essent

Universidad de Navarra Biblioteca

essent peccatores. An forte quia in Christo voluerunt iustificari peccauerũt, quia si iam iusti erant, aliud quęrẽdo vtiq; peccauerũt? sed, si ita est, in qt, ergo Christus peccati minister est. Quod vtiq; non possunt dicere, quia & ipsi qui nolebãt nisi circuncisis gentibus tradi Euangelium, in Christo crediderant. Et ideo quod dicit, Absit: nõ solus, sed cũ ipsis dicit. Destruxit aũt superbiã gloriãtem de operibus legis quæ destrui & deberet & posset, ne gratia fidei videretur nõ necessaria, si opera legis etiã sine illa iustificari crederentur. Et ideo prævaricator est si rursus illa ædificat, dicens, ꝙ opera legis ẽt sine gra iustificant, vt Christus peccati minister inueniatur. Posset ergo illi obijci, Si.n.quæ destruxi hæc eadẽ rursus ædifico, prævaricatorem meipsum constituo. Quid ergo, quia fidem Christi oppugnabas antea, quã nunc ædificas, prevaricatorem te constituis, Sed il Jam non destruxit, quia destrui non potest. Hanc aũt superbiam uere destruxerat, constanterq; destruebat, quia destrui poterat: & ideo non ille prævaricator est qui rem verã cum conaretur destruere, & postea veram esse ac destrui non posse cognoosceret, tenuit Prævari eam vt in ea ædificetur. Sed ille prævaricator ꝙs tor est qui cum destruxerit rem falsam quia sit. destrui potest, eam rursus ædificat. Mortuũ G aũt se legi dicit vt iam sub lege non esset, sed tamen per legem. Siue quia Iudæus erat, & tanquam pedagogum legem acceperat: sicut Galat.3 postea manifestat. Hoc aũt agitur per pædagogum, vt non sit necessarius pædagogus, sicut per vbera nutritur infans vt iam vberibus non indigeat, & per nauem peruenitur ad patriam, vt iata naui opus non sit. Siue per legem spiritaliter intellectam legi mortuus est, ne sub ea carnaliter viueret. Nam hoc mõ per legem legi vt morerentur volebat, cũ eis paulopost, ait. Dicite mihi sub lege volentes esse legẽ non legistis? Scriptum Galat.4 est.n.qđ Abraham duos filios habuit &c. vt per eandẽ legẽ spiritaliter intellectam more rẽtur carnalibus obseruationibus legis. Qđ aũt adiungit, ut deo uiuã. Deo viuit qui sub deo est, legi aũt qui sub lege est. Sub lege aũt viuit in qtum quisque pctor est. i. in qtum a vetere hoie nõ est mutatus: sua.n. vita vitæ, 1.Tim.1 & ideo supra illũ est: quia qui eam non implet infra illã est. Nã iusto lex posita nõ est i. imposita, vt supra illũ sit: in illa est.n. potius quã sub illa, quia non sua vita viuit, cui coercendæ lex imponitur. Vt.n. sic dicam, ip sam quodãmodo legem viuit qui cum dilectione iustitię iuste viuit, nõ proprio ac tran H sitorio, sed cõmuni ac stabili gaudens bono. Et ideo Paulo non erat lex imponenda, qui dicit, Viuo aũt iam nõ ego, viuit vero in me Christus. Quis ergo audeat Christo legem imponere qui viuit in Paulo? Non.n. audet quis dicere Christum nõ recte viuere, vt ei coercendo lex imponenda sit. Quòd autem nunc viuo, inquit, in carne, quia non posset dicere Christum adhuc mortaliter viuere, vita aũt in carne mortalis est. In fide, in qt, viuo filij dei: vt ẽt sic Christus viuat in credente habitando in interiore hoie per fidẽ: vt postea per speciem impleat eum cum absorta fuerit mortalis vita. Vt aũt offenderet ꝙ viueret in illo Christus, & quòd in carne viuens in fide viuit filij dei, non meriti sui esse, sed gratiæ ipsius: Qui me, inquit, dilexit, & tradidit seipsum pro me. Pro quo vtique, nisi pro peccatore, vt eum iustificaret? Et dicit hoc qui Iudæus natus & educatus Galat.1 erat, & abundantius æmulator extiterat paternarum suarum traditionũ. Ergo si & ꝙ talibus se tradidit Christus, etiam ipsi peccatores erant. Non ergo meritis iustitiæ fuæ datum dicant, quod nõ opus erat iustis dari. Nõ.n. veni vocare iustos, ait dominus, sed Matt. 9. peccatores: ad hoc vtiq;, ne sint peccatores. I Si ergo Christus me dilexit & tradidit seipsum pro me, non irritam facio gratiam dei, vt dicam per legem esse iustitiam. Nam si ꝙ per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. i. sine causa mortuus est, quãdo per legem: i. per opera legis quibus Iudæi confidebãt, posset esse iustitia in hominibus. Gratis autem mortuum Christum nec illi dicũt quos refellit, quoniam Christianos se uolebant haberi. Non ergo recte per illa legis Opera Christianos iustificari persuadebãt, quibus recte dicit, O stulti Galatæ quis Expositio capituli tertij. vos fascinauit? Quod non recte diceretur de his qui nunquam profecissent, sed de his qui ex profectu defecissent. Ante quorũ oculos Christus Iesus proscriptus est, crucifixus: hoc est, quibus videntibus Christus Iesus hæreditatem suam possessionemq; suam amisit: his vtique auferentibus eam, dũmq; in expellẽtibus, qui ex gratia fidei per quã Christus possidet gentes, ad legis opera eos qui crediderant reuocabant, Christo auferendo possessionem suam. i. eos quibus iure gratiæ fideiq; inhabitabat. Quod in ipsis Galatis accidisse vult videri Apostolus.

Nam

K Nam ad hoc pertinet, quod ait, Ante quorũ oculos. Quid.n. tam ante oculos eorum contigit, quam quod in ipsis contigit? Cum aũt dixisset Jesus Christus proscriptus est: addit, crucifixus: vt hinc eos maxime moneret, cum considerarentur quo precio emerit possessionem quam in eis amittebat: vt parum esset gratis eum mortuum, quod superius dixerat, Illud.n. ita sonat tanquam non peruenerit ad possessionem pro qua sanguinem dedit. Proscriptio autem quæ tenebatur, aufertur. Sed hæc proscriptio non obest Christo, qui etiam per diuinitatẽ dominus est omniũ: sed ipsi possessioni, quæ eius gratiæ cultura caret. Hinc iam incipit demonstrare quemadmodum gratia fidei sufficiat ad iustificandum sine operibus legis, ne quis diceret non se quidem operibus legis tãtum totam hominis iustificationem tribuere, sed neq; tantum gratiæ fidei: ex vtroq; aũt perfici salutem. Sed hæc qõ vt diligenter tractetur, ne quis fallatur ambiguo, scire prius debet opera legis bipertia esse. Nam partim Opa legis biper tita. in sacramentis, partim uero in moribus accipiuntur. Ad sacramenta pertinent, circuncisio carnis, sabbatum temporale, neomeniæ, sacrificia, atq; omnes huiusmodi innumeræ L obseruationes. Ad mores autem, Non occi- Exo.20 des, non mœchaberis, nõ falsum testimoniũ dices, & talia cætera. Nunquid nã ergo Apostolus ita põt non curare vtrum Christianus homicida aut mœchus sit, an castus atq; innocens, quemadmodum nõ curat vtrum circuncisus carne an præputiatus sit? Nunc ergo de his opibus maxime tractat quę sunt in sacramentis, quanquam & illa interdũ se admiscere significet. Prope finem aũt epistolæ de his separatim tractauit, quæ sunt i mo ribus: & illud breuiter, hoc autem diutius. Hæc.n. onera potius imponi gentibus, quorum vtilitas in intellectu est: nam hæc oia exponũtur Christianis, vt quid valeant, tñ intelligant, ẽt facere nõ cogantur: in obseruationibus aũt si nõ intelligantur, seruitus sola est: qualis erat in populo Iudæorum, & est vsq; adhuc. Si aũt obseruentur illa, & intelligantur, nõ modo nihil obsunt, sed etiam prosunt aliquid, si tpi congruant. Sicut ab ipso Moyse Prophetisq; obseruata sunt, ngruentibus illi populo, cui adhuc talis seruitus utilis erat, ut sub timore custodiretur. Nihil.n. tam pie terret aĩam quã sacrm non intellectũ: itellectũ aũt, gaudiũ piũ parit, & celebratur libere, si opus est tpi: si aũt nõ est opus, cũ suauitate spiritali tñmõ legitur & tractatur. Oẽ aũt sacrm cũ intelligitur, aut M ad contemplationem veritatis refertur, aut ad bonos mores. Contemplatio veritatis in Matt.22 solius dei dilectione fundata est: boni mores in dilectione dei & proximi, in quibus duobus præceptis tota lex pendet & prophetæ. Nunc igitur quemadmodum circuncisio carnis, & cætera hmõi legis opera, ubi iam gratia fidei est, nõ sint necessaria, videamus. Hoc solum, inquit, uolo discere à vobis, ex operibus legis spũm accepistis, an ex auditu fidei? Rñdet, Vtiq; ex auditu fidei. Ab Apostolo.n. prædicata est eis fides, in qua prædicatione vtiq; aduentũ & pũtiam sanctispũs senserant: sicut illo tpe in nouitate inuitationis ad fidem etiam sensibilibus miraculis pñtia sanctispũs apparebat: sicut in Actibus Acto.2. Apostolorum legitur. Hoc aũt factum erat apud Galatas, antequam isti ad eos peruertendos & circuncidendos uenissent. Iste ergo sensus est, Si in illis operibus legis esset salus uestra, nõ uobis spiritusſanctus nisi circuncisis daretur. Deinde intulit, Sic stulti estis, vt cum spũ cœperitis, nunc carne consummemini. Hoc est quod superius in exor A dio dixerat, Nisi aliq sunt cõturbãtes uos, Galat.1 & uolentes conuertere Euangelium Christi. Cõturbatio.n. ordini cõtraria est. Ordo est aũt à carnalibus ad spiritalia surgere, nõ ab spiritalibus ad carnalia cadere, sicut istis acciderat. Et hæc est Euangelij conuersio retrorsus, quod quia bonum non est, non est Euangelium cum hoc annunciatur. Qđ autem dicit, Tanta pasi estis: Multa iam ꝙ fide tolerauerant, non timore tanquam sub lege positi, sed magis in ipsis passionibus charitate timorem vicerant. Qm charitas Rom.5. dei diffusa est in cordibus eorum per spiritum sanctum, quem acceperant. Sine causa ergo, inquit, tanta pasi estis, qui ex charitate, quæ in uobis tanta sustinuit, ad timorem relabi vultis. Si tñ sine causa tãta passi estis. Quod.n. sine causa factum est, dicitur superfluum, nec prodest nec nocet. Hoc uero uidendum est, ne ad perniciem ualeat, non.n. hoc est non surgere, quod est cadere, quamuis isti nondum cecidissent, sed iam inclinarentur vt caderent. Nam utique adhuc in eis spiritusſanctus operabatur, sicut consequenter dicit, Qui ergo tribuit uobis spiritum, & uirtutes operatur in uobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei? Respondetur. B Vtique ex auditu fidei, sicut superius tracta-

tum

tũ est. Deinde exhibet exẽplũ patris Abraham, de quo in Epistola ad Romanos vberius apertiusq; dissertũq; est. Hoc.n. maxime in eo victoriosum est, ꝙ antequã circũcideret deputata est fides eius ad iustitiã: &
Gen.22. ad hoc rectissime refertur, quod ei dictũ est, Quia bñdicentur in te oẽs gentes: imitatione utiq; fidei eius, qua iustificatus est etiam ante sacramentũ circuncisionis, quod fidei signaculũ accepit, & ante oẽm seruitutẽ legis, quæ multo post data est. Quod autẽ ait, Quicunq; n. ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt legis, Sub timore vult intelligi, non in libertate: vt scilicet corporali præsentiq; vindicta vindicaretur in eos, qui non permanerent in omnibus q̃ scripta sunt in libro legis, vt facerent ea. Huc quoq; accedebat, vt in ipsa corporum pœna etiam maledicti ignominiam formidarent. Ille autem iustificatur apud deũ, qui eũ gratis colit: nõ scilicet cupiditate appetendi aliquid ab ipso præter ipsum, aut timore amittendi. In ipso enim solo vera nostra beatitudo atq; perfecta est, & qm̃ inuisibilis est oculis carneis, fide colitur quandiu in hac carne viuimus: sicut supra dixit, Quod autem nunc viuo in
C carne, in fide viuo filij dei: & ipsa est iusti-
Abac.2. tia, quo pertinet quod dictũ est, Quia iustus ex fide viuit. Hinc.n. ostendere voluit, quia in lege nemo iustificatur, quia scriptũ est iustum ex fide viuere. Quare intelligendũ est in lege, qđ nunc ait, in operibus legis dictũ esse: & hoc istis, qui in circuncisione carnis, & talibus conseruationibus continentur, in quibus qui uiuitita in lege est, ut sub lege viuat. Sed legẽ, vt dictũ est, pro ipsis operibus legis nunc posuit, quod de posterioribus manifestatur. Ait.n. Lex aũt nõ est ex fide, sed qui fecerit ea, viuet in illis. Non ait, q fecerit eã, viuet in ea: vt intelligas legẽ in hoc loco pro ipsis operibus positam. Qui aũt viuebant in his operibus, timebant vtiq; ne si nõ ea fecissent, lapidationem, vel crucem, vel ali quid huiusmodi paterentur. Ergo qui fecerit ea, inquit, viuet in illis. i. habebit p̃mium, ne in ista morte puniatur. Non ergo apud deum, cuius fide siquis in hac vita vixerit, cum hinc excesserit, tunc eum magis habebit præsentissimum præmium. Nõ itaq; ex fide viuit, quisquis præsentia quæ videntur, vel cupit vel timet. Quia fides dei ad inuisibilia
D pertinet, quæ post dabuntur. Nam est ista quædã in operibus legis iustitia, qũ sine suo præmio relicta non est: vt qui fecerit ea, viuat in eis. Vnde & ad Romanos dicit, Si.n. Rom.4. Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad deũ. Aliud est ergo nõ iustificari, aliud non iustificari apud deum: Qui omnino nõ iustificatur: nec illa seruat, quæ temporale habent præmium, nec illa q̃ æternum: qui autem in operibus legis iustificatur, non apud deum iustificatur: quia tẽporalem inde expectat visibilem q̃; mercedẽ. Sed tũ est ẽt ista, vt dixi, quædã, vt sic dicã, terrena carnalisq; iustitia: nam & ipse Apo Phili. 3.
stolus eam iustitiam vocat, cum alibi dicit, Secũdũ iustitiã quæ in lege est conuersatus, qui fuerim sine querela. Propterea dñs Iesus Christus iam libertatem daturus credentibus, quædam earum obseruationum nõ seruauit ad literam. Vnde etiam cum sabbato Mat.12.
esurientes discipuli spicas euulsissent, respondit indignantibus, dñm esse filium hominis etiam sabbati. Itaq; illa carnaliter nõ obseruando, carnalium conflagrauit inuidia: & suscepit quidem pœnam propositã illis, qui eã non obseruassent, sed vt credentes in se talis pœnæ timore liberaret: quo pertinet quod adiũgit, Christus nos redemit de maledicto E
legis, factus pro nobis maledictum: quia scri Deu.21.
ptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno. Quę sententia spiritaliter intelligentibus sacramentum est libertatis: carnaliter autem sentientibus carnaliter, si Iudei sunt, iugum est seruitutis: si Pagani aut hæretici, velamentum est cæcitatis. Nam ꝙ quidam nostri minus in scripturis eruditi, sententiã istam nimis timentes, & scripturas veteres debita pietate approbantes, non putant hoc de dño esse dictum, sed de Iuda traditore eius. Aiunt.n. propterea non esse dictũ, Maledictus omnis qui figitur in ligno: sed, qui pẽdet in ligno: quia nõ hic dñs significatus est, sed ille qui se de laqueo suspendit. Nimis errant, nec attendunt se contra Apostolum disputare, qui ait, Chrs nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est, Maledictus omnis qui pẽdet in ligno. Qui ergo pro nobis factus est maledictum, ipse vtiq; pependit in ligno. i. Xps, qui nos liberauit à maledicto legis: vt non iam timore iustificaremur in operibus leg sed fide apud deũ: quæ non per timorẽ, sed per dilectionem operatur. Spiritus.n. sanctus, qui hoc per Moysen dixit, utrũq; præ- Galat.5.
uidit: vt timore uisibilis pœnæ custodirentur, qui nondum poterant ex inuisibilum fide uiuere: & ipse timorem istum solueret F
suscipiendo quod timebatur, qui timore sublato donum dare poterat charitatis. Nec in hoc ꝙ maledictus est appellatus, qui pendet in lege, contumelia in dñm putanda est: ex parte quippe mortali pependit in ligno: mortalitas autem vnde sit, notum est credenti-
1.Pet.2. bus. Ex pœna quippe est, & maledictio peccati primi hominis, quã dñs suscepit, & peccata nostra pertulit corpore suo per lignum. Si ergo diceretur, mors maledicta est: nemo exhorresceret. Quid autẽ nisi mors dñi pependit in ligno, vt mortem moriendo superaret? Eadẽ igitur maledicta, quæ victa est. Item si diceretur, peccatum maledictum est: nemo miraretur. Quid autem pependit in ligno, nisi peccatum veteris hominis, quod
2.Co.5. dñs pro nobis in ipsa carnis mortalitate suscepit? Vnde nec erubuit nec timuit Apostolus dicere, peccatum eum fecisse pro nobis: addens, vt de peccato condemnaret peccatum. Non enim & vetus homo noster simul crucifigeretur, sicut Apostolus alibi dicit,
G nisi in illa morte domini, peccati nostri figura penderet, vt euacuaretur corpus peccati,
Núe.21. vt vltra non seruiamus peccato. In eius pec cati & mortis figura etiam Moyses in eremo super lignum exaltauit serpentem. Persuasione quippe serpentis, homo in damnationem mortis cecidit. Itaque serpens ad significationem ipsius mortis, conuenienter in ligno exaltatus est: in illa.n. figura mors dñi pendebat in ligno. Quis aũt abhorreret si diceretur, Maledictus serpens qui pendet in ligno? & tũ mortem carnis domini præfigurans serpens pendebat in ligno, cui sacramento ipse dñs attestatus est, dicens, Sicut
Ioan.3. exaltauit Moyses serpentem in eremo, ita & exaltari oportet filium hominis super terram. Non enim & hoc in contumeliam dñi Moyses fecisse aliquis dixerit, cum tantam in ea cruce salutem hominum esse cognosceret, vt non ob aliud ad eius iudicium serpentem illum erigere iuberetur, nisi cum intuẽtes, qui morsi à serpentibus, morituri erant, continuo sanarentur. Nec propter aliud ille serpens æneus factus erat, nisi vt permansuræ passionis domini fidem significaret. Etiam vulgo quippe dicuntur æneæ, quorũ numerus manet. Si enim obliti essent ho
H nes, & obliteratum esset de memoria temporis, ꝙ Christus pro hom. nibus mortuus est, vere morerentur, nunc autem tanquam æneæ permanet crucis fides vt cum alij moriantur, alij nascantur, ipsam tamen sublimẽ permanere inueniant, quam intuendo sanentur. Non igitur mirum, si de maledicto vicit maledictum, qui uicit de morte mortẽ, & de peccato peccatum, de serpente serpentem. Maledicta aũt mors, maledictum peccatum, maledictus serpens: & hæc omnia in cruce Deu.21.
triumphata sunt. Maledictus igitur omnis qui pendet in liguo. Quia ergo non ex operibus legis, sed ex fide iustificat Christus in se, timor maledictionis crucis ablatus est: charitas benedictionis Abrahæ ꝑꝑ exemplum fidei permanet ad gentes: vt annunciationẽ, inquit, spiritus per fidem accipiamus, id est, vt non quod timetur in carne, sed quod spiritu diligitur, credituris annuncietur. Vnde etiam testamenti humani mentionem facit: quod vtiq; multo est infirmius q̃ diuinum. Tamen hominis confirmatum testamen- Heb.9.
tum, inquit, nemo irritum facit, aut superordinat, quia cum testator mutat testamentũ, non confirmatum mutat: testatoris.n. morte confirmatur. Quod autem mors testatoris valet ad confirmandum testamentum eius, quia consilium mutare iam non potest: hoc I
incommutabilitas promissionis dei valet ad confirmandam hæreditatem Abrahæ, cuius Rom.4.
fides deputata est ad iustitiam. Et ideo semẽ Abrahæ, cui dictæ sunt promissiones, Christum dicit Apostolus, hoc est omnes Christianos fide imitantes Abraham: quod ad singularitatem redigit, commendando ꝙ non dictũ est, & seminibus: sed, semini tuo: quia & vna est fides, & non possunt similiter iustificari qui viuunt ex operibus carnaliter, cũ his qui viuũt ex fide spiritaliter. Inuincibiliter autẽ infert, ꝙ lex nondum data erat: nec posset post tantos annos ita dari, vt antiquas Abrahæ promissiones irritas faceret. Si.n. lex iustificat, non est iustificatus Abraham, qui multũ ante legem fuit. Quod qa dicere non possunt, coguntur fateri non legis operibus iustificari hominem, sed fide. De fide
Simul etiam nos cogit intelligere omnes antiquos, qui iustificati sunt, ex ipsa fide iu- antiquorum.
stificatos. Quod enim nos ex parte præteritum. i. primum aduentum domini: ex parte futurum, id est, secundum aduentum domini credendo salui efficimur: hoc totum illi. i. utrunque aduentum futurum credebant, re- K
uelante sibi spiritu sancto, vt salui fierent. Vnde est etiam illud, Abraham concupiuit diẽ meum videre, & vidit & gauisus est. Sequitur quæstio satis necessaria. Si.n. fides iustificat, & priores sancti, quia apud deum iusti-

Universidad de Navarra
Biblioteca

ficati sunt,p ipsam iustificati sunt,quid opus erat legem dari? Quam cõnem tractandam sic intulit,interrogãs & dicens, Quid ergo? Hucusq; n.interrogatio est. Deinde infertur
1.Retra. 24. responsio, Lex transgressionis gratia proposita est,donec veniret,inquit,semen, cui promissum est,dispositum per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est, deus uero unus est. Mediatorẽ Iesum Christum secundum hominem dici,ex illa eiusdẽ Apostoli sentẽtia fit planius,cum ait, Vnus
1.Tim.2 enim deus,unus & mediator dei & hominũ homo Christus Iesus. Mediator ergo inter deum & deum esse non potest,quia unus est deus: mediator autem unius non est,quia inter aliquos medius est. Angeli porrò,q non lapsi sunt à cõspectu dei,mediatore nõ opus habent,per quem reconcilientur. Item angeli qui nullo suadente spõtanea præuaricatione sic lapsi sunt, per mediatorem non recon
L ciliantur. Restat ergo,vt qui mediatore superbo diabolo, superbia persuadente deiectus est, mediatore humili Christo humilitatem persuadente erigatur. Nam si filius dei in naturali æqualitate patris manere uel
Phil.2. let,nec se exinaniret, formã serui accipiens, non esset mediator dei & hominum, Quia ipsa trinitas unus deus est, eadem in tribus patre & filio & spiritusancto deitatis æternitate & æqualitate constante. Sic itaq; unicus filius dei mediator dei & hominum factus est,cum verbum dei deus apud deum,& maiestatem suam vsq; ad humana deposuit, & humilitatem humana vsq; ad diuina subuexit,vt mediator esset inter deũ & homines,
Psal.44. homo per deum ultra homines: Ipse est.n. speciosus forma præ filijs hominum, & unctus oleo exultationis præ participibus suis. Sanati sunt ergo ab impietate superbiæ, ut reconciliarentur deo,quicunq; homines humilitatem Christi, & per reuelationem ante quam fieret, & post Euangelium posteaquã facta est,credendo dilexerunt,diligendo imitati sunt. Sed hæc iustitia fidei,quia non pro merito data est hominibus, sed pro misericordia & gratia dei, non erat popularis ante quam dominus homo inter homines nascereturꝰ. Semen autem,cui promissum est,po-
M pulum significat: non illos pauciss imos,qui renelationibus ea futura cernentes,quamuis per eandem fidem salui fierent, populum tamen saluum facere nõ poterant. Qui populus sanè, si per totum orbem consideretur, nam de toto orbe Ecclesiam Hierusalem cę
lestem congregat,paũci sunt, quia via angusta paucorum est: in unum tamen congregati, quotquot existere potuerunt, antequã Euangelium prædicabatur: & quotquot existere potuerunt, ex quo Euangelium prædicatur: & quotquot poterunt usque in finem seculi per omnes gentes,adiunctis sibi etiam illis quamuis pauciss imis, qui ex fide domini fidei prophetica ante ambos aductus eius salutem gratiæ perceperunt: implent sancto rum beatiss imum ciuitatis sempiternæ statum. Superbienti ergo populo lex posita est vt quando gratiam charitatis nisi humiliatus accipere nõ posset, & sine hac gratia nullo modo præcepta legis impleret, transgressione humiliaretur ut quereret gratiam,nec se suis meritis saluum fieri, quod superbum est,opinaretur: vt esset non in sua potestate & viribus iustus, sed in manu mediatoris iustificantis impium. Per angelos autem ministrata est omnis dispẽsatio veteris testamenti, agente in eis spiritusancto, & ipso verbo A
veritatis uondum incarnato: sed nunquam ab aliqua ueridica administratione recedente. Quia per angelos disposita est ipsa dispensatio legis, cum aliquando suam, aliquando dei personam,sicut Prophetarum etiã Moyses,agerẽt,perq; illam legem morbos ostendentem, non auferẽtem etiam præuaricationis crimine contrita est superbia. Dispositum est per angelos, sed in manu mediatoris,vt ipse liberaret à peccatis, iam per transgressionem legis coactos confiteri opus sibi esse gratiam & misericordiam domini: ut sibi peccata dimitterentur, & in noua vita per eum, qui pro se sanguinem fudisset reconciliarentur deo. In istis enim erat per transgressionem legis confringenda superbia,qui gloriantes de patre Abraam, quasi naturalẽ se iactabant habere iustitiam, & merita sua in circuncisione, cæteris gentibus tanto pernicios ius, quanto arrogantius præferebant. Gentes autem facillime etiam sine huiusmodi legis transgressione humiliarentur. Homines enim nullam ex parentibus originem iustitiæ se trahere præuidentes,simulachrorum etiam seruos inuenit Euangelica gratia. Non enim sicut istis dici poterat, non fuisse illam iustitiam parentum eorum in co B
lendis idolis, quam esse arbitrabantur: ita etiam Iudæis dici poterat falsam fuisse iustitiam patris Abraam. Itaque illis dicit, Facite ergo fructum dignum Pœnitentiæ: & ne Matth.3
dixeritis uobis, patrem habemus Abraam:

potens

potens est.n.deus de lapidibus istis suscita-
Ephes.2 re filios Abraham. Istis autem dicitur. Propter quod memores estote, quia uos aliquãdo gentes eratis in carne,qui dicimini præputium,ab ea,quæ dicitur circuncisio in carne manufacta,qui eratis illo tẽpore sine Christo,alienati a societate Israel, & peregrini testamentorum,& promissionis spem nõ habentes,& sine deo in hoc mundo. Denique
Rom.11. illic infideles de oliua sua fracti, hic autem fideles de oleastro in oliuam illorum inserti esse monstrantur. Illorum ergo erat de legis transgressione conterenda superbia, Sicut ad Romanos cum scripturarum uerbis
Rom.3. peccata eorum exaggerasset. Scitis autem,inquit,quoniam quæcunque lex dicit, his qui in lege sunt loquitur: at omne os obstruatur & reus fiat omnis mundus deo. Iudæi.s.de transgressione legis, & gentes de impietate
Rom.11. sine lege, Vnde & iterum ait, Conclusit.n. deus omnia in incredulitatem, ut omnibus
C misereatur. Hoc & nunc dicit, refricans ipsam quæstionem, Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si.n.data esset lex, quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia: sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Non ergo lex data est, ut peccatum auferret,sed ut sub peccato omnia concluderet. Lex enim ostendebat peccatum esse,quod illi per consuetudinem cæcati, possent putare iustitiam: ut hoc modo humiliati, cognoscerent non in sua manu esse salutem suam,sed in manu mediatoris. Maxime quippe humilitas reuocat, unde nos deiecit superbia. Et ipsa humilitas est accommoda percipiendæ gratiæ Christi: qui singulare humilitatis exemplum est. Ne quisquam hic tam imperite dixerit. Cur ergo non profuit Iudæis, quod per angelos legem ministrantes,in manu mediatoris dispositi sunt? Profuit enim quantum dici non potest. Quæ enim gentium ecclesiæ uenditarum rerum suarum precia ad pedes Apostolorum posuerunt,quod tot milia hominũ tam
Acto.4. repente fecerunt? Nec turbæ infidelium cõsiderandæ sunt: omnis enim area multis paribus ampliorem habet paleam, quam frumentum. Vnde etiam illa eiusdem Apostolo-
D li uerba ad Romanos, nisi de sanctificatione
Rom.11. Iudæorum. Quid ergo? Nunquid repulit deus plebem suam? Absit, nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin. Non repulit deus plebem
suam, quam præsciuit. Cum autem laudaret præ cæteris ecclesiis gentium, ecclesiam Thessalonicensium, similes eos fa- 1.The.2
ctos ecclesijs Iudææ, quia multa a contribulibus suis pro fide passi erant, quomodo & illi a Iudæis. Hinc est, & illud quod pauloante commemoraui, quod ait ad Romanos. Si enim spiritalibus eorum Rom.15
communicauerunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis. De ipsis ergo Iudæis etiam consequenter dicit, Prius autem quam ueniret fides, sub lege custodiebamur, concluси in eam fidem, quæ postea reuelata est. Vt enim tam propè inuenirentur,etiam de proximo ad deum uenditis suis rebus accederent, quod dominus eis præce- Matt.19
pit,qui uellent esse perfecti,lege ipsa factum est,sub qua custodiebantur, concluси in eam fidem,id est in aduentum eius fidei, quæ postea reuelata est,conclusio enim eorum erat tum timor unius dei. Et quòd præuaricatores ipsius legis inuenti sunt, non ad perniciem,sed ad utilitatem ualuit eis, qui crediderunt, cognitio enim maioris ægritudinis, & desiderari medicum uehementius fecit,& diligi ardentius, Cui.n.plurimũ di- E
mittitur plurimum diligit. Ita lex,inquit, pædagogus noster fuit in Chro: hoc est qđ ait, Sub lege custodiebamur concluси in ea. Posteaquam uenit fides,iam non sumus sub pædagogo. Eos erbo nunc reprehendit, qui faciunt irritam gratiam Christi: quasi enim nondum uenerit, qui uocaret in libertatem si adhuc uolunt esse sub pædagogo. Quod autem filios dicit esse omnes per fidem,quia induerunt Christum, quicunq; in Christo baptizati sunt, ad hoc ualet, ne gentes de se desperarent, quia non custodiebantur sub pædagogo,& ideo se filios non putarent: sed per fidem induendo Christum, omnes fiũt filij: non natura sicut unicus filius,qui etiam sapientia dei est: neque præpotentia & singularitate susceptionis ad habendam naturaliter & agendam personam sapientiæ, sicut ipse mediator,unum cum ipsa susceipiente sapientia sine interpositione alicuius mediatoris effectus: sed filij fiunt participatione sapientiæ, id præparante atque præstante mediatoris fide: quam fidei gratiam nunc indutum uocat, vt Christum induti sint, qui in eum crediderunt: & ideo filij dei fratresque eius mediatoris effecti sunt. In qua fide non est distantia Iudæi neque Græci: F
nõ serui,neque liberi: non masculi & fœmi-

næ; in quantum.n. omnes fideles sunt, omnes vnũ sunt in Christo Iesu. & hoc facit fides, per quam in hac vita iuste ambulatur, quãto perfectius atq; cumulatius id species ipsa
1.Ioan.3 factura est, dum videbimus facie ad faciem?
Rom.8. Nam nunc q̃uis primitias habẽtes spiritus, qui vita est, propter iustitiam fidei, tñ quia adhuc mortuũ est corpus propter peccatũ, differentia ista vel gentium, vel cõditionis, vel sexus iam quidem ablata est ab vnitate fidei, sed manet in conuersatione mortali. Eiusq; ordinem in huius vitæ itinere seruãdum esse & Apostoli præcipiunt, qui etiam regulas saluberrimas tradunt: quemadmodum secum viuant pro differentia gentis Iudæi & Græci: & pro differentia conditionis domini & serui, & differentia sexus viri & vxores: vel siqua talia cætera occurrunt. Et ipse prior dominus, qui ait, Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt. Alia sunt enim quæ seruamus in vnitate fidei siue vlla distantia: & alia in ordine vitæ huius tanq̃ in via, ne nomen dei & doctrina blasphemetur. Et hoc non solum propter
G iram, vt effugiamus offensionem hominũ, sed etiam propter conscientiam: vt non simulate, quasi ad oculos hominũ ista faciamus: sed pura dilectionis conscientia propter deũ, qui omnes homines vult saluos fieri, & in
1.Tim 2 agnitionem veritatis venire. Omnes ergo, inquit, vos vnum estis in Christo Iesu. Et addidit, Si autem, vt hic subdistinguatur, & subaudiatur, vos vnum estis in Christo Iesu: ac deinde inferatur, Ergo Abrahæ semen estis: vt iste sit sensus, Omnes ergo vos vnũ estis in Christo Iesu. Si autem vos vnum estis in Christo Iesu, vos ergo Abrahæ semen estis. Superius enim dixerat, Non dicit & seminibus, tãquam in multis, sed tanq̃ in vno, & semini tuo quod est Christus. Hic ergo ostendit vnum semen Christum, non tm̃ ipsum mediatorem intelligendum esse, verumetiam Ecclesiam, cuius ille corporis caput est: vt omnes in Christo vnum sint, et capiant secundum promissionem hæreditatem per fidem: in quam conclusus erat. i. in cuius aduentu tanq̃ sub pædagogo custodiebatur populus vsq; ad ætatis opportunitatẽ: quia in libertatem vocandi erant: qui in eodem populo secundum propositum vocati
H sunt. i. qui in illa area frumentum inuenti sunt. Ad hoc enim subiungit. Dico autẽ,
Expositio capi- Quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omniũ; sed sub procuratoribus & actoribus est vsq; ad tuli præfinitum tempus à patre. Sic & nos cum quarti.
essemus paruuli, sub elementis huius mũdi eramus seruientes. Quæri autem potest, quomodo secundum hanc similitudinẽ sub elementis huius mundi fuerint Iudæi: cum illis per legem quam acceperunt, vnus deus qui fecit cœlum & terram, colendus cõmen daretur. Sed potest esse alius exitus capituli huius, vt cum superius legem pædagogum fecerit, sub quo erat ille populus Iudæorũ: nũc procuratores & actores dicat elementa mũdi, sub q̃bus seruiebãt gẽtes: vt filius ille paruulus. i. populus propter vnam fidem ad vnum semen Abrahæ pertinens, quoniã & de Iudæis & de gentibus cõgregatus est: partim fuerit sub pædagogo legis, tempore pueritiæ suæ. i. ex ea parte, qua de Iudæis congregatus est: partim sub elementis huius mũdi, quibusdam tanq̃ procuratoribus & actoribus seruierit, ex ea parte qua de gentibus congregatus est: vt q̃ immiscet Apostolus p sonam suam, non dicẽs, cum essetis paruuli, I
sub elementis huius mundi eratis seruientes: sed dicens, Cum essemus paruuli, sub elementis huius mundi eramus seruientes: non pertineat ad significationem Iudæorum, ex quibus Paulus originem ducit, sed magis ad gentium, hoc duntaxat loco: quoniam & eorum personæ decenter se potest annectere quibus ad euangelizandum missus est. Deinde iam dicit, Veniente plenitudine temporis, deum misisse filium suum ad liberandum paruulum hæredem, seruientem ex parte legi, tanquam pædagogo: ex parte elementis huius mundi, tanquam procuratoribus & actoribus: Misit deus, inquit, filium suum factum ex muliere. Mulierem pro fœmina posuit, more locutionis Hebræorum. Gen. 2.
Non enim quia de Eua dictum est, Formauit eam in mulierem: iam passa erat concubitus viri, quos non scribitur passa, nisi cum dimissi erant de paradiso. Factum autem dixit, propter susceptionem creaturæ: quia qui nascuntur ex fœminis, non tunc ex deo nascuntur, sed tamen deus illos facit: vt sic nasci possint, vt omnis creatura. Factum autẽ sub lege dixit, quia & circumcisus est, & hostia pro illa legitima oblata est. Nec mirum si & illa legis opera sustinuit: ex quibus liberaret qui eis seruiliter tenebantur, qui etiam K
mortem sustinuit, vt ex ea liberaret eos qui mortalitate tenebantur. Vt adoptionem, inquit,

quit, filiorum recipiamus. Adoptionem propterea dicit, vt distincte intelligamus vnicũ dei filium. Nos enim beneficio & dignatione misericordiæ eius, filij dei sumus: ille natura est filius, qui hoc est quod pater. Nec dixit accipiamus, sed recipiamus, vt significaret hoc nos amisisse in Adam ex quo mortales sumus. Hoc ergo quod ait, Vt eos qui sub lege erant redimeret: & ad liberandum eum populum pertinet, qui paruulus sub pedagogo seruiebat: & refertur ad id quod dixit, factum sub lege. Illud autem quod ait, vt adoptionem filiorum recipiamus, refertur ad id quod dixit, factum ex muliere. Hinc enim adoptionem recipimus quod ille vnicus non dedignatus est iparticipationem naturæ nostræ, factus ex muliere, vt non solum vnigenitus esset vbi fratres non habet, sed etiam primogenitus in multis fratribus esset. Duo enim proposuit, factum ex muliere, factum sub lege: sed mutato ordine respondit, Iam illum populum adiungens qui paruulus sub procuratoribus & actoribus seruiebat. i. elementis huius mundi: ne
L putarent se non esse filios, quia non erant sub pædagogo. Quoniam autem filij estis, inquit, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba pater. Duo sunt verba quæ posuit, vt posteriore interpretaretur primum, Nam hoc est abba, quod pater. Eleganter autem intelligitur nõ frustra duarum linguarum verba posuisse idem significantia, propter vniuersum populum qui de Iudæis & de gentibus in vnitatem fidei vocatus est: vt Hebræum verbum ad Iudæos, Græcum ad gentes, vtriusq; tamen verbi eadem significatio ad eiusdem fidei spiritusque vnitatem pertineat. Nam & ad Romanos, vbi similis quæstio de pace in Christo Iudęorum gentiumq; tractatur, hoc dicit,
Rom.8. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Recte autẽ de præsentia & de dono spiritus sancti probare voluit gentibus, q̃ pertineant ad promissionem hæreditatis. Non enim euangelizatum est gentibus, nisi post ascensum domini & aduentum spiritus sancti. Cœperant enim iam Iudæi credere m
M in terris adhuc filius dei mortalem hominẽ gereret: sicut in Euãgelio scriptum est, Vbi quanquam & Chananææ mulieris fidem ipse laudauerit, & illius Centurionis, de quo
Matt. 8. ait, Non se inuenisse talem fidẽ in Israel: tñ proprie tunc Iudæis esse euangelizatum, verbis ipsius domini satis clarum est, cum ad ipsius Chananææ deprecationem dixit, Mat.15.
non se esse missum nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, & discipulos cum mitteret, ait, In viam gentium ne abieritis, & in ci Mat.10.
uitates Samaritanorum ne introieritis, sed ite primum ad oues quæ perierunt domus Israel. Gentium autem aliud ouile appellauit cum diceret, Habeo alias oues quæ non Ioan.10.
sunt de hoc ouili: quas tamen se adducturũ ait, vt esset vnus grex, & vnus pastor. Quãdo autem, nisi post clarificationem suam? Post resurrectionem autem ad gentes discipulos misit, cum eos interim Hierosolymæ Acto.10.
manere iussisset, donec eis secundum promissionem suam spiritum sanctum mitteret. Cum ergo dixisset Apostolus, Misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum recipiamus, restabat vt etiam gentes, quæ non erant sub lege, ad eandem, adoptionem filiorum pertinere ostenderet: quod de sancti spiritus dono, qui omnibus datus est docet. Vnde se etiam Pe- A
trus de baptizato incircunciso centurione Cornelio defendit apud Iudæos qui crediderant, dicens, Non se potuisse aquam negare illis, quos sanctum spiritum accepisse claruerat. Nam ipso grauissimo documẽto ẽt superius vsus est Paulus cum diceret. Hoc solum uolo discere à uobis, ex operibus le- Cala. 3.
gis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Et paulopost, Qui ergo tribuit vobis spiritum & virtutes, operatur in vobis ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sic & hic, Quoniã, inquit, filij dei estis, misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem, abba pater. Deinde manifestissime ostendit, de his etiã se dicere qui ex gentibus ad fidem venerãt, ad quos etiam epistolam scribit, Ita iam, inquit, non est seruus, sed filius: propter id q̃ dixerat, Quandiu hæres paruulus est, nihil differt à seruo. Si autem filius, inquit, & hæres, per deum, id est, per misericordiam dei, nõ per promissiones patrum: de quibus quãquam carnaliter sicut Iudæi natus non es, es tamen filius Abrahæ secundum imitationem fidei, cuius fidei gratiam per misericordiam domini meruisti. Sed tunc quidem, inquit, ignorantes deum, his qui naturaliter non sunt dij seruistis. Nunc certe quia non Iudæis scribit sed gẽtibus, nec, ait, seruimus: sed, seruistis: satis probabile est etiam supe- B

rius de gentibus dictum, q̄ sub elementis huius mundi erant seruientes tanquam sub
1.Co. 8. procuratoribus & actoribus. Nam ipsa elementa vtiq; non sunt naturaliter dij, siue in cœlo, siue in terra: quemadmodum multi dij, & domini multi: sed nobis vnus deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & vnus dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum. Cum autem dicit, His qui naturaliter non sunt dij, seruistis: satis demonstrat vnum verum deum natura esse deum, quo nomine triniras fidelissimo & catholico gremio cordis accipitur, Eos autem qui natura non sunt dij, propterea superius procuratores actoresq; appellat: quia nulla creatura est: siue quæ in veritate manet, dans gloriam deo: siue quæ in veritate non steterit, q̄rens gloriam suam: Nulla ergo creatura est, quæ non, velit nolit, diuinæ prouidentiæ seruiat: sed volens facit cum ea quod bonum est: de illa vero, quę hoc non vult, fit quod iustum est. Nam si etiam ipsi prævaricatores angeli, cum principe suo diabolo non recte dicerentur procuratores vel actores diuinæ prouidentiæ, non dominus magistratum huius mūdi diabolum diceret: nec vte-
C retur illo ad correptionem hominum ipsa
1.Tim.1 potestas apostolica, eodem Paulo alibi dicē-
1.Co. 5. te, Quos tradidi Satanæ, vt discant non blasphemare: & alio loco ad salutem, ait enim, Ego quidem sicut absens corpore, præsens spiritu, iudicaui quasi præsens, eum qui sic operatus est, in nomine domini Iesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cū potentia domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini Iesu. Sed magistratus sub tanto imperatore nō facit, nisi quantum illi permittitur: & procuratores actoresq; huius mundi nihil faciūt, nisi quantum dominus finit: non enim latet eum aliquid sicut hominem, aut in aliquo est minus potens: vt procuratores atq; actores, qui sunt in eius potestate, aliquid ipso siue non permittente, siue nesciente in subiectis sibi pro suo gradu rebus efficiant: nō eis tamen rependitur quod de ipsis iuste fit, sed quo animo ipsi faciunt: quia neq; liberam voluntatem rationali creaturæ suæ deus negauit, & tamen potestatem, qua etiam iniustos iuste ordinat, sibi retinuit. Quem locū latius & vberius in libris alijs tractauimus.
D Siue ergo solem & lunam & sydera & cœ-
sum & terram, cæteraq; huiusmodi gentes colebant, siue dæmonia, recte sub procuratoribus & actoribus fuisse intelliguntur. Veruntamen ea quæ sequuntur, iam quasi explicatam quæstionem rursus implicant. Cum enim per totam epistolam nō ab alijs ostendant solicitatam fuisse Galatarum fidem, nisi ab eis qui ex circuncisione erant, & ad carnales obseruationes legis tanquam in eis salus esset, adducere cupiebant: hoc tātum loco ad eos loqui videtur, qui ad gentilium superstitiones redire tentarent. Ait enim. Nunc autem cognoscentes deū: immo cogniti à deo, quomodo reuertimini ad infirma & egena elementa, quibus rursus vt antea seruire vultis? In eo enim quod dicit, Reuertimini, quando non circuncisis, sed gentibus loquitur, sicut in tota epistola apparet, non vtiq; ad circuncisionem dicit eos reuerti, in qua nunquam erant, sed ad infirma, inquit, & egena elementa, quibus rursus vt antea seruire vultis. Quod de gentibus intelligere cogimur: his enim supra dixerat, Sed tunc quidem ignorantes deum, his qui natura non sunt dij, seruistis. Ad quam seruitutem reuerti eos velle significat, cum ait. Quomodo reuertimini ad infirma & egena elementa, quibus rursus vt antea seruire vultis? Quòd autem adiungit, Dies obseruatis, & menses, & annos, & tempora. Timeo ne forte sine causa laborauerim in uobis: magis hanc sententiam confirmare uideri potest. Vulgatissimus est enim error gē tilium iste, ut uel in agendis rebus, uel in expectandis euentibus uitæ ac negociorū suorū, ab Astrologis & Chaldæis notatos dies, menses, & annos, & tempora obseruent. Fortasse tamen non opus est, ut hoc de gentiliū errore intelligamus, ne intentionem causæ, quam ab exordio susceptā ad finem usq; p-
ducit, subito in aliud temere detorquere uel le uideamur, sed de his potius de q̄bus cauē dis eum agere per totam epistolam apparet. Nam & Iudæi seruiliter obseruant dies & mēses & annos & tēpora in carnali obseruatione sabbati & neomeniæ & mense nouorum, & septimo quoq; anno, quem uocant sabbatum sabbatorum. Quæ quoniam erāt umbræ futurorum, iam aduenient Christo in superstitione remāserunt, cū tanquā salutaria obseruarentur à nescientibus quò referenda sint: ut ta..quam hoc dixerit Apostolus gentibus. Quid prodest uos euasisse seruitutē qua tenebamini, cū seruiretis elemētis mundi, qū rursus ad talia reditis, seducti
E ab eis

F ab eis qui nōdum agnoscentes libertatis suæ tempus, inter cætera opera legis quæ carnaliter sapiunt, etiam temporibus seruiunt: quibus & vos rursus vt antea seruire vultis, & obseruare cum eis dies & menses & annos & tempora, quibus seruiebatis antequā Christo credaretis? Manifestum est enim volumina temporum per elementa huius mūdi, hoc est, cœlum & terram & motus atque ordinem syderum administrari. Quæ infirma appellat ex eo q̄ infirma & instabili specie variantur. Egena vero ex eo q̄ egent summa & stabili specie creatoris, vt quoquo modo sunt, esse possint. Ergo eligat lector vtrā volet sententiam, dūmodo intelligat ad tantum periculum animæ pertinere superstitio sas temporum obseruationes, vt huic loco subiecerit Apostolus, Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Quod cum tanta celebritate atq; authoritate per orbem terrarum in Ecclesijs legatur, plena sunt cō uenticula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarū à Mathematicis accipiunt. Iam vero ne aliquid inchoetur, aut ædificiorum aut huiusmodi quorumlibet operum, diebus quos Aegyptiacos uocāt, sæpe etiam
G nos monere non dubitāt, nescientes, vt dicitur, ubi ambulant. Quòd si locus iste de Iudæorum superstitiosa obseruatione intelligendus est, quam spem habent, cum Christianos se dici velint, ex ephemeridis vitam naufragam gubernantes: quando de diuinis libris, quos deus adhuc carnali populo dedit si more Iudæorum tempora obseruarent, diceret eis Apostolus, Timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis: & tamen si deprehendatur quisquā vel catechumenus Iudaico ritu sabbatum obseruans, tumultuatur Ecclesia. nunc autem innumerabiles de numero fidelium cum magna confidētia in faciem nobis dicunt, die post calendas nō proficiscor. & vix lente ista prohibemus arridentes, ne irascantur, & timentes ne quasi
2.Cor.5 nouum aliquid mirentur. Væ peccatis hominum, quæ sola inusitata exhorrescimus. Visitata vero pro quibus abluendis filij dei sanguis effusus est, quamlibet magna sint, & omnino claudi contra se faciant regnum dei, sæpe videndo omnia tolerare, sæpe tole..ndo nonnulla etiam facere cogimur, atq; v..iam ò domine non omnia quæ non potuerimus prohibere faciamus. Sed iam videamus quæ sequuntur. Sanè præterieramus quod dictū est, Nunc aūt cognoscentes deum, immo cogniti à deo. Videtur enim certe hoc loco et H Apostolica locutio congruere velle infirmitati hominum. Neque tantummodo in veteris testamenti libris vsque ad terrenas hominum cogitationes modus diuini eloquij descendisse videatur. Nam quoniam correxit quod dixerat, cognoscentes deum: nihil nos mouere debet. Manifestum est enim quādiu per fidem ambulamus non per speciem, non dum nos cognouisse deum, sed ea fide purgari, vt opportuno tempore cognoscere valeamus. Sed quod in ipsa correctione ait, immo cogniti à deo: si proprie accipitur, putabitur deus quasi ex tempore aliquid cognoscere quod ante non nouerat. Translate ergo dictum est, vt oculos dei accipiamus ipsam dilectionem eius, quam commendauit mittendo pro impijs vnicum filium: sic enim de ijs qui diligūtur dicere solemus, quòd ante oculos habeantur. Hoc est ergo cognoscētes deum, immo cogniti à deo. Quod & Ioā 1.Ioā.4.
nes dixit, Nō quod nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse dilexit nos. Dicit aūt, Esto te sicut & ego: Qui vtiq; cum Iudæus natus sim, iam ista carnalia spiritali iudicatione contemno. Quoniam & ego sicut vos. i. homo sum. Deinde opportune ac decenter facit eos recolere charitatem suam, ne tanquam inimicū illum deputent. Dicit. n. Fra- I tres precor uos nihil me læsistis. Tanquam si diceret, ne ergo putetis quòd ego lædere vos cupiā. Scitis quia per infirmitatē carnis iam pridem euangelizaui vobis. i. cum persecutionem paterer. Et tentationem uestrā in carne mea nō spreuistis neq; respuistis. Tentati sunt. n. cū persecutionē paterentur Apostolus, vtrū timore desererent eū, an charitate amplecterentur. Et neq; spreuistis, inqt, tanquā vtilē istā tētationē, neq; respuistis, vt nō susciperetis cōionē periculi mei. Sed sicut angelū dei excepistis me, sicut Christū Iesum. Deinde admirās opus eorū spiritale cōmendat, vt hoc intuentes, in carnalem timorē nō decidāt. Quæ ergo fuit, inquit, beatitudo vestra? Testimoniū vobis perhibeo, qū si fieri posset, oculos vestros eruissetis & dedissetis mihi. Ergo inimicus factus sum vobis, verū prædicans? Rūdetur vtiq;, non. Sed quid uerū prædicans, nisi vt nō circunci dantur. Et iō vide quid adiungit, Aemulantur uos non bene. i. inuident uobis, qui uos carnales de spiritalibus uolunt facere: hoc est æmulātur nō bene, sed excludere, inquit, vos volūt, vt illos æmulemini, hoc est imite

K mini. Quo,nisi ut seruitutis iugo attineamini, sicut ipsi attinentur? Bonum autem est,ait,æmulari in bono semper. Vult enim ut seipsum imitentur, propter hoc ad didit, Et non solum cum præsens sum apud vos. Cum.n.præsenti oculos suos dare vellent, vtique ipsum conabantur imitari, quem ita diligebant. Ad hoc dicit etiam, Filioli mei, vt tanquam parẽtẽ vtique imitentur. Quos iterũ,inquit,parturio, donec Xps formetur in vobis. Magis hoc ex persona matris Eccle siæ locutus est:nã & alibi dicit, Factus sum
i.The.2. paruulus in medio vestrum tanquam si nutrix foueat filios suos, Formatur autem Xps in credente per fidem in interiore hoine, vocato in libertatem gratiæmiti & humili corde,non se iactante de operum meritis, q̃ nulla sunt, sed ipsa gratia meritum aliquod
Mat.25. inchoante, quo posit dicere minimus sum, id est ipse sum ille,qui ait,Cum enim fecistis vni ex minimis meis,mihi fecistis. Formatur enim Xps in eo,qui formam accepit Xpi: formam autem accipit Xpi, qui adhæret Xpo
1.Ioã.2. delectione spiritali. Ex hoc enim fit,ut huius imitatione sit quod ille, quantum gradu suo finitur. Qui.n.dicit in Xpo manere, ait
L Ioannes,debet quo & ille ambulauit & ipse ambulare. Sed cum homines à matribus concipiantur ut formentur, iam formati autem parturiantur ut nascantur,potest moue re quod dictum est,Quos iterum parturio, donec Xps formetur in uobis. Nisi parturitionem hanc pro curarum angoribus posi tam intelligamus, quibus eos parturiuit ut nascerentur in Xpo,& iterum parturit propter pericula seductionis,quibus eos contur bari videt. Solicitudo autem talium de illis curarum,qua se quodammodo parturire di-
Ephe. 4. cit,tandiu esse poterit, donec perueniant in mẽsuram ætatis plenitudinis Xpi,ut iam nõ moueantur omni vento doctrinæ. Nõ ergo propter initum fidei, q̃m nati erant, sed pro pter robur perfectionis dictum est, Quos iterum parturio, donec Xps formetur in uo bis. Hanc parturitionem alijs verbis etiam alibi commendat,ubi dicit, Incursus in me
1.Co.11. quotidianus, solicitudo oĩum Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non uror? Quod uero subiecit. Vellem autẽ nunc adesse apud vos, & mutare vocem meam, quia confundor in vobis: quid aliud intelligitur,nisi qa filiolos suos dixerat,parcens eis fortasse per literas,ne seueriore obiurgatione commoti, facile in eius odium traducerẽtur à decepto ribus illis,quibus absens nõ posset resistere? Vellem ergo,inquit, nunc adesse apud uos, M & mutare uocem meam,idest negare vos filios,quia confundor in uobis,Malos enim lios ne de his erubescant, etiam parentes abdicare solent. Deinde subiungit,Dicite mihi sub lege uolentes esse, Legem non audistis? Et de duobus quidem filijs Abrahæ quod dicit,facile intelligitur,nam ipse interpretatur hanc allegoriam. Hos enim duos habebat Abrahã,cũ duo testamenta significata sunt. Gen.21. Post mortem autem Saræ, quos de alia vxore genuit,non pertinent ad hanc significationem, Et ideo multi legentes Apostolum,librum autem Geneseos ignorantes,putant solum duos filios habuisse Abrahã. Hos ergo solos commemorat Apostolus,quia solos ad huc habebat cum hæc significarentur, quæ cõsequenter exponit. Quod ille de ancilla, quæ Agar uocabatur,uetus testm̃ significat. id est populum veteris testamenti, propter iugum seruile carnalium obseruationum, & promissa terrena,quibus irretiti & quæ tantummodo sperantes de deo, non admittuntur ad hæreditatem spiritalem cœlestis patrimonij. Non autem sufficit q̃ de libera vxore natus est Isaac, ad significandum populum hæredem noui testamenti: sed plus A
hic valet q̃ secundum promissionem natus est. Ille autem & de ancilla secundum carnẽ & de libera nasci potuit secũdum carnem, si cut de Cethura quam postea duxit Abrahã Gc. 25. non secundum promissionem,sed secundum carnem susceptit filios. Isaac enim mirabiliter natus est per repromissionem cum ambo parẽtes senuissent. Quòd si data p Apostolum fiducia,duos illos allegorice accipiẽdos apertissime ostendit, uoluerit aliquis ẽt Ceturæ filios in aliqua rerum figura futura rum inspicere, non enim frustra de talibus personis administratione spũssancti hæc gesta conscripta sunt,inueniet fortasse hæreses & schismata significari. Qui filij de libera quidem sicut isti de ecclesia, sed tamen secundum carnem nati sunt, non spiritaliter per repromissionem. Quod si ita est,nec ipsi ad hæreditatem inueniuntur pertinere, id est ad cœlestem Hierusalem,quam sterilem voce scriptura quandiu filios in terra non gen[illegible]. Quæ deserta etiam dicta est cœlestem iustitiam deserentibus homnibus terrena sectantibus,tanquam virum habente illa terrena Hierusalem, quia legem acceperat. Et ideo cœlestem Hierusalem Sara significat,quę

cat,quæ diu deserta est à concubitu uiri pro
B ter cognitam sterilitatem, Non enim tales homines qualis erat Abraham ad explendam libidinem utebantur fœminis, sed ad successionem prolis. Accesserat autem steri litati etiam senectus, ut ex omni desperatione diuina promissio magnum meritum credentibus daret. Certus ergo de promissione dei, officio gignendi accessit ad ętate iam grauem quam in annis uegetionibus corporali copulatione deseruerat. Non enim ob
Esai.54. aliud Apostolus adiuncta earum mulierum figura interpretatur, quod per Prophetam dictum est,Quoniam multi filij desertæ magis quam eius quę habet virum,Cum & marito prior Sara sit mortua, neque inter eos vllum exticisset diuortium. Vnde ergo illa deserta,aut illa habẽs virum,nisi q̃ Abrahã propagandæ prolis operam ad Agar ancillæ fecunditatem ab vxoris Saræ sterilitate transtuleratipsa tamen promittente & ultro oferente ut maritus eius de ancilla susciperet
1.Co.7. filios? Antiqua enim iustitiæ regula est,quã commẽdat ad Corinthios idem Apostolus, Mulier sui corpori potestatem non habet, sed vir: Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet,sed mulier. Et huiusmodi enim debita, sicut cætera, in eorum
C quibus debentur potestate consistunt, Cui potestati qui fraudem non facit, ille castitatis coniugalis iura custodit. Senectus autem parentum Isaac ad eam significationem valet, quoniam noui testamenti populus quãuis sit nouus, prædestinatio tamẽ eius apud deum, & ipsa Hierusalem cœlestis antiqua
1.Ioã.2. est. Vnde & Ioannes ad patres dicit, Scribo vobis patres, quoniã cognouistis quod erat ab initio. Carnales autem qui sunt in ecclesia ex quibus hæreses & schismata fiunt, ex Euangelio quidem occasionẽ nascendi acceperunt, sed carnalis eror quo concepti sunt & quem secum trahunt,non referetur ad antiquitatem veritatis. Et ideo de matre adolescentula, & de patre sine repromissione nati sunt. Quia & dominus non nisi ob antiquiApoc.1. tatem veritatis in Apocalypsi albo capite apparuit Nati sunt ergo tales ex occasione antiquæ veritatis in nouitio temporalique mẽdacio. Dicit ergo nos Apostolus secundum Isaac promissionis filios esse, Et sic persecutionem passum Isaac ab Hismaele,quemadmodum hi qui spiritaliter uiuere cœperant, à carnalibus Iudæis persecutionem patiebãtur:frustra tamen, cum secundum scripturã eijciatur ancilla & filius eius,nec hæres esse Gen.21. posit cum filio liberæ. Nos autem, inquit, fratres non sumus ancillæ filij,sed liberæ. D
Ea enim libertas nunc maxime opponenda est seruitutis iugo,quo in operibus legis tenebãtur, qui ad circuncisionẽ istos trahebant.

Cum autẽ dicit, State ergo, significat eos Expositio
nondum cecidisse: accommodatius enim di- tio capi-
ceret, surgite. Sed quod addidit, Et ne iteruli qui-
rum seruitutis iugo attineamini, quandoquiti.
dem hic nullum aliud iugum potest intelligi quo eos attineri nolit, nisi circuncisionis taliumque obseruationum Iudaicarum. Ita enim & sequitur, Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circuncidamini, Christus uobis nihil proderit: quomodo acceptari sumus quod ait,Ne iterum seruitutis iugo attineamini: cum ad eos scribat qui Iudæi nunquam fuerant? Nam hoc agit vtique, ne circuncidantur. Sed nimirum hic declaratur & confirmatur illa sententia, de qua superius disputauimus. Quid enim aliud hoc loco gẽtibus dicat,non inuenio,nisi vt prosit illis q̃ à seruitute superstitionis suæ per fidẽ Christi liberati sunt, ne iterum serui esse velint sub iugo obseruationum carnalium, quamuis sub lege dei,tm̃ carnalem populum seruiliter alligantium. Christum autem nihil eis profuturum esse dicit,si circuncidãtur. Sed illo modo, quo eos isti uolebant circũcidi.i. E ut in carnis circuncisione poneret spem salutis. Non.n. Timotheo nõ profuit Christus, Act.16. quia Paulus ipse illum iam Christianum iuuenem circuncidit: facit autem hoc pp scãdalum suorum, nihil simulans omnino, sed ex illa indifferentia, qua dicit, Circuncisio 1.Co.7. nihil est,& præputium nihil est: nihil.n.ob est ista circuncisio ei, qui salutem in illa esse non credit. Secundum hanc sententiam etiã illud addit, Testificor autem omni homini circũcidenti se.i. tanquam salutarem istã circuncisionem appetenti, quia debitor est uniuersæ legis faciendæ. Quod ideo ait,ut uel terrore innumerabilium obseruationũ,quæ in legis operibus scriptæ sunt,ne omnes implere cogerentur: quod nec ipsi Iudæi, nec parentes eorum implere potuerũt,sicut Pe- Act.15.
trus in actibus apostolorum dicit: abstinerent se ab his,quibus eos isti subiugare cupiebant. Euacuati inquit, isti Christo, qui in lege iustificamini. Hæc est illa proscriptio, qua Christum proscriptum superius dixerat,ut cũ isti euacuatẽtur à Christo.i. Christus ab eis tanquam à possessione,quam tenebat,

Ebat, abscedit, opera legis in eam possessionem tanquam in uacuam inducantur: quod quia non Christo, sed illis obest, addidit, A gratia excidistis. Cum.n. hoc agat gratia Christi, vt illi qui debitores erant operum legis, liberentur hoc debito, isti ingrati tantæ gratiæ, debitores esse uolunt vniuersæ legis faciendæ. Nondum autem erat factum, sed ꝙ voluntas iã moueri cęperat, ita plerisq; locis loquitur quasi factum sit. Nos.n. inquit, spiritu ex fide spẽ iustitiæ expectamus, In quo demonstrat ea pertinere ad fidem Christi, quæ spiritaliter desiderantur & expectãtur, non quæ carnaliter: quibus promissionibus seruitus illa tenebatur: sicut alio loco dicit,
2.Co.4. Non respicientibus q̃ videntur, sed quæ nõ uidẽtur. Quæ.n. uidentur temporalia sunt: quæ aũt non uidentur, æterna sunt. Deinde subiunxit, In Christo.n. Iesu neque circuncisio quicquam ualet, neq; præputium: vt illam indifferentiam declararet, nihilq; pernicioſum esse in hac circuncisione ostenderet, nisi ex illa salutem sperare. Nihil ergo valere dicit in Christo circuncisionem aut præputium, sed fidem quæ per dilectionem ope
Galat.5. ratur. Et hic illud tetigit, quia sub lege seruitus per timorem operatur. Currebatis bene, inquit, quis uos impediuit ueritati non obe-
G dire? Hoc est quod superius ait, Quis vos fa
Galat.3. scinauit? Suasio, inquit, vestra, non ex eo est, ꝙ vocauit vos. Hæc.n. suasio carnalis est, ille aũt in libertatem vocauit. Suasionem aũt eorum dixit, quod eis suadebatur. Eos autẽ paucos, qui ad illos veniebant, vt ista suaderent, quia in comparatione multitudinis credentium Galatarum exiguo numero erant, fermentum appellat. Recipient autem isti fermentum: & tota massa, id est, tota eorum ecclesia in corruptione carnalis seruitutis quodammodo fermentabitur, si tales suasores tanquam iustos & fideles recipientes honorauerint. Ego, inquit, confido de vobis in domino, quòd nihil aliud sapietis. Hinc vtique manifestum est nondum illos fuisse possessos à talibus. Qui autem conturbat vos, inquit, portabit iudicium, quicunq; ille fuerit. Hæc est illa conturbatio contraria ordini, vt de spiritalibus carnales fiant. Et quoniam intelligendum est fuisse quosdam, qui cum vellent eis istam seruitutem persuadere, & viderent eos Pauli Apostoli authoritate reuocari, dicerent etiam ipsum Paulum id sentire, sed non eis facile aperire voluisse sententiam suam opportunissime subiecit,

Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc H
prædico, quid adhuc persecutionem patior? 1. Co.11.
Etiã ab ipsis enim patiebatur persecutionẽ, Galat.2.
quia talia persuadere moliebantur, cum iam euangelium suscepisse viderentur. Quos tãgit alio loco, vbi ait, Periculis in falsis fratribus: & hic in capite epistolę, vbi dicit, Propter subintroductos aũt falsos fratres, qui subintroierunt prosecultare libertatẽ nostram, quã habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem redigerent. Ergo si circuncisionem prædicabat, desinerent eum persequi. Qui tñ non timerentur ab eis quibus Christiana libertas annunciabaſ: aut ne ab ipso Apostolo timeri putarentur, propterea superius libera plenus fiducia nomen suum etiã professus est, dicẽs, Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit: tanquã si diceret, Ecce me imitamini vt non timeatis, aut in me causam refundite si timetis. Quod autem dicit, Ergo euacuatum est scandalum crucis: sententiam illam repetit, Si ex lege iustitia, ergo Chꝛus Galat.2.
gratis mortuus est. Sed hic qm̃ scãdalum nominat, in memoriam reuocant propterea maximein Christo passos esse scandalum Iudæos, quia istas carnales obseruationes quas pro ipsa salute se habere arbitrabantur eum sæpe animaduertebant præterire atq; contemnere. Hoc ergo ita dixi, ac si diceret, Sine I
causa ergo Christum, cum ista contemneret, scãdalizati Iudæi crucifixerunt, si adhuc eis pro quibus crucifixus est talia persuadẽtur. Et adiecit elegantissima ambiguitate quasi sub specie maledictionis benedictionem dicens, Vtinam abscindantur qui vos conturbant. Non tantum, inquit, circuncidantur, sed abscindantur. Sic enim fiunt spadones propter regnum cœlorum, & carnalia semi
nare cessabunt. Vos enim, inquit, in libertatem vocati estis fratres. Quia illa conturbatio à spiritalibus ad carnalia reuocans in seruitutem trahebat. Sed iam hinc opera illa legis tractare incipit, de quibus eum supra dixeram in fine epistolæ tractaturum, q̃ ad nouum quoq; testamentum pertinere nemo ambigit, sed alio fine: quo liuore se ea facere dicit: id est, charitatis æterna sperantis hinc præmia, & ex fide expectantis. Non sicut Iudæi, qui timore ista implere cogebãtur non illo casto permanente in seculum seculi, sed quia timebant pfæsenti vitæ suæ: & ideo quædam opera legis implebant quæ in sacramentis sunt, illa verò quæ ad bonos

nos mores pertinent omnino nõ poterant. Non enim implet ea nisi charitas. Quia &
K hominem si propterea nõ occidit aliquis, ne & ipse occidatur, nõ implet pceptũ iustitię: sed si ideo nõ occidat, quia iniustũ est, ẽt si id
1.Re.24 posit facere impune, nõ solũ apud homines sed ẽt apud deum. Sicut Dauid cũ diuinitus accepisset in ptãtem regem Saul, impune vti que occideret: nec hominibus in se vindicaturis, quia multũ ab eis diligebaſ idẽ Dauid: nec deo qui hãc ipsam ptãtem dedisse se dixerat, vt omnino ei faceret quod vellet. Pepercit ergo diligẽs ꝓximũ tanquã seipsum, nõ solũ persecutũ, sed etiã persecuturũ, qui eum corrigi q̃ interfici maluit: homo in uetri testõ, sed non homo de veteri testõ, quem fides futuræ hæreditatis Christi reuelata ac reddita saluum faciebat, & ad imitandum vocabat: ideo nũc dicit Apostolus, In libertatem vocati estis fratres, tñ ne libertatẽ occasionem carnis detis. i. ne audito nomine libertatis impune vobis peccandũ esse arbitremini. Sed per charitatem, inquit, seruite inuicem. Qui.n. per charitatem seruit, libere seruit, & sine miseria obtẽperans deo, cum amore faciendo quod docetur, nõ cũ timore qđ
cogitur. Omnis.n. lex, inquit, in vno sermone impleta est, in eo ꝙ diliges proximũ tuũ tanquã teipsum. Oẽm ergo legẽ nunc dicit
Mat,22. ex his operibus quæ ad bonos mores pertiL nent. Quia & illa quæ sunt in sacris, cum bene à liberis intelliguntur, nec carnaliter obseruantur à seruis, ad illa duo pcepta referantur necesse est, dilectionis dei & ꝓximi. Recte itaq; accipitur, ad hoc pertinere quod ẽt
Matt.5. dominus ait, Nõ ueni legem soluere sed implere: ꝙa erat ablaturus timorẽ carnalẽ, Spiritalem aũt charitatem daturus qua sola lex
Ro.13. impleri potest. Plenitudo.n. legis charitas,
Rom.5. vt q̃ fides impetrat spũsanctum, per quem charitas dei diffusa est in cordibus operantium iustitiam, nullo modo quisquam ante gratiam fidei de bonis operibus glorietur. Quapropter istos iactantes se de operibus legis ita refellit Apostolus dũ ostẽdit opera vetusta sacrorũ umbras futurorũ fuisse, quas iã aduentu dñi libero hæredi necessarias nõ esse mõstrauit. Opera vero ad bonos mores pertinentia non impleri nisi dilectio
Gala.5. quam fides operaſ. Vnde si opera legis quædam post fidem superflua, quædã ante fidem
Abac.2. nulla sunt, viuat iustus ex fide vt & onus
Mat.11. graue seruitutis abiiciat, leui sarcina Christi vegetatus, & iustitiæ metas nõ transgrediatur, leui iugo charitatis obtẽperãs. Quæ
M ri autem põt, cur Apostolus & hic solã cõmemorauit ꝓximi dilectionẽ, quã lege dixit impleri, & ad Romanos cũ in eadẽ qõne veRo.13. saretur, Qui.n. diligit alterũ, inquit, legẽ impleuit. Nã non adulterabis, nõ homicidiũ facies, nõ furaberis, nõ cõcupisces, & si qđ est aliud mandatũ, in hoc sermone recapitulaſ, Diliges proximũ tuũ tanquã teipsum. Dilectio ꝓximi malũ nõ operatur, Plenitudo ãt legis charitas. Cũ ergo in duobus pceptis dilectionis dei & ꝓximi perfecta sit charitas, cur Apostolus & in hac & in illa epistola solam proximi dilectionem commemorat, nisi quia de dilectione dei possunt mentiri homines, quia rariores tentationes eam probant: in dilectione autem proximi facilius conuincuntur eam nõ habere, dum inique cum hominibus agunt? Consequẽs est aũt vt qui ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente deũ diligit: diligat ꝓximũ tãquã seipsum. Quia hoc iubet ille quẽ ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente diligit: item diligere proximum, id est, omnem hominem tanquam seipsum, quis potest, nisi deum diligat, cuius præcepto & dono dilectionẽ ꝓximi possit implere? Cũ ergo vtrunq; præceptum ita sit, vt neutrum sine altero possit teneri, etiã A
vnum horum commemorare plerunque sufficit, cum agitur de operibus iustitiæ: sed opportunius illud de quo quisque facilius 1.Ioã.4.
conuincitur. Vnde Ioãnes dicit, Qui enim non diligit fratrem suũ quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Mentiebantur enim quidam dilectionem sei dei habere, & de odio fraterno eam non habere conuincebantur. De quo iudicare in quotidiana vita & moribus facile est. Si autem mordetis, inquit, & comeditis inuicem, videte ne abinuicem consumamini. Hoc enim maxime vitio contentionis & inuidentiæ, pernicioſæ disputationes inter eos nutriebatur, male de inuicem loquẽdo, & quærendo quisque gloriam suam vanamque uictoriam, quibus studijs consumitur societas populi, dum in partes diſiungitur. Quomõ autem ista vitare possunt, nisi spiritu ambulent, & concupiscentias carnis non pficiant? Primũ.n. & magnũ munus est spiritus, humilitas & mansuetudo. Vnde illud quod iã memoraui, dominus clamat, Discite à me, Mat.11.
quia mitis sum & humilis corde. Et illud Esa.66.
Prophetæ, Super quem requiescit spiritus meus, nisi sup humilẽ & qetũ, & trementẽ

verbi

uerba mea? Quod aũt ait,caro concupiscit
B aduersus spm̃,spiritus autẽ aduersus carnẽ.
Hæc.n.inuicem aduersantur,vt non ea quæ
vultis faciatis: putant hic homines liberum
uoluntatis arbitrium negare Apostolum
nos habere. Nec intelligunt hoc eis dictum
si gratiam fidei susceptam tenere volunt,per
quam solam possunt spũ ambulare & concu
piscẽtias carnis non perficere.Si ergo nolũt
eam tenere, non poterunt ea quæ uolunt fa-
cere. Volunt.n.operari opera iustitiæ quæ
sunt in lege, sed uincuntur concupiscentia
carnis, quã sequendo deserunt gratiã fidei.
Rom.8. Vñ & ad Romanos dicit, Prudentia carnis
inimica in deum,legi.n.dei non est subiecta,
neque.n.potest. Cum enim charitas legem
impleat, prudentia uero carnis cõmoda tem
poralia consectando spiritali charitati aduer
setur,qũo potest legi dei esse subiecta.i.liben
ter atq; obsequenter implere iustitiam eiq;
non aduersari: qñ etiam dum conatur, vin-
catur,necesse est, vbi inuenerit maius com-
modum temporale de iniquitate posse asse-
qui q̃ si custodiat æquitatem? Sicut enim
prima hominis vita est ante legem,cum nul
la nequitia & malitia prohibebatur,neq; vl-
la ex parte prauis cupiditatibus resistit,quia
non est qui prohibeat: sic secunda est sub le
C ge ante gratiam, qñ prohibetur quidem &
conatur à peccato abstinere se,sed vincitur:
quia nõdum iustitiam propter deum & pp
ipsam iustitiam diligit, sed eam sibi vult ad
conquirendum terrena seruire. Itaq; vbi vi
derit ex alia parte ipsam ex alia commodum
temporale,trahitur pondere temporalis cu-
piditatis,sed qua relinquit iustitiam. Quam
propterea tenere conabatur, vt haberet il-
lud quod se nunc videt amittere si illam te-
nuerit. Tertia est vita sub gratia,qñ nihil tẽ
poralis commodi iustitiæ præponitur,quod
nisi charitate spiritali quã dñs exemplo suo
docuit & gratia donauit,fieri non potest. In
hac enim vita etiam si existant desideria car-
nis de mortalitate corporis, tñ mentem ad
Rom.6. consensionem peccati non subiugant. Ita
iam non regnat peccatum in nostro morta-
li corpore,quanuis non possit nisi inhabita-
re in eo quandiu mortaliter potest. Primo
enim non regnat cum mente seruimus legi
Rom.7. dei,quanuis carne legi peccati,id est,pœna-
li consuetudini, cum ex illa existunt deside-
ria quibus tñ non obedimus. Postea vero ex
omni parte extinguitur. Qm̃ si spiritus Iesu
habitat in nobis,qui suscitauit Iesum Chri-
stum à mortuis, viuificabit & mortalia cor-
D pora nostra propter spm̃ qui habitat in no-
bis. Nunc ergo implendus est gradus sub
gratia, vt faciamus quod volumus spũ, etiã
si carne non possumus.i.nõ obediamus de-
siderijs peccati ad præbendum illi membra
nra arma iniquitatis, etiam si non ualemus
efficere, vt eadem desideria non existant:vt
quãuis nondũ simus in pace illa æterna ex
omni hominis parte perfecta, iam tñ desina-
mus esse sub lege, vbi præuaricationis rea
mens tenetur,dum eã concupiscentia carnis
in consensionẽ peccati captiuã ducit: simus
aũt sub gratia,vbi nulla est condemnatio ijs
qui sunt in Christo Iesu,quia non certantẽ, 1.Retra.
sed uictũ pœna consequitur.Ordinatissime cap. 24.
itaq; subiungit, Quod si spũ ducimini,non
adhuc estis sub lege:vt intelligamus eos esse
sub lege,quorum spũs ita concupiscit aduer
sus carnem, vt non ea quæ volunt faciant.i.
nõ teneant coniunctos in charitate iustitiæ,
sed à concupiscente aduersum se carne vin-
cantur: non solum ea repugnante legi mẽtis E
eorum,sed etiã captiuante illos sub lege pec
cati,q̃ inest in membris mortalibus. Qui.n.
non ducuntur spũ, sequitur vt carne ducan
tur. Non autẽ pati aduersitatem carnis,sed
duci à carne damnatio est. Et ideo q̃ si spũ,
inquit,ducimini, non adhuc estis sub lege.
Nam & superius non ait, spũ ambulate, &
concupiscentias carnis non habueritis: sed,
ne perfeceritis. Quippe non eas omnino ha
bere,non iã certũ, sed certaminis præmium
est, si obtinuerimus victoriam perseueran-
do sub gratia. Commutatio.n.corporis in
immortalem statum, solas carnis concupi-
scentias non habebit. Deinde incipit opera
carnis enumerare, vt intelligant se,si ad ope
randum ista desiderijs carnalibus consense-
rint,tunc duci carne,non spũ.Manifesta aũt
sunt,inq̃t,opera carnis,quæ sunt fornicatio-
nes,immunditiæ, idolorum seruitus,venefi-
cia,inicimitiæ, contentiones, animositates,
æmulationes, dissensiones,hæreses,inuidiæ,
ebrietates, comessationes,& his similia,quæ
prædico uobis sicut prædixi, qm̃ qui talia a-
gunt regnum dei nõ possidebunt. Agunt ãt
hæc qui cupiditatibus carnalibus consentien
tes f[illegible]enda esse decernunt, ẽt si ad implen-
dum facultas nõ datur. Cæterũ qui tãgunt F
hmõi motibus,& immobiles, & in maiore
charitate cõsistũt,non solũ non eis exhiben
tes membra corporis ad male operandũ,sed
neque nutu consensionis ad exhibendum
consen-

consentientes, nõ hæc agũt,& iõ regnũ dei
possidebũt. Nõ.n.iam regnat pctm̃ in corũ
mortali corpe,ad obediẽdũ desiderijs eius,
quãuis habitet in eodem mortali corpore
pctm̃ nondũ extincto impetu consuetudinis
naturalis,quia mortaliter nati sumus,& pro
priæ vitæ nostræ,cũ & nosipsi peccãdo auxi
mus quod ab origine peccati humani dãna-
63 tionis[illegible]; trahebamus. Aliud est.n.non pecca
re,aliud nõ habere pctm̃.Nam in quo pctm̃
nõ regnat, non peccat.i.qui non obedit desi
derijs eius. In quo aũt nõ existunt omnino
ista desideria,nõ solũ non peccat, sed ẽt non
habet pctm̃. Quod etiã si ex multis partibus
in ista vita possit effici,ex oĩ tamen parte nõ
nisi in resurrectione carnis atq; cõmutatio-
ne sperandum est. Potest autem mouere qđ
ait,quæ dico vobis,sicut prædixi,qm̃ qui ta-
lia agunt,regnum dei nõ possidebunt:si quæ
ratur ubi ista prædixerit, nam in hac epistõ-
la non inuenitur. Ergo aut pñs cũ esset hoc
prædixerat,aut cognouerat peruenisse ad il-
los epistolã quæ missa est ad Corinthios. Ibi
1.Cor.6. enim sic ait,Nolite errare,neque fornicato-
res, neq; idolis seruiẽtes, neq; adulteri neq;
molles,neq; masculorũ cõcubitores, neque
fures neq; auari,neq; ebriosi,neq; maledici,
neq; rapaces regnũ dei possidebunt.Hic er-
go cũ enumerasset opera carnis quibus clau
G sum est regnũ dei, subiecit ẽt opa spũs quos
spũs fructus vocat, Fructus aũt spũs est, in-
quit,charitas,gaudiũ, pax,longanimitas,be-
nignitas,bonitas,fides,mãsuetudo,cõtinen-
tia: & addidit, Aduersus hmõi non est lex:
vt intelligamus illos sub lege positos,in qui-
bus ista non regnant. Nam in quibus hæc
non regnant,ipsi lege legitime utuntur, qa
nõ est illis lex ad coercendũ posita.Maior.n.
1.Tim.1 & præpollentior delectatio eorum iustitia
est,sic.n.ad Timotheũ dicit, Scimus.n.quia
bona est lex si quis ea legitime utatur,sciens
hoc quia lex iusto posita nõ est. Iniustis aũt
& nõ subditis & impijs peccatoribus, & sce-
lestis & contaminatis, parricidis & matrici-
dis homicidis,fornicatoribus,masculorũ cõ-
cubitoribus,plagiarijs,mẽdacibus, periuris,
& si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur,
subaudiatur,his lex posita est. Regnant ergo
spirituales isti fructus in homine in q[illegible] pctã
non regnant. Regnant aũt ista bona si tantũ
delectãt,vt ipsa teneãt aĩu.n in tẽtationibus,
ne in pcti consensionem ruat. Quod.n.am-
plius nos delectat, secundũ id operemur ne-
cesse est,vt verbi gra,occurrit forma specio-
sæ fœminæ,& mouet ad delectationem forni
cationis: sed si plus delectat pulchritudo il-
la intima & sincera spes castitatis, per gram
quæ est in fide Christi, secundum hanc viui H
mus & secundum hanc operamur,vt nõ re-
gnante in nobis pctõ ad obediendum deside
rijs eius, sed regnãte iustitia per charitatem
cũ magna delectatione faciamus quicquid in
ea deo placere cognoscimus. Quod aũt de
castitate & de fornicatione dixi, hoc de cæte
ris intelligi volui. Neq; moueat, uel q̃ non
oĩno ad eundem numerum & ordinem ope
ra carnis in hac epistola enumerauit, atq; in
illa ad Corithios,uel q̃ spiritalia bona pau-
ciora, pluribus carnalibus vitijs opposuit:
neq; ita econtrario ut fornicationibus casti
tas, immundicijs mundicia, atq; ita cæteris
cætera occurrant: non.n.hoc susceperit vt do
ceret quot sint, sed in quo gñe illa uitanda,
illa uero expetenda sint, cum carnis & spũs
noibus à pœna peccati atq; peccato ad gra-
tiam domini atq; iustitiæ nos conuerti opor
tere prædiceret, ne deserendo gratiam tpa-
lẽ,qua pro nobis dominus mortuus est,non
peruenìamus ad æternam quietem in qua
pro nobis dominus uiuit, neq; intelligendo
pœnam tpalem,in qua nos dominus morta
litate carnis edomare dignatus est, in pœnã
sempiternam incidamus, quæ perseueranti I
aduersum dominũ superbiæ præparata est.
Cum.n.commemoratis multis operibus car
nis,addidit & his similia, satis ostendit nõ se
istã examinatiore numero collocasse,sed libe
riore sermone posuisse.Hoc etiam de spirita
libus fructibus fecit. Nõ.n.ait aduersus hæc
non est lex,sed aduersus hmõi, hoc est, siue
ista,siue ẽt cætera hmõi.Sed tamen diligen-
ter considerantibus, non hic oĩmodo carna-
lium spiritaliumq́; operum oppositio inordi
nata atq; confusa est. Ob hoc aũt latet,quia
pauciora sunt, uel singula quibusdam pluri-
bus opponuntur.Nam ex eo quòd carnalũ
vitiorũ in capite posuit fornicationes,in ca-
pite autem uirtutum spiritalium charitatẽ,
quem non diuinarum literarum studiosum
faciat intentum ad perscrutãda cætera? Si.n.
fornicatio est amor à legitimo connubio so-
lutus,& uagus explendæ libidinis consectan
do licentiam, quid tam legitimè ad spiritalẽ
fœcunditatem coniũgitur quã anima deo?
Cui quanto fixius inhæserit,tanto est incor-
ruptior, Inhærret autem charitate. Recte igi
tur fornicationi opponitur charitas, in qua
sola est custodia castitatis. Immunditiæ aũt
sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt perturbationes de illa fornicatione cōceptæ, quibus gaudium tranquillitatis oppo
K nitur. Idolorū aūt seruitus vltima fornicatio est animæ ꝓp quam ēt bellum aduersus Euangeliū cum reconciliatis deo furiosissimum gestum est, cuius reliquiæ quāuis interdiu, adhuc tamen recalēt. Huic itaq; pax contraria est qua reconciliamur deo, eadēq; pace ēt cū hominibus custodita, ueneficiorum, inimicitiarū, tētationū, æmulationum, animositatū, dissensionūq; vitia sanātur in nobis. Vt autem ea in alijs, inter quos viuimus, iusta moderatione tractentur, & ad sustinendum longanimitas, & ad curandū benignitas, & ad ignoscendū bonitas militat. Iam vero hæresibus fides, inuidiæ mansuetudo, ebrietatibus & comessationibus continentia reluctatur. Nec quis sanē arbitretur hoc esse inuidiā quod est ęmulatio. uicina. n. sunt, & ꝓp ipsam vicinitatē plerunq; vtrūlibet horū ꝓ altero, vel ęmulatio ꝓ inuidia uel inuidia ꝓ æmulatione ponitur. Sed qa vtrū que hic locis suis dictū est vtiq; distinctio-
Aemulatio. nem de nobis flagitant. Nā æmulatio est dolor animi cū alius peruenit ad rē quam duo pluresve appetebant, & nisi ab vno haberi non pōt. Istā sanat pax, qua id appetimus quod oēs qui appetunt si assequantur vnū
Inuidia. in eo fiunt. Inuidiæ uero dolor animi est, cū indignus vī aliquis assequi, ēt quod tu nō appetebas. Hanc sanat mansuetudo, cū qsq;
L ad iudiciū dei reuocans non resistit voluntati eius, & magis ei credit recte factū esse q̄ sibi quod putabat indignū. Crucifixerūt aūt carnem suam cū passionibus & concupiscētijs, sicut cōsequēter dicit, qui sunt in Chri
Psal. 18. sto Iesu. Vnde aūt crucifixerunt, nisi timore
Deut. 6. illo casto permanente in seculū seculi, quo cauemus offendere illū quē toto corde, tota anima, tota mente diligimus? Non. n. hoc timore timet adultera ne custodiatur a viro, quo timet casta, ne deserat Illi enim tristis est præsentia viri, huic absentia. Et ideo timor ille corruptus est & transire non vult hoc seculū: iste aūt castus ꝓmanet in seculum
Ps. 118. seculi. De quo timore crucifigi se optat Pro
Mat. 16. pheta cū dicit, Confige clauis à timore tuo
Exposi- carnes meas. Ista crux est de qua dns dicit,
tio sexti Tolle crucē tuā, & sequere me. Si spiritu,
capituli. inquit viuimus, spū & sectemur. Manifestū est certe sc̄m id nos viuere qd̄ sectati fuerimus, sectabimur aūt qd̄ dilexerimus. Itaq; si ex aduerso existāt duo, præceptum iustitiæ & cōsuetudo carnalis & vtrunq; diligiſ, id sectabimur quod amplius dilexerimus. Si M tantundē vtrūq; diligīt, nihil eorū sectabimur, sed aut timore inuiti trahemur in alte rutrā partē: aut si vtrunq; æqualiter ēt timemus, ī periculo sine dubio remanebimus, fluctu dilectionis & timoris alternāte quassati. Sed pax Xpi vincat in cordibus nostris. Tunc. n. oōnes & gemitus, & in auxiliū inuocata dextera misericordiæ dei, sacrificiū contribulati cordis non despicit, charitatēq; sui ampliorē cōmēdatione periculi, de quo liberabit, & exuscitat. In eo aūt illi fallebantur, quod negare quidē non poterant, sectādū sibi esse spūm sanctū assertorē atq; ducem libertatis suæ, sed ad opera seruilia carnaliter conuersi, retrorsum se conari nō intelligebant. Propterea non ait, si spū viuimus, spūm sectemur: sed spū sectemur, inq̄t. Fatebant̄. n. spūi sancto seruire oportere, & eū nō spū suo, sed carne volebāt sectari: nō spirita liter obtinētes gr̄am dei, sed in circūcisione carnali & cæteris hmōi spē constituentes salutis. Non efficiamur, inquit, inanis gloriæ cupidi, inuicē inuidentes, & inuicem prouocantes. Prorsus magnifice & omnino diuino ordine, posteaquā eos instruxit aduersus illos à quibus in seruitutē legis seducebātur, hoc in eis cauetne instructiores facti, & volentes iā calumnijs carnaliū respondere cōtentionibus studeant, & appetitu inanis gloriæ, legis oneribus nō seruientes, vanis cupi A ditatibus seruiant. Nihil āt sic probat spiritalem virum, q̄ peccati alieni tractatio, cū liberationem eius potius quàm insultationē, potiusq; auxilia q̄ cōuicia meditaī, & quātū facultas tribuit̄ suscipit. Et ideo dicit, Frēs, & si ꝓoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spiritales estis instruite huiusmodi. Deinde ne sibi quisq; vtdeatur instruere, ēt cū ꝓterue exagitat irridetq; peccantem, aut superbe tāquā insanabilem detestatur: In spiritu, inquit, mansuetudinis: intendens teipsum, ne & tu tēteris. Nihil. n. ad misericordiā sic inclinat, q̄ ꝓprij pericu li cogitatio. Ita eos nec deesse voluit fratrū correptioni, nec studere certamini. Multi .n. homines cum à somno excitant̄, litigare volūt: aut rursus dormire, cū litigare ꝓhiben̄. Pax igit̄ & dilectio & cōis periculi cogitatio in corde reseruet̄: modus aūt sermonis, siue actius siue blandius groferatur, sicut salus eius quē corrigis videtur postulare, moderādus est. Nam & alio loco dicit, 1. Ti. 2.
Seruū aūt dn̄i litigare non oportet, sed mitem

tē esse ad oēs, docibilē, patientē. Et ne quisquam ex eo putet cessandū sibi esse à correptione erroris alterius, vide quid adiungat
In modestia, inquit, corripientē diuersa sen
B tientes. Quo in modestia, quomodo corripientē, nisi cū lenitatē corde retinemus, & aliquam medicaméti acrimoniā verbo correptionis aspergimus? Nec aliter accipiēdū
1. Ti. 4. video quod in eadē epistola positū est, Prædica verbū, insta opportune importune, argue, hortare, increpa in omni longanimitate & doctrina. Importunitas. n. opportunitati vtique contraria est: neq; omnino vllū medicamentum sanat, nisi quod opportune adhibueris. Quanquā ergo & sic posit distin gui, insta opportune, ut alius sit sensus, importune argue, deinde cætera contexantur, hortare, increpa cū omni longanimitate & doctrina. Vt tunc opportunus sentiaris cum instans ædificādo, cum āt destruis arguēdo, non cures ēt si importunus videaris, si hoc est talibus importunū. Ita duo quoque sequūntur, ad duo superiora pūt singillatim referri: hortare cū opportune instas, increpa cum importune arguis. Deinde cætera duo similiter, sed conuerso ordine, referuntur, cū omni longanimitate ad sustinendas indigna tiones eorū quos destruis, & doctrina ad instruenda eorum studia quos ædificas. Tamē
C ēt si illo vsitatiore modo distinguatur: insta opportune, quod si hoc modo non proficis, importune: ita intelligendū est, vt tu opportunitatem omnino non deseras, & sic accipias quod dictum est, importune, vt illi videaris importunus qui nō libenter audit q̄ dicuntur in eum: tu tū scias hoc illi esse opportunū, & dilectionē curamq̄; sanitatis eius animo teneas mansueto & modesto & fraterno. Multi. n. postea cogitantes quæ audierint, ipsi se grauius & seuerius arguerūt: & quamuis perturbatores à medico viderentur abscedere, paulatim verbi vigore in medullas penetrante, sanati sunt: qd̄ non fieret, si semper expectaremus periclitantem putrescentib. membris, qū vri liberet aut secari. Qd̄ nec ipsi corporis medici attēdūt, qui terrenæ mercedis intuitu curant. Quorus enim quisq; reperitur qui ferrum eorū aut ignem non ligatus expertus sit, cum & illi rariores sint, qui volentes ligati fuerint. Plures enim resistentes & mori se malle clamantes quàm illo curari modo, vix lingua ipsa eorum relicta libera omnibus mēbris constrinxerunt, neque ad suum, neque ad reluctantis, sed ad ipsius artis arbitrium: quorum tamen vocibus conuicijsq; dolentium nec commouetur curantis animus, neque secantis manus. Medicinæ aūt cœlestis
D minist̄ri aut per odiorum trabem cernere sti pulam in oculo fratris volunt, aut tolerabilius mortem videre peccantis, q̄ verbū indignantis audire. Quod non ita accidissent, si tam sanum animū curando alterius animo adhiberemus, quàm sanis manibus illi medi ci aliena membra pertractant. Nunquam itaque alieni peccati obiurgandi suscipiendum est negocium, nisi cum internis interrogationibus examinantes nostrā conscientiam, liquido nobis corā deo respōderimus, dilectione nos facere. Quod si conuicium vel minæ, vel etiā persecutiones eius quem argueris, lacerauerint animū, si adhuc ille p te sanari posse videbitur nihil respondeas donec saneris prior: ne forte carnalibus motibus tuis ad nocendum consentias, & exhibeas linguam tuam arma iniquitatis peccato ad reddendū malū pro malo, aut maledi- Rom. 6.
ctum pro maledicto. Quiquid. n. lacerato a- & 12.
nimo dixeris, punientis est impetus, nō charitas corrigentis. Dilige & dic quod voles, nullo modo maledictum erit quod specie maledicti sonuerit, si memineris sensērisq; te in gladio verbi dei liberatorem hominis esse velle ab obsidione vitiorū. Quòd si forte, vt plerunq; accidit, dilectione quidem tale suscipis actionē, & ad eā corde dilectionis accedis, sed inter agendū surrepserit ali E quid dum tibi resistitur, quod te auferat ab hominis vitio percutiendo, & ipsi homini faciat infestum: postea te lachrymis lauantē hmōi puluerem, multo salubrius meminisse oportebit, q̄ non debeamus sup aliorum supbire peccata, qū & ipsa eorū obiurgatio ne peccamus, cū facilius nos ira peccatis ira tos, q̄ miseria misericordes facit. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi: legē vtiq; charitatis. Si autem im- Ro. 13.
plet legē qui diligit proximum, dilectioque Leuit.
proximi etiam in ueteribus scripturis maxi 19.
me commendatur: in qua dilectione dicit alio loco idē Apostolus recapitulari omnia Ro. 10.
mandata legis manifestum est ēt illam scripturam q̄ priori populo data est, legē Christi esse, quam venit implere charitate, q̄ nō implebatur timore. Eadē igitur scriptura & idem mandatum cum bonis terrenis inhiantes premit seruos, testamentū vetus, cum in bona æterna flagrātes erigit liberos, testamentum

mentum nouũ vocatur. Si.n.aliquis, inquit, videtur esse aliquid cũ nihil sit, seipsum seducit. Non.n.eum seducũt laudatores eius,
P sed ipse potius, quia cum sibi sit ipse præsentior q̃ illi, mauult se in illis quærere q̃ in seipso. Sed quid dicit Apostolus? Opus ãt suũ probet vnusquisq;, & tunc in seipso tm̃ gloriam habebit & nõ in altero.i.intus in conscientia sua, & nõ in altero.i.cũ eũ alter laudat. Vnusquisq;.n.inquit, ꝓpriũ onus portabit. Non ergo laudatores nostri minuunt onera conscientiæ nostræ, atq; vtinã non ẽt accumulent, cũ plerũq; ne illis offensis laus nostra minuatur, aut obiurgatione illos curare negligimus, aut iactanter eis aliquid nostrũ ostentamus potius q̃ constanter ostendimus. Omitto ea quæ fingũtur & mentiũtur de se homines ꝓp hominũ laudes. Quid enim ista cęcitate tenebrosius, ad obtinẽdã inanissimam gloriã errorẽ hominis aucupari, & deum testem in corde contemnere? Quasi vero vllo modo cõparandus sit error illius qui te bonũ putat, errori tuo, qui homini de falso bono placere studes, de vero malo displices deo. Iam cætera planissima esse existimo. Nam & illud vsitatũ præceptũ est, vt prædicatori verbi dei præbeat necessaria cui prædicatur. Ad bona.n.opera hortandi erant, vt ẽt egenti Christo ministrarent, statuti ad dexteram cum agnis vt plus in eis operẽt dilectio fidei, q̃ legis posset timor. Neq; hoc quisquã maiore fiducia
G 2.Th.3. debet præcipere q̃ hic Apostolus, qui manibus suis victũ transigens hæc in se nolebat fieri, vt maiore pondere, ꝓp eorũ magis vtilitatem qui hæc exhiberent, q̃ ꝓp eorum quibus exhiberent ea se monere, omnibus demonstraret. Quod ãt deinde subiungit, Nolite errare, deus nõ subsannatur, Qd̃.n. seminauerit hõ, hoc & metet. Nouit inter q̃ verba, perditorũ hoium laborent, qui constituũtur in fide rerũ earum quas nõ vidẽt. Vidẽt.n.seminationẽ operũ suorũ, sed messem non vident. Nec talis eis messis promitAct.18. titur qualis hic reddi solet, quia iustus ex fide viuit, Quia q̃ seminauerit, inquit, in carne sua, de carne metet corruptionẽ. Hoc dicit de amatoribus voluptatũ magis q̃ dei, Abacuc. 2. In carne.n.sua seminat, q̃ omnia quæ facit, etiã si bona videantur, ꝓpea tamen facit vt carnaliter ei bene sit. Qui ãt seminauerit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Seminatio in spiritu est, ex fide cum charitate seruire iustitiæ, & non obaudire desideriis peccati, quãuis de mortali carne existentib. 1.Co.15. Messis ãt vitæ æternæ cum inimica nouissima destruetur mors, & absorbebitur mortale à vita, & corruptibile hoc induet incorruptionem. In hoc ergo tertio gradu quo sub gratia sumus, seminamus in lachrymis cum H existunt desideria de animali corpore: quib. nõ cõsentiendo renitimur, vt in gaudio metamus, cum ẽt reformato corpore, ex nulla parte hominis, vlla nos solicitabit molestia, vllumve tẽtationis periculũ. Nam ẽt ipsum animale corpus deputatur in semine. Seminatur.n.corpus animale, ait alio loco: vt ad messem pertineat quod adiunxit, surget corpus spiritale. Huic ergo sententiæ Propheta Ps. 125. concinit, dicens, Qui seminat in lachrymis, in gaudio metet. Bene ãt seminare.i.bene operari, facilius est q̃ in eo perseuerare, Fructus.n.solet laborem consolari. Messis ãt nostra in fine promittitur, & ideo perseuerantia opus est. Qui enim perseuerauerit vsq; Mat.10. in finẽ, hic saluus erit, Et Propheta clamat, Psal.26. Sustine dñm, viriliter age, & cõfortetur cor tuũ & sustine dñm. Quod nunc Apostolus, Bonũ ãt facientes, inquit, non infirmemur, proprio.n.tẽpore metemus insatiabiles: itaq; dum tempus habemus, opemur bonum ad oẽs, maxime ãt ad domesticos fidei. Quos eũ credẽdũ est, nisi christianos signare? Omnibus.n. pari dilectione vita æterna optãda est, sed non omnibus eadẽ pñt exhiberi dilectionis officia. Deinde cũ docuisset, opera I ipsa legis, quæ sunt salubria, & ad bonos mores pertinent, dilectione fidei posse tantummodo impleri, non timore seruili, redit ad illud vnde tota causa agitur, Vidistis, inq̃t, qualibus literis vobis scripsi manu mea. Cauet ne quisquã sub nomine epistolæ eius fallit incautos. Qui volunt, inq̃t, placere in carne, hi cogunt vos circũcidi, tm̃ in cruce Christi persecutionẽ nõ patiantur. Multũ enim persequebantur Iudæi eos qui videbantur deserere traditas huiusmodi obseruationes: quos ipse quàm non timeat satis ostendit cum tales literas etiã sua manu scribere noluit. Docet ergo timorem adhuc in istis operari tanquam sub lege constitutis, qui ad circuncisionem gentes cogerent. Ne qu[illegible]. qui circunciſi sunt, hi legem custodiunt. Illam.n.dicit custoditionem legis, nõ occidere, non mœchari, non falsum testimonium dicere, & si qua huiusmodi ad bonos mores pertinere manifestum est, q̃ nisi charitate & spe bonorum æternorũ, quæ fidem acci-

accipiuntur impleri nõ posse iã dictum est. Sed volunt vos circuncidi, inquit, vt vestra glorientur carne. i. vt non solum nõ patiantur persecutionem à Iudæis, qui nullo modo ferebant in circuncisis legem prodi, sed
K ẽt apud eos ꝙ tã multos proselytos faciũt.
Mat. 23 Vt.n. vnũ proselytum Iudæi faciant, mare & terram eos circumire solere dominus dixit. Mihi ãt absit gloriari nisi in cruce dñi nostri Iesu Christi per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Mundus mihi crucifixus est ait, vt me nõ teneat: & ego mũdo, vt eum non teneam. i. vt neq; mundus mihi nocere possit, neq; ego de mundo aliquid cupiam. Qui ãt in cruce Christi gloriatur, non vult placere in carne: quia persecutiones carnalium non timet, quas prior vt crucifigeretur ille sustinuit, vt vestigia sua sectantibus prębęret exemplum: neq;.n. circuncisio aliquid est, neque præputium.
Act. 16. Seruat vsque in finem illam indifferentiã, ne quis eum putaret, vel in Timothei circuncisione simulate aliquid egisse, vel in cuiusquam agere si forte aliqua talis causa extitisset. Ostendit.n. non ipsam circuncisionem obesse aliquid credentibus, sed spẽ salutis in talibus obseruationibus constitutam. Nam & in actibus Apostolorũ hoc mõ inueniuntur illi circuncisionem persuadere, vt aliter eos qui ex gentibus crediderant saluos fieri negent posse. Non ergo ipsius operis, sed huius erroris perniciem refellit Apo
L stolus. Neq; circuncisio ergo aliquid, neq; præputium, sed noua, inquit, creatura. Nouam creaturam dicit vitã nouã per fidẽ Iesu Christi: & notandũ verbũ est. Difficile enim inuenit creaturã vocari ẽt eos qui iã credendo in adoptionẽ filiorũ venerunt. Di
2.Co.5. cit tñ & in alio loco, Si qua igitur in Christo noua creatura, vetera trãsierunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia ãt ex deo. Vbi
Rom.8. ãt dicit. Et ipsa creatura liberabitur à seruitute interitus: & postea dicit, Non solum ãt, sed & nosipsi primitias spiritus habentes: discernit eos qui crediderunt ab appellatione creaturæ, quomodo eosdem aliqñ homines, aliqñ non homines dicit. Nam exprobrans obiecit Corinthiis quodã loco ꝙ adhuc ho
1.Co.3. mines essent, vbi ait, Nonne homines [illegible], & secũm hominem ambulatis? Qũo eundẽ dominum etiam post resurrectionem, alicubi non hominem appellat, sicut in principio huius epistolæ cum ait, Non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum: alicubi ãt hominem, sicut illo loco vbi ait, Vnus.n. deus, vnus & mediator dei & & hominum homo Christus Iesus. Et quicunque, inquit, hanc regulã sectantur pax sup illos & misericordia, & sup Israel dei. i. eos qui vere ad visionẽ dei ꝑparantur, non qui vocantur hoc nomine, & carnali cæcita M te videre dũm volunt qñ gratiã eius sequẽtes serui esse temporũ cupiunt. De cætero, inquit, laborem nemo mihi præstet. Non 1.Ti.2. vult per turbulentas cõtẽtiones tædiũ sibi fieri de re, quantũ satis erat, expositã, & in epistola quã ad Romanos scripsit, & hac ipsa. Ego.n. stigmata dñi Iesu Christi in corpore meo porto. i. habeo alios conflictus & certamina cum carne mea, quæ in persecutionibus quas patior mecum dimicant. Stigmata .n. dñi notæ quædam pœnarum seruilium, vt si quis, verbi gratia, seruus in compedib. fuerit ꝓp noxam. i. propter culpam, vel hu Act.19. iusmodi aliquid passus fuerit, stigmata habere dicatur: & ideo in iure manumissionis, inferioris est ordinis. Nunc ergo Apostolus stigmata voluit appellare, quasi notas pœnarum ex persecutionibus quas patiebatur. Propter culpã.n. persecutionis, qua persecutus erat Ecclesias Christi, hæc sibi retribui cognouerat. Sicut ab ipso dño dictũ est Ananiæ, cum idẽ illũ Ananias tanquã persecutorem Christianorũ formidaret, Ego illi ostendam, inquit, quæ oporteat eum pati pro nomine meo. Verũtamen propter remissio A nem peccatorum in qua baptizatus erat: oẽs illæ tribulationes non ei valebant ad perniciem, sed ad coronam victoriæ proficiebãt. Conclusio Epistolę tanquã subscriptio manifesta est. Nam & in nonnullis alijs epistolis ea vtitur. Gratia domini Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.

Expositionis epistolę Pauli ad Galatas finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, Annotationum in Iob Liber vnus.

De ca. 1

[illegible]T opera magna erant ei super terram) Quia operabatur de ipsis operibus. Faciebant cõuiuium quotidie donec eorum numerus impleretur) Signũ est charitatis. Et offerebat pro eis victimas

secundum eorũ numerũ) Intelligendũ alias esse peculiares cõfessiones quasi singulas vi-
B ctimas. Aliud vero sacrificiũ pro omniũ & pro omnibus peccatis, quod significat dñm.
Ne forte peccauerint filij mei, & maledixerint deo in cordibus suis) Bene additur, ne forte: quia in corde eos maledixisse suspicabatur. Et ecce venerunt angeli dei vt starent coram deo) Affectio animæ, ad veritatem non potuit aliter narrari, nisi temporaliter & localiter quodammodo diceretur.
Et venit equidẽ diabolus cum eis) Vtrũ quia non potuit nisi per eos audire, dictum est, cum eis. Et dixit dñs diabolo, Vnde ades?) Collatio præteritæ actionis cum eo, vnde permittitur aliquid deinceps agere, responsio ad interrogationem est, Ipsa vero interrogatio vis diuina est, in qua non permit-
Sap.1. titur agere quodlibet. In cogitationibus.n. impij interrogatio erit ad manifestandum eum nobis. Sed mitte manũ tuã, & tange omnia quæ habet da potestatem, nisi in faciẽ tuã benedixerit tibi) Pendens locutio: Id est, si non tibi in faciem benedicit tactis rebus suis, quasi subaudiretur, quid iubes?
Et discessit diabolus à facie dñi) A consulta-
C tione ad actionem. Et venerunt hostes & ceperunt eos) Secundum illud, Qui nunc
Ephe.2. operatur in filijs diffidentiæ, etiam istos excitauit. Notandum autem quo in hominibus habuerit potestatem & in elemẽtis, sed tñ datam à deo. Nudus exij de vtero matris meæ] Notandũ q̃ consolatorie loquat, quanuis secundum consuetudinem luctum
De ca.2 fecerit. Ecce trado illum tibi, tantum animã eius custodi] Ne vitam eripere posse præsumeret. Et tulit sibi testam vt raderet saniem] Per passionem domini significat radi
De ca.3 peccata confitentium. Et nox in qua dixerunt, conceptus est homo,] Aliquæ superiores potestates quæ hoc scire potuerunt.
Dies illa sint tenebræ] Ne patiatur iam quæ passus est: hoc est, sint tenebræ: id est, sit obliuioni. Neq; requirat eam dominus desuper) Non reparetur per immortalitatem: id est, pereat mortalitas. Nec veniat in eam lumen] Lumen memoriæ. Sed excipiant illam tenebræ & vmbræ mortis] Vita ista quæ vmbra est futuræ vitæ, vt sit sensus, Iustus qui lumen est, non eam videat, sed tenebræ, hoc est, peccatores & carnales tribulationes de vita ista. Et conturbent eam quasi amaritudines diei] Præcepta bonæ
D vitæ, vel dies iudicij, quibus perturbantur carnales. Et noctem illam accipiant tenebræ perpetuæ, Non sit in diebus anni] Iustis spiritalibus qui sole fruuntur & maiores sunt. Sed nox illa sit dolor] quia dolorem facit diligentibus se. Neq; numeretur in diebus mensium] Iusti in Ecclesia propter lunam tanquam minorem, Ad quos dicitur, Et ego fratres, non potui vobis loqui quasi spiritalibus, vt ipse Paulus 1.Co.3.
sit de diebus anni. Sed maledicat illam maledicẽs illi diei dominus] Qui maledicit amantes carnalia. Tenebrescant sydera noctis illius] Eminentes in peccatis. Permaneat, & in lucem non veniat] Quia non conuertentur, dicit per Prophetam.
Quia non conclusit portas ventris matris meæ] Ciuitatem terrenam, quam significat Babylon. Concluderentur enim Psal. 9.
portæ si non laudaretur peccator in desiderijs animę suæ. Quare enim in ventre non obij?] Antequam eminerem ibi per aliquam actionem. Conceptus enim ad spem pertinet. Ex vtero exij, & non protinus perij] Huius ergo figura intelligenda est in his verbis, qui in talibus concupiscen-
tijs fuerat inueteratus. Et vt quid cõsti- E
terunt mihi genua] vt ibi confirmarer. Quare vbera suxi? doctrinæ nutrientes ad nequitiam. Nunc vtique dormiens quiescerem] moriendo huic mundo. Cum regibus honoratis terræ] in Ecclesia, qui gloriabantur in gladijs, Vnde est, Et gladium Ephe. 6.
spiritus, quod est verbum dei. Aut cum principibus quibus multum fuit aurum (sapientia. Qui compleuerunt domus suas argento (eloquio domini. Aut tanquã abortiuum prolapsum de vulua matris vt nunquam emineret. Aut tanquam infantes qui non viderunt lucem] Ad nobilitatem aliquam non peruenerunt. Ibi impij deposuerunt furorem suum] In morte ab hoc mundo. Ibi requieuerunt fatigati corpore] Aut fatigati corpore, non animo, aut finem corporalium consecuti. Non audierunt vocem exactoris] Iudex tradet te exactori, inde est: hoc est donata illis es- Matt. 5.
se peccata: de impijs quippe dicebat. Pusillus & magnus ibi est] De vno dictum puto bene intelligi, secundum illud, Luc.14.
quod qui se humiliat, exaltabitur. Et seruus non timens dominum suum) Siue secundum illud, Vis non timere potestatem, F
bonum fac. Siue secundum illud, Consum Ro. 13.
mata dilectio foris mittit timorem. Vt 1.Ioan.4

quid

quid enim datur eis qui in amaritudine sunt lux?) peccatorum honor. Et vita animabus quæ sunt in doloribus?) In dolorum materia hoc est, in peccatis. Quæ desiderant mortem, & non contingit illis) Adeptionem fructus peccati. Mors vero requies, cuius vita abscondita est) vel quia coram deo, vel quia paucis nota. De ea vero morte accipiendum per quam morimur mundo, in illa enim non est requies.
Conclusit enim deus aduersus eum) nõ eum dando in desideria cordis sui. Ante escas quippe meas gemitus adest) Ante gaudium ciborũ dei tribulationes præcedere. Et fleo coarctatus timore) videns quia cuitare non possum quæ timui. Timor quẽ verebar, venit mihi (Aduersa quæ de misericordia dei ad correptionem fiunt:
Neque in pace, neque in silentio, neque in requie) Falsa enim fuerunt propter quæ timebat. Venit enim mihi ira) vindicta,
Verba eliphaz ex cap.4. secundum quam iustus vix saluus fit. Pondus autem verborum tuorum quis sustinebit?) Hic ergo dicit se cogi ad loquendum, quia non sustinet dicta eius. Non ne timor tuus stultus est?) Paratus enim
G ad hęc esse debueras, si alijs veraciter suadebas. Nec talia bene timuisti, cum dicebas, Timor enim quem verebar venit mihi. Et spes tua & simplicitas vitæ tuæ quasi stultitia) Qua ista bona putantur. Fremitus leonis & uox leenæ) Ipse diabolus & superbiæ ciuitas, quæ sæpe etiam bestiæ more à Prophetis ponitur. Et gaudium draconum extinctum est) superborum & insidiosorum. Myrmicoleon perit, eo quòd non haberet escam) Quia in nouissimo non erunt, quos inducens comedat, Separabunt enim pij ab impijs. Hic autem errat, quòd ea quæ de diabolo audierat prophetata, de Iob intelligebat. Myrmicoleon, vero accipiendus est, vel quia utrunque in eo est, cum & rapit & occulte prosequitur frumenta quę sublato oculo facit non germinare: vel quia auaris, & in terra thesaurizantibus dominatur: vel quia iustos persequitur, quasi formicas præparãtes sibi escas ætate ad hyemen, quibus tum pascentur, cùm boni ab impijs fuerint separati. Et catuli leonum diuisi sunt ab inuicem) Conspiratio principum ciuitatis illius dissipata est, quia nati sunt de illa so-
Mar.13. cietatis ciuitate & diabolo: vel quia seinuicẽ
H vastauerunt. Inde est Exurget gens supra vel contra gentem. Nihil horũ tibi accidisset) Vel illa damna & torpedinis & plaga vulneris, Vel te nõ penetraret dolor animi, quia & te consolareris, si alijs ex corde dixisses. Nunquid non capit auris mea ab eo magnifica?) Quia ista quę dicit, ex reuelatione se dicit dicere. Et spiritus in faciem mihi occurrit) Quasi flatum sensisse vult intelligi, nam negat in consequentibus fuisse figuram. Reminiscendum ita ẽt spũ in Apostolos descendisse. Quid.n.nunquid hõ coram dño mundus erit?) Aut hæc audisse se dicit, aut dicit ideo se horruisse, quia nemo mundus coram dño, vt deum, vt est, videat. Modo mundus secundum perfectionem accipiẽdus, vt quod superius negat mundum hominem perire, sedm quendam modũ intelligamus. Si cõtra seruos suos non credit] Quod euenit cum diceret He-
lias Domine, Prophetas tuos occiderunt. 3.Re.19
Et dicit illi, Reliqui mihi septem milia virorum. Non.n.inde septem milia virorũ iam munda erant, Ná angeli dicti sunt & Prophetæ. Et aduersus angelos suos paruum quid reperit,) Vel quod aduersus eos dicitur, vel quod ipsi dicunt. Hoc tñ põt ẽt de veris angelis accipi. Habitantes etiam [
domos luteas, quorum conuersatio non est in cœlis, percussit illos tãquam tinea,) Aut aliqua corruptio percussit eos tanquam tinea: aut deus eos percussit, vel hac tinea, vel sicut percutit tinea: hoc est, latenter intrinsecus corruptione ab eisipsis exorta per concupiscentias carnales, hoc est, habitatione in domibus luteis. Et à mane vsq; ad vesperam vltra non sunt,) Aut vltra secundum hoc non sunt, aut à prosperis rebus vsque ad tribulationem, pœnam.n.consecuti sunt.
Et q̃ non possent sibiipsis subuenire, pe- De ca.5.
rierunt,) cum in se habent spem. Interierunt, quia non habebant sapientiam,) in se sperando. Inuoca autem si quis tibi respõdeat.) Illis enim respondetur qui mundi sunt coram deo. Etenim stultum perimit ira.) Indignatio qua quisq; angitur tanquã iniquè sibi aliquid acciderit: dum non cogitat vsqueadeo se immundum esse coram deo, vt inuocanti non angeli respondere, aut se demonstrare dignati sint. Qui enim hoc non cogitat, stultus est, & ira irrationabili interimitur. Aut ideirco angelos non audire, non videre potest stultus, quia ira interemptus est, & à zelo occisus. Errantem autem occidit zelus,) ad imitandũ pec-

Katores. Ego autem vidi ſtultos, radicem mittentes.) Stultos nunc impios accipiẽdũ, vt econtrario ſapientia hominis pietas ſit, ſicut in conſequentibus dicitur. Et cõterãtur ſuper ianuas infirmorũ humiliũ, cũ recepti fuerint in cubiculum à ſponſo, & ſtul-
Matt. 5. ti foris remanſerint. Quę.n.illi congregauerunt, iuſti comedent.) Et de Iudæis põt intelligi, congregantibus prophetias, quas gẽtiles congregatas potius comederunt, Et de his qui facientes comedunt, quæ alij præcipiũt & nõ faciũt. Ipſi vero de malis nõ liberabũtur, quãuis prædicẽt non eſſe facienda. Exhauriatur fortitudo eorũ) qua ſupbiũt aduerſus infirmos, Exhauriatur aũt vt iã incipiat laborare. Non.n.prodiet de terra labor). i. de creatura non cõquerãtur, ſed de ſe. Sed homo in labore naſcitur) Secundũ id dictum eſt, naſcitur, ſecundum q̃ in laborioſam vitam ex quieta quiſq; conuertitur.

Pulli autem vulturis altiſsime volitant) Vultur bene intelligitur dñs, quia altitudine prophetiæ vidit mortalitatẽ noſtrã, qua deſcendens paſceretur, conuertens nos in
Phili. 3. corpus ſuũ. Pulli ergo vulturis, filij ſponſi dicti ſunt. Altiſsime autem volitantes, conuerſationem in cœlis habentes, vt à labore
L liberẽtur in quo homo naſcitur. Secuti ſunt
Mat. 11. quippe vocem dicẽtis, Venite ad me omnes q̃ laboratis. Poſſunt & pulli vulturis in malo intelligi aereæ poteſtates quæ mortibus, hoc eſt, peccatis naſcũtur, Quoniã hmõi p̃uaricatores angeli non ſunt perducti ad humilitatem mortalitatis multum laborioſam qua homo naſcitur, valde illi ſuperbiũt hoc eſt, altiſsime volitãt. Qui dat pluuiã ſup faciẽ terrę) Tanquã cõfitentibus faciat miſericordiã. Vt non faciat manus eorũ veritatem) Non faciẽt qđ promittunt. Inhiãtes dominari infirmis in die occurrent illis tenebræ) Vt Iudæis qui dominum non cognouerunt quis eſſet. An tanquã in nocte palpabunt in meridie) Sicut uidentes ſigna, tamen dubitabant dicentes. Propheta eſt.
Ioan. 7. Alij, Seducit populum qñ nec ad lucernã videre voluerũt. Et pereant in bello) In tẽtationibus. Et egrediatur de manu potentis) diaboli, infirmus. Sit autem infirmo ſpes) Illi.n. fortes rem hic quærunt. Btũs aũt vir quẽ arguit dñs) In hoc.n.errat, quia videtur ſibi, q̃ Iob iniquitatibus ſuis hæc patiatur, cũ ex hoc beatus ſit, quia in hac vita eũ arguitur, habet corrigendi poſsibilitatem.

Et in ſeptimo non te tanget malũ) Sacramentum ſabbati. In fame te liberabit à morte) Verbo.n.alit & facit firmum ad tentationes. In prælio vero de manu ferri ſoluet te) De poteſtate vinculorum. A flagel
lo linguæ abſcondet te) Ne ſentias contume M
lias. Nõnne patieris iniuſtos, & iniquos deridebis?) Vt ſapientia perditioni iniquorũ irridebit. Et feroces beſtias nõ timebis. i. Iudæos non timebis. Quia gentes tibi obaudient) Hæc autem de domino accipienda ſunt. Eliphaz hic, errat quia putat de Iob intelligenda quæ ei reuelata ſunt, cum totum domino competat. Quia cum lapidibus agri habebis fœdus) Lapides agri, quia in gentibus nulla ordinatio legis fuit, vt quaſi de ædificio lapides eſſent, Beſtiæ enim feræ pacatæ erunt tibi) Siue de Iudæis, ſiue de gentibus. Deinde ſcies q̃ in pace erit domus tua. i. Eccleſia. Et filij tui erunt quaſi omnis herba in campo) ſine ariditate. Et veniens in ſepulchrum tanquã frumentũ maturum) poſt paſsionem. Ecce hæc ita exq̃ ſiuimus. Hic authoritas huius prophetiæ confirmatur. Tu vero ſcito temetipſum quid egeris. Non.n.iniuſte hæc tibi deus p̃miſit accidere. Sed ut videtur, verba mea A
ſunt mala. Non enim verba Iob de impati- Verba
entia ſunt flagellorum, cum ſignificent dolo Iob ex
rem, non peculiarem Iob, ſed quem habuit cap. 6.
de omni genere humano. Sagittæ enim domini in corpore meo ſunt Verba dei quibus anima transfigitur, cum cogitur ad confeſſionem. Quarum furor bibit ſanguinem meum) Tollunt enim peccatũ. Cum.n. incipio loqui ſtimulant me, Quòd enim loquor illi cogunt. Quid enim? Nunquid fruſtra onager clamabit niſi eſcam reqrẽs? ne inde famẽ patiatur, quia liber eſſe voluit.

Aut bos mugiet cum habeat in præſepi cibos? Aſino cibaria labore bouis præparantur ſicut gentibus labore Prophetarum & Apoſtolorum, qui utiq; Iudęi fuerunt. Itaq; hęc verba cibum deſiderantis ſunt, id eſt, auxilium, non impatiẽtis ad doloré. Nũq̃d poteſt ſine ſale edi panis? Quaſi ei diceretur: Cur ſic ea per figuras dicis? Reſpondit, quia ſi ex perſona ſua ea diceret, inſulſa eſſent. Aut eſt ſapor in ſermonibus vanis? Vanos ſermones hominũ dicit, quia panis verba dei ſunt, ſed panis cœleſtis. Sic nec anima mea poteſt ceſſare. Quomodo non poteſt ſine ſale edi panis, ſic nunc miniſterium præbeo verbo dei propter illud. Quo B
audient ſine p̃dicante? Fœtidas enim eſcas Ro. 10.
mea-

meas video, ſicut eſt odor leonis.) Nã verba mea fœtida ſunt ſicut leo, vel propter ſuperbiã, per quã iactantes putent, vel ꝓpter qđ amplexantes carnalia fœtorẽ leonis habent, qui proprijs verbis gaudent. Quis det vt veniat poſtulatio mea? Poſtulationem dicit rẽ quam petebat. Et ſpem meã det dñs.) Sic enim confidens ob ſpẽ poſt tribulationẽ venturæ conſolationis, opportune tentatur. Bene aũt ſpem dicit, quia cum res venerit, iam tentatio non erit neceſsaria. Sit mihi ciuitas ſepulchrum, ſuper cuius muros ſaliebam.) Societatem illã Babilonij uult ſibi ſepulchrum, non vt eum obruat, ſed vt ſciat quia mortuos teget quicunq; in illa fuerũt, de cuius tanquã firmamento & munimine ſuperbiebat. Non parcã. Non enim mentitus ſum: verba ſunt ſancti dei mei,) Quia non alia dixit q̃ audiuit à deo, id eſt, de homine generaliter prophetat, quia auxilio indiget in confeſsione. Quę enim virtus mea vt ſufferã? (Quid ſignificabat vulnus eius.

Aut quid ſps meum vt ſuſtineat anima C
mea?) Quia imminente morte terrentur homines vt conuertantur & confiteantur deo putredinẽ peccatorũ, cuius cõſideratione ſe dicit cogi ad cõfeſsionẽ. Nunquid virtus lapidum uirtus mea?) Duros & impenetrabiles iaculis uerborum dei, qui non mouẽtur ad confitendum, Aut non in ipſo confidebam cum mihi bene eſſet?) id eſt, cum eſſem immortalis ad imaginẽ dei. Sed adiutoriũ à me receſsit.) Factus mortalis volẽs in me
Pſal. 8. confidere. Et viſitatio dñi me deſpexit.) Secundum quod dictum eſt: Aut filius hominis, quoniam viſitas eum. Propinqui mei non reſpexerũt me.) Horrui angelis. Tãquam torrens deficiens: Miſericordia enim aliquando inaudiuit me. Et ſiccaui & nõ fui mihi fons. Aut ſicut fluctus tranſierunt me. (Tanquam ſint conſolationes potus.

Qui me metuebant, nunc irruerent ſuper me.) Diabolus cum angelis ſuis. Perij, & exul de domo mea factus ſum. Aut de habitatione cœleſti, aut de conſcientia. Idcirco foras extra domum ſuam ſedebat. Vias Themanorum videte, ſemitas Sabæorum intuemini.) Illos ſignificat qui in temporalibus fidunt, de quibus ſe, id eſt, hominem quem ſignificat, dicit non præſumere: Nunc autem & uos inſurrexiſtis in me ſine miſericordia) putantes beatitudinem hominum ſi carnalibus abundent, quia inſultabant po
D tius quàm compatiebantur. Sed videntes vulnus meum, timete.) Intelligentes quid ſignificet timete futuras pęnas. Quid enim? nunquid aliquid vos peritj? aut fortitudine veſtra indigeo?) Quia coram eo infirmus eſt qui poteſt eum ſaluare. Docete me, & ego obmuteſcam) Idcirco enim patientes debuerunt eſſe ad doctrinam eius, quia ipſi eum docere non poterant. Sed vt video, parua ueri hominis verba dicitis:) Eum dicit verum hominem qui perſonam ſignificat agentis pœnitentiam, conuerſione ad dominum, cuius parua verba dicebant. Nõ enim à vobis auxilium pẽto.) Verus enim homo à deo petit auxilium. Ille enim verus eſt qui confitetur. Vnde eſt, Qui facit veri-
Ioan. 3. tatem venit ad lucem. Neq; enim elocutionẽ ſermonis veſtri ſuſtinebo, (Dei enim locutionem ſe dixit ſuſtinere qua inſtrua-
tur. Veruntamen ſuper pupillum irruiſtis.) Quod ad vos pertinet, inſultare mihi voluiſtis, quanuis non intellexeritis quid ſignificet, quia neq; Iob quem videbant, inſultare debuerant. Ideo veniunt tũ. Nũc autem aſpicientes vacate mihi:) Non habẽtes quod me doceatis? Et rurſum iuſtitiæ E
adeſtote.) Quia primo videbantur ſibi iuſtitia cogi ad loquendum. Non eſt enim in ore meo iniquitas, & fauces meæ nonne ſapientiam meditabantur?) Dicit ſe non deũ accuſaſſe, ſed hominem induxiſſe accuſantem iniquitates ſuas, ſicut ſuperius ſermo eius intellectus eſt, Hanc dicit meditationem
De ca. 7. ſapientiæ. Nunquid non tentatio eſt vita humana ſuper terram?) Hic iam apertius oſtendit ex cuius ſignificatione ſuperius loqueretur: Tentationem vero dicit tanquã ſtudium certaminis, vbi vincit homo vel uincitur. Et ſicut quotidiani mercenarij vita eius:) Temporalem mercedem expectantis, vt iam eorum qui iuſtitiæ ſuæ fructum in futuro expectant, non ſit vita ſuper terram. Aut tanquam ſeruus metuens dominum ſuum & conſecutus umbrã.) Quod
Gene. 3. ſignificat abſcõditio Adæ a facie domini, & tectio foliorum de quibus umbra ſit, quam relicto Deo conſecutus eſt homo. Aut antequam mercenarius qui expectat mercedem operis ſui.) Iſte a ſuperiori in hoc differt, quòd ſuperior habuit, hic autem habere deſiderat ipſa temporalia. Sic & ego expectaui menſes vanos.) Iam ad vmbram dixit vanos, id eſt, temporalia bona.

Et noctes dolorum datæ ſunt mihi.) In quibus & lux amittitur ſapientiæ, & mate- F

Fries est pœnarum. Si dormiero, dico, quando dies est? & si surrexero, rursum, quando vesper?] Quando cupiditatem negocii patif hō in ocio,& in ocij in negocio.

Rep eor ãt doloribus a vespere vsque ad
Ibidem. mane.] Quo occidit a deo. Vnde & ad vesperam deambulans deus eos dimisit: quod significat volentes, quibus nulla expectatio
Psal. 5. est remedij, nisi mane. De quo dicitur, Mane astabo tibi, id est, qñ post iudiciũ mane deus reuelabitur iustis. Vnde & dominus vespere sepelitur,& mane resurgit. Hanc ergo vitam tanquã lucifero potest comparare.

Et concrescit corpus meũ putredine,) vermim multitudine. In fundo globos terræ radens sanič.] Expressio cupiditatum vel curarum confessionis,in qua gaudẽt iniqui,quod ad occasionem redigunt peccãdi, quæ alij per pœnitentiam confitentur,vnde
Luc. 16. sunt canes qui Lazari vulnera lingebant.

Et vita mea exilior est q̃ loquela.] Minus.n.facio quam loquor. Recordare ergo quia spiritus est vita mea,] id est,in vita spiritali. Et non reuertar ad visibilia: Nõ me cognoscet oculus vidẽtis,quia mutabor vt videntẽ hic diabolum accipiamus inui-
G dentem. Oculi tui in me,& nõ subsisto.] interficis.n.in me vitã carnalem in qua fui.

Tanquam nubes expurgata de cœlo] Aut per cœlum turbata, Quomodo dicimus de ferro purgato, vt hic significauerit auxilium sibi fuisse de cœlo,vt purgaretur: Aut certe vt iam non sit nubes, sed in aerẽ purum extenuetur, tãquam radijs solis expurgata, vt obscuritas carnis & sanguinis
1. Cor. 15. non sit in cœlo: Non enim caro & sanguis regnũ dei possidebunt cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & absorbebitur mors in victoria. Si.n. homo descenderit ad inferos, vltra non ascendet.] Ad hoc ergo recordare,vt non descendas. Et non reuertetur amplius in domũ suam,] id est, ad requiem suam. Propterea itaq; & ego nõ parcã ori meo:] Confitendo cum tempus est, Vtrum ne mare sum ego,aut draco?] Non enim sicut impios aut diabolum repulisti: quia statuisti super me custodiam,] vt non me moueam ad perturbationẽ, vt sunt maris termini. Quia dixi cõsolabitur me lectus meus.] Carnalia in quibus requiescebat. Et referam ad meipsum consolationem in thoro meo.] Ad te enim debeo referre consolationẽ meam. Exterres me
H per somnia, & p̃ visionẽ me obstupefacis,] per tribulationes vitę huius,quęrita somnia sunt: quomodo & bona vitæ huius somnia.

Absolues a spiritu meo animam meam,] propter visibiles terrores a quibus liberabitur anima metuẽs venire ad eos, Et a morte ossa mea repuli,nam irant in mortem ossa mea:] nisi his exterritus fortior essem,& patiens,] quod est osstium firmitas. Non enim in sempiternum viuã, vt patienter feram breuitatẽ vitæ. Et metu mortis me correxi.] Vnde inconuertibilis diabolus, quia non moritur,sed damnatur. Initium sapientiæ timor domini est. Disce a me,ua- Eccli. 1.
nã est.n.vita mea:] Quia nõ suffero tentationes. Aut quia sensu tuo intendisti in
1. Co. 2. eum,] propter quod rationalis est. Vnde illud,nos aũt sensum domini habemus. Rationis vero munus dicit extensionẽ intellectus. Et in requie iudicabis eum,] dignũ requie. Vsquequo me non dimittis,] vinctum tribulationib. neq; deseris donec deglutiam saliuã meã?] In dolore ac flagellis contineã & absorbeã voluptatũ fluxus, per tribulationes admonitus. Si ego peccaui, quid possum tibi facere?] Sensus hic est, Si peccaui,nihil possum facere. An forte lo I
quendo molesti tibi sunt homines?) Tu ergo qui scis sensum: Quare cõstituisti hominem vt loqueretur aduersus te, vt esset tibi oneri?) Si ãt peccatum hominis,nec facto nec dicto tibi nocet: quare non obliuisceris peccatum eius?) Sed purgas illud potius: Nisi quia illa quæ supra dicta sunt, ad bonitatem tuã referuntur. Quid est enim hõ q̃ exaltasti eũ,&c.) Quæ non intelligentes amici eius,putauerunt ab eo deum reprehendi. Si enim non propterea facis mihi tentationes ut cohibeam fluxos motus meos, vt mihi ita consulas, quæ alia causa est,vt corripias hominem? Non enim noeere tibi potest quia peccat: Aut sentis quasi aduersitatem loquelæ eius, cum scias sensum humanum,& utique posses, quod tibi aduersariũ est,non constituere. Et quare non es oblitus iniquitatis meæ? Si non ea causa vt mihi prodessent tentationes istæ, vt bonitatis tuæ sit totũ, & q̃ me corripis? Nunc autẽ in terram ibo. Cum enim purges peccatum me(), restat mihi tamen adhuc in terram ire per mortem corporalem. Nam euigilabo, & vltra non ero,] in hac terra. Baldath

Misit in manum iniquitates eorum,) Suitis
in manum misit, aut in vindictam aut supverba.
plantationem: Debitores eos,] id est pec- De ca. 8.
catores

K catores demonstrauit. Et restituet tibi vitam,) iustitiæ, quæ debetur iustitiæ,id est, beatã. Et erunt priora tua minima,in cõparatione posteriorũ,quę infinita erũt. Aut nunquid, non hi docebunt te & referent tibi?] Quoniam nonnullorum maior est authoritas. Iam & hic de Christo dicturus audita narrat, qũo Eliphaz reuelationem.

Nunquid viret scirpus sine aquã?] Ita ergo & impij arescent sine misericordia dei.

Adhuc in sua radice consistit, & non meretur.) Si aquam non habeat. Antequam viuat omnis herba, nonne arescit,) nisi bibat? Non enim aliquando viruit impius, atq; araneis implebitur tabernaculum eius) Opera inutilia. Iam vero de Iudæis & dño videtur dicere. Quòd si & suffulserit domum suam, non stabit.) Aut scripturis sanctis,aut spe promissionis dñi,aut regnum ipsum. Et cum cęperit,non permanebit sequi deum.) Quod Iudæis euenit,qui secuti non sunt incipientes. Humidus enim est ante solem,)carnaliũ fluxu putrescens. Ante solem vero,sub tribulationibus,vt ante,sub, significet,sicut dicimus,ante me fac. Et de
L putredine eius germen eius ascendet.] Nisi
Rom. 1. enim illi tam mali essent,non per passionem exaltaretur dñs, qui de illis secundum carnem natus est. In congregationibus lapidum dormit.] Maiores enim illum crucifigent,& in medio lapillorum viuet humiliũ, de quibus fuerunt Apostoli. Si deglutietur locus, mentietur eum.] Si absconderit q̃ filius dei sit,dicetur,quia nõ est filius dei. Opus est ergo vt ipse sese iudicet: In hoc.n. loco non possunt diuina cognosci. De terra autem alterum germinauit,] vel dñs resurgendo, vel alterum genus piorum,id est, Christianorum. Dominus enim nõ probauit innocentem.) An non reprobauit? Vel illud, Impium non probauit innocentem. Nec ullum munus:] Id est, sacrificia quæ habebant Iudæi. Veracium autẽ os impleuit risu,] confitentium. Et tabernaculum impij non permanebit,] vel ipVerba sum templum,vel regnum. Vere scio qa
Iob. De ita est:] Id est, quia secundum iniquitates
cap. 9. meas hoc mihi restituit: Sed non sicut uos arbitramini. Sed quia nemo est i conspectu eius iustus, non respondebunt ei vnus de mille.] In omnibus quippe conuincet. Qui in uetustatem perducit montes
Psal. 6. & nesciunt:] Id est, ad infirmitatem. Vt
M est. Inueteraui in omnibus inimicis meis.

Qui vertit eos in ira.] Irascendo eos
uertit,id est,vt aliud inueniant,quàm appe Luc. 14
tierant,cum qui se exaltat,humiliabitur.

Qui commouet orbem a fundamentis,] per vocationem quæ facta est, per quã commoti sunt excellentes in mundo Et ce lũnæ eius mouebuntur. Qui præcipit soli,& Dan. 12.
non oritur:] Vt aut sapientia non intelligatur,aut qui scripserunt. Vt est, Signa libru.

Qui extendit cœlum solus.] ecclesiam, quæ proprie Dei sedes est, quam extendit per totum orbem solus,ad significandã vnitatem trinitatis. Nam vtiq; per filiũ in spiritusancto omnia facta sunt. Et ambulat super mare tanquam super terram] Super terram.] id est, firmiter confirmans Ecclesiam in seculo. Vel subijciendo sibi peccatores in quibus non mergitur, non cedendo tentationibus eorum. Si transgressus me fuerit,non videbo. Si altior me fuerit,aut celeritate perstrinxerit me,non agnoscam.] Opus est ergo, vt & congruat infirmitati meæ, & non me deserat. Si enim morti tradiderit,quis auertet?] Morti enim tradit, cum vel transgreditur,vel transit, vt nesciatur. Hæc est mors animæ,vt deum nesciat.

Ipsius enim inauertibilis ira:] Aliorum enim potest auerti. A potentiore ab ipso A
subdita sunt cætera sub cœlo.] Excepto ipso cœlo, id est, rationali creatura,quia si ipsa sibi cætera subdidisset, nunquam per ea, quæ sibi subdiderat puniretur. Quia vero Deus ei illa subdidit, punitur per ea quãdo offenderit eum qui subdidit. Quòd si ẽt iustus fuero, non exaudiet me.] Rogans eum,præsumens de mea iustitia. Comparans enim ea his, quæ apud se sunt incommutabilibus,& perpetuis, tanquam iniustũ me non exaudiet. Ergo eius mihi misericordia necessaria est. Iudicium eius rogabo]
Qyia ego iudicare non possum me iustum
esse. Vnde est, Sed neque meipsum iudico, 1. Co. 4.
qui autem iudicat me,dominus est. Si vero inuocauero, & non exaudierit, non credam,quoniam exaudiuit vocem meã.] Cũ iudicium eius rogo, si nõ exaudierit,nõ credam q̃ aliquando exaudierit me: Occultis enim causis me audiuit,nõ merito deprecationis meæ, aut certe non credam non me exauditum nũc: Aliqñ enim exauditus sum. Aut ita. Quia si exaudierit quod peto,credam etiam exauditum me: Nam si non credidero, quamuis fiat quod peto, tamen non exauditus sum,vt signum exauditionis

credulitas postulantis sit. Ne forte in turB bine me conterat.) Propterea quæro iudicium eius,ne in turbine me cõterat. Multas enim tribulatiões meas fecit sine causa) Quorum causa me latuit. Aut certe confitẽtis vox est,flagellis dei confirentis non se esse correctum,& idcirco posse turbine conteri quasi maiori supplicio. Non enim sinit me respirare.) Tam multæ sunt tribulationes meæ. Etenim quia potest,obtinet,& vincit:) Vt noluntatem eius faciã,nõ meã.

Quòd & si fuero iustus, os meum impia loquetur:Si me iustum putauero,verũtamẽ auferetur vita mea.) Quanuis nesciam si impie egi,tamen auferetur vita mea, vt patiar quę nolo,aut non faciam quæ volo. Vnũ est quod dixi, magnum & potentem dispergit ira:) Id est,propter hoc vnum fiunt tribulationes hominibus, vt magnus sibi potensq; nemo videatur, præsumens de uiribus suis. Quia nequam homines in magna morte erunt.) Non in mediocri in qua sunt etiam iusti cum tribulantur,& ab eis deridentur. Terra tradita est in manus impij:) Aut corpus iustorum non anima,cum eos persequuntur, aut quando impius domiC nari permittitur: Potest & accipi homo pecator in manus diaboli secundum mortalitatem suam. Faciens iudicium eius operit:) Aut ipsius impij iudicium,aut iusti: In hoc enim tempore opertum est. Aut certe hoc ipso facit iudicium eius:id est, eo illũ punit, quo occultat ei prouidentiam suam. Vt est,Præ magnitudine irę suæ non requiIob .3. ret. Vel eo iustum uindicat quo occultat, Persecutori eius iudicium suum:) Id est, prouidentiam suam, vt arctius peccatorum laqueis per impunitatem capiatur. Quod si non est,quis ergo est?) Potest hoc de domino intelligi, qui & derisus est, & cuius terra,hoc est corpus,traditum est in manus Iudæorum,& cuius iudicium faciens occultauit maiestatem ipsius. Quod si ipse non Luc.15. est,quis ergo est, qui maiora facit quàm fecit ipse? Vel sic, Quod si non facit deus iudicium iusti vel impij, quis potest facere? Vita autem mea leuior est cursore.) Tanquam fugitiuos dicit homines à iustitia discedentes, vt ille filius minor profectus in regionem longinquã. Aut quasi aquilæ volantis & quærentis escam:) De superioribus in quibus animæ rationales naturaliter beatæ sunt: id est, operibus iustitię, inclinauerunt se ad terrenas voluptates. Quod si & locutus fuero,obliuiscor dum loquor.) D Locutio quemadmodum affectum habuit ad exteriora, sic anima dum progreditur ad ea quæ foris sunt cupiditate fruendi creatura,obliuiscitur interiorem creatorem. Declinans in faciem ingemiscam.) Illam enim declinationem dolores sequuntur. Commoueor omnibus membris:) Timor quo incipit recurrere. Et quia sum impius, quare non sum mortuus,& laboro?) Scio subaudis, Aut dicit se laborare, quia impietati mortuus non est. Et mundatus fuero mundis manibus.) Aut dei manibus, suis: id est, bonis operibus per regenerationem. Satis in sorde me tinxisti,) in istam mortalitatem perductum. Et 2.Co.5. execratum me est vestimentum meum.) Immortalitas qua cupimus superuestiri. Sed quia non possumus in hac corruptione, ideo dicit, Execratum me est vestimentum meum. Non est enim homo sicut & ego cui contradicam.) Homini enim possem demonstrare iustitiam meam, in tuo autem iudicio inuenior iniustus. Vtinã esset nobis arbiter.) Videtur blasphemare,nisi illum 1.Dim.2 mediatorem dei & hominum optare intelligatur, vt per eum alleget preces suas. Hoc modo enim ille audit inter vtrunq; positus, & arguit hominem: Filio enim omne iudi- E cium pater dedit,& qui argueret,& qui au- Ioan. 5. diret inter vtrunque. Auertat à me uirgam suam.) Transeat timor legis: vt adoptionis libertate & charitate illi coniungar.

Non enim sum mecum,) quia his hæreo De c.10. quæ foris sunt. Proferam contra me sermones.) Hęc confitentis sunt: Et dicam 1.Co.10. ad dominũ, Noli me docere impium esse.) Noli me tentare vltra quàm possum ferre, nec mihi finas accidere quibus mihi impietas persuadeatur. Aut bonum est tibi si inique egero?) Non est autem tibi bonum si inique egero. Non ergo iniuste me ita cõstituisti,quia despicis opus quod manus tuę fecerunt. Si quod despicis opus manuum tuarum,ad consilium impiorum animaduertisti?) Sed non eius impietatis quæ hominibus apparet. Et ad consilium impiorũ animaduertisti?) Non quia placent illi,vt inic[illegible]agant. Aut sicut homo perspicis) quia vtique non sicut homo perspicis: Ideo in consilio impiorum animaduertisti. Est.n. impietas quã tu solus vides,& ab hoibus nõ videtur. Aut humana est uita tua,) id est breuis, vt non possis de perpetuitate iudicare.

care. Et peccata mea inuestigasti.) Non F enim te latere potuerunt quæ latent homines. Scis enim me nihil impie fecisse.) Nam quantũ ad homines nihil impie feci. Sed qs est qui de manibus tuis eripiat?) iudicãtis. Sicut deus iudicas, cũ vides ét eas impietates quas homo non videt. Postea vero mutatus pcussisti me:) Me scilicet mutato:non deo, quia mutatus homo mutatũ deum sentit,vt per tenebrarum diuturnitatẽ mutati oculi mutatum solem sentiũt. Memor est quia de luto finxisti me.) Tua ergo misericordia indigeo. In terram me iterũ conuertes.) Morte quæ pœna est peccati.

Nonne tanquam lac mulsisti me?) Quia etiam iam mortalibus præbuit misericordiã, cum homines de hominibus informi primordio formauit. Hæc ergo cum in te sint; scio quia omnia potes quia tantæ bonitatis sunt, vt carnalem quoque substantiam operentur. Quòd si & peccauero custodies me,) aut vt me non perdas,aut ne lateat peccatum meum, Et si iustus fuero,non possum respirare,) in conspectu hominum. Nã tu vides peccata quæ homines latent. Plenus enim sum opprobrio,) in cõspectu tuo.

Et capior sicut leo,) ad occisionẽ: Est superbiæ peccatum quod homines latet, quan- G do etiam in factis laudabilibus possit obrepere. Iterum autem commutatus sæuisti me crucias me,) post pœnã peccati qua mortalis factus est homo. Sedm has dicit tribulationes quas in hac vita homines patiuntur, quia repente pleræq; accidunt tribulationes quæ turbant quietem ipsius vitæ mortalis, cum in salute est,vel in securitate rerũ,quanuis temporalium, quam misericordiæ dei deputauit. Instauras in me torméta mea:) Quia iam ipsa mortalitas tormẽtum est, de qua tribulationes aliæ fiunt. Quare ergo de ventre eduxisti me?) De obscuritate ad notitiam, quæ sola maioris miserię est materia cum subuertitur. Hanc generationem superius etiam commemorauit. Et essem Rom.4. tanquam non fuissem,) penitus ignotus. Vnde est, Vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt: id est, secundum ignobilitatem. Aut nunquid non est tempus paruum vitæ meæ?) Non enim prop[illegible]longitudinem uitæ meæ mortuus nõ sum, cum vtique paruum sit quod uiuo. Patere me donec requiescam pusillum.) Post misericordiam qua de limo fecisti me, & mutatũ mortalitate percussisti me, & ipsa mortalitate consolatus es me, deinde exercuisti me H tribulationibus: Patere ergo me, vt requiescam in te: Antequam eam in pœnas vnde reuerti non licet. Ab his enim quas supra commemorauit licet reuerti, si se homo ad deũ cõuerterit. Vult autem requiescere ante quam eat in pœnas æternas, ad hoc vtique vt non eat. Quẽadmodum si dicamus alicui, Corrige te, antequam damneris: Non enim cum se correxerit,damnabitur. Vbi non est lux,nec est videre vitam hominũ.) Illa est enim vita hominum, vbi est lumen verum, quod illuminat omnem hominem. Alia est terra uiuentium,alia terra morien- Ioan. 1. tium. Aut nunquid videbitur eloquens Sophar iustus esse?) Putat enim Iob verbis magis q̃ Naama operibus abundare. Beatus natus homo, thitæ breuis vitæ.) Sententiam suam illi replicat, verba. quam uult intelligi loquaciter dictam & ini- Cap. 11. niter. Cum nemo sit qui cõtradicat tibi:) Quia quando dicebat,nemo ei contradixit. Sed quomodo dominus loquatur ad te:) Ea loquere potius,q̃bus misereat tui deus, quia duplex erit super te,corripiendo & cõsolando. Et tunc scies quia digne reddita sint tibi à domino quæ peccasti.) Post correctionem sequente illuminatione. Aut uestigium dei inuenies.) vt uelis deum repre- I hendere. Sublime est cœlum: Et quid facies) vt inuenias sacramẽta cœli? Non enim debes eum reprehendere cuius opera non comprehendis. Quis dicet illi, quid fecisti?) Et hoc enim recte erit factum si deus hoc fecerit: Quia facere aliquid ille nisi recte non potest. Ipse enim nouit opera hominum iniquorum.) Non iniqui operis est. Vnde vuult intelligi,quia stulte hic quẽ iniquum putat reprehenderit deum: Sic enim eum loqui existimauit. Homo vero aliter nutat sermõibus:) Modo illi placet deus, modo illi displicet, cum apud deum sit firmitas. Et vir natus mulieris tanquam onager erit in deserto:) Cupiditate libertatis impatiens dominatoris atque domitoris. Et extendens ad eum manus tuas vt acceptet opera tua. Si iniquum quid est, in manu tua est.) Ipsa duo repetiuit, sed ordine mutato. Et iniquitas in domo tua non maneat.) Hoc dixit cor. Sic enim fulgebit facies tua tanquam aqua pura.) conscientia. Tanquam fluctus qui non præterit, & non terreris,) nisi omnes tangat in hac vita. Et oratio tua tanquam lucifer erit, ante illuminationem præbit.)

Quasi

Quasi & ista ad prophetiam sanctæ ciuitatis vel ad populũ dei pertinentia, audita, vel
K reuelata dicuntur, sicut à superioribus amicis eius dicta sunt. Et rogabunt faciẽ tuã
Verba Iob. De Ca. 12. multi.) Omnia ista de Ecclesia. Sed iustus vir & sine crimine venit in derisum.) De dño intelligendus est sensus. Non ergo mirum si & ego vobis in derisum veni. Et domus eius vt deuastaretur ab iniquis.) Ecclesia à persecutoribus: Immo uero nullus cõfidat, cum sit nequã, se impunitũ futu-
1. Pet. 4. rũ: Quia iudiciũ à domo dei. Tanquã inquisitio in eos nõ sit futura,) non cõfidant.

Sed tamen interroga quadrupedia si tibi respondeant.) Ideo recte inquirit iniquos, quia ex operibus potuerunt cognoscere creatorẽ, & colere debuerunt. Non.n. creaturarum rũsione doceri nõ debuerant, cũ acceperint rationẽ qua ista cognoscerent. Si non in manu est anima omniũ viuẽtium.) Hinc ergo scitur quia ipse omnia creauit, quia anima omnium viuẽtiũ in manu eius: Et spiritus omnis carnis humanæ, id est, rationalis anima. Auris enim sermones diiudicat.) Quemadmodum sensus sensibilia diiudicat, ita spiritalia spiritus, quæ debuit cognoscere, quoniam in manu domini est opera domini, In multo tempore sapientia est.) Non vtique in multo tempo-
L re, Sed apud dominum,) a quo petenda est. Si destruxerit, quis ædificabit?) propter uirtutem destruxerit, & propter sapiẽtiam clauserit, vt ad eam nõ perueniat. Si prohibuerit aquam, siccabit terram.) Sapiẽtiam ipsam, terram vero hominem. Qđ & si emiserit, pdet euertens terram.) Multis enim sapientibus factis turbabuntur peccatores. Qui ducit cõsultores captiuos.) subiugat enim sibi eos qui se consulunt.

Iudices enim terræ in pauorem misit.) Aut Iudæos, aut Pilatum, aut sensu terreno iudicantes. Qui collocat reges super sedes,) id est Apostolos. Et circundedit baltheo lumbos eorum,) id est, continentia. Qui emittit sacerdotes captiuos, vt ab hominibus ducantur: Et significantur Iudæi. Qui permutat labia fidelium.) Permutat in bonum, vt non de iustitia sua, sed
Gala. 4. de gratia eius præsumant. Et intelligen-
Mat. 25 M tia senum cognouit.) Cui placet intelligentia senum. Vnde est, Cogniti estis à deo. Cui aduersariũ est, Non noui vos. Et bene cepit à fide, & peruenit ad intelligentiæ canos. Qui reuelat ꝓfunda de tenebris,) aperiendo prophetias. Et ꝓduxit in lucẽ umbrã mortis, id ẽ, fecit vt cognosceret vita ista, quia vmbra mortis est. Decipiens gentes & perdens eas,) putãtes ꝙ nocerent Ecclesiæ dei cũ sibi nocerent: quod de impijs intelligendũ est. Sternens gentes, & in uiã ducens eas.) ad humilitatem tanquã illum asinum. Reconcilians corda principum populi terræ.) Sibi reconcilians vel Iudæos vel reges terræ, qui primò persequebantur Ecclesiam. Eduxit autem eos in viã quã non nouerant:) Subruendo legis opera, vt simpliciter intelligerentur: Hinc eis visus est peccator. Quo errore tenebrati sunt tanquam ebrius.) Et arguam in conspectu De.c.13. eius si voluerit,) vt arguat seipsum, quod est confessionis. Et curatores malorũ omnes vos:) Bonos enim non poterstis consolatione curare. Audite ergo obiurgationẽ oris mei:) in uos. Et aũ cõspectũ eis profertis dolum:) cum uultis vos videri iustos quod non estis. An subtrahitis vosipsos iudices fieri? Nunquid potestis dissimulare, & non peccare?) Iudicare, quia de uobis verum dico, Si enim omnia facietis, adijcimini ei.) Id est, etiam si omnia præcepta faciatis, inueniet in vobis quod arguit: Nemo enim iustus in cõspectu eius. Quòd & si A occulte personas mirati fueritis suas,) seipsos iustificando, non solum ad homines, sed etiam ad seipsos. Corpus autẽ luteum.) ut fragilitatis saltem vestræ consideratione timeatis. Apprehendens meas carnes dentibus meis.) Non mihi parcam, vt non solum uos arguam, sed etiam me. Et animã meam ponam in manu:) inspiciendam vt nihil celem, siue vt computem peccata mea.

Licet occidat me ille qui potens est, qui & cœpit.) Quanuis occidat peccata mea: Tamen loquar, & coram eo arguam me,) non me iustificabo abscondens peccata mea. Ecce enim appropinquo iudicio meo,) vt iudicem de me. Quasi ipsa sit hominis iustitia in confessione sibi non parcere. Tunc a facie tua non abscondar,) quemadmodum absconduntur peccatores.

Manum aufer a me, vt nihil in me sit castigandum, & sit in me charitas. Et timor tuus [illegible]me terreat. quot sunt iniquitates meæ?) Hinc potest videri illud dixisse animam meam ponam in manu mea ad computandũ. Aut putas me esse contrariũ tibi?) Cũ vtiq; infirmus sum, & quasi hoc metuis ne si iustificatus fuero, par tibi fiam? Cum

folium

folium sim.) Ergo est aliqua latens causa qñ
B hoc non est. Et posuisti mihi peccata iuuentutis:) Vt hæc sit causa quare dicat abscondi a se peccata sua, quia superbierit, qđ est pctũ iuuentutis. Et posuisti in compede pedẽ meum,) in vinculo mortalitatis.

Et radices pedũ meorum cõtẽplatus es:) Cupiditates meas. Qui ueteratco sicut vter, vt vinum nouum portare nõ possim:

Aut pãno nouo cõsui, velut vestimẽtum qđ à tinea comestũ est: Homo enim natus ex muliere, breui viuẽs tpe, & plenus ira dicundiæ plenæ: Et hũc fecisti venire in iudiciũ corã te.) Quanuis.n. ita mortalis sit, & ipse habet tamen vnde rationem reddat: Exigitur tũ de illo qđ põt, quanuis perparum possit. Dinumerati enim sunt menses eius apud te.] Eo.n. quod tẽporalis est, de pctõ conuincitur: Nã æternum illũ tu fecerãs. Discede ab eo, sine requiescat?] Secũdum opinionem carnalis & animalis hominis, cui totum bonũ hæc vita est. Et ideo sibi vult parci vt fruaꝫ hac vita. Est.n. arbori spes.] Irridenter hæc pronunciãda: Vtiq; .n. magꝫ est spes hominis, qđ carnales no-
C lunt credere. Vir vero cũ mortuus fuerit
De c.14. abijt.] Et hic ironia est. Tempore.n. minuetur mare, nã post implet.] Dicit autẽ de his locis vbi accessus & recessus fit, vel ꝙ omnia littora latenter minuuntur & augentur, horis lunaribus scilicet, cũ oritur luna vel nobis vel alijs vsq; ad mediũ mẽsem crescit & inde minuitur. Vsquequo cœlum est, non cõsuetur ad nouum:] d est, ipsi cœlo. Atq; vtinam apud inferos me custodisses:] Vsqueadeo est spes resurrectionis, vt iam & his carerem vitæ incertis. Et abscondisses me donec requiesceret ira tua.] Hinc est abscondere pusillum donec transeat ira domini, id est, donec trãseat ista mortalitas & ad resurrectionem veniatur. Si enim mortuus fuerit homo, viuet.] Nã hæc non est uita. Cõsummatis diebus vitæ suæ, tunc uiuet. Deinde vocabis, & ego respõdebo tibi. Obediens tibi sine impedimento mortalitatis. Signasti in sacculo iniquitates meas.] vt redderes mihi. Annotasti si quid inuitus erraui:] Etiam hoc anno tasti, Inuitum autem errare pœna ccati est. Et quidem mons cadens defluit:] Ita & homo ex altitudine & firmitate sua cecidit. Et petra ueterascit in loco suo,) vt homo in genere suo & conditione sua. Et al
D luuione frequẽtium gurgitum, quasi & homo ita ad exilitatẽ perductus sit,) cum crebris cupiditatum alluuionibus ateritur.

Spem vero hominis perdidisti.) Gradus fecit de monte ad petram, a petra ad lapides, à lapidibus ad arenam, quia has mutationes carnales patiuntur. Et bene iam perdidisti dixit: Impulisti enim in finem,) in consumptionem, Vt pereat spes ista,) qua carnales gaudent. Mutasti faciem eius, dimisisti eum,) cum imago dei in eo exterminata est: Et cum multi fuerunt filij eius, nescit.) Quia moritur, quanuis propagetur soboles. Sed carnes eius super eum doluerunt,) id est, talem cõditionem suam homo carnaliter dolet, & animaliter luget. Spiri- 2. Co. 4
talis enim nouit, quia & si exterior hõ cor- Elephaz
rumpitur, sed interior renouatur de die in Thema
diem, quia hoc fieri sentit in seipso. Et im nitis ver
pleuit dolore ventrem. Spiritus enim scien- ba.
tiæ per consolationem sanat potius à dolo- De.c.15.
ribus: Tu autem qui imples ventrem dolore, non spiritu scientiæ respondes. Nonne tu repulisti timorem?) Deum non timuisti in eum talia dicens. Et elegisti linguã malorum,) qua homines maledicunt. Quid enim? Nunquid primus homo natus es?)
Quia tantum superbis: Aut ante colles E
concretus es?) Etiam mõtes nomine colliũ accipiendos, id est, ante omnes virtutes spiritus potentes. Sed & senex & decrepitus in nobis est:) Qui sciat etiam quæ nos nescimus, est inter nos. Quid ausum fuit cor tuum, & quid sustinuerunt oculi tui? Sperauerunt, quid est cur homo vt sit sine crimine?) Quod tu dixisti, Si in sanctis eius non est fides,) propter incerta temporum quibus plerunque falluntur, vt multa dicãt, & non faciant. Et cœlum non est mundum ante eum,) pro his qui habitant in cœlo. Aut certe cœlum pro ipsis sanctis ponitur, quia in his habitat deus. Quæ sapientes dixerũt, & non celauerũt parẽtes suos.] Quia etiam Iudæi Apostoli ꝓdicauerunt:

Ipsis solis data est terra.] In hac tantũ.

Nec superueniet illis quisquam extraneus,] nec sanctus homo vel angelus: id est, in securitate possidebunt. Cum putauerint se eẽ iã in pace.) Ita dicit quasi hoc putet ipsi Iob euenisse. Non credit conuerti à tenebris,] non credit vt conuertatur à peccatis. Et decretus est in escã vulturũ,] aerearũ ptãtum, quę mortibus peccatorũ pascũtur. Sicut dux in prima acie decidet.]
Audax est & nõ fert tribulationes: Quia F
eleuauit

eleuauit manus contra deum.) An quia eleuauit, & cur sit contra eum contumelioſe, ad uersaria faciendo q̃ præcepit? In craſſa cernice ſcuti ſui,) præſumens de protectiõe ſua. Quia opauit faciẽ eius in adipe ſuo.) Per adipẽ.i. per exaltationẽ ſuperbię ſuę abſcondit a ſe deũ. Et fecit capiſtrũ ſuper femora:) Vt libidinibus ſuis colligaretur, quo vinculo duceretur ad mortẽ. Quæ.n. illi parauerunt, alij auferunt.) Ipſum etiam regnum terrenum, vel quancunq; ſpem tẽporalẽ, quã cũ toto nũdo iuſti accipient. Et non diabitur, nec permanebit ſubſtantia eius,) impij ſcilicet. Non immittet ſuper terram umbram,) id eſt non viret, Sed ſtirpem eius arefaciet ventus:) Tentatio. Præciſio eius ante horam:) Corrumpetur priuſquã ſperat. Decidat tanquã flos oliuæ.) Decidat a patre, vel quia meliora hos ſequuntur quemadmodũ florem fructus. Teſtimonium enim impij mors?) Signum. Et ignis comburet domus eorũ qui munera accipiunt.) Hi ſunt enim impij qui munera temporali præponunt iuſtitiæ. Concipiet & in ventre gemitus, Ea quæ ſperat, G in pœnam illi proficiũt. Audiui alia mul Verba. ta,) Non ſolum quæ vos dicitis, Conſo- Iob. De latores malorum oẽs,) Malos poteſtis con- cap. 16. ſolari, quia ipſi vos imitantur, nõ bonos. Et eſt vocatiuus. A nullo enim veſtrum audiui aliquid boni. Quid enim? Nunquid ordo in ſermonibus eſt) Spiritus ſuperbiæ. Aut in quo moleſtum tibi erit?) Quanuis non ames quod dicis, Et ego ſecundum vos loquor?) Quomodo digni eſtis. Si ſubiecta eſſet anima veſtra pro mea.) Si uos pateremini quod ego, loquerer ſermonibus, non factis: ita nihil loqui quod non facitis. Si enim loquar non dolebo vulnere,) Oſtendi tis vos neq; in loquendo, neq; in tacẽdo prudentes eſſe: Nam ſapientes & cũ loquũtur, in conſolationibus condoleſcunt, vel in confeſsione ſua loquentes dolent vulnus ſuum vel cum tacent, prudenter tacent. Nunc autem laſſauit me, & fecit ſtultũ & putrẽ,) vt non contra vos loquar. Deus fregit ſuperbiam,) ut ſtultus factus ſapiens fiã. Apprehendiſti me, & in teſtimonium factus ſum.) Conuiciſti me de peccatis meis, & aduerſum me ego ſum teſtis. Et ſurrexit ſuper me mendacium meum:) cũ mihi iuſtus videbar. Cõtra faciem meã reſpõdi,) hoc H eſt, ſtatuam te ante faciẽ tuã. Iracundiæ vſus deiecit me) Bũdixit, vſus iracundiæ, nõ enim eam patitur. Deiecit me tanquam ſuperbum, fremuit ſuper me dentibus.) Obiurgauit me, vt dentes pro verbis intelligantur. Sagittæ piratarum eius ſuper me deciderunt.) Aereas poteſtates quibus vtitur deus, & eis permittit vt aut exerceantur boni, aut puniantur mali. Piratæ autẽ quia in hoc mari nauigantibus inſidiantur. Acie oculorum irruit:) Non diſſimulauit a peccatis meis, tãquam innuit ut punirer. Ipſe enim tanquam lumen eſt punitoribus, oſtendens puniendos. Ruina mihi fuit aſpectio eius) Aut ita fecit ut uiderem peccatum meum, ante enim non ſic mihi ad ſenſum perductum fuit. Acriter peuſit me ingẽs dominus, & ſimul cõcurrerũt in me,) Deo enim perecutiente, illi concurrerunt angeli ſatanæ. In pace cum eſſem, diſcerpſit me.) Ab ipſa pace aut a ſemetipſo diſcerpſit, ut ab aduerſarijs & ſibi aduerſantibus dilacerer. Et tenens comam eam diuellit,) per peccata mea me aduerſum me diuiſit. Statuit me ſicut lignum,) in quem iacularẽtur, ut ſolet ſignum poni iaculantibus quò iacula dirigantur. Circundederunt me lãccis, I emittentes in renes meos, non pepercerũt,) propter deſideria carnalia, quę ſibi impacta dicit per malas perſuaſiones ab angelis malis. Effuderunt in terram fel meum,) ut terrena bona zelarer in ijs qui his abundant. Deiecerunt me proſtratione magna,) ne carnalem proſtrationem intelligeremus. Ciliciũ aſſuerunt corio meo,) pctã interiora q bus reminiſcitur ſe fuiſſe in bonis. Et ſuper palpebram meã umbra mortis.) Volo uidere, & impedit me conſuetudo carnalis.

Terra ne operiar ſuper ſanguinem carnis meæ,) id eſt, ne ſi immũda fuerit oratio mea, optando terrena, aceedat cumulus terræ ſuper uinculum mortalitatis meæ, quod ſignificauit nomine ſanguinis: id eſt, ne cupiditate terrena maioribus calamitatibus uoluntarij peccati operiar quod eſt illud naturale peccatum de conditione mortali. Nec ſit locus clamori meo:) Intercludatur meritũ orationis meæ: Et ecce nunc in cœlis eſt teſtis meus.) De domino uidetur dicere, qa nondum in terram deſcenderat. Et conſciu[illegible]eus in excelſis,) propter participationem mortalitatis. Diiudicetur uir cum domino:) Veniat dominus ut cũ eo uir iudicetur, tanquam Ioannes cũ Chriſto, In duorũ diiudicatiõe intelligitur qd diſtet inter hominẽ perfectum, & deũ hominẽ factũ. Sicut K filius

filius hominis ad proximũ ſuũ,) dñs homi- Luc. 10. ne ſuſcepto ad eũ qui inciderat in latrones. Anni.n. dinumerati venerũt mihi:) Qd mihi per Chm ſubueniatur plenitudine tẽporũ. Et viã per quam non reuertar, in- De ca. 17 grediar,) via renunciandi ſeculo. Defeci agitatus ſpũ.) Ordo, Defeci ſpũ laboribus concuſſus. Oro vt ſepeliar, & nõ cõtingit mihi,) vt abſorbeatur mortale à vita: Inge- 2. Co. 5. miſcimus enim grauati, in quo nolumus ſpoliari, ſed ſuperueſtiri: id eſt, mutemur potius q̃ moriamur. Quod vtiq; quanuis hic homo cupiat, non contingit: Debet enim mortem condemnatione peccati. Preces adhibeo cum labore, & quid feci, non mihi feci,) impetrãs. Furati ſunt externi bona mea:) Ipſam immortalitatem qua ſpoliatur ſignificat, q ſemiuiuus à latronibus eſt relictus. Luc. 10. Quis eſt iſte, ad manum meam ligetur?) qui mihi ſubuenturus eſt, dominum ſignificãs. Sed ideo dicit, quis eſt, quia inter hoies futurus erat, ut uix ab eis diſcerneretẽ vinculo charitatis, ut cuſtodiat me & ducat quo vult. Quiæ cor eorũ abſcondiſti a prudẽtia:) Qui eũ nõ cognouerũt abſcõdiſti pp hoc nõ exaltabis eos,) quia humiles nõ fuerunt. Ideo cæcati ſunt,) & nõ potuerunt L humilitate Chriſti exaltari. Partim annũ Rom. 11. cientur mala:) Quod cœcitas ex parte in Iſrael facta eſt, ſiue quia eis mala videbant, quæ Chriſtus annunciabat, ut dicerẽt, Sedu Ioan. 7. cit turbas: Siue p Prophetas, quę annũciata ſunt de cæcitate Iſrael, nõ vtiq; toti, ſed parti acciderunt. Et oculi ſuper filios eorum tabuerunt,) admiratiõe miraculorũ, quibus Mat. 12. dictũ eſt, Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij veſtri in quo eijciũt? Poſuiſti ãt me in loquelam nationibus,) hoiem quẽ redemit: id eſt, Eccleſiã de qua loquerẽtur nationes, ſiue quæ loqueretur nationibus. Et in riſum illis deueni,) aut nationibus, cũ ei detraherẽt, aut Iudæis qui loq̃bãtur nationibus. Obſcurati ſunt ob irã oculi mei,) Obſcurati ſunt oculi Eccleſiæ. i. Apoſtoli: cum intellectũ nõ ſunt ab ijs qui hæc pœna erant puniendi. Et expugnatus ſum valde ab oĩbus:) Tã Iudæi q̃ gẽtes expugnauerũt Eccleſiã. Et numerati ſunt ſup hoc vera ces.) Vel qua[illegible]poteſtas data ſit impi[illegible]in Eccleſiã, vel quare ab impijs Euangelium magnum non ſit. Iuſtus autem ſup inimicum conſurgit:) Qui tẽporaliter cadit perſecutio nibus ſvt poſtea infidelibus dñetur. Et pu- M rus memoris ſumat audaciam:) Spei audaciam, ut confiteatur Chriſtum in perſecutione. Non enim inuenit in vos veritatem.) Omnibus enim tam Iudæis, quàm alijs gratia neceſſaria eſt. Et conuulſæ ſunt compages cordis mei:) Vt non celem Eſa. 5. peccata mea. Noctem in diem verterũt impij.) Vnde eſt, Væ illis qui dicunt quod bonum eſt malum, & malum bonum, qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras. Si ſuſtinuero, inferi domus mea erunt:) Pertulero peccata mea, vt non confitear. Interitum appellaui patrẽ meum:) Nõ ero filius vitæ. Appellauit autem Deus matrem meam, & ſororem tabem: Ex eo, quòd inſeparabiliter hæreant tanquam cognati. Quæ eſt enim mihi iam ſpes?) Sub auditur. Si ſuſtinueso inferi domus mea erunt. Aut bona mea videbo.) Quis ſeductus conuerti noluit, & ſuſtinuit peccatorem? Et lumen impiorum extingue- Baldath tur.) Noli ergo mirari, ſi & tuum tanquã ſuitis impij lumen extinctum eſt. Lux eius verba. fuerunt tenebræ, in domo claritas domus De c. 18 eius:) id eſt, aut diabolus, aut antichriſtus. A Et lucerna ſuper eum extinguetur: Exiguum & terrenum lumen. Accipiant infimi ſubſtantiam eius:) Quæ habere ille noluit,, habeant humiles. Immiſſus eſt pes eius in laqueum.) Ipſe enim captus eſt, dominum perſequendo. Confortauit ſuper eum ſitiens: Vt vincant eum eſurientes & ſitientes iuſtitiam. Abſconditus eſt ſuper terrã funiculus eius:) Quo capiatur: Hoc eſt, ea quæ illi quaſi conceduntur: Et captio eius in ſemitis,) quà tranſit. Per circumitũ perdant eum dolores,) vndique.

Et multi circa pedes eius veniunt in anguſtia famis,) Multi qui eum ſequũtur, uel qui ei obſequuntur, Comedantur rami pedum eius,) doctrinarũ eius: id eſt, qua it: Rumpamtur de habitaculo eius ſanitas,) tranquillitas huius uitæ. Et teneat eum neceſsitas cauſæ regalis.) Opportunitas punitionis eius, quæ ualebit ad gloriam dei, propter quod modo illi permittiur cupiditas ſua. Cauſam regalem dicit, quia ſe Chriſtum iactabit. Habitet in tabernaculum eius in nocte eius, neceſsitas cauſæ regalis cruciet conſcientiam eius.) Appetitio tyrannidis, in nocte in ſupplicio cæcitas eius quando damnatur. Aſpergentur ſpecioſa eius ſulphure,) quibus placebat igne fœtido con B crementur. Et de ſurſum irruet meſſio eius,) à deo. Et non ſit nomen eius in facie

cie platearum vbi erat:] Tollatur de memoria populi. Et non sit cognominatio in populo suo.] Ad tantam deiectionem veniat, vt à suis nõ agnoscatur. Neq; resaluetur sub cœlo domus eius.] Aliqui enim resalua buntur. Sed in populo eius viuãt alteri.] Alij subiugetur populus eius. Et destrui

Verba Iob. tis me verbis:] Infirmatis me, qui me consolari debuistis. Scitote tantum, quia deus

Dec. 19 fecit mihi sic,] apud quem possum de peccato conuinci, non apud homines. Et vallũ suum circa me circundedit, fossa circa muros est:] Coactus sum ad confessionem. Ecce rideo opprobria, & non loquor.] Vtilitatem dicit confessionis, quia si vellet ridere peccatum suum, & non illud proloqui, clamaret, & non exaudiretur. In vultu meo tenebras posuit] Illuminationẽ vultus mei abstulit à me, quod contingit auersis. Et abstulit coronam de capite meo.] Dignitatem spiritalem quam dat sapientia. Et dirupit me vndique, & abij.] Omnia tenebam, & abstulit illa à me, aduersus illud quòd acceperat virtutem continendi omnia. Et arbi-

C tratus est me tanquam inimicum.] Sic me iudicauit, quasi ei nocerem si ei par essem. Et circundederunt tabernaculum meum:] Cor & conscientiam. Fratres mei recesserunt,] in spe correctionis, quia fratres sunt, quamuis primo correctionem meam aspernati sint. Et eos secuti qui sibi aliena,] hoc est perniciosa, suaderẽt. Et amici mei immisericordes facti sunt,] In malis spiritalibus, qui non condolent proximis suis, sed potius eos irridẽt, quos non irriderent in malis carnalibus constitutos? Et scientes nomen meum, obliti sunt me:] Non me cognoscentes quòd mutatus sum. Vicini domus & ancillæ meæ cum quibus secreta cõmunicabam.] Adulatores qui recedunt ab eo qui confitetur deo: Ipsi enim dicuntur ancillari. Seruum meum vocaui, & non respondit.] Aut corpus, aut eos qui ei ad mala seruiebant: Os meum deprecabar, & rogabam vxorem meam,] tanquam dicens,

Psal. 41. Quare tristis es anima mea, & quare cõturbas me? id est cupiens, vt ei consentiat. Inuocaui blandiens filios uteri mei, quos genueram,] persuadens eis spem seculi. Et quos dilexeram, consurrexerunt in me,] in illa uita. In cute computruerunt carnes meæ:] Amore eorum quæ forinsecus sentiuntur, computruerunt interiora mea.

D Nam vtique leue est si ad literã accipiamus tanquam scabiem habuerit. Et ossa mea in dentibus meis sunt,] Firmitas & fortitudo mea in verbis est, non in factis. Miseremini mei miseremini mei, ò amici.] Angelos videtur postulare, vt pro eo deprecẽtur, aut certe sanctos, vt pro pœnitente orent. Manus enim domini est quæ tetigit me.] Manu domini se tactũ dicit, vt doleret uulnus suum quod sine sensu eius fuit: Quare me persequimini sicut & dominus?] Detestamini & horretis sicut dominus, vel obiurgatis, cùm iam confitear. De carnibus meis non satiamini.] Non gaudetis si carnaliter viuam. Stylo ferreo & plumbo.] vt quemadmodum cedit plumbum stylo ferreo, sic cedant sermonibus meis corda hominum. Aut in testimonium in petris sculpantur,] vt illi ea discant qui firmi sunt ad Euangelizandum. Scio enim quia æternus est qui resoluturus est,] quia potest me reparare. Quorum ergo mihi conscius sum,] quia merui illa. Quæ oculus meus vidit & non alius.) Hoc est, Nemo scit 1. Cor. 2

quid agatur in homine, nisi spiritus qui in ipso est. Et omnia mihi consumpta sunt in sinum,) In interioribus ubi nemo videt, id est in conscientia. Quod si & dixeritis, quid dicemus contra eum?) Se- E

cundum quòd dictum est in spiritalibus, In Gal. 6. tendens teipsum, ne & tu tenteris. Et radicem sermonis in ueniemus in eo,) vt de ipsis eum conuincamus. Ira enim super iniquos ueniet:) Qui se extollunt super peccatores, & putant se tales esse non posse, ipsos dicit iniquos. Non enim intelli- Verba

gitis magis quam ego,) Ad ailos se conuer Sophar.

tit, qui cum eo Iob consolabantur. Eru- Dec. 20

ditionem confusionis meæ audiam.) Obliquevult ut Iob audiat eruditionem confusionis suæ: Tunc enim potest etiam spiritum sapientiæ consequi. Hæc autem locutio solennis est, cum dicimus, Bonum est mihi vt caueam: Nam malum mihi erit cum volumus ut alius caueat. Nunquid hæc nostis à seculis?) Ex quo sunt secula, sic F

est. Et hoc putat, q; Iob ignoret tanquã impius. Oculus videbit, & non adijciet.) Nõ.n.videbitur. Filios eius disperdat impius.) Siue imitatores, siue seductos ab eo diabolus. Et manus eius succedantur doloribus:) Operibus eius crucientur. Ossa eius impleta sunt iuuentute eius,) Superbit de firmitate sua. Abscondet eam sub lingua sua.) Non illã demõstrabit tãquam do-

dolosus, ut tacite illa vtatur. Parcet ei & non relinquet eam:) Amans eã & nolẽs ea carere, nõ eã persequitur. Aut parcit ei dñs, & hac impunitate nõ eã relinquet. Et tenebit eã in medio gutture suo:) Tãquã qđ eũ delectat. Et nõ poterit subuenre sibi:) Non ideo se liberabit. Fel aspidis in uentre eius:) In interioribus, in occultis habens nocendi malitiam. Diuitiæ inique congregatæ euomentur:) Cũ tormento interiorũ & pressura cordis. De domo eius protrahit eũ angelus.) Q̃cunque manifestabũ tur occulta eius per tribulationes. Et furore draconũ fulgebit,) ut ille qui primo occultus fuit tribulationibus proditus, furore draconum fulgeat iam palam. Interficiat illum lingua colubri:) Seducat eum diabolus. Et non uideat mulctram pecorum.)

Fructus ouium, id est, iustitiæ opera non faciat, vt se inde intelligat posse redimi. Neque pabula mellis & butyri.) Opera bona cũ charitate, & hilaritate cordis, & largitate prębentis: Butyrum.n.lac pingue est.

Inuanum & frustra laborauit:) Quia non intelligit hæc de his operãda quæ ad misericordiam pertinẽt. Vnde & dominus bu-

G tyrum & mel dr manducare, quia hæc illi in

Esa. 7. humilibus eius præbentur. Quæ egerũt vt durũ:] quod mandi non potest, nec glutiri. Durũ nescio quid est, puto, iniqtas vel superbia. In desiderio suo nõ saluabitur, quia iniqua desiderauit. Nõ erunt reliquæ de cibis eius:] Trasierunt cupiditates eius.

Cum putauerit se repletũ esse, coartabitur.) Non tã satietas est de plenitudine cupiditatum quam pressura. Si quomodo impleat ventrem suum.] Talis necessitas ei veniet, vt dubitet impleat ventrẽ suum, cum vtique ista ideo quærantur, vt pellatur necessitas. Hoc autem dixit, quia tanto plus cupit, quanto plus habuerit. Et emittet super eum furorem iracundiæ:) Quia nõ vidit facere opa bona. Vulneret eũ sagitta ærea,) perpetua. Pertrãseat corpus eius iaculũ.) Pénetret eũ tentatio, vt & de his quæ sperat, & de his quæ relinquit,

Vulneretur tanquã à pectore,) p tergũ traiectus. Fulgura in tabernaculis eius:) terrores repentini, in cogitationibus

Lædat aduena domum eius:) D

lus qui aduenticius est ad tentandum, quidem habeat homo etiam propria

H nes. Et detegat cœlum iniq tates eius:) Cœleste iudicium. Et p

eius ab ipso:) Hæc illi largietur deus. Et nõ sit mihi a uobis hæc consolatio: Qua patis bonis tẽporalibus gaudendum, cũ cõmunia sint piis & impijs. Et si quando quis iniquus esset, hinc in eum vindicari) Cum Iob dicat usque ad sepulchrum permanere bona ista impijs, & non in eos per ea vindicari. Quid enim?, Nunquid humana est castigatio mea?) A deo mihi est castigatio. Itaque & ipse potest consolari non vos. Aut quare non irascar?) Nolite ergo me ita consolari: Nam impiorũ utique fœlicitatem video. Respicite ad me & admiramini,) tanquam inania dicentem: Si enim recordor, perturbor) In dignitates humanæ uitæ rediens ad affectum perterritũ ab eo quo nunc est, cum confitetur. Et tenentur carnes meæ doloribus:) Carnaliter doleo: Quare impij uiuunt:) Quærit ab eis causam, quia dicebant hic in impiis uindicari. Et permanent sicut vetustate oues eorum.) Quomodo possunt uetustate perseuerare? Non enim semper erunt. Verba Iob. Cap. 21.

Erant ãt in manibus eorum bona.) Non I tulit eis bona ipsa cum hæc dicerent: Immo uero, impiorum, lucerna extinguetur,) claritas temporalis, etiam si non sicut isti intelligebant. Deficiant filij eius,) bona eius, bona quæ eis persuasit temporalia, scilicet, aut antichristi, aut diaboli. Videant oculi eius necem suam.) Significat & hanc prosperitatem ignorari ab his qui hac gaudent, in futuro autem ad sensum etiam impiorum perducetur. Quia nulla uoluntas eius in domo sua post eum:) Quia in conscientia sua dominum non secuti sunt in tribulationibus: Licet numerus mensium eius dimidiatus sit.) Quanuis dominum præsentem coluerit, tamen quia non futura speranit, quod est plenus mensium numerus. Ipse enim homicidia iudicat.) Quia impii cum persuaserint impietatem per dilectionem carnalium impietatum, futuro seculo usque occidunt. Non tamen talia homicidia iudicant homines, sed solus deus Hic morietur in robore simplicitati- quæ.) Videtur exequi occulta homicidia, commemorans largum vnum, & alium auarum, quia homines abundantes, & largi putantur & boni. Intestina eius plena sunt adipe,) habet lætitiam. Et medulla eorum diffunditur,) intestinorum, quia non tenet intra se bona sua, sed impendit illa, uel in se vel in aliis. Itaq; scio uos K

audacter mihi insistere.) Non enim considerate dicitis, Quia dicitis, Vbi est domus principis?) vel impiorũ, vel superbi, quia putabant hic eis auferri bona, cũ pleriq; etiam pleni vitã finierũt per ea puniẽdi. Et vbi est velamẽ in tabernaculis impiorũ?) Honor. Interrogate eos qui transeunt per viam,) quinõ delectantur via, sed transeunt per eam. Et signa eorũ non ignorabatis,) vel impiorum q̃ dant transeuntes, dicentes quid eis futurũ sit, vel à quibus cognoscunt impij. Quis annunciabit coram eo viam eius?) Corã impio viã suã nemo, nisi dominus annunciat fiducialiter, quia ipse ei rũdet. Et tamen ipse) dũs, in sepulchrũ deductus est,) ita merces pietatis non hic speranda est. Et super aceruum vigilauit.) Ante enim ipse resurrexit quàm aceruus resurgeret resurgentium. Dulces fuerunt ei lapides torrentis.) quos seculum non subuertit, id est, discipulos suos. Et post eum omnis homo sequitur, & ante eũ innumerabiles.) Aut post eum omnis homo, id est vnus homo. Et ante eum innumerabiles, qui nunc in
L numero hominum deputati sunt. Aut post eum turba credentium, & ante eum patriarchæ & prophetę: Quomodo ergo consolamini me?) inaniter præsentia bona vel mala suadentes. Nonne dominus est qui docet sensum & scięt iam?) Quasi dixerit Iob, non eum recte iudicare, cum vtique reprehendi deus non possit, nisi per intelligentiã qua superior est, si quidem ab ipso detur homini. Et veniet tecum in iudicium.) vt cõpareris eis Lumen tuum in tenebras conuersum est,) dignitas, & dormiętem te aqua operuit.) securum inundatio tribulationis.

Eliphar Thema nitis uerba. Ca. 22.

An per nebulam diiudicat?) Quasi per nebulam videre non possit. Nubes latibulum eius & non videbitur.) Latent quæ in terra sunt, & ambitum cœli percurrit,) figuram & nõ terram. Ergo ne semitam seculi custodis?) Quam ob putarit à deo res humanas non curari. Quia capti sunt immaturi,) secundum se immaturi. Putabant enim se in perpetuum permansuros: aut certe antequam peruenirent ad sententiam, sed quia hoc audierant, nõ quia ista tiebant isti amici Iob. Et cogitatio impij longe est ab eo, & implet domos eorum bonis.) Et longe ab eo cogitatio impij, quia
M non sic facit sicut sperat impius: id est, aut quia placet ei impietas, aut non videt eam.

Videntes iustiores erunt:) Intelligentes, quanuis isti non intellexerint, putantes quia hic redditur impijs. Et inculpabilis subsannabit eos, impios. Esto durus,) si sustinueris patiens, hoc est dura.

Procul facies iniquitatem à tabernaculo tuo:) Conuersationem vel vitam tuam, quanuis hæc isti carnaliter dicant. Et ponens illud super aggerem in petram:) Ad- Phil. 2.
uersus id quæ quod dixit, Flumen decurrẽs fundamenta eorum, quia humiliauit semetipsum ipsum lumen. Et dices, elatus es in superbiam,) aduersus superbos. Erue innocentem, & saluaberis munditia manuũ tuarum.) Noli deficere in bonis operibus, quia curat deus humana. Et quidem scio Verbz
quia de manu est increpatio,) de peccatis Iob.
meis. Et manus mea grauis facta est su- cap. 23.
per gemitum meum,) Ideo me percussisti vt doleam. Et venire vsque ad solium eius,) vt sim tam sanctus vt perueniam ad eorum numerum qui sedes eius sunt. Tunc enim possum dicere vera & audire: Vnde & cœli dicuntur sancti. Et cognoscam causationes quas loquetur mihi,) Redditiones causarum, quibus se omnia iuste iudicare demonstrat. Et sentiã quæ annunciat mihi,) Iam ꝓximus ei. An in multa virtute A
disputabitur mecum?) vt per potẽtiam resistat mihi. Nequaquam tamen in terrore abutatur me, propter peccata mea ꝓ quibus timeo modo, cum sum in terrore, non abutatur me. Cæterum cum ad eum veuero,) in illa libertate qua ego annumerabor solio eius: omnia amabo, & nõ mihi resistet virtus eius, quanuis modo possit me abuti vt pote peccatore: id est faciat de me quod vult etiam cum pœna mea, iuste tamẽ. Veritas enim & increpatio est ab eo,) id est, nõ iniuste increpat. Educit in finem iudiciũ meum:) Etiã si modo corripit, postea manifestabit. Nam si primus ambulauero, postea non ero.) Non arroganter sperem, nõ infideliter desperem: Hoc est, non declinare dextera aut sinistra: Inde est, Si ascendero in cœlum, tu ibi es. Quis me inde potest pellere, &c. A leua quid aget? Non apprehendam.) Superiora repetit, A leua autem dicit non se apprehensurum deditum temporali-
bus. Conuertetur ad dexteram & non videbo.) Ideo non debeo esse a leua. Conuertetur autem dixit, quia ipse in spiritalibus est: Vt ego me auerto, si a leua fuero? Scit ipse viam meam,) vt etiam si per tri B
bulationes discrit, sequar. Probauit me sicut

sicut aurum) in tribulationibus. Ingrediar in præceptis eius.) De tenebris meis exeam, sed tamen in præceptis eius. Si ãt ipse iudicauit,) sic vt per tribulationes me tanquam aurum probet: Propterea ad eũ festinauit.) Quia me tribulauit, ideo relictis temporalibus ad eum festinaui. Et commonitus solicitus sui de eo,) vt his pœnis carnalibus æterna supplicia deuitarẽ. Idcirco a facie eius turbabor:) Modo turbabor, vt caueam cogitans futurum iudicium, vbi erit eius manifestatio. Et dominus molliuit cor meũ,) Et ipsum timere, quo cauet futuras pœnas misericordiæ dei, deputat. Nõ enim sciret superuentura pœnas & tenebras malis, nisi dominus molliret cor eius præsentibus tribulationibus aduersus illud, ꝙ
Exo. 10. indurat deus cor Pharaonis. Quare dñm
De.c.24 non latuerunt horæ: Quamobrsm finem transgressi sunt,) Christum. Et inclinauerunt pauperes a uia iusta,) vt uel imitarẽtur eos, vel inde arbitrarentur non esse diui nũ iudiciũ quia impunitam videbant malitiã, quia eis nocebant relinquentes iustitiã.

Simul absconditi sunt mites terre? Cum
C his qui declinauerunt a uia iusta absconditi sunt mites, ne mihi ferrent auxilium. Nam tria sunt genera hominum in Ecclesia cum fit persecutio: alij enim consentiunt, alij fugiunt, alij patiuntur, quorum personam sustinet Iob Et irruerunt asini ferî in agro super me,) stulti & indomiti, & ob hoc superbi irruerunt super me confitentem, scilicet Ecclesiam. Et exeuntes ad opus suũ.) Hoc enim opus est eorũ vt in me irruant: id est, ad hoc deputati sunt a deo. Suauis factus est ei panis in adolescentes.) Impio & persecutori suauem panem dicit, id est, persecutionem, qua libenter fruebatur, cum eam faceret adolescentibus: ut adolescentes, aut pro amatoribus voluptatũ accipiamus, quia ipsi facile talibus consentiunt: aut pro eis qui tantum in Ecclesia profecerunt, vt pueritiæ quidem simplicitatem transierint, sed nondum peruenerunt ad robur illud virile, quo etiam persecutor contemnitur.

Agrum ante tempus non suum demessuerunt.) Aut genera dicit persecutionum vt aliquem agri damno terrerent, aut
D agro Ecclesia intelligenda, quam ante maturitatem persecutionibus metere uoluerũt, Mat. 13.
id est, antequam simul zizania crescerent, vt tempore messis separentur. De stillicidijs montium madescent:) Confugientes nudi ad speluncas, vbi saxa distillant.

Rapuerunt ab ubere pupillum.) Pupilli & viduæ plerunq; ex persona Ecclesiæ accipiendi. Est populus sub tormento, & eũ qui ceciderat, humiliauerunt.) Desertũ vel auxilio dei, vel alicuius, quod est magnæ fæuitiæ non talibus parcere, In angustijs in fidiati sunt iniq;,) in necessitatibus. De ciuitatibus & de domibus eijciebantur,) ab eis eijciebantur alij. Anima uero paruulorum in gemitu,) valde fuit. Ipse autem deus eorum curam non habendo fecit eos desperare de iudicio dei. Quia impune mala faciebant: Et ideo in tenebris traditi sunt) ignorantiæ iudicij dei: Et repente eos vt fur occupabit dies ille. Oculus adulteri obseruat tenebras.) Ostendere vult in quas tenebras tradantur impij per impunitatem. Non enim eas quas captant adulteri & cæteri qui male faciũt per noctẽ, ne agnoscantur per diem, sed illas quæ etiam male sup eos sunt. Suffodit in tenebris domos) E
Alia mala facta commemorat: Per diem obsignauerunt semetipsos,) occultauerunt.

Non cognouerunt lucem, quia simul eis manet vmbra mortis.) Non quia nox recessit propterea eos deseruit vmbra mortis. Leuis est super faciem aquæ:) Ad comparationem terræ spl ẽdidiores accipiendi sunt quos lux penetrat & imago leuitatis, & ideo leuis est super eos vmbra mortis. Nam & ipsi portant eam per conditionem carnis. Vel leuis est super faciem aquæ, dixit super eos qui in baptismo confitentur. Maledicatur pars eorum super terrã: sterile sit quod delegerunt,) de sinu enim pupillorum rapuerunt. De ore infirmorum verbum,) per malam suasionem. Deinde rememoratum est peccatum eius, quod putabat in obliuionem venire. Conteratur sicut lignum insanabile omnis iniquus-,) quod non sinat. Sterilit enim non fecit bene,) quæ sine consolatione filiorum est. Consurgẽs ergo non credit contra vitam suam,) Non credit aduersus vitam suam, debuit enim credere malam se habere vitam, & eoipso consurgere. Cum infirmari cœperit, non sperat sanitatem) tribulari, sed cadit in lan F
guorem. Tales enim impius consolationes quærit in rebus aduersis, quibus infirmior fiat. Emarcuit sicut malua in æstu altitudo eius,) quia non tulit æstum tribulationis, Maluam autem propter infirmitatem: Aut sicut de stipula spica decidens,)

sponte eius quia mane erat in culmine ipsius,) Ipse enim sibi elegit tales consolationes quibus peius infirmetur. Alioquin quis est qui loquatur mendacium me dice-
De.c.25 re?) si & aliter sunt. Quid enim exordiū quam timor ab eo?) Ista subiunctio uidet illis verbis consentire, quibus dicit Iob, Idcirco à facie eius turbabor, considerabo & timebo ab eo. Nemo putet esse moram piratis) sine mora secundum permissum eius tentant. In quem enim non venient insidiæ ab eo?) Hoc est, cum ipse permittit. Insidias autē dicit tentationes. Aut quomodo erit hō iustus corā dño?) ergo iuste eum tentari permittit. Vel quō se mundauit natus ex muliere?) Nisi enim a deo mundatus fuerit, immundus est. Si lunæ præcipit, & non lucet.) Quin si exigant rationes, & ordo prouidentiæ ipsius vel luna non lucere præcipiat ut non luceat, & nō lucebit. Sed quare? Vtrū inde velit videri non mundā lu-
G nam corā eo, quia præcipit ei & nō lucet: Aut
Ioan. 1. forte rationalis animæ natura figurate hic insinuatur, cui sol intelligibilis est, lumē illud verū quod illuminat oēm hominē. Et quin tanto magis luna lucet terrenis aspectibus, quanto magis recedit a sole, cū aūt propinquat soli, interimitur terris: intelligamus animæ diuinitus præcipi, vt superata natiuitate terrena atq; mortali, qua splendor eius apparet, terreno sensu uidentibus appareat & propinquet, subiugeturq; sapiētiæ, quo eius luce secretissima exultans, caueat facere iustitiam suam coram hominibus, vt videatur ab eis, sed cū gloriatur, in dño glorietur. Quia & cū apparet hominibus, dono creatoris apparet. Nec stellæ sunt mundæ apud eū,)
Mat. 6. in comparatione eius. Cui audes? vel quem
Hier. 9. adiuturus es) Cum indignans tanquā iniustitiæ eorum putaret eos a deo puniendos. Verū sibi ipsi loquens seipsum reuocat, vt deo potius dimittat iudicium eorum, ne aut adesse deo videatur aut adiuuare eū uelle.
De.c.26 Quasi inualidum ad coercendos vel corrigendos homines:) Aut cōsiliū dare quid cum illis agat, aut sequi eum tanquam assecuturus causam, quare dolosos homines esse & viuere patiatur, Cum superet omnē animam quærentem,) virtute incomprehē-
H sibili: Aut quasi annūciarem illi aliquid de illis: Cum ab ipso habeat homo & spiramen,) cum aliquid enunciat. Nunquid gigantes redigentur in nihilum? Non ergo mirandum si istis deus parcit, quādo gigantem nō redegit in nihilum. Et ne diceretur,

Sed ad inferos detrusi sunt, subiecit, quia infernum vides deus,) & tamen eos ibi ordinauit vbi esse meruerunt, sicut iustos siue nunc sicut sunt, siue postea sicut erunt, quantuis eos nunquam remoueat a facie sua, quia omnia nuda sunt corā eo:) Ita de proximo gigantes & istos consolatores superbos accipias. Subter aquam & proximi eorum.) I
An subter aquam, subaudiendum, tenentur, vel aliquid tale. Et non est velamen perditionis:) Etiam perditio eū nō latet. Extendens Aquilonē super nihilum,) Potest Aquilo diabolum significare, & terra peccatorem, quoniā & illi & illis inanis est spes.

Suspendens terram super nihilum,) in aerem: Ligans aquam in nubibus suis,) propter obscuritatem prophetiæ: Et non est scissa nubes sub eo,) veritate quam habuit nubes, quæ non scinditur, scripturas intelligentibus, non enim aduersa dicuntur sicuti putant nō intelligentes, Qui tenet faciem solis,) ne agnosceretur ab impijs sol iustitiæ: Et extēdit super eum nubē suā) earnem quam dominus suscepit. Præceptum circundedit super faciem aquæ,) populos, vsque ad consummationem lucis,) huius vitæ fidem, hoc est finē secuti. Aut quousque consummentur,) id est, perficiantur homines, quibus dictū est, Fuisti enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Columnæ cœli contremuerunt & Ephe. 5.
obstupuerunt ab increpatione eius,) quod contigit Petro per Paulum. Virtute sua Gala. 2.
sedauit mare,) placauit seculum, à quo persecutionem patiebatur Ecclesia. Vt etiam columnas cœli contremuisse ab increpatione eius, potest hoc modo intelligi, ut robustissimi Ecclesiæ contremuerint pro infirmis, ab increpatione domini permittentis tētationes persecutionis. Columna enim claudicat, Quis infirmatur, & ego non infirmor? 2. Co. 11.
quis scandalizatur, & non vror? Prudentia eius vulneratus est cetus,) Vulneratum dicit diabolum dolore, quo ei iusti non cedebant. Et clausura cœli metuūt eum,) vel K
angeli vel qui acceperunt claues regni cœlorum. Præcepto autem peremit draconē
tortorem.) Eūdem dixit & cetū: Sed nūc ostendit quomodo sit vulneratus, cum acceperunt præceptū qui renunciauerunt. Ecce hæ partes viæ huius,) qua ad dominum venitur. Virtutum aūt tonitrus eius quis sciet?) quando facies. Tonitruū dicit euidē-

tissimam vocem manifestationis eius: Aut
Ioan. 1. illa forte vocem, quā dedit per filium tonitrus, In principio erat verbū, & verbū erat apud deum, & deus erat verbum: vt sit ordo, Qū faciet, quis sciet virtutē tonitrus eius?
De.c.27 Et spiritus diuinus in naribus meis.] Hic ostenditur prophetice eum dicere, quæ dicit, & prophetice cognoscere, quia illi consolatores eius dolo pleni sunt. Absit à me iustos vos dicere donec moriar,) etiam si vsque ad mortem persequamini me, quis vos libere reprehendo. Nec enim separabo innocentem,] nec vos autem. Nec enim cōscius sum mihi iniquum quid commisisse.] Illi enim solent plerunque alijs parcere, qui metuunt sibi aliquid veri obijci. Quæ enim spes est impio?] Quia expectat ne quis putaret, male eum optasse inimicis suis, hic
3 L aperuit quo animo dixerit. Impietatē quippe illorum vult euerti, & perire superbiam, quod fit cum soluitur ab impietate anima q̄ tenebatur rea: soluitur autem per confessionem pœnitentis hominis, & gratiam ignoscentis dei. Ergo quæ enim spes est impio: Interrogatio & respōsio. Quia expectat & confidit in dño si forte saluatur, aut preces eius exaudiat dñs.] Potest quidem & alius sensus occurrere in his verbis, sed non ita contexitur & libro & fidei, vt quasi totum ex desperatione sit, quòd spem prorsus
Rom. 4. non habeat impius: Cum aduersus scriptum sit. Credenti autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam: Et ideo quod sequitur, gratia dñi dicere intelligit. Aut si euenerit ei necessitas:) Ideo debemus expectare gratiam soluentis. Nunquid enim in necessitate,] id est, in tentatione, habuit fiduciam?) meritorum in conspectu dei. Aut si inuocauerit exaudiet eum?] si tanquam fiducia operum suorū inuocat, quæ nulla sunt: Quapropter annunciabo vobis quid sit in manu dñi,] quid disponat deus. Ecce oēs nostis, quia vane
M vana loquimini,) ob hoc gratia iam expectāda est. Quō enim allegauit merita operū suorum vane vana loquens? Possessio vero potentium veniet ab omnipotente super eos vt possideant eos potentes: id est, diabolus & angeli eius. Potentes autem ideo dicta
4 a isti infirmabuntur sequentes vanitatem, vt in eos illi præualeant duces & principes vanitatis, quomodo & dominus fortem eum appellat, non ob aliud nisi quia tenet inualidos. Quòd si multi fuerint filij eius, in occisionē erunt.) Filios eius dicit qui eū ad seducendum imitantur, falsorum dogmatū persuasorem in damnationē. Si aūt iuuenes facti fuerint, indigebunt.] id est, si cōfirmati fuerint in errore, indigebunt: Nō enim eos satiauit vanitas. Et qui circa eum sunt morte morientur,] qui similimi ei sūt ad seducendum. Et uiduis eorum non miserebitur,) plebibus quas seduxit cum eis, viri morte desertis, quasi fidem illis coniugalem in erroris promissione seruauerit. Quod & si collegerit vt terrā argētū:) id est, si prudentes & sapientes: Cum adhuc terra & lutum sunt,) id est, cum adhuc stulta & carnalia sentiunt, eis consenserint postea correcti & cognoscentes ad iustos conuertentur.

Erūt. n. eorū domus sicut tinea & araneę, quæ seruabat:) Cor vel conscientia. Aut do-
mus dixit munimenta quibus se protegunt, A
verū astuta & latebrosa, sed inualidissima, sicut tineæ folliculus quo se abscondit, & araneę cauerna, in quam se recipiendo cooperit, & claudit eā. Quā seruauit aūt, intelligitur seipsam in illa cauerna: Qui non oēs araneæ hoc faciunt, propter spontaneā & interiorem corruptionē iniquę cogitationis, & propter inutilia opera, quæ quasi diligenter i domo seruauit sibi impius. Dies dormiet & non adijciet, quia post mortē non adijciet ad ipsas impietates diuitias. Oculos suos aperuit, & non est.) In resurrectione. n. non inueniet seipsum diuitem quod putauerat. Tollet eū æstus & abibit:] Aut æstus maris tribulatio seculi: Aut æstus, quo arescunt herbæ quæ radicem non habent. Et ventilabit eum de loco suo,) aut de spe sua, aut deus eum ventilabit de loco suo, vt non sit in loco dei: hoc est, in populo quem inhabitabit deus: Et proijciet sup eum & non parcet, tanquā aggerē pœnarū plaudet super manibus suis,) sicut dictum est, Et ego perditioni superridebo: non enim superlugebit perditionem impiorum. Est enim argen- B
ti locus vnde fit,] prudentes qui magis in Prou. 1.
actione sunt: Locus aūt auro vbi purga- De c.28
tur,] sapientes qui in contemplatione sunt,

Ferrum de terra fit,) Hæc metalla indifferenter in bono accipienda sunt: Nam ideo ferrum dixit, quasi superius de ferro diceret, quanuis per ferrum possint fortes intelligi, Reuera. n. nulla distinctio est in sapientia hominum q̄ in ea sunt. Aes aūt similiter vt lapides excuditur:] quia totum de terra separatur: Vt ostendat propterea esse bonos

malis mixtos ad tempus, quia de ipsis malis seducuntur boni, & per illos purgantur tanquam metalla operi vel ædificio necessaria, cum ipsa terra opus habeant eliquari ac formari, vnde & separandi sunt, vt post hāc separationē habeat terra locum atq; ordinem suum, sicut impij per damnationem pro meritis suis. Et omnem finem ipse inuenit.) Quid quò perduceret. Inuenit āt dixit, instituit. Lapis tenebræ & vmbra mortis.) Lapis, id est, vetus testamētum, tenebris & vmbræ mortis datum est: id est, carnalia sectantibus, quanuis ab vno deo hoc expectarent.

Vbi superbientes non descendebant torC rentem,) id est, non transibant per lapsum temporalium ad aliquam soliditatem, sed ipso lapso ferebantur. Et facta est discisio torrentis à cinere,) hoc est à confitente peccata sua, & non superbiente de meritis operum, quod factum est per gratiam noui testamenti: discisio torrentis à cinere ab hominibus: Et commoti sunt ab hominibus adulantibus non increpante deo, ab ipsa quæ eis promissa erant perdendo primatum suū:

Terra de qua egressus est panis,) subaudiendum, ipsos dico commotos, de quibus tanquam de terra panis domini exijt, Et eam incensurus est,) infidelem cœlesti iudicio dominus. Locus saphyri lapides eius.] Ordo, locus saphyri, id est, preciosi & necessario ædificio ciuitatis cœlestis: Et aggeres aurum ei.) Aurum ei non modicum est, sed aggeres. Semitam quam non cognouit auis,) humilitatem domini.

Nec vidit eam oculus vulturis,) diaboli. Non transijt super eam leo,) per fortitudinem superbiens. In durissimo lapide ex-
Matt.3. tendit manum suam.) Potens est enim deus de lapidibus excitare filios Abrahæ: Et ripas fluminum dirupit,) vt totum irrigaret. Flumina enim dixit prædicatores verbi, voluerunt quippe ripis suis contineri, vt
D tantum circumcisioni prædicarent. Om-
Ioan. 1. ne vero preciosum vidit oculus meus.) Humanus, per verbum carnem factum. Altitudinem fluminum reuelauit.) Virtutes tolerandi persecutiones in martyrio. Occultæ & altæ sunt in homine,) donec tentatione persecutionis reuelentur: Ostendit virtutem suam in lumine:) In eis quibus
Matt. 5. dixit, Vos estis lux mundi: Per quos etiam pars Iudęorum non parua conuersa est.

Abyssus dixit, non est in me.) Ideo in abysso constituti homines eam inuenire nō potuerunt, quia in ea non est. Non dabitur aurum pro ea inclusum.) id est thesaurus. Non erit deterior auro Ophir) Tanquam si diceret, vel sic eam quærite, siquidem deterior non sit auro Ophir.

Non æquabitur ei aurum & vitrum. Aut intelligendum aliquod vitrum speciosum, aut quia sunt homines, qui vitrum plus diligant quàm sapientiam. Et commutatio eius vasa aurea,] non sunt subaudis. Et excelsa & grauis non erunt in memoria,) obliuione erunt in comparatione eius. Aut excelsa & grauis tanquam superba quæque nō sint in memoria, vt per humilitatem trahas de absconditis sapientiam. Sapientia E
vnde inuēta est?) Dicit, quia non potuit eam inuenire homo nisi per gratiam, ideo ad deū conuertendum esse cor. Latet ab oculis omnis hominis:] Quia non est in sensibilibus. Perditio & mors dixerunt.] Perditi & mortui, cum in delitijs viuunt. Dominus commendauit viam eius,) humilitatem, quę abscondita est volucribus cœli. Et ipse nouit locum eius.) Locus sapientiæ quis nisi pater est? Cum enim dicitur, Ego in illo, & ille in me, inuicem sibi quasi loca Ioan. 4.
sunt. Ipse enim omne quod est sub cœlo perspicit, hoc modo ea nouit quo fecit, & non sensibiliter. Ventorum libramenta atque mensuras,) tota creatura per partē
significatur. Et bene pondere, mensura & Sap. 11.
numero, omnia dixit facta, in quibus intelligitur creator. Quando fecit, sicut vidit numerauit.] Non extra vidit vt faceret, sed in semetipso sicut artifex: Et vim tempestatum vocibus: Tempestatum pro tentatione positum est. Tentationem autem pro his qui tentantur, quomodo dicerentur voces naufragij pro vocibus naufragorum.

Tunc vidit eam & exposuit eam.) In prdestinatione dominus vidit viam qua se conuertent tentati. Parauit & inuestigauit,) F
in prædestinatione, non in actione.

Quisnam me restituet in menses prio- Dec.29
rum dierum?] Hæc ex persona dici videntur Ecclesiæ simul cum capite Christo, tanquam totus ipse homo loquatur tempore abundantię, tribulationum, & tentationum, quam his diebus, de quibus dominus dicit, Venient dies quando optabitis videre vnum de diebus illis & non videbitis. Eo enim tempore quo dominus erat in terra nulla erat solicitudo, quanuis adhuc populo paruo Christiano, cui constabat

stabat ex his qui in eum crediderāt, ex quibus erant plusquam quingenti fratres, quibus etiā post resurrectionē apparere dignatus est, sicut Apostolus dicit, Nulla er-
2.Co.15 go tunc erat solicitudo, ne aut a malis male gubernaret Ecclesia, aut hæresum vel schismatum laniaretur insidijs: Nā nec ipsas corporales persecutiones passa est, & aliquas ptulit vel intrinsecus, vel extrinsecus aduersitates. Loquitur itaq; Iob ex persona hominis: hoc est, populi ad nouum testamentum pertinentis, desiderantis illos dies, sicut pdixerat dominus: Et fortasse ideo menses appellat, non annos, quia ex quo elegit domi-
G nus discipulos, vsq; ad passionē, nō anni, sed menses fuerunt. Cum lucebat lucerna eius super caput meum. Vel carnem domini visibiliter præsentem, vel verbum ex ore psentis corporaliter. Cum verbum dñi inspiceret domū meā,) ad diligentiam custodiendi conuersationem. Et circum me pueri mei,) qui obsequebantur humiliter necessaria ministrātes. Cū flueret per vias meas butyrū,) per mores meos exultationē fidei & bonorum operū. Cū montes mei abundarent lacte.) Prophetę bene paruulis exponerentur. Cum exirem matutinis in ciuitate,) aut cum iam claritas lucesceret, transactis tenebris timoris, aut in exordio Ecclesiæ, vt non satis occultus, non satis manifestus. Et in plateis ponebatur mihi sella,) a turbis deferebatur mihi docendi authoritas. Videntes me adolescentes abscondebantur,) dediti concupiscentijs. Senes aūt assurgebāt,) prudentes. Et potentes cessauerunt loqui,) superbientes de do-
Psa. 17. ctrinis suis, quia auris audiuit, & beatificauit me:) Populus quē non cognoui seruit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Et oculus videns me, declinauit,) Iudæorum nō
H credentium, & os viduæ bñdixit me:) eius
Lucæ.7. animæ, q̄ diaboli coniugio renunciauit, Ecce
Matt. 6. ferebat mortuus filius vnicus matris suę q̄ erat vidua. Et vestiebar iudicio sicut chlamyde.) In præferendis spiritalibus, carnalibus nesciat sinistra quid faciat dextera tua: id est qua in tentatione operetur: operta. n. sinistra dextra exerta est in vestitu chlamydis, quod facit qui recte iudicat, quo deferendum quod operatur. Iudicium quod non noueram exquisiui:) Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te, quid nobis e-
Mat. 19 rit? Dicit fœlicitatis suæ fuisse q̄ habuerit à quo q̄reret de futuro iudicio. Cōfregit molas iniquorū,) vt iam non deuorarent plebē de cibo panis. Aetas mea senescit sicut arbor palmæ) Multo viuam tempore: Prolongabitur. n. & ero sicut arbor palmæ in honore sempiterno, & cessitudine & rectitudine:

Et ros morabitur in messe mea,) ex quo seminatur & germinat ager, messis dicitur.

Gloria mea noua mecum,) id est, noui testamenti, & arcus meus in manu mea gradietur,) faciam quod præcipio. Et in sermone meo nō adiecerūt,) perfectionem Euangelij significat: Nā sermo synagogæ datus indiguit adiectione, Sed quasi sunt cū lo I
querer eis,) quia prior locutio timorē habebat, sequens charitatem. Quod & si riderē ad eos, nō credebant,) de his quæ in parabolis ita loquebatur vt non intelligeretur: Nam non sicut verba sonare videbantur, vana dicere putaretur. Hic est risus Sarę, qui Ge. 18.
significabat omnia eos in prophetia fecisse vnde figurare aliquid dr. Elegi eorū viā & sedi princeps, aut suscipiēdo mortalitatē, aut cū publicanis & peccatoribus conuiuando, sed ita vt princeps eis essem ad salutē. Et Lucæ.5.
habitabā sicut rex cinctus fortibus,) q̄ suis dimissis eū secuti sunt. Quasi consolans tristes.) Eos dicit qui spe gaudebāt, cum de
præsenti vita erāt tristes: Beati lugentes, vt Matt.5.
dictū est, Et quasi tristes, semper āt gaudentes, qui non possunt tenere illam magnitudinem, de qua dictū est, Qui āt fecerit & sic docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Nunc āt deridentme infimi, nunc Matt. 5.
monēt me minores tēpore.) Quia & postea De c.30
nati sunt in Ecclesia tales, & non proficiunt plurimū. Monet me, āt dixit, quia honores ecclesiasticos accipiunt, potestatem prædicandi populo quæ ipsi nō faciunt. Quorum spernebam parentes.) Parentes eorum dixit, quorum imitatione filij sunt, quibus tunc dicebatur, Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ. Et virtus manuum eorum K
quasi nihilum mihi erat.) Parentum pote- Mat. 23
states qui tunc vsqueadeo plurimum poterant vt crucifigerent dominum. In eis peribat omnis vita:) Quia non se vel in fine correxerūt. Egestate & fame instabiles,) à varijs desiderijs insatiabiles: Qui fugiebant in desertum heri,) conferendo se ad excusationem legis, quā non simpliciter intelligebant. Et quia in deserto acceperant, fugientes in deserto heri: sicut enim hodie, pertinet ad nouū testamentum: sic ad vetus, heri. De nouo enim dictum est, Hodie si vo- Psa. 94.

tem eius audieritis. nolite obdurare corda vestra. Et Filius meus es tu, ego hodie genui te. Qui radebant cortices arborum,) qa figuras legis quibus vtilia tegebantur, pro cibo habebant, Quorum erat ciuibus radix hrrbarum,) sacramenta quæ corporaliter iussi erant celebrare, tanquã terræ inhærentia, ex quibus tñ simplicis intelligentiæ fructus surgeret, & supra terram in libertãtem terretur, quò illi peruenire nõ poterãt. Inhonorati & abiecti, & egentes omni bono,) amissã primatus honore ab spe promissionis, quia & ipsum terrenum donum pro meritis suis amiserant, & regnum cœlorum non tenent. Qui radices lignorum manducabant,) propter magnã famẽ, quod de radicibus herbarũ dictum pp fructũ frumenti, hoc de radicibus lignorũ intelligendum est, & pp fructum vini & olei: Nam omnes istos spiritales fructus accepit Ecclesia, quorum radices terræ implicatæ & sacramenta erãt quæ corporaliter Iudæi obseruare cogebantur: Sabbatum circuncisionem & victimas, & cætera huiusmodi spiritalium ciborum. Insurrexerunt super me fures,) qui ad honores indebitos, qui iustorum sunt proprij, p tenebrosas fallacias peruenerunt. Quorum domus erant cauernæ petrarum,) qui concupiscentias suas defendebant, & tagebãt quibusdã obscuritatib. diuinorũ librorum. Et inter arbores clamabant.) Manifesta erant pctã eorum, quãuis ea scripturarũ obscuritate quasi umbris arborum tegere conarentur. Hinc est, Clamor Sodomorum ascendit ad me. Et plerisque locis pro manifestis peccatis clamorem ponit scriptura, vt verbũ sit quicquid corde concipitur, clamor cũ procedit in factum.

Qui sub stirpibus terræ manebant,) nõ saltem in stirpib. sed ẽt inferius in stirpibus manere possunt intelligi, qui vel carnaliter præcepta custodiunt. Stirpes. n. sunt non iã ipsi fructus, sed vnde surgunt partes fructiferæ, vel arborum, vel herbarũ, si tñ fructiferum genus est, quia & non fructiferi generis stirpes dicuntur filij stultorum & ignobilium Iudæorum: Nam hos dixit superius parentes eorum propter imitationem, quia & isti sub dei nomine ambulant quẽ nõ colunt. Stultos ãt & ignobiles dicit Iudæos, qui è contrario nõ solum se confidebant esse duces cæcorum, sed etiam filios esse Abrahæ, quo patre se esse iactabant nobiles: Sed cum audiunt, Cæci sunt & duces cæcorum: stulti demonstrantur. Et cũ audiunt, Si filij Abrahæ estis, facta Abrahæ facite: degenerando demonstrantur ignorabiles. Nomen & honor extinctus à terra,) erat enim, sed extinctum est. Nunc ãt cithara eorũ ego sum,) horũ quorũ illi partes sunt, qui me ad aurẽ habebant, non ad cor. Et me habent ad fabulã,) inanem & inutilẽ narrationẽ & auditionem, quãuis me & narrẽt & audiãt.

Abominati sunt. n. me discedẽtes (peul:) Longè facti sunt à iustitijs peccando, & pcepta iustitiæ malis moribus execrando.

Nec enim in faciem meam pepercerunt spuere.] Execranda nanque facies Christi est, his qui præcepta eius cũ contemptu exhorrent: vel, male me innotescere fecerunt morũ suorũ prauitate. Aperiens. n. pharetram suam afflixit me,] secreta rerum, vn de tentationes existunt, Et frenũ in faciẽ meam miserunt, vt eis inuitus consentirem, portans eos ducentes quo vellẽt ad ima sua,

Et à dextris germinantes consurrexerunt,] & fauẽdo bene monendo exorti sunt quidem vt suas cupiditates explerent nõ p sequendo. Pedes meos vinxerunt compedibus,] officiorum ecclesiasticorum, vt non eos possent fugere, Cõtritæ sunt semitæ meæ,] vt non apparerent per quas solẽt bono ambulare, non quærẽtes sua, sed Christi.

Exuit. n. me stola,] authoritate pristina, cui credi solet, quod contingit multitudine & consuetudine peccatorum prævalente.

Et iaculis suis vulnerauit me,] præceptis qbus video mala, & quia coercere non possum crucior. Abusus ẽ me sicut voluit,] ẽt calamitate & miseria, mea vsus est ad iustitiã suã deus sicut voluit. Doloribꝫ inuolutus sum,] & in me & in alijs patior. Foris pugnæ, intus timores. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Et iterantur dolores mei, discedit sicut spiritus spes mea Quasi inane aliquid conuersi ad spẽ temporaliũ habẽtes quod ꝓmitto. Et sicut nubes transijt salus mea,) non sperãtes salutẽ promissam amore ꝓsentis salutis. Et nũc sup me effundetur anima mea, peccando. Nocte vero ossa mea cõfracta sunt,] firmitatẽ quã habuit, dixit sibi ereptã? Et nerui mei dissoluũtur,] actiones præteritæ. In multa virtute apprehendit stolã meam.] ad demonstrãdã virtutem suã mõ affligendo, & postea reparando. Et quasi ora vestimenti mei circundedit me.] Modicum mihi reliquit authoritatis. In terra & in cinere pars

Mat. 15. Ioan. 8.

Psal. 2.

L

A

Philip. 2

Ge. 18.

M

B

2. Co. 7.
2. Cor. 11

re pars mea, in pœnitentia, quia extremum.

Steterunt & considerauerunt me,) Et me iacente superbe steterunt, q̃rẽtes quid in me reprehenderent. Et proiecisti me à salute.) Illos dolet q̃ spẽ reparationis amiserũt.

Domus. n. est omni mortali terra.) Ideo se dicit mortẽ meruere quia conuersatio eius nõ sit in cœlo secundũ plures qui male sunt in Ecclesia, & terrenè viuunt. Atq; vtinã possem meipsum interficere,) vt morerer seculo, aut, rogarẽ aliũ & faceret mihi, hoc,) vel angelum meliorem, vel deũ per quẽ cor rigerer. Ego bono ꝓstolabar.) Dolet qa repente sibi ista euenerunt. Venter meus efferbuit & nõ tacebit.) Interiora, vel memoria qua recordatur quid fuerit primo, & qũo afflicta est in gemitibus. Et steti in cœtu clamans:) Quia nõ in frequentia audita est eorum qui se nolebant corrigere. Cutis mea innigrata est valde,) ex his quę forinse cus patiebatur. Versa est in luctũ cithara mea,) opera bona quibus laudabat deũ gaudens. Testũ feci oculis meis:) Nunquid cœpi sperare visibilia? Vt non congitẽ de virgine, vt subaudiatur absit. Hinc iam incipit merita Ecclesiæ commemorare, in his q perseuerant in fine in tentationibus magnis abundante iniquitate, & refrigescente charitate multorum. Et non cogitabo de virgine, incorruptione sapiẽtiæ vel iustitiæ.

Et quæ est alia pars dei super?) subaudiẽ, non cogitabo, aut ita, & quæ est: nisi illa?

Si incessi cũ irrisoribus:) Iã bonis qui sunt in ecclesia difficile est non talibus sociari.

Vel si festinauit ad dolũ pes meus,) hypocrisis. Seram, & alij fructus meos edant.)

Qũo Iudæis contingit, id est, ea dicere quæ alij faciant magis q̃ ipsi. Sine stirpe sim super terrã,) vt facile arescã: Ille. n. in terra quantũ in petra firmus est, qui facit quod dicit. Si secutũ est cor meũ mulierẽ,) vt suã quæreret gloriã in populo dei potius q̃ dei, cui vni iure debetur. Aut si obsedi ianuas eius.) Inbdioſe captani desideria plebis eius, vel timorem, quibus ageret, vt mihi potius seruiret q̃ deo. Placet quoq; vxor mea alteri,) fama mea diabolo, cui qũ placemus, displicemus deo: Ille enim malis nostris gaudet. Et filij mei humilientur,) fa , vel imitatores mei. Furor enim animæ meæ est indomitus, commaculare viri vxorem,) mihi eam vendicando. Quod si & desperat iudicium famuli mei aut ancillæ cum iudicaretur apud me, secũm q̃ dictum est, Secularia igitur iudicia si habueritis. Famulos aũt dixit laicos adhuc seculo ribus deditos. Quòd si & uisitationẽ, quod respondabo?) In tribulatione quã cõscientiam habeo, quia ista despexi? Nonne sicut ego conceptus sum in vtero, & illi?) Eadem. n. in sacramentis omnibus prædicantur eadẽ credunt. Et fuimus similiter in ventre.) Nõ enim ille aliter renunciat, q̃ ille qui plene seruiturus est deo. Et de uentre matris meæ dux eis fui.) Ab initio. n. fui: Hæc operatur Ecclesia. Aut si despexi nudũ pereũtem & non operui.) Si non de fide remissionis peccatorum tanquam tunicam non habentem, velaui à nuditate fœditatis. id est, peccati pereuntem. Iam enim desperat multitudine peccatorum. Et hinc est, Et quorum tecta sunt peccata infirmorum.) Si non bene dixerunt mihi humeri,) spe immortalitatis tanquam pallio desuper cooperti. Ne autem post fidem remissionis peccatorum sufficere putarent præteritarum pœnarum metu carere, & inciperent sperare temporalia, bene adiecit. De tonsura ouiũ mearũ calefacti sunt.) Quòd a frigore spei terrenæ illorum vindicati sunt cõsideratione, si carnalia per renũciationem posuerunt, exẽplo gregis detõsarum. Si leuaui super pupilium manum meam,) qui non inueniẽdo patrem poterat creaturam vel hoiem sequi.

Fidens quia mihi est adiutoriũ multũ,) volens eis dominari. Discedat humerus meus a iugulo meo) Quod his cõtingit qui se ab ecclesia separant, dum volunt populis dominari, vt præcisionem præcisionis patiantur. Per humerum autem, aut brachium significantur actiones. Timor enim continuit me,) ne leuaret manum super pupillũ, & ꝓpõdere eius nõ sustinebo.) In hoc velim vt pupillũ opprimã. Posui aurũ robur meũ, nũquid pręsumpsi?) De doctrina, aut sapientia Dei. Quod si & in lapide precioso fidebam) quasi de operibus meis. Si & lætatus sum cũ esset mihi census multus,) quasi de meo, vt qui gloriatur, in dño glorietur. Si & innumerabilibus posui animã meam,) subaudiedũ ad omnia,

Discedat ab humero meo brachiũ meum, quod amaretur multis. Et deceptum est clam cor meum.) Ordo, Si & in innumerabilibus posui animam meam, & deceptum est clam cor meum, si consensi tali cogitationi, vt in me præsumerem. Quòd si & osculatus sum manum meam,) ponens

Philip. 3

C

De ca. 31

Mat. 24.

Mat. 23.

D

E

Psal. 31.

Hie. 9. & 2. Co. 10.

F

ad os meum, gauisus sum tanquam de operi
bus meis. Quòd si & gauisus sum super
ruina inimici mei) Ecclesiæ, vt sunt persecu
tores Ecclesiæ, audiat auris mea maledictio
nem meam,) perducatur ad sensum meum.
Opproprio sim in populo meo) diffama-
tus plebi sanctorum, vt separetur tanquam
illusus. Quòd si sæpe dixerunt ancillæ
meæ,) adulatores, Quid det nobis ut carni-
bus eius satiemur,) cũ satis bonus essem vt
imitaretur felicitatẽ carnalẽ in me: Non
tamen hæc gessi,) ne dicerent. n. hæc, nõ me
præbebam in talibus bonũ. Foris non ma
nebat hospes.) recipiebam peregrinum in se-
culo. Quòd si & sponte peccaui, abscondi
pctm meum.) Voluntarie. n. peccãtibus no-
bis, postquam accepimus sciam veritatis.
Aut si diuisi infirmum sine vacuo exire ia-
nuam meam,) vt ideo exierit ianuam, quia
sinu vacuo fuit, Quis mihi tribuat audi-
torem?) quis mihi præstat vt audiar? Ma-
num dñi si non timui,) qua scripsit? Si nõ di
miseritis, nec pater vester dimittet vobis.
Matt.6. Conscriptionẽ si quã habeo.) Ordo, Cõscri
ptionẽ si quã habeo: Et si nõ dirupi eam
super humeros meos, & coronatus publice
legã:) id est aduersus faciẽ meã statuam te
ante faciem tuam? Quia populi corona
confundar,) quia non feci mandatum dñi
quod me fecisse iam dixeram negãdo primo
me habere conscriptionem quæ mihi postea
obijcitur. Si super me vnquam terra ge-
muit, stipendiarij Ecclesiæ ꝙ malus sum:
H Aut sulci eius plorauerunt simul,) quo semi
na recipiuntur, & vnde fructus dantur, quia
malus sum, & mala semina seminabã: Ideo
simul: Aut si & virtutem eius comedi so-
lus sine precio:) Ipsa misericordia qua par-
ticipat cathechizanti qui cathechizatur, hoc
est, solus non retribuens ei qui daret: Aut
si aiam dñi terræ decipiens cõtristaui,) non
me dignũ exhibens passioni eius qui me ani
mam fudit: Nolite contristari spiritum san-
Ephe.4. ctum in vos: Pro tritico germinet mihi
vrtica,) pro spiritalibus doctoribus magi-
stri prurientium auditu per confricationes
horum mente corruptorum & à veritate de
1.Tim.4 stitutorum: Et pro hordeo spina, pro carna
libus obedientibus peccatores & resistentes.
Erat. n. Iob in conspectu suo iustus in con-
scientia sua. Deus abiecit eum, & nõ vir,)
Verba Heliu Buzitis. vt hanc dicam causam cur tacuerint: Et
sermonibus vestris non respondebo ei.)
Dec. 32 Ego. n. talia dicam, vt mihi quemadmodum
vobis respondere non possit. Quia ergo
expectaui, & non sunt locuti,) quasi ad Iob
conuersus, dixit, Venter meus sicut vter
musto plenus.) Commendat hunc scriptu-
ra, quia in prophetia locuturus sit. Et ve- I
luti follis ærarij diruptus,) ad duritiam sol-
uendam. De vi loquor,) inde & iratus di
citur, Non. n. opus esset vt ego loquerer, si
vos ei respondere tis, alioquin & me tine
ederet, aut sicut vos, aut sicut omnes qui mi-
rantur personas. Mundum est cor meum Dec.33
in verbis,) non duplex: Spiritus diuinus
qui me fecit,) subaudis, est, Spiritus diuinus
est qui me fecit. Quomodo ergo dicis, Iu
stus sum, & non exaudiuit me?) quasi aduer
sario dixerit Iob. Semel. n loquitur domi
nus,) Quasi vocationem omnium iustorum
semel fecit dominus, & tẽporaliter circa sin-
gulos hoc agit diuina prouidẽtia. Per som
niũ aut in visitatione nocturna, aut in igno-
rantia, aut in tribulatione. Aut sicut inci-
dit sæuus timor in homines cum dormiunt
in cubiculis,) securi, & corpus eius à ruina
eruat,) transiate sicut ossa. Et pepercit ani
mæ eius à morte.) Cum eum conuertit par
cet ei, Quia venturum est bellum, & ite-
rum arguet eum in infirmitate in cubili,)
post conuersionem iam probat ne de se præ
sumat. Et multitudo ossiũ eius emarcuit,)
fiducia de se, Omnemq; escam non pote-
rit sumere,) consolationem de temporali-
bus. Et renouabit corpus suum sicut litu-
ra in pariete,) mutationem vitæ, & hic trans
late propter ædificium in societatem. Et K
molliet carnes suas sicut paruuli,) ne sit du
rus superbia, secundum quòd Heliu vide-
tur, tẽtatur Iob humilis per innouationem.
Et intrauit facie hilari cum professione,)
paratus ad tentationes. Salua animam,)
ne veniam in corruptionem, hic tẽtatio mor
tis. Vices tres cum viro,) conuersionis,
probationis mortis. Sed eruit animam
meam de morte:) Quia adhuc hæc mortis
restat: Vt anima mea in lumine collau-
det eum,) Iam ergo orationes cessabunt,
quia nulla erit indigentia. Respondens
autem Heliu dixit) Quomodo dicitur, & Dec.34
adiecit? Et qui habetis scientiam, auribus
perc[illegible]e,) spiritalibus, Quia auris sermo
nes probat,) ista carnalis. Quid est bo-
num quia dixit Iob, iustus sum?) Quid bo
ni dixit, quia dixit? Et in iudicio meo mẽ-
titus est.) Hinc est, Ego bona præstolabor?
Ideo præter spem, quòd est, mentitus est.

Quis

Quis est vir vt Iob?) Adhuc verba Iob
sunt. Dixit enim. Non uisitabitur qui am
bulauerit cum deo,) Hic illum putat dece-
pũ, qa hoc sperãs illa omnia fecerit. Aut
L certe ꝙ in bonũ non putat visitari eum qui
ambulauerit cũ dño. Absit a deo impietas.)
Aut vt non visitet in bono qui cum eo am-
bulauerit, vt aut etiã si uisitauerit in tẽtatio
ne, impie & iniuste agat. Impius est qui
dicit regi, iniuste agis.) Tu autem nõ debes
illud dicere, qui nõ es impius. Bene, qui di
cit, non qui dixerit, ne iam etiam Iob hoc es-
set. Quomodo dicitur, factum est, qui hoc
facit. Impijssime principibus,) tanquam
Dani.10 angelis dicat, Nisi Michael princeps vester,
impijssime agitis. Aut si ita impijssime dici
tur principibus, quanto magis regi. Abu-
si sunt enim iniq; cũ excluderẽtur infirmi.)
Male vsi sunt exclusione sua, cũ propter in-
firmitatem excludentur ab ea visione, qua
videtur omnia diuinitus ordinatissime ordi-
nari & administrari. In eo autem male vsi
sunt, quia spiritum suum sequi maluerunt,
deum ista non curare: Ex hoc. n. illis vane
venier, ut in necessitatibus suis clamẽt & ro
gent hominem, cũ deũ rogare debuerunt:
Neq; erit locus, & non est vmbra mortis
ut latitent qui faciunt iniqua.) Non ad hoc
est umbra mortis ut latitent, vt est, Non se-
nes habent sapientiam, quia non senectus est
M causa sapientiæ: Et, Hæreticum ne salutes,
ne inde, quia hæreticus est. Et euertet no
ctem & humiliabuntur, ut suprã eos sit quod
sub ipsis erat,) id est, premat eos quod subdi-
tum illis erat. Et extinxit impios, lucere
sibi videbantur, & iustitias eius non cogno-
uerũt.) Dicit quod bona deus fecerit de ini
quitate eorum, vt perferatur ad eũ clamor
pauperis. Ipse quietem dabit, & quis pote
Rom.8. rit condemnare?) Nõ qualem quærunt ho-
mines, quæ illis tribulationibus turbatur.
Si deus iustificat, quis est qui condemnet?
Et contra hominem,) simul aduersus gen
tiles & Iudæos: Qui regnare facit homi-
nem hypocritãm propter peruersitatem po-
Rom.2. puli.) Quoniam dicitur, Qui ergo doces
alium, teipsum non doces. Absq; me uide
bo, tu ostende mihi, te reprehendens, meip-
sum forte reprehẽdendum esse non ui[illegible]?)
Interroganter pronunciandum. Si ini-
quitates operatus sum, non adijciam,) cor-
reptus a te. Nunquid a te exigit cã quia
repulisti?) quia reprehendisti. Et vir sa
piens audiet verbum meum,) deum omnia
curare. Iob autem non in sapientia locu-
tus est,) putando quod aliquid sibi iniq; di- Verba
uinitus acciderit. Quare hoc existimasti i Heliu.
iudicio?) Quare hoc iudicasti? Tu qs es q Dec.25
dixisti, iustus sum ante conspectu domini?) A
Ante conspectũ domini dixisti, iustus sum:
Vtrunq; enim reprehẽsibile est in homine,
Vnum, si aut superbe dicatur, aut falsum sic
iustum eum esse, etiam secundum humanã
iustitiam: Alterum aũt, quia nunquam vere
ab homine dici potest. Quod ante conspe
ctum dei sit iustus,) cui cõparatus quilibet
iniquus est. Aut dicis quid prodest tibi,
aut quid faciam si peccaui?) Hoc enim ei vi
detur Iob dixisse deo, quasi aut prosit pecca
tum eius, vt isto dolore ad impietatem coga-
tur, vbi ait, Nolite me docere impium esse:
Aut bonum est tibi si inique egero, aut deo
noceat peccando, & ideo illum sic insequa-
tur deus quasi hostem suum premens, ne ali
quid ab illo mali patiatur. Nam hoc etiam
dixerat, Si ego peccaui, quid possum tibi face
re? Aut si multa iniusta feci, quid poteris fa-
cere? Ad vtrunque ergo Heliu respondit,
consequentibus verbis, Ego dabo tibi
responsum, & tribus amicis meis: Aspice
in cœlum & vide, respice in nubes quàm al-
tæ sint à te. si peccasti, quid agis?) Confir-
mat quod ab eo dictum est, Si ego peccaui,
quid possum tibi facere? Plus est, multa in-
iusta feci sti, quàm quod superius dixit, pec-
casti. Sed tamen quid poteris facere deo?) B
quando ne nubes quidem poteris lædere.
Et si iustus es, quid dabis ei?) Econtrario
quomodo iustitia tua nihil ei prodest, sic in-
iustitia nihil nocet. Aut quid de manu
tua accipiet?) Etiã si dare velis propter sacri
ficia, quæ stulti putant deum sumere ve-
lut eis indigentem. Viro simili tui impie
tas tua, & filio hominis iustitia tua, vel illa
nocet, vel hæc prodest.) Sed his versibus
confirmauit potius quàm refellit sententiã,
quã dixit Iob, Si ego peccaui, quid possum
tibi facere? Consequenter ergo oportet vt
ostẽdat, quare in hac vita homines affligan-
tur iniurijs malorum, inter quos etiam dia-
bolus cum angelis suis numeratur princeps
iniuriarũ et iniquitatũ omnium. Cum enim
deo non possint nocere peccantes, cur eos
tradit in potestatem affligendo malis? Et
exponit deinceps, dicens. A multitu-
ne clamabunt, vociferabuntur à brachio
multorum,& non dxit, vbi est deus qui
fecit me.) A deo enim patiuntur hæc, vt do

minum

minum quærant, non vt inaniter vociferentur. Quòd autem ait, fecit me, pro documento est. Quia quærétem se non relinquet quē
C ipse fecit. Qui distribuit custodias noctur nas:) Tempora huius seculi sub certis pote statibus ordinata, quia nec in ista erroris no cte relinquet hominē sine custodia qui eum fecit. Qui separat me à quadrupedibus terræ, & à volatilibus cœli sapientiorem me fecit.) Sic enim quærendus est dominus in afflictionibus vitæ huius, vt non ab eo terrena bona desideremus, quia iam bestijs meliores sumus antequam illa accipiamus. Ibi clamabunt & non audies.) Ibi dixit, in multitu
dine, in afflictione clamantium, & à brachio
Psal.35. multorum. Aut certe ibi, propter hoc, sicut est, Ibi ceciderūt qui operantur iniquitatē: Et non audies quod dixit, de eo dixit, ab iniu rijs malorum, subaudiendum clamabunt.
Vana enim non vult dominus videre.) Non vult subuenire vana petentibus, & non ideo vociferantibus in afflictione vt bona sempiterna percipiant, cum propterea separati sint à quadrupedibus terræ, & sapientiores facti volatilibus cœli: Sed vociferantur, quia non sunt in huius seculi iniquitate fœlices. Ipse enim omnipotens perspicit eos qui faciūt iustitiam, & saluum me faciat.) Sicut ipse videt faciētes, qui cordis intima perspicit, sic ea
D salute saluos facit, quam ipse videt in occul to. Quia nec oculus vidit, nec auris audiuit,
1.Cor.2. nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit
Esa.64. deus diligentibus se. Ideo etiam si perturbetur vana salus hominis, dat tamen auxilium de tribulatione pater qui videt in absconditi-
Matth.6 to. Iudicare itaq; eum si potes,] collauda re eum sicuti est. Hoc enim uisus est Iob dicere, cum ait, Vtinam esset nobis arbiter.
Et nunc quia nō est uisitans iram suam, nec cognouit delicta vehementer.] Cognouit ad
Psal.50. vindictam. Vnde est, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Et in eodē loco, Auerte faciem tuam à peccatis meis. Cognouit ergo delicta: Nam ideo patiuntur homines tribulationes in hoc seculo. Sed non vehementer, quia partibus corrigens das locum pœni
Verba tentiæ. Et Iob vane aperuit os suum, in
Heliu. ignorantia sua verba multiplicat.) Sustine
De c.36 me pusillum vt doceam, adhuc.n.in me sunt
2.Cor.5 sermones, suscipiens scientiam meam de long ge.] Quoniam quandiu sumus in hoc corpore, peregrinamur à domino. Operibus autē meis quæ iusta sunt loquar.) Ne dicatur
Psal.49. ei quod peccatori dicit deus, Quid tu enarras iustitias meas, & assumis testm meum p os tuum? Tu vero odisti eruditionem. Ergo hic operibus loquendum est: Nam scien
E tia de longe suscipitur ex parte & in ænigmate. Cum autem venerit quod perfectum
1.Cor.13 est, quod ex parte est, auferetur, & non iam de longe erit, quoniam videbimus eum sicu
ti est. In veritate & non iniusta verba in
1.Ioā.3. iuste intelliges:] Ea ipsa quæ patiebatur Iob, verba dei dicit esse in veritate & nō iniusta, sed ab isto iniuste intelligi existimat, quem putat conqueri se immerito pati, cum etiam de iustorum tribulatione dictum sit, Tēpus est ut iudiciū incipiat à domo domini. Et
1.Pet.4. scito quia dominus nō abijciet innocentē, J quamuis corripiat quem diligit, & flagellet omnem filium quem recipit. Fortis robo
Heb.12. re cordis nō viuificat impium,) quamuis ad tempus ei parcere videatur. Et bene fortis robore cordis, quia tunc eum non viuificabit, quando sero pœnitentiæ locum quærit cum lachrymis, & non inueniet, nec flectet ad misericordiam fortiter iudicantem, quem modo misericorditer admonentem contemnit. Et iudiciū pauperibus dabit,) qui iudicent eos à quibus patiuntur iniquitatem.
Et bene pauperem, vt superius impium diui tem intelligas, i. superbum. Non aufert à F iusto oculos eius,) etiam cum eum velut in fornace probat tentatione tribulationis.
Non ei auferet intelligētiam,) qua cognosci tur & colitur deus. Ex quo satis ostendit impiorum pœnam esse ipsam cæcitatem, etiam cum videtur eis parci. Et cum regibus in solio,) subauditur sedere eos fecit, hoc est iu stos. Reges autem dicit qui carnem suam re
Luc.14. gunt. vnde est illud. Quis est rex qui uadit cōmittere bellum cum alio rege & cætera?
Et sedere eos fecit in perpetuum, & exaltabuntur.) Et hic subauditur quod suprà dixit, cum regibus in solio. Exaltabūtur autē
Philip.2 dixit, quoniā humiliati sunt. Et qui compediti sunt compedibus:) A quo vinculo dicit Apostolus, sibi bonū esse dissolui & esse cū Christo, i. retinacula huius vitæ, in qua corpus quod corrumpitur aggrauat animā.
Capientur in funibus paupertatis.
Sapiē.5. Conuincientur longis consuetudinibus delectationum carnalium, quæ sunt de rerum indigentia, quibus mortalis vita sustentatur & agitur. Et annunciantur eis opera eorum.) Non vtiq; bona, siue ista ipsa concupiscentialia, de quibus dicitur, Scio quia non habitat in carne mea bonum, quæ etiam si non

non regnent in nostro mortali corpore ad
G audiendum eis, non tamen desunt, siue quibus ad hæc homo venire meruit ex tradu ce peccati. Et delicta, cum fuerit roborat.) Ipsa sunt opera quæ supra dixit, Non enim infirmis facile possunt annunciari, id est ma nifestari, sed ijs qui iam ita profecerunt vt
Abacuc. transierint omnem istam iniquitatem, quæ
2. vulgo nota est in apertissimis operibus flagitiosis & facinorosis. Sed iustum exaudiet,) eum scilicet, q̄ ex fide viuit, vt gratiæ dei deputet, non meritis suis, non solum q̄ secūdum vitæ istius modum iustificatus est, sed etiam quod restat, vt ab vniuerso delictorum malo liberetur. Quem annūciat veritas,) fidelibus cum fuerint roborati:
Quando capientur in funibus paupertatis. Adhuc enim compediti sunt compedibus nondum exaltati, vt sedeant in solio cum regibus in perpetuum. Et dixit qui conuertūtur ab iniquitate.) Et dixit, subaudiēdum est deus. Si obaudierint, & seruierint, complebunt in dies suos in bonis, & annos suos in gloria.) Tūc vero nullum peccatum erit in homine, quia nulla erit mortis contentio, id est, indigentia mortalitatis, quæ facta est
1.Cor.15 de peccato, cum iam dicetur. Vbi est mors
H contentio tua? Impios vero non faciet saluos,) eo quòd noluerūt scire deum. Hoc ad gētes magis videtur pertinere. Et cum monerentur inobedientes erant. Hoc ad Iudæos & omnes qui eis per inobedientiam similes sunt, etiam in ecclesia. Et hypocritæ corde ponēt furorem,) quo dominū crucifixerunt. Non clamabunt, quia ligabit eos,) honore nominis super omnes gentes.
Moriatur ergo in iuuentute anima eorum, in superbia qua se extollebant ueluti de meritis operum suorum. Et vita eorum vulneretur, ab angelis. Commodius accipitur
2.Cor.2 à nuncijs veritatis quorum alijs odor vitæ
1.Cor.1 in vitam, alijs odor mortis in mortem.
Quòd tribulauerit infirmum & inualidū.) Illud infirmum dei, quod fortius est hominibus. Iudicium vero mansuetorum statuet,) ipse dominus exemplo mansuetudinis suæ differens etiam vindictam imitantium se, sed tamen certo futuram. Et quia decepit te ab ore inimici abyssus,) Decepit ut visum est persecutoribus eius, profunditas huius seculi Christum ab ore falsi testis, ad ipsum enim dominum conuertit sermonem.
At effusi subter ea, subaudiendum decepe
I runt te, grauati enim terrenis cupiditatibus subter abyssum effusi dicti sunt. Et descē dit mensa tua plena pinguedine,) sacramen
Ioan.6. tum corporis & sanguinis eius panis qui de cœlo descendit: Non deficiet iustos iudicium?) Quamuis edant pauperes & saturen tur ad imitandas passiones domini, parati de plenitudine charitatis, non tamen ideo non facit iudicium ipsorum cito. Et ira super impios erit propter impietatem munerum quæ accipiebant iniquitatibus. Omnia munera dicit quæcunque commoda temporalia, propter quę cōmoda iniquitates fiunt.
Non te auertat voluntas animi.) Domino dicitur, non monentis authoritate ac iubentis audacia, sed locutione prophetiæ per imperatiuum modum futura prædicentis: si
Psal.44. cuti est, Accingere gladium tuum super femur potentissime. A precibus infirmorum,) cum in necessitate fuerint clamantium. Infœlix ego homo quis me liberabit
Rom.7. de corpore mortis huius? Et omnes qui habent fortitudinem,) præsumentes de operibus suis, & suam iustitiam volentes constituere: Nolite extrahere per noctem, Ma
Rom.10 nifestum sit, q̄ eos a populo secernis, siue illos superbos qui de oliua fracti sunt, siue sarmenta de vite amputata, vnde hæreses & schismata exorta sunt. Vt ascendant po-
1.Cor.1 puli pro eis:) vt inferantur infirma huius K mundi confusis fortibus: Quoniam qui se
Luc.14 humiliat, exaltabitur: & qui se exaltat, humiliabitur. Sed cura ne quid facias indecens:) Ne nomen domini dei & doctrina
Esa.52. blasphemetur, dum dicunt, quorsū iudicium iniustum est. Faciamus mala, vt veniant bo
Rom.3. na. Hoc enim elegisti super inopiam:) Non solum elegisti inopiam confitentis, sed super hanc vitæ ac morum decus, vt doctri na salutaris ornetur in omnibus. Ecce deus consolabitur,) vel roborabitur in fortitudine sua:) Quia etsi crucifixus est ex
2.Co.13 infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Quis enim est sicut ille potens? uel quis est qui discutiat opera eius) tanquam iudicans de illo, cum ipse sit iudex viuorum & mortuorum. Aut quis est qui dicat ei inique?
1.Tim.4 Memento quia magna sunt opera eius quē laudauerunt viri, Euangelistæ atque omnes prædicatores uerbi ministerio suo vita congruentes. Omnis homo respicit ad eum,) memor infirmitatis humanæ. Quicunque compunguntur homines pœnitentia peccatorum, homines sunt. Ecce deus multus, & nescimus.) Multus, quia sicut ad iuuat peccatum,

Rom.5. peccatum,superabũ dauit gratia. Nescientes
Ro. 11. autem ex persona eorũ dictũ est, quorũ ex
L parte cæcitas facta est,donec plenitudo gentium intraret. Numerus annorũ eius infinitus.) Propter æternitatẽ positum est.
Et innumerabiles stellæ & pluuiæ.) Hoc enim qđ homines prædicatores impleuit Euangelium,numerabile est vsq; in cõsummationẽ seculi, donec auferatur scientia quæ ex parte est, & veniat qđ perfectũ est facie
1.Co.13 ad faciem. Effunderur imber per semitas suas,) Non n. viæ malorum capient eũ. Fluent nubes & tenebrascent sup homines plurimos.) Quia etsi obuelatũ est, Euangeliũ in his qui pereunt est obuelatũ: Horã
Esaia. 1. constituit iumentis,& sciũt cubiles ordinẽ) Qm cognouit bos possessorẽ suũ, & asinus
Psal.110. præsepe domini sui. In his omnibus non obstupescet animus eius.) Initium sapientiæ timor dñi. Nec mutatur cor tuũ a corpo
re,) vt eleuatũ a terra sursum habeatur ad
Ioan. 9. dñm. Si cogitauerit extẽdere nebulam,) vt qui vident cęci fiant, Aeque per tabernaculum expandit eam.) In carne quippe mortali tanquam tabernaculo habitans per eã non est agnitus a persecutoribus dum eis cessit, & eam extendit atq; expandit in cru-
M ce. Ecce fundit super omnia lucem suã,)
Ro. 11. quam absconderat, cum cæcitas ex parte in Israel fieret. Effundit super omnes gentes,& radices maris contexit.) Cupiditatem seculi redarguit. Non enim ad abscondendũ lux contexit,sed ad manifestandum. In eis enim iudicabit populos, ostendẽdo illis peccata eorũ per lucem veritatis. Dabit escã plurimis: Jvtiq; agnoscentibus,cum arguũ tur peccata sua, & esurientibus ac sitientibus iustitiã. Immanibus contexit lumẽ.) Si ab eo quòd sunt immanes his qui non dimittunt pecata hominibus, cum sibi à deo dimitti velint. Si ab eo qꝑ sunt manus his q̃ de manibus suis: hoc est, de operibus extolluntur seipsos iustificantes. Contexit enim lumen,ad hoc dixit, ne videatur ab eis quia
Rom.1. excæcatum est insipiens cor eorum. Et mandauit de eo in contrarium,) vt qui faciunt veritatem,vel dimittendo vt dimittatur eis,vel cõfitendo mala sua vt gratiæ dei subdantur, ipsi veniunt ad lucem vt manifestentur opera eorum, qm in deo sunt operata,non in ipsis. Contrarius est enim,& immani misericors & superbo humilis. Vt nunciaret super illo amico suo,super illo lumine,hoc est, de illo quod contexit vt absco deret immani & ingrato, vel id annuncia- A
ret.i. aperiret,nõ iã seruo sub lege,sed recõciliato per gram,vt amico suo,imitatori suo: Mat.20.
Quia & filius hominis non venit ministrari,sed ministrare. Possessionem cõtra eos qui ascendere nituntur.) vt ipsum lumen possideant qui se à terrenis extrahunt. Ipsis.n.annunciatur qui ad hoc nituntur ascẽdere,quia cũ ascenderint,non opus erit annunciatore facie ad faciẽ videntibus. Cõtra eũ vero qđ ait,ascendere nituntur,nõ quasi aduersantes, sed obuiã euntes, sicut Apo- 1.Th. 4.
stolus dicit, In obuiam Christo. Sed & in De.c.37
hoc obstupuit cor meũ,) admiratione. Et euulsum est de loco suo,) de terrenis rebus quibus delectabatur, vt sursum habeatur ad dñm. Audite sonitum terroris & vocis eius.) Hinc eum apparet ista in spiritu dicere. Nam incipit dicere cur euulsum sit cor eius de loco suo, authoritate.s.Euangelij p totũ orbẽ terribiliter sonantis, Pœnitentiã agite, appropinquabit.n.regnũ cœlorũ. Matt. 4.
Et strepitu oris illius exeunt,) ad eos vtiq; qui foris sunt in delectationibus rerũ visibiliũ. Subter vniuersum cœlũ circuit,& lumen eius in finibus terræ.) Dum Ecclesia p oẽs gentes diffunditur. Post eum fremet vox.) Post primum aduentum eius nouissima tuba secundi aduentus eius in claritate tonabit. In sonitu superbiæ suæ.) Superbiam pro celsitudine posuit: Quia primus aduentus in humilitate fuit. Et non poterit inuestigari cum audita fuerit vox eius. Nunc ergo quæratur dominus dum inueniri potest:hoc est,comprehendi ad salutem per fidem non fictam. Tunc enim non poterit cum venerit iudicare, & audita fuerit vox eius, dicentis, Ite in ignem æternum. Quoniam fera tunc erit & infructuosa infi- Mar.25.
delium pœnitentia. Tonabit fortis in voce sua mirabiliter.) Quia non fortitudinis eius,sed infirmitatis nostræ ex participatione mortalitatis vox illa fuit primi aduentus 1.Co.1.
eius,de quo dictum est, Quod infirmũ est dei,fortius est hominibus. Fecit enim magna quæ nesciebamus.) Hæc in primo aduentu: Et ideo postea ad exigenda quæ dedit iudex venturus est. Quæ nesciebamus aut dictum est ex persona eorum ques latuit diuinitas domini in infirmitatem carnis intuentes. Præcipiens nubi ut sit super terram.) carni suæ,vt per sacramentum accipiatur in memoria eius ad imitationem humilitatis & formationem charitatis. Et
tempestas

C tempestas pluuiæ & tempestates imbrium potestates eius.) Est.n.nubes qddã sup terram. Sed qñ exprimatur ad irriganda corda per pluuiã imbresq; sermonis, qđ fit cũ sacramenta intelliguntur, non in nostra, sed in ipsius potestate est. In manu omnis ho
minis signa.) Signat ei per opera eius q̃ reus
Rom. 7. sit, vt sciat omnis homo infirmitatẽ suam, & clamet. Infœlix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius? Introierunt autem bestiæ sub protectione, & quieuerunt in cubili.) Introierunt autem peccatores sub indulgentia gratię, & quieuerunt in conscientia,remissis peccatis. De prõptuarijs superuenit tempestas.) Tẽtatio de occulto rerũ ordine: Et de promptuarijs frigus,) de secretis iudicium in eos qui non perseuerant, vt refrigescat eorum charitas
Mat.24. ex abundantia iniquitatis. Merito.n.contingit, dum spem suam non in deo, sed in hominibus ponũt. Et ab spiritu dei dabitur glacies:) Non solũ ex abundantia iniquorũ frigescent, qui spem ponunt in hominibus, sed ẽt ex opibus bonis ipsorũ, in quibus est spiritus dei, durescunt quidã quasi glacie li
D uoris,qbus est Paulus odor mortis in mor-
1.Co.2. tẽ. Et ad hæc quis idoneus? vt intelligat qm recte ac iuste à spiritu dei dabitur glacies. Sicut enim carnalibus hominibus labentibus contingit ex hominum iniquitate frigescere desperando, ita carnalibus laudari cupientibus contingit & hominum iustitia durescere inuidẽdo. Gubernat aũt aquã qualiter illi placuerit,) vt pluat super vnam
Imo.4. ciuitatẽ,& sup aliã nõ pluat. Qđ ad imbrẽ attinet spiritalẽ, pro subditarũ aut nõ subditarũ meritis animarũ. Et frumẽtũ si cupimus irrigari,disseminauit nubẽ lucẽ suã.) Euangelium incarnationis suę. Et ipsa p circuitum vertitur,) per orbem terræ ipsa tractatur. In gubernaculis,) ad operandum omnia q̃ mandauerit eis. Gubernacula, in quibus illa nubes p circuitũ vertitur, prædicatores sunt verbi, per quos ecclesiæ gubernantur ad operanda omnia mandata dei. Hæc constituta sunt ab eo super terram,) à dño nostro Iesu Christo,siue in tribu,siue in terra sua. Si ue in tribu Iuda,vñ
scđm carnem natus est,& passus,& r[illegible]rexit,& ascẽdit in cœlũ. Ex hac.n.geniti erãt Apostoli, & multi fratres propè inuenti & salui facti: Siue ante passionẽ eius p ipsum
E vocati,siue post ascẽsionem p Apostolos in ipsa Hierusalẽ,atq; in ecclesijs Iudeæ q̃ erãt in Christo, sicut commemorat Apostolus Paulus,p p veritatẽ dei, ad cõfirmãdas pa- Ro. 15.
trũ promissiones,siue in misericordia inueniri voluerit eã,) illã nubem.s.in misericordia voluerit inueniri à credẽtibus gentibus. Hoc.n.sequitur, Gentes aũt super misericordiã glorificare deũ. Auribus percipe hæc Iob,) Quasi renouati intentionẽ,dictu
rus de vocatione gentiũ, Sta & commoue virtutem dñi,) Noli moueri mente,aliquid tibi tribuendo. Scimus quia deus posuit opera tua,) reprobans vtiq; gloriantes de operibus suis. Cum faceret lucẽ de tenebris,) cum iustificaret impios. Fuistis.n.
aliquando tenebræ, nunc autẽ lux in dño. Eph. 5.
Scit differentiã nubiũ,] Euangelistarum aliorũ sibi ante passionem, aliorũ post passionem credentium. Et ingentes lapsus malorum.) Non eorũ qui lapsi sunt crucifigentes eum,vt eos postea pœniteret, vt baptizarentur in eo:sed eorum lapsus qui nec corrigi poterunt,perseuerãter etiam postea
persequentes ecclesiã, horum.n.non parui, sed ingentes lapsus sunt. Tua vero stola est valida.) Dignitas superba, tanq̃ in eum quippe dicitur qui de operibus suis audet F
extolli. Quiescente terra ab austro, firmabis cum eo cœlos?) Qui æqualiter ad uidendum fusi sunt ab austro. Terram congruenter intelligimus eos qui de Iudæis crediderunt in Christum. Sicut enim sol ab aquilonali terra remotior est, australi autem uicinior:ita quos prope inuentos dicit Apostolus luci Euangelistarũ,non absurde accipiuntur terra ab austro, Sicut autem cœlos
Euangelistas solemus accipere, vt est, Cœli enarrant gloriã dei. De his.n.dictum est, In Psa. 18.
oẽm terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ: Ita terras recte accipimus plebes,quibus euangelizatum est. Et qm plebes quæ de Iudæa crediderunt, posteaquam quieuerunt, exeũtes de hac terra, nunc.n.hic non sunt, firmata est tamen authoritas Euangelistarum in ecclesijs quæ sunt ex gentibus, firmata aũt misericordia dei, non iam opitulante authoritate ecclesiarũ Iudæę quæ in Christum est, propterea sensus hic est, vt per interrogationẽ ꝓnũcietur. Nunquid tu quiescente terra ab austro) id est, iam nõ existẽte in hac vita plebe ulla Christiana,ex Iudæis,firmabis cum eo Euãgelistas, & diuinarũ scripturarũ libros G
qui per manũ dei nõ solis Iudæis,sed ẽt gentibus æqualiter ad vidẽdũ fusi sunt? Gratiã
quippe

quippe dei cõmendat & misericordiam, nẽ quis de meritis glorietur, q̃ iudæorum erat superbia. Quare doce me quid dicamus ei & requiescamus multa dicẽtes,) quia non est qđ ei dicãt conuicti, nullũ se hñe meritũ p seipsos, sed eius indigere misericordia.

Nunquid liberans scriba afflictis mihi?) vt ſtãs faciã hominẽ tacere. Quare ergo nõ dicis?) si habes qđ dicas: Nõ. n. quasi dictãti mihi excipis, vt tu nihil dicas. Sed vtiq; colloquimur, omnibus autem nõ est visibile lumen,) qđ refulget in nubibus. Redit ad ea q̃ dicebat de spe remissionis peccatorũ, & illuminationis gratiæ per misericordiã dei: refulget. n. lumen in nubibus: Non tũ istarum nubium propriũ est, illuminantur. n. Aliud est. n. quod fulget suo lumine, aliud quod refulget illustratum. Sed non est omnibus visibile. Multi. n. putãt lumine suo fulgere animas, cũ sapientes sunt. Vnde sunt illi, qui dicentes se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Et spiritus transiit, & mundabit eas.) Hic spiritũ dixit, de quo dictũ est, Ab increpatione H spiritus. ræ tuę, & à spiritu tuo quò fugiã? Per correptionis. n. tentationem ostenditur hominibus meritum eorum, quia ipsi peccatis suis tenebræ sunt, & egent gloria dei, vt illius lumine illustrari velint, illi dantes honorem, non sibi, atq; ita superbia depositа, mundentur à delicto magno: Nam spiritus sanctificationis non trãsit, sed manet. Ab aquilone nubes coloris aurei,) ab sceleratissima impietate, & à deo longe remota, veniunt tũ mundati atq; conuersi, & illuminati sapientia, vnde nisi gratiam qua non merita attenduntur, sed peccata dimittuntur? vnde ille cum sibi vellet ignosci, Doceam, inquit, iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur: tanq̃ nubes ab Oriente vel Aquilone iam coloris aurei, illuminatis tenebris suis, In his est magna gloria & honor omnipotentis,) cui plurimum dimittitur, plurimum diligit. Quoniã potest & impiũ iustificare qui est omnipotens, Et non in ueniemus alium similem virtuti eius,) solus enim hic peccata non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Solus enim deus verax, omnis autem homo mendax: vnde vicit cũ iudicaretur deus homo factus. q. iuste iudicat, non putas exaudire eum? Non itaq; hõ de venia desperanda addat peccata peccatis, tanquam addictus iam damnationi, quia certus est de iustitia dei, sub qua non potest esse impunitus. Ita enim deus iuste iudicat vt etiam exaudiat veniam deprecantes, & tãto magis quanto magis iuste iudicat. Nõ enim iusti iudicij est pœnitentes supplices miscere cum ijs qui recusant humilitatem & satisfactionem pœnitentię. Propterea timebunt eum homines,) si se homines esse meminerint, cõfitendo peccata sua, quia adhuc homines sunt, quibus dicitur. Nõnne homines estis? Timebunt quoq; eũ & sapiẽtes corde,) ne sibi tribuendo qđ acceperunt, & dicẽdo se esse sapientes, stulti fiant. Potest. n. auferri superbis qđ datur humilibus. Quapropter & sapientes quanuis cordis illuminatione, non linguæ iactatione sapientes sint & reges, spiritaliter iudicantes terrã, ipsi aũt à nemine iudicẽtur, seruiãt tñ dño in timore, & exultent cum tremore, ne pereant de via recta. Deus. n. est qui operatur in eis & velle & operari pro bona voluntate. Et post q̃ quieuit Heliu loqui, dixit dominus ad Iob per turbinem nubis.) Etiam si hoc modo vox ista facta est quomodo ad Moysen, vel quomodo cum se dominus tribus discipulis in monte ostendisset, tamen quod non dictum est simpliciter per nubem, sed p turbinem nubis hoc significari arbitror, q̃ non per sanam carnem interrogatus, hoc est tentatus est Iob, sed per tribulationem perturbationemq; carnis. Quis est qui celat meum consilium, contemnens sermones in corde, & me putat dare?) Nemo est ergo q̃ se immeritum pati aliquid asperum dicat, quia si non factis saltem verbis peccatur: & si non verbis, saltem temeraria præsumptione intus in corde, vel sermonibus cogitationum. Et deum non latet, nemo flagellatus dicat indigne se accipere disciplinam: quasi vltra non sit quo per illam proficiat. Sciendum est enim sic in principio libri huius diabolo laudatum Iob testimonio dei, & in fine tribus amicis eius, vt tamen nosset deus quantum ei deesset ad perfectionem, quò etiam laudabiles secundum hanc vitam viros, & deo iam placentes, paterna flagella perducunt, quæ noluit ab Apostolo remouere, dicens. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Ac cingere tanquam vir lumbum tuum:) Significa hoc pati dura & amara dei seruos in hoc seculo, vt omnes affectiones suas à terrenarum delectationum fluxu colligant atque constringant. Interrogabo te, tu autem responde mihi. Vbi eras cum fundarem terrã?) Hinc iam cõmẽdare incipit eminẽtiam

Rom. 1.
Psal. 17.
Psa. 138.
Rom. 1.
Psa. 50.
1. Pet. 2.
Psa. 115
Rom. 1.
Ppili. 2.
De. c. 38
K
Mat. 17.
L

tiam domini nostri Iesu Christi, quia in ipso est salus omniũ percussorum venenata suasione serpentis, ne in se sibi quispiam esse salutem putet. Ille. n. deus, non sicut dictũ est, Dij estis & filij altissimi: sed cui rapina non sit esse æqualẽ patri: & filius hominis, nõ sicut filij hominũ in quib. non est salus: sed præ participibus suis. Non. n. iustus tm̃, sicut Iob, sicut Paulus, sicut Ecclesia, sed etiã iustificans tanquam vnigenitus à patre, plenus gratia & veritate. Ad insinuandam ergo differentiam diuinæ humanitatis eius, in quo princeps huius mundi nihil inuenit: quia in passione, quæ non rapuit tunc hæc exoluebat, & iustificationem sanctorum p peccatorum remissionem, quibus sanctis in vnum redactis, sit corpus eius Ecclesia, cuius & particula est Iob secundum historiã, quia iustificatus, & figura vniuersæ, per p phetam incipit dicere, quæ dicturus est.

Vbi eras cum fundarem terrã?] Vtrum quia nondum erat? an quia non per eũ fundata est, sicut per vnicum filium & terram istam, an ipsam Ecclesiam? Ipsa autem accepit lapidem angularem, de quo mox dictum est. Indica mihi si nosti scientiam.] Hæc. n. q̃ à dño pro nobis tẽporaliter gesta sunt, ad scientiam pertinent. Quis posuit mensuras eius si nosti?) secundum distributionem donorum spiritalium. Vnicuique enim nostrum data est gratia secundum mẽsuram donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuauit captiui tatem, dedit dona hominibus. Quia si totum corpus oculus, vbi auditus? Secundum mensuram quippe vniuscuiusq; partis mcrementum corporis facit, in ædificationem sui in charitate. Aut quis est qui induxit super eam funiculum?) vt eam faceret hæreditatẽ suã, distinguens ab eis, quibus dicit, Nõ noui vos. Noui. n. dñs qui sunt eius. Aut super quo circuli eius fixi sunt?] Quia constringũt eã ne dissoluatur, diuini libri fixi super deũ: quia quisquis eos fine illo interpretari voluerit, fluitet atq; erret necesse ẽ. Quis est ãt qui misit lapidem angularem?) Super eam, quẽ reprobauerunt ędificantes. Q̃ facta sunt fydera,] simul baptizata tot milia verbo vitæ, inter peccatores tanquam tenebris fulgentia. Laudauerunt me voce magna omnes angeli mei,] Euangelistæ.

Concluſi portis mare,] populos amaricantes amore terrenorum. Sed quare portis? An forte vt non solum modum haberet exercendi iustos persecutionibus, sed ẽt vt lĩ ceret iustis inde egredi? Cum fremeret ex vtero matris suæ, volens progredi.] Cum ira ferebatur in concilio Babylonię ciuitatis, fornicantis amore huius seculi, volens extendere persecutiones suas ad perdendos de terra eos, de quibus dictum est, Non peto vt tollas eos de seculo: sed, vt tollas eos de malo. Ioan. 17.

Circumposui nubem operimentũ.] Nõ. n. boni tm̃, sed etiam mali multi amatores̃que huius seculi sacramento corporis Christi subiecti sunt: Cuius authoritate à sanctorum persecutione reprimuntur. Et nebula obuolui illud.] Ignorantia qua terrenã inde expectãt fœlicitatẽ terrenã q̃; insẽ licitatẽ timẽt: Et ppea timent quos nisi ita esset persequerẽtur. Non. n. solũ dictũ est, Edent pauperes & saturabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eum: sed etiã dictum est, Manducauerunt & adorauerũt omnes diuites terræ. Et posui illi terminos, & imponens clausſtra & portas. Terminos quibus sæuitia cohibeatur, non vt nihil affligat, sed quousque exerceat: Clausſtra, vt iniusti non progrediantur: Portas, vt ab eis iusti egrediantur. Et dixi, Hucusq; venies & non transibis:] Sicut ipse diabolus modum accepit quousq; affligeret Iob, ita illud mare quousq; persequeretur Ecclesiã. Psal. 21. B Iob. 1. & 2.

Sed in temetipso comminuentur fluctus tui,] alterna vastatione discordiarum atq; bellorum. Aut nunquid tecũ lucem constituit matutinam?] id est, cum consilio tuo tempus resurrectionis p̃destinaui. Aut cognouit lucifer ordinẽ suũ? subaudiendum est, Nunquid tecũ? Dñs ãt luciferum dicit, propter ipsum matutinũ resurrectionis exortũ. Non. n. de alio dici potuit, Et lucifer oriatur in cordibus vestris. Ipse agnouit ordinẽ suum, vt esset primitiæ dormientiũ, primogenitus à mortuis, caput Ecclesiæ secuturo etiam corpore in futura resurrectione sanctorum. Apprehendere pennas terræ,] dictum est, Si recipiam pennas meas in directum: virtutes vtique spiritales fidelium quibus à secularibus suspenduntur illecebris: Excutere impios ex ea.] Ad hoc enim prior tanto antè resurrexit agnoscens ordinem suũ, vt fidem resurrectionis insinuaret, atq; per ipsas pennas Ecclesiæ vbiq; p̃dicatus ministerio circũuolantium nunciorũ iuste apprehendat eas in opus iudicãdi duodecim tribus Israel, cum uenerit excutere impios ex Ecclesia, q̃ nũc asi iudicium. 2. Pet. 1. 1. Co. 15 Psal. 138. C

Universidad de Navarra Biblioteca

dicium permixti tolerantur. Et tu sumens
Gene.1. terræ lutũ figurasti animal. | Siue ipsum
Adã cõmemoret, siue q̃ nunc sexta ætate se
culi, sicut tunc sexto die de peccatoribus tan
quã de luto terræ homo factus est, secundũ
imaginẽ eius qui creauit eũ. Non vtiq; hoc
fecit Ecclesia, sed in hoc potius facta est per
Ioan. 1. verbũ opportuno tpe incarnatum, p̃ quod
facta sunt omnia. Et famosum eum posui
sti super terram? Magis iste homo famosus
positus super terram, qui sexta ætate seculi
factus est, q̃ ille qui sexta die antequã essent
cæteri homines per quos diffamaretur. Nisi
forte, quia nunc ita innotuit. Et abstulisti
ab impijs lucẽ?) Sicut ille qui venit, vt qui
Ioan. 9. non vident videant, & qui vident, cæci fiãt.
Aut brachiũ superborũ comminuisti?)
1.Co.1. Potentiam eorum, sicut ille qui infirma mũ
di elegit vt confunderet fortia. Aut venisti
ad fontem maris?) sicut ille cui venienti pa-
D tuit confitendo quicquid occultũ erat in cor
dibus eorũ, qui credendo in eum iustificati
sunt. Nam quem fontem maris melius accipimus, nisi secretum vnde erumpit omnis
hęc amarissima impietas, quæ ingentes flu
ctus iã manifestorũ malorũ operũ cõcitat,
q̃ vident homines in apertis factis, qui fon
tem ipsum videre non possunt? Aut in vesti
gijs abyssi ambulas?) Abyssus hic recte in-
Pro.18. telligitur vita secularis, quęcunq; est in pro
fundo malorum, quo sicut scriptum est, cum
venerit peccator, contemnet. Quia ipsi quo
que desperatissimi subiecti gratiæ remissio
nis peccatorũ, salui facti emerserũt, & rece
perunt Chrm, non in abyssum quo premebãtur, Sed in locũ eius vbi ambulabat cal
cans eos ambulet,) inhabitãs eos Christus,
in vestigijs abyssi remanentibus per memo
riam peccatorũ suorũ, vt dum recolunt vbi
fuerint, amplius diligant quẽ receperunt, à
quo sibi tãta dimissa sunt. Aut tibi aperiunt
metu portæ mortis?) Omnibus.n. morienti
bus aperiuntur portæ mortis, sed non metu
sicut vni illi qui destruendæ mortis causa
E mortuus est. Aut certe aperiuntur ad resur
gendum. Aut ianitores inferni videntes
te timuerunt?) Sicut illum vnũ in quo nihil
dignum morte princeps mundi inuenit, quẽ
tam cito dimiserunt, quem inuiti amiserunt.
Inferi autem ianitores, aliquæ inferiores po
testates morti præpositæ intelligendæ sunt.
Aut cognouisti latitudinem sub cœlo?)
sicut cognouit q̃ per illã diffudit Ecclesiã.
Narra ergo mihi quanta quæq; sint.) Quis
ergo hoc sciat, nisi quem ille docuerit? Aut
in qua terra habitat lux?) Ille.n. docet, quia
manifestatio verborũ eius illuminat, & intel
ligere facit infantes. Aut quis tenebrarũ
locus?) Hoc ille vtiq; docet, qui dicit, Acce
dite ad eum & illuminamini. Hinc.n. ostẽ Psal.33.
dit eos tenebrescere, qui recedunt dum no
lunt esse infantes. Initium.n. superbiæ homi Eccl.10.
nis à deo. Inde qui nõ glorificauerunt deũ, Rom.1.
aut gratias egerunt, euanuerunt in cogita
tionibus suis, & obscuratum est insipiẽs cor
eorum, & facti sunt tenebrarum locus. Nisi
forte ille est tenebrarum locus, qui excipit
perseuerãtes in peccatis, vt ipsi sint tenebræ
quarum ille est locus, quem vere nullus ho
minum nouit. Similiter & terra in qua ha- Ephe.3.
bitat lux, põt intelligi terra illa viuentiũ. i. F
beatitudo exceptura pseuerantes in fide &
spe & charitate, qui fuerunt aliq̃ tenebræ,
nunc aũt lux in domino. Si duces me in
fines eorum, quousq; peruenerunt qui tales
sunt. Quid est.n. vbi nõ sit sapiẽtia Dei?) Sapiẽ.8.
quæ attingit a fine vsq; ad finem fortiter, &
disponit omnia suauiter. Cui vtiq; nullus
hominum cõparãdus est. Quod si & no
sti semitas eorũ, nũquid scis quia tũc natus
es, & numerus annorum tuorum multus?)
Quòd si & nosti semitas impiorum, qui vel
tenebræ sunt, vel tenebrarũ locus, quia oẽs
etiam qui iam ad deum conuersi sunt, in ip
sis semitis ambulauerunt antequam accipe
rent a deo gratiam, qua iustificat impium.
Nunquid scis tũ, quia tunc tibi extitit causa
mortaliter nascendi in hoc seculo, cũ easdẽ
semitas inierunt primi omniũ parentes, qui
præuaricatione impij manibus, & verbis ac
cerserierunt mortẽ, vt omnes in Adam more
rentur? Non.n. ex quo quisq; in hac vita ap
paruit, computandus est numerus annorũ
eius tam paruus, sed ex quo facta est prima
mortalis natiuitas. Cum enim, verbi gratia,
natus est Abraham, tũc omnes in illo He
bræi nati sunt. Numerus ergo annorũ vni
cuiq; multus est secundum mortalitatis ori
ginem, quæ exorta est in semitis impiorum.
Quis aũt meminit fuisse se, aut cũ esset, scire
potuit esse se in lũbis patris sui? Q̃uquidem G
nec illud ips quisq; recolit, quo non in parẽ
tibus, sed in seipso natus est, quo tpe certe
nemo dubitat quod iã erat & viuebat & sen
tiebat. Omnia aũt scit illa sapientia quæ for
mat omnia, non tm̃ illa supercœlestia, sed ẽt
illa mortalia. Et quia Christus dei virtus 1.Cor.1.
est & dei sapiẽtia, scit ista ille qui etiam mor

taliter

taliter natus est, nõ cõditione mortali, quia
in mortuis liber, sed miseratione mortaliũ,
vt à morte faceret liberos. Aut venisti in
thesauris meis?) Id est ad eam cognitionẽ
peruenisti sicut ille sciebat etiã opportunas
causas imminentium scandalorum secretas
atq; abditas. Nam inde appellat thesauros,
ad probanda & exercenda spiritalium cor-
Mat.18. da, cum exclamaret, Væ mundo à scandalis.
Oportet aũt venire scandala: Væ autẽ illi ho
mini p̃ quẽ scandalum venit. Per superbiã
quippe elati in alto more niuis cõgelascunt
& cadunt: Ex quorũ iniquitate abundante
refrigescit charitas multorum. Qui aũt susti
nent dñm viriliter agentes & spũ feruentes,
perseuerẽt vsq; in finẽ, & salui erũt. Aut
H thesauros grandinis vidisti?) Grãdo sunt il
li iniqui, q̃ non solũ torpent nullũ feruorẽ
spiritus habentes, sed ẽt obstinata duritia p-
sequendo vel irruendo contũdunt. Quæ
reposita sunt tibi in tẽpus inimicorũ, & in
die pugnæ & belli.) Vel hinc qui nõ videat,
cuius personã in pphetia gestet Iob? Non
.n. huic uni homini reposita sunt ista in tẽ-
pore inimicorũ, & in die pugnę, & belli, sed
vtiq; vnico populo dei. Tẽpus quippe inimi
corũ est, donec transeat iniquitas, q̃ quanto
magis abundat, tanto magis aduersus diabo
lũ acrius pugnandũ atque bellandum est, ne
charitas pseuerantiũ refrigescat. Vnde aũt
procedit pruina, quis hoc nouit?) nisi quia
hæc vt mitia parturitionum sunt. Pruina
quippe minutissima grando est. Et disper
gitur auster sub cœlo.) Auster quãuis mor
talib. carnibus grauis sentiatur, nõ tñ vspiã
memini in sanctis libris mali aliquid signifi
care, sicut Aquilonẽ nunq̃ in bonum. Illũ
quia ea parte flat qua lux claret, istũ quia
ex ea vñ lux est remotior dispergitur. Ergo
Auster sub cœlo, vt aduersus illas oẽs ini
quitates auxiliũ aliquod intelligat Dei, quã
diu nondum in cœlo, sed sub cœlo sumus.
Quis pparauit flumẽ validę pluuiæ, & viã
I vocib. tẽpestatis?) Vide quẽadmodũ tria illa
Matt.7. breuiter cõplexa sunt, quæ dñs in tentatio-
nibus ponit cõtinenda his qui ædificant sup
per petrã, & pernicioſa his qui ædificãt sup
arenã. Pluuiã cõmemorauit & flumẽ & vo
ces tempestatis, vbi ventos intelligimus. u
tra ergo teneatur, q̃ ex ipsa celsitudine scri-
pturarũ diuinarũ peccandi occasionem pra
uẽ intelligendo accipit: tanquã si audiens,
Lucæ 7. Cui modicũ dimittit, modicũ diligit dicat
Rom 3. sibi, Faciamus mala vt veniant bona, & per-

maneat in peccato vt gra abundet: & multa
hmõi, quibus se homines sermonẽ diuinum
mala interpretando subuertunt, impunitatẽ
sibi promittentes, qñ misericordia dei in di-
uinis libris cõmendatur. Flumine aũt qñ ab
hominibus qui hæc ita intellexerũt & acce
perunt, tentatur. Flumen.n. nunc dicit illud
quod de pluuia colligitur, & torrens vocat,
cum ait. Quis præparauit validæ pluuiæ flu
men, q̃ impleatur, & q̃ currat? Sicut sunt
vasa iræ perfecta ad perditionem, quæ illo
modo quo dixi, scripturas accipiunt. Per il-
los.n. habet liberiorem cursum pernicioſa il
la interpretatio quam agri fructiferi nõ reci
piunt, Et tanto maiore impetu impellit &
deijcit & trahit qd̃ instabile inuenerit quan K
to vĩ de authoritate diuina susceptа. Ventis
vero tentatur, quem inflant inanes suasio-
nes hominum superborum. i. ex propria au-
thoritate verba vana iactantium. Qui er-
go iudicio dei præparatur ad perditionẽ,
nõ obtẽperando verbis eius, quod est super
arenã ædificare, non resistit ventis talibus &
cadendo fit via vocibus tempestatis. Validæ
aũt pluuiæ dictũ arbitror difficilis ad capien-
dum. i. ad intelligendum. Vt pluat super
terram vbi nõ est vir.) Subaudiendum est,
Quis præparauit? Per virum autem vĩ le-
gem significare, quæ data est Iudæis. Ergo
super gentes intelligimus imbrem Euange-
lij: in deserto, vbi non est homo: in ipsis
gentibus, vbi non erat aliqua authoritas co-
gnoscentis deũ. Vt faciat inuium & inha Esa. 54.
bitabile, & vt germinet herbæ viror.) Mul- Gala. 4.
ti filij desertæ magis q̃ eius quæ habet virũ:
In omnibus aũt his quatuor versibus, sub-
audiendum est, Quis præparauit? Quis
est plũuiæ pater?) sicut spõsus qui filios suos
misit p̃dicatione regni cœlorum irrigare ter
rãm. Et quis est qui peperit glebas roris?)
Bene susciꝑientes illã p̃dicationẽ. Sic.n ait
glebas roris, qũo dñr vasa vini ad hoc facta
vt vinum susciꝑiant. De cuius vtero pro- L
cedit glacies?) Vtrum glacies in bono acci-
pienda est, propter stabilitatem & à fluxu
continentiam vt ita dictum sit, De cuius vte
ro p̃cedit glacies: quẽadmodũ illud, Quis
est pluuiæ pater? An vterus pro secreto po-
situs est, vt de eius vtero procedat glacies:
sicut dedit illos deus in reprobum sensum?
An potius illius vtero procedit glacies, qui Rom.1.
persuadendo impietatẽ qua intrinsecus ple-
nus est, facit frigescere & durescere amisso
calore charitatis? Quis.n. hunc nouit?)

Sicut ille qui ait duris & reſiſtentibus Euan
Ioan.8. gelio. Vos ex patre diabolo eſtis. Aut pruinã in cœlo quis genuit?) quæ deſcẽdit ſicut aquæ flumen. Quod de glacie in vltimo ſenſimus, hoc & de pruina intelligendũ puto. Nec tñ fruſtra eſt additũ, in cœlo, vt ex ijs qui pſunt intelligant..r, limitatibus ſanè bonos nuncios ueritatis, qui transfigurant ſe ſicut miniſtri iuſtitiæ. Quò ptinet quid adiunctũ eſt, Quæ diſcẽdit ſicut aquæ flumen. Aut faciem impij quis tabefecit?) Id eſt, cõfudit. Quis nisi ille qui quos iuſti-
Rom.8. ficauit, ipſos & glorificauit? Aut intellexiſti nexus pleiadis, & ſeptum orionis aperuiſti? An aperies arcturos in tempore ſuo, & ueſperũ ſuper ædificationem eius iudices?) Nam & aſtrologia perſcrutãda eſt ad co-
M gnoſcendũ proprietates iſtorum ſyderũ, vt hunc locũ intelligere poſſimus. Miror & ſi hoc cõgruit ſermoni nro: & certe nimis longũ eſt, tranſimus ergo ad alia. An quibuſdã ſyderibus nominatis, figura locutionis qua intelligitur à parte totũ, oia ſydera accipienda ſunt? Si tũ & Maziroth ſydus eſt, quod interpretatum nec in Græca lingua inuenimus. Nã Hebræum eſſe nomen ſatis appareret. Ita.n à parte totũ intelligitur, & qd ſcri
Pſal.109 ptũ eſt, Ante luciferũ genui te. Non.n.lucifer in omni creatura prior eſt conditus, vt ante luciferum, ante omnem creaturam dictum videatur: Sed per luciferum oia ſydera, quod eſt à parte totũ: Et per oia ſydera
Gene.1. oia tempora intelliguntur. De ſyderibus.n. ſcriptũ eſt, Et ſint in ſignis & in tẽporibus, vt dominus natus ante omnia tempora, nõ vtiq; natus in tempore, & ob hoc patri coæternus inſinuaretur. Pleiadis ergo & orionis & maziroth & veſperi commemoratio, cuncta ſydera intelligenda de cõpendio perſuadet. Si.n.vno lucifero, quanto magis tot nominatis etiam cætera accipi per hunuſmodi locutionem licet? Cur ergo alibi dictum
A eſt, Intellexiſti nexus: alibi aperuiſti. alibi, aperiens in tpe ſuo: & alibi, ſuper ædificationem eius inducens, propria ſunt iſta ſingulorum ex ordine cõmemoratorũ. An recte dici poſſit ẽt ſeptũ pleiadis intellexiſti, & aperuiſti nexus orionis? Atq; ita & alia duo cõ
Pſal.2. memorari pñt, ſicut illud in Pſalmo, Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dñs ſubſannabit eos. Nihil ſnĩæ deperiret, ẽt ſi ita diceretur, Qui habitat i cœlis ſubſannabit eos, & dñs irridebit eos. Sicut.n. Ille q̃ habitat in cœlis, ipſe eſt dñs: ita ſiue pleiadis nomen, ſiue orionis, in eadem ſignificatione eſt, ſi p vtrumlibet oia ſydera intelligũtur. Oium itaq; ſyderum noie, oẽs in eccleſia tales intelligendi ſunt, qui conuerſationem habent in cœlis, nexus eorũ intelligũtur, quibus & inuicem ſibi & deo connectuntur ne cadãt. Charitas aũt nunquã cadit. Quis aũt hoc 1.Cor.13
noſſet, niſi ille oſtendiſſet, qui ait, Mãdatum Ioan.13
nouũ do vobis, vt vos inuicẽ diligatis, Et, Ioan.14
Qui me diligit, diligetur à patre meo? Septum eorũ eſt quo ſepiuntur diuina ſcriptura, quã nõ tranſgrediuntur. Quis aũt hanc aperit, niſi ad quẽ trãſitur, vt auferatur velamen? Tps apertionis eſt eorum).i.de- 1.Cor.4
monſtrationis & manifeſtationis, cũ veniet B
dominus illuminabit abſcondita tenebrarũ, & manifeſtabit cogitationes cordis, & tunc erit laus vnicuiq; à deo. Solus n.hæc ipſa faciet in tpe ſuo.] Quia cũ ipſe apparuerit Coloſ.3
vita noſtra, & nos cum illo apparebimus in gloria. Inducet aũt eos ſuper ædificationem eorũ, qui eos faciet hoc poſſidere, quod hic ædificauerunt. Si cuius.n.opus permanſerit, 1.Cor.3
quod ſuperædificauit mercedem accipiet. Scis cõmutationes cœli?) vtrũ in deterius, ſicut ij qui cognoſcẽtes deũ, nõ ſicut deum Roma.1
glorificauerunt. Noluerunt.n.eſſe ſedes dei.] Ac per hoc mutati ſunt, cum euanuerunt in cogitationibus ſuis? An in melius? Quia oẽs quidem reſurgemus, ſed non om- 1.Cor.15
nes immutabimur. Qui aũt immutabũtur manifeſtum eſt, cum ait, Et nos immutabimur. Cum.n.iuſti immutabuntur, cœlum immutabitur: Quia thronus dei cœlum Matt.15
eſt, & ſapientia verbum dei, & deus erat ver Ioan.1.
bum, & thronus ſapientiæ, anima iuſti. An vtrunq; potius. Non.n.cõmutationem cœli, ſed cõmutationes dixit. Aut omnia quæ ſub cœlo ſunt, pariter fiunt? Sicut.n.huius mutationes afficiunt ea quæ ſub cœlo C
ſunt, ita & commutantur iuſti ſiue in deterius, ſiue in melius afficiunt carnales ad vtrunque. Vocabis nubem voce,) aut interiore, aut illa qua dictum eſt, Sequere me: Ioan.21
Aut illa qua dictũ eſt, Saule Saule, quid me Actor.9
perſequeris? Et in tremore atque valide obedient tibi populi potẽtes.] Cum audiũt, Philip.2
In timore & tremore veſtram ipſorum ſalu te operamini. Deus eſt.n.qui operatur in vobis & velle & operari pro bona volũtate.

Mittis vi flumina, & ibunt.] Flumina, in- Ioan.7.
quit, de vẽtre eius fluent aquæ viuæ. Vi aũt dicit, fiducia, qua perſecutores nõ timuerũt: Quia & q̃ vi faciũt, diripiũt regnũ cẽlorũ. Matt.11

Aut

Aut dicent tibi, quid eſt?) Quid eſt, nũquid abs te quærunt vel voluntatem iuſſionis tuæ, Sicut Saulus ait, Quid me iubes facere? Aut ſpẽ mercedis ſuæ, ſicut dixerunt,
Acto.9. Ecce dimiſimus omnia, & ſecuti ſumus te:
Mat.19 Quid ergo erit nobis? Quis dedit mulieribus texturæ ſapientiã, & varietatũ ſcientiã?
Pro.31. Texit & apud Salomonẽ mulier veſtimẽta viro ſuo. Opera ergo intelligenda ſunt eccleſiarũ, quibus honoratur deus. Nã & ipſa textura.i.infirmos fratres, tanq̃ lanuginãte tramã, firmorum atq; electorũ ſpiritalium quaſi ſtaminum contextione conſtringere, maximum & ſingulare opus eſt eccleſiarũ.
D Et varietatũ ſciemtia ad id valet, vt tanq̃ in polymito ea eſt varietas colorũ, qua nõ turbetur decus vnitatis, ſic in fratribus ita ſunt dona diuerſa, vt nulla inuidię diſcrepantia
Ephe.4. cohæreant, ſibi ſufferentes inuicem in dilectione, ſtudentes ſeruare vnitatem ſpũs in vinculo pacis. Aut quis eſt qui numeret
2.Ti.2. nubes ſapiẽtia?) Nouit.n.dñs qui ſunt eius. Quis aũt hominũ, inquit, nouit? Et orga na cœli in terrã declinauit. Angelos cœleſtes, per quos diuinę voces enunciari ſolent,
cecide- Non enim ſicut ille vnus, ſed flexu obedien
runt. tiæ declinati ſunt in terram, maxime cum & ipſe dominus eſſet in terra: Nam Euangeli-
Matt.4. ſta, inquit, Et angeli miniſtrabant ei. Diffuſus eſt autem ſicut terra cinis, & agglutinauit eum ſicut lapidibus cibum.] Diffuſa
Iaco.4. eſt late atq; abundanter humilitas penitentiæ, ad hoc vt dominus qui ſuperbis reſiſtit
1.Ti.2. humilibus autem dat gratiã, cohæreret eis tanquam glutine charitatis, homo hominibus, vt mediator eſſet dei & hominum, ſeipſum illis dans cibum per ſacramentum corporis & ſanguinis ſui, ſtulta mundi tanq̃ la-
1.Co.2. pides eligẽs, vt confundat ſapientes. Angelis enim cibus eſt inquantũ eſt verbũ dei apud
Ioan.1. deũ: lapidibus autem vt cibus eſſet, Verbũ
E caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Ergo agglutinabis tu hominibus, ꝓcedente penitẽtia Tanq̃ cinis diffundatur faciens ei viã.) Nã ille qui dicit, Facite ergo fructus dignos
Matt.3. penitentiæ: Et ne dixeritis vobis, Patrẽ habemus Abrahã, potẽs eſt enim deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrahæ. quibus lapidibus eum tanq̃ cibũ agglutinandum [illegible]ciabat. Si autem non præcedit humilitas pœnitendi, non agglutinabitur, quia excelſa à
Pſa.137. longe cognoſcit. Aut capies leoni eſcas, [illegible] draconum repleb...) De diabolo [illegible] conculcabis leonẽ & draconẽ, ꝓp inſidias & irã. Oẽs ergo angelis eius leonibus & draconibus comparantur. Ille aũt capit eis eſcas & animas eorũ replet, qui de impietate cõuictos tradit in eius ptãtem. Volunt.n.later e impietatẽ ſuã, ſed cũ producũt, utiq; capiuntur, vt ſint in ptãte diaboli & angelorũ eius, quibus conſenſerunt. Pauidi ergo ſunt in cubilib⁹ ſuis, in latebris inſidiarũ ſuarũ. Nã ſi pauidi nõ eſſent, quis ſubſiſteret? Pauent aũt illius imperium, ſub quo exclamarũt. Quid veniſti ante tps per- Mar.1.
dere nos? Et quemadmodum de porcis manifeſtum eſt, q̃ in eos non iſſent niſi permiſ- F
ſi eſſent, ſic intelligendũ eſt, nihil eos in quẽ quam poſſe niſi permiſſos: Permittit aũt iuſtitia qua reguntur omnia, ſiue probationis cauſa, ſiue vindictæ, vel ad dãnationẽ, uel ad correctionem irrogatæ. Et ſedent in inſidijs inſidiantes.) Non.n.quieſcit in eis voluntas nocendi, ẽt cum ptãs non datur, Obſeruant aũt in inſidijs in tam ſyluoſa denſitate occaſionum carnalium quis capiatur diuinis legibus. i. conuincatur de pctõ ſuo, ita ut eorũ eſcæ deputari mereantur. Quis aũt præparauit coruo eſcam? pulli.n.eius ad deum clamantes & errantes, & eſcã quærẽtes.) Vt in Pſalmo, Et pullis coruorum in-
uocantibus eũ. Cui ſententiæ eſt locus ille Pſ.140.
ſimillimus. Nec in malo pñt intelligi, quia invocant eum. Significantur ergo nigri, hoc eſt, peccatores nondum dealbati remiſſione peccatorum. Sed ideo pulli, quia iam humiles: ideo errantes, quia nondum cognouerũt veritatem, quam tũ pie quærũt cum ad deũ clamant. Præparari aũt coruo eſca põt ꝓp eius præſcientiam, qui nouit ẽt nondũ humilem quenquam conuerſum iri: Sed cũ pulli, hoc eſt, humiles ad dñm clamant. Si co- De.c.32
gnouiſti tps parienti tragelophorũ petras.) Tragos hircus, elaphos ceruus. Tragelaphus ergo compoſitum ex hirco & ceruo animal. Significat igitur mentem ſeruientẽ legi dei ſecm interiorem hominem. Videt Rom.7.
autem quantum adhuc ex parte hircus eſt, aliam legem in membris ſuis repugnantem legi mentis ſuę, & captiuãtem ſe in lege peccati. Peperit autem talibus petras opportuno tẽpore.) Ille qui firmamẽta ſolida exẽplorum in ſcripturis poſuit, in q̃bus & quiescentes de ſe non deſperent, quorũ caro cõcupiſcit aduerſus ſpm, & ſpiritus aduerſus Gala.5.
carnem, donec uiuacitate ſerui ſerpentinis ſuaſionib⁹ ſuperatis ſpiritu viuant, & ſpiritum ſectentur ne regnet peccatũ. Vnde ſi-

militudo ceruī dicitur in eorum mortali cor
pore ad obediendum desideriis eius. Aut
partus ceruarum custodisti.) Ecclesiarum.
In numero spiritalium materno affectu imi
tationem suam persuadentiū, quibus iā non
possunt serpentinæ opiniones nocere, tū &
tales custodiuntur non de se, sed de deo præ
sumentes. Et numerasti menses partus
earum.) Non enim pariunt nisi per euange
Gala. 4. lii, quod à baptismo suo dūs vsq; ad passio-
nem & ascensionem suam certis mensibus,
magisterij sui authoritate prædicauit. Et
dolores earum soluisti?] Non.n.sine dolo-
re dicebatur, Filij mei quos iterū parturio,
donec Christus formetur in vobis. Soluun
tur isti dolores cum fuerit partus æditus.i.
veritas persuasa eis pro quibus ita ingemi-
scitur, id agente in interioribus conscientiæ
verbo dei. Et nutristi hinnulos earū sine
metu] In lacte sacramentorū non timidos:
Rom. 8. Non.n.acceperunt spm̄ seruitutis iterū in
timore, partus earū euntes in libertatē vbe-
rioris pascuæ spiritalis, abrumpent filij eo-
rum vincula concupiscentiarū secularium.
Multiplicabuntur in tritico,) solidiore ci
bo sapientię post nutrimenta lactis. Exi-
bunt & non reuertentē eis.] Exibunt, tanq̄
ex angustiis doctrinæ, quæ per homines in-
cipientibus traditur. Et non reuertentur
matribus suis.) Non iam opus habentes lac-
te, nec doctoribus hominibus indigentes.
Sanè isti tres versus nō per interrogationē
pronunciandi sunt. Quis aūt est qui de-
misit onagrū liberum?] Mirum nisi eos p
onagrum significant, qui pauci ab omni ne-
gocio liberi deo seruiunt: Et vincula eius
quis resoluit?] Affectionum carnalium at-
que popularium. Posui.n.habitaculum
] desertum & tabernacula eius salsuginem
Psa. 62. Vnde clamet, Sitiuit in te anima mea. Ir-
ridens multitudinem ciuitatis,] quam Ba-
byloniam scriptura dicit, perambulantem p
latam viam, quæ ducit ad perditionē. Et
querelam exactoris non audiens:] Nemini
quicquam debens. Considerauit montes
pascuæ suæ. Magnitudinē reuelationū.
Et post omne viride quærit.] Omne sem-
piternū. Volet aūt monoceros seruire ti-
bi superbus dignitate huius seculi. Quia &
tales subiugauit Christus, & ministros ec-
clesiæ constituit: μονόκερως enim vnicornis
est, qđ superbiam significat. Aut dormire
sup præsepe tuū.) Sicut sup illius humilita
tē q̄ ēt in præsepi est infans positus, re-
tur securitate veniæ peccatorū, & obliuione
curarū malæ conscientiæ. Et alligabit in
loris iugum suum.] iugum leue portans al-
ligatum loris: hoc est, in authoritatibus eo-
rū qui carnē mortificauerunt atq; domue- Matt. 3.
runt. Vū & Ioannes zona pellicea cingebat,
non asperis restibus pctorum. Adducet
tibi sulcos in cāpo,) aperiet pectora plebis
obedientis ad obtinendum regnū dei. Cō
fidis aūt in eo, quia mutata est virtus eius,)
vt non vanitatem humanæ laudis & hono-
ris ēt in ecclesiæ ministerio requirat, sicut K
requirebat in seculo. Aut dimittes ei opera
tua?] sicut ille pro quo se dicit Apostolus
legatione fungi, exhortans pro Christo re-
conciliari deo. Credes ei, quia reddet tibi 2. Co. 5.
sementē.) Nihil ex eo suo dominatui ven-
dicabit. Sementem quippe dicit opus semi-
nandi. Et in aream tuam inferet:) Vt sit
inter illos quibus ipse dominus præcepit ro
gandum dūm messis, vt mittat operarios in Luc. 10.
messem suam, non aūt vt sibi velit aream fa
cere, sicut princeps hæresum & schismatū,
& quicunq; non dei gloriam quærunt, sed
suam. Difficillimum est.n.vt velit iste mo-
noceros, sed tamen & hoc præstat, & deficit
in hominis animo, qui facit mirabilia solus,
consilia destruens, & oēm altitudinem ex-
tollentē se aduersus scientiam dei. Et capti-
uans omnem intellectum ad obedientiam
suam. Penna struthionum mixta ex alis
herodianis & accipitris.] tardis ingenio, qđ
signāant struthiones, quia volare nō pūt, do-
natum esse per eius gratiam, qui stulta mū-
di elegit, vt æquarentur ingeniosorū celeri-
tati pariter credentium, qui per alias aues
quas cōmemorauit, signāantur, per hunc ver
sum intelligendum est. Et reliquit in terra
ouа sua.) Iā incipit de struthione dicere. i.
de his quos per hoc animal signāt. Non.n. L
miscerentur pennę eorū tarde alis velociū
auium ad pariter volandū, nisi spem priorē
in terra relinquerent, quam per ouа signāt.
Et in puluere calefunt:] Quia & si id
qđ sperabat in seculo non attenderit plerū-
que fauentibus amatoribus seculi, qui pul-
ueri comparantur, prouenit. Et oblita est
quia pes disperdidit ea, & bestia agri con-
cul[illegible].) Quod si & aduersa cuiusquā cu-
piditas & iniqui huius mundi perturbent &
obterāt spem eius, talem tanq̄ ouа eius quæ
relinquit in terra, ità non curat vt tanq̄ ob-
lita non sentia[illegible] Obduruit con[illegible]
suos ne sint eius,) etiā si iam non

cut ouа, sed res ipsa, sicut filij iam nati, hoc
est, fœlicitas tēporalis, fortiter cōtemnit eā,
nolens eam suam esse fœlicitatem, quia illā
verā desiderat. Frustra laborauit absque
vllo timore,) hoc antequā conuertatur, labo
rat.n.spe seculi sine fructu, & quod est insi-
pientius sine ullo timore, dū præsumit in re
bus incertis. Quia despexit eam deus in
sapiētia, & non distribuit intellectū.) Quid
.n.stultius q̄ fidere in vanitate, & laborare
ad acq̄rēda peritura sine ullo timore amit-
M tēdi? Concipiunt.n.pleriq; hunc affectum,
quibus longa fœlicitas seculi prouenit, præ-
sertim si ab auis & atauis perpetua succesio-
ne ducatur, vt se repente infœlices fieri pos-
se non credant. Et quia magni solent appa-
rere in terra, non tū pēnis virtutū cœlesti
conuersatione frui, recte struthionibus cō-
parantur. Sed attende quod sequitur. Cū
tempus fuerit, in altū euolabit, & irridebit
equitē & ascensorem.) Posteaquā uenit ple-
nitudo tēporis, vt pciperetur diuitibus hu-
1. Ti. 6. ius seculi, non superbe sapere in incerto diui
tiarum, sed in deo viuo, cœperunt sursum
corda habere ad deum, & deridere superbos
persecutores, quos dominus proiecit in ma-
re. tunc enim pennа struthionis mixta ve-
locibus auibus, cœlum petit, & cætera quæ
de hoc animali supra dicta sunt. An tu cir
cundedisti equo virtutem?) Martyrē videt
describere, intrepidum & alacrem testē fidei
salutaris, non tamen virtute propria, sed qua
eum circundedit dūs. Et inseruisti collo
eius hinnitū.) Induite vos armatura dei, vt
Eph. 6. posūtis resistere in die malo. Et gloriæ
pectoris eius audacia.) Hæc est audacia, qua
A Esaias audet & dicit, Gloria vero pectoris
est conscientia hominis probans, vt in seme
ipso habeat quisque gloriam, & non in alte-
ro. Prodiens in campo luxuriat:) In lucē
libertatis exiens facilitate boni operis in la-
tudine caritatis exultat. Et ꝓcedit in præ
lium,) cum virtute aduersus tentationes ad
uersitatum: Occurrens iaculo cōtemnit,]
quia circumpositа sunt ei arma, in q̄bus est
illud scutum fidei, in quo ignita inimici ia-
cula extinguuntur. Nec se auertit à ferro:) Vel à morte visibili, vel quia sunt &
duri ad non consentiendum veritati, [illegible]
ti ad persequendum à quibus se non auer-
tit, quia ipsos etiam vt diligat, iubetur.
Super ipsum enim gaudet arcus & gladius.)
Par[illegible]animā[illegible]ionem quippe [illegible]lleritur, &
Psal. 90. dictū est, [illegible] dei, [illegible]uæ inuisi[illegible]s pœnas [illegible]on
ge pænunciat, & testificatio verbi, qua om-
nes tāquā cominus errores debellat. Aliud
est enim minari, q̄ longe futura sunt suppli-
cia peccatorum, quod est tanquā arcu tela
intendere: aliud tanquam manu ad manum
gladio verbi pſentes debellare cupiditates:
Lanceæ, hastæq́; tremore,) Quid est q̄
lanceæ hastęq́; tremore super ipsum gaudet
arcus & gladius? An q̄ nisi & ipse tremat, B
hoc est, timeat futuram mortem, quam iacu
latur diuina iustitia, non potest præsentem
contemnere, quam persecutor minatur, vt
intrepidam habeat confessionem, & prædi-
cit cum fiducia veritatem, cui non possint
inimici resistere, atque ita super eam gau-
deat, hoc est, per ipsum libere asseratur do-
ctrina dei, per quā minatur impijs futurū
interitū, & interficit præsentem iniquitatē?
Nisi.n.gaudūi spei nostræ cū tremore dāna
tionis eēt, in nobis negligens esset ipsa secu
ritas & superba præsumptio: Neque in Psal Psal. 2.
mo nobis diceretur, Exultate ei cum trem-
re. Et iracundia euertit terram.) Apud
semetipsum irascens, ad euertendas in se ter
renas concupiscentias & timores carnales, Psal. 4.
quibus quisque a tolerantia passionis auer-
titur. In hac sententia forte dictum est, Ira-
scimini & nolite peccare. Cum iracundia
enim saluberrima se debet quisq; correctio- Psa. 31.
ne corripere, dicens. Vt quid tristis es ani-
ma mea, & quare cōturbas me? Spera in de- R. 9. 19.
mino quia confitebor illi. Quia enim ore
cōfessio fit ad salutem, statim sequitur, Salu
tare vultus mei deus meus. Nec credit
donec clamauerit turba.) Ante tēpus quip- C
pe tentationis, etiam si euersa est terrena tre Rom. 5.
pidatio, non apparet nec facile credendum
est, nisi tempus ipsum tentationis docuerit.
Cum autem tuaba cecinerit, dicet. Euge,
Cum tempus tentationis uenerit, tunc ve-
ro placebit ei anima eius si gloriatur in tri-
bulationibus: Quia tribulatio patientiam
operatur, patientia vero probationem, pro-
batio vero spem, vt iam nō dicat animę suæ
irascens: Vt quid conturbas me? Sed glo-
rians dicat, Lauda anima mea deum. Et
procul odoratur pugnam.) non quasi in ho
minibus persequētibus qui videtur, sed pro- Ephe. 6.
cul, hoc est, pro longe ab oculis: Sciens quia
non est ei colluctatio aduersus carnem &
sanguinem, sed aduersus principes & potesta
tes & rectores mundi tenebrarum harū ad-
uersus sp[illegible]alia nequitiæ in cœlestibus, hoc
est procul. Apte autem dictum est, odora-

tur,

Ephe.2. tur, propter principem potestatis aeris huius. Odores quippe olfactu sentiuntur, siue boni siue mali. Odoratur ergo pugnam qui intelligit principem potestatis aeris huius operari in filijs diffidentiæ quorũ persequẽtiũ iras aut insidias patitur, vt aduersus spiritalia nequitiæ spiritalibus armis dimicet, nõ corporalibus aduersus carnẽ & sanguinẽ. i. malos & perditos homines quos carneis oculis

D videt. Tonitrum ducum & clamorem,) subaudiẽdum est odoratur. Tonitrũ autem pp ipm aerem puto dictum esse, in quo clausa spiritalia nequitiæ versantur. Nõ. n. recto res mundi ppea dicti sunt hi spũs, quia cœlum & terram regunt, sed sicut ipse exponit Apostolus, Etenim ne ita intelligeret subiecit, statim quid dixerit rectores mundi tenebrarum harum, inquit, hoc est, impiorum :

Ephe.5. Quibus ad dñm conuersis, dixit, Fuistis. n. aliquã tenebræ, nunc aũt lux in dño. In voluntate. n. cuiusq; est, vtrum tenebræ sit an lux. Sed cum tenebræ, in seipso, hoc est, pctis quæ ipsius sunt propria : cum aũt lux, nõ in seipso, sed in dño à quo illuminatur, vt quẽadmodum dixit Esaias, Tenebræ eius sint

Esai.58. velut meridies. Dicitur & in Psalmis, Illuminabis tenebras meas. Quos ergo dicit

Psal.17 Apostolus rectores tenebrarũ, ipsi & in hoc versu dicti sunt duces. Ducũtur. n. & ab his tenebræ, hoc est, impij, vt persequãtur pios, i. eos qui persecutionem patiuntur pp iustitiam, non eos qui patiuntur pp impietates

Ephe.6. & iniquitates suas. Ducum aũt taliũ clamorem dicit odorari martyrem, non quia sonitus aliquis inde audiẽ auribus corporis, sed quia cordis auribus per fidem clament, q̃ta diabolus & angeli eius aduersus dei seruos

2.Cor.2 machinẽtur. Ait. n. Apostolus, Non. n. ignoramus astutiam eius. Aduersus quẽ clamorẽ ducum, surdæ vtiq; sunt aures infidelium.

Nunquid in sapientia tua plumescit accipiter?) Sicut in sapientia dei, quæ est Christus, nouus hõ paulatim innouatur, conuersationem habiturus cœlestibus. Expansis pennis immobilis, respiciens ad austrum?] explicatis ab oi impedimẽto seculari virtutibus geminæ dilectionis permanens inconcussus in fide, nõ tũ in hoc ipso de seipso psũmens, sed sperans in deũ, & in illũ reuocans intentionem, à quo ipse charitatis ardor inspiratur, vt fortitudinẽ suã ad ipsum custo-

Psal.61. diat, dicens. Nonne deo subiecta erit anima mea. ab ipso. n. salutare meum. Etenim ipse est deus meus & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius. Ac tuo prẽcepto exaltabitur aquila? Sicut eius præcepto, q̃ ait, Cum exaltatus fuero, oia traham

Ioan.11 ad me. Pro nobis. n. moriturus, & corpus resurrectione leuaturus in cœlum. Vbi fuerit,

Matt.24 F inquit, cadauer, illic cõgregabuntur & aquilæ. Satiauit. n. in bonis cœlestibus desideriũ eius, cuius sicut aquilæ renouabitur. Potest

Psal.102 & exaltatio aquilæ ad id pertinere, quod ait Apostolus, Siue. n. mẽte excesimus, deo : vt

2.Cor.5 versus qui etiã ibi sequitur de vulture, ad id pertineat quod etiam ibi sequitur, Siue temperãtes sumus, vobis. Sicut. n. aut vultur super nidũ suum in petra fides morabitur,) quia ex affectu dictum videtur nõ sublimia contemplandi mentis excessu, sed inferioribus consulẽdi per temperantiam qua humanis rebus coguntur. Vt impij qui pro mortuis habentur iustificati per verbũ, hoc est, quasi ore deuorati conuertantur in corpus Ecclesiæ. Vultur. n. de mortuis pascitur, & ideo super nidum suum vbi tanquam fœtus ponit opera huic vitæ necessaria. Ideo autẽ in petra, quia cum dixisset Apostolus. Siue temperantes sumus, vobis : cõtinuo subiunxit, Charitas. n. Xpi cõpellit nos, petra autẽ

1.Co.10. erat Xps. Et bene sedens morabitur,] secundum id quod dictum est, Compellor au

Philip.1 tem ex duobus, concupiscentiam habens dissolui & esse cum Christo, multo. n. magis optimum, vt hoc ad exaltationẽ aquilæ per- G tineat, ad vulturem vero sedentem in nido & morantem, manere in carne necessarium propter vos. Et quia petra ẽt tota ecclesia bene intelligitur, pp ẽt Simonem, qui ob hoc à dño Petrus appellatus est, summitas petræ est caput Ecclesiæ. Ad hoc additur versus q̃ sequitur, In summitate petræ & in cauer na) Summitas. n. refertur ad id quod est caput: cauerna vero ad id, q̃ vita nostra abscõdita est cum Christo in deo. Et cum ibi

Coloss.3 fuerit, quærit escas,] de quibus dictum est Petro, Macta & mãduca, vt incorporaret ecclesiæ credituros ex gentibus. Longe ocu Actuũ li eius respiciunt, & pulli eius volutantur in 11. sanguine,] spe futuræ immortalitatis, in vitam æternam intentionem suam longe porrigit, quamuis corpora eius in carnis infirmitate volutentur. i. dubijs motibus iactentur, dum incertum habet humana ignorantia ex ijs quæ misericorditer facit, quid cuique prosit ad deum, cum tũ lor gẽ oculis conscientibus præ æternam salutem charitate dispexerit. Sed cum in

Hta[illegible]ensator & operator eos qui per af[illegible]; quo renunciant diabolo, iam mortu[illegible] huic seculo, sine dubitatione aliqua eis exhibet oris ministeriũ in opere sermonis quo eos in corpus ecclesiæ iam paratissimos trajiciat: Et ideo sequitur, Vbicunq; fuerint cadauera, confestim reperiuntur. Respondit dominus & dixit,) Quòd nunc dominus tanquam repetit sermonem cum ipse loqueretur, intelligitur Iob ad ea quæ dicta sunt obstupuisse in silentio & quieuisse, vt nihil amplius dicere auderet. Ergo duobus qui sequuntur versibus exhortatur eum dominus ad respondendum. Nunquid qui disputat cum omnipotente quiescit?] hoc est, Quare tu quiescis cum omnipotente disputans? Arguens deum respõdebit ita,) subaudiendum est, nunquid, vt sit sensus, Nunquid arguit deum qui disputãs respondebit? Quærendo. n. cum omnipotente disputatur, non conuincendo aut reselendo. Non ergo quia omnipotens est, ideo quiescendũ est à disputando cum eo : Neq; enim ad arguendum ab eo aliquid per disputationem tanquam ab ipsa veritate requiri-

I tur. Potest & sic intelligi. Nunquid qui disputat cum domino quiescit. i. quia non quiescit qui cum omnipotente disputat, non est cum eo disputandum vt [illegible]. Solet. n. disputans contradicere. Qui autem contradicit deo, quiescere non potest : hoc est, non inuenit quietem nisi [illegible] voluntate sine vlla contradictione consentiat. Arguens. n. deum respondebit ita. i. cum disputando respondet domino, arguit dum, & propterea non peruenit ad quietem. Vnde dictum est,

Rom.9. O homo, tu quis es qui respondeas deo? Sed quid tale fecerat Iob? non. n. deus illum ac[illegible] ficentem sibi, sicut amici [illegible] intelligentes, cum tale testimonium illi perhibeat, & in capite libri, & in fi[illegible] an propter personam quam Iob gestabat. ictũ est, hoc est, corporis domini, quod [illegible] clesia, in qua multa infirmorum pars est non quidem desperatorum, sed tamen est, [illegible] in prouentu suo periclitantium, quibus [illegible] commouentur pedes, & quorum [illegible] minus effunduntur gressus, cum [illegible] it in peccatoribus, pacem peccatorum [illegible] ntes? Qui dicunt quòd sciuit deus, & si scientia in altissimo? Ecce [illegible] catoin seculo ob[illegible] iguerunt di[illegible] stib[illegible] cor meum

flagellatus tota die, & argutio mea in matutinum? Nam hinc potius Iob ipse videtur respõdere sequentibus versibus, Respondens autem Iob dixit. Quid ergo iudicer cõmonitus & increpatus à domino, audiẽs talia cũ nihil sim?] Id est, Quid ergo mihi iudicium comparo, cum me commonet & arguit dominus? Si ei contradicam audiens talia. i. intelligens quanta iustitia & misericordia mecum sic agatur, cum per meipsum vtiq; nihil sim. Quod responsum dabo?] i. quid potero contradicere veritati? Manum ponam ad os meum,] i. tenebo & cohibebo loquacitatem meam. Semel locutus sum, iterum non adijciam: Nisi in mysterio accipiatur, qũo semel locutus est Iob, qui toties locutus est? Aut qũo iterum non adijciet, post paululum locuturus? Sed locutio hic intelligẽda est progressus animæ in hæc exteriora, quo relinquit deum : & ei resistit. Vnde maior iste progressus, etiam clamor in scriptura appellatur, cũ dicit deus clamorem Sodomorum ad se peruenisse.

Gene.18 Cui locutioni atq; clamori contrarium est beatissimum illud silẽtium, de quo dicitur, Et silebit sine timore ab omni malignitate. Bene itaq; dicit se semel locutum continua quadam locutione in tota vita veteris homi L nis, cum esset spiritus ambulans & non reuertens. Nunc autem manum imponens

Psal.77. ori, ne ultra progrediatur, promittit se non adijcere iterum, ne recedat à deo. Amen.

Tomi quarti operum Diui Augustini,
Finis.

a b c d e f g h i k l m n o p q r
s t u x y z Aa Bb Cc Dd Ee Ff
Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz
Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg
Hhh Iii Kkk Lll Mm m.

Omnes sunt quaterniones, præter
Mmm duernionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

17.

Universidad de Deusto
Biblioteca